Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

M. Annei Lvcani Cordvbensis, poeta celeberrimi et antiqvissimi, Pharsaliae libri X

https://hdl.handle.net/1874/420551

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS, POETAE CELEBERRIMI ET ANTIQVISSIMI PHARSALIAE LIBRI X.

Cum

LAMBERTI HORTENSII, MONTFORTII DOCTISS. VIRI EXPLANATIONIBVS eruditiſsimis: ad Hiſtorias Rom. antiquas cognoſcendas utiliſsimis, illuſtrati, innumerisq; mendis repurgati, & iam primùm in lucem editi.

HIS ADIECIMVS,

IOANNIS SVLPITII VERVLANI Commentarios in eoſdem Pharſaliæ libros conſcriptos.

VNA

Cum INDICE Rerum ac Verborum locupletiſsimo.



Cum Cæſ. Maieſt. Gratia & Priuilegio.

BASILEÆ, EX OFFICINA HENRICPETRINA.



ORNATISSIMO, AC DOCTISS. VIRO D. IOANNI HOBCHLANDO, V. I. DOCTORI, DECANO ECCLESIAE Imp. D. Virginis VLTRAIECTI, & Consiliario Roman. M. LAMBERTVS HORTENSIVS, S. P. D.

VM annis hinc quatuordecim, Vir Ornatissime, nostri Cõmentarij in Aeneida Vergilian. fœlicibus auibus in hominum manus exirent, uidebam quãto plausu tam ab eruditis, quàm à semiliteratis excipiebãtur: cùm ob alia, tum propter utilitatẽ qualemcunq;, quam ex ijs percipiebãt. Et quanquã uniuersa ad studiosos peruenit, & nihil emolumenti ad autorẽ dimanauit, gaudebam tamen ex animo, quod litus non arassem, nec semen in mare iecissem. Vt enim bonus agricola, nõ perinde sibi, atq; posteris suis sæpè, & alteri seculo, serit, plantat, ponit arbores, & inserit: ita mihi quoq; eos Commentarios studiosis, & posteritati scripsisse uisus fui. Ehimuero nobis non nascimur tãtum, sed amicis etiã, imò omnibus mortalibus, si modò prouerbium illud uetus uerum sit, homini hominẽ Deum esse. An non est id homini hominẽ Deum esse, qui singulari beneficio iuuat alios in consociatione humana? haud aliter, quàm ut Dei proprium est, iuuare beneficijs res mortalium? ad cuius exemplum imitandũ omnes nascimur. Hinc accidit, cur ueteres, ijs, qui mortales aliquo inuento iuuissent, diuinos honores detulerunt. Hinc uini, frugum, legumq;, aliarumq; rerũ autores, quod aliquam cõmoditatem, & usum mortalib. attulissent, pro Dijs colere cœpit rudis antiquitas. Quin & beluas quasdam ob eandem cõmoditatem coluêre: quemadmodum Aegyptij ciconiam, quod serpentes arceret, & conficeret statis annis temporibus. Sic Romani, obseruatum Capitolium, anserem uenerati sunt. Hinc Solem, & Lunam propter beneficia sua, quædam gentes pro Dijs habuêre. Sed quoniam plurima beneficia, ut ait Cicero, homini ab hominibus solent oriri, & Dei proprium est, uel seruare, uel benefacere: idcirco, qui in graui periculo succurrit, quiue ingenti quopiam beneficio afficit, quoniam Dei quasi beneficio fungitur, ei, cui prodest, Deus dicitur extitisse. Itaq;, quantũ illis Cõmentarijs nos omnibus in uniuersum studiosis beneficij contulerimus, ipsi iudicent. Cùm autem ad istum modum in hominũ manus exissent, fuerunt, qui uocis suæ classico ad similem operam Lucano pollicendum me animarunt. Detrectabam aliquandiu laborem, cum ob alias causas, tum quod nonnullos in eo diligenter desudasse uidemus, sed haud scio, an satis. Itaq; tandem eorum improbitate uictus,

quasi restitans ad opus aggrediendũ attractus fui. Et quamuis quo-
tidianis curis plusquam satis obrutus eram, eò tamẽ libentius labo-
rem susce pi, quò magis animum meum ab Iconomachorum furore
tantisper auocarem, (cœperat enim is omnibus his regionibus iam
tam passim grassari, quamuis apud nos id temporis nihil noua tum
fuit) ne audirem, neu distringerer ijs, quæ mentem à sede sua submo-
uerent, & cruciatum inuehérent. Cùm autem iam ad umbilicũ per-
uentum esset, in altero tumultu, multo priori tempestate sæuiori, pe-
nè cum domino suo in tragica illa calamitate oppidi Nerdæ, & rui-
na lucubrationes istę perijssent, Deus ex improuiso apparuit, & nos
seruauit. Porrò cùm apud me reputarẽ cui nam Opere tandem con
summato, nostros labores dedicarẽ potissimũ, tu in primis Vir Or-
natissime occurrebas, dignus unus, in cuius nomine exirẽt. Etenim,
eccuius merita in me tanta extant, quanta tua? Tu me ante aliquot
annos ad cõmunem mensam honorificè inuitasti, tu me extorrem,
& omnibus bonis exutum à barbaris militibus, hospitio, domo, &
mensa excepisti, & summa cũ humanitate fouisti. Possem hic in tuas
tum uirtutum, tum dotium laudes expatiari, nisi uererer, ne immodi-
ca earum acroamata assentationem magis, quàm purum animi can-
dorem spirare uiderentur. Quid te ad apicem collegij Imp. *religio-*
nis prouexit? eruditio: quid te in Senatum R. M. allegit? eruditio, &
summa prudentia: quid te ad fastigium V. I. euexit? eruditio. Non
hic enumero alias animi tui dotes, magnificentiã, liberalitatem, pie-
tatem erga tenues, & eruditos uiros. Prætereo incredibile studiũ, &
multarum rerum lectionẽ, in primis, historiarum, quarum inexple-
bilis est auiditas. De poëtæ laudibus amplificandis hîc supersedeo,
quæ adeò magnæ sunt, ut nostra prædicatione illustriores reddine-
queãt. Itaq; ad nostras Lucubrationes exornãdas, Vir Ornatissime,
non modicè faciet nominis tui ornamentum, multoq; commenda-
tiores in hominum manus sunt exituræ. Vale religionis,
& studiorum decus, & splendor, ex Vltraiecto,
anno M. D. LXXIIII.

COR.

CORNELII HAVENI HORNANI EPIGRAMMA.

BELLA per annales ueterum sunt edita regum,
Quodq; fuit dignum carmine Martis opus
Exuit inde duplex, & palmæ, & gloria laurus,
Illa Ducum, uatum Delphica laurus erat.
Palma coronabat, dictabat laurus honores,
Et meritò gessêre illustria facta monarchæ,
Inde quod in Fastos regia gesta darent,
Magnus ita affini Ciuilia bella parauit,
Vt uates cecinit, Corduba docta legit.
Ambo strategus erat, gesserunt digna theatris,
Ambo Duces, sed non laus tulit æqua pares,
Hortensi hasce Phrases, & multa obscura resoluis,
Vatis & illustras non sine luce facem,
Qui fuit obscuris tropus, aut nodosa figura.
Explicito rerum lucet imago typo,
Docte senex, & tyro nouelle, & gymnica pubes
Quicq; Lycæa teris gymnasiarcha saue.
Gymnice Thesauris multiplicis huius acerræ
Viere, dic, uates uiuat uterq; cedro.

EPIGRAMMA PHILIPPI MORI.

MVsis amicus (credite barbari)
Fauente postquam Melpomene semel
Sacro Caballini lubenter
Proluit ora liquore fontis,
Sidus nec illi falciferi Dei
Rerum nec illi tempus edax caput
Velociter premet, supremæ
Nec trepidum tremor occupabit
Illum diei: Persephone uiri
Parcet capillo: uicta potentia
Arbitrij uocis sonoræ
Cum superis homines trahentis.
Hoc tu uel unus elogio mihi
Lamberte testis ingenium facis.
Nuper furente turba Iberi
Militis, excidium penatum
Visum est tuorum, sanguine ciuium
Iberia tincta est, æmula ciuitas
Diræ luis sententiarum, &
Sanguineæ miserandæ sortis.
Sed quis Deorum cura fuit tui?
Tantusq; amicus Palladij gregis?
Qui te poëtam, cadente tota
Sanguinea populi cohorte,
Superstitem seruauerit unicum?
Venisse cœlo, & ægide uirea
Tutari inermem te Mineruam
Credibile est uoluisse uatem.
Et te nouenæ mellifluum ducem
Præire turbæ dulcia carmina
Dignumq; longiore uita
Aeolio superesse plectro.
Quis uel potentis nobilis ingeni,
Tuiq; eburni gloria pectinis
Potente cuius æuiterni
Arbitrio superi mouentur.
Ergo superstes uiue comes nouem
Musis poëtas qui tot amabiles
Iniuria secli inquinatos
Restituis ueteri nitori.
Demumq; cuius ingenio licet
Obscura Lucani innumeris locis
Apertius cruenta campos
Bella per Emathios uidere.

AD LAMBERTVM HORTENSIVM epigramma Hadriani Burchij.

INnumeris à te numeris Lamberte politus
Perfectéq; tuo totus ab ingenio
Lucanus qui non placeat nunc omnibus, ecce
Arte tua est uisus ipse placere sibi.

AD EVNDEM eiusdem.

NVper Barbarico furente Marte,
Te tuosq;, nimis ferox Iberus
Læserat, miserè ac parum decenter,
Sed tu non memor huius, expolisti
Ornastiq; lubens poëtam Iberum.
O mentem ingenuamq; amabilemq;
Quæ tam oblita diu mali recepti
Illi qui nocuit, bonum rependit.

IOANNES LATOMVS Prior Thronianus Lamberto Hortensio Montfortio. S. P.

SI foret Hortensi meus hic tibi cognitus ardor
Quo te iam multos prosequor ante dies.
Scilicet hac caussa quod sis doctissimus ipsa,
Quodq; uel indoctos doctior ipse colis.
Sat scio, præcisa remora quacunq; uolares
Huc, ubi te nosti gratius esse nihil.
Huc, ubi censoris partes ego, & alter obimus,
Vt nos te rectè posse uocare putes.
Ipse ego debueram Timæus adire Platonem:
Quis nescit partes has magis esse meas?
Sed quum distineant nos nostra negotia, (scis tis
Infirmis humeris quidlibet esse graue)

Et tu perpetuis lasses tua tempora curis,
Tempora non uno distribuenda modo.
Quando doces pubẽ, quàm docta uolumina scribis,
In tabula uacuam nec finis esse manum.
Fecero, ni fallor, sat conuenienter utriq;,
Si te de turbis otia ad ista uocem.
Laxat, qui tensum circumfert longius, arcum,
Laxat, ad hoc chordæ sæpe pericla creat.
Ingenij in primis rectè laxamus habenas,
Et uigor obtusus pristinus ille redit.
At iam uenisti: salue uir maxime, salue:
O' salue charum terq;, quaterq; caput.
Ergo licet superis mea uota iuuantibus, illum
Complecti ingenio non moriente, enem?
Illum, qui Batauas perpurgat, & expolit aures,
Vt cedant Graijs, Ausonijsq; nihil?
Illum, qui nostros Musas traduxit in agros,
Hic ubi Parrhasio frigore cuncta rigent?
Illum, quem dulci numeroq;, stiloq; fluentem
Non huius nostri dixeris esse soli?
Ast natum in media, quum grandior intonat, urbe,
Aemulus historiæ Crispus is unde fuit,
Rursus in Argiua natum turaueris Ascra,
Ad chelyn, ut melicos aptat, agitq; modos.
Hunccine complector patrẽ, quẽ ducimus omnes,
Qui pia non planè turba iacemus humi?
Sanè ego sum fœlix, hac quem Dijs sorte beatum,
Cui licet in tanto tanta uidere uiro.
Perge beate senex, & quam potes, assere laudem:
Assere in æternos, post tua fata, aues.
Assere, procliue est: ut si non fauerit, omnis
Italia in laudes, fac crepet usq; tuas.
Sic tibi dent superi lætam senire senectam,
Sic dent Historice, te tua nympha colat.

M. ANNEI LVCANI VITA.

Annevs Seneca é Corduba Bethicæ Hiſpaniæ interioris prouinciæ ciuitate Romam uenit, ſtatimq; eques factus eſt, cuius declamationes etſi celebratæ, negligentia temporum ad nepotes non peruenêre. Suſcepit in patria ex Elbia uxore liberos tres, L. Anneum Senecam, Iulium Anneum Gallionem, & Anneum Melam, quem ut minorem domi reliquit. Seneca, & Gallio Romæ profecere ſub Marullo Grammatico, & Ceſtio Smyrnæo, atq; Aſinio Pollione. Mela cum adoleuiſſet, iubente patre, tem domeſticam gubernauit: donatus ut cæteri fratres amicitia Cæſarum, equeſtri ordine. C. Aciliam duxit uxorem, Acilij Lucani oratoris filiam, operæ apud prouinciæ proconſules frequẽtis, & apud clariſsimos uiros nullius ingenij. Ex ea Mela IIII. Non. Nouemb. C. Cæſa. Germanico iterũ, & Lucio Ceſiano primo Conſſ. M. Anneum Lucanum, impoſito ſoceri nomine genuit. Deinde curæ familiaris faſtidio, uitæ quietiori apud fratres uacaturus, cum o ctomeſtri infante Romam uenit, ſperans per procurationes acquirendæ pecuniæ breuius ſibi iter fore, quo Conſſ. æquaretur, cunas infantis, quibus ferebatur, (ut de Heſiodo legitur) apes circumuolarunt, oſq; inſedêre. Tunc dulcem, & facundum, qualem nunc uidemus, futurum ſignificantes. Studuit Lucanus Romæ ſub Rhemnio Palæmone, & Cornuto. Ex condiſcipulis Saleium Baſſum, & A. Perſium præcipuè dilexit. Neroni, cuius ætas paruo Senecæ commiſſa erat, diu gratus. Quæſtor ante ætatem gladiatoriũ munus edidit. Sequenti anno populi fauore inauguratus eſt ſacerdotium adſciuit: ut Papinius Statius refert.

Romam colitur chori ſacerdos.

Vxorem duxit Poliam argentariã, Polli argentarij filiam. De qua Calliopẽ Papinij canit.

Nec ſolum dabo carminum nitorem
Sed tædis genialibus dicabo
Doctam, atq; ingenio tuo decoram,
Qualem blanda Venus, daretq; luno
Forma, ſimplicitate, comitate,
Cenſu, ſanguine, gratia, decore.

Quin & certamine pentaeterico acto in Pompeij Theatro, cum per Cliuiũ Rufum Nero Nioben ſe pronunciaturum polliceretur, Lucanus Orphea extempore recitauit, coronaq; donatus eſt. Quare Imper. inuidiam ſibi conciliauit. Interdictum eſt igitur poëtæ, foro, Theatro, & poëtica. De quo Papini.

Ingratus Nero dulcibus Theatris,
Et noſter tibi præferetur Orpheus.

Sperans itaq; ultionem Piſonianæ in Neronem cõiurationi, ſed parum fauſtè hæſit, quod ipſe fatetur, cùm ait:

Conſilio, iuſſuq; Deum tranſibis in urbem
Magne tuam, ſummisq; feret tua buſta ſacerdos.

Corpus enim Pompeij, niſi extincta Cæſarum familia, Romam transferri non poterat. Verum detecta coniuratione, nequaquã animi conſtantiam præſtitit. Facilè enim confeſſus, & ad humilimas deuolutus preces, matrem quoq; innoxiam inter ſocios ream nominauit, ſperans impietatem ſibi apud impium principem profuturam. Acceptoq; mortis arbitrio, codicillos ad patrem uerſibus quibuſdam exarauit, largiterq; epulatus, brachia ad ſecandas uenas præbuit. Cumq; frigeſcere pedes manusq;, & ſpiritum cedere intellexiſſet, uerſus pronunciauit, quos per huiuſmodi imaginem de milite fecerat.

Sanguis erant lachrymæ, quæcunq; foramina nouit
Humor, ab his largus manat cruor, ora redundant,
Et patulæ nares, sudor rubet, omnia plenis
Membra fluunt uenis, totum est pro uulnere corpus.

Pridie Cal. Maij decessit, Attico Vestino, & Nerua Silio Consl. quo Consl. designatus cum Plancio Laterano erat. Vicesimum septimum ætatis annum agens, sepultus in hortis suis, ubi tale potuit inscribi epigramma.

Bethis habet natale solum, est Annea propago
De genitore Mela, dat mater Acilia terris,
Vix luna octonos cœlo confecerat orbes,
Cum me Roma sui resperſit Tybridis unda.
Seruatumq; foro traxit, Phœboq; dicauit.
Hinc syluæ, geminæq; faces, reus inde Sagitta,
Orpheus ingrati stimulus, liuorq; tyranni
Dum ciuile nefas aperit Pharsalia, nostræ
Inuidit famæ Nero, proh, Musæq; canentis
Interrupit opus gladio, uenisq; resectis,
Assertore sacros maculauit sanguine uultus.

Saturnalia scripsit, Syluarum libros 10. Medeam, Orpheum, Incendium urbis, Incendium Troianum, Oratione sua Octauium Sagittam, qui Pontiam uxore correxit. Reliqui septem, nostro tempore diligentissimè emendati, impressiq; sunt. Est enim uarius, copiosus, sublimis, concitatus, & (ut Quintilianus ait) oratoribus non minus, quàm poëtis imitandus. Et ipse in præfatione quadam, ætatem, & initia sua cũ Vergilio comparans, ausus est dicere, & quantum mihi restat ad Culicem? Apud Cornelium Tacitum legitur, Consl. Silio Nerua, & Attico Vestino, coniurationem in Neronem cœptam, & in primis Anneum Lucanum coniurasse, quod famam carminum eius premebat Nero, prohibueratq; ostentare, uanus assimulatione. Tum detecta coniuratione, Lucanus Acciliam matrẽ suam inter conscios nominauit, promissa impunitate. Sed Nero post mortem multorum Lucani cædem imperauit: in profluente sanguine, ubi frigescere pedes, manusq;, & paulatim ab extremis discedere spiritum, feruidus adhuc, & compos mentis, intelligit, recordatus à se carmen compositum, quo uulneratũ militem, per huiusmodi mortis imaginem obiisse tradiderat, uersus ipsos retulit, atq; ibi suprema uox fuit.

EPITAPHIVM LVCANI.

Corduba me genuit, rapuit Nero, prælia dixi,
Quæ gessêre pares, hinc gener, inde socer.
Continuo nunquam direxi carmina ductu,
Quæ tractum serpant, plus mihi comma placet.
Fluminis in morem, quæ sunt miranda, citentur,
Hæc uerò sapiet dictio, quæ feriet.

PHILIPPI BEROALDI DE PATRIA, genere, & uita poëtæ Lucani.

Corduba, quæ ciuitas est Bethicæ prouinciæ in Hispania, Anneorum familia fuit illustris, clara duobus Senecis in primis, unicoq; Lucano. Lucanus itaque patrem habuit nomine Melam, matrem Acciliam. Romam adhuc infans à patre perductus, condiscipulus fuit Persij, in poëtica, & oratoria eminentissimus: complura reliquit ingenij sui monumenta. Orpheum, de quo Papinius.

Et noster tibi præferetur Orpheus.

Syluas, Saturnalia, Incẽdium Troianum, & cunctis clamorem, Pharsaliam, quam

quam Papinius cæteris poëmatibus non dubitauit anteponere, excepta Vergilij Aeneide, cui nec subijcit, nec præponit Pharsaliam, ita scribens.

Quid maius loquar? ipsa te Latinis,
Aeneis uenerabitur loquentem.

Lucano plectra secunda Lyræ Latiæ ab Apolline data scribit Martialis. Lucanus, ut inquit Quintil. ardens est, & concitatus, & sententijs clarissimus, & oratoribus nō minus, quàm poëtis imitandus. Vxorem habuit Pollam argentariam, Polli Argentarij filiam eruditissimam, quam omnibus dotibus fœmineis præditam fuisse canit. Calliope Papinij. A Nerone prohibitus ostentare carmina, hæsit coniurationi Pisonianæ, quæ in Neronem, duce Pisone insurrexerat. In hac deprehensus, accepto libero mortis arbitrio uenas secuit, quod idē fecit Seneca Lucani patruus. Authores Eusebius, & Cornelius Tacitus.

LVCANI VITA A SVLPITIO *congesta.*

MArcum Anneum Lucanum Caia Acilia, Acilij Lucani oratoris filia ex Anneo Mela Senecæ Stoici fratre equite Rom. peperit Cordubæ III. Non. Nouemb. C. Cæsare Germanico iterū, & L. Cesiano Coss. octo mensium infans Romam à patre aduectus est: ibiq; Palæmone Grammatico, Virginio Flauio rhetore, & Cornuto poëta ac philosopho præceptoribus usus est, unà cum Saleio Basso, & à Persio, quos præcipuo amore dilexit. Cumq; Neroni, quem adolescentem patruus instituebat, esset non iniucundus, ante annos Quæstor est factus: & munus gladiatorium edidit. Inde cunctis suffragijs in auguratus sacerdotium ascitus est. Vxorem habuit Pollam argentariam, Pollij argentarij filiam, nobilem, ditem, & eruditam. In Neronis odium cupiditate ostentandi ingenij incidit. Nam cum ille per Clinium Ruffum Nioben in Theatro Pompeij pronunciaturum se indixisset, Lucanus Orpheum extempore decantauit, coronamq; à iudicibus reportauit. Post illud famam carminum eius premente Nerone, qui eum publicè recitare, & ostentare carmina prohibuerat, Pisonianæ coniurationi adhæsit, accusatusq;, & tortus matrem indicauit, impunitate promissa, ut Tacitus habet. Mox mori iussus, calida aqua immersus uenas medico præbuit. Profluente sanguine, ubi frigere pedes, manusq;, & paulatim ab extremis cedere spiritū sensit, feruido adhuc, & cōpote mentis pectore, hos uersus ex lib. 3. enūciauit.

Scinditur auulsus, nec sicut uulnere sanguis
Emicuit lentus, ruptis cadit undiq; uenis:
Discursuq; animæ diuersa in membra meantis,
Interceptus aquis, nullius uita perempti
Est tanta dimissa uia.

Hæc illi summa uox fuit. Decessit autem Prid. Calend. Maij Nerua Syllano, & Vestinio Attico Coss. cum Cos. designatus cum Plautio Laterano esset. Vitæ uerò anno 27. sepultus est in hortis suis, quos pulcherrimos habuit. Hæc deco. Inscriptio uetus, & marmorea in D. Pauli templo Romæ conspicitur.

M. ANNEO LVCANO, CORDVBENSI POETAE, BENEFICIO NERONIS CAESARIS FAMA SERVATA.

Scripsit penè puer, ut Papinius docet, Certamen Hectoris, & Achillis: cum cadaueris Hectorei redemptione. Fabulam Orphei inferos adeuntis. Incendium urbis. Lauream, & laudes uxoris. Declamauit etiam, & causas orauit. Postremo loco Pharsaliam ardenti animo est aggressus, sed non perfecit. Primos tres libros, adiuuāte uxore correxit. Septem reliquos, si uixisset, emendaturus. In ijs ordinem sequitur, quo res gestæ sunt. Mens eius est, se commendare immortalitati, & ciuilia bella dissuadere. Pharsaliam autem inscripsit, à Pharsalo Thessaliæ oppido, in cuius campis Pompeius à Cæsare est superatus.

M. ANNEI LVCANI VITA EX COMmentario antiquissimo.

MArcus Anneus Lucanus, patrem habuit M. Anneum Melam, ex prouincia Bethica Hispaniæ interioris, Cordubensem, equitem Romanum illustrem inter suos, notum Romæ propter Senecam fratrem: clarum per omnes uirtutes uirum, & propter studium uitæ quietioris: quod sequens magis à turba recedebat, minus latebat. Matrem habuit, & religionis eiusdem, & urbis, Aciliam nomine, Acilij Lucani filiam, Oratoris opera, apud proconsules frequentis, & apud clarissimos uiros nonnullius ingenij, adeò non improbandus, ut in scriptis aliquibus, hodieq; duret eius memoria, cuius cognomen huic inditũ apparet. Natus est, III. Non. Nouemb. C. Cæsare, Augusto Germanico II. L. Cæsiano primo Coss. sed in patria sua non ualuit educari, fatorum (credo) decretis, ut id ingenium quod orbem fama sui impleturum cresceret, in domina mundi aleretur urbe. Octauũ enim mensem agens Romam translatus est, ac ne dispar euentus in eo narraretur eius, qui in Hesiodo refertur, cùm opinio tunc nõ dissimilis maneret, cunas infantis, quibus ferebatur, apes circumuolarunt, osq; insedere complures, aut dulcem iam tum spiritum eius inhaurientes, aut fœcundum, qualem nunc existimamus, futurum significantes, præceptoribus tunc eminentissimis est eruditus, eosq; intra breue temporis spatium ingenio adæquauit. Vnà uerò studentes superauit profectibus. Declamauit, & Græcè, & Latinè, cum magna admiratione audientium, ob quod puerili mutato in senatorium cultum, & in noticiã Cæsaris Neronis facilè peruenit, & honore uix dũ ætati debito dignus iudicatus est. Gessit autem Quæsturam, in qua cum collegis more tunc usitato munus gladiatorium edidit, secundo populi fauore. Sacerdotium etiam accepit Auguratus. Et quidem hactenus tempora habuit secunda. Quæ autem sequuntur, mutata inuidia, & odio Neronis, ipsi exitium, domesticis luctum miserabilem attulerunt. Inter amicos enim Cæsaris, quod tum cõspicuus fieret, prouectus in poëtica frequẽter offendebatur. Quippe & certamine pentaetérico acto in Pompeij Theatro laureis, recitãte Nerone, fuerat coronatus, & extempore Orphea scriptum in experimentum ingenij ediderat, & tres libros, quales uidemus. Quare inimicum sibi fecit Imperatorem, quo ambitiosè mutante, non hominum tantum, sed & artium principatum sibi uendicãte, interdictum est ei poëtica, interdictum est etiam cauſſarum actionibus. Hoc factum Cæsaris iuuenili æstimans animi calore, sperans; ultionem, à coniuratis in cædem Neronis socius assumptus est, sed parum fausto. Deceptus est enim à Pisone, & Consularibus, alijsq; prætura perfunctis illustribus uiris. Dum uindictam expetit, in mortẽ irruit: nam sua sponte coactus uita excedere, uenas sibi præcidit, perijtq; pridie Cal. Maias, Attico Vestinio, & Nerua Syllano Coss. 27. ætatis annum agens, non sine iactura utilitatis, cùm patriæ, quæ tantam immaturò amisit indolem, tum studiorum quoq;. Reliqui enim septem belli ciuilis libri locum calumniantibus tanquã mendosi non darent, qui tametsi sub uero crimine iudicem non egent patrocinio, in eisdem dici, quod in Ouidij libris præscribitur, potest.

Emendaturusq;, si licuisset, erat.

Extant, eius, & alij cõplures, ut illa. Consaturnalia, Catascomon, Syluarũ X. Tragœdia Medea imperfecta, Salticę fabulæ XIIII. & Hippamata prosa oratione in Octauium Sagittam, & pro eo de incendio urbis. Epistolarum ex Campania non fastidiendi quidem omnes, tales tamen, ut belli ciuilis uideantur accessio.

EX

M. ANNEI LVCANI VITA.

EX DIMIDIATO CODICE PARTICVLA AD poëtæ huius uitam pertinens ſumpta.

Rima ingenij experimẽta in Neronis laudibus dedit in quinquennali certamine, deinde ciuile bellum, quod cũ Pompeio, & Cæſare geſtum eſt, recitauit, ut præfatione quadam ætatem, & initia ſua cũ Vergilio comparans, auſus ſit dicere. Et quantũ mihi reſtat ad Cucem? Hic initio adoleſcẽtiæ cum ob infeſtum matrimoniũ patrem ſuum agre longiſsime cognouiſſet, reuocatus Athenis à Nerone, cohortiq; amicorum additus, atq; etiam Quæſtura honoratus, non tamen permanſit in gratia: ſiquidem ægrè ferens recitantes, ſubitò, ac nulla refrigerandi ſui cauſſa indicta, Senatu cũ receſsiſſet, neq; uerbis aduerſus principẽ, neq; factis extantibus, poſtea hæc temperauit, adeo, ut quondã in latrinis publicis clamore cũ ſtrepitu uentris emiſſo hemiſtichium Neronis magna confeſſorũ facta pronunciarit. Sub terris tonuiſſe putes: ſed & famoſo carmine cũ ipſum, tum potentiſsimos amicorum grauiſsimè proſcidit. Ad extremũ penè ſignifer Piſonianæ coniurationis extitit multus in gloria tyrannicidarũ palàm prædicanda, ac plenus minarũ uſq; eò intemperãs, ut Cæſaris caput proximo cuiq; iactaret: uerũ detecta coniuratione, nequaquã animi conſtantiã præſtitit: facilè enim confeſſus, & ad humillimas deuolutus preces, matrem quoq; innoxiam inter ſocios nominauit, ſperans impietatem ſibi apud principem profuturam. Impetrato autem mortis arbitrio libero, codicillos ad patrem corrigendos quibuſdam uerſibus exarauit: epulatusq; largiter brachia ad ſecandas uenas præbuit medico.

EADEM, EX PETRI CRINITI DE POETIS Latinis, Libro III.

Anneus Lucanus, natione Hiſpanus, patria Cordubẽſis fuit. Patrẽ habuit L. Anneũ Melam, qui habitus eſt Senecæ, & Gallionis frater, ut obſeruatũ eſt in Annalib. Euſebij. Natalis eius traditur, C. Cęſare Germanico iterũ, & L. Cæſiano Coſſ. Delatus ad urbẽ, cùm in prima adhuc infantia eſſet, quo facilius pro ætate in bonis diſciplinis cultũ ingenij caperet. Adoleſcens factus illuſtres habuit præceptores. In litteris Rhemniũ Palæmonẽ, qui principẽ locum inter omnes Grammaticos tenuit. In rhetoricis, Flauium Virginiũ, rhetorẽ illis temporibus nobiliſsimũ. Tantumq; diligẽtia ſua, ac facilitate ingenij profecit, ut Græcè ac Latinè declamaret, non ſine ſumma admiratione audientiũ. Inter cæteros condiſcipulos, Saleiũ Baſſum, & C. Perſium, qui Satyras ſcripſit ſingulari beneuolẽtia dilexit, mutuiſq; officijs proquutus eſt. Apud Cæſarem Neronem permultum gratia, & beneuolentia in prima ætate potuit, adeò illi efficax fuit ingeniũ, ad promerendos, conciliandoſq; ſibi animos hominũ. Itaq; non modo ad Quæſturæ dignitatẽ prouectus eſt, ſed in Augurum quoq; collegium aſcitus, cõpoſitis uerſibus de laudibus Neronis. Non tamen permanſit in gratia apud eum principem, qui alienas laudes moleſtiſsimo animo ferret, quiq; in repellendis, opprimendisq; uirtutibus acerrimus, ac ſæuiſsimus fuit. Vxorem habuit nomine Pollam argentariã, de cuius ingenio, atq; doctrina multa referuntur à Sidonio Apollinare, & Papinio, qui maxima quadam reuerentia, inquit, ad Natalem Lucani celebrandum ſe accedere: & eſſe hoc imputandum Pollæ Argentariæ, cuius eruditio, atque nobilitas ſumma fuit. Valerius quoque Martialis multis carminibus Natalem Lucani deſcribit, quale eſt illud contra Neronis iniquitatem.

Hæc eſt illa dies, quæ magni conſcia partus,
Lucanum populis, & tibi Polla dedit.
Heu Nero crudelis, nullaq; inuiſior umbra
Debuit hoc ſaltem non licuiſſe tibi.

Enumerantur à Grammaticis noſtris, præter opus de bello Cæſaris, & Pompeij, cõplura alia ab eodem Lucano compoſita, quibus maximã laudem adeptus

tus est ingenij, & doctrinæ. Scripsit enim Saturnalia, Syluarũ lib. x. Tragœdiã Medeã, quam nõ absoluit: de incẽdio urbis, de incendio Troiæ, cũ Priami calamitate, Orpheũ, fabulas complures, & epistolas. Ex libris Pharsaliæ tres primos emendauit, cũ uxore Argentaria, reliquos imperfectos, atq; inemẽdatos reliquit, propter intempestiuũ interitũ. Fabius Quintil. author est, Lucanum ipsum magis annumerandũ esse Oratoribus, quàm poëtis. Est, inquit, ardens, & concitatus, sententijs clarissimis excellens. In concionibus admirãdus, atq; excultus, adeò, ut uideatur satis exprimere singularẽ illam elegantiã, & maiestatẽ Vergilij. Sunt qui scribant eum perijsse florenti adhuc ætate, cum nondũ xxx. annum attigisset. Sed referendũ, id est uerbis Cornelij Taciti, qui de hoc agit in gestis Neronis. Attico Vestino, & Silio Nerua Coss. facta est conspiratio contra Neronem Imp. principi tam præclari facinoris C. Pisone. Lucanum propriæ caussæ ad hoc accendebãt, quod famã carminũ eius deprimebat, prohibueratq; ostentare uanus assimulatione. Patefacta autẽ coniuratione, Lucanum cædem imperauit Nero. Is brachium dedit medico ad secãdas uenas: & ubi profluente sanguine, pedes frigescere, manusq;, & paulatim ab extremis cadere spiritum, feruido adhuc, & cõpote mentis pectore intelligit, recordatus à se carmen compositum, quo uulneratũ militem per eiusmodi mortis imaginem obijsse tradiderat, uersus ipsos retulit, eaq; illi suprema uox fuit. Visitur adhuc Romæ in marmoreis monumentis id elogium de Lucano priscis literis. Corduba me genuit, rapuit Nero, &c.

DE OPERIS TITVLO.

INscribuntur hi libri, de bello ciuili, siue Pharsalia. Refert in his poëta, qua de caussa, quaq; fortuna bellum ciuile gestũ est, inter Cæsarẽ, & Pompeiũ belli ducem à Senatu P. R. lectum, cuius argumẽtum paulò pòst ordine referemus. Porrò Pharsaliã etiam inscripsit, à Pharsalia Thessaliæ regione, in cuius campis, qui Plinio Pharsalici uocantur, haud procul ab oppido Pharsalo cũ Cæsare Pompeius de summa rerum dimicauit, & uictus fugit. Plinius prodidit Nilum bello Pharsalico minimũ fuisse, ac profligij loco acceptum, ueluti flumen necem Pompeij auersaretur.

DE RATIONE TITVLI PHARSALIAE.

PHarsaliam hos libros uocauit poëta, à campis Pharsalicis, aut à Pharsalo oppido, in cuius agro ultimũ inter duces pugnatum fuit. Phariolus nomẽ accepit à Pharsalo Acrisij filio, cõditore oppidi. Hoc opus in x. deduxit libros, omne genus eruditione refertos. In primo aduentum Cæsaris in Italiã, & catalogũ auxiliorum refert. Secũdo trepidationẽ Italiæ, ad Pompeianorũ fugam. Tertiò discessum Pompeij ex Italia, & eius auxiliorum catalogum. Quarto res Hispaniarũ inter Cæsarẽ, & Duces Pompeianos. Quinto, quid in Epiro sit gestum, & reditum Cæsaris ex Hispania. Sexto pugnam ad Dyrrhachium, & Erichthus incantamenta. Septimo, pugnam Pharsalicam. Octauo fugam Pompeij in Aegyptum, & eius necem. Nono bellum per Catonem, & Pompeianos. Decimo Cæsaris gesta in Aegypto.

ARGVMENTVM OPERIS PHARSALIAE.

GAllia in uniuersum pacata, Cæsar in Italiam iter instituit, maximè, quod Romę in Senatu à Cõsulibus, & alijs eius ordinis principibus suam dignitatẽ apertè oppugnari accepisset. Erat tum Cos. M. Marcellus, qui ad Senatum retulerat, ut ante tempus illi succederetur, et exercitus uictor dimitteretur, authorq; fuit patribus Senatusconsulti facũdi, ut Pompeius unã legionem ad Parthicum bellum, & alterã Cæsar daret. Hic ubi legiones Romæ retineri audiunt, agnouit inimicorũ fraudem iam dudum suspectam, & unus è colonis, quos Comum deduxerat, à Marcello in eius in-

uidiam,

tridiam. cæsus fuerat. Plutarchus decurionem fuisse ait. Illi per Paulum Aemylium eius collegam, & C. Curionem Trib. Pleb. restitit. Vbi uerò sensit inimicos Coss. declaratos, cogeretur̃q; exercitum dimittere, & priuatus redire in ordinem, per literas senatum precatur, ut absenti cõsulatum petere liceret, cui id à populo concessum fuerat. Cæsaris caussa ab Aemylio acriter defensa est, sed multo acrius à Curione, ne exercitu spoliaretur, nisi alij Imp. P. R. pari conditione suas copias dimitterent. Et cùm id negaretur, ad ultimum cum inimicis egit, ut cum duabus legionibus citeriorem Galliam, & Illyricum obtineret, quoad Cos. fieret. Negatũ id quoq; magnis clamoribus fuit. Inde cum V. M. peditum, & C C C. equitibus Rauennam progressus est, uindicaturus Tribunos suos, si quid grauius in eos statueretur. Huc Curio ad eũ uenit, retulitq;, ut quæq; gesta erant, ac statim triduj itinere celeriter Romam redijt, & quidẽ cum literis Cæsaris ad nouos Coss. Calidium, & Lentulum. Quibus in senatu lectis, ad earum denunciationem ab uniuersa curia est reclamatum, & tumultuosè Senatusconsultum factum. Antonius, & Cassius Tribuni curia excedere iubẽtur, L. Domitio successore Cæsari dato. Antonius cum Cassio, & Curione urbe excesit, ac statim tota Italia tumultuosè delectus à Coss. habetur. Cæsar his acceptis, milites in cõcionem aduocatos grauissima oratione ad uindicandam dignitatẽ suam armis ab inimicorũ iniuria accendit, cui magno fremitu ab omnibus acclamatum est, ut suo iure militum opera uteretur. Inde aliquot cohortibus Rauenna præmissis Ariminum uersus, sub noctem iter intendit. Erat tũ Rubico amnis Italiæ terminus, huc milites suos assequutus est. Iaq; cum uaria prodigia circa urbẽ nunciata essent, amnem transgressus ante lucem Ariminum occupat. Huc Trib. Pleb. urbe electi ad Cæsarem uenerũt. Qui in concione conspecti milites multo magis ad ultionẽ accenderunt. Mox Cæsar Aretiũ, Pisaurum, Fanum Fortunæ, Anconem, & alia nonnulla oppida occupauit. Harum rerum nuncius Romã delatus terrorẽ tantum ciuitati incussit, ut Coss. cum magna parte patrum urbe excesserint. Hinc actum de pace cum Pompeio, sed frustra, Pompeius militibus in naues impositis, per medias Cæsarianorũ stationes, refracta catena in altũ euasit, Cæsar recepto Brundusio, eoq; undiq; contractis nauibus, Valerium Legatum in Sardiniam misit cum una legione, Curionem in Siciliam cum tribus, ut ea recepta, in Africam transmitteret. Romam interea reuertitur Cæsar, ibiq; patribus relictis suscepti belli rationem reddidit, triduoq; ibi irritis actionibus consumpto, ærarium diripiendum militibus dedit. Sub hæc petenti Hispaniam, Massilienses portas clauserunt. Hic relictis aliquot legionibus, terra, & mari, ipse cum reliquis copijs in Hispaniam proficiscitur, ubi ad ultimũ ducibus Pompeianis in gratiam receptis, milites ultro ad Cæsarem transiuerunt. Capitur interim Massilia, Nullo morabinc in Hispaniam ulteriorem ad Varronẽ contendit, quo deuicto militibus ueniam dedit. Curio in Africam transmittit, & Vticam occupat, Catonis patriam, qui paulò pòst ad Bragadam amisso exercitu, fortiter pugnans occubuit, à Saburra Iubæ præfecto interfectus. Nihil clade hac motus Cæsar, in Macedoniam copias traducit, ubi aliquot loca hostibus ademit. Non multò post copijs auctus circa Dyrrhachium Pompeium ingenti uallo ita cinxit, ut ipse in summa rerum inopia, non tam obsidẽti, quàm obsesso similis esset. Hic Cæsar cum Pompeio prælio congressus uincitur, & Pharsaliam petit. Apud Pharsalum acie superatus Pompeius in Lesbum fugit. Inde cum uxore in Aegyptum nauigat, ratus ibi tutum se futurum, ubi regis iussu, consilio Photini interfectus fuit. Cęsar interim in traiectu Hellesponti Cassio recepto, fugientẽ hostem in Aegyptum sequutus est, Ptolemæus Cæsarẽ Alexandriæ bello aliquãdiu fatigauit, qui ad postremũ uictor, rege sublato, Cleopatrã eius sororẽ, cuius illecebris captus erat, & ex qua iam filium sustulerat, in regnum confirmauit. Inde Cæsar in Pharnacẽ mouit, quem mira celeritate uicit. Literasq; ad Senatum misit, subitæ uictoriæ indices. Veni, uidi, uici. Postea in Africam progressus

greſſus poſt uarios hoſtiũ conatus, uno ꝓſpero prælio, quo trina caſtra cœpit, rerũ potitus eſt, M. Cato ægritudine animi, quã ex uictoria Cæſaris concepit, mortem ſibi cõſciuit Vticæ. Cæſar Romã reuerſus, quater triũphauit. Inde uariis ſpectaculorũ muneribus editis, ciuitatẽ recreauit, quæ tot cladibus aliis lu, per alias fuerat afflicta. Cleopatrã Romã uenientẽ honorificè excepit. Paulò pòſt in Hiſpaniã reuerſus cũ exercitu, Pompeij filios nouas res molientes ad Mundam acie ſuperauit. Vnde domum reuerſo magni honores ſunt decreti,

ALITER EIVSDEM HISTORIAE ARGV-
mentum per Sulpitium.

Vm prouinciæ cõſulares Hiſpanię Pompeio, Craſſo Syria, & Parthi cum bellũ, Cęſari Gallia Germaniaq; datæ eſſent, Craſſusq; perijſſet, & Cæſarum alterũ luſtrum prorogata eſſet poteſtas, decretusq; à x. tribubus Conſulatus, & Põpeius, Iulia defuncta ſuſpectas haberet Cæſaris opes, Marcellus Coſ. de Cæſaris ſucceſsione agere cœpit. Hic uerò pacata iam intra nouẽ annos uniuerſa prouincia, non abnuebat, modo in proximis comitijs ſui abſentis ratio haberetur. Sed aduerſantib. Pompeianis decretũ eſt, ut dimiſſo exercitu ueniret, & peteret more maiorũ. Ille, niſi & Põpeius abmis cederet, & niſi decretis ſtaretur, ſe nõ dimiſſurũ reſpondens, pro hoſte habetur. Iratus igitur prouinciã cum exercitu Romã uerſus egreditur, tantumq; terroris urbi incutit, ut Põpeius cũ Senatu Capuã, & inde Brunduſiũ fugerit. Ibi obſeſſus à Cęſare uix euadit in Græciã. Cæſar Romã reuerſus ærariũ diripuit ſuis militib. diuidit. Poſt Maſſiliã oppugnans, Petreiũ, & Afraniũ Põpeianorũ duces partiũ, in Hiſpania ſuperauit. Inde Romã, pòſt in Emathiã uenit. Ibi deuictus Põpeius in Aegyptũ fugit ad Ptolemæũ, cuius iuſſu ſpectante Cornelia cõiuge, & altero filio eſt interemptus, alter enim in Libyã cum Catone, et reliquijs exercituũ ad Iubã regẽ confugerat. Mox Cęſar Aegyptũ adiens, bienniũ ibi conſumpſit, & Pharnacẽ ſuperauit. Inde in Libyã nauigans, Scipionem uincit, & Iubã ad mortẽ compellit. Cato ipſe ſibi mortẽ conſciſcit. Pompeij filij Mundã ſe conferunt, ibiq; à Cæſare expugnantur. Cneusq; etiam interficitur. Sextus ſe in Siciliam recipit, Poſt hæc Cæſar Romam reuertitur, triumphatq; quinquies. Hic finis belli ciuilis fuit, quod ſequutum eſt aliud ſub Auguſto.

DE CAVSSIS BELLI CIVILIS.

Auſſa ciuilis belli nõ una proditur: una quod res, quas Cæſar inſtituerat (ut Põpeius prædicare ſolebat) inopia perficere non ualeret, neq; ſpei, neq; expectationi, quã multi de eius aduentu cõceperãt, ſatisfacere nõ poſſet, atq; ob id omnia armis miſcere uoluiſſe. Altera, ne rationẽ eorum reddere cogeretur, quæ multa in primo ſuo cõſulatu, contra leges, interceſsiones, & auſpicia geſſerat, id quod futurum aliquãdo M. Cato iureiurando denunciauerat. Ipſe uerò aliã prætexuit, quod Trib. Pl. ſua cauſa à Coſſ. curia eſſent eiecti, & quidã colonorũ ſuorum ignominia cõtumelioſè publicè affecti eſſent. Porrò autem quæ cõtra leges dixi eum multa geſsiſſe, erant iſta maxime, quod citra Senatus, populiq; authoritatẽ, regibus quo uellent, & quoties uellent, auxilia ſubmitteret. Et cũ uellet ſtudio reges, et prouincias allicere, quibuſdã captiuorũ millia offerebat. His & ſimilibus Romæ aduerſarijs attonitis, Claud. Marcellus ad ſenatũ retulit, ut ante tempus ei ſucceſſor daretur. Quidã putabant eum imperij cõſuetudine captũ, penſitatis ſuis, & inimicorũ uirib. uſum fuiſſe occaſione rapiẽdæ dominationis, quã ætate prima apud animũ ſuũ agitauerat, quod & Cic. exiſtimaſſe uidetur li. 3. Offic. ubi refert Cæſarem ſemper in ore habuiſſe uerſus hos ex Euripidis Phœniſsis.

Εἰ πρὸς γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι.
Κάλλιστον ἀδικεῖν, τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Quos uerſus ſic ipſe uertit,

Nam ſi uiolandum eſt ius, imperij gratia
Violandum: alijs rebus pietatem colas.

FINIS.

SVLPITII ARGVMENTA IN SINGVLOS LIBROS.

PRimus bella mouens expellit ab urbe Senatum,
Brunduſium oppugnat, Magnum fugat atq; Secundus,
Tertius exornatq; Duces, & Phocida uexat.
Ad Sicorim Quartus certat, longasq; Salonas.
Quintus ab Heſperijs uictorem mittit in hoſtes.
Clauditur in Sexto pater, & ſtirps conſulit umbras.
Septimus expugnat partes, Magnumq; repellit.
Octauus Magni cædem cum funere deflet.
Per Libycas Nono uictos Cato ducit arenas,
Exponit Decimus, cœnam fraudesq; Photini.

INDEX LOCVPLE-TISSIMVS OMNIVM RERVM MEMORABILIVM GESTARVM, LOCORVM, REGIONVM, POPVLORVM, INSVLARVM, PROMONTORIORVM ET Fabularum, quæ in Commentarijs D. LAMBERTI HORTENSII, in M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS Poëtæ celeb. x. Lib. Pharsaliæ explicantur: secundùm ordinem Alphabeticum digestus.

A

Baris philosophus 8.a
insignis unde sit oriundus 8.a
abases insulæ 83.a
abnoba mons 108.b.162.b
aborigines Latiũ inhabitant 47.a
abraham quando sit natus 329.b
abrahæ patria 30.a
abrahamũ astrologũ fuisse 139.a
abstythus flu. 320.a
abstyides insulæ 320.a
abus mons 8.c.846.a.908.a
abydeni Leandri historia 270.a
abydus oppid. 646.c
abyla mons 119.b.362.a.370.b
abyssus quid propriè sit 154.155.a
acamas prom. 936.c
acanthos urbs 323.a
acantium oppid. 690.c
acemaniæ descriptio 697.a
acarnanes pop. 697.a
acarnanis mors 312.c
acas flu. 184.b
accipiter quid denotet 695.b
acesines amnis 333.a
achæmenidæ descriptio 339.a
achæmenei unde Persæ dicantur 160.c.161.911.c
achæmenidæ 160.c.911.c
achæi pop. 251.a
achæus quis fuerit 855.c
achaiæ descriptio 689.a.b
achamenidon herba uenefica 720.b
achelous quis fuerit 696.c
achelous flu. 147.b.838.c
acheloi & Herculis duellum ob Deianiram 696.c
achemisia specus ubi locorum sit 361.c
acheloi descriptio secũdum Thucydidem 697.c
achillas consilarius regis Ptolemæi 940.a
achillas Põpeiũ interficit 948.b
achillæ uerba ad Pompeiũ 996.b
achilles unde Lariſſæus sit dictus 693.a unde ortus 258.c ex quo citharam didicerit 708.a
achillis fabula 687.b sepulchrum 325.b 688.c patria 687.a 862.c
achini unde dicti 855.c
acierum olim & genera 81.b 840.b.c
aconitæ stellæ unde dictæ 111.c
acriseus rex Argiuorum 831
acroathon oppid. 266.c
acroceraunior um montium descriptio 260.a unde dicti 312.c
actiaca pugna 394.c
actij Varri clades 679.b eius militum defectio 198.c interitus 13.b
actium oppidum 14.c
acyrologia 158.b
adiabene regio 252.b
adria urbs 257.c
adriani pop. 223.a
adriaticum mare eiusq; descriptio 257.c
adriatici maris sinus. ibid.c
ædon mons 147.a
ædones & Aedoni pop. 147.a
ædonides matres quæ dictæ sint 147.b
ægæ oppid. 336.b
ægæum mare unde dictũ sit 265.c 256.a.b
ægæi maris etymon & descriptio 29.b
ægialus urbs 311.b
ægidius Schudus uir doctus 163.b
ægilipe oppidũ Leucadiæ 14.c
ægis quid sit 850.b
ægisthus interficitur 115.b
ægle soror Phaëtontis 218.c
æglæ fabula 11.b
ægrotos quomodo Indi curent 340.a
ægus dux strenuus 799.a
ægyptij quomodo anni qualitatẽ dijudicent ex Nili incrementis 10.a quarum rerum inuentores sint 332.b Astronomiæ maximè dediti 139.a unde Pharij sint nominati 262.b quos deos coluerint 962.b.c
ægyptiorum origo 334.a bipartitus literarum usus. ibid.b regum catalogus 951.c.952.c literæ & characteres olim 332.c 333.a ritus, cæremoniæ, & cultus diuinus 962.b.c regum diademata 1015.c idololatria 962.b regum sepultura & monumenta 952.c.953.a studia 718.b
ægyptios agros quid fertiles reddat 219.b.c
ægyptus quomodo olim dicta sit 2.b
ægypti descriptio 937.a
ægyptum quando Romani obtinuerint 149.b
æmathia regio unde dicta eiusq; descriptio 152
Q. Aemilius Pappus pauperrimus Imperator 39.b
æmonia regio 320.c
æmius mons altissimus 148.c. 152.b.322.a.789.b.731.c
ænienses pop. 704.b
æoles & Aeolidæ pop. 704.a.b
æoli sceptrum 226.c matrimonium & regnum 704.b
æolis regio 324.c.325.b
æquinoctialis circulus qui dicatur 22.c
æquinoctium quo mense & die fiat 22.c.271.a
æquinoctium autumnale quando accidat 937.c
ærarium Romanum qui populi ac Reges bellis denicti per Imper. Rom. ditârint 303.a.b.c.304.a.b.&c. cur Romani sanctius esse noluerint 298.c milites Cæsariani diripiunt. ibid.c Romanum ex quibus constiterit 306.b. ibid.a
æria quæ regio olim sic dicta sit 2.b
æromantia quid 718.b.794.a
aër qua in regione purior sit 18.b quando uiolentius fulminibus inficiatur 197.b
æris descriptio 26.a
æs intra loculos intactos à fulgure liquefieri 113.b
æschyli uersus de mare Ionio 29.a

æsculapius ex quo artem medicã percepe rit 708.a
æsculapij templũ in Epidauro spoliatum 246.c templũ in Coo 915.b apud Epidauros 259.c sacra 964.b
æsis flu. 43 c.217.b.218.a.223.a
æson rex Thessaliæ 838 b
æstates duas qui populi habeant 343.b
æstatis initium 277.b
æstus qd propriè significet 395.b
ætas aurea quo tẽpore fuerit 17.c
æther unde nomẽ habeat 766.b
æthiopiæ descriptio, situs, limites, flumina & oppida 348a.b. 549.b
æthiopes Hesperij 1003 b
æthiopum mores, victus, habitus & consuetudines 348.b
æthiopum literarum duplex genus. ibid.b
æthinges pop. 317.c
æthlius rex Bœotiæ 714.a
ætnæ mõtis descriptio eiusq; incẽdij causa 115 b.c. 676.c. natura 15.a b
ætoliæ descriptio 311.c
ætoli pop. 308.b
ætites lapis eiusq; uires 744 a
africa unde dicta 990.a alio nomine etiã Libya dicitur 49.a terra torrida 982 c cur sit sterilis 83.c
africæ long'it. & latit. grad. 369.b
agæus mons 844.c
agamemnon ceruã Dianæ per ignorantiam immolat 293.b c
agamẽnonis somniũ 283.c.772. b.c exercitus contra Troianos 367.b interitus 115 b
aganippe 309 a
agasus portus 254
agathyrsi pop. 7.b.364.c (7.c
agathyrsorũ funera & ceremoniæ
agathyrsos pictos cur Virgilius appellet. ibid.c
agaue uxor Echionis, furore cõcepta, Pẽtheũ filiũ, Bacchi cõtẽtorẽ excerpsit 123.a 694.b 868.c
agenoris historia 332.a
aglaophotis herba uenefica 720.b
aglaosthenis sententia de Cynosura 332 a
agonales aliâs Salij dicti 133.a
agotus urbs 330.c
agraria lex Tyberij Gracchi 60.c 760.b
agrippas urbs 330.c (350.c
agrippæ opinio de Aethiopũ terra
agri quo pacto diuisi fuerint apud Romanos 61.a.b
agroriũ iugera quot quilibet ciuis Rom. possederit 397.b.760.c
aiacis sepulchrum ubi locorũ sit 325.b.c.688 c (329.c
alabastrites lapis ubi nascatur
alæ equitũ quæ propriè dicantur 107.c.228 b
alani qui fuerint & unde uenerint, eorumq; descriptio 911.a
alani montes 909.b
alba longa ibiq; latinę ferię 294.c
alba urbs à quo condita 820.b
alba regalis oppidum 668 b
albanum oppidum 668.b
albani pop. 358.b.910.b à Pompeio uicti 33.a
albici Barbari pop. 580.b.c
albinga 90 b
albion insula nunc Britannia 246.a
albis fluuij fons & tractus 163.a
albula flu. aliâs Tybris 221.a
alcati Parithaonis filij interitus 184 b (le 924 b
alcaira urbs 935.b emporiũ nobl.
alchippen oppidũ Marsorũ 223 a
alchindus magus 723.a
alcides unde sit Hercules cognominatus 124.c
aldi Manutij insigni 333 b
alecto una ex Furijs 124.a unde dicta 286.a
alemãnia regio unde sit dicta 88.b eorumq; descriptio 671.b
alemãni quasi allerley man, allerley zusammen gelesen volck. 88 b. 164.c
alexãdria urbs à quo cõdita 346. b. long. & latit. grad. 346.b
alexãder Hammonis oraculũ adit & cõsulit 370.a filius Deorũ ab Hãmonis sacerdote appellatus 370.a in Cydno fluuio media æstate lauat, subito horrore in frigidissimo amne mẽbra eius dirigueruũt 336.c unde Pellæus nominetur 338.c quo ueneni genere interierit 311.a ubi Porũ uicerit 339.a
alexãdri Magni regnũ quomodo partitũ sit post eius obitum 5.c 149 a res gestæ 913.a milites expeditionẽ in Indiã detrectant 338.b reuerentia erga Bacchũ 912 c expeditio uersus Oceanũ 338 c periculũ 336.b reuerentia erga Nysam ciuitatem 20.a uerba ad milites de Gangis latitudine 337.c militum inopia 356.c res gestæ contra Tyrios 331.a expeditio in Indiam 337. b c corpus Alexandriæ conditum 952.c
alexandri Seueri idololatria 111.b 522.c
allia flu. 522.c
allienſis pugna 823.a dies pro infaustus 522.c
allobroges hodie Sabaudi dicti 89.a à Celtis quid diuidat ibi.a
allunionum lex 675.c
almanach, id est, Calendarium unde nomen habeat 88.b
almon fluuius 151.a
alnus arbor 386.b
aloci fabula & impietas 714.a
aloidæ 715.a
alpes unde dicantur 43.c
alpiũ descriptio & limites 43.b.c
alphæi amnis descriptio tradur 69.a.309.b
alpini uenti qui dicantur 43.c
altaria & ara quid differãt 388.b.c
amanicæ portæ 77.b. 909.b. 255.a
amanoides promõtorium 336.b
amanus mons 341.a.668.b
amasia urbs 342.a
amasis res gestæ & historia 974.c sepulchrũ 976.a thorax 977.a
amazones ubi habitent earumq; mores 1002 96.c
ambiani pop.
ambire quid propriè sit, eiusq; uocabuli multiplex significatio 127.c.128.c 42.b
ambitio duplex 42.b
ambitus unde dicatur & quomodo à Rom. interdictus sit 42.b
ambracia urbs 265.a
ambracius sinus unde dictus 311. c eius descriptio 14.c
ambrones Cimbris sẽ cõiunguar 59.a 1023.c
ambrosios
ambulatoriæ turres quæ dictæ fuerint 387.b
ambulatri pop. 94 b
amburnales hostiæ quæ dictæ sint 128.c 129.a
amicus unus ex centauris 332.b
amintha Pisidarum rex 150.c
amisius flu. 163.a
ammonis oraculum 333.b extirpatio 313.a uide Hammon
amocles Corinthios inuentor triremis 398.c
antonianorum clades 878.a
amordi pop. 161.a 364.a
ampelusia promont. 119 369.a
amphiaraus augur clarif. 115.b
ignispicij inuentor 126.b
amphicea urbs Phocensium delerta 376.c
amphictyon Deucalionorum rex 714.a amphi-

Amphillochi pop. 317.c
Amphion celebris musicus 694.a
amphipolis urbs eiusq; descriptio 836.a. 323.a. 732.c
amphisa & Amphissa
amphisbœna serpens 307.c
amphrysus amnis 1011.b
amphystyon somniorū & ostentorum interpretationis inuentor 216.c
amsterodami quādo fluxus & refluxus maris fiat 91.c
amycleæ urbs 293.a
anabenon flu. 249.c
anacharsides unde sit oriundus 8.a
anacharsidis Scythæ dictū de sua patria 8.b
anactoriæ pop. 363.c
anadipiosis 71.c
anagogices pop. 94.b
ἀναθήματα quæ dicantur 121.c
anamento quo veteres usi sint 331.c
anathemata dijs dedicata Romæ sponte decidunt 121.c
anaurus flu. 700.a (112.c
anaximander Milesius Signiferi obliquitatis inuentor 22.b
anaxus flu. 908.a
anchise urbs 214.c
anchiseta pop. 364.c
anchiseæ mediū sine temonē complexus Delphin qd denotet 333.b
ancile quid sit 991.b
ancona urbs unde dicta 217.a
anconitana Marchia 217.b
ancyle quid proprie sit deq; cō fabula 133.b. 134.a
ancyra urbs 325.c, 328.b
andania flu. 346.b
andria urbs 325.c
anemo flu. 218.a
anemuriū promont. 258.a.336.b
anglia unde dicta 246.a
anglię Insulæ descriptio, limites & appellationes uariæ 83.c
anglii quis primū subingārit 83.c
anglos esse German. 83.c.246.b
animus quid, aut ubi, aut unde sit 733.c. 287.b
anima inter philosophos differentia
animi sedes ubi sit 287.b
animæ corpus quasi sepulchrum 748.c
animæ insepultorum quot annis hinc in de errare soleāt 6.c.748.b
animarum trāsformationem qui approbarint 104.c
animis emaculādis qui anni dedicati sint 956.a
animātia quæ singulis planetis tribuantur 22.b
animantiū uires in quibus maximè sint 254.a
figuris Aegyptij res suas denotabant 333.a
ne uenatorum copia 49.a
annibal Pœnorū dux alterū oculū amittit 216.a quo in loco x. statē in Italia celebrāuit 224.b
Italiā inuadit 159.c ubi à P. Cornelio fit superatus 89.b.c
magnis difficultatib. Rhodanū transit 89.b Romanos ingenti cæde afficit ad Cannam pagum 159.b
annibalis iter in Italiā 222.c clemētia erga deuictos 869.c præcipuæ res gestæ in Italia 159.c
uictoria cōtra Romanos ad Cannam 822.b.c
annonam uberem frumentariam quid denotet 292.a
annonia quid propriè sit 290.a
annus magnus qui dicatur 291.a
Solaris & Lunaris 292.a
anni apud Rom. secundum consiliū nomina signati 264.c.828.c
qui dedicentur purgationib. & uernaculandis animis 6.c
antæi pop. 342.b
antęi Gigantis & Herculis conflictus, eiusq; interitus 182.c prodigiosa magnitudo. ibid.c
antæi Gigan. fabula quid denotet 183.a
antandrus opp. 147.a
antarctici poli, long. & latit. in Assyria 922.a
antenoris urbs 793.a
antenorei pop. 792.c
anthedon urbs 330.c
anthemusa urbs 915.a
anthropophagi 8.a
antiates in societatem Romanorū susceptī 118.b
antigones 147.b
anticyra urbs 307.a
antigonenses 312.b
antiochia à quo condita sit 329.b 646.a eius descriptio & potentia 351.b.c
antiochus prælio superatus à Pompeio 248.a
antitaurus flu. 251.b.340.c
antiū oppidū depopulatur 172.c
antobroges pop. 89.c
antomedontis mors 184.b
antonius ex Senatu Rom. excedere iussus, ob hanc causam ad Cæsarē confugit 60.b se cū suis copijs ad Alpes se proripit 14.c hostis Pop. Rom. iudicatus 13.c
L. Antonius Perusiæ obsessus & captus 13.b ubi ab Octauio sit deuictus 14.b cur sector Pompeij uocatus sit 42.a
M. Antonij res gestæ 875.b 876.a
clades ad Leucas 878.a
antonij oratoris interitus 174.a 175.b
antonianorū clades ad Mutinam 14.a.b
antonini lex de Vsuris 43.a
antron urbs 688.c
antuerpiæ quando fluxus & refluxus maris fiat 91.c
anubis cultus & sacrificium apud Aegyptios eiusq; descriptio 962.b (1.c
aonia quomodo olim dicta fuerit
apamea urbs 328.b
apellis pictoris patria 915.b
appenninus mons unde dictus 11.b.215.a
apēnini mōtis descriptio 215.a.b
accolæ 223.b
aphrodisias urbs olim Megalopolis dicta 345.c
aphrodisia insᵉ. 790.c
aphricanum bellum quot diebus Pompeius confecerit 71.c
aphyton urbs 783.b
apidanus flu. 700.b. 701.a
apis bos in Aegypto numinis uice cultus, eiusq; descriptio 940.c 941.a
apœninia olim Italia dicta 11.b
apollo cur λοξίας sit dictus 754.c
cur Pœan dictus sit 348.783.c
morborum curator 102.b
apollinis Clarij templum 915.a
Delphici Oraculi descriptio 19.a & Bacchi opē cur Poëtæ plerunq; innocent. ibid.a & Marsyæ certamē musicū 326.c
Pythij templū 308.a simulachrū 148.a templū spoliatū 246.c
uariæ appellationes & arma 148.a
apollini Taurus mactatus 137.a
apollonia urbs 323.a regio 682.c
apollonius magus 723.a.125.b
apollonij enarratoris uerba de Scylla & Charybdi 116.a
Tyanei patria 341.a scholiast. uerba de Aegæo mari 29.b uersus de Pelope 184.b.c
aponus flu. 792.c
apoplecti qui dicantur 155.c
appia uia à quo lapidibus sit strata 74.b.293.a
appiani locus de uexillis Cæsaris & Pompeij 5.a
Appuli pop. 217.a. 254.c

appulorum tria genera 154.c
apuliæ fertilitas. ibid.c
apries rex Aegypti 974.c
aproxis herba uenefica 720.b
apuleius de figuris Aegyptiorum 333.a
aqua Martia à quo primùm in urbem fit ducta 208.a
aquarum effusionem quæ constellatio portendat 141.c
aquarius unde nomẽ habeat 141.c
aquarij sideris descriptio 141.c
proprietas & natura [illegible] b
aquilæ natura 1022.c
aquisgranum oppid. 91.b
aquitania regio 101.b
aquitaniæ pop. & descriptio 94.b
aquitani pop. 94.b.99.b Germ. Hackentaner 100.c à Cæsare graviter afflicti 94.c
aræ unde dictæ, & quid differãt ab altare 383.c
arabia triplex earumq; descriptio, limites, urbes, fluuij & alia 341.b 829.b
arabiæ urbium gradus longitudinis & latitudinis 342.c
fertilitas 340.a
arabũ mores, uictus, habitus, consuetudo 341.c
arachosij pop. 363.c. 347.a
arandum quando non sit 291.a
Aransio urbs 98.c
arapotes lacus 974.b
ararat regio 846.a
ararath mons Armeniæ 252.c
araxis ortus, nomẽ tractus & ostiũ 100.a. 88.b. 100.a (20.a
aratro quis primũ boues iunxerit
arati locus 144.c de Arctico circulo 685.a de Arcto Phylace 902.c de Cynosura & Helice 194.a.b de fulminib. 113.b de Hyadis stellis 276.c. 227.a.b de Phœnicũ navigatione 331.c de ursis 899.c monumentũ 336.c
araxea regio 934.a (949.a
araxes flu. 8.c. 250.c. 353.b. 792.a
araxes flu. omnium amnium fertilissimus 8.c
arbaces Medorum rex 696.a
arbitis urbs 347.a
arbores immẽsa crassitudine 101.a.b apud Seres lanam sua sponte gignunt 8.b immensæ magnitudinis 216.a cur veteres dijs consecrârint 382.c
arca Noẽ ubi post Diluuium subsederit 252.c. 8.c
arcadia unde dicta 278.b
arcadiæ uariæ appellationes 310.b
arcadiæ descriptio. ibid.
arcadis transformatio 348.a
arcades unde προσέληνοι dicti sint 310.b esse omniũ mortaliũ primos. ibid.b Musicę prorsus dediti 312.a
arcadũ mercatura & structa 311.a uictus. ibid.a mores & uita 311.a. 312.a
arcadibus Spartiatæ bellum inferunt 311.a.b
arcadas inuitari, & alia plura prouerbia 312.a
arcadicum germen & Bos Arcadicus 872.b
archaismus 869.b
archelaus rex Cappadocum 341.a
archelous flu. 696.c
archesilęæ philosophi celeberrimi patria 325.c
arcti astra eorumq; descriptio 16.c
arcticus & Antarcticus Polus qui dicatur 17.a
arctici circuli descriptio 684.c 685.a
arctophylax 901.b. 278.b. 347.b 902.c qd ꝓprie dicatur 347.a
arcturus flu. 248.c
arcturus quid propriè significet 347.b 278.a.b
arcturi descriptio 902.c 347.c
arcturus & Boota ut differãt. ibi.b
arduenna sylua 91.b
arecomicorum urbs 98.b
arelate urbs 98.c (101.b
aremorica regio nunc Aquitania
areta rex Arabum 341.b
arethi pop. 264.a
arethusæ Siculæ fabula 11.b. 310.a
aretium captum 198.c
argentoratum urbs 93.b
argentum intra loculos intactos à fulgure liquefieri 113.b
argestes uentus alias Corus 90.c
argi Peloponẽsi descriptio 693.b
argiui alias Inachidæ unde dicti 695.c
argitos quis primum usum fructus docuerit 696.b
argo nauis ubi structa & unde dicta sit 705.b. 275.a. ibi.c. 302.c
argonautæ unde primùm soluerint 274.c
argonautarũ & navigatio & præcipuæ res gestæ 341.c. 320.a.b 276.a
argo sydus 904.b.c
argon oppidum 19.a
argos unde dictum 831.a
argos urbs 320.c
argos plures urbis fuisse 693.b 831.b
aria 368.c
ariacæ pop. 361.c (364.a
ariana regio 364.a
arianæ regionis long. & latit. grad.
aricia oppid. captum 172.c à quo condita sit 294.a
aricina Diana unde dicta 294.a
aries instrumentum bellicũ quid propriè sit 86.c. 390.c
arimaspæ pop. 363.a
arimaspi populi monoculi. ibi.b. 359.c undi dicti 363.b
arimi pop. 646.c
ariminũ à Liburnis deuastatũ 54.b
à quo & quãdo cõditũ sit. ibi.a
in quẽ finem sit conditum 57.a
unde nomen habeat 54.b
Cæsar clam occupat 55.b.c
ariminenses quorum populorum incursiones sustinuerint 17.b
ariobarzanes rex Cappadocũ electus 340.c 711.a
arionis ortus 325.c
arisba urbs 149.a
aristæum oppidum 678.a
aristæi fabula
aristobolus prælio superatus à Pompeio 33.a. 248.a
aristomachi interitus 284.b
aristoteles quid animũ nominet 287.b 60.c
aristotelis locus de colore lidio 350.c
arithmeticæ inuentores 363.c
arius flu. 651.c
aritia urbs 199.b
arma pro patria sumere honestũ esse 405.a
arma ueterum
armatura leuis quem ordinem tenuerit olim 840.c
armenia duplex utriusq; descriptio 251.c 252.c. 341.b
armenia Tigrani tradita 265.b
armeniæ descriptio eiusq; limites 845.c. 252.c. 608.c
armeniæ pylæ 911.a
armenij pop. 845.c quomodo sint oppugnandi 8.c
armeniorũ literæ 252.c habitus arma & mores 252.c
armorum conflictus in aëre audiri 123.a
arni fluuij ostium 217.a
arquarij interitus 296.a
arrabo flu.
arriani Stoici reſpõſum Alexãdro datũ 201.c uerba de Iride 339.b
arrogantes quæ constellatio reddat 142.b
arsaces unde sit oriũdus eiusq; res gestæ 30.a rex Parthorũ 909.a eius res gestæ & præcipuè cõtra Parthos 923.c Antiochũ Seleuci

astræus flu. 324.b
astrologia circa quę uersetur 735b
astrologiæ inuentio 126.b.718.b 723.a sectæ quot fuerint olim 718.b inuētores qui primi fuerint uariæ opiniones 139.a
astrologorum prædictiones unde 718.a.b
astronomiæ inuentio 718.a. 4.c inuentores qui primi fuerint uariæ opiniones 139.a
astronomiam qui populi maxime coluerint 139.a quis primum Græcos docuerit 120.b
asylum quid & à quo primum stat tutum sit 827.a. 828 a. 27.b unde dictum 27.a.828.a
asyla apud Græcos quomodo dicta sint 124.a
atarantes pop. 120.b
atax flu. eius q tractus 89.c
athamania regio 317.c
athamanas pop. 704.b.317.c
athamas mons 317.c
athamantis tyranni furor 318.a
athenæ unde dictæ 711.c
athenarum origo 712.a
athenięses unde Cecropię sint nominati 257.a
athenienſium & Megarēſium internecinū bellū ob Salaminem insulam 315.b imperiū quid euerterit 37.b
athlantides stellæ 385.c
athletarū ab Oenomao interfectorum nomina 184.c
athos mōs altissimus à Xerxe peruius factus 266.c celat latera Lemniæ bouis prouerb. 267.b
athon montem Xerxes peruium facit 270.b
atlas flu. 120.c Mauritaniæ rex astronomiæ peritiss. 119.c cur cœlum humoris sustinere dicatur. ibid.c mōs unde nomen habeat 120.a
atlantis montis descriptio 1005.c 119.b fabula & cur fingatur cœlum portare 1003.c
atlantem mōtem quis primus ex ducib. Ro. transgressus sit 119.b
atlantes plures fuisse 120. a.b 1004.b
atlantum mores & cōsuetudines 120.b
atlanticum mare unde dictum 120.a.364.a
atrebates pop. 96.c
atrei fabula & odium in fratrem 114.c.115.a.830.c
atropos una ex Parcis 32.a.286.b
attalia opp. 917.a
atteius Crassum ad bellum exeuntem cōtra Parthos diris execrationibus prosequutus 28.b
attichi fraut uires 1023.a.b
attilius Colatinus ab aratro ad cō sulatum uocatus 39.a in Capitolio Rom. trucidatur 62.a Regulus ab aratro ad consulatū uocatus 39.a
attilij fortitudo 400.c
attoniti qui dicantur 155.c
auaritiæ detestandæ exemplum in Midā 6.b
auaricum opp. à Cæsare captum & miserè depopulatum 95.b
audaces quæ constellatio reddat 142.a.143.a
auenio urbs 98.b
aueniona urbs Galliæ 89.a
auenticum nobile oppidum olim 108.a
auerni lacus descriptio, nomen & alia 267.c. 268.a
auiene fluuius 126.a
aues prępetes quę dicātur 1007.a ominosæ quæ habitæ sint 121.c quibus leguminib. maximè delectentur 980.c
aufidi fluuij fons, nomen & tractus 218.b
augurandi ars à quibus primum ad Græcos sit translata 125.b in quibus maximè sita fuerit 126.c.127.a
augures quam partem mundi inter augurādū obseruarint 343. b apud Græcos præstantissimi qui fuerint 125.b quomodo ex auium uolatu futura prædixerint 132.b quibus notis olim templa signārint 55.c quos initio creati fuerint 132.a
augurum numerus apud Romanos indies auctus 125.b.c collegium quis instituerit 132.a
augurium quis inuenerit 126.b 718.a 717.c quanta in dignitate apud Rom. fuerit 125.c
augurij multiplex usus 717.c
augurijs quæ aues habitæ sint aptissimæ 127.c
augusta Treuirorum uetus Imperat. sedes 100.c
augustodunum opp. 97.a
augustus Cæsari diuinos honores præbet 964.a
augusti symbolum 333.b uictoriæ & res gestæ ad Actium 14.c somnium 283.b sepulchrum 953.b. 954.a
auli interitus 1014.c
aulidensis portus 308.b

Ienei filium debellat 30.b
aures cur Parthorū reges omnes sint appellati. ibid.b Parthiam occupat. ibid.a
ausidæ unde dicti 30.a.909.a
ausandarum origo, ibid.a
ausamosata urbs 908.b
auxacena urbs 363.c
auxata urbs 908.b
auxerres quid significet 269.a
auxesimum lucus Dianæ 652.c
auxeriæ quæ propriè dicātur 136.c
auerni pop. 89.c
auernorum terra, oppida & consuetudines
auisa alias Chios 96.c
auspicia quo ritu facta sint 127.a
auspicinæ inuentor 137.b
auspex & Extispex qui dictus sit 127.a
auspices unde futura prędixerint 135.a
auspicium quid 730.a quis inuenerit
azelon urbs 718.a
azelum Picenum oppidum à Cæsare captum 330.c
azenius primus sacra Latiali Ioui instituit 75.a.228.b
azer ūicus 47.a
azia unde sit nominata 309.b
Crasso in fœderis pactione cedit 4.a.24.c deficit ad pop. Rom. 360.a
azæ descriptio & fertilitas 79.a
azaticæ opulentia à Romanis intēpta deprædata 328.a
azatici effœminati milites 395.b. 907.b.c. 989.c
azureus finus 37.c
azinę oppidum 844.a
azini Antonij 905.a
azonos Romæ loquitur 905.a
azuri Mathemat. insignis 688.c
azopus flu. 121.c
azparagi ingentis magnitudinis 700.b 130.c
aspis & aspidū copia, item natura & uenenum 370.c
aspidis serpentis descriptio & natura 1016.c
aspidum genera. 1007.c.1008.c.1009.c
aspidis miraculum ibid.b
aspendus urbs ibid.b
assaracus unde sit oriundus 917.a
asson 328.b
assyria sub quo signo cœl. iaceat 325.b 921.c
assyriæ descriptio, limites, & alia 923.a.b.329.b. 856.b
assyria olim Arabia dicta 30.a
assyriorum studia 139.a
assyriorū regnum quādo ad Medos sit translatum 923.b uetustissimū 329.b regū sedes 646.c

aurea ætas quo tẽpore fuerit 17.c
aurea Cherſoneſus 528.b
auream argẽreamq; monetã quis primũm percuſſerit 713.b
aurei Velleris fabulæ ratio 249.a
raptus 321.c
aurelia urbs olim Genabum dicta 100.b
aurelius Scaurus à Cimbris captus 58.c
aurelij hominis cuiuſdam Romani interitus & inſignis ſententia 181.a
aurifodinæ 94.b
auri magna copia 865.c.866.b
auroræ color qualis ſit 279.c
aurum princeps malorum 299.a
intra loculos intactos à fulgure liquefieri 113.b
aurum coronarium quod dictum ſit 33.a.66.b & argentũ Sarmatæ ignorant 7.c quæ flumina proferant 328.a
auruſpices quid dijs ſacrificare ſolebant 402.b
auruſpicium unde ſit dictũ 128.a
auſon cuius filius fuerit 5.b
auſonia regio unde & quæ ſit dicta 5.b.826.c
auſones, Latini, & Vmbri uno nomine Tyrrheni appellati 190.a
an rectè Aurunci dicantur 5.b
& Auſonij 826.c
auſpicium quid 717.c
quis inuenerit 718.a.126.a
quo ordine apud Romanos factum ſit 128.a
auſpicia quę dicãtur, eorumq; genera & multiplex uſus 128.a
auſpiciorum obſeruatione 132.b
auſpicijs qui adhibiti olim fuerint 128.a
auſtriæ deſcriptio 667.c
auſter unde flet & unde dictus 226.c.989.b.110.b
auſtri uenti natura & qualitas 291.a
auſtrinus axis qui dicatur 17.b
autaricus unde ortus 258.c
authoris ſententia de quodã obſcuro loco 40.a
authorum ſenſus ab indoctis ſeu non rectè intelligentibus interpretibus ſæpe depraũatur 24.a
autumni initium 143.b.277.b
autumnalis temporis Chronographia 271.a
auximates pop. 228.a
auximum à Cæſare captum 228.a b. 198.c
auxur urbs unde dicta 293.a
auxuris ibid.a
axis quid ſit propriè 387.b.379.c 725.a.900.c mundi qui dicatur & quotuplex ſit 17.a
axiomantia quid 754.b
axon flu. 95.b
axones pop. ibid.c
azanes unde dicti 310.c

B

Babylon cur initio Niniue ſit dicta, & quando ſit amplificata 4.c quando ſit condita, deq; eius origine uariæ opiniones 4.c.5.b quoties ſit direpta 5.b
babylonis urbis deſcriptio 4 b.c 695 a deuaſtatio 5.c.262 a
babylonia regio 252.b
babyloniæ origo 645.b deſcriptio murorumq; circumferentia 911.c.923.a deſtructio & interitus 923.a.924.b
babyloniorum ſtudia 718.b regnum quo tempore florentiſsimum fuerit 645.a.923.b
babylonici regni interitus 645.a
baccæ 384.b
baccha ſacerdos Bacchi 147.a
bacchæ Threiſſæ quæ dictæ ſint 147 b
bacchus cur è femore Iouis dicatur natus 959.a.b Lyæus unde dictus 147.c in Thracia diuinis honoribus cultus. ibid.c quibus in locis coli ſolitus fuerit 20.b uini repertor 19.b ubi à Nymphis educatus ſit 20.a unde Vitiſator ſit dictus, & unde diuinos honores ſit nactus 19.b
bacchi opem cur Poëtæ plerunq; inuocent 19.a Eridici uita mollis & effœminata 19.c columnæ ſuæ expeditionis. ibid.b incunabula ubi locorũ inueniantur. ibid.c peregrinationis deſcriptio & Genealogia. ibid.b ſepulchrum 19.c.20.a.959 a
bacchi quot fuerint 19.b
bacenus ſylua hodie Nigra ſylua 106 a
bactra urbs 356.b c & Bactrianorum deſcriptio ac mores 922.c
bactrianæ deſcriptio 356.b.932.c
bactriani unde dicti 356.c
bactrianorum mores, uictus, habitus & conſuetudines. ibid.c ingenium & natura 933.a
bactrus amnis 356.923.a.b
badenſis principatus 162.c
badij opinio de Bacchi peregrinatione 20.c interpretatio aut laudata aut uituperata 24.a
balbicus inſula facta 40.a.c.50.c.51.a.84.b.100.c. 378.b. 733.b. 739.c. 786.c. 790.b. 818.b. 824.b. 825.c. 890.a. 906.b.922.a 932.c
baleares inſulæ 903.c unde dictæ ſint 53.c.405.a cur à Circis Gymnaſiæ dictæ ſint 54.a
balearum inſularũ deſcriptio ſitus, ſoli natura & qualitas. Item eorum incolarum ritus, conſuetudines, mores & ſtatura 53.c item uariæ appellationes earundem. ibid. incolæ Auguſti opem implorant contra cuniculos 54.a
baleares optimi ſagittarij 53.c
balearica tela 54.a
ballenę 783.b
balearicum pelagus 53.c
baleſium op. 354.c
baliſta quid ſit propriè 270.c
388.a. 665.c
balſamum ubi naſcatur 958.b
barbara ſacra 387.b
barcino urbs 671.a
bardi qui dicti 754.c hominem apud Gallos laudationib. & poëticis rebus dediti 105.a
barion opp. 357.a
baſilidæ pop. 364.a
baſilij Magni opinio de matris recta procatione 92.c
baſiliſcus ſerpẽs uenenoſus 1012.b
baſiliſci mira natura 1018.a ſanguinis natura 1018.a
baſtarnæ pop. 164.a.295.b.358.a
batava auris 99.a
batavi populũ eorumq; oppida & deſcriptio. ibid.a.b
batavi gens ineligentiſſima 99.a
bateus quid ſit propriè uaria opiniones 311.a
battus unde dictus 981.b
batti res geſtæ in Africa 981.b.c 162.c
bauari pop. 214.b
beatum quem Epicurei dixerint 705.a
bebe & Bebicij 982.c
bedæ uerba de Africa 149.c
bebrycis hiſtoria 96.b
belgæ Germ. Belgæ 100.c unde ſint oriundi 96.b
belgarum terra & limites item appellationes 91.a deſcriptio & conſuetudines 96.b cõſilium cum Cæſare 95.c fugæ ibid.a
belgicæ gẽtis uaria nomina 96.c
belgica Gallia Comata 91.b
belgradum à Turcis expugnata 324.b
bellicenſis

bellicenſis urbs
bellocaſſes pop. 96.b
bellonæ ſacrificia quo ritu facta ſint 96.c
bellonæ Dea belli eiuſq; deſcriptio & nomen 122.b.c. 849.a
bellonæ ſacerdotes apud Gallos quæ uaticinia ediderint 849.a.b
bellouaci fortiſſimi pop. 122 b
bellica inſtrumenta ſeu Machinæ ueterum 96.c
bellicoſos homines quę regio pro ferat 388.a.b
bellicus apparatus in bello piratico 927 c
bellum caſtrum oppidum 224.a
cimbricũ 60.a ciuile quomodo ſit dicendum 2.b ciuile inter Romanos primum quando acciderit 76.a Spartanũ 15.a inter Romanos & Antoniũ 13.c tumultus ut differant 55.b
belli ciuilis principiũ 24.b.43.c cauſa & fomes 2.b.c.6.c.20.c 21.a.241 b.c breuis deſcriptio 2.b.c prædictio 147.c tẽpore qui conſules fuerint 71.a.b alterius cauſa ob cędem Cęſaris 150.c ſchema cœleſte 145.a inter Mariũ & Syllã cauſa 165.c Piratici deſcriptio 245.c.246. c tumores ſemper uarij ſunt 196.b ſeruilis finis 243.a
bella qui planeta portẽdat 143.a
bellum ſyderalis ſcientiæ authorẽ eſſe 4.c
belli templum ibid.c
beneuentum urbs 179.c
berenia prima ex Veſtalibus uirginibus 48.a
berenices ſtellæ 142.c
bergebi pop. 94.b
berini pop. 668.a
bernus mons 317.c
beroaldi interpretatio 378.c
berytus urbs 331.c
biblus urbs 331.b
βίβλος & βύβλος quid ſignificet 332.b
bidental quid fuerit apud Romanos 133.c
bigerones pop. 94.b
bizenen qui inuenerint 393.c
biſantium ſiue Viſontium oppidum 89.b
biſtones & Biſtonij aliàs Thraces dicti 181.c
Biſtonij pop. & ſtagnum 872.b
biſtonum gens 849.b
bithocus interficit Mithridatem 79.b.80.b
bilix uirtus 399.b
bitterich opp. 95.a
bituriges pop. 93.c.94.b
bituriges qui populi nominentur uariæ rationes 95.a
biturigum terra. ibid.a
bizantium urbs nunc Conſtantinopolis dicta 181.c
blitera urbs 98.c
bœbeis lacus 703.a.790.a
M. Bœbij interitus 175.a
bœotia olim Aonia dicta 1.c
bœotiæ deſcriptio, ſitus, nomen, ciuitates & alia 308.b
bœtica regio unde dicta 714.a. 249.c
bœtis fluuius. ibid.c
bolis quid ſit 787.a
bolides & faces ut differant 111 c
bombycum telam quis primo do cuerit 915 c
bononia urbs 793.a
bonũ quid Stoici & Epicurei nominarint 214.b
boota & Arcturus quid differant 347.b
bootæ ſyderis deſcriptio 347.c
bootes ſyderis deſcriptio & fabula 278.b.c 347.c
boreas uentus unde dictus & unde flet 87.b.990.a
boreæ uenti natura 292.a
borbonenſes pop. 96.c
borion promont. 83.c
boryſthenes flu. 7.b.364.c
bos loquitur 121.c.788.b in Aegypto numinis uice cultus 940.c
bouis ſimulachrum 267.b
boues aratro quis primũm iunxerit 20.a
boues candidos aqua quædam in Faliſco reddit 107.b
boſna regio 324.b
boſphorus quid ſit 902.c unde ſit dictus 361.a
boſphori deſcriptio 7.b duo 902.b
boulanum urbs 179 b
brabanti pop. 91.b
bracca quid ſit 98.c
braccata Gallia unde dicta eiuſq; deſcriptio 98.b. 90.a
brachmanes qui dicti 754.c
brennus ſenonum 58.a
briga mons 89.a
brigetium oppidum 667.c
britannia inſula nunc Anglia 83.c Romanis ſubiecta 245.a.b. 246.a.291.b.c.652.b
britanniæ inſulæ deſcriptio 246. a.b
britanni cur Flaui dicantur 292.c
britannis cur Cæſar Bellum intulerit 245.a
britãnorum arma in prælijs 96.c
britannici belli breuis deſcriptio 245.a.b
brunduſium urbs 254.c unde dicta 255.a.273.b à Cæſarianis directa 273.a.b cur caput ceruinum appelletur 258.a
brunduſij urbis deſcriptio, Origo & alia 255.a.b
brunduſienſis obſidio 467.c
brutius ager 222.b
brutus & Caſſius ubi ab Octauio uicti ſint 151.152.c.a. 148.c ubi à Cæſare ſit uictus 731.c quem in ciuili bello ſit ſecutus, itẽ unde ſit oriundus 191.c Mutinæ ab Arctonio obſeſſus 13.c
bruti laus 192.c.852.c deliberatio apud ſeipſum 195.a. 196. a.b.c interitus 193.a
bruto noctu Dæmon apparet, & ei mortem in Philippis prædicit ibid.a
bruti quot fuerint eorumq; res geſtæ & hiſtoria 852.b.828.b
bubo auis funeſta, & ſignificationes quæ ex eius uolatu fuerint obſeruatæ 123.b.127.c
bucuntius amnis 668.b
buda oppidum. ibid.b
budæus quos ſectores nominet 42.a reprehenditur 302.c
budini pop. 364.c
bugis lacus 7.b
bulgaria regio 324.b
burgundi pop. 96.a
burgundiones pop. 97.a
buſiridis interitus 182.c. 189.a
buzigæus mons 317.c
buttotus urbs. ibid.
byzantium urbs 822.b

C

CAdmææ Thebæ unde dictæ 694.a.308.c
cadmi ænigmata 319.a
fabula eiuſq; poſteri 694.a 318.b peregrinatio 333.a progenies 711.a.318. inuẽta 318.b c 319.a
caduci pop. 96.c
cadurci pop. 89.c.100.a
carias uentus 676.a
cæcius mons 296.a. 667.c
cæraſtes animal eiuſq; natura 743.c
cæſarea Auguſta à quo ſit condita 341.a.921.a
cæleſtes orbes ſeu globi qui ſint 139.b
cæſar Auguſta urbs 671.a

Cæsar Calpurniam L. Pisonis filiã in uxorẽ ducit 27.c Spartaco latroni comparatur 243.b cur Britanniæ bellũ intulerit 245.a quanta dominãdi cupidine exarserit 34.a.b uarijs modis à Pompeio calumniatur 243.a.b 244.a.b.c primus Anglos domuit 83.c Italiam cum exercitu inuadit 43.b quo die Rubiconem fluuium cum exercitu trãsgressus sit 51.a in fœderis pactione Gallias obtinet 32.a cur aduersus Romanos bellum susceperit 69.a cũ exercitu in Apuliam cõtendit 235.c.236.c à piratis captus 246.c Thesaurũ Romanum suis militibus rapere concedit 298.a.299.a.b exercitũ suum in acie contra Cęsarem educit 773 c cur fulmini cõparetur 36.b Neruios inuadit 29.c Romã occupat 297 c Augustus cognominatus ciꝰ statua 20.pedũ long. erecta 832.b quẽ Deũ inuocarit ante pugnã Pharsalicã 799.c Iuliam filiam suã Põpeio collocat 4.a cur Euro uento cõparetur 226.c Dictator immolans in extis bouis nõ inuenit cor 136.b Calphurniã L. Pisonis filiã in uxorẽ dũcit 4.a quã ob causam cum Crasso & Põpeio fœdus inierit 4.a quot annorũ spacio Gallos subegerit 65.a cons. Rom. largitionib. corrũpit 63.a in Iberiã cũ exercitu descẽdit 371.b.c cõsul creatus 23.c quã mortẽ optimã dixerit dicarit 854.a Galliã cũ exercitu inuadit 24.c Rauẽna discedit, & clã Ariminũ occupat 83.b ubi à Pompeio primùm sit prælio superatus 1.c Põpeio pacẽ offert, at ille recusat 227.a literas ad Senatũ Ro. mittit, quibus deprecatus, ne sibi populi beneficiũ adimeretur 43.b Dictator angustias Isthmi trãsfodere aggreditur 28.c quã causam Belli ciuilis prætexuerit 21.a.Põpeiũ prope Dyrrhachiũ ad pugnã prouocat 637.c quẽ Deum in bello ciuili inuocarit 5.a à quo primũ sit percussus 200.a quo anno ætatis interierit 36.a Cæsaris clementia erga deuictos 870.a.230.c dictũ 34.a edictũ 215 c animã ad cœlũ non transijsse 872.a simulachro in foro erecto, cur cometen supra caput posuerit 212.c

cæsaris actiones post direptũ ærarium 371.b.c uerba in Catonẽ audita eius morte 680.c opus in mari Adriatico 266.a turpis fuga ad Dyrrhachiũ 677.c.678.b responsum ad Massilienses legatorũ orationẽ 379.c exclamatio ob Catonis interitũ 758.c & Põpeij odiũ unde 6.c magnanimitas in pugna 847.c 848.b cohortatio ad milites ante pugnã Pharsalicã 51.c.68.b 809.b clementia erga ciues Romanos in pugna Pharsalica 809.a triumphi 150.b.291.c & Põpeij affinitatem quid dixerit 4.a facinora 2.c ingeniũ, natura, uirtutes 36.a naues aliquot incensæ 635.c uictoria ad Vticã 679.b & Catonis cõparatio 205.c.206.c memorabiles res gestæ per decenniũ 94.c fœlices successus in Italia 228.b literar. missarũ ad Senatum tenor 43.b castra ex improuiso à Gallis expugnãtur 97.c ira erga Senatũ Rom. 43.a.44.a magnanimitas cũ Alexandri cõparatur 36.a somniũ antequã Rubiconẽ fluuiũ transgrederẽtur 47.c 44.c acies in Pharsalica pugna 795.b copiarum numerus in Pharsalica pugna 776 b.796.a uictoria in Pharsalica pugna 863.b.c res gestæ ad Massiliam 384.c res gestæ cõtra Gallos & Britannos 245.a res gestæ in Italia 225.a.b res gestæ ad Rhenũ 244.c res gestæ post Pharsalicã cladem 1086.c ante necem Capuæ tabula Græcis literis scripta inuenta, quæ eius interitum demonstrabat 214.c mortem quæ prodigia præcesserint 832 b.112.c.136.b interitus 150.c.174.a monumentum & exequiæ 833.a

cæsari quod Phasma ad Rubiconẽ fluuiũ oblatũ sit 48.c qui pop. ex Gallia & Germania suppetias tulerint 105.a.b ab Augusto diuini honores exhibiti 964 a

cæsarem in carcere duci iubet Cato 71.c quis maximè ad bellũ ciuile incitarit 63.a qui populi in bello ciuili imitati sint 4.a

cæsariani ingenti clade à Neruijs afflicti 97.b

cæsarianorum conflictus 836.a.b & Gallorũ conflictus 98.a fames 635.b.c. 779.c interfectorum numerus in clade Pharsalica 789.c.680.c.855.c clades ad Massiliam 392.a.b

caffa peninsula 364.a

caicus flu. 364.b

caieta portus 233.a

cairus urbs 334.b

calabria unde sit dicta 260.a

calabriæ descriptio, limites, fluuij & oppida. ibid a

calabri pop. 217.a.254.c

calabri Hospitis Xenia 260.b

calamitates quæ constellatio portendat 142 b

calari oppid. 390.b

calarnea turris 323 a

calecum 146 a

caleni 267 c

calepini error 204.a

caleti pop. 96.c

caledonia sylua 83.c

caledoniæ sylvæ 62.b

C. Caligula Isthmum transfodere aggreditur 29.a

callicia herba uenefica 710.b

callinhoẽ oppidum 30.a

calpe mons 119.a.b

calpe promontorium 362.a 370.b 667.c

caluus mons 698.c

calydonia sylua & Calydonius aper 698.c

calydon & Calydonia unde dicta 698.c 364.a

camæ pop. 357.b

cambyses flu. 771.c

Io. Camerarij uersus de Somnio Agamemnonis 712.c

camerarij uersus 712.c

camesena unde Italia sit dicta 11.b

camillus cur alter urbis Romam conditor sit dictus 258.c

Romam è Senonum manu liberat 363

camilli facultatum tenuitas 39.b

continentia, uita & mores 39.b

de Veientanis triumphus 39.b

camillorum historia 814.a.b

campania regio 321.b. 267.c 80.b

campi Lapidei 96.c

campus Couinarius qui dicatur 682.c

candauiæ montes 107.b

candidos boues aqua quædam in Falisco reddit 116.a

canes maritimi 105.b

canine fanum 159.b.822.b

cannensis pugna 781 a. 870.c

cannensis cladis interfectorum numerus 941.a

canopes oppid. 905.a

canopos quid 1

capena à quo sit condita 11.a
capitolinus unde dictus 302.c
capnomantia quid 754.b
cappadocia duplex 252.b in prætura diuisa 341.a
cappadociæ descriptio, fluuij, limites, & oppida 340 c. 341.a 345.b. 907.c. 251.a. 797.c
cappadoces olim Leucosij dicti sunt 251.b quas rerum uicissitudines passi sint 340.c liberta tem ferre non possunt, petunt Regem à Romanis 340.c
cappadocū nomen, mores & alia 340.c. 252.a
capraria insula cui Deo dicata fuerit 29.b
capillon poreus 323 a
capua unde sit dicta & à quo condita, eiusq; descriptio 213 c
de Capua scriptorum uariæ opiniones 214.b
capyi capuæ conditor 214.c
caris augurioru inuētor 126.b
carbo à Pompeio superatus 75.a
à Pompeio interceptus & capitis damnatus 239.c ubi conspexit ferrū in se stringi, spacium ad dejiciendum aluum exorabit 239.c
carbonis fuga 378.b
carcathiocota urbs 908.b
carcer apud ueteres quid propriè fuerit 68.a
carcinite orbs 356.b
cardines mundi qui sint 989.b 343.a
carina quid propriè sit 274.c
carisios urbs 273.b
carmina Magica quid efficiant 724.a
carmania regio 346.b
carmaniæ longit. & latitud. grad. 346.b. 348.a
carmanius mons 148.b
carmani populi 346.a
carmanorum mores. ibid.
carni pop. 216.a
carnutum conspiratio contra Cæsarianos 98.a
carræ oppidum 30.a
carri Crassus peruenit 6.a
carthago à quibus condita 789.c
à quo sit deleta 12.b (257.b
carthaginensis portus descriptio 12.b
carthaginēses à Scipione deuicti quoties in bellis Punicis prælio superati sint 159.a.b
quoties multati sint à Romanis 302.c
carthaginensium imperium quid euerterit 37.b
casei laudatissimi ubi in Italia apparentur 222.a
casius mons 657.a. 937.a
casij Iouis templum 969.b
casparus quis fuerit qui Christo de auro Arabico dona tulit 341.c
caspiæ portæ quæ & unde dictæ 909.b. 254.a
caspiū mare aliàs Hircanum 76.b
cassandræ uaticinium de Palladio 130.c
cassandria 783.b
cassiope ciuitas 969.b
cassiopei pop. 312.c
cassius Parmensis qui fuerit 830.a
cassius & Brutus ubi ab Octauio uicti sint 148 b.c 152.a
cassius ob quam causam ad Cæsarem fugerit 60.b
cassij acerbitas in Rhodios 830.a
cassiorū res gestæ & historia 830.c
cassos plures fuisse. ibid. a.c
castalius fons 19.a. 306.c
castiletenses pop. 96.c
castori ædes dedicata 131.a
castoris & pollucis historia & cō migrationes 357.c
castra ad Rhenum à Romanis contra Germanos posita 106.a
castrametari & metari castra phrases 86.b
castrensis corona quæ apud Rom. fuerit 66.b
castrimonienses pop. 820.a
casus an fortuitò fiant uel prouidentia quadam diuina 154 b
catadupi regio 9.b
catilinæ genus & origo 237.c
catilinariæ coniurationis socij 759.b causæ principales 40.b
catina regio 675.c
catinenses pop. 675.c
cato acris castigator morū 206.a quā diu in Libya errârit 102.b c delectū ciuiū Romanorū habet 291.b sibijpsi manus infert 680.b
catonem ex arcano pectore reddere sacras uoces 199.c
catones plures fuisse, & qui inter hos celebriores 196.a
catonis Vticēsis comparatio cum Cæsare 205.c. 206.c res gestæ contra Cyprios, & quantā prædam ex ea in ærarium Romanū trāsportârit 304.c liberi 208.a prouerbium 213.a laboriosum iter per deserta Libyæ 991.a res gestæ in Africa 981.c oratio ad Brutum 199.b odium & inuidia erga Cæsarem 71.b.c
catonis exclamatio in Cæsarem & Pomp. 27.c res gestæ post Pompeij fugam ex Pharsalica clade 969.a.b oratio ad milites de Libyæ æstu 988.a.b Vticensis laus 196.a naufragium 983. 984.a.b periculosa nauigatio ad Iubam 983.a nomē unde deductum 196.a oratio de Pompeij defuncti laude 476.b.c opinio de Stoica secta 201.a.b familia 192.c temperantia & frugalitas 213.b prosopographia 211.c è Corcyra in Africā nauigatio 969. b.c oratio ad milites 979.b laus & continentia 195.a interitus 758.c. 149.b
catopromantia quid 754.b
catuli & Lepidi discordia 239.b Luctatij interitus 185.a.b & Lepidi dissidium 959.b.c
catus, ti qui dicti sint 196.a
caua locus 325.b
cauana urb. 342.c
cauarum urbs 98.b
caucasææ portæ 77.b
caucasus mons 254.a
cauchi pop. 105.a.b
caudinæ Furcæ duo saltus Syluestres 180.b
causones serpentes 1015.b
caurus uentus 90.c
causa cadere phrasis iuridica quid significet 243.b
cayci qui populi dicantur 105.a.b
cecropiæ etymon 257.a
cecropem biformem habuisse 257.a
celadon flu. 309.a
celenæ urbs 325.c
celenarum descriptio 327.a
celendritis & Celendiras oppidū 917.b.c
celete quis primus usus sit 66.c
celtæ alias Gelter 100.c
celtarum origo 258.c
celtiberi Cimbros prælio superāt 59.a
celtica Gallia quæ dicta sit 101.b
cenchris serpens 1010.b
censorini interitus 5.c
centaurea & Centaureon herba 1023.c. 708.c
centarini unde dicti 322.b
centaurorum genus unde 706.a. b.830.b fabula 322.b nomina 322.b descriptio 655 c. 656.a. 705.b forma 709 a. 710.b sedes ubi fuerit 705.a

centuriæ

centuriæ in quot contubernia diuisæ fuerint 68.b quid earum dimissio 841.a
centurionis officiũ apud Ro. 8.b
cephisus amnis eius origo tractus 19.a. 306.c. 308.b.c. 703.b
cyrastes serpens 1010.c
ceraunia iuga 252.a unde dicta 260 a
ceraunij montes 275.a
cerberus unde dicatur 747.b
cerberi canis apud inferos descriptio 740.c. 656.b forma & facies 1002 c
cercetæ pop. 250.c
ceres frugum inuentrix 750.c
cereris fabula 650.b
cereri cur Sicilia consecrata fuerit 290.b (49.a
cernos cur Lybia non proferat
cernorum natura 742 c
cestrini pop. 312.c
P. Cethegi crudelitas in Prænestinos 186.c
cethegi mos in prælio 238.c
chalcidica serpens 1012.a
chaleis insula facta 224.c urbs 273.b
chalcidis descriptio 274.a
chalconis mors 184.b
chaldæi unde dicti eorum studia 339 a augurio maximè delecti 225.b unde ortus & occasus syderum cognouerint 5.a
chaleon portus 19 a
chaleon opp. 306.c
chaonia regio 315.a unde dicta 312.c
chaoniæ regionis descriptio 716.c
chaones 147.b. 312 c. 266.c unde nomẽ habeat & quid sit 736. b. 22 a. 154.c
chara herba 658.b
charadra urbs Phocensium delecta 376.
charã oppidũ patria Abrahæ 30.a
charybdis quid sit, eiusq; diligentissima descriptio 223. 116 a b & Scylla 651.b. 652 a
charybdis fabulæ origo 213.c
chelæ stellæ 143.b
chelydrum serpens & quid aliàs propriè sit 1009 c 1010 a
chenolophagi pop. 346 a
chersonesus quid sit 28 b
chersonesi celebres uiri 28.b
chersydros serpens 1009.c
chimerion mons 317 c
chios insola 905 b.c
chiromantia quid 718.c. 754.b
chiron unus ex centauris 322.b 707.c
chironis interitus 708.a sydus 709 a b fabula & iustitia 707. c 708.a
chironeõ herba 708.c flu. 334 c
chœrè soror Phaëtontis 218.c
cholerã qui planeta gignat 143.a
chræstomathiæ auth. locus de Aetnæ montis natura 16.a
christiani quæ dona Diuis hodierno die consecrent 121.c
chryse oppidum 252.a
chrysippus ut Fatũ definiat 155.a & 165.c
chrysorrhoa fluuius aliàs Pactolus 328.a
chrysostomus ubi exulârit 341 a
chrysus Spartaci dux prælio superatus 242 c
cibaria lex apud Romanos 38.b
cibum Balearici liberis non præbebant, nisi prius metam ex fundalapide percussissent 54.a
cicero Pompeium ad pugnam cohortatur 775.c ut Fatum definiat 155.a defendit Milonẽ 73.b 74.a b in prælio captus 680 c de cometarum prouincijs 113.a
ciceronis actio contra Antonianos Romæ 13.c somnium de Octauio 283 b 767.c epistola ad Brutum 192.c uerba de Stoica secta 201 b
ciliciæ descriptio, limites & urbes 77.b. 253.a. 334.c 336.b.846. b 916 b 917.b
ciliciæ pilæ 341 a
ciliciæ prauitas & prouerbia de his populis 77.c
cilices contra Romanos arma fremunt 246 c
cilicarum infamia 77.c
cilici belli descriptio 245.b.884. b. 246 c
ciliciſmum quid 77.c
cimbrica chersonesus unde sit appellata 58 b. 28. b
cimbri pop. eorum ortus, ritus & consuetudines 58.b 105 b unde sint dicti 58 b à Celtiberis prælio superati 59.a Italiã inundant 58 b ingenti clade à Mario duce Romanorum affecti 59.a Hispaniã depopulantur 59.a
cimbrorum sedes olim 58 b clades in Italia 166.c. 167.a bellum 58.b
cimmerius Bosphorus 263.c 902 b. 360.c
cimmerei subterranei ubi fuerint 268.b

Q. Cincinnatus ad cõsolatum ab aratro uocatus 39.a
cinctus & Cingulum unde dicatur 129.c
cinga flu. 59.b
cingulani pop. 228.a
cinna & Marius Romam occupãt 173.b
cinna & Marius copias coniungũt 171.c
cinnæ & Octauij dissidium. ibid. a. b
cinnamomũ ubi nascatur 995.b
cinyps flu. eiusq; tractus 82.c
cinyras rex quis fuerit eiusq; opus 53.c 676.b
circæi insola 721.a
circe uenefica 72 a
circeium promont. 91.a
circeius uenenus 91.a
circium Tauri montis partem esse 91.a
circuli Zodiaci descriptio 816 c 714.a
cirrhæ oppidi descriptio 307.c
cithæræ inuentor 1064 a. 768 b
citrius arbor procerissima 372.c 991.a b
citri duo genera 991.a
ciuica corona quæ apud Romanos fuerit 66 b
ciuilis belli causæ præcipuæ quæ sint 20 c 21.a
clarij Apollinis templum 915.a
clarium direptum 246 c
classicus scriptor quid sit 238.a
classici qui dicti sint 238 c præcones qui dicti sint 837.c
classicum canere 238.a. 51 c
classicum quid significet 778 b
claudiani uersus de Antiteo 678.a.b
claudius siue Clodius seruitio eius à Spartaco superatus 242.c
claudij Imperatoris res gestæ contra Britannos 291 c Marcelli quando consules fuerint 71 a b
cleona urbs 335.a 267.a
cleomedes quas diuisiones plagarum mundi constituerit 342 c
cleopatra ubi ab Octauio certatum sit 14 b 878. a 311. c 63 c
cleopatræ unio 350.a
clima quid sit 704 b
climene ciuitas 107 b
clitumnus flu. 107 b
clitũni fl. aquæ mira natura 107 b
clodij cædes 74.a. 231.b corpus in Romana curia crematũ 74.a
clotho una ex Parcis 32 a 286 b
clanstum oppidum à Senatoribus obsessum 58.a
clypeus

clypeus siue Clypeũ quænam arma olim fuerint, & qui his usi sint 56.b unde dicatur. ibid.b clypei ex qua materia apud ueteres confecti sint. ibid.b
cocastates pop. 94.c
codrus libertus Pompeij, corpus eius terræ mandat 953.c
codri uerba ad superos cum Pompeij corpus terræ mãdaret 955.a
codrũ pop. 96.c
cœlestis figura anni belli ciuilis 145.a
cœlium opp. 254.c
cohors quot militibus constiterit 798.a
colchis regio 721.a
colchis ueneficarum herbarum fecundissima 722.a
colchidis descriptio, limites & ad ea 319.b. 320.a. 250.c
colchi pop. 358.b
colchi unde sint oriundi 251.a
colchi à Pompeio debellati 33.a
collini alias Salij dicti 133.a
collinensis cædes 177.b. 178.b.c
colophona 914.c
colophonia quibus locis prouerbium dederit 915.a
color flauus qui dicatur 292.c
color iu Iride an purpureus uel ruber sit 50.c
color puniceus, & flauus qui proprie sit 49.c
colossæ urbs 325.c
colossi Rhodiensis descriptio 916.b
coluber serpens 726.c
columbæ cui planetæ attribuantur 22.b
colũna marmorea ad Rubiconẽ amnem 44.a
columnæ Herculis 791.a
comana urbs 252.c. 341.a
comari pop. 161.c
comaræ Galliæ descriptio 101.b
commercia quis lones docuerit 332.b
cometa nomen proprium Argonautarũ 113.a apparet 832.c an stella errans 112.c
cometen nunquam in occasura parte esse. ibid.b
cometæ quid plerunque prænuncient 113.a
cometarũ uaria genera, eorumq; causæ & præsignificationes 112. c. 112.b
cominius Gallorũ dux captus 65.a
comitia apud Romanos quæ dicta & quando habita fuerint 42.b
comitialis morbi curatio 109.c
compedes Xerxes in imũ maris dimittit 269.b
cõclamare quid apud ueteres fuerit 156.b
cone insula 323.b
conflictus in aëre uisus 123.a
coniurationis Catilinariæ causa 238.c (759.b
coniuratorum pœna apud inferos 323.b
conopon insula 323.b
consiliũ unde proficiscatur 136.b
constantinopolis urbs à quo instaurata & unde nomen habeat 181.c. 322.b
cõsul Ro. quo genere uestis sit usus, cũ bellum indiceret 129.c
consules Romani ob aduentũ Cæsaris Roma aufugiunt 108.b.c
consularia insignia apud Romanos 155.c
consulatus signum apud Romanos quod fuerit 41.c
contingentia quæ dicantur 156.a
contus quid sit proprie 664.b
conuiuiũ splendidissimũ Romæ à Pompeio habitum 34.a
cõuiuia luxuriosa apud Rom qui bus legib. interdicta fuerint 38.b
coos uentus unde spiret 915.b
cophi mons 9.a
cor in quibusdam animalibus nõ repertum 136.b
cora & corani 820.a
corax mons 707.b
corcyra insula eiusq; descriptio 311.c. 312.b. 257.c. 887.b. 969.b. libera 887.b
corcyrẽses unde sint oriũdi 640.b
corcyrensium opes olim 257.c
corduba urbs 249.c
corfinij oppidi descriptio eiusq; direptio à Cæsare facta 219.c. 231.a se Cæsari dedũt & Domitium in Cæsaris potestatem tradunt 233.c
coriacesia herba uenefica 720.b
corinthus urbs 311.b. 649.a 648.c unde dicta 650.a Romana colonia 28.c quomodo olim dicta sit 2.b. 649.b olim uastata postea à Cæs. Augusto restaurata 28.c. 649.b quibus locis prouerbiũ dederit. ibid b.c
cornelia lex de cõuiuijs sumptuosis 38.c L. Scipionis filia Pompeio nupta 208.c uxor Põp. uiso Põpeio post pugnã Pharsalicã præ nimio dolore ad pedes semianimis collapsa 898.b Põpeiũ in cymba descẽdentem sequi uult 947.a
corneliæ amor erga Põpeiũ 208.c
corneliæ uerba ad Pomp. uenientẽ post Pharsalicã 890.a querelæ ob interfectũ Pompeium maritũ 898.b.c. 949.a.b oratio ad liberos 972.b.a
C. Cornelius augur 791.b
cornix auis auspicata 127.c
coronarũ origo 209.c militarium genera uaria 166.b fol. 209.c
cortyna, Gortyn & Gortys 316.c
corus flu. 346.b. 1015.b
cœtus unde spiret; idẽ eius nomina 90.c. 258.a
coruinorũ res gestæ & histo. 851.b
coruus auis auspicata 128.a
corycæus auscultat 335.b
corycæi unde dicti & qui fuerint 883.c 1016.a
corycæorum piratarũ descriptio 335.a descriptio secũdum Suidam 884.a
corycium op. 334.c unde dictum 335.a
corycius specus singulari ingenio ac eximius 335.c. 884.a
corycus mons 883.c. 1015.b
coscinomantia quid 754.b
costus herba eiusq; species 1023.b
cotieri pop. 369.a
cotta quis fuerit 302.a graui ter uulneratus 98.a interfi. itur 98.b
couinus quid proprie sit 96.c
cous, Coa, & Cos insula 915.b quibus locis prouerbiũ dederit 915.c
crassus opulentissimus omnium Rom. 28.a minatur Bactris & Indis bellum 28.a cõtra fas & nefas Parthis bellũ infert 300.c filiũ Crassum ne in hostium manus ueniret, suis manib. occidit 176.a Asiã cũ exercitu inuadit 24.c in fœderis pactione Gallias obtinet 4.a quãdo Pomp. inimicus factus sit 23.b Seruile bellũ perfecit 243.a quomodo interierit 5.b.c ubi perierit 4.a
crassi insigne dictum 5.c magnanimitas 6.a Põpeij & Cæsaris fœdus 4.a Cæsaris & Pompeij fœdus 23.c fuga & interitus 30.a. 300.b
crasso qui dines ũsus fuerit 6.b
cæso in os aurum liquefactum hostes infundũt, ad explendam eius auaritiam. ibid.b
crassum ad Gallum cõtra Parthos exeuntem Atteius diris execrationibus prosequitur 28.b
crassianorum clades 5.c fuga 6.a

crenides 732.c
creta olim ἑκατόμπολις nominata 2.b.256.b
cretæ insulæ descriptio, situs, limites, oppida & alia 315.c.256.c 667.b latitudo & longitudo 256.c
cretenses exercitatissimi rei militaris 317.a plerunq; mendaces 317.a b.966.a optimi iaculatores 316.a.667.b quibus prouerbijs locum fecerint 317.b quantas copias auxiliares Pompeio miserint 315.c à Romanis uicti 303.c
crinitæ stellæ causa & præsignificatio 111.c
crissa opp. 307.c
croculi interitus 184.b
crocodylus animal ubi nascatur 10.c quid denotet 333.a
crocum optimum ubi nascatur 315.a. 1016.a
croci uaria genera 1016.a.b
crocyleia oppidũ Leucadiæ 14.c
crœsus exercitum in Cappadocas ducit 359.a prælio ad Halym fluuiũ superatus & captus, ibi.a
crœsi regnorum terminus 340.c expeditio contra Cyrũ 366.b.c
crœso quod oraculum ab Apolline sit datum 359.a
crotona urbs 224.a
crudelitatis exemplum 187.b
crustumius ager, & Crustumius fluuius 218.a
ctesiphontẽ Parthi cõdiderũt 4.c
cubi pop. 97.a
cubus quid propriè sit 131.c
cucussum oppid. 341.a
culmus quid sit propriè 658.c
cumæ oppid. 221.b
cuneus quid propriè sit 665.a 840.b
cuniculorum ingens prouentus in Balearibus insulis 54.a
cupienses pop. 228.a
cupressi arboris natura & usus apud ueteres 386.b.c.955.c
curetæ apud Græcos qui dicti sint 133.a
curia Rhætorum 163.b
C. Curio orator unde sit oriundus 63.c causam Cæsaris coram Senatu strenuè & diligenter agit 63.b
C. Curio à Cæsare ingenti mercede in suam factionem attractus 63.a
C. Curionis ingens æs alienũ 63.c item eius interitus. ibid.
M. Curius Samnitiũ diuitias contemnit 757.b
M. Curij continentia in præda dividenda 39.b Dentati continentia 814.a
Q. Curionis eloquentia & uita 63.c
curionem Cæsar mittit in Siciliã frumentatum 289.a
curionum familia & qui uiri celebres ex hac orti sint 63.b.c temperantia 38.c
custodes aliquando stationes dicuntur 16.b
curtius lacus unde dictus 214.a
cyanæ insula 275.b
cyaneus flu. 248.c.275.b
cybeles mater deũm unde nomen habeat 131.c sacra Romæ 964.b simulachrum 131.c 132.a
cybelæ sacerdotes quæ uaticinia apud Gallos ediderint 122.b Gallos sacerdotes genitalia amputasse 122.c
cybira urbs 328.b
cydnus quid significet 333.c
cydni fluuij fons, & tractus 336.c 333.c
cydon urbs Cretæ 798.b capta 303.c
cydone urbs 256.c
cydonia mala unde 798.b
cygnus auis auspicata 127.c Ligurię rex in auem eiusdẽ nominis transformatus 218.c
cyllene mons 311.a
cyllenius alias Mercurius unde nomen habeat 144.a
cynamulgi Aethiopes 1014.b.c
cynis rex 912.a
cynips flu. 1014.c
cynosuræ syderis descriptio 16.c 332.a.685.c.903.a.fabula 193.c
cynosuræ pop. 330.c
cynthus mons mirę celsitudinis 52.c
cyparissias urbs 311.b
cypria Venus 936.a
cyprus insula facta 224.c
cypri descriptio eiusq; limites & fertilitas 936.b
cyprij à Romanis deuicti, & cum ingenti præda Romam transportati 30.c
cypriorum religio olim 102.b
cyrenaica descriptio 368.b. 981.b.c
cyrenæ urbs 1020.b.371.a
cyrisanthes 9.b
cyrrha oppidum Phocidis 28.c 306.c
cyrrhæus Apollo & Laurus Cyrrhæa unde dicatur 19.a
cyrus fluuius 8.c.353.b.357.b 988.a
cyrus Babyloniã expugnat 732.b Tomyrim reginam in uxorem petit, quã denegata, bellũ Massagetis infert 161.b à Tomyre regina Massagetarum prælio uictus & interfectus 161.b
cyri regis ortus & familia, eiusq; exercitus summa contra Crœsum 366.a.b sepulchrum ubi 160.c
cythara ris. 970.c

D

DAas Sparnos dici 204.b
Daæ gens fera 202.b.c
daarum & Dacorum uaria descriptio 202.c
dacas & Getas eandem esse gentem 296.b Getarum soboles esse 202.b
dacia à Romanis deuicta 296.b
daciæ descriptio, & uariæ rerum ciuilisq; dines 953.b.814.c
daci pop. 358.a & Getæ uaridem gens sit 202.b
dacarum uaria descriptio 296.b
dacorum descriptio & appellationes 163.c
dacos & Getas ὁμογλώσσους esse 163.c
dædalus ubi sedem suam collocarit 256.b
dædali fuga uarijs modis traditur 255.c fabula 1006.c.1007.a
dahæ pop. 161.a.1042.364.a 825.c
dahi populi 202.a
dalmatię descriptio, situs, nomen, limites, & oppida 217.b.c 887.c
damascene regio 352.b
damascus urbs 329.c
L. Damascij crudelitas in ciues Roman. 375.c
damigeron magus 723.a
dani pop. 358.a
dantiscum urbs 295.c
danubij fons, & tractus eiusq; ostia 162.b.c.108.b.220.b. 323.b
daos urbs nunc Philippos 148.c
daphi pop. 217.a.254.c
dauorum seruorum nomen unde 202.c
dardaniæ descriptio, nomen & limites 317.b.c
dardanius magus 723.a
dardanus unde ortus dardani

dardani pop.
dardanorum origo 324.b
darius prælio superatus à Pompeio 258.c
248.a ubi locorum ab Alexandro sit victus 336.b Pharnacis filius rex Ponticæ oræ constituit 150.c ubi in Europâ transportauerit 361.b Nitocris regina sepulchrum ob auaritiam demoliri iubet
darij somnium 5.a
debæ pop. 283.b
decanus qui olim dictus sit 68.b
decebalus rex Dacorum victus 296.b
decij execratio & votum 756.b
denotum pro Republica Romana 205.a.b
decimorum res gestæ laus & interitus 205.a.b historia & amor erga patriam 814.b præcipuæ res gestæ & interitus 755.c
decretio qui sit dictus 661.b
delaniræ & Nessi fabula 655.c
delotari regis fides
delphi 907 b
delphici oraculi descriptio 306.c
delphiorum oppidi descriptio 19.a
delphos urbs Phocidis 373.b
delphus Aruspicij inuentor 126.b
delta insula 219.b
delubrorum quid proprie sit uariæ authorum opiniones 157.b.c
delus insula Cynthus dicta 52.c
demetrias urbs 373.688.b 274.c.b angustias Isthmi transfodere aggreditur 28.c
democritus quid animum nominet 287.b
democritum magum fuisse 723.a
demogorgonum quid ueteres appellârint 751.b
per Denarium & Decenarium numerum quid Platonici intellexerint 956.c
deorum prælium cum Gigantibus 741.a
desolatio & nuditas quid differant 154.c
desittere quid significet 820.c
deucalio à Diluuio seruatus 218.c
deucalionis fabula 141.b regnum 703.b
diana à quibus populis humanis victimis sit placata 102.b
ex Pangea dicta sit 148.b Scythica unde in Italiam sit delata longa enarratio 293.b
dianæ simulachrum ex Taurica ablatum 653.a
dianæ Aricinæ lucus 652.c templum uarijs in locis 653.a solebant Tauri hospites immolare 102.b quibus in locis templa ædificata sint, & ubi culta fuerit alia & plura de ea 294.b.c
dianam unde Fascelidem dixerint 294.a
diaphragma quid propriè sit 135.c
dictæum mons 971.a
dictynna Cretæ urbs 256.c
didia lex de conuiuijs luxuriosis 38.b
didyma urbs 790.c
didymæum direptum 246.c
dies funestus qui Romanis fuerit 118.a medius qui dicatur 113.c Fasti & nefasti apud Romanos qui dicti sint 264.b.c Fausti & Infausti apud Romanos qui habiti sint 823.c
dij Penates apud Romanos qui dicti fuerint 45.c indigetes qui dicantur 120.c nuptiales 209.b
dijs inferis Taurus mactatus 137.a curâ à Gigantibus bellum sit factum 1005.a
diluuium tempore Deucalionis & Pyrrhæ 218.c.141.b tempore Ogygis 147.c quæ constellatio portendat 140.c.141.c
dinares promont. 936.c
diocletianus Liburnos fudit 54.b
diocletiani patria 217.c
diomedis uerb. de Lycurgi furore & interitu 123.b
diomedis tyranni crudelitas & interitus 181.c, 182.b
dion urbs 267.a
dionysius unde sit oriundus 912.c
dionysij Afri uersus de mõte Apẽnino 216.a de Tybri fluuio 221.a de Symplegadibus insulis 275.b
dioscorion insula 224.b
dioscurias urbs 357.b potentissima olim 251.b
diospippe soror Phaëtontis 218.c
diospolis urbs 964.c
dipsas serpens 1011.a quid sit propriè 918.b. 1016.c
dipsion oppid. 831.c
dirce flu. 308.c
dirrhachium an sit Epidamnus 259.a
dis unde Pluto sit dictus 124.c
dissaretæ pop. 682.c
dium mons. ibid.c
dotion mons. ibid.c
drauj fluuij fons & tractu 296.a.b
dracones ubi nascantur eorum q̃ natura 1012.b.c

tũ 132.b
diuinationum uaria genera 717.b.754.b.128.a
diuis quę Christiani hodierno die consecrent 121.c
diuitiæ in causa multorum malorum 299.a
dodona urbs unde dicta 313.a 585.c
dodone regio 385.b
dodonides nymphæ 314.a.386.c
dodonæum æs 386.b.314.b
dodonæi Iouis oraculum 312.c 313.a oraculi extirpatio 313.a oraculi origo & descriptio 369. 386.b.a 370 a. 716.c.
dolones pop. 324.c
dolopiæ descriptio 704.b
dolopes populi. ibid.b
dolopum pop. uariæ uicissitudines 704.c dux ad Troiam ibid.c
dolor quid sit propria 773 c
domesticam rem quo figura Aegyptij denotârint 333.a
dominus & seruus relatiua 25.c
Cn. Domitius victus à Pompeio 71.c
L. Domitius ignauus dux 405.c illæsus à Cæsare dimissus 236.a Corfinio literas ad Pompeium mittit & suppetias petit 231.a.b 233.a Nero Isthmum transfodere conatur 29.a
L. Domitij interitus 236.c.797.a 853.c
domitij Aenobarbi filij desperatio & pusillanimitas 220.c 230.c. 231.a.b
domitio Gallia demandata 69.c
domitium cur Lucanus laudârit 235.b
domitianorum militum cædes 232.b
domus cœlestis quot gradus quẽlibet habeat 139.b
domus priuatæ apud Romanos suos focos habebant penalibus sacros 48.c
donacesa mons 317.c
donatus ut ius definiat 41.c
donaw quasi die Abnaw 162.b
dorum habitatio 916.a
dorcades 850.a
dores & Dorienses pop. 704.b
dorida promont. 969.b
dorium urbs 688.c
dotion mons. ibid.c
drauj fluuij fons & tractu 296.a.b
dracones ubi nascantur eorum q̃ natura 1012.b.c

dracones cui planetæ attribuantur 22.b
draconum natura 744.a
drimo urbs deleta 376.c
druentia flu. 89.a
druſi Tyberij filij fuga apud Rhætos 163.a plures fuêre apud Romanos 759.c
M. Druſi interitus. ibid.c
druſorum res geſtæ. ibid.c
druydæ 384.c aliâs Magi 753.c Gallorum ſacerdotes 102.a qui dicti 754.c quomodo ſua ſacrificia faciant 104.b unde dicti ſint 104.a varijs nominib. appellantur 104.b.c extincti 106.a
druidũ opinio de animæ immortalitate 105.a.106.a apud Gallos officium & ordo 103.a
dryopes pop. 312.c
dumuacum ingenti ſtrage Cæſar profligat 94.c
duros qua conſtellatio reddat 142.b
dynaſtæ qui dicantur 798.b
dyrrhachium 254.c unde Epidamnus ſit dicta 639.b.c à quo ſit condita 640.a
dyrrhachij urbis deſcriptio, ſitus & terra 681.b.639.a.c obſidio 636.b
dyrrhachium opp. à Turca expugnatum 311.c

E

EBulus herba contra uenena utilis 1023.a
eburones pop. 96.c
ecbatana urbem quis condiderit 160.a
eclipſis Solis & Lunæ quando fiat 1008.b
eclipſes cur nõ ſemper eodem in loco accidant 114.b quid prænuncient. ibid.c Lunæ quando fiant. ibid.a cur non ab omnibus cernantur. ibid.b ſolis quãdo maximæ fiant 728.b.767.a ſingulis annis ſub terra fieri 114.b
eclipſim Solis quis primum inuenerit 115.b
ecetrani in ſocietatem Romanorum ſuſcepti 118.b ad Latinas ferias aſciti 47.b
echeneis piſcis eiuſq; natura 742.c
echinades inſulæ 697.c
echinadum inſularum deſcriptio 697.c. 698.a
echinus opp. 697.c
echion quis fuerit eiuſq; poſteri 694.a
edeſſa oppidum 30.a
edones 364.a
edomis mons 747.a
egeſtas quid propriè dicatur 40.c
elæa regio eiuſq; deſcriptio 67.a
elæa ciuitas 324.c
elæi pop. 311.b
elæus æquus qui & unde dicatur 67.a.b
elatia urbs 373.b
elatea urbs 306.c
elegia urbs 352.c
elementa quæ maximè neceſſaria ſint 210.b
eleus amnis 160.b
elephantiæ albæ remedium 109.c
elephantes ubi naſcantur 667.a
elephantis natura. ibid.a
de Elephantibus prouerbia. ibid.a
eliades equæ 67.b
elidis urbes 183.a
elleborus ubi naſcatur 307.a
elis urbs 67.b.183.a
eloquentes quæ conſtellatio reddat 142.b
elyſium quid ſit propriè 733.c
elyſius campus ubi locorum ſit 733.734.a.b.c. 967.b.c. unde dictus 968.c
elyſij uaria definitio 284.b.c
elyſiorum camporum deſcriptio, nomen & alia plura 284.b.c
emathia 732.b olim Macedonia dicta 681.b unde ſit dicta & quæ ſit 1.c.825.b
emathionis res geſtæ 1.c
empedocles quid animum nominet 287.b
empedoclis interitus in monte Aetna 16.a.115.c. 677.a
emporiæ urbs à quo condita ſit 374.a
in E N Germani populorum nomina plerunq; proferunt 101.a
de Enceladó uerſus Claudiani 678.a
enceladũ fuiſſe Gigantẽ 677.a.b
enchatæ pop. 364.a
enchelis 318.b
endymion Lunæ motus inuentor 23.a unde ſit oriundus eiuſq; progenies 714.a
engoliſmenſes pop. 94.b
enipeus flu. 700.b.701.a.781.a
ennoſigæus unde Neptunus ſit dictus 783.a.881.c
enna urbs 749.a
ennæa Ceres unde dicta 750.c
enſis quid propriè ſit 666.a
enydris ſerpens 717.a
eoë 821.b
epanclepſis 4.a
epaphi fabula 120.c
epheſiæ Cæſari auxilium mittit 1026.c
epheſus inſul. 914.c
ephialtes unde ſit oriundus 715.a
ephippia equorum quis primum inuenerit 707.a
ephœbi & Ephœbia quid 732.a etymon 732.a
ephyræ quatuor urbes eiuſdẽ nominis ſunt 640.a
ephyre regio 2.a
ephyri pop. 709.b
epicephiſſij pop. 508.c
epicureæ philoſophiæ ſumma 214.b
epicuri opinio de Cometis 112.c
epicuri opinio de fulminis cauſa 35.c quid mortem nominetur 288.a
epicureorum opinio de morte 287.a impia opinio de deorum prouidentia 156.a.830.a opinio de Mundo 745.c
epidamnus urbs unde dicta & à quo condita ſit 259.a.b 639.b à Turca adempta 250.c an ſit Dyrrhachium. ibid.a
epidaphneis urbs 646.a
epidaurus urbs 255.c.317.c
epidaurij pop. 311.b
epidaureorum reſa 259.c
epigranea 309.a
epimenidis uerſus de Eumenidis 124.b
epiphania urbs 352.a
epiphonema 864.a
epiri deſcriptio, limites & alia 264.c.311.c gentes celebres qui fuerint 264.c. 312.c
epulones ſacrificiorũ apud ueteres quot fuerint 252.c
equeſtris artis inuentio 708.b
equeſtrem pugnam quis primùm inuenerit 712.b
equus Elæus 67.b primus ubi natus ſit 711.b
equis cui planetæ attribuantur 22.b
equites apud Gallos qui fuerint 103.b.104.a
equitum alæ quæ propriè dicantur 107.c interfectorum numerus in Pharſalica pugna 851.b
in E R Galli populorum nomina plerunque pronunciant 106.c
eraſinus

Erasmi Roterod. sententia de Ba
ranis
erechthei terrigeni templū 711.c
ergastula loca quæ dicantur
172.b
erichtho uenefica 729.a.728.c
ericum 682.c
eridani fluuij descriptio 218.b.
674.a.
eridani syderis descriptio 219.a.
674.c
erinnyæ furiæ unde dictæ 285.b.
286.a
erinnyes cuius filiæ fuerint 750.a
quæ dictæ sint 124.a.892.b
erinnyas esse Deas 286.a
erinnyum & Thesei asylum A-
thenis 124.a
erycina herba 1024.c
eryciæ Veneris templum 267.b
erymanthus flu. 309.b
erythræa insula 790.c
eryx mons 393.c
elemia urbs 267.b
ἑστιάδες virgines uestales 179.b
esedones populi 117.b
esedonū mores & funera 7.c.8.a
eteoclis & Polinicis odium etiam
in morte eorūq; fabula 118.b.c
euaporationes unde fiant 767.b
euboea unde dicta 274.a
euboeæ insulæ descriptio. ibid.a
in Euboea quoties mare refluat
91.a
euboici & maris descriptio & an-
gustiæ 274.b
euceladi Gigantis interitus 115.c
eudoxus magus 723.a
eudoxi fuga 351.a
euenus flu. 655.c
euenj Martis filij interitus 698.c
eueros amnis. ibid.c
euganei pop. 791.c
eumenides unde dictæ 788.c 739.c.
eumenides unde furiæ sint dictæ
134.a.285.b
eumenides cuius filiæ fuerint
124.b
eumenidū Festum Athenis. ibid.a
124.a sacrificia. ibid.a
eupalea opp. 19.a
eupatoria uerba 341.a dele-
ta 263.b
euphrates omnium amnium cla-
rissimus 8.c
euphratis fluuij descriptio ortus
& tractus 351.c.352.b 353.a.
361.c.645.b.808.a ostia 352.a
euripus flu. 319.c
euripidis dictum 890.c
euripidis interitus 147.b
euripi Taurominitani fluxus &
refluxus 93.a.273.b
euripo inconstantior 273.b
europa unde dicta sit 360.a
europæ limites 359.b.989.c
europæ longitud. & latitud. grad.
360.c
europam ab Asia quid diuellat
361.a
europea Sarmatia 264.a
europos & Eurotas 701.c
eurotæ familia 703.c
eurus unde flet 226.a.338.a.
989.b
eurus uentus eiusq; natura 52.b
eurylochi mors 184.b
eurymachi mors. ibid.b
unus ex Centauris 322.b
exta quæ dicantur 135.a.128.a
extispicia quo ordine facta sint
127.a
extorū caput quod dicatur 136.c

F

FAbius cum tribus legionibus
in Hispaniam mittitur 381.b
fabij luxuria 38.b
fabiorum cædes 823.a.b
fabricius Samnitium munera in
summa paupertate respicit 38.c
fabriciorum temperantia. ibid.c
faces quæ dicantur 787.a in
cœlo quando fiant 111.b in
cœlo & bolides ut differant.
ibid.c
facularum qualitas 112.c
famæ Idolopœia 107.a
fames Romæ 72.c ingens in
castris Cæsarianis & Pōpeianis
657.b.c.658.b
fanatici qui dicti sint 109.b
fannia lex de conuiuijs luxuriosis
38.b
fanum Fortunæ à Senonibus ob-
sessum 58.a Fortunæ captum
198.c
far quis primùm in Italia inuene-
rit 11.b
fascelidem unde Dianam nomi-
rint 294.a
fastæ nundinæ quæ dictæ sint
264.c
fasti dies apud Romanos qui dicti
sint 264.b.823.b.c
fastorum libri quibus olim tantū
noti fuerint 264.c
fatum quid sit 155.a
à Græcis quomodo dicatur &
quid sit 735.a.b quid se-
cundùm Senecam 165.b quid
secundùm Chrysippum. ibi.b.c
qui descripserint 156.a
fata quottuplicia sint 735.b
fatalia quæ dicantur 156.a
fauni dij 383.b
fauonius uentus 90.c.989.c
faustæ Syllæ turpis fuga 227.c
interitus 229.a
fausti & infausti apud Pop. Rom.
qui habiti sint 823.c.189.b
faustuli & Philistini fratrum cæ-
des 26.c
feræ noctu à syluis urbem Romā
intrant 121.c
ferale quid propriè dicatur 135.b
ferentani pop. 254.c
feriæ Latinæ quæ dictæ & à quo
institutæ sint 118.a.47.a
ferraria urbs 217.a
fescenni uersus unde dicti eorūq;
usus 212.a
fibræ quid propriè sint 127.b.
737.a.753.a
fimbria quis fuerit 176.b
fimbriæ audacia facinora. ibid.b
interitus. 176.b
fimbrianorum defectio. ibid.b
flammearij unde dicti 211.a
flammeum uelamen quid fuerit.
ibid.a
flamines qui dicti sint, eorumq; ha
bitus 134.a
flaminij & Flamulæ qui dicti sint
134.b
flaminia uia 107.a
flandri pop. 91.b
flauus color qui propriè sit 49.c
292.c
flenus fluuius hodie Iſala dicitur
105.b
florus reprehenditur 58.b
flori locus de bello ciuili 2.b
florentini 217.a
fluuij aliquot humano sanguine
cruenti 781.a
fodinas metallorū quis primùm
inuenerit 741.c
fœdera ineundi seu confirmandi
ritus apud ueteres 307.c.
910.c
fœminæ uiris ueneficiorum peri-
tiores 720.a
fœnus & usura ut differant 42.c
fons miræ naturæ 791.a
fori in nauibus quid sint 399.c
forma & materia quid differant
155.a
foro appij pop. 651.c
fortunæ oppidum. 293.a
fortunæ templum Prœnestæ 186.c
in Fortem uirum quæ cedere non
debeant 200.c
forum iudiciale quod dictum sit
777.a

fossa Mariana 90.b
fragor quid sit propriè 835.c
francones 162.c
fraturcium 254.c
fratrum dissidium 115.b
frena equorum quis primùm inuenerit 707.a
fretum quid propriè sit & à Græcis quomodo dicatur 29.c 185.c.360.c
fructus sponte nascentes 119.c
fruges quando maximè crescant 291.a
frusinone monstrũ nascitur 128.b
frumẽtariæ rei potestas Pompeio traditur 73.a
fulgetra quando fiant 113.b cũ sereno cœlo fiãt quid præsignificent. ibid.b
fulgura nunquam sereno cœlo fieri. ibid.a
fulgurũ uaria genera 113.b.133.c admirãda natura & causa. 113.b
fulmen auspicatum 794.a tacitum 113.b & fulgur ut differant 35.c quid sit, uariæ sentẽtiæ Physicorum 35.b
fulminis cõtra ictum remedium 741.b
fulmina unde fiant 35.c quando fiant 113.b
fuluij Flacci fuga & interitus 62.b
fuluus & flauus color ut differant 50.b
fundanus lacus 293.a
fundarum usum quis primùm inuenerit 54.a
funditores optimi Balearici. ibi.a
funera Scytharum 7.c
furcæ Caudinæ unde dictæ 180.b
L. Furij Camilli uotum Monetæ Iunoni promissum 85.c
furij Camilli exilium, totiusq; eius uitæ descriptio 756.c 757.a
furiæ quot sint earumq; nomina 124.a
furiarum uaria nomina 124.b. 285.b.739.c.849.892.b. multiplex descriptio 739.c
furor & insania quid differant 197.a
C. Fusius Cotta interficitur 98.b
futura unde augures prædixerint 132.b

G

GAbij pop. 819.c
Gabij urbs Volscorum 129.c
Gabiorum fœdus cum pop. Rom. ubi descriptum fuerit 56.b
gabinius in iudicium trahitur 73.b
A. Gabinij rogatio ad populũ de piratico bello 32.c
gades insula eiusq; descriptio, nomen, situs & fertilitas 989.b. 362.c.363.a 789.b
gaditana puella 792.a
gaditanum fretum 249.c.364.a
gaditanorum laus 791.a.b
gagates lapis eiusq; natura 744.a
galactophagi pop. 364.b
galata Marium interficere conatur, per spectrum deterritus 170.a.b
galatæ pop. 844.c
galatarum origo 258.c
galatiæ descriptio 844.b.c
galatia & Gallogræcia unde dicta 845.a
galba quo tempore regnârit 96.a
galli quomodo populorum nomina pleruncq; proferant 100.c
galbanum herba 1023.b
galeotæ qui dicti 754.c
gallia in duo latera diuisa 98.b quot annis à Romanis sit denisa 64.c Braccata & Narbonensis quæ dicta sit 98.b Lugdunẽsis unde sit dicta 100.a in fœderis pactione Cæsari cedit 4.a olim in tria populorum genera diuisa 101.b
galliæ descriptio 845.b comatæ descriptio 101.b Narbonensis urbes 98.b
galliam Cæsar inuadit 24.c Narbonensem à Celtis quid diuidat 89.a
galli sacerdotes sic dicti unde nomen habeant 122.c unde sint oriundi 103.a in quot ordines diuisi fuerint 103.a Romanos ingenti clade afficiunt, Romam capiunt, & paulò pòst à Romanis superantur 823.a quos Deos in morbis curandis inuocârint olim 102.c quem Deum coluerint 101.c Galatiæ nomen indunt 845.a quando festorũ dierum initium incœperint 103.a quam summopere louem coluerint. ibid.a Mercurio humanas hostias mactabant 101.c Cæsaris castra ex improuiso in hybernis expugnare conantur 97.c
gallis solenne fuit Italiam inundare 108.a
galli gallinacei cui planetæ attribuantur 22.b
gallici triũphi Cæsaris descriptio 291.c
gallogræcia unde dicta, eiusq; descriptio 907.a 844.c
gallogræci pop. 844.c
gallorum, ritus, mores, statura & alia 101.c.102.a.b sedilia in castris Cæsarianis 799.a.800.a arma in prælijs 96.c liberorum educatio 103.a ritus in sacrificijs peragendis 104.b & Cæsarianorum conflictus 98.a reges ubi inunguntur 96.b res militares & peregrinationes 844.c clades ad Romã 757.a coniuratio contra Cæsaris copias 98.a
gallos Cisalpinos esse Liguros 101.b Cybeles sacerdotes geni talia amputasse 122.c
gallus sacerdos Cybeles matris Deũm 328.a
ganges auriferus flu, fluuius eiusq; fons, tractus litora, natura, ostia 232.c.330.c 337.a.338.c.912.a (328.b
ganymedes unde sit oriundus
garamantes pop. 988.a rex 988.a
garganus promont. 309.a
gargaphæ 214.c
garnæ 101.b
garumna prouincia 99.b
gascones pop. 267.b
gaurus mons 330.a 304.c
gaza quid significet 865.a. urbs Iudææ eiusq; descriptio 330.a
gazam Alexander diripit. ibid.b
gebenna mons 100.b
gebennici montes. ibid.a
gedrosij pop. 361.c
geloni pop. 364.c
A. Gellij locus de nominib. regio num immutatis 1.c
gelri pop. 91.b
geminorum qualitas & propietas 144.a
genabum urbs 100.b
geneua urbs 87.100.b
genium quisq; apud Veteres domui suæ colebat 121.a
gennabis pop. 91.b
genua urbs metropolis Liguriæ 90.c.100.b aliquando Iannua dicta 100.b
geographiam quis primùm descripserit 25.b
geomantia quid 718.c.736.b 798.a
gephyræi pop. 332.a
germania in duas partes diuiditur 108.b

Germania quo à Gallia diuidatur 108.b
Germaniæ ueteris appellatio 162. c descriptio eius & limites 826. b 671.b.c terminales fluuij 84.2.b
Germaniam à Dania quid diuidat 163.2
Germani unde dicti 671.2.b populorũ nomina plerunque in EN proferunt 101.2 Cæsarẽ in bello ciuili imitati sunt 4.2 Germanorum nomen unde 671.c uirtus & fortitudo 848.2 mores 671.b
Germanici populi qui Cæsarẽ opẽ tulerunt 105.2.b.106.2.b
Gerras flu. 356.b
Gessa quid 5.2
Getæ pop. 163.c.368.2 & Daci an eadem gens sit 202.b
Getarũ uariæ appellationes 164.2 descriptio uaria 202.c.296 b & Gothorum distantia 164.c
Getas & Dacos eandem gentem esse. ibid.2
Getuli pop. 668.2
Gigantis Antæi fabula 182.c
Gigantes unde fingantur Dijs bellum inferre 1005.2
Gigantũ terra & descriptio & fabulæ 678.2. 741.2. 783.2. 784.c res gestæ ubi scriptæ 1005.2 infula 678.2 pugna contra Deos 741.2
Gigemonos mons 147.c
Gimarus promont. 256.c
Glandes quid propriè sint 406.2. 841.c
Glareanus reprehendit Sulpitium 249.2
Glareani locus de Amphipoli 886 346.b de Astronomicis 106 de Baccho Indico 20.b de Lucetia 229.2.b de Dacis, Getis & Sacis 203.2.164.2 de Palinuro promont. 971.2 de Rhætis 163.2 de Tigri & Euphrate 252. b.c elegans deriuatio de Treuiri 300.c diligens interpretatio de uarijs rebus & locis 18.2. 23.239.b.40.c. 50.c.51.2.71.2. b.80.c.84.b. 87.c. 95.2.151.2. 162.2.b. 259.c. 302.c. 303.2. 304.2. 323.c. 349.b. 377.b. 404.c. 666.2. 739.c. 755.c. 757.c. 778.c. 786.c. 809.c. 818.b.c. 819.2.b. 824.b. 825.c. 841.2. 842.c. 852.c. 854.2. 890.2. 891.2. 900.b. 901.b. 902.b.906.b. 917.b.c. 942.c. 967.b.986.2. 988.c
glaucus flu. 248.c.275.b
gnidon 901.c.916.2
gnossus urbs 316.c
gnosij Rhadamãthi iustitia 257.2
Goëtia quid sit 719.2.759.b legibus interdicta 719.2
gomphos oppid. 1 c.681.2.686.b
gorgones quæ fuerint 100.c
gothi ubi locorum habitẽt 164.b
gothones, Gotini, & Gythones populi. ibid.b
gordyus seu Gordunus sine Gordyæus mons 846.2
goryæa natio 20.b
gorgones & Gorgon quid 850.2 animalia 1004.2 quæ fuerint earum fabula 784.2.b
gorgonũ fabula 1001.c cur una tantum mortalis fuerit 784.2 pater qui fuerit 1003.2
gothi unde dicti 164.b
gothos, Dacos & Getas eandẽ gentem esse. ibid.b
C. Gracchus Trib. Pleb. creatus, paulò pòst interficitur 62.2.b
C. Grachi leges & statuta 62.2 fuga & interitus 62.b
gracchorũ leges de agris diuidendis inter ciues Romanos 39.2 historia & præcipuæ res gestæ 760,b fratrum cædes 606.c
gradus quot quælibet domus cœlestis habeat 139.b
græcæ literæ quo tempore apud Gallos in usu fuerint 103.b
græcas literas quis primùm inuenerit 319.2
græcia unde dicta 320.c quibus locis prouerbium dederit 374.2
græciæ imperij amissionem quæ prodigia antecesserint 111 c
græcus rex ubi natus 320.c. 704.b
græci quo oraculo Troiam occupati sint 690.c hostiũ exuuias in templis suspendebant 5.b quo plerunq; nauigationis suæ cursum dirigant 331.c
græcorum exercitus summa contra Troianos 367.b.c nariæ appellationes 704.b arma 690.c cõstructudo in prælijs & uictorijs 5.b perfidia 374.2
græcis oraculum de peste sedanda datũ 325.2
græcos quis primùm Astronomiã docuerit 120.b quis primùm augurãdi artem docuerit 125.b
graminea corona quæ fuerit 66.b
grandinem hybernam quid præsagiat 397.c
gras nepos Orestis 868.c
graucasus mons 8.b
gregorij Nazanzeni patria 341.2
grochum urbs Phocensium delecta 376.c
grynous unus ex centauris 322.b
gygania prima è uestalibus uirginibus 48.2
gymnasiæ insulæ aliàs Baleares dictæ 53.c
gymnosophistæ qui dicti 754.c
gyndes flu. 934.2
gythones pop. 164.b
gubernator anni qui sit 144.b

H

Haberrich opp. 95.2
hadria colonia 229.ſi
hadriam & Ionium eandem esse 29.2
hæmois quis fuerit 710.2
hæmodes 254.2
hæmonia regio 2.b 681.b
hæmonia aliquãdo Macedonia dicta 1.c
hæmonia unde dicta 710.2
hæmorrhois & Hæmorrhoa serpẽs 1009.c
hæmus mons 87.b
hagenbusch 385.b
halicarnassus unde oriũdus 915.b
halsatia & Halsaticum uinũ 93.b
halys fluuij fons, & tractus 340.c 358.c.844.c
hamilcaris somnium 283.b
hammodytes serpens unde dictus 1010.c
hammanioutes populi 368 b
hamaxobij & Hamaxobitæ cur Sauromatæ dictæ sint 57.2
hamaxobitæ cur Scythæ sic nominentur 164.2.295.b. 356.b. 825.c
hammonij pop. 368.c
hammoniacum arbor ciusq; natura 369.2
hammonis oraculum unde dictũ ibid.2 templi seu oraculi descriptio, origo, miracula & alia plura admiranda 368.b.717.b. 986.b.c
hammonis fontis miraculũ 368.c
hannonia regio 91.b
hannibal Italiam cũ exercitu inuadit 69.b
harlingæ quando fluxus & refluxus maris fiat 91.c
hasbytæ pop. 368.b
hasta Phalarica quid 665.b
hebrus auriferus flu. 322.b.328.2
hecates cur tergemina fingatur 746.2 cur in triuijs sit culta 747.2

hecates cœna 747.a
hecatæ descriptio, forma & alia multa de ea 746.c
hecatompylos urbs 355.b
hedui pop. unde oriũdi sint 97.a
fratres Rom. appellati 97.a
heduorum terra 89.a
helenæ raptus 322.c
hellas 320.c
helleborus ad quid utilis 109.c
hellenes unde dicti 320.c
hellen unde sit oriundus. ibid.
helles & Phryxi fabula 647.b
hellespontum pontib. Xerxes iunxit 269.a
hellesponti descriptio 263.c
hellesponticum mare unde Phryxeum sit dictum 647.a
hellopes pop. 312.c
helia aliâs Velia oppidum 971.a
urbs aliâs Elea dicta 67.c
heliades quæ dictæ sint 218.c
helices fabula & sydus uarijs modis describitur 193 b.c
helius flu. 105.b
heluetter 100.c
heluetij an Germani uel Galli sint 88 b unde Suiceri dicãtur 108.a fortissimi populi cur semper fuerint. ibid.a olim in quatuor pagos diuisi. ibid.a
heluetiorum terræ limites. ibid a
heluetios quid à Gallis separet 88.b
heluij pop 100.b
heneti aliâs Veneti 791.c
heniochorum terræ descriptio & uariæ appellationes 357 b.c. 250.c
henricus Cornelius Agrippa de Philosophico lapide 732.b
heraclea urbs 90.b.312.b à quo condita sit 361.c
herbæ uenenificæ quæ & ubi reperiantur 720.c contra uenena 1023.c
herbariæ artis inuentio 708.b
herculeæ metæ 361.a
hercules unde sit Alcides dictus 124.c Antæum Gigantem interfecit 182.c Pyrenen uitiat 149.c ex quo Astrologiam didicerit 708.a cur Nessum interfecerit sagitta 699.b quẽ locum inter sydera teneat 124.c quo in loco interierit 312.b
herculis res gestæ ad Hesperidas hortos 986.987.a furoris causa 124.b columnæ 791.a filij 714.a res gestæ contra Ilios 321.c sagittæ ubi inuentæ 690.c Monœci portus 90.b Monœci portus quot stadijs distet ab Albinga 90.b
specus 119.a conflictus cum Hydra 1003.a interitus 830.c
sepulchrum 958.c
herculi contra Albionem & Bergionem, Neptuni liberos pugnanti Iouẽ lapides misisse 90.c
hercules 40 fuisse 125.a
herculei syderis descriptio 124.c
herculeæ fauces 881.a
hercynia sylua 163.a
M. Herẽnius Decurio fulmine tactus 113.b
herinnet 100.c
hermiones pop. 671.c
hermus flu. 328.b
hernici ad Latinas ferias asciti 47.b
herodes rex Idumeæorum & Samaritarum constitutus 150.c
herodoti opinio de Nili origine 9.a uerba de Haly flu. 358.c
heronis historia 270.a
herus & Leandri fabula 646.c
hesiodi sententia 212.c
hesperia unde Italia sit dicta 11.a. 206.b
hesperides filiæ unde dictæ sint 11.b
hesperidum Hortorũ descriptio, nomẽ & appellatio 11.b.986.c
hesperonceras promont. 11.b
hespertusæ fabula 11.b
hesperus stella 54.c.277.c
hesperi filiæ & Hesperides sorores 986.c
hesperũ Atlantis filiũ fuisse 120.b
hesus Deus à Gallis humanis hostijs placatus 102.b
hesychij locus de Emathia 1.c
hetrusci qui dicti 754.c unde dicti sint 126.b unde augurium acceperint 125.b.138.a magicis artibus & incantationibus maximè dediti 125.c. 127.a.b
hetruscorum opus olim 189.a studia 718.b mos in urbib. condendis 119.a gentis authoritas & fama ob magicam artem 125.c
hexagonis familia 1021.c
hiatus cuius impropriè sit 140 b. 119.c
hibernia insula 246.b
hiberiæ descriptio 910.c
hieroglyphicæ literæ 334.a
hierogrammates qui dicti sint 334.a
hierapolis urbs 328.b
D. Hieronymi testimoniũ de interitu Babyloniæ 914.a Patmi 217.c
hierosolyma à Pompeio spoliata 248.a
hierosolymitanum templum spoliatum 332.a
hippocratis patria 509.a
hippocrene 509.a
hippodamia Pelopis pariter 185.b
hippodamiæ fabula. ibid.b
hippomanes quid 735.c
hippolytus à Diana à morte redeo catus 633.a
hippophagi pop. 365.a
hippothi mors 184.b
hippus flu. 275 b. 248.c
hircania, Parthia, & Media uinagularem situ figuram referunt 355.a & Hircanum mare 922.b
hircaniæ situs 355.b.c.357.b
hircaniam Arsaces inuadit 30.b
hircanũ mare quod dicatur 7.b
hircani pop. 355.b
hircius cons. Rom. cum exercitu contra Antonium mittitur 13.c in prælio interficitur 14.b
hispalis urbs 245.c
hispi pop. 161.a.364.a
hispania unde Iberia dicta 161.a Tarraconensis unde nomen habeat 164.c in fœderis pactione Pompeio cedit 4.a
hispaniam Cimbri depopulantur 59.a auro abundat 865.b
hispaniam Pompeius inuadit 24.c
hispani Alpini qui dicantur 149.c
historiarum contrarietatis causa 152.c
holsati olim Cimbri dicti 58.b
hollandi pop. 91.b
holophyros urbs 267.a
holopyxon urbs 236.c
homeri dictum 195.a.31.a. 145.c sententia 212.c descriptio de Scylla & Charybdi 116.c uersus de Vesta 48.b de Lycurgo 123.b
homines procerissimi 715.a molles, effœminatos, & robustos seu bellicosos quæ terra proferat 297.c Galli suis dijs immolabant 102.a
homicidæ nunquã quieti 866.c
honestum quid à Stoicis dicatur 214.a
horatij patria 975.c uersus de Stoicis 195.c de Sabinarum mulierum pudicitia 212.b
horizon obliquus qui dicatur 18. a quid sit propriè 992.c
horoscopi

horoscopi inuentio 723.a
Q. Hortensij lex de Quiritum decretis
hostianes magos 41.a
hostiæ ambaruales quæ dictæ sint 723.a
128.c.129.a
hostis peregrinus antiquitùs appellatus 149.a
hostiarum genera duo 137.a
humana victima à Romanis prohibita 106.a
hungari pop. 358.a
hyadæ unde dictæ 276.c Suculæ, Vergiliæ & Pleiades quid differant 277.a
hyena animal eiusq; natura 742.a,b
hyenæ pelles non tangi de cœlo. ibid.b
hyarbas Numidarum rex captus à Pompeio 71.c
hybla quid 982.a
hyda spes fluuius eiusq; descriptio 912.b. 339.c
hydræ Lernææ fabula 1002.c
hydromantia quid 718.c 794.a.
hydrus serpens 1009.c.1010.a
hyemis initium 277.b
hyemis asperæ præsagia 398.c
hyllus flu. 328.b
hypanis flu. ubi oriatur & eius tractus 337.b.364.c
hypocyris flu. 356.b
hyperborei pop. 359.c
eorumq; mores 360.a
hyrcaniæ descriptio, limites, situs, fluuij & alia 357.a.b
hyrcani pop. 927.b
hyrcanis D. Thomam Apost. Christiam prædicasse 357.b
hyrcanum mare. ibid.a
hyria urbs 308.b

I

Ani templum quoties ab urbe Romana condita clausum fuerit 18.b.c à quo conditum sit 17.c quid apertũ, & quid clausum præsignificauerit 18.b
ianiculũ unde Italia sit dicta 11.b
iapygia regio 684.a 257.a.
Iapyx oppid. 684.a
iasonis historia 321.a matrimonium cum Medea
iazyges pop. 722.a
iberia unde Hispania sit dicta 165. 2.242.a
(iberi) fluuij descriptio 165.a.241. 2 865.b.671.a
iberi & Iberia unde nomẽ habeat 671.a
iberi pop. 165.a.358.b.845.c à Pompeio debellati 33.a
icaria ins. 914.b
icarij maris nominis origo 914.b
icanis flu. ibid.c
ichnæ urbs 5.c
ichthyophagi pop. 346.b.934.a
icius portus 91.b.246.a
ida urbs 325.b
idæa mater Romam aducta 131.b.c
idææ matris simulachrum, deq; eius uaticinium 131.a
idalia Venus unde dicta 325.b. 953.c
idalis oppi. ibid.b
idubeda mons 242.a
idumææ descriptio, nomen & limites 330.b
idumæi unde dicti multiplex deriuatio 330.b
ignispiciũ unde sit dictum 128.a quis primùm inuenerit 126.b 718.a
ignis Græcus ex quibus conficiatur eiusq; natura 404.a
iligna corona quæ apud ueteres fuerit 66.b
ἱλιγξ unde deriuetur 890.a
ilicis quot genera sint 585.b
ilium à quo conditum 328.b à Fimbria obsessa & deleta 176.a
illyrij descriptio 258.c.259.c
illyrici unde originem ducant 258.c
illyrios quos Græci nominarint. ibid.c
ilus unde sit oriundus 328.b
imagines nocturnas quid abigat 744.a
imaus mons eiusq; descriptio 8.b
imbris signum 398.c
imperatori quæ necessaria sint 244.a
imperatores ex rusticis apud Romanos electi 39.b
imperium firmum quæ diu retineant 25.a
imperij apud Romanos signum quod fuerit 55.c
imperiorum mutationes quæ constellatio portendat 113.a
imperia quibus initijs euertantur 37.a
inachia regio 696.c
inadrium oppidum. ibid.c
inachus flu. 695.c
inachus quis fuerit. ibid.c
inachi fabula. ibid.c
incantationes 724.c
incendium quæ constellatio portendat 142.a
indefleti q̃ olim habiti sint 157.a
indigetes dij qui dicantur 120.c
indiæ fertilitas 338.a.339.a
indi flu. descriptio 337.b.339.a.b
indi quomodo ægrotos curent 340.a quot millia militũ Pompeio auxilio miserint 368.a
indorum dij 94.a mores, uictus & habitus 340.a.b
indis color qualis sit 50.c
indos nunquam suis cardinibus emigrasse 338.a quis uinum docuerit 19.c
infantem locutum Romæ 122.a
infernus ubi sit 737.b.c
infortunatũ quæ constellatio denotet 142.a
ingauni pop. 90.c
ingeuones pop. 105.b.671.b
inonis fabula seu interitus 317.c
inobedientiæ pœna apud Gallos 103.b
insula quid propriè sit 134.b 209.c
insania & Furor quid differant 197.a
insepulti q olim habiti sint 157.a
insepultorum umbræ quot annis hinc inde errent 6.b.c
intemelij pop. 90.c
interusura quid propriè sit 42.c
inundationem quæ constellatio portendat 141.c
inuidia quãtum sit damnum 21.b
io unde sit oriundus 29.a
ionis raptus 696.b
ioachimus Camerarius de bello Troiano 367.b
ioannis Antiocheni sententia de Palladio 130.b de Sacrobusto opinio de Indorum & Aethiopũ regione seu sede 347.b. c.349.b.c
iolcon & Iolcon opp. 320.c
iolla interfector Alexandri Magni 311.a
iones à quo cõmertia acceperint 332.b
ioni regis historia & fabula 713.b
ionium mare unde dictum 29.a 259.b.216.c.639.b.715.c
ionius Dyrrhachi filius ab Hercule occisus 639.b
iosippum Astrologum fuisse 139.a
Iphigenia Agamemnonis filia Dianæ sacrificio destinata 293.c
isapis fluuius 218.a
isara amnis 88.c.726.a
isauria regio 218.a
isaurus fluuius 218.a

iſcla flu. 105.b.99.b
iſidis deſcriptio 962.a ſacra 962. c.963.a raptus 696.a
iſmenius flu. 309.a
iſmarus mons 830.c
iſſus urbs 336.b
iſſedones ubi locorum habitent 162.a
iſter flu. 323.b.162.b.c
iſtri oſtia & tractus 323.c.324.a
iſthmiaci ludi à quo ſint inſtituti 318.a (28.c
iſthmiũ certamen quis inſtituerit
iſthmus quid propriè ſit & unde dicatur. ibid.b
iſthmi deſcriptio 650.c angu-ſtias multi aggreſſi ſunt transfo dere 28.c.29.a
iſthmum muro fœſtinanti opere veneti continenti iungunt 29.a
iſtris anis 873.a
iſtriana urbs 342.c
iſtri unde ſint oriundi 320.a
italia unde Heſperia ſit dicta 11.a 206.b unde Auſonia ſit appel-lata 5.b
italiæ deſcriptio 215 c.216.c cele-bres fluuij 216.c.217.a uaria nomina & appellationes 11.b limites & termini 11.b forma 226.a
italiam à Gallia ſuperiori quid ſe-paret 43.c à Sicilia quid ſepa ret 224.c Pyrrhus Epyrotarũ rex inuadit 12.a
italici populi 254.c
italorũ metus ob Cæſaris aduen-tum 107.a
ithonia regio 713.c
ithomum oppid. 713.c 714.a
ithyra urbs 842.a
ithyrei præſtantiſſimi ſagittarij 798.842.a
iuba rex Numidarum 680.c un-de ſit oriundus 921.a
iubæ Mauritaniæ regis res geſtæ & uita 921.a
iudæa regio 252.a
iudæi in Mediam traducti 160.a
iudæorũ clades in direptione Hie-roſolymæ 252.a
iudicia & Leges abſ armis & ar-matis florere debent 74.c
iugum quid propriè ſit 272.b
iugurthæ interitus 167.a
iuliacum op. 91.b
iulia, opp. 790.a unda & Iuliũ opus 268.a Pompeij uxor cur immatura morte interierit 31 a
iuliæ Põpeij uxoris abitus 284.b
iulij Procli cõmentitium de Ro-muli umbra 46.b
iunonis odium in Epaphũ 120.c tẽplũ in Samo, Argis, & Laconia à piratis ſpoliatũ 246.c tem-plum in Lacinio 224.a Argiuæ templum 222.b
iunoni Monetæ templũ extructũ 85.c Iouis uxori Ixion ſtuprũ inferre conatur 705.c.706.a
iupiter ubi ſit natus, educatus, & ſepultus 316.c Latialis unde dictus ſit 47.a à quib, popu lis humanis hoſtijs ſit placatus 102.b qua forma apud Hãmo nios ſit cultus 368.c
iouis Domus 143.c Planetæ pro-prietates & natura. ibid.c ſtel-læ motus 139.b Tonantis ædes Romæ 45.b
ioui Latiali quis primũ ſacra inſti tuerit 47.a humano ſanguine litatum apud Gallos & Latinos 102.b quæ animalia mactata ſint 137.a quæ animantia at-tribuantur 22.b
ius quibus conſtet 777.a quid propriè dicatur. ibid.a quomo do definiatur 41.a
iuſtitium Romæ indictum quid propriè ſit 155.b
ixionis fabula & pœna apud infe-ros 705.c

K

Kappa tria peſſima 341.a
κορινθιάζεσθαι 649.b
κορύπλαν quid ſignificet 122.b

L

Labeonis ſententia de dijs pe-natibus 45.c
labieni interitus 679.b.13.b
labrax oppidum 95.c
labyrinthus in Creta 971.a
lac pluit 788.b
lacedomoniæ Arcadibus bellum inferunt 311.c
lacedæmonienſium imperiũ quid euerterit 37 b
lacerta ſerpens 1011.a
lacheſis una ex Parcis 32.a.286.b
laeinium promont. unde dictum 224.a.261.a
lactantius 751.b
lacus Curtius unde nomẽ habeat 214.a
lælij exclamatio ad Cæſarem 81.c
læſtrygonum ſedes 293.a
lagæus Nilus unde dictus 149.a
laij & Oedipi fabula 931.a.b
lamberti Hortenſij patria 99.b
lampas quid ſit 787.a
lampadas ſeu faces & bolides ut differant 311.c
lampheus mons 311.a
lana Appula optima 364.c 88.c
langres pop. 164.c
lanizknecht unde dicti in odium Helvetiorum hoc no cabulum ortum. ibid.e
lantzmann unde nomen. ibid.c
laodicæa urbs 363.a à quo condi ta ſit 160.c 321.c
laomedontis fabula 90.b
lapidei Campi 730.b
lapis philoſophicus qui verè dica ruſ 732.b 788.b
lapides pluit 684.a
lapithæ populum 713.a
lararium unde ſit dictum 121.b
lares qui apud veteres dicti ſint 121.a cur veteres domi colue-rint 121.b in publicum ali-quando proiecti 121.b cur ca-ninis pellibus veſtiti fuerint 121.b.c
lariũ ſacrificia quo ritu facta fuer. ibid.a
lariſſa opp. 693.a.708.a.882.c cur Achillis patria dicatur 693.a
lariſſæi pop. 693.a
larix arbor 1024.c
laſij interitus 384.b
laſone flu. 89.a
latia uir fortis 662.b
latialis Iupiter unde dictus 47.a 295.a
latialis Iouis ſacrificia quo tem-pore fierent 820.c
latiali Ioui quis primũm ſacra in-ſtituerit 47.c
latinæ feriæ quæ dictæ & à quo in-ſtitutæ ſint 47.a.118.a.394.c 826.c
latini unde dicti 223.c.819.c un de augurandi artem didicerint 225.b umbri, & Auſones uno nomine Tyrrheni dicti 190.a
latinorum reges 47.a ſacrifi-cia 102.b
latium regio unde ſit dictũ 47.a quomodo diuidatur 47.a quam terram veteres nomina-rint, item eius deſcriptio, natu-ra, limites, ſitus & appellationes uariæ 46.c.223.b.819.c qui populi antiquitũs incolue-rint 47.a 785.c
laronæ fabula 820.b
laurentum, Lauretum, Laurentes
laurus cur Apollini ſit conſecrata 65.c ſignum pacis apud ue-teres 66.b Delphica & Cy pria 66.a.b
laurus

tarmus antiquitus triumphalis co
rona fuit 33.a
tauri duo sunt genera 65.c
tauriana urbs 87.c
taurinium opp. captum 172.c
tecandri & Herus fabula 646.c
tecnomantia quid 754.b
tegati quo in loco excepti fuerint
à Romanis 117.b
tegislatores apud Romanos quot
fuerint 40.c
telegij descriptio secundū Pindarū
703.b.c peregrinatio. ibid.b
lemanni lacus descriptio & uariæ
appellationes 87.c.89.a
lemonices pop. 96.c.97.a
lentulus Spinther se & Corfinium
ciuitatem Cæsari tradit 233.c
Spinthri fuga 228.b oratio ad
Pompeium de fuga in Aegyptum
925.c.926.c cōiurationis Ca
tilinariæ participis mors 238.c
Cæsaris interitus 230.c
leodienses pop. 96.c
leonis à Luna educati fabula 142.
b.c stellæ & sydus. ibid.b.c
leonū animi index qui sit, & unde
eius ira præsoscatur 50.a
leones cur in Africa truculētiores
sint & unde eius natura 49.b.50.c
leontium 675.c
lepantium urbs 311.c
lepidus prælio uictus, & paulò
post obijt 239.b
lepidi & Catuli dissidium 959.b.
c 239.b mors 851.b.959.c
lepta à quib. cōdita 82.c.769.c
lernæ Hydræ fabula 1002.c
lerna malorum prouerbiū. ibid.c
lesbus insula 888.b.325.b insu
la quibus locis prouerbium fue
rit 888.b
lesbium mare. ibid.b
lethæus flu. 256.c
lethe amnis infernalis eiusq; ety
mon 985.c.986.b quid pro
prie sit, & unde nomen habeat
986.c
leucadia seu Leucadi insula 14.b
leucadiæ insulæ oppida. ibid.c
leucasia insula promōtorium & op
pidum 14.b.877.b
leucathæ interitus 317.c
leucates promont. 14.c
leucosia insula facta 224.c
leuci pop. 88.c.96.a
leuis armatura quē ordinē renue
rit olim 840.c
lex qd sit 41.a.777.a & Plebisci
tum differāt 41.a scripta quot
modis constet 40.c agraria
Gracchi & Orchia & Fannia de
conuiuijs Rom. 38.b
legis definitio Græca 41.b
leges Triūphales 672.c silent in
ter arma 64.b de ambitu 42.b
liber pater unde sit natus 363.c
liberum patrem uini repertorem
esse 912.b
liberi unde uocētur & quid liber
tas 826.c omnes homines na
turâ nati 826.c
liberorum causa apud Spartanos
matrimoniū cōmune seu pro
miscuum erat 208.c
libs uentus unde spiret 84.a
libonis puteal. item quis Libo fue
rit 227.a
libræ stellæ 271.a
liburniæ descriptio 887.c.217.b
liburnicæ naues 259.b.393.c.
888.a.394.b
liburni qui dicti 888.a ubi olim
habitarint 218.a ab Octauio
fusi 54.b
libya quæ propriè dicatur 370.c
ferax prodigiosorum animaliū
84.a cur tot monstris abundet
1001.a quib. locis prouerbium
dederit. ibid.a. 84. uide Lybia.
libyæ descriptio 370.c
libyam quam regionē ueteres no
minārint 84.a
libyes quē regionē designet 83.a
libyca fera 666.c
libycus Elaphas 667.a
licen qui dictus olim sit 56.a
lichtenbergius Magus 723.a
licinia lex de conuiuijs luxuriosis
38.b
liger & Ligeris fluuius ubi oriatur
101.a
liguria regio eiusq; descriptio.
ibid.a (222.b
liguriam à Hetruria quid separet
ligures pop. 101.a
ligurum sedes & terra, eorumq; or
tus & uictus 90.c uictus & po
tus 101.b
ligustici portus descriptio uaria
90.b
ligusticum mare unde nomen ha
beat 90.c.220.c
lilybæum promont. 226.c.289.c
lingones pop. 88.c
lingua quid propriè sit 257.a
lingones pop. 88.c
lingua quid propriè sit 257.a
lintzium oppidum 667.c
lipara insula 704.b
lissa oppidum 217.b
lissum frustrà oppugnatum 635.c
literæ Hieroglyphicæ 334.a &
Characteres Aegyptiorū 333.a
literarū figuras quis primūm inuē
nerit 332.a
literas Græcas quis primūm inue
nerit 319.a
lituus qd ppriè sit 55.c.56.c.835.c
liuones pop. 358.a
liuoni pop. 295.c
M. Liuius Syllanus Cos. Romanus
à Cimbris prælio superatus 58.c
liuij error de Capua 214.c
locrēses aliàs Ozolæ 305.a.656.a
locri oppida & descriptio 19.c
lotharingia regio 96.a (82.c
lotophagi ubi olim habitārint
λοξίας cur Apollo sit dictus 754.c
luca urbs Hetruriæ 217.a.126.c
lucanus ager 222.b cui parti in
ciuili bello fauerit 234.c Neró
ni adulatur 18.c sæpe copulati
ua coniunctione, pro disiuncti
ua abutitur 57.a reprehendi
tur 175.c.235.a.236.a. quā infe
stus Cæsari & eius socijs semper
fuerit 400.b unde suum ge
nus ducat 234.c
lucani confusus ordo 230.a
lucos cur ueteres dijs consecrā
rint 382.c
luceria à L. Scipione derelicta
227.c urbs ubi locorū sit 229.
a.b uel Lucetia an sit legendū
229.a
lucifer stella unde sit dicta: item
eius motus, ortus & occasus
54.c.279.c (54.c
luciferi stellæ uariæ appellationes
lucretium Offellam fidum mini
strum Sylla interficit 189.b
lucrinus lacus 268.a
lucullus cur Xerxes togatus ap
pellatus 40.b
luculli somnium 283.b hortus &
diuitiæ eiusq; prædia 40.b uic
toria Mithridatem 79.a
ludi Isthmiaci à quo sint instituti
318.a
ludos quinquennales quis instī
tuērit 14.c
lugdunensis Gallia unde sit dicta
100.a
lugdunum oppidum 89.a
luna opp. Hetruriæ 222.b.126.c
cur Cynthia dicatur 52.c in quē
finem sit condita 22.c cur bigis
uehi dicatur 22.b quibus die
bus signū tempestatis præbeat
51.a causa fluxus & refluxus
maris 91.c
lunæ prædictiones aēris 398.c
mira natura 1008.b incremen
ta unde ueteres numerari soliti
sint 52.a

Lunæ motus admiranda uarietas unde fiat 52.a.22.c.139.c
cursum quis primum obseruârit 23.120.b ecclipses quando fiât earûq; ratio 114.a 728.b
lunaris mensis quot diebus constet 247.b
lupia urbs 254.c
lusitania regio 249.c
lustra quid propriè sint 76.b
lustrale quid sit propriè 75.b.c
lustrationes quo ordine pontifices apud Roman. peregerint 129.a
lustrum quot annorum tempus sit 244.b.76.b.129.c.128.c condere quid sit 129.a
luteus color qui dicatur 211.a
luxenburgenses pop. 88.c
luxuria Rom. quibus legibus prohibita fuerit 38.b.c
lyæus Bacchus unde dictus 147.c
lybia cur inhabitabilis 49.a aquarum inopia laborat. ibid.a uide Libya.
Lybiæ descriptio, situs, sterilitas, & limites 40.a
lybies unde dicta, eiusq; regionis limites & termini 83.a.84.a
lybicas feras æstate nõ bibere 94.b
lycæus mons 311.a
lycaonis scelus & transformatio 278.b fabula 310.c.347.c
lycaones pop. unde dicti 310.c
lycaston urbs 256.c
lycia 254.a.916.c
lycophronis uerba de Auerno lacu 268.b.c
lyctos urbs 256.c capta 303.c
lycus flu. 326.a.916.c
lycurgus quare à dijs in furorẽ sit redactus 123.b
lycurgi fabulæ origo 123.c de matrimonio 208.b.c interitus & furor 123.b
lydiæ limites 725.a
lymira amnis 916.c
lymphare, id est insanum facere 109.c
lymphati qui dicti 109.b
lymphati corũ remedium. ibid.c
lynces ubi gignantur, eorumq; natura 741.b
lyncei uisus 741.b
lyris siue Liris amnis eius descriptio uariaq; nomina 221.c

M

Macæ pop. 368.b
macedonia olim uarijs nominibus appellata 1.c
macedoniæ situs 266.a
macra fluuius & insula 222.b
macrobij pop. 267.a apud Aethiopes quot annis uiuũt 349.a
uerba de Austro 291.a
mæander Carum dux filiũ suum dijs immolat 327.b.c fluuius 325.c.327.c
mænades 308.b
mænalus mons 311.a
magarsos oppid. 336.b
magia quid eiusq; species 718.c. 719.a.753.c.754.a prohibita 719.a
magiæ inuentor. ibid.b species 754.b & Magorum carmina quid efficiãt 724.725.726.&c.
magiam qui populi maximè celebrârint 723.a
magica ars in quantum paulatim accreuerit 753.c.754.a
magnetæ pop. 704.c
magnesiæ descriptio & oppida 690.c.322.a (263.b
magnopolis à quo condita sit
magus qualis uox, quiq; magi olim dicti sint 753.c. 718.c
magi qui olim fuerint 723.a.b. 910.a quanto in honore apud Babylonios fuerint 722.c quibus rebus suam artem efficiant 727.c.728.a
magorum quondam uanitas 718.a castellum apud Persas 160.c error 270.a studia apud Græcos 753.c
mahometis impostoris sepulchrũ 342.c
maiorica & Minorica duæ insulæ olim Baleares dictæ 54.b 404.c
mala Cydonia unde 798.b
malea promont. 650.c
maleam legens. ibid.c
malea nauigatio 651.b
maliacus sinus 699.b
malli pop. 336.b
mallos oppid. ibid.b (133.a
manutius faber præstantissimus
manæthusia urbs 256.c
manicæ quid propriè sint 396.c
manilij uersus de quatuor celeberrimis uentis 226.c de fato 156.b
manipulus quid sit 841.a. 68.b
mapalia qui sint 171.a
marchia Anconitana 217.b
C. Marcellus quando consul fuerit 70.c
marcelli lex contra Cæsarem 62.c odium erga Cæsarem 21.b
marci Marcelli infaustum sacrificium 136.c
mardi ab Arsace Pompeo debellantur 30.b
mare animantibus cur compare-

tur 92.c
maris fluxus & refluxus quando fiat & causa 91.b.92.a.b
maria quando maximè intumescant 52.b.92.b
mari Xerxes CCC. uerbera infligi iubet ꝓpter inũdationẽ 269.b 150.c
marensal urbs
marcotis regio 370.c urbs & quo condita 974.b
mariana fossa 90.b.193.b
marianos Sylla uincit 678.c
mariani muli 167.b
marianorum clades 178.c
marianum malum 167.c
mariandinæi pop. 361.c
marica cuius uxor fuerit 222.a
maricæ Nymphæ quæ dictæ sint 222.a
marus quoties cõsul fuerit 168.b
ad mortẽ damnatus 170.a & Cinna copias cõiungunt 171.c
quomodo fuga ad Minturnenses uenerit 169.c & Cinnæ Romã occupãt 173.b iunior à Sylla superatus 177.c Prænestæ obsessus 177.c.178.b Cimbrios ingẽti prælio superat 50.a quando cõsulatum septimum iniit 169.b.174.b hostis pop. Rom. iudicatus 168.a.b alter urbis Ro. cõditor nominatus 166.c in Africa exercitũ colligit & nec ius Romam contendit 171.b. 172.a ferè in Syllanorũ potestã uenit 168.c Minturnensibus necandus traditus 169.a quo anno ætatis mortuus sit 176.b iunior sibijpsi necẽ infert 178.c
marij fuga ex Roma & periculum in itinere 168.b.919.c.920.c infaustũ sacrificiũ 136. cuiusdã Senatorũ ordinis uiri crudelis interitus 178.c res gestæ cõtra Teutones & Cimbros item eius triũphus de his populis 166.c. 178.a.b & Syllæ dissidium 75.c habitus in exilio 171.c Triumphus de Iugurtha 167.a crudelitas in Senatores ciues Ro. 173.b 174.a fuga admiranda in Africã 169.c. 170.c studia & uirtutes necnõ uitia 167.b.178.a.b eius delitas in Antoniũ Oratorẽ 171. b.176.a strenua animaduersio in Syllanos 167.c & Syllæ dicti dij causa 165.c infortunia in bello Iugurthino eiusq; res gestæ 919.c decollator perpetuus à cæde eius deterritus 170.a iunioris & Syllæ cõflictus & uaria prælia 177.b

marij

Marij mors 175.a corpus à Sylla reiectum & in Tybrim proiectum 77.a 188.b.125.a corpus in Tybrim proiectum, à rusticis denuò sepelitur 126.a mario portentum obtigit 172.a marmarica regio 172.a marmaridæ pop. 1021.a marotis palus. 368.b marsi pop. 223.a.671.c.1015.a marsorum defectio à Domitio 233.b.c marsyas amnis 325.c quis fuerit 326.c marsyæ & phœbi fabula. ibid.a certamen cum Apolline ibid.c 327.a mars pro bello 68.c martis stellæ motus & urbs 139.b domicilium quid sit 140.c.143.a martes quot flamines dedicarint 134.a quæ animantia tribuantur 22.b taurus mactatus 137.a martem Galli prælium initurí invocabant, eiq; prædam deuouebant 102.b martia aqua à quo primùm in urbem fuit ducta 208.a Catonis uxor Hortensio nupta, illo mortuo denuò à Catone recipitur 207.a martix oratio ad Catonem 207.b martialis uersus de Sabinarũ mulierum pudicitia martinis, urbs 212.b marusiorum, Maluasium & Maluaticum unum masci pop. 906.a massagetæ pop. 364.a 342.b eæ sint an Scythæ sint 161.c massagetarum terra ubi locorum sit 161.a.162.a descriptio, ritus, uita, & consuetudines 161.a 364.c mos in prælijs & arma 161.b.c massici montes 269.c massilia à quo condita 372.c. 373.b cur Mineruæ sit adiudicta 374.b massiliæ urbis descriptio, situs, & laus 372.c.381.a massiliẽses unde suam originem duxerint 375.c.377.b cur in bello ciuili nullam partem imitari uoluerint 380.c se ad obsidionem parant 371.c.372.b Cæsari portas claudunt 371.c hanes Cæsarianas aggrediuntur 393.a massilienſium fides erga pop. Roman. 372.c.374.c oratio ad Cæsarem 373.c.374.c clades in pugna nauali 396.b laus 381.b.c instituta celeberrima 373.a.b constantia 389.a.b strenuitas & uirtus 391.a clades & fuga 405.c.406.c. 407.a in Libya mollicies 373.b mastix ubi nascatur 906.a masyades Phereclus nauis rector qua Theseus in Cretam uectus 255.c (155.a materia & forma quid differant mateolani pop. 975.c matini pop. 975.c matrem Parthi in uxorem ducebant 932.b matrimonia apud Samnites 180.a promiscuum 930.c.208.c maturè fieri quid dicatur 140.b maturum quid propriè dicatur 140.a.b matutini tẽporis descriptio 773.c mauritania unde sit dicta 50.b mauritaniæ descriptio, limites & oppida 369.b.990. ubertas & fertilitas 370.b S. Mauritius uicus 89.a mauri pop. pro Mœdis 369.c maurorum studia, mores & uita 50.b mauseoli operis descriptio 953.a mazaca urbs 341.c mazaces pop. ibid.a meander flu. 725.a meandri fons 327.a meandri poëtæ patria 720.a medea unde orta & dicta. ibid.c medææ raptus 321.c medeæ fabula de aureo uellere 722.a media regio unde sit dicta 160.b Parthia, & Hircania triangularem situ formam referunt 355.a medię descriptio & limites, eiusq; oppida 160.a.335.b.829.b. 932.c.908.b.c. medici regni uariæ uicissitudines & mutationes 160.b medicinæ inuentio 708.b mediomatrices pop. 96.a medon unus ex centauris 322.b medorum habitus & mos in pugna 929.a medorum reges 160.a.b medorum pop. natura & consuetudines 160.a,b medus unde ortus 258.c meduſæ fabula 1001.a.784.a caput amputatum 849.c. 850.c megæra una ex furijs unde dicta 286.a 124.a megalopolis urbs aliàs Orestis dicta 345.c megaris urbs 305.c megarenſium & Atheniẽſium internecinum bellum ob Salaminen insulam 315.b megares pop. 704.b melamphyllon mons 147.a melanchlæni pop. anthropophagi 356.b melãcholicorũ medicamẽtũ 109.c melanuri serpentes 1015.b melas flu. aqua eius quia oues nigras reddit 107.b meleagri ortus & fabula 699.a melibœa opp. 690.c melicertæ interitus 317.c meliten 352.a mellaria uicus 362.a membrana quæ dicantur 135.c mẽphis urbs à quo condita eiusq; descriptio 159.a.334.b.723.b memnon an in Aethiopia regnârit 365.b.c memnonis ortus & familia. ibi.b statua. ibid.c menamonenſes pop. 107.b menania opp. ibid.a menantes pop. ibid.b menapij pop. 96.a menden urbs 783.b menenius Agrippa paũperrimus imperator 39.b memnoniæ aues unde dictæ 365.a menſes qui Græcis felices habiti sint 824.a mercurij proprietas, natura & domicilium 144.a mercurio Galli humanas hostias mactabant 101.c meritus mons 147.a mermeros unus ex centauris 322.b (184.b mermus ab Oenomao interfectus meroẽ metropolis Aethiopiæ 9.b 351.b. merope soror Phaëtontis 218.c merum opp. 363.c meſen inſ. 394.a meſopotamia regio 252.b.352.b meſſis apud Aegyptios quando fiat 219.b meta quid sit 68.a (86 metatores in militia qui dicantur metaurum oppidum 218.a metaurus fluuius eius fons & tractus 57.b.217.b.218.a Q. Metellus unde Creticus sit dictus 303.c Syllam ob crudelitatem obiurgat 181.a Octauij filius Roma fugit 173.a metelli inuidia erga Põpeiũ 24.c pij luxuria 38.b Macedonici præcipuæ res gestæ 304.a.b

Metelli Cretici præcipuæ res geſtæ 304.b Macedonici familia 238.c plures fuerunt, eorumq; enarratio 238.c
metellorum familiam Romæ ſemper illuſtrem rebus geſtis fuiſſe 239.a res geſtæ & hiſtoria 851.b
μετεμψύχωσιν qui approbârint 105.a
metenſes pop. 96.a
methone hodie Medona urbs 311.b à Turca directa. ibid.c
metopium herba 1023.b
mialenſis pugna 813.c
micenæ Dianæ fabula 653.b 654
Micylli locus de Dacis, Sacis & Getis 202.c.203.a
Micylli interpretatio uariorum locorum obſcurorum 2.c.10.c. 20.b.23.b.51.b.63 b.72.c.93.c. 105.a.106.c.149.a.199.a.362. c.640.b.666.a.700 b.751.c 772.c.786.c.833.c.851.c.908. c.938.a.966.a.976.c.1006.a. 1017.c.1019.a
miles unde ſit dijudicâdus 244.b
militare ſacramentum apud Romanos 85.a
militaris ordo apud Roman. 81.b
militarium coronarum uaria genera 66.b
militarium ſignorum genera 5.a
milites quo pacto ſint inſtruendi 70.a
militum ueterum Romano. mos 83.b
milo in petitione conſulatus cur à Pompeio ſit impeditus 72.c à Cicerone defenditur 73 b in exilium abijt. ibid. cædis Clodij damnatus 232.a
minerua quæ homines doceat 102.b unde Tritonis ſit dicta 82.c.372.a
mineruæ palladium 130.a templum in Elide artificioſiſſimum opus 67.b
mineruam Athenis Erinyas placaſſe 124.a
mimici uirtus & fortitudo 660.a
minos Cretenſiũ legislator 257.a
minturnæ 222.b
minturnenſium ingratitudo erga Marium 169.c
minyæ pop. 705.a filiæ. ibid.a
mirnix inſ. 372.a
μῆρον quid ſignificet 20.a
mithridates à quo regnum acceperit 30.b cum multis pop. fœdus percutit contra Romanos 78.c pacem à Romanis petit & paulò pòſt bellum renouat 78.b quot gentibus imperarit, & quot linguas caluerit 79.b.c.263.b quibus antidotis contra uenena ſit uſus 79.c
mithridatis uita 79.b.c crudelitas in Romanos & eorũ ſocios 77.c regis potentia 909.c 910.b interitus 248.b
mithridati Muræna bellum cõtra pacem infert 78.b
mithridatèm Fimbria in fugam pellit 176.b
mithridatica aut Mithridatia herba 80.a
mithridaticum medicamentum 79.c bellum ſopitum ad tempus paulò pòſt recrudeſcit 78.b
mithridatici belli deſcriptio, cauſa & finis 247.c 33.a.77.c. 78.a. 884.c.b
mœcha urbs 342.c
mœnalia 310.b
mœotæ pop. 359.c 264.c
mœotidis lacus deſcriptio, limites & alia 263.c. 362.b accolæ 264.a
mœſſa regio 217.b
mœſi pop. 324.b
mogabachi interitus 5.c
mogeſis etiam Vogeſi dictus 88.a
moguntia urbs 93.b
mola quid propriè ſit 134.c
mola cur in ſacrificijs adhibita ſit ibid.c
molles homines quæ terra proferat 927.c
moloſſi pop. 265.a.311 c.312.c
moloſſis 716.c
monœcus Hercules unde ſit dictus 90.b
moneta Iuno unde ſit dicta 86.a
monetam auream quis primùm excuſſerit 713.b
monoculi pop. 865.c
monſtrum quid propriè ſit 128.b 834.c Fruſinone naſcitur 128.b Romæ natum 122.a
monſtra quæ Cæſaris aduentum Romam portenderunt 112.a.b
monſtroſi homines 351.a
montfortia urbs 99.b
montes in agro Mutinenſi inter ſe cõcurrunt 109.b.188.c
mophi mons 9.a
mopſopia nunc Pamphilia 916.c
mopſus augur clariſſ. 125.b
morbos qui deus depellat 102.b
morini pop. 96.c
mors quid ſit 288.a 754.c cur non ſit timenda 287.a.b
mortis præſignificationes 157.a.b
mortuorum ſepultura apud Maſſagetas 161.c peregrinorum ſepultura apud ueteres 156.c cineres & oſſa gemmiſſe olim Romæ 133.a
mortuos ſepeliendi ritus apud Romanos 155.c.156.209.c ſepeliendi ritus in militia apud ueteres 955.c ut Scythæ ſepelirent ſoleant 7.c 142.c
moſcha urbs 142.c
moſchen uel Moſem aſtrologum fuiſſe 159.a 251.c
moſchici montes 295.c
moſci ſiue Moſcuitæ 164.a 264.a
moſcouitæ pop. 154.c
moſis uerba de Chao 246.b
motia inſula 142.c
muga emporium 112.a
mula Romæ peperit 972.a
muliebris incõſtantiæ exemplum 212.a
mulierum Sabinarum pudicitia 167.b
muli Mariani 766.c.m
mundus unde ſit dictus unicus rãtũ ſit uel plures 745.c quomodo ab initio ſit inchoatus ſecundùm Stoicorum opinionem 136.a
mundi cardines quo modo diſtinguantur 343.a machina quot globis innixa ſit 139.b quatuor plagæ quomodo dividuntur 342.c interitum quæ contur 142.c ſtellatio portendat axis qui dicatur & quotuplex ſit 17.b
mundum unum tantum eſſe gãnitum ſecundùm Platonem 745.b.c
munera publica quæ conſtellatio reddat 142.b
muræna Mithridati bellum infert 78.b
muralis corona quæ apud Romanos fuerit 66.b 331.c
murex quid ſit 107.b
murus lateritius 312.a
muſicam qui populi maximè coluerint
Q. Mutius Scæuola Iuriſconſ. 61.c eius interitus 175.c
mutina urbs 13.b. 793.c.876.c
mutinẽſi in agro terræmotus horribilis 109.b. 14.a
mutinenſis pugna 113.b
mutinenſem cladem quæ prodigia præceſſerint 115.b
mycenæ urbs 652.c
mycenæi pop. 324.c
mygdones pop. myra

Myta urbs
myrrha 916.c
myrtea corona quæ fuerit apud Romanos 955.b
myrtili interitus & eius tabula 66.b 183.b.c
myſæ deſcriptio, limites & alia 324.c.325.a
myſi quibus prouerbijs locũ dederint 324.c
myrtoũ mare unde dictũ 183.b.c
myrtus cui dicata fuerit 66.c
mytilenæ oppidum 888.b
mytilenenſe theatrum 34.b
mytilenæorum beneficiũ & promptus animus erga Pompeium 893.c
mytilenæorum & Pompeij neceſſitudinis cauſa 898.c

N

Nabathæi pop. 330.b.342.b
Nenij uerſus de Olympo mõte
narone Narnos flu. 197.c
narbo urbs 107.b
narbona ciuit. 98.c
narbonenſis prouinciæ deſcriptio & limites 89.c
narbonenſis Gallia cur Braccata dicta 90.a.100.b
naro flu. 90.a urbes 98.b
narula urbs. 107.b
nasamones pop. ibid.b
nasi periphraſis 368.b
natrix ſerpens 186.b
naturæ uiuere quid ſit 1011.b
natalis corona quæ apud Romanos fuerit 213.a
natalis pugna inter Cæſarianos & Maſſilienſes 395.a.b 394.b
naues Liburnicæ unde dictæ 259 b
nauigatio apud Syrtes cur ſemper ſit periculoſa 812.b
nauigationis inuentores 330.c
nauium numerus in Troiana expeditione 367.b
nauium inuentor 120.b
nauium uaria genera qui inuenerint 393.c.394.b
nauſathmus promont. 371.a
nauæ quæ ſydera inter nauigandum obſeruent 193.c.900.c
nauficum theorema 901.a.902.a
nazanzum urbs 155.a
neapolis urbs 341.a
neceſſitas quid ſit 221.b.732 b
necromanticorum opinio de ſpiritibus 731.a
necyomantia quid, eiuſq; deſcriptio & ſpecies 718 c.754.b.
nemæa certamina cur & à quo ſint inſtituta 142.b.c
nemanſus urbs 98.b
nemeoſi populi 93.c
nemetes pop. ibid.a
C. Nemiſtorij interitus 174.a
nemonẽſis rex q dictus ſit 294.a
nemoſſi populi Aquitaniæ 93.b.c
neocæſarea 341.a
neon urbs Phocẽſiũ deleta 376.c
neoſtadium Auſtriæ 296 a
neptunus cur Ennoſigæus ſit dictus 783.c
neptuni templũ in Tænaro 738.c templum in Iſthmo ſpoliatum 246.c
neptuno taurus mactatus 137.a
nerecini pop. 975 c
nereus præſes maris 274 c
nero in numerum cœlorum relatus 15.b.c
neronis deformitas allegoricè deſcripta 17.b corporis deſcriptio & ſtatura 17.b
neroni quantos honores Lucanus tribuerit 15.c
neruij ueteres cum nullis hominibus commertia exercebãt 97.a populi ferociſſimi & fortiſſimi 97.a.96.c Cæſari fortiter reſiſtunt 97.a.b à Cæſare debellati 97.b
neruiorum conflictus cum Cæſare 97.b dolorum remedium 334.c
neſigiton inuẽtor ſexremis 393.c
neſichthon Salaminis inuentor quinqueremis 393.c
neſis inſula 656.b
neſſus amnis 322.b Neſis, Centaurus 655.b
Neſſi & Deianiræ fabula 655.c 699.a
C. Neſtorij interitus 175.a
neſtoris ſomnium 281.b
nicæa 90.a à quibus condita ſit 90.c capta 762.c
nicandri uerba de ſerpentum Libycorum origine 1008.c
nicanoris monumentum ubi ſit 4.c
nicomedia urbs capta 762.c
nicopolis à quo condita 311.c. 263.b.14.c.252.c
nigidij Figulis Mathematici inſignis uita 137.c
nigidianæ commentationes mathematicæ cur nõ in lucem editæ ſint 137.c
nigritæ pop. 668.a
nigroponti deſcriptio 274.a
nigropontum Turca occupat 274.a
nilus Lagæus unde dictus 149.a
quæ animalia gignat 10.c cur à quibuſdam Binominis appelletur 220.b ab Aethiopibus quomodo nominetur. ibid.b & Tanais orbem terrarum in tres partes diuidunt 359.b quando primùm incrementa ſentiat 410.a
nili fluuij deſcriptio. ortus, tractus eiuſq; inundationis cauſa 9.b.c 219.a.b. 353.b.c. uaria nomina apud ueteres 332.c natura quomodo à Seneca deſcribatur 10.b.c oſtia 9.b 149.a incrementis quo pacto Aegyptij anni qualitatem dijudicent 10.a fons ubi locorum ſit, uariæ opiniones 9.a.961.c. 962.a inundationis cauſa 219.b
ninive urbs 911.c unde ſit dicta 4.c urbis conditio & deſcriptio 329.b. 646.a
ninus urbs 645.c urbs quot annis ſteterit 329.c
ninus Aſſyriorum primus rex 4.c 5.b.329.b conditor Babyloniæ 923.a.b
niphates mons 342.a
nitocris reginæ epitaphium & inſcriptio 5.c
noctua auis auſpicata 127.c
nocturni tẽporis deſcriptio 193.b 281.b.c
noë arca ubi poſt diluuium ſubſederit 8.c.252.c
nogardia Metropolis Sarmatiæ 358.b
nola populatur 243.a
nomadum Indorum mores 7.c. 340.b
nonacus 311.a
norbani fuga 178.b
norbanorum deſperatio 182.a
notus uentus unde flet & unde dictus 226.c
notus fluuius 110.b
noviodum opp. 95.b
nox quid ſit 114.b
nubentium ritus apud Romanos 210.a.b capita cur flammeis uelata fuerint 211.a
nuceria regio 221.b populatur 243.a urbs 230.a
numa Pompilius templum Iani in quem finem condiderit 17.c quæ ſacra Romæ inſtituerit 48. a. 129 b
numantini cur ſolum Tyberium Gracchum ex legatis Romanis admiſerint 60.c

numantinis Tyberius Grachus legem præscribit 60.c
numidæ siue Nomades unde dicti sint 57.b gens sine certa sede ibid.b
nũdinæ Fastæ quę dictę sint 264.c
nuptias celebrandi ritus apud Romanos 209.c infelices quas Romani iudicarint 211.a
nuptiarum ritus apud Sabinos 212.a
nuptiales quos Deos apud Romanos inuocarint 209.b
nymphæ Maricæ quæ dictæ sint 222.a
nympharum sedes 945.a
nymphæi pop. 317.c
nymphæus mons. ibid.c
νιμφολύπτοι 109.b
nysa urbs à quo cõdita eiusq; descriptio 19.b.363.c. 959.a in India ab Alexandro expugnata, ob cultũ Bacchi illæsam eam reliquit 20.a
nysæ plures ciuitates eiusdem nominis in uarijs nationibus sunt 20.a.b

O

OAxfluuius 256.c obeliscũ à quo excisum sit 5.a
obliquum sidus quod sit 18.a
obliquus orbis qui dicatur 22.b
obses quid sit propriè 895.a
oceani fluxus & refluxus causæ 91.c.725.a
octauius S. Pompeium nauali Prælio superat 15.a Ariminũ amplificauit 54.b
octauij & Cinnæ dissidium 171.a.b & Antonij bellum contra percussores Cæsaris 150.c ignauia 173.a res gestæ 875.c interitus 173.a
oea opp. 82.c
oeanthæ oppidum 19.a
oecubi populi eorumq; terra 95.a
œdipi fabula & ortus 931.a,b
œneus Lycidas unus ex Cẽtauris 322.b
œnei fabula & ortus 696.c
œnomaus quos Athletas interfecerit 184.c
œnomai regia ubi fuerit 183.a fabula de eius filia 183.b
œnotria ubi olim habitârit 692.b
œroe ins. 701.a
œstrus flu. 917.a
œsyma 323.a
œta mõs 87.a.312.b.690.c 838.c
œtæ montis descriptio & limites 691.c.958.959.a
ogygia insula in qua Bacchus fuit cultus 147.b.224.b
ogygiæ portæ 694.a
ogyges quas urbes condiderit 147.c
οἰωνισμοὶ siue ἀναγορεύσεις auspicia dicta 128.a
olea cui dicata fuerit 66.c uictoriæ signũ apud ueteres 374.b
oleæ arboris natura & præsignificatio. ibid.b admiranda inuentio 711.c 712.a
olenus augur celeberrimus 125.c
ὁλολυγμὸς & ὁλολυγὴ 158.b
olympias urbs 67.b
olympiacorum certaminum iudices 67.b
olympica certamina à quo & in cuius honorem fuerint instituta 67.b.309.a.153.a
olympij Iouis templum 309.a
olympus urbs 916.c mons 87.a. 682.c.684.a mons cur diis sit sacer 197.c unde dicatur 726.a
olympi montis descriptio eiusq; altitudo 197.c
olympium mõtem Iouem etiam dici. ibid.c
olympi mõtes plures fuêri 684.c
olynthus 323.a
omentum quid propriè sit 136.b
omniboni interpretatio aut laudata aut uituperata 10.c.51.b. 344.a. 751.c. 772.a. 793.b. 966.a.1005.c.1019.a
onager quid 665.c
onchestus flu. 308.c
opes sunt materia & illecebræ uoluptatum 37.b
ophites lapis, & Ophis serpens 1010.b.c
opimius C. Grachum & Fuluium interficit 62.b
opuntij mors 184.b
oraculum Apollinis Crœso datũ 359.a
oraculi Delphici descriptio 19.a
orationis solutæ inuentio 319.a
orazes rex Iberum à Pompeio uictus 247.c
orbelus mons 148.c 322.c
orbis obliquus qui dicatur 22.b
orbita quid sit propriè 1007.b
orchia lex de conuiuijs 38.b
orchomenus urbs 274.c.705.b
ordo militaris apud Rom. 81.b
orei pop. 342.b
oreitæ pop. 317.c.345.b
orestas non esse legendum sed Oreras 346.a
orestes qua ratione mania liberatus sit 653.a
orestis fuga ex Taurica & fabula ibid.a historia 345.b furor & fabula 345.b.867.c.868.a.b
mors 614.a.b
orestes plures ciuitates 345.b
oretæ pop. ibid.c
oretus flu. ibid.c
oricum oppidum 317.b
orion unde nomen habeat 144.c
orionis fabula 144.c sydetis descriptio & qualitas 144.c. 1018.b
orni arbores maximæ 387.b
oroatis flu. 160.b.c
orontes flu. 329.b.648.a
orphei interitus 147.197.b.c
osiridis cultus apud Aegyptios & iusq; descriptio & origo 961.c
ossa mons Thessaliæ 87.a.197.c 682.c.685.c
ostentorum interpretationẽ quis primùm inuenerit 126.b.718.a
ostia flu. 221.c urbs 819.c colonia Romana 654.b
ostiam senones occupant 138.a
ostium quid sit 652.c
othrys mons 229.c
ouidij Nasonis patria 107.b
ouid. uerſ de Clitumno flu 107.b de Phœnice 744.c de Tage 138.b
aruspicinæ inuentore 187.b
olinia quid fuerint 202.b
oxa fluuius 19.a.305.a
ozolæ pop. 655.c
ozolæ Centauri

P

PAchinus promõtorium 226.a 289.c.876.c
pacis signum erat laurus apud Ateres 66.b
pactolon flu. 327.b.c.328.a
pactolus auriferus flu. 328.a
pactuanus interficitur 240.a
padus auriferus flu. 328.a
padi fluuij descriptio, nomen, & tractus 328.b.674.a
pæan cur Apollo dictus sit 148.a
pagasa oppid. 151.b.274.c 372.b
pagasæ unde dicta 321.b Magnetides 705.a
pagasicus siue Pagaseus sinus 274.c
palæstina regio 252.b 329.a urbs unde dicta 322.c
palatini aliàs Salij dicti 151.a
palinurus promont. 971.a
pallas unde sit nata & dicta eiusq; descriptio 986.c
Palladis fabula 326.c simulacrum 849.b
palladium à quib. Traianis fieret 130.a è cœlo lapsum esse 117.a palladium

palladium à quibus Romæ custos ditum sit 48.b
palladij & Palladis fabula 130.b.c
descriptio, origo & alia multa, ibid.a
de Palladia Cassandræ uaticinium, ibid.c
palladio duo è cœlo lapsa. ibid.c
pallenæa fulmina quæ dicantur 786.a
pallene oppidum 784.c.785.a
pallenæ nominis plures urbes fuisse
palma opp. 785.a
palmenses pop. 53.c
palmis quæ regio abundet 223.a
pamphyliæ descriptio 330.c
pamphile Bombycum telæ inuentrix 916.c
panacea herba 915.c
panæ Phidiæ frater ingeniosus artifex 1023 c
panes qui fuerint 67.b
pãgæa Diana unde dicta sit 383.b
pangæus Thraciæ mons eius nominis ratio seu causa 148.b
pangæi populi 148.b
pangæus & Pangæa regio 148.b
pangæi fabula 838.c
pania urbs 148.b
pannonia duplex, & utriusq; descriptio, populi, ciuitates & alia 295.c.296.a
pannoniæ descriptio, ciuitates & limites 667.c interioris descriptio 296.b
panormum promont. 317.b
pansa cons. Roman. cum exercitu contra L. Antonium mittitur 13.c ad Mutinam interficitur 14.b
panthea historia 876.c
panthera quomodo reliqua animalia decipiat 664.c
pantheræ animalis natura & proprietas 663.c
paphus urbs 936.a
papia Lex de numero Vestalium Virginum 118.a
papyri primi inuentores 332.b
papyri multiplex usus apud ueteres ibid.c
parachoelis regio 796.c
paræoniæ Syrtes 371.a
paræonium oppidum ibid.a
parapamisiadæ pop. 363.c
parcæ unde dictæ sint 32.a
quot sint earumq; nomina 32.a 114.a.286.a.b.734.c
pardus uelocissimo cursu est 663.c
pardalis animal 664.c
pardalis quomodo reliqua animalia, præcipuè simias capiat 665.a.b ex Aegypto Laurentio Medices dono mittitur 664.c
parea serpens 1011.c
parentum funera quomodo Scythæ celebrent 7.c
pariedri pop. 252.c
parini populi 30.a
parmenidis Pythagorici patria 67.b
parnasus mons 308.a
paropamisus mons 254.a
parosopia regio 308.b
parrhœbi pop. 307.a
parrhasiæ pop. 193.b
parthenia insula 915.a
parthenius mons 311.a
parthenope urbs nunc Neapolis 221.b
partheni pop. 682 c
parthia frequentibus terræmotibus subiecta 30.c Media & Hircania triangularem formam situ referunt 355.a
parthiæ descriptio & limites 30.c 922.b.355.b.924.c
parthiani Arsaces occupat 30.b
parthicum regnum quando intrierit. ibid.c
parthi unde dicti 355.b quem in bello ciuili sequuti sint, ibi.c bellicosissimi gentes 317.a fœminei & molles homines 928.b
parthorũ arma 316.c libido & promiscuus concubitus 930.c mos in prælio & alijs actionibus 54 b.316 a.930.a origo 923.b perfidia 924.a potẽtia in quantũ uenerit 924.b.c.30.b prouincias ad Scythas pertinere 355 c reges quãdo & unde Arsaces sint appellati 30.b regni cõrẽptus 923.c sagittæ 929.b studium, ingenium & mores 922.b uestitus 928.c uictoria contra Crassianos 5.c
parthis D. Thomam Apost. Christum prædicasse 357.b
parthos prorsus esse imbelles 929.a.930.a
pastona 352.a
patara urbs 916.c
patauium urbs 79.c
patræ urbs 649.b
pauones cui planetæ, attribuantur 22.b
paulus Aemylius cons. Rom. à Cæsare largitionib. corruptus 63.a 70.c
D. Pauli patriæ 919.b
pauperes qui olim in Romana Reipub. splendidi facti sint 39.b
paupertatis laus & encomion. ibid.a
pausaniæ locus de Titane 6.c
peccata omnia esse paria secundũ Stoicos 101.b
pecuniæ sunt belli semina & malorum irritamenta 302.a
pediculi Syllam absumunt 77.a
pediculorum ager 254.c
pegasea Argo unde dicta 274.c
pegasi ortus 850 a
pelasgi unde dicti 310.b
peletronium antrum 707.a
pelias rex Thessaliæ 836.b
peliæ historia 321.a
pelion mõs Thessaliæ 87.a.197.c 682.c.716.
peloponnesus unde dicta 183 c in quot regiones diuidatur 183.a unde nomen habeat, eiusq; limites & regiones 648 c 649.a
pelops cum Oenomao ob Hippodamiam certamen init, & ea potitur 183.b
pelopis & Oenomai fabula uariè describitur 183.b.648.c fabula & historia 650.a
pelorus promont. 116.a.289.c
pella urbs 913.c
pelles caprinæ pro papyro usæ 332.b
pellex quid sit propriè 894.c
pelliceas Tunicas quis inuenerit 310.c
pelta opp. 325.c
peluras promont. 226.a
pelusij urbis descriptio 937.b
peneus fluuius 319.b. 886.b. 685.b. 886.b
penei fluuij aquarum natura mira 700.b
penates dij qui apud Romanos dicti sint 45.c
pentheus nomẽ unde sit sortitus 696.a
penthei interitus & fabula 694. b. 308.b. 868.c
peremptalia fulgura quæ dicta sint 123.c
perfidiæ exemplum 948.b
perga urbs 917.a
peritius nauarcha 879.c
periuri quam pœnam sustineant 702.c
periura nomina quam pœnam sustineant 702.c
perpẽnæ historia & interitus 240. c.769.c
perrhœbus unde ortus 258.c
perrhœbi pop. 147.b.312.c.704.b

perſæ unde Achæmenei dicantur 160.c
perſarum regnorũ limites 358.c regum potentia olim,& cupido regnãdi 160.c ingẽtes diuitiæ in Romanũ ærariũ illatæ 303.b
perſepolis urbs opulentiſſima 160.c unde dicta 722.c
perſeus Meduſæ caput amputat 849.b
perſei & Meduſæ fabula 784.b. 850.a. 1001.a. 1005.c
perſicus ſinus unde dictus 160.c
perſici regni limites 160.c
perſidis urbes ibid.c ſeu Perſiæ deſcriptio, fertilitas & alia multa. ibid.c
perſici pop. 161.a.364.a
peſtifera fulgura quæ dicta ſint 133.c
peſtilentes planetæ qui ſint 141.a
peſtilentia unde oriatur 113.c
peſtilentiæ remedium. ibid.c
peſtis antidotũ 79 c.80.a inter Põpeianos milites 657.b c præſentia ſigna quæ ſint 657 a.b Romæ 695.c
petilia à quo condita 223.c.691.c
petræa Arabia unde dicta ſit 341.b
petræ ſoror Phaëtontis 218.c
petragori pop. 89.c.94 b
peuce inſ. 323.c.324.a Phaëtontis interitus & fabula 218 c. 219.a ſororum nomina 218.c ſorores in populos transformatæ 218.c
phalachthia 151.b
phalarica haſta quid 665.b
phaleruni 267.c
pharnacis filij Mithridatis defectio à patre 263.a.b
pharſaliæ execratio 875.b apud quos authores mẽtio fiat 151.b ſeu pharſali loci deſcriptio 151.a
pharſalica pugna unde dicta 372. b clades quot præſtigijs prædicta ſit 786.b 791.b
pharſalicæ pugnę deſcriptio 680. c 841.a pugnæ mentio apud quos authores fiat 151.c
pharſalicus campus 372.b
pharſalici campi ubi locorum ſint 151.152.a cãpi unde dicti 687.a
pharſalicorum camporum deſcriptio 874.b.c
pharſalus oppid. 152.b. 686.b. 687.a
pharus inſ. 262.b.679.c.861.c. 904.b.938.a.
phari portus Aegyptiaci deſcriptio 938.a.b turres unde dictæ 262.b
pharſalicarum ſacrificium 917.a
phaſelis urbs ibid.a
phaſis amnis clariſſ. 248.258.b. 275.b.
phaſidis deſcriptio ſecũdũm Strabonem 248 c
pheræ op. 686.b.703.a
pherecydis ſententia de Palladio 130.a
phileta elegiographus unde orundus 915.c
philippi Beroaldi interpretatio 82.a.362.c.352.c
philippi urbs à quo condita ſit 323.a.874 c eiusq; nominis plures urbes 852.c
philippici campi 148.c
philippicorũ camporũ quot ſtadijs diſtent à Pharſalo 151.c
philippos flu. 731.c
philippos urbs olim Dacos dicta 148.c.151.c. eiusq; deſcriptio & multa alia 732.c
philippus cũ exercitu Aemũ montem altiſſimum aſcendit 148.c
philiſtini & Fauſtuli fratrũ cædes 26 c
philocrates ſeruus C. Gracchi, occiſo Domino, herili ſanguine cõſperſo eodem ferro ſibi vitam abrupit 62.c
philoctetæ fabula 690.c.692.c
nauiũ numerus in Troiana expeditione 368.a
philoſophi qui dicti 753.c
philoſophorũ opinio de campis Elyſijs 768.b
philtra quid propriè ſint 723.c
phlegmaticorum ſomnia 283 c
phlegra ubi locorum ſit 783.a
phlegræi campi unde dicti 783.a c.1004.b
phlegræorũ camporũ deſcriptio 1004.c
phocæa urbs 307.a.b unde ſit dicta 377.a.b.c
phocarum natura 742.c
phocęenſes & Phocenſis diuerſi populi 373.b
phocæenſiũ Ioniæ deſcriptio 375. c 377.a.b execratio 377.b
phocenſes unde ſint dicti 307.a patriam relinquunt 307.b
phocenſium origo 373.b.374.a uaria deſcriptio 307.b.c.373.a uirtus in Græcia aduerſus Theſſalos 376.b terra miſerè à Xerxe depopulata. ibid.c ritus fœdus percutiendi 307.c execratio 307.b amolitio & deſperatio ibi.c.377.c interitus 376.c
phocis urbs 305.c regio ubi locorum ſit 377.c
phocidos Ioniæ deſcriptio 371.c
phycus promont. 971.a
phœbe ſoror Phaëtontis 218.c
phœbo ſeu Phœbus Apollinis Pythij ſacerdos 308.a 22.c
phœbus unde dicatur 326.a
phœbi & Marſyæ fabula 193.c
phœnice regio 252.b ſydus 330.c
phœniciæ deſcriptio 330.c
phœnix flu. 701.a oculis priuatus à quo uiſum receperit 708.b.c
auis eius q; natura, ortus & alia 743.c
phœnicis auis ætas 744.c hiſtoria 332.a.708.c
phœnicũ laus 332.a migrationes ibid.a nauigatio in quã Plagam plerunq; fiat 331.c
pholi interitus 707.b
pholoës mons 311.a.322.b.707.b 830.b
pholoë opp. 312.b
pholus unus ex Centauris. ibid.b
phocus qs fuerit eiusq; filiæ 1003. 1004.a
phorci filiarum fabula 1001.c
phormio fluuius 43.c
photinus eunuchus cõſiliarius Regis Ptolemæi 940.b
photini conſiliũ contra Põpeium 943.c
phrygiæ regiónis deſcriptio, limites, oppida, flumina & alia 328.b
phrygiæ flu. 328.b
phryſia regio 92.b
phryxeum pelagus unde dictum 647.a
phryxi & Helles fabula 377.a. 647.a
phthia urbs unde dicta 688.b 687.a
phthiæ puellæ fabula. ibid.a
phylaceides matres 688.b
phyſicorũ diſcrepans ſententia de fulminis cauſa 35.b
piceni Cæſari ſe dedunt 228.b
picentes pop. 254.c.217.a
picentia urbs 222.b
picentinorum terra. ibid.b
picenum agrum à Sabinis quid diuidat 215.b 94.b
pictauij pop. ibid.b
pictones pop. 159.a
picturæ inuentores 127.c
picus auis auſpicata 81.b 336.b
pietas cui propriè tribuenda ſit 81.b.c. 336.b
pilæ Ciliciæ 56.a.
pilum quid propriè ſit pilum.

pilum missile quid 948.a undè dictum 948.a
pinara urbs 81.b
pindari dictum 212.c interpret. uerba de Pelope, Oenomao & Myrtile 916.c
pindus mons 183.c 684.a 147.b. 682.c.
piratarum potentia 246.c
piratici belli descriptio 245.c
piratico bellum quam breui tempore Pompeius confecerit 32.c. 33.a.277.a
pirithoi interitus 749.c
pisæ urbs 67.b.183.a.309.a
pisarum urbis descriptio, conditio, homen & alia 217.a.b Senones occupant 58.a.198.c
pisces Dijs sacrificati apud Phaselides 917.a
pisces sine ossibus 7.c
piscium sanguis frigidus 135.b
pisenor unus ex Centauris 322.b
pisseum terra 309.a
pisseri pop. 204.b
picardia regio 91.b
pitana ciuitas 325.c
pithecusæ insulæ 678.a
pithetes stella 111.c
pithias stella quo tempore apparuerit 111.b
M. Platonij interitus 188.a
plancus Syriæ præfectus Pomp. ui insidiatur 15.a
plantæ petræ 275.b
planetæ an fatalem uim habeant 735.b excepta Luna, cur quadrigis uehi dicantur 226.b quando pernicioſi ſint 142.a
planetarum cursus quis primùm obſeruârit 120.b motus & nomina 825.c.766.c proprietates in ſuis proprijs domicilijs 140.c globus ſeu orbis 139.b reuolutiones in quam plagam mundi plerunq; fiant 7.a typus reuolutionis anni belli ciuilis 145.a
platonis ſententia de Cinyræ opibus 954.c
platonici quid animum nominârint 287.b
platonicorum opinio de campis Elyſijs 968.a opinio de fato 136.a opinio de Mundo 745.c opinio de umbris inſepultorũ 6.b.c
plaustra quæ dicantur 278.a
plebs & populus ut differant 41.a
plebiſcitum quid ſit. ibid.a Lex, & Rogatio ut differant. ibid.b
plebiſciti Græca definitio. ibid.b
pleiades unde ſint dictæ 276.c ſidus quod ſit. ibid.c Vergiliæ, Succulæ & Hyadæ ut differant 277.a
pleiadum ortus & occaſus 965.a nomina 965.a
plinij locus de Vrbe Babylone 4.c de maris reciprocatione 93.a de Nili fonte 9.a de Romanorum luxuria 38.b
plutarchi uerba de Syllæ crudelitate 188.b
plutei qui apud ueteres dicti ſint 389.c
pluto diuitiarum Deus 737.b unde ſit Dis nominatus 124.c
plutonis regnũ & poſſeſſio 761.a & proſerpinæ fabula 749.c
plutonem mori non poſſe 746.b
pluuiarum præſagia 398.b.c
pluuias quando fulgẽtra portendant 113.b rarò ſentit Africa 83.a quãdo Luna portẽdeat 51.a
podagræ remedium 334.c
podirim quid ſit propriè 904.c
pœonia 1.c
pœni quem deum humanis hoſtijs placârint 102.b Romanis uectigales facti 12.b
poëtæ cur Apollinis & Bacchi opem plerunq; inuocent 19.a quib. modis explicent rem 5.a
poëtarum exordia cõmunia qualia ſint 1.b.281.a
poëtis quæ figura loquẽdi maximè familiaris ſit 150.b
pogoniarum qualitates 112.c
pola urbs 320.a
polemon rex Ciliciæ 150.c
polinicis & Eteoclis odium etiã, in morte, eorumq; fabula 118.c
pollentia oppid. 53.c
poloni pop. 358.a
polus qd eiusq; deſcriptio 900.b mundi quottuplex 900.c
poli quot & qui ſint 17.a.900.a.
pollucis & Caſtoris hiſtoria & cõmigrationes 357.c
polybij locus de Aetna 15.b
polyptoton 21.c
pompa quid ſit 209.a
põpeiopolis unde dicta 33.a.77.c 247.b.732.c
pompeius quam cauſam belli ciuilis prætenderit 20.c quos reges & populos uicerit & apud quos uenerabilis fuerint 925.b 926.a.b. 927.b. 960.b quo ordine Mithridaticum bellum perfecerit 80.a 247.b.c Iuliã filiã Cæſaris in uxorẽ ducit 4.a quã uxorẽ poſt mortẽ Iuliæ duxerit 6.b.c unde Magnus ſit cognominatus 34.c.35.a.71.c. 768.c.881.a Mytilenęis gratias agit pro humanitate 895.a.b. 896.a.b cur Milonẽ in petitione conſulatus impedierit 72.c pugnã detrectat 775.a in fœderis pactione Gallias obtinet 4.a cur Noto uent. cõparetur 226.c quater uno menſe triũphat 33.a ſcribit exercitũ aduerſus Cæſarem 69.c dubitat quo tutò ire poſſit 897.c ſe ad bellũ inſtruit cõtra Cęſarẽ 237.a ſilentio nocturno per medias Cęſarianorũ ſtationes in altum abit 269.c quomodo bellũ contra Pyratas inſtituerit 279.a cum exercitu Brũduſiũ proficiſcitur 70.b Romæ conuiuium ſplendidiſſ. celebrat 34.a deos incuſat 830.a quãtus in bello & pace fuerit 35.a in prælio uulneratus 240.b ad Dyrrhachiũ ſe ad fugã parat 671.c.672 omnes copias Dyrrhachium ducit 636.c.637.a.b ferè in pugna cõfoſſus 842.b.c aliquoties à Sertorio ſuperatus 240.b contra Imp. Cæſ. mittitur cũ exercitu 108.c
pompeius 876. oppida in ſuã poteſtatem arte militari redegit 770.a quo die Brũduſio ſoluerit 271.b ubi à Cæſare prælio ſit ſuperatus 372.a liberaliũ artiũ profeſſores Rhodij audit 893.c Peluſiũ peruenit 936.c quãtas diuitias ex ſpolijs in ærariũ Romanũ trãſtulerit 304.c Mitylenas cõtendit 885.c quẽ Deum ante conflictũ Pharſalicũ inuocauit 799.c Hiſpaniã cũ exercitu inuadit 24.c Romæ theatrũ exædificat 34.c piratas prælio ſupat 77.b quæ loca adierit in fuga 887.a.b dubitat cũ in Aegyptũ fugã ſit inſtituẽdus 920.c.921.a legatos ad Ptolomæum regem mittit 939.c
S. Pompeius ab Octauio prælio ſuperatus 15.a pirata inſignis 716.b à quo & ubi interfect9 ſit 15.a oracula de cuẽtu prælij Pharſalici cõſulit 716.c quo tẽpore & ubi uenefica ſit aggreſſus 731.c quo anno ætatis perierit 33.c
pompeij impetus 951.b.c & Mytilenæorum cõſuetudinis cauſa 893.c liberalitas erga philoſophos. ibid.c Craſſi & Cæſaris fœdus 4.a

pompeij castra à Cæsarianis directa 864.c munificentia & liberalitas erga ciues Romanos 34.a & Cæsaris fœdus 23.c & Cæsaris odiũ unde 6.c sacrificiũ ante Pharsalicã pugnam 789.a crudelitas in Catonẽ 239.b.c prudentia 799.b.c pugna cũ Sertorio 709 b.c dominatio Romæ multis odiosa 73.b literarũ tenor ad Domitium 231.a crudelitas in Hispanos milites 75 b signũ in uexillis 5.a responsum & dictũ cũ ei prouincia Mithridatici belli offerreretur 247.b. superbia 241.b uitę, honorum seu dignitatũ breuis descriptio 72.b.c deliberatio de fuga 920.b nauigatio è Lesbo 905. 906.a b & Cæsaris affinitatem quid dissilierit 4.a inscriptio & carmen memorabile 35.a & Sertotij prœlia 240.b.c castra Cęsar munitionibus cingit 637.a bellicus apparatus contra piratas 247.a iuuentus 771.a uirtutes 777.b acies in pharsalica pugna 793.c.794 c exercitus cũ Xerxis comparatur 365 a b clemẽtia erga Tigranem 262.c triũphus de Hyarba 960.b tres insignes triũphi 859.a triũphus memorabilis 72.a.b triumphorũ apparatus & Põpa 33.b triumphi, uictoriæ & præcipuæ gestæ 31.c.33.a triumphus de Mithridate 885.a.b copiarum numerus 368.a.776.b copiæ in pugna Pharsalica 796.a responsum Syllæ Zoilo datum 71.a. 771.a.b.960.b in bellum iturl somniũ, eiusq; interpretatio 35. a. 283.b 761.c.762 uxoris nomine Iuliæ obitus 31.b.284.b præcipuæ res gestæ, triumphi, ultæ descriptio & alia 71.c.75 a. 245.c. 246 c. 768.c. 769.a. 882.a. 883.a b. 859 b.c. 910.b. c.960.c. 961.a 977.a.b fuga 764.a.b. 857 c. 858.a fuga post pugnam Pharsalicã 879.b fuga in Aegyptum 862.c fuga in Asiã 15.a filij fuga & clades 261.c clades & fugæ apud Pharsaliã, apud quos authores mẽtio fiat 151.c.152.a oratio ad milites ante pugnã Pharsalicam 812.c.237.b oratio ad comites in fuga 918.c oratio ad Corneliã uxorem 889.a nauigatio cum Cornelia uxore 897.c & Ptolemæi regis amicitiæ causa 939.c uerba ad Septimiũ 949. c oratio & precatio ad superos post cladem Pharsalicã 858.b.c filij res gestæ post patris cædem 970.b filiorũ lamẽtatio & mœror ob parentis cædem 952,a.b oratio ad Veneficã 733.a.b faciuora 715.c liberorũ pugna cũ Cæsare 679 a filij quo in loco à Cæsare superati sint 13.b dictum antequã sua naui egrederetur 946.b 947 cõstantia in mortis agone 950.a.860.a cõiugis querela ob cædem eius 949.b.950.a cædes & interitus 948.b 764.a.b tumulus 952.a caput à busto abscissum 951.b corpus à quo fit cõditũ 954.b epitaphiũ 957.. 952.a statua in qua eius triũphi scripti 969.c
pompeio frumentariæ rei potestas traditur 73.a summa potestas belli à senatu demandata 108 c triumphum Sylla inuidet 72.a uaria epitheta à Cæsare indita 75.a.76,c.78 a qui populi auxilia miserint 305 c.776.a. 797.b.c maris imperium demandatur 32.c
pompeium quæ ciuitates & populi in bello ciuili imitati sint 227.a
pompeiani post Pharsalicam pugnam se Cæsari dedunt 863.b
pompeiorũ trium interitus 762. 763.a
pompeianorum fames 655.b militũ alacritas ad pugnã 783.a fuga 843.b 847.b terror & metus ante cladem Pharsalicam 834 c & Cæsarianorum clades ad Dyrrhachium 659.b.c clades ad Vticã 679.b clades ad Mũdam 13.b clades in diuersis locis 659.b 876.b.c clades in Pharsalica pugna 843.c interfectorũ numerus in Pharsalica pugna 680.c.789.c 775.b.855.a
pomœrium quid propriè sit 129.a
pons Susis artificiosi operis 160.b
pontem super mare struit Xerxes 269.270.a Cæsar super Rhenum struit 244.a
pontica ora, & ponticę gẽtes 79.c
pontificatus Romani descriptio, ordo & institutio 129.b
pontificis cœna prouerbium 38.b
pontifices unde sint dicti uariæ rationes 129 b Romani quã ordinem seruarint in lustrationc 129.b
pontificia dignitas à quo sit instituta. ibd.b
põtificum officia apud Romanos ibid.b 293.a
pontina palus 855.c
pontus quid propriè neni & herbarum uenificarum ferax regio 79.c
ponti descriptio 224.c.361.b. 263.c.722.a 362.b
ponti insulæ
ponti mensura à Bosphoro Thracio usque ad Mœotium lacum 361.a
popilius interfector Tyberij Gracchi 62.a
populare quid propriè sit 759.c. 860 c
populus cui dicata fuerit 66.a
& plebs ut differant 41.a
populi quæ Pompeio auxilia miserint 305 c.776.a qui Xerxi copias suppetias tulêre 367.a
populos potentes quid exercuit 37.b
portæ Caspiæ quæ & unde dictæ 909.b Amanicæ quę dicantur 253 a
portẽtum ad Rubiconem fit, uia sum 51.b
portenta uaria ante pugnam Pharsalicam 785.b.787.a
portus Carthaginensis descriptio 257.b.258.a
porus ubi ab Alexandro sit uictus 339.a 783.b
potidæa
poscere quid propriè sit 763.c
posthumius turpe fœdus cum Samnitibus init 180.b
postularia fulgura quæ dicta sint 133.c
prælium nauale inter Octauium & S. Pomp. 15.a
prænesta urbs unde dicta 186.c
capitur & spoliatur 188.a
prænestinorum 5000 uno loco cæsa 186.c inermium
clades 182.a multi sibijpsis
mortẽ inferunt 182.a labiens
seu strages 178.c
prænotiones examinũ uolatu 332.b
præpetes aues quæ dicantur 1007.a
prætoria nauis quæ dicatur 396.a
præturiani pop. 223 a
prester serpens eius q; natura 1012.a.1018.b 365 b
priami familia
principem quæ constellatio portendat 113.a
principem non debere totam uitam sternere 193.b.a principes

principes moderni quàm liberales sint erga literatos 894.a,b
procella quid sit propriè 992.a
prodigiũ quid sit propriè 991.b
prodigia quæ Pharsalicam pugnã antecesserint 785.b.787.a
mulica narijs in locis uisa 788.b quæ Cæsaris aduẽtum Romam antecesserunt
pronuba unde dicta 112.a
propertij patria 892.b
proponis 107.b
proserpinæ fabula 749.c rapta 749.c,795.b taurus mactabatur
protagoras quid animum nominet 137.a
proten insula 287.b 394.a

PROVERBIA.

A Carectribus ἀπὸ τῆς βαλβίδος 68.a
Abydũ ne temerè naviges 647.a
Addere faces, addere stimulos, addere & subdere Calcaria 59.b
Ἀλλ' ἀλλαχὸ κακά 124.b. 285.b
Animus noster Deus est 213.a
Arcadiam me postulas. Arcadicũ gumen 312.a
Arcadas invitari 312.a
Asiaticus luxus 328.a
Aspis à Vipera accipit malum 1009.b
Athos celat latera Lemniæ bouis 267.b
Batana auris 99.a
Calabri hospitis Xenia 260.b
Cato tertius 196.a
Χωρὶς τὰ μυσῶν ἢ φρυγῶν ὀρίσματα τὰ δὲ δ' ὀρίζειν χαλεπὸν 324.c
Χρὴ δὲ πρὸς θεὸν ὑπερβάλλειν 889.c
Cilicium imperium 77.c
Cilix haud facile uirũ dicit 77.c
Cinyræ, Midæ & Crœsi opes 953.c
Classicum canere 55.b.85.a
Cœlum Atlantis humeris sustineri 201.c
Colophonia ferocitas 915.a
Colophonium aurum, Colophonium suffragium, Colophonem addere 915.a
Conclamare & Conclamatum est 156.b
Corcyra libera 258.c
Corinthiari, Corinthus non indiguerit Ilium, & alia multa prouerb. 649.b.c
ad Corollas decertare 209.c
Corycæus auscultauit 535.b 1016.b
Crasso Crœso ditior 6.b
Cretiza aduersus Cretensem 966.a
Cretizandum contra Cretensem, Cretensis sacrum 317.b
Curetum os. Cretensis cum Aegineta. ibid.b
Dies aliquando parens, aliquãdo noverca est 824.a
cum Dijs pugnare 889.c
Dodonæum æs 314.b.386.b
Elephantus nõ capit murẽ 667.a
Elephãti celerius pariũt. Elephantem citius sub ala reges 668.a
Elephãtum ex Musca facis 667.a
Ἐμῦ θανόντ' & γῦνα μιχθήτω πυρὶ 870.871.a
Ἑπου θεῷ, id est, sequere Deũ 213.a
Euripo inconstantior 273.b
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα 236.c
Fama nihil uelocius 107.a
Fatum inevitabile 145.a
Glaucus gustata herba in mari habitat 404.c
Gnidij nodi 916.a
Græcia nequaquam novit fidem Græca fide mercari 374.a
Hocates cœna 794.a
Herculis Labores 124.c
Hydram secare 1003.a
In pugna res agitur, & nulli parcitur 810.a
Καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος 112.c
Λέρνα κακῶν 1002.c
Lesbij calices, Lesbia regula, Lesbiari, Lesbijs digna 888.b
Libera Corcyra 887.b
Libya semper mali aliquid 84.a 667.a
Libyca fera, λιβυκὸν θηρίον 49.b 50.a.84.a.172.a.666.c
Libya semper aliquid noui 988.a
Lynceo oculatior 741.c
Lumen maius obscurat minus 277.c
Mæandri flexabilitas 327.b
Mala ad se trahens 676.b
Malcam legens 969.c.650.c
Μᾶλλον ἀδικεῖσθαι, ἢ ἀδικεῖν 861.c
Mare cœlo, terram cœlo, supera & infera miscere 22.a
Massiliam naviga 373.b
Messe tenus propria uiue, Meriri se quenq; suo modulo ac pede 943.c
Muli Mariani 167.b
Mysorum præda 324.c
Mysorum ultimus navigat 325.b
Nil sine magno labore mortalib. datur 813.a
Non pia classica dixit 55.c
Non Chius, sed Cius uel Cous 915.c
ὁ νῦς γὰρ ἡμῖν ἐστιν ἐν ἑκάστῳ θεὸς 213.b
ὁδὸν ἄγαν 212.c
Pangæa Diana 148.b
Πάντων μέτρον ἄριστον 213.a
Partho fugacior 54.b
Phaselitarum sacrificium 917.a
Phocensium desperatio 377.c
Phocensium execratio 307.b
Φωκαέων ἀρά 377.b
Πολλὰ πολίων νένα 106.b
Pontificis cœna 38.b
Punica fides 12.c
Quid si cœlum ruat 201.c
Risus Sardonius 290.b
Saguntina fames 380.a
Salaminia nauis 316.a
Samiorum flores 915.b
Sardi venales 290.c
Scolon ne proficiscaris ipse 308.b 868.c
Scytha anisans asinum, ἀντιξυόμενος σκύθης τὸν ὄνον 8.a
Scytharum oratio 8.a
de Scythis varia prouerbia 8.a
Siculæ nugæ, Siculissare, Siculus mare, Siculus Omphaciſſat, Siculus miles 290.c
Σοφοὶ δὲ τὸ μηδὲν ἄγαν ἐπῃνέσαν πεφυκῶς 212.c
Sũma imis permiscere, sacra prophanis, mare cœlo, terram cœlo, cœlum terræ miscere 301.a
Tænarium malum 739.a.970.c
Thamyras insanit 689.b
Thessala fides 710.c
Thessala mulier & Thessalorum commentum 710.c
Thessalorũ res semp infidæ 710.c
Titanas imploras 751.a
Titanicus aspectus. ibid.
Τρία κάππαρα κάκιστα 252.a
ad Triarios res redijt 847.b
ex Tripode aliquid dicere 19.a 255.a
Vẽtis permittere & tradere 929.b
Prouidentiam Epicurei negarunt 830.a
pruteni pop. 358.a
psammate 309.a
psammeticus Aegyptiorũ rex Nili fontem perscrutari conatur 9.a
psessij pop. 264.a
psyllis 991.a
psylli usus 1021.b.c
psyllorũ gens 1021.b artes 1022.b interitus & fabula 992.a
ptelearicum vinum 688.c

ptèleon nemus 688.c
pterophoros regio 359.c
ptolomæus Cyprius se veneno necat 304.c Auletes à Pompeio regno restitutus 961.b.940.a Lagi ubi natus sit 345.b Pompeio hospitium denegat 943.c
ptolemæi & Pompeij regis amicitiæ causa 939.c.940. perfidia 948.c descriptio à persona 40.b reges Aegyptij unde sic dicti 149.b
ptolemæorum catalogus 149.b
pudicitiæ probatio apud Psyllos 1021.b
pudicitiæ exemplum 212.a
puerperæ quam Deam olim invocarint 209.b
pulmo quid 737.a
punica fides proverbium 12.c
punicorum bellorum descriptio 12.b.159.a
puniceus color qui propriè dicatur 49.c
purpura quid sit propriè & unde comparetur 155.c.331.c
puteal Libonis 227.a
pylæ portæ 77 b
pylos urbs 67.b.311.b
pyramides Aegyptiorum regum 953 a
pyrasus urbs 688.b
pyraticum bellum quâ breui tempore Pompeius cõfecerit 77.b 279.a
pyrenæi montes unde dicti 149.c
pyrenis Bebrycis filię fabula 149
pyromantia 718 b
pyrrha à Diluuio seruatus 218.c
pyrrhæ regnum 703.b historia 141. b
pyrrhamus flu. 334.c.336.c olim Macedonia dicta 1 c. 681 b
pyrrhus Epirota unde genus ducat 12.a Epirotarũ rex victus à Romanis 12.b 303 b
pytane urbs 324.c
pythagoræ philos. patria 415 b dictum 212.c
pythagoram magnũ fuisse 723.a
pythia certamina 308 a eorum quid sint 714.a
pythiris Apollo unde dictus 714 a
pythij Apollinis templum & sacrificia 308 a
pythiusam in Iberia Sertorius occupat 240.a
pytho urbs 308.a
python, quis fuerit eiusq; fabula 783.c
pythonis interfitus 784.a

Q

Quercus cui dicata fuerit 66.c querna corona quæ apud Romanos fuerit 66.b cui data fuerit 81.c
quinquennales ludos quis instituerit 14.c
quirites unde Romani dicti sint 46.c.214.a
quirino quot flamines dedicârint 134.a

R

Raphia urbs 330.c
Rauracker 100.c
regiones quomodo nomina mutârint 1.c
rauenna urbs 217.a.218.a
regna & imperia quæ vitia euertant 37.a
regnum firmum quod iudicandum sit 25.a
remus à quo interfectus sit 27.a
remi causæ unde dicantur 395.b
repagulum quid sit 68.a
resina ubi nascatur 906.a
rha & Rheon radix venenum fugiens 80.a
rhadamãthus Gnosius vir iustissimus 257.a
rhæte qs fuerit eiusq; fabula 707 b
rhæti nunquam deuicti à Romanis 163.b.c
rhætorum descriptio secundùm Glareanum 163.a.b
rhegium urbs 224.a
rhenorum regio 95.c.96.a. ritus & consuetudo 96.b
rhenanos quid diuidat à Suevis 106.a
rheni fons, tractus & ostia 84.b. 105.a 163.a descriptio secundùm Glareanum 163.a
rhetani 342.b
rhimnici pop. 364.a
riphæi montes 263 c.359.b
rhodanus flu. 89.a.726 à unde nomen habeat 89.a.393 b
rhodani ortus & tractus 89.a. 100.a ostium 163.a dulces aquæ in Lemanno lacu supernatant 87 c
rhodano quæ flumina influant 100.a
rhodes & Rhodaop. 88.c.89.c
rhodope urbs 830.c mons 322 c. 736 b. 830.c
rhodus insula eiusq; descriptio 916.b
rhoeteum promont. 688.b
rhoetea littora & Rhoeteum promontorium 325.b
rhœtus unus ex centauris 322.b
rhymnici pop. 161.c
rhyzus promont. 690.c
risus Sardonius 390.b
robur quid sit 176.c qui pinetis gignat 143.a
rogatio unde dicatur 41.b Lex & plebiscitum ut differant 41.b
rogerius magnus 723.a
roma quando & à quo condita sit 265.b.827.b. variæ opiniones 265.b.827.b. à Senonibus capta 58.a & Gallis directa 717.a
romæ ingens terræmotus 188.c
Romam Sylla occupare conatur 168.a urbem aliquando Tyrrhenam vocatam 190.a quibus custodiendam Cæsar posit direptum ærarium tradiderit 371.b.c Cinna & Marius excarpant & ingentem stragem ediderint 171.b ciues edunt 171.b
romana sacra à quo instituta sint 46.b curia deflagrata 74.a
romanum imperium vetus 41.c in duas partes diuiditur 31.a quando inclinare cœperit 21.c quid euerterit 37.b
romani imperij potentia antebellum ciuile 24.b ærarij ingens res diuitiæ 303.a.b.c
romani Barbarissimi 166.a
unde Quirites dicti sint 46.c
quoties à Carthaginensibus ad arma prouocati sint 12.b
unde auguriandi disciplinam acceperint 125.b Pop. curia apud Gallos quæ fuerit 99.c secundùm quid suas historias cõtexuerint 823.b.c consules ob aduentum Cæsaris Romam anfugiunt 180.b urbem derelinquunt 110.c declarum Capuæ habent 109.a turpe fœdus ineunt cum Samnitibus 180.b legatos ad Marium & Cinnam mittunt & veniam deprecantur 173.a.b à Pyrrho prælio superati 12.a duobus prælijs à Cimbris superati 58.c à Senonibus magna clade affecti. ibid.a
Trib. Pleb. urbe anfugiunt 198.c variis in locis à Spartaco prælio superati 242.b.c legatos ad Syllam mittunt 167.c exercitum contra Lucullum mittunt 13.c
Antoniam mittunt 4.b à Parthis prælio superati 4.b sæpe ab Annibale in Italia fusi 159.c quæ castra ad Rhenum contra Germanos habuerint 93.b.106.a.b

romani

Romani quos reges & populos ui
cerint, ex quorum spolijs suum
erarium in immensum auxerũt
303.a b

Romanorum luctus 157.b,
c 158.a,b auaritia 157.b,
39.a amplitudo 825.a hu-
manitas 672.b luxuria in
quibus præcipuè constiterit 38.
b luxuria quibus legibus & sta
tutis prohibita fuerit 38.b.c
uerum habitus 214.a
imp. insignia 5.a opinio de
fluminibus 133.c metus
ob prodigia 157.b ritus
in mortuis sepeliendis 156.b
& conspiratio contra C. Grac
chum 62.a nuptiæ 209.
b.c tumultus ob legem agra-
riam 61.a ueterum conti.
nentia & mores 57.b mol-
liciei in cultu 39.a appara-
tus aduersus Cæsarem 69.c
& Antonianorum conflictus
ad Mutinam 14.a.b locu.
pletum conspiratio contra Ty-
berium Gracchum 61.a.b
exercitia militaria 929.a
terror & tumultus ob aduentũ
Cæsaris 69.b.105.b,c mul.
ta millia Sylla contra fas & ne-
fas occidi curat 75.b pri-
mum ciuile bellum quando ac-
ciderit 76.a expeditio con-
tra Mithridatem 79.a ci-
uium in Syllana rable centum
millia occisa fuisse, inter quos
90 senatores, consules 15.
1600. equestris ordinis fol.
189.a & Sabinorum diffidium
& uirginibus diremptum 32.b
ciuium numerus ante ciui
le bellum 722.c. 821.c
Senatorum trepidatio ob Cæsa-
ris aduentum 64.c clades
in Cannensi pugna 159.b.
822.b clades ad Alliam 757.
a 823.a clades ad Aufidum
318 clades ad Furcas Caudi-
nas 180.c clades à Sparta-
cofillata 242.c clades horren
da à Sylla illata 181.a clades
in urbe 174.a clades uarijs
in locis 855.c
Romulus à suis pro deo cultus
post obitum: item quot annis
regnârit 46.b in augurum
album adscriptus 125.b
Romuli & Remi historia &. ortus
817.a.b & Remi odij causa
27.a mœror ob fratris cæ-
dem 27.a de morte uariæ opi
niones inter authores 46.b.c
ros pro imbribus in Africa ruit
85.a
roscillus dux strenuus 799.a
rostra ubi Romæ posita fuerint
64.a apud Romanos quæ di-
cta sint 64.c.777.a
rostrata corona quis primus do-
natus fuerit 64.b
roterodami quando fluxus & re-
fluxus maris fiat 91.c
unde fingatur, quod raptus sit
in cœlum 46.a
roxolani pop. 164.a.295.c
rubeus color an rectè Latinè dica
tur 50.c
ruber unde denominetur 50.c
rubis oppidum 50.c
rubiconis fluuij tractus & natura
43.c.49.b.c
rubiconem fluuium quo die Cæ
sar cum exercitu transgressus sit
51.a cũ exercitu, nemini tran-
gredi concessum erat olim
44.a.b
rubrescus lacus 90.a
russorum terra 264.a
rutheni pop. eorumq; terra 89.c
100.a.358.a
ruthenorum urbem ubi locorum
ponat eam Sulpitius 886.b
rutubanus flu. 221.b
rutupia urbs 652.b

S

SAba urbs 1017.b.342.c.
sabæ fertilitas 1017.c
sabæi pop. 341.c
sabinorũ studia & ædificia 342.c
sabellici interpretatio 84.c.87.c
967.b
sabinæ uirginis prælium inter Sa-
binos & Romanos dirimunt
32.b
sabinarum mulierum pudicitia
212.b
sabini consilium 98.a unde di-
cti, eorumq; terra 212.a
& Romanorum diffidium à Vir
ginibus diremptum 32.b
mos in nuptijs celebrãdis 212.a
sacæ pop. 161.a 203.a.364.a
saccarum quæ terra gignat 539.c
sacer morbus qui dicatur 658.a
sacerdotum apud Romanos offi-
cium, institutio, ordo & nume-
rus 129.c
sacra Romana à quo instituta sint
46.b
sacramento teneri quid sit 85.a
sacramentum militare 85.a
sacrificandi ritus apud Romanos
209.c apud Græcos 343.a
sacrificia Bellonæ deæ 849.a
Cybelæ, Bellonæ & Isidis quo or
dine facta sint 122.b.c Eume
nidum seu Semnarum dearum
124.a Gallorum 104.b La-
rium quo ordine facta sint 121.a
Romanorum quo ordine facta
sint 133.c Roman. in Latinis
ferijs 118.b.c
sacrificiorum epulones quot fue-
rint 132.c
sacriportus locus 177.b
sagittarij optimi Balearici 54.a
sagena flu. 89.a
sagum signum belli 13.c
saguntina fames 380.a
saguntinorum ortus & potentia
377.c 378.c fides erga Roma-
nos, eorumq; exitus 379.a
saguntus 242.a
salaminem ob insulam internecio-
num bellum inter Athenienses
& Megarenses 315.b
salaminia nauis 316.a
salamis oppid. 316.b
salapia oppid. 254.c
salembrona unde Italia sit dicta
11.b
salentini pop. 217.a.254.c
salernum oppidum 222.b
salentinum promõtorium 260.a
salij qui & unde dicti sint 132.c
saliorũ uariæ appellationes 133.a
sallustij aurea sententia de pernis
cie diuitiarum 37.c
salpyga serpens 1018.c
salsugæ. ibid.c
sama urbs 342.c
sambra fluuius 97.b
samnites, Sabelli 223.b
samnitium urbes olim 179.b
origo & descriptio 179.a.b
crudelis clades ad portam Gal-
linã 178.c.179.b nota 479.
a.b. & Romanorum diurnum
odium 179.b.c mores, statuta
& alia 180.a opes breui tem-
pore mirum in modum crescũt
179.a.b
samnuticum nomen ad unum de-
letum 179.b
samos urbs eiusq; descriptio
915.a
samothracium direptum 246.c
sancta Maura insula alio nomine
Leucadia dicta 14.b
sandones Lydus bellum contra
Cyrum dissuadet 366.b
sanen urbs 783.b
sanguis in quibus animalibus nõ
sit calidus 135.b

ſanguinem equinum qui populi bibant 364.c pluit 112.a 788.b.790.a
ſantones pop. 94.b.89.c
ſapis fl. 218.a
ſapiens qualis eſſe debeat ſecundùm Stoicos 195.c.200.201.b
ſardanapalus effœminatiſſimus rex 160.a
ſardeis opp. aliàs Hydæ dictæ 328.a
ſardinia quibus prouerbijs locũ fecerit 290.c peſtilentem aërẽ habet. ibid.c
ſardiniæ deſcriptio. ibid.a.b
ſacra feralia quæ dicantur 135.b
ſarreſtes pop. 221.c
ſariſſa quid 5.a.922.c
ſarmatia duplex eiuſq; deſcriptio & limites & populi 98.c.99.a 295.b.826.a 264.a Europæ limites 162.264.c Aſiaticæ deſcriptio 359.c
ſarmatica inſula 323.b
ſarmaticæ portæ 77.b
ſarmatæ pop. 295.c pop. aurum & argentũ ignorant. item eorũ habitatio, ædificia, & mores 7.c
ſarmatarum ferini mores 99.a 365.a ueſtitus 98.c
ſarmatas non eſſe indigenas 358.b
ſarnus fluuius eius fons & tractus 221.b
ſarpedon promont. 336.b
ſaſon inſ. eiuſq; deſcriptio 160.b
ſaſonis nominis uaria inclinatio. ibid.c
ſatrapena. ibid.b
ſaturnia unde Italia ſit dicta 11.b
ſaturni interitus cauſa. ibid.b
ſaturnus ubi uictimis humanis placatus ſit 102.b cur liberos deuorare dicatur 7. cur ſit ſtella frigida 141.a
ſaturni flu. aquæ admirandæ natura 221.c & Titanis pactum de regno 7.a ſyderis proprietas & natura 141.a domicilium quod ſit 140.c ſtellæ motus 139.b ſtellæ color 141.a regnum 761.a præſignificationes 141.b
ſaturno quæ animantia tribuantur 22.b
ſatyrus flu. 94.a
ſcyti pop. 93.c dij 383.b animalia eorumq; natura 94.a ab Indis culti. ibid.a
ſauia & Sauienſes regio 668.b
ſauromathæ pop. 7.b 57.b. 359.c aliàs Tartari 910.c quomodo à Græcis dicantur 7.b
ſauus fluuius 324.b
ſaxones pop. 95.c
ſcæua quis fuerit 661.a.b
ſcæuæ cẽturionis fortitudo & uirtus 659.b
ſcenitæ pop. 342.b
ſciomantia quid 754.b
ſcionen urbs 783.b
L. Scipio Pompeio filiam Corneliam in uxorem dat 758.c
L. Scipionis Naſicæ acumen ingenij 131.b.c Pompeij ſoceri defectio & fuga 227.c interitus ibid.c
L. Scypioni Syria demãdata 69.c
ſcolus urbs 308.b
ſcotia 652.b
ſcoti unde orti ſint 246.b
ſcordiſci 252.c
ſcordiſcus flu. 251.b.340.b
ſcordiſcus mons 845.b
ſcorpij natura & deſcriptio 1018.b.c
ſcorpionis ſyderis deſcriptio, qualitas & natura 141.b
ſcyllæ deſcriptio luculenta 116.a. 223.c
ſcyllacæus ſinus 223.c
ſcyron quis fuerit, eiuſq; fabula 318.a
ſcyronia ſaxa. ibid.a
ſcytale mus araneus 1011.a
ſcythæ unde dicti ſint 8.a cur uinolenti ſint. ibid.a ubi habitent, eorumq; uariæ appellationes 7.b primi mortalium eſſe uoluut 7.b.364.a
ſcytharum arma 356.b mores uictus & alia 7.c.8.a.356.c 369.b.c cultus diuinus & hoſtia 8.a oratio prouerbium ibid.a ſolitudo. ibid.a
ſcythis quid maximum opprobrium ſit 7.c.8.a
ſcythia unde ſit dicta & alia plura de Scythia 210.c.293.b quo modo nunc dicatur eiuſq; deſcriptio 7.b.162.a
ſcythiæ deſcriptio eiuſq; oppida 355.c. 682.b. 826.b. 908.b.c amnes 7.b
ſcythica terra cur ſit inhabitabilis. ibid.b
ſcythiſare 8.a
ſebaſtopolis 341.b
ſebaſtia ciuitas 252.c
ſedibonіates pop. 94.b
ſedunos à Celtis quid diſcernat 89.a
ſedunenſis diœceſis 89.a
ſelenis 126.c
ſeleucia urbs 363.a. 645.908.b urbs à quo cõdita 4.c.5.c.924.a
ſelinus urbs 917.c
ſella mons 312.a
ſellæ pop. 312.c
ſellæ curules unde dictæ 298.b
ſemiramidis opera Babyloniæ 4.c.5.a.351.b.923.a.b
ſemiuocalia ſigna militaria quæ dicantur 5.a
ſemnæ Deæ quæ dicantur 124.a 286.a.
ſemnarum & earum templum & Feſtum Athenis 124.a
L. Sempronius Conſ. ab Annibale prælio ſuperatus 353.c
ſenæ urbs unde nomẽ habeat 57.c. 218.b
ſenas Pompeius deripit 75.a
ſenatores quot interfecti ſint in Pharſalica pugna 81.b
ſenatorum Rom. clades à Syllalata 18.a
ſenatus conſilium quid ſit 42.a
ſenatuſconſultum de Rubiconis limitibus 44.a
ſeneca ut Fatum definiat 155.a
ſenecæ uerba de Nili incrementis 10.b 218.b
ſenna flu. 218.b
ſenogallia unde dicta 57.b. 218.b
ſenones pop. 57.b Italiam ruunt & aliquot oppida diripiunt 57.c Romanos prælio ſuperãt 58.a Italia cum magna ſuorũ clade pulſi 58.a
ſenonum natura, mores, & cõſuetudines 57.c
ſeps ſerpens 1012.a
ſepia pro atramento ueteres utebantur 332.c
ſeptentrionalis axis qui dicatur 17.b 98.c
ſeptimanorum urbs 98.c
L. Septimius uir ſceleſtiſſimus 947.c.948.c quis fuerit 943. c Pompeium Imp. Rom. appellat 946.b Pompeium interficit 948.b
ſequani unde dicti 96.b
ſequanorum terra 89.a.96.b 264.a
ſerbi pop. 8.b
ſeres populi 264.a
ſerica lana quo pacto conficiatur uaria opinio. ibid.b
ſerpentes quid abigat 742.c palmares 1017.c
ſerpentum uaria genera in Libya 1009.a.b & uenenorum remedium 1022.b.c.1013.c copiæ in Libya cauſa 1008.c
ſertorius ob quas cauſas Hiſpanis chariſſimus ſit factus 240.a ibid.c
ſertorij laus. ſertorij

Seruilij patria 239.c uitæ breuis descriptio 239.c.240.a res gestæ contra Pompeiũ & Romanos 240.b 769.c crudelitas in suos 769.c interitus 240.c 771.a 769.c

Seruiana coniuratio 240.b.c

Seruianum bellum eiusq; causa 960.a

Seruia regio

seruitus erga suũ Dominũ 62.b 324.b

Seruilia mater Bruti cum Cæsare rem habet 191.c

seruile bellum à quo sit sopitum 243.a

seruilis belli causa & ortus 241.b

seruitutis uocabulum apud Romanos inuidiosissimum 12.c

serum mercimonia 8.c

Sesganni pop. 94.b

Sesostratis Cnidij opus 861.c

Sesostris regis expeditio in Europam 251.a

Sestos urbs 270.a

Sestus opp. 646.c

Setagani pop. 94.b

Setinorum urbs 98.c

Sextij Licinij interitus 177.a

Sibaris & Sibaritis 357.a

Sibylla Cumana quo tempore claruerit 122.a

Sibyllæ Cumanæ carmina reperta 131.a

Sibyllini libri quanto precio uenales oblati sint 130.c

Sibyllinos libri à quibus apud Romanos, & quo in loco custoditi sint 132.a

Sicambri à Cæsare deuicti 244.c

Sicania olim Trinacria dicta 289.b

Sicaniæ descriptio 651.b.289.c

Sicani pop. 289.b

Sicilia ab Italia terræmotu diuulsa 224.c quibus prouerbijs locum fecerit 290.c cui sit dedicata 290.c

Siciliæ descriptio 749.c.750.c 226.a 289.c 224.c.225.a fertilitas 290.

Sicoma

siculi pop. 226.a

siculum mare 289.c.218.a

Sida urbs 216.c.224.b.c

Sides oppid. 917.a

Sidon quid Phœnicum lingua significet 331.b urbs nobilissima eius descriptio 331.a.b 363.a

Sidoniæ populi 363.a

Sidonij populi inuentores Arithmeticæ 330.c

Sigæum promontorium 325.b.

646.c.688.b

signa cœlestia an fatalem uim habeant 735.b obliqua & recta quæ sint 1008.b à Græcis quomodo dicantur 814.c calida & sicca quæ sint 142.a Zodiaci in quot partes diuidantur 349.b

signorum militarium apud ueteres quot fuerint 5.a & Planetarum reuolutionis typus anni belli ciuilis 145.a

signani pop. 94.b

signifer circulus quid 814.c à Græcis quomodo dicatur 22.a

signiferi obliquitatẽ quis primũ obseruârit, ibid.a

silanis flu. 221.b

siler, Silarus & Silaris fluuius eius natura & descriptio 222.b

silij uersus de Clitumno flu. 107.b de Pyrene Bebrycis filia 150.a

siluri ubi locorum sit 9.a

simiæ quo pacto decipiantur à Pardali 665.a

simul quid significet 733.b

simulachra Deũm Romæ sudasse 112.a

sinderonia oppid. 324.b

sinuesis figura 17.c

sinope & Sinuessa urbs 222.b

sicani pop. barbariss. 651.b

sirtis aliâs Nilus 220.b

sirmium oppidum 668.b

siroani Isthmium certamẽ institutum 28.c

sirtes duæ 904.c

sistrati sacerdotes qui dicti 963.a

sistrum quid sit propriè 963.a

situla serpens 1011.b

situs quid sit propriè 837.c

soli ubi nullam umbram reddat 964.c

sol apud quosdam populos tantũ uerno Aequinoctio exoritur 364.a cur Phœbus dicatur 22.c

solem in causa esse maris reciprocationis 93.a orienti Atlantes diris imprecationib. prosequuntur, orientem uerò adorât 120.b

solis proprietates & qualitas 26.a defectus seu Eclipsis quãdo fiat 767.a cursum quis primũm obseruarit 120.b motus & magnitudo 26.a domicilijũ 142.a eclipsim quis primũm reprehenderit 115.a.b eclipsis quando fiat 728.b motus & orbis 139.c

soli quæ animãtia tribuãtur 22.b

solifuga 1018.c

soletum desertum 254.c

solinus quomodo umbras diuidat 344.c

solon stratagemata Salaminem ut bem occupat 315.b.c

solonis dictum 212.c

solos oppidum postea Pompeiopolis dictum 77.b

solpuga 1018.c

somnium quid sit 44.771.c

somnia quæ ueriora sint 283.c

somniorum genera quot sint, & quibus somnijs fides sit habenda 767.c causa 772.a uaria genera 281.a.b interpretationis inuentio 718.a interpretationẽ quis inuenerit 126.b

somnijs cur non sit habenda fides 282.c. 283.a

sontiates pop. 94.b

sophene regio 252.b

sophoclis dictum 946.b

sopor quid propriè dicatur 284.a

solstitiale punctum 250.b

solstitiũ hyemale & æstuale quãdo & sub quo signo fiat 22.c

sparendami quando fluxus & refluxus maris fiat 91.c

spartanum bellum 15.a

spartacus seruilis belli author & dux unde oriundus 241.b.c

spartaci res gestæ 241.b.242.b.c interitus 243.b.c

spartiatæ Arcadibus bellum inferunt 381.a.b

spartanis matrimonium promiscuum erat 208.b

specus Herculis 119.a

specus ingens ac eximius 336.a

speluca pagus 163.b

sperchius flu. 699.b

sphæra qs primũ inuenerit 120.b

sphinges ubi nascantur 741.c

spina nuptiarum facibus erat auspicatissima 210.b

spira urbs 93.b

spiritus unde proficiscãtur 401.b quottuplex sint 731.a

stœchades insulæ 393.b

statio quid sit propriè 15.c.232.c

stationes custodes aliquando dicuntur 16.b

stationis uocabuli uarius usus 16.b.c

staueræ quando fluxus & refluxus maris fiat 91.c

stellarum discursus an fiat 111.b motus & traiectiones qui populi primũm obseruârint 139.a errãtium cursus quomodo fiat 343.a

stellarum discursuum genera duplicia 111.c

ſtellarum fixarum regio 139.b
ſtephane urbs 915 b
ſtola quid 210.a
ſtoica præcepta 201.a.b.988.c
neceſſitas 155.a
ſtoicæ doctrinæ ſumma 201.a.b
inuentor 201.a
ſtoicorum ſententia de mundi interitu 18.b opinio de ſapiente 195 c opinio de ſummo bono. ibid.c opinio de iecorũ fiſſis 136.a
ſtrabonis uerba de Latio 819.c error de Capua 214.c.215.a uerba de Haly flu. 358.c de Heniochis 357.c Geographi patria 341.a uerba de Phaſide flu. 248.c de Cynoſura 904.b de Saſone inſula 260.c de Maſſiliæ laude 373.a de Illyrio 258.c
ſtridon oppidum patria D. Hieronymi 217.c
ſtriges quæ dicantur 746 a
ſtrix auis eiuſq; natura 745.a
ſtrapellini pop. 975.c
ſtraton urbs 697 a
ſtratonice mater Mithridatis 79.c
ſtrimon mons 321 c
ſtuprum inhumanum 376.c
ſtyx fluuius eiuſq; deſcriptio & nominis ratio 701.c.702.b. 868.a cur dijs ſit religioſus 702.c
ſtygiam iurare nefas erat 746.b
ſtygis iuſiurandum 702.b.c
ſtymphalus flu. 309.c
ſuantolchi pop. 250.c
ſuaſam Senones occupant 58.a
ſuculæ, Vergiliæ, Pleiades & Hyadæ ut differant 277.a
ſueſſones ſiue Sueſſione pop. 962a
ſuenia unde dicta 163.a
ſueniæ pop. 162.c
ſuenorũ gẽtis limites, deſcriptio, potentia, conſuetudines, uita & alia 162.c.671.c
ſueculæ ſtellæ unde dictæ 276.c
ſuiceri unde dicantur 108.a
ſuida uerba de Dodonæo Oraculo 386.a de Parea 1011.c de Babylone 4.c de Emathia 1.c de Elyſio 284.c de Corycæis 883. c. 884 c
ſulmo patria Ouidij 229.c
ſulpitij Romani interitus 168.b edictũ 168.b interpretationis in Lucanũ locorum examinatio 2.c.23.a.b 39.b.40.c.49 c.51. a.53 b.a.63.b.71.a 88.a.b.95.c. 133 c.240 c.249.a.259.c.377. a.378.b. 711.b. 739 c. 748.a. 757.c. 786.a.c. 898.c. 820.c 824.b.825.c.818.b.830.842.c. 849.a. 864.a. 893.b. 908.c. 921.c. 925.a. 1006.a. 1007.b. 1017.a. 1020.a
ſultanus Aegyptus Laurẽtio Medices Pardalim dono mittit 664.c
ſummum bonum in quo Stoici poſuerint 199.c
ſungower 100 c
ſupparum ſiue ſupparus quid ſit propriè 211.b
ſurium oppid. nobile 251.a
ſurrentini montes 267.c
ſuſa à quo condita ſit 365.b
ſuſiana 346.a
ſuſiane regio eiuſq; deſcriptio & limites 160.b.933 c
ſuſis urbs deſcriptio 160.b
ſuſios, Ciſios dicitur 365 b
ſyderalis ſcientiæ author 4.c
ſydera quæ nautæ obſeruẽt 903.b
ſyene regio unde dicta eiuſq; deſcriptio 249.b
ſylla Põpeio Magnos honores exhibet 75.a ſe felicẽ appellari iubet 189.b Valeriã Meſſalæ oratoris filiã in uxorẽ ducit 189.c quando Dictaturam depoſuerit 76.b.c cur ſuũ corpus cremari mandauerit 77.a.191.a tabe pediculari abſumptus 77 a Romã inuadere conatur 167.c feliciter pugnat contra Mithridatem 77.c
ſyllana rabies omnes clades ſuperat 188.b.c
ſyllæ inuidia erga Pompeiũ 771.b natura ingenium & mores 75.b 189.b.c ambitio. ibid.b & Marij iunioris uaria prælia & cõflictus 177.b multiplices victoriæ contra Marianos, eiuſq; crudelitas 178.c.75.b
ſcelera. ibid.b crudelitas luculenter deſcribitur 187.b & Marij diſſidij cauſa 165.c inuidia erga Põpeiũ 72.a crudelitas & ferocitas per totam Italiã 180.c domus euerſa, & bona in publicũ redacta 174.b tyrannicũ dictũ 181.a fœlicitati quid defuerit 192.a & Marij diſſidiũ 75.c res geſtæ cõtra Marianos 679.a obitus & præmonitiones quæ antecceſſerunt 190.c crudelitas Romæ 168.a.b crudelitas in Marianos 178.c.77.a ſomnium 283.b crudelitas in C. Marij defuncti cadauer 125.a. 126.a.77.a dictũ ad Marij iunioris cadauer 182,a ſepulchro quod elogiũ ſit aſſcriptũ 191.b ſepultura eiuſq; ceremoniæ 190 c.191.a horribilis interitus 77.a Syllani Syllam in uarijs locis quærunt 168.c
ſyllanorum cædes 167.c libertas 181.b
ſyllanos Cæſar infeſto odio proſequitur 75 b
ſyluæ apud Seres lanam edũt 8 b
ſyluani ab Indis culti 94.a. idẽ 383.b 973.c
ſyluini pop. 333.b
ſymbola ueterum 275.b
ſymplegades inſulæ 328.b
ſynnada urbs 917.c
ſynedus urbs 182.c
ſyphax unde ſit oriundus 354.c
ſypontum urbs 328.c
ſyrbonis lacus 329.a
ſyria unde dicta 845.b.327.c.328.c
ſyriæ deſcriptio, nomẽ, limites, ortes & alia 252.a.b.329.a portæ 77.b. 253.a 909 b
ſyrij nunc Cappadoces 340.c
ſyrtes duæ quæ ſint, earũq; deſcriptio, natura, locus, & nomen 82.b 110.b.371.a.372.a.944.c 982.b.c

T

TAges quis fuerit eiuſq; hiſtoria 137.b.138.a
tabulantij pop. 639 a.b
tacitus de figuris Aegyptiorum 333.a
tæda arbor 392.b
tænarei lapides 728.c
tænarus & Tænaron opp. 970.c
Icari fil. 728.c
tagus flu. 865.c.249.c
tanitrus flu. 328.a
talenta Euboica quãtam ſummã faciat 301.a
tamariſch 1033 b
tanais fluuius unde dictus, eiuſq; tractus 359.b.c
tantali nepotum fabula 850.c. 867.c
taprobana inſ. 363.c
tarbelli pop. 94.b
tarentini Pyrrhum Epirotarum regem in Italiam uocant 12.a
tarpeia rupes ſeu delubrum quid Romæ fuerit 452.b
tarpeium delubrum quo in loco inuentum ſit 45.b
templum Romæ à quo conditũ ſit 301.c
tarpeij arx Romæ 302.b.c dij qui dicti ſint 966.a
tarquinius

tarquinius Superbus Ferias Latinas instituit 47.a.b.118 b
tarquinij Collatini beneficium in pop.Rom. 759 a
tarquinienses pop. 126.c
tarracina opp. 293.a
tarraconensis Hispania unde dicta 164.c.241.a
tarsus Ciliciæ Metropolis 333.c. 334.c.335.a.919.b
tartari pop. 264.a.239.c
tartarij pop. 94.b
tatianus unde ortus 258.c
tatianij pop. 639 a
taurenta castellum Massilienſium 387.c
taurentinus portus 254.c
taurica regio 293.b Chersonesus
tauricorum mores 28.b
taurinum urbs 293.b
tauromenium 324.b
taurus in Creta quis reuera fuerit 255.c
tauri montis descriptio, populi, urbes & alia 254 a.333.a.918.a
taxia nomina 333.c limites 229.a
taxidyeris descriptio 351.a.b
taurorũ humana sacrificia 102.b
taxis quid sit propriè 201.b
taxus arbor in sacrificijs usitata 384 b
à qua toxicum
tebosagum urbs 737 c
telamones aliàs Atlantes 98.b
tellurisſanum spoliatum 246.c
telonis experientia in re Astronomica 398.c
tempe 685,b 700.b. 886.b
Thessalica
temporum Thessalicorum descriptio 87.a
tempestatis præsagia 51.b.144.c 397.c.
templa quibus notis olim augures signarint 55.c
tentoræ pop. 668.a
terra in quot partes seu Climata diuisa sit apud veteres 249.b. 359.b
terram in modum insulæ Oceano undiq; circumfluam esse 25.c
ob inimiam nimiam sui paruitatem ad cœli magnitudinem centri siue puncti obtinere 26.a
terræmotus ubi & in quibus locis accidant, eorumq; causæ 109.b. 249.b.c.749.c. maximus in Asia 109.b horribiles variis in locis 109.188.b in Mutinensi agro. 109.b
terræmotibus multæ urbes, & duo
millia uicorum uno tempore in Parthia interierunt 30.c
terræpauium & terræpudiũ quid 128.a
terrigenarum fabula 711.a
testudinum magna copia 346.b
testudo instrumentum bellicum qd propriè sit 86.b.389.390.c
tetrarchæ qui olim dicti sint 798. b.907.b
tetragrammaton quid Hebræi nominârint 752.a
tethronium urbs deleta 376.c
teutates Mercurius Gallorum lingua uocatus, qui humano sanguine placabatur 101.c
teutobrotus rex Cimorũ captus 59.a
teutoniæ limites 671 b
teutoni siue Teutones, & Teutonici pop. 60.a 671.b unde dicti 167 a
Teütschland unde nomen habeat 672.a
teutones se Cimbris cõiũgũt 59.b
thalassius siue Thalassio Nuptiarum Deus 209 b
thaletis dictum 212.c
thamnas unus ex centauris 322 b
thamyras insanit 689.b
thamyris fabula 689.a
theatrũ à Pompeio Romæ instructum 34.c.768.c
thebæ urbs 308 b.686.b.931.b
à quo cõdita sit 147.c.332.a unde Cadmææ nominentur 308.c
thebarum descriptio, nomẽ & situs 693.c.964.c. 308.a
urbis grad. long. & latit. 342.c
thebas plures fuisse 693.c
thebanorum bellum contra Phocenses 828.c
thelesia urbs 279 b
thera insula 981 b
theodorus Samius præceptor regis Ptolemæi 940.b
theodosia urbs 252.c
theognidis sententia 213.a
thermæ in mõte Apennino 215.b
thermi fuga 227.b
thesaurũ Romanũ qui populi ac Reges bellis devicti per Imper. Rom. ditarint 303.a.b.304.a b
Cæsariani milites deripiũt 298. c. 299.b
thesauri quanti fuerit æstimatum auriũ, quẽ Cæsar diripuit 305 a
thesbidis uel Thespitis flu. 354.b
theseus à Dijs inferis quomodo punitus sit 124.b Taurũ interficit 225 c
thesei historia, ibid.b
theseo quæ causa in Cretam nauigandi fuerit. ibid.c
thesenm templũ seu Asylũ quod Athenis dictum sit 124.a
thesprotæ 266.c
thesproti pop. 311 c.312.c
thesprotij pop. 260.a.312.c
thesprotis 716.c
thessala fides 710.c herba 1023.c
thessalia 320.c quomodo olim dicta sit 2.b unde Emathia sit dicta 732.b omnium monstrorum fœcunda 719.b quibus locis prouerbiũ fecerit 710. ueneficis mulieribus abundat 720.a
thessaliæ Chronographia 681.c 683.a uaria nomina 681.b execratio 875.a.b amnes 695.a.b clarissimi mõtes 87.a oppida 686.b
thessali optimi equites 610.b. 712.b
thessalorum clades 376.b uitia studia, mores & alia 710.b odium in Phocenses 376.c
thesproti 147.b
D. Thomã Apost. Hyrcanis & Parthis Christum prædicasse 357.b
thraciæ Chronographia 181.c descriptio, situs, limites & appellatio 87.b.322 a.731.c
à Thracia quæ nomina deducantur 87.b
thraces pop. 324.b uino diditi 123.c
thracũ uariæ appellationes 181.c tyranni. ibid.c
threicei lupi 872 b
thurea uirga ubi nascatur 1017.c
thus Sabæum ubi nascatur 341.c
thuscũ mare unde dicatur 101.b
thusci & Tyrrheni num idem populi sint 86.a.b 101.b unde dicti sint 189.a.126.b incantationibus & artibus magicis diditi 126.b
thuscorum terræ, descriptio 86.a uaria nomina 125.b
thussagetæ pop. 364.c
thyssus urbs 267.a
thyestæ fabula 114.c.115.a. 830.c
tiberis fluuius initio Albula dictus unde nomen traxerit 86.a uide Tyberis.
tiberius Gracchus quibus sibi fauorem Numantinorum comparârit 60 c
tiberij Gracchi lex de Agris diuidendis apud Numantinos 60.c interitus 61.b.62.a

tibur opp. 291.a
ticinum à quo conditum sit 222.a
timauus flu. ubi hodie sit 792.c. 793.a
tigurium oppidum an sit captum 227.c 198.c
tigniorum oppidum captũ 227.b
tigranes se Romanis dedit 251.c
prælio superatus à Pomp. 248.a
tigranis munificentia in Romanos 251.c
tigranocerta urbs 79.a 908.b
tigridis animalis natura, & quomodo suos catulos à raptore repetat 76.b
tigres animalia ubi nascãtur 357 b
tigris animalis natura 726.c
sagitta aliàs dicitur 354.a
fluuius omnium amnium uelocissimus 8.c
tigridis fluuij descriptio, fons, tractus, & mira natura 342.a.351.c 352.353.a.354.a.b.908.b
tigrim quis in Euphratem abduxerit 354 b
tigri amni nomen unde sit inditũ 76.b
tinge urbs & Tingentanæa regio 50.b 119.a.369 c
tingenna urbs capta 240.a
tingetena coniux Antæi Gigantis ab Hercule compressa 182 c
tiresias auspiciorum ex auibus inuentor 126 b
tisiphone una ex Furijs 124.a unde dicta 286.a
tisiphonis fabula 747.b
titan cur Solis frater sit dictus 7.a.288.a,b quis fuerit & ubi habitarit uariæ opiniones 6.c
titanas imploras, & Titanicus aspectus & Titanicũ semẽ 751.a
titani fabula 750.c
titanis genealogia 7.a & Saturni pactum ob regnum. ibid a
titania astra quæ dicta sint. ibid.a
τιτανῶλις βλέπουμ quid significet. ibid.a
titanũ pœna apud inferos 750.c
titaresus flu. 700 b.701.a
tithoni ortus 365 b
titij sacerdotes 132.c
titus Vetureus turpe fœdus cum Samnitibus init 180 b
tlos urbs 916.c
tmolus siue Timolus mons 328.a
tocus rex Albanorum à Pompeio superatus 247.a
toga quid 771.a.b
togę uaria significatio 33.c.771.b
togata comœdia. ibid c
toletum urbs 671.a
tolosa urbs 98.b
tolosani pop. 99.b
tolosates pop. 94.b
tomarus mons 260.a.312.c
tomi oppidi grad. longit. & latitud. 164.c
tomyris regina Massagetarum Cyrũ ingẽti clade afficit, eiúq caput amputat, & in culeũ humani sanguinis plenũ mersit cũ superba quadam insultatione 161.b
tornacenses pop. 96.b.c
tonitrua quando accidant 113.b
torrens qui propriè dicatur 189.b
torquata familia 851.c
torquati res gestæ & historia. ibi.c
torquatorum res gestæ. ibid.c
toxicũ unde dictũ 384.b.1012.c
trabes quæ dicantur 787.a
trachin siue Trachius 312.a.b. 690.c (57 b
transpadana Gallia quæ dicta sit 358.a
transsyluani
trapezus urbs unde dicta 348.a
trebia flu. 159.b
treueris olim curia P.R. cognomi nata 99.c
treuir unde Clarcano dicatur elegans deriuatio 100.c
treuiri pop. 91.b100.c
treuirorum descriptio & potentia olim 99.c laus & uirtus bellica 99.c.100.c præsul inter septemuiros præstantiss. ibid.c
triarij qui dicti sint 847.b pop. 265.a.321.c.324.b
tribucher 100.c
tribunitiæ potestatis diræ quæ fuerint 300.b.c
tribunitiam potestatem apud Roman. nefas erat uiolare 59.b. 176.b.299.b
tribustini pop. 975.c
trica urbs 373.b
tricohi mors 184 b
trieterica sacra à quo instituta sint 19.c
trigon auis auspicata 127.c
trimachi pop. 324.b
trinacria ins. 651.b
triphylia op. 309.a
tripolis urbs 331.b.363.a
tripos quid sit 716.c.754.c
tripudium quid sit 128.a
triquetra & Trinacria promont. 876.c
triremis inuentor 393.c
tritea urbs Phocensium deleta 376.c
triton quis fuerit eiusq descriptio 984.c.985.c
tritonidis Paludis descriptio 985
tritonis amnis mira natura, eiusq descriptio 984.c unde Minerua sit dicta 82.c
triumphales leges 65.b.672.c
triũphus maximus qui Romæ habitus sit 65.b quãdo permissus fit apud Romanos 65.a.672.c
triumphi Pompeij 859.c
triũphãtiũ habitus & corona 65.c
trioẽzenij pop. 259.c
troglodytę Aethiopes 368.c.349
trogus rex Parthorum 922.b 328 b
troia urbs 645.a
troiæ situs
troianæ expeditionis exercitus & nauium numerus 367.b
troianã obsidionẽ fabulę ueriſimiliorem esse quam historiæ 328.c
troiani quo tẽpore in Latium uenerint 47.a Pompeio auxilia mittunt 328 b
troianorum regum sedes 646.c
trophæũ quid & unde dictum 5.a 248.b.
trozen urbs 905.a
tryphilicus Iupiter 309.a
tryphonis Gigantis cubile 335.a
tubarum clangor auditus silentio nocturno 126.a
tuberon Stoicus quomodo Lucullum nominârit 40 b
tuisco à quo Tuiscones 671.b.c
tulenses pop. 96.a
tullius Hostilius quæ ædificia Romæ struxerit 301.c
tullius oppidum Leucorum 96.a
tumhasca regiuncula 165.b
tumultus quid proprie sit & unde dicatur 55.b & bellum ut dicerant. ibid.b
turbutum & Tibur opp. 820.b
turma quot equites cõtineat 661.b
turmantini pop. 975.c
turres apud ueteres quæ dictæ sint 233 a.388.b ambulatoriæ quæ fuerint 387.b
tyberini Albanorum regis interfectus 221.a
tybris flu. descriptio, fons, tractus & uariæ appellationes. ibid.a
tygris fl. 645.b ubi oriatur 262.a
tymphæi pop. 704.b
typhon Gigas centũ capita habẽs 656.b.787.b quid proprie & unde nomẽ habeat 787.b.657.a
typhonis fabula 987.a
tyranni qui apud ueteres qui dicti sint 829 c.914.b
tyranni Thracũ 181.c (946.b
de Tyrãnorũ natura elegans dictũ
tyriorum nobilitas & præstantia 789.c.790.a

Syriorum interitus 331.a laus, potestas & gratia apud Romanos. ibid.a
Tyrus urbs vetustissima quot annis ante Hierosolymitanũ templum sit conditum 330.c
tyrocinium quid significet 69.c
tyrones cuius ætatis & qua statura probandi, & ad quæ exercendi sint 70.a
tyronum habitus apud Romanos 771.a
tyrrhenum, siue Thuscum mare quod sit dictum 190.a
tyrrheni Romani militis & Lygdami conflictus 403.c
unde dicti sint eorumq; terra 86.c qui à Græcis dicantur 190.a
tyrrhenorum opes olim 189.a
gens unde dicta, eiusq; descriptio 189.a
tzetzis verba de Memnone 365.c de Nili ostijs 220.b de Typhone 787.b

V

Vacuum apud Gallos officium 103.b
vacuitas & desolatio quid differant 154.c
vadimi doctrina de Vmbrarũ ratione 343.c
valentia urbs 671.a
valentinianus Britanniam inuadit 246.a
valeriæ mulieris, Messalæ oratoris filiæ facetum dictum ad Syllam
valerij Flacci interitus 189.c
valerij Maximi verba de Syllæ crudelitate 187.b dictum de paupertate 39.a
valerij Publicolæ paupertas 39.b
vandali pop. 264.a
vangiones pop. nunc Vuormacẽses 671.c
varij fluuij fons & tractus 99.a
varij historia & bellum 88.c
varri fuga 921.b
M. Varro ut definiat usuram 228.a,b
M. Varro primus rostrata corona donatus fuit 42.c
vasco urbi 64.b
vbisci pop. 98.b
vectigalia Rom. ex quis rebus colecta fuerint 94.b
vegetij locus de signorum militarium generibus 306.b.c
veij pop. 5.a
velamen flammeum quid fuerit 819.c
velia urbs aliàs Elea dicta 67.c
velleris aurei fabulæ causa 249.a
venabulum quid sit 50.b
venani pop. 94.b
venationis duplex ratio olim apud Sueuos 162.c
veneficæ 719.b.c
veneficæ an homines possint inficere 724.a.b herbę quæ sint 720.b
veneficarum scelera 730.a
vires & incantationes 724.a.b 725.a.b. 726.a.b & Veneficiorum apud Gallos pœna 103.a
veneficas aliquando infantes ex utero matris trahere 748.b
veneficium potum 720.a.b
venenata animantia quid fugat 1023.b
venenum strenuiss. 311.a
venenorum remedium 79.b. 1022.b.c
veneti populi 217.a breui temporis interuallo Isthmum muniunt 29.a
venetorum origo 791.c
P. Ventidius Antonio suppetias ferre conatur 13.c
ventidius Bassus contra Parthos feliciter pugnat 151.a
venti Alpini qui dicantur 43.c truces ubi oriantur 111.b
ventorum tempestatis præsagia 398.c
ventis tradere & permittere quid 929.b
ventos quando Luna portendeat 51.b
venus Cypria 936.a
veneris imago ab Apelle depicta 915.c stella quam longè à Sole recedat 278.c descriptio & nominis & ratio 139.c. 277.c motus magnitudo 277.c.139.c proprietas & natura 277.c.143.c domus 143.c
veneri quæ animantia attribuantur 22.b
venusia urbs 179.c
venusini populi 975.c
veris initium 143.b.277.b
veragros à Celtis quid dicidat 89.a
veragrorum vicus aliàs S. Mauricius 89.a
veragrani populi 228.a
vergiliæ, Succulæ, Pleiades, & Hyadæ ut differant 277.a
vertigo quid 889.a
vertiginis medicamentum 109.c
vesontium urbs 96.b
vesta quid sit propriè & à quo sit instituta 47.c.48.a 117.a
vestæ simulachrum unde Romam ablatum sit, ibid.b ædes qua forma Romæ ædificata sint 48.b cur sit diuinus honos attributus à Ioue ibid.b quis primùm ædem construxerit 117.b
vestas duas finxerunt veteres, ibid.a.b
vestini populi 222.a
vestitus veterum Rom. 214.a
vestales Virgines quot antiquitùs fuerint 129.c
vestalium Virginum ordo, ritus & consuetudines 48.a,117.b.c 129.a in numerum quæ receptæ sint, ibid.b incestarum pœna 48.a,117.c.118.a pœna quarum incuria ignis fuerat extinctus 118.a
vesuuium socij seruilis belli occupant 241.c
vfens flu. 293.a
via Appia 74.b
vibernates pop. 975.c
victimæ humanæ Mercurio oblatæ 101.c
victimarum genera duo 137.a
victoriæ signum apud Veteres 374.b
victores qualem licentiam sibi usurpent 182.a qua coronâ ornati fuerint apud Romanos 66.a
vienna urbs Galliæ 89.a.98.b Austriæ 296.a
vita in quibus sit 75.c
vitriariæ conflationis inuẽtio mira 330.c.331.b
vim à Iustitia stringi quæ figura denotet 333.b
vina à fulgure tacta in dolijs immotis exhauriri 113.b libabãt veteres 134.c
vindictæ Dei exemplum 77.a
vindonissa oppidum cuius vestigia hodierno die rarò cõspiciantur 88.c
vinea quid propriè sit 389.b.c
vineas quas veteres appellarint, & ex quibus materijs cõfectæ fuerint 234.a
vinum quis primùm in Italia inuenerit 11.b
vini repertor quis fuerit 19.b
vipera serpẽs eiusq; natura 727.a
viperæ natura 743.b
virgines Vestales à quo sint institutæ 48.a
virgilij

uirgilij locus de umbris insepultorum 6.c de Scylla & Charibdi 116.c de Dædalo 256.b de planetarum motu 51.b.c de monte Aetna 115.c
uirginũ raptus 32.b.117.c.118.c. 322.a.
uisum quid sit 772.a
uiscera interiora quæ dicantur 135.b
uistula amnis 99.a
uisurgis flu. 163.a
uita unde proficiscatur 136.b
uites serere quis primùm docuerit 19.b
uites Lycurgus excindere conatur ob id in furorem conuertitur 123.b
uites in Mauritania quas duorum hominum complexus capere non potest 370.b
uitiliginum curatio 309.b
uitta quid sit 130.a
uitis flu. 218.a
uitruuij locus de Cynosura 904.a
ulissingæ quando fluxus & refluxus maris fiat 91.c
ulissipo urbs 249.c
ulmenses 162.c
ululãtus quid sit propriè 158.b
umbo quid propriè sit 390.a
umbræ an occupent certum locũ 750.a
umbrarum rationum uariè descriptiones 343.c.344.a.b uaria genera 344.a.b
umbri unde dicti 223.a Latini, Ausones uno nomine Tyrrheni appellati 190.a
umbrorũ gentem antiquissimam esse 223.a oppida. ibid.a sedes olim 190.a
uocalia signa militaria quæ dicantur 5.a
uocatij pop. 94.b
uocetus fluuius 88.c
uogesus siue Mosegus & Vosecus flu. unde originem ducat 88.c
uolsci ad Latinas ferias asciti 47.b
uoluptas quid propriè sit 214.a
uoluptatũ illecebræ quæ sint 37.b
uota concipere 110.c
urbes 12. in Asia terræmotu collapsæ 109.b condentium uetus consuetudo 27.b
ursæ maioris descriptio 193.b.c
ursarum syderum descriptio 16.c. 899.b.278.a
ursi ubi gignantur 668.c
ursorum natura 668.c
usura quid propriè dicatur, eiusq; uaria definitio 42.c & fœnus ut differant. ibid.c
urbium circumferẽtia quomodo olim signata fuerit 825.c
utica à quo condita 789.a
uticensis pugna 679.b
uticensium perfidia 680.b.c
uuæ ingẽtis magnitudinis 370.b
uulcani officina ubi, eiusq; ministri 783.b.115.c
uulpes cui Planetæ attribuantur 22.b
uultures & Vultur cadauer expectat 873.a
uulturum nidus & natura 873.a
uulturnum opp. 221.b
uulturni fluuij fons, tractus & appellatio. ibid.b
uuorchemi quãdo fluxus & refluxus maris fiat 91.c
uualachia & Vualachi 933.c
uualachi pop. 164.a.358.a
Vuilna 295.c
uuirtenbergensis ducatus 163.a
uuormatia urbs 93.b
Wolleblateren herba 1024.c
uxellodomũ opp. captum 94.c
uxorum pudicitiæ probatio apud Psyllos 1021.b

X

Xanthus color qui dicatur 49.c fluuius & urbs 916.c
xanthij pop. 204.b
xenagoras Eumelij filius insignis Geometra 197.c
xenophontis quid animum nomi net 287.b
xerxes mare cum pontibus iungit 270.a iubet mari CCC uerbe ra infligi 269.b legatos ad Græcos mittit 269.a quãdo exercitum contra Græcos duxerit 377.b à homine priuato cũ toto exercitu hospitio excepius 326.a Phocensium terram misere depopulatur 376.c quid Persarum lingua significet 269.a
xerxis ingens exercitus cõtra Græcos 269.a ingens exercitus 366.c impietas 269.b
xerxi ostentum obrigit 270.a qui populi supperias tulerint 367.a.b

Z

Zamolsis magus 723.a
zarax 695.c
zariaspe oppidum 933.a
zenagoras Syracusanus inuentor sexremis 392.a
zeno Stoicæ sectæ inuentor 201.b Stoicus quid animum nominet 287.b
zenonis patria 67.b Cimicis dicti 55.c
pinio de fulminis causa 112.c
opinio de Cometis 371.a
zephyreon promont. 782.b
zephyron uentus 782.b
zephyrus uẽtus unde spiret eiusq; appellatio 90.c unde dictus 1007.b unde flet 683.c 998.b
zethus 694.a & quid aliàs significet 914.a
zeugma urbs 352.a 264.a
zingi populi 821.c
zipferland
zirchzxæ quando fluxus & refluxus maris fiat 91.c 981.c
zoa oppid.
zodiacus quid & unde deriuetur 22.b.814.c.900.c
zonæ habitabiles & inhabitabiles 815.a.b.816.a.b
zonarum descriptio & forma in plano. ibid.b
zoroastris inuentor Magiæ 719.a
zygij populi 251.a latrocinio diditi. ibid.a

FINIS INDICIS IN LAMBERTI HORTENSII COMMENTARIOS.

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS POETÆ CLARISSIMI, DE BELLO CIVILI, LIBER PRIMVS.

CVM COMMENTARIIS AC EXPLANATIONIBVS eruditissimis D. LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII.

ARGVMENTVM IN PRIMVM LIBRVM M. Annei Lucani per SVLPITIVM.

PRimus habet Belli causas, utq; actus ab ira
Præcipiti Cæsar, Rubiconis transilit undas.
Vicinumq; minax inuadit Ariminon: inde
Excipit attonita deiectos urbe Tribunos,
Ad bellumq; suos animat, reuocatq; cohortes,
Auxilium fidum: terror tum scribitur urbis.
Et fuga Pompeij trepidans, pauidiq; Senatus.
Posthæc prodigia, & uatum responsa canuntur.

BElla.] Initio operis exordium ducit à præpositione periphrastica, quâ lectorem docilem reddit communi exordiorum apud omnes poetas lege, cũ dicit se scribere ciuile bellum gestum inter socerum, & generum: hoc est inter Cæsarem & Pompeium. Et priusquam ad attentionem perueniat, turpitudinem bellorũ ciuilium uarijs affert exaggerat, & exclamationibus amplificat ac deplorat. Docet simul totum orbem terrarũ per quatuor mundi plagas ijt coijsse in unum contra C. Cæsarem sub imperium P. R. redigi potuisse.

Per Emathios.] hoc est, in Macedonia gesta & Thessalia. Ad Dyrrhachium Cæsar primo prælio superatus, Gomphos, quod est primum oppidũ Thessaliæ fugit. Cæterùm Macedonia multò ante aliquando Emathia dicta fuit, ab Emathione, cuius maximè uirtuit experimenta in ijs locis extiterunt, Septentrionalem eius partem. Pæonia, quæ ipsa Emathia, ac Peloponesum tegunt à Triballis, Suidas ἠμαθίαι, inquit ἀ τὸ πεζεῖν ἠμαθίαι προσαγορευόμενον. Hesychius ἠμαθία, ἡ Μακεδονία. Fuit Macedonia, præterquam quod Emathia, etiã Pyrrhia aliquando, & Hæmonia, & Thessalia dicta. Itaq; cùm dicit, per Emathios, Macedoniæ & Thessaliæ campos intellige. Plusquã.] Quin & illud priùs ad lamus, quod Au. Gellius li. 14. ca. 6. Noct. Attic. enotauit, de nominibus urbiũ, ac regionum immutatis, Quod Bœotia ante appellata fuerit Aonia: quod Argyptus Aëria dicta est: quod Creta codẽ quoque nomine dicta est Aëria: quod Attica, Actæ et acta apud poëtas quod Corinthus Ephyre, quod Macedonia ἠμαθία: quod Thessalia, Hæmonia, &c. Plusquam ci.] Amplificatio, cùm bellum ciuile tantum sit scripturus. Nec ignoro, quid Florus scribat, adeo, inquit, ut non rectè tantum ciuile dicatur, ac ne sociale quidem, sed nec externum, sed potius cõmune quoddã ex omnibus, & plusquã bellum. Quippe si duces eius inspicias, totus Senatus in partib. Si exercitus hinc et legiones: inde 18. Flos omnis, & robur Italici sanguinis. Si auxilia sociorum: Hinc Galli, Germaniq; delectus: inde Deiotarus, Ariobarzanes, Tarchon, Dimotus, Corinthius, omne Thraciæ, Cappadociæq;, Ciliciæ, Macedoniæ, Græciæ, Italiæ, totiusq; robur Orientis. Si moram belli, quatuor annis, & pro clade rerum breue tempus, &c. Iusq; datũ. sc.] Sulpitius exponit, bonum & æquum uiolatum, & iustitiam subiectã iniuriæ: nam, ut paulò pòst ait. Mensuraq; uiris, uis erat. Fuerunt enim humana, diuinaq; iura à Cæsare oppressa præmiscuè. Hæc ille, non malè. Micyllus, ius prætextũ, & obtentum sceleri, siue causſæ sceleratæ. Hoc enim per scelus, siue sceleratè à Cæsare factum intelligit, quod is, cùm senatui se opponeret, & populi libertatem in dominationem uerteret, iure hoc facere uideri uolebat. Hæc Micyllus, erudite me hercule. Nam beneficium P. R. ad scelus, hoc est, nefarium bellum ciuile conuerte-

Ella per Emathios plusquã ciuilia campos,
Iusq; datũ sceleri canimus, populumq; potentem
In sua uictrici conuersum uiscera dextra
Cognatasq; acies, & rupto fœdere regni
Certatum, totis concussi uiribus orbis,
In commune nefas, infestisq; obuia signis
Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.

bat. Sed rectius facultatem, & potestatem intelligamus. In sua.] quod P. R. omnium rerum docuimus in mutuam cædem ruerint. Victrici dextra.] Qui uirtute, & opibus suis totum orbem suo Imperio subiecerat. Cognatasq; acies] Socerum & generum, amicos, propinquos, cognatos, parentes, & liberos, fratres deniq; & eos, qui uinculo naturæ coniuncti erant, hos canimus, cuersibus describimus, ab impio.

Rupto fœdere reg.] Crasso enim Pompeio reconciliato, Cæsar cùm utroq; societatem inierat, ne quid in repub. agi paterentur, quod non ipsis tribus placuisset, Et quod Cæsar suas opes magis cõfirmaret priusquam Cõsulatu abiret, Calphurniam L. Pisonis filiam ipse uxorem: Iuliam suã Põpeio collocauit. Crassus inde Asiam, Pompeius Hispanias: Cæsar Gallias obtinuit, Hoc fœdus dissilijt, mortua Iulia, inter Cæsarẽ, et Pompeiũ. Nam Crassus cũ filio apud Parthos periit. Concussi.] uerè, concussi, Nam totus orbis, ex omnibus plagis horũ armis motus ad ferenda auxilia solicitatus fuit. Oriens maximè Pompeiũ sequebatur, et Hispaniarũ bona part. Cæsarem Germani, ac Galli. Siguis signa.] epanalepsis, utrinq; Aquilas circunducebãt. Ludit poëta paranomasijs. Pilum erat apud Ro. hastile quinq; pedum, & semis, cuj ferrum 9. unciarum triangulum præfixum erat. sicut, sarissæ, Macedonũ, & gessa Gallorum erant. Dares aq.] Ea fuit tum Imp. signum, cum hac inscriptione S. P. Q. R. Appianus eius thor est, Cæsarem Venerem uictricem: Pompeium Hercu lem inuocasse. Signa.] Vegetius li. 3. cap. 5. de generibus signorum militarium: Tria, inquit, itaq; genera constat esse signorum, uocalia, semiuocalia, & muta. Quorum uocalia, & semiuocalia percipiuntur auribus. Nuta uerò referuntur ad oculos. Vocalia dicuntur, quæ uoce humana pronunciantur: sicut in uigilijs uel in prælio pro signo dicitur, utputa, uictoria palma, tirrui Deus adbisteum, triumphus imperatoris, & alia, quæcunq; potuerint dare ij, qui in exercitu habent maximam potestatem. Et paulo pòst. Semiuocalia sunt, quæ per tubam, aut cornua, aut buccinam dantur: & ea quæ sequuntur: Itaq; meo iudicio, poëta hic signa appellat, quæ per ejusmodi gesin, pares aquilas nominat, ut poëtis mos est, per cognitionem synonymiam, eãdem rem uerbis aliquam, et expolitionem atque alijs explicare.

Quis furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri?
Gentibus inuisis Latium præbere cruorem?
Cumq; superba foret Babylon spoliãda tropheis
Ausonijs, umbraq; erraret Crassus multa,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos?
Heu quantum terræ potuit, pelagiq; parari
Hoc, quem ciuiles hauserunt sanguine dextræ.
Vnde uenit Titan, & nox ubi sydera condit,
Quaq; dies medius flagrantibus æstuat horis,
Et qua bruma rigens, ac nescia uere remitti,
Astringit Scythicum glaciali frigore Pontum.
Sub iuga iam Seres, iam Barbarus isset Araxes,
Et gens si qua iacet nascenti conscia Nilo.

In uetustiss. exempl. in membranis scriptis Heu quantum potuit ter.

Quis fu.] Per indignationẽ auertit exclamationem ad ciues iam fato defunctos, quos uesanus amor, ac libido imperandi ad bellũ ciuile acuit, quorum amplificat amentiã, cùm deplorat communem omnium calamitatem. Gentib. in.] hostibus P. R. & infestis imperio, qui armis Roman. subigendi essent. Ab indigno: & Latium: pro eo quod est. Romanum sanguinem. Babylon.] Parthiã indicat, in qua deletis copijs. R. unà cum Ducibus, signa militaria amiserant, quæ postea à Parthis deuictis, Cæsari, uel ut Sueto. Tyberio sub Augusto restituta fuêre.

Super Ba.] nobilis illa Babylon. Chaldaicarum gentium quondam caput fuit Babylon, quam summam celebritatem toto orbe terrarum obtinuisse aliquando testatur etiam Plin. Propter quam reliqua pars Mesopotamiæ, & Assyriæ Babylonia fuerit appellata. Tanta, idẽ prodit, eam amplitudinẽ fuisse, ut 60. M. past. muris cõplecteretur: altis CC. pedes: latis uerò 50. Interfluebat Euphrates, mirabili utroq; opere Pontes 5. stadiorum nobili materia iunctos: & 300. turres habuisse memorant. Idem author est. sua ætate durasse adhuc Beli templum, eumq; sideralis scientiæ authorem fuisse. Interea nonagesimum inde lapidem, Seleucia est, Nicanoris monumentum. Parthi ab ea iuxta tertium lapidem Ctesiphontem condidere. Itaq; per Babylonem, Parthos indicat, propter clarissimæ urbis propinquitatem. Cæterùm Suidas Babylonem initio Niniuen dictam fuisse tradit, ut à Nino primo Assyriorum rege conditam, ita & ab eodem nomen ei inditum fuisse. Hanc cùm postea Semiramis muro cinxisset, Babylonem, ueteri appellatione extincta, Suida eodem authore, appellauit: licet Iosephus & alij secus sentiant, Nino Assyriorum rege Beli filio, marito Semiramidi è rebus humanis sublato, quinto primus se Assyriorum imperatum. Plinius à diluuio, sub quo constat Abrahamum natum esse, ab ea Babylonem conditam, amplissimisq; opibus ornatam, munitamq; Tanta etiam dignitas, et potentia urbi accessit, ut postea Nino urbe afflicta regnum ad Persas fuerit trãslatum, quam posteris temporibus ad summum splendorem & opes proiectam, ubi libidine diffluere, & luxu perdi cœpit, à Cyro Persarum, inde Dario Persarum rege capta, deus sub eorum iuri missa: adeò de funditus delecta fuit, ut sub Honorio Imp. uix tredecim in loco deserto supereſſent, unde uestigia clarissimæ urbis apparerent. Mortuo Alexandro, cum eius duces regnum inter se partirentur, Philippo Macedonia, Ptolemæo Aegyptus, Asia Antigono cessisset, Seleucus, qui & Nicanor dictus fuit, Syriam, Babyloniam, reliquasq; Orientis partes occupauit. Hic ut Babylonem obscuraret, & eius potentiam frangeret, sui nominis urbem in proximo condidit, ut immortalitati simul nomen suum consecraret. Itaq; effecit, ut Seleucia Babylonem, & hominum frequentia uicerit, & Babylonis nomen in suam attraxerit. Quin & Nitocris reginæ quæ quinque ætatibus post Semiramidem in Assyria regnauit, memorabile opus hic referre libet. Sepulchrum sum hæc supra portam urbis extrazit in signi magnificentia, cùm huiusmodi inscriptione. QVI POST ME IN ASSYRIA REGNABVNT REGES, SI QVIS EORVM PECVNIA INDIGEAT, QVANTVM LIBVERIT, HVIC SVMITO. SIN AVTEM MINVS MINDIGENS RECLAVSERIT, HAVD EXPEDIET ILLI ID FACERE. Hic indignũ Mansit locus usque ad Darij tẽpora intactus. ducens

& ducent sub cadaueribus reges trãsire, (hoc prætextu aua ritiam suã celabat) & stulitè eos facere, qui ab auro ibi cõ ditio abstinerẽt, ad quod tollendũ ab his humaniter inuita buntur, qui posuissent, iussit demoliri sepulchrum. Ibi nihil quicquã auri, nihil argenti repertũ fuit, sed hæc solùm la pidi circa nuda ossa erant incisi. NISI PECVNIA INEXPLEBILIS ESSES, NVNQVAM MORTVORVM SEPVLCHRA APERVISSES. Semiramidis opus erat templũ, Belo statutũ, me dia urbe amplissimũ, prodigiosæ altitudinis, cuius fastigio postea Chaldæi ad explorãdos obseruãdosq; ortus, & occasus siderum usi, studiosè fuerunt. Præter alias urbes, quas ipsa inter Tigrim, & Euphratẽ condidit, etiã obelisco C. pedum, & L. in montibus Armeniæ excisum, & Babylonem rectum ipsa publice consecrauit. Quæ tam urbs ipsa, propter incredibilem magnificentiam, tum miranda id genus opera primum locum inter 7. mundi miracula facilè tenuit. Cætera huius reginæ o pera, quia nimis longum esset persequi, transeat stylus ad ea quæ sequuntur. Trophæis.] Victoriarum monumentis, & spolijs Italicis, Crasso ademptis. τροπαῖον. Trophæum termini suam aspiratam conuersa, propriè monumentum est hostium deuictorum. Consuetudo Græcis erat eo loco, in quo hostes uicissent, atque in futuram uictoriæ apud posteros, unde hostium exuuias suspendebant. Sic Nonius: spolia, inquit, hostium, stipitibus affixa, trophæa uocantur. τροπὴ, conuersio, fuga. Suidas τροπαῖα. νικητήρια. Hesychius, σύμβολα victoriæ. Ausonijs.] Romanis, & Italis. Ausonem Circes, & Vlyssis filium, authorem gentis Ausoniæ quidam fuisse memorant, cuius in tantum pauerint nuncupata. Sunt qui contendant, ab Ausone, multo illo antiquiore, filio Itali regis, Ausoniam nominatam, & Ausones, ipsos esse Auruncos, & medios inter Volscos, atque Campanos, ad mare uergentes, à quibus nacerit appellata. Crassus.] ille qui Parthico bello cæsus fuit. Cùm barbari de industria cessissent, ut minorem Crassum longius extractum cum suis à cætera multitudine excluderent, Crassus se uicisse ratus, fugientem hostem insecutus fuit, neque prius ab insequendo destitit, quàm se circumuentum undiq; multitudine hostium sentiret. Ibi magna ui sagittarum ipse, & Galli equites, & pedites obruti, cum in orbem se conglobassent, miserabilis decertatio orta est. Ademerat ipsis conspectum arena unguis equorum concurrentium in cœlum sublata, Gallis equitibus, alijs alio casu ibi confectis, Crassus & reliquæ, quas circa se habebat, copiæ, cùm in proximum tumulum se abripere conarentur, ubi omnia arcmit septa circumspexerunt, & horribilis passim cædes fieret, à quodam monitus fuit, ut Ichnas urbem P. R. sam acerba, nulla tam tristis, quæ me deterruerit: ut diceret, aut uidear prodidisse eos, qui meis auspicijs hic pugnarunt. Simul dimissis à se duobus Græcis, Hieronymo, & Nicomacho, qui acie excedere uoluerunt, ipse, multitudineribus acceptis ager, uni suorum latus percutiendum dedit. Cecidit hoc pacto Crassus filius. Centurio, & Mogabachus qui circa illum strenuè hactenus dimicarant, ne mortuo superesset, aut uiui in potestatem uenirent, sibi consciuerunt necem. Caput filij ab hostibus patri oblatum est. Crassus nihil animo consternatus, milites ad nouam pugnam hortatur, quorum multi hostium sagittis uulnerantur. Sub noctem prælium remittunt Parthi. Latebat interim Crassus, cepitq; consilium cum cæteris primoribus exercitus, ut uniuersus exercitus silentio noctis discederet. Nec fuit consilium clàm. Vbi ad saucios manauit, qui relinquebantur, omnia hi clamore, & eiulatu miscuêre. Ea nocte Carras uenit Crassus cum exercitu, & à Coponio præfecto in urbem acceptus fuit. Orta luce, quatuor millia sauciorum à Parthis obtruncantur. Crassus hostium aduentu nunciato, ubi omnia ad perniciem spectare aduertit, fido duce usus, per montana cum quingentis equitibus in Syriam iter auertit. Paulo antè lucem in pacatum euaserat, cùm quinque millibus militum, qui eius uestigia secuti fuerant. Crassus Andronici ambages secutus, cum quatuor cohortibus, & paucis equitibus, cùm mane hostes adesse sensisset, in proximum collem se abripuit: neque Surenæ barbaro, à quo spe pacis colloquium euocabatur, habebat fidem. Ibi per eum diem tumulis se tutabatur. Indignantibus militibus, quod Crassus data fide, non auderet in colloquium cum hoste uenire, quæsius fortunam præsentem, alta uoce testabatur se non tam Parthorum perfidia, quàm suorum pertinacia prodi tum iri. Vbi in subiectam planiciem descendit cum ijs, qui eum secuti fuerant, ab hostibus interfectus est. Caput dextraq; iacenti abscissa sunt. Atque ita periit Crassus, diuitiarum, quàm rei militaris gloria clarior, qui dicere solitus fuerat, neminem ciuium R. sibi diuitem uideri, qui priuatis opibus uon posset legionem alere. Hinc in affatim opulentum, hyperbolè prouerbialis celebratur, Crasso Crœsoq; ditior. Cœsi caput hosti ludibrio fuit, ut aurum liquefactum in os infunderent, ad explendam eius auaritiam, & sitim auri inexplebilem restinguendam. Erraret.] Ex Platonicorum mysterijs hoc sumunt poetæ, ut umbræ insepultorũ circa Stygiam paludẽ errare credantur centum annos. Maro lib. 6. Aeneid.

Centum errant annos, uolitantq; hæc littora circum,
Tum demum admissi stagna exoptata reuisunt.

Nam cum denarius numerus perfectus esse credatur, si decies sumatur nascitur inde centenarius. Hos annos uniuersos ipsi uocant, qui purgationi, & Vernaculandis animis dedicantur, quibus uitiorum sordes eluuntur, ut aliquando Elysij fœlicitate fruantur.

Vmbra inulta.] Crassi cædem inulta. Crassorum cædem Cæsar bello ciuili defunctus, ultus fuit. Satius, inquit, fuisset, ut Pompeius cædem affinis seu ultus fuisset, quàm armis ciuilibus decertasset. Dixit enim post mortem Iuliæ, Corneliam L. Scipionis filiam, uxorem antea Iunioris Crassi. Nullos habitura triumph.] Nam de bellis ciuilibus non licebat triumphare, ut suo loco demonstrabitur ex Valerio Maximo.

Heu quantum terræ potuit.] Exclamatione Pathetica hyperbolice ostendit, ijs copijs multa regna debellari potuisse. Partitur orbem terrarum in quatuor mundi plagas. Vnde uen.] Ad ortum Solis, & eiusdem occasum: & à Meridie usque ad orbem Septentrionalem. Titan & nox ubi.] Sol oritur. Pausanias tradit, Titanem creditum Solis fratrem, ac regionem habitasse ad Asopum, ut affirmant indigenæ, eamq; Titanen dictam fuisse. Sed meo iudicio, inquit, Titan uir fuit sa-

gax, & temporum anni obseruator diligens, quando Sol rerum semina auget, & arborum percoquat fructus. atque ob id Solis frater fuit habitus. Atque huic creditur Maro lib. sexto Aeneid. Titania astra dixisse. τιτᾶνες, κατα χθόνιοι δαίμονες, id est, Dij apud inferos. Vnde τιτανώδες βλέπειν. pro terribile tueri, Et Titanicum semen. Quidam sic Titanis genealogiam deducũt. Saturnum, & Titanem Vestæ filios fuisse. Hic cùm maior natu esset, & ipse regnare uellet, Vesta mater, Ceres, & Ops sorores suadserunt Saturno, ne fratri regno cederet, quod facie deformior esset. Quo accepto Titan, sua sponte regno cessit, id tamen à fratre pactus, ut omnem masculam prolem, si quam haberet, interimeret, quo fratre mortuo, regnum ad suos liberos deuolueretur. Sed omissa fabula ad rem Nox ubi fidera con.] hoc est, ad Occasum quo reuolutione machinæ mundi, stellæ, sidera, & Planetæ rapiũtur. Quaque dies medius.] periphrasis meridiei, ubi Sol ardet uehementius, ubi zona torrida est sub qua, terra aut inhabitabilis est, aut homines nudi in specubus subterraneis habitant. Bruma rigens.] Ad Septentrionem, ubi regiones sunt, ob inclementiã frigoris, item inhabitabiles, & à rerum natura damnatæ.

Scythicam Pon.] Scythæ Ponto conterminæ sunt, & Scythia alicubi inhabitabilis est. Plin. lib. 6. cap. 17. Nũc Euxinum, Tanaim, & Paludem Meotim dicit. Scythia Europæa, Asiæ in nostrum mare, & Tanaim uergẽtis finis est. Per Tanaim, in Mæotida redeuntibus, ad dexteram Europa est. Rursum in sinistrum latus remeantibus Riphæis montibus proxima. Hanc regionem tradunt ditis admodum soli esse, sed inhabitabilem propter Grypho rum ferum genus auri è terra egesti mire amantiũ, quod diligenter, & custodiunt & attingentes infestant. Primi mortalium Scythæ esse uolunt, inter quos, Arimaspis, singuli oculi esse dicuntur. Post hos Essedones, usq; ad Meotim excurrunt. Ibi Bugem lacum Agathyrsi, & Sauromathæ cingunt, quorum quia plaustra sedes sunt ἁμαξόβιοι, à Græcis appellantur. Ponto ac Meotidi includitur Bosphorus. Super Bosphori oppida sinus portuosus oritur, κακὸς λιμήν, dictus inclusus duobus promontorijs, ἠιοῦ μετώπῳ, & Parthemo. Inter Scythiæ amnes, amœnissimus est, Borysthenes, & liquidus, cùm alij turbidi fluant, ille etiam cæteris placidior est. Alit optimi saporis magnos pisces, quibus nulla sunt ossa. Vt cultus Scythicarum gentium, ita & ingenia uaria sunt, & mores. Essedones læti funera parentum uictimis celebrant. Eorum corpora laniant, & laniata cæsis pecorum uisceribus immiscent, atque ita consumunt. Capita uerò pulchrè expolita auro argentoq; includunt, & ijs poculorum loco utuntur. Atque ista pro extremis pietatis officijs in parentes ducunt. Agathyrsi uerò, ora nuda pingunt, plus minus pro ratione imaginum, & splendoris. Hinc præstantissimus poëtarum eos pictos Agathyrsos uocat, libro Aeneid. Quarto. In uniuersum, Sarmatæ aurum, & argentum ignorant. Iam ob perpetuam hyemem, specut, & subterranea incolunt, toti braccati, ea solùm parte excepta, qua uident. Moribus immanibus infames sunt, qui aduenas pro uictimis mactare solent. Hîc Nomadum uagum genus pecorum pabula sequitur, insciũm furti in uniuersum: ob id nihil rerum suarum custodiunt, neque attingunt aliena. Bella amant, & cædes, cruorem bibunt illius, quem primùm interemerunt. Maximum inter Scythas opprobrium est, cædis expertem esse. Vt parentum, ita inimicorum capita inpocula cõcinnant. Essedones. Quin & Anthropophagi sunt, quibus mos est epulas ex humanis uisceribus instruere, Gelomi hostium cutibus, & se, & equos uestiunt. Omnes Scythæ Martem colunt maximè, cui hostiarum loco homines cædunt. Scythis pleriq; omnia inter se communia sunt, præter ensem, & cyathũ. Iracundum hominũ genus, unde etiam nomen inuenerunt, ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Adeò irasci. Ediderunt tamen clarissimos philosophos, Anacharsidem, & Abarim, qui Scythicæ gentis integritatem sua doctrina, & moribus satis coarguerunt. Frequens Scythis uinolentia. Vnde Scythisare, pro inebriari usurpatur. Quidam putant eos ob id uinolentos esse, quod robusti sint, & calidi, nec minus sieci. Huius mores, & sua dicta aliquot paræmijs locum fecerunt. σκυθίζειν, & σκυθικὸν ὄνον. Scytha ansans asinum, in tũ, qui uerbis auersatur, quod ex animo cupit. Scytharum oratio, de dira, inhumana, & barbara. In summa, quicquid barbarum, sæuumq; intelligi uolumus, id Scythicum appellamus, ab insita eius gentis feritate. Scytharum solitudo, de summis calamitatibus, uel de magna solitudine, quod Scythæ, ut dictum est, nullis certis sedibus hæreant, sed plaustris uagentur, unde Hamaxobitis etiam nomen fecit. Cic. Tusc. Quæst. lib. 5. Mihi amictiũ est, inquit, Scythicum tegmen, calciamentum solorum callum, cibus terra, pulpamentũ fames, lacte, caseo, carne usjor. Vere sunt Anacharsidis Scythæ, uiri non eruditione solùm, sed continentia singulari. Seres.] Scythiæ populi extra Imaum in ortum uersantes. Est autem Imaus mons ramentum Caucasi montis, quem accolæ Graucasum nocant, hoc est, è niue cãdidum. Seres riganturmaximis amnibus, ex Hæmodis montibus, sed interius exortis. Harum syluæ lanam edunt, quam aqua perfusam ex arborum frondibus depectant, & colligunt. Vnde sericam uestem à Scribus ueteres appellauere. Nec ulla alia usjmè ta pluris pretij censentur, quàm quæ huius lanæ filis texta sunt. Dubitant authores, cœli'ne, & loci ingenio lanam illam à Scribus profectam arbores sua spõte gignant, an animalcula sint, quæ lanuginem illam aranearum more texant. Iulius Pollux lib. Onomastican 7. capite, de Mantelli, author est, gigni à uermiculo qui σὴρ dicitur. Mantelli certè, non uermium, sed arborum fœtum uocat. Cæterùm hæ gentes solæ hominum aduenarum cõsuetudinem fugiunt: sua tantum uendunt: nõ mercãtur peregrinæ: ne linguæ quidẽ cũ aduenis ẽmercium sed pretia rerum oculis æstimant solum. Hoc naturæ in primis commendatur, quod frugales sint, & uernaculis contenti uiuant. Soli Scytharum armorum usum ignorant. Nemo opibus eorum modicis inuidet. Terra sic satis fertilis in caussa est, cur soli uiuere, & suis suaueter fruĩ uelint. Araxes.] Armeniæ. Araxes Armeniæ maioris amnis est longè celeberrimus, ab Araxo Pyrrheli. Labitur per Ararat regionem campestrem Armeniæ ad radices montis Tauri, mirandæ uberiatis. Hanc planiciem Strabo ab Araxe Araxaam planiciem nominat. In his Tauri altissimis iugis arcam Noë hæsisse tradunt. Iam quemadmodum Euphrates omnium amnium rapidissimus est, post quem Tigris uelocitate, ita Araxis fertilitate, & Cyrus magnitudine commendatur. Abundmons sex mill. passuum interuallo Euphraten, & Araxẽ fundit: hunc in ortum, illum in occasum latè decurrentem. Itaq; per Araxem, Armenios indicat sub imperatem. Itaq; per Araxem, Armenios indicat sub imperatorem

regi potuisse. Egens si qua.] *Vbi Nilus amniũ cla rissimus in inferiore Africæ recessu oritur. Vbi uerò na scitur Græci Latiníq; scriptores credunt ignorari. Hero dotus scribit, neminem uel Aegyptiorũ, uel Afrorum à se ad id temporis usq; repertum, qui id sciret. In urbe Sai sa ræ Mineruæ pecuniæ sunt, earum scribam audiuisse se, eum eadem sciscitaretur, qui mõtes duos esse aiebat, inter Syenen & Elephantinam urbes, quorum unus Cophi, al ter Mophi diceretur. Inter eos, fonteis prodigiosæ alti tudinis scaturire, atq; inde duo diuersa flumina spargi, u num in Septentrionem, qui Nilus: alterũ, Aethiopiã pete rent, uersus meridiẽ. Psammeticũ antiquissimũ Aegyptio rum regem fimbus aliquot milliũ pass. cõuexis, abyssũ fon tium pertentasse: sed ad imũ uadum peruenire non potu isse. Hãc narrationẽ, ut merè fabulosam risit Herodotus. Credebat Nilũ quidem ex Africa fluere, sed ab ea diui di mediam pari ratione, qua Europa à Danubio secatur: Plinius ex inferioris Mauritaniæ mõtibus, haud procul ab Oceano è stagnante lacu Alide rebullire arbitratur, Iubã q; hanc narrationẽ, ut merè fabulosam risit Herodotus. Credebat Nilũ quidem ex Africa fluere, sed ab ea diui di mediam pari ratione, qua Europa à Danubio secatur: Plinius ex inferioris Mauritaniæ mõtibus, haud procul ab Oceano è stagnante lacu Alide rebullire arbitratur, Iubã q; sequutus. Addit argumentum, quod rei fidem facit, ibi Si luros reperiri. Præterea obseruatum in Mauritania, quo tiens multum imbris, atq; niuis Nilũ onerat, eum tum cre scere: inde per fabulosa cursum uertere, & dierũ aliquot ritimere sub terra cõdi. Mox ingenti lacu in Masilũm gen te erumpere: eundemq; Silurum piscem id testari, ac sta tim rursum arenis condi, 20. dierum solitudine: uerum iam circa Aethiopiam iterum è fonte exilire, & ibi Afri cam ab Aethiopia diuidere. Inde ferarum ferax esse inci pit, medios ibi Aethiopas secat cognomẽto Astapu: quod quidem perinde sonat, ac si dicas è tenebris scatent. Insu lis passim suis diuortijs efficit: interq; eas, Meroën: atque inde omnibus aquis in unum receptis, Nilus incipit appel lari. Cyrisanthes aliquot passuum mill. ab incolis. Insu lis inde crebris illius in angustias montium labitur: unde uiolento impetu in eam Aethiopum regionem, quæ Cata dupi uocantur, erumpit. Hîc inter occurrẽtes scopulos im pactus, uix uerius, quàm fluit. Inde paulatim factus agmi ne suo lenior, 7. ostijs ad postremum in Aegyptium ma re infunditur: Canopico, Bolbitino, Sebennitico, Phatni tico, Mendesico, Tanitico, & Pelusiaco. Herodotus, pro Phatnitico, & Taniitico, Bucolicum, & Saiticum ponit. Statis diebus singulorum annorum magno incremẽto au ctus, omnem Aegyptum rigat, & longè, lateq; spatiatur, eamq; facundat. Causas huius incrementi sunt qui red dere conentur. Etesiæ uehementius è Septentrione flan tes pelagi fluctus in aduersa ostia impellunt: unde cre dunt eam restagnationem sequi. Sunt rursum, qui imbri bus attribuant, qui in Aethiopia circa solstitium cadunt: esse. Etesijs imbres in meridiem pellentibus. Nõ desunt, qui liquefactis montium niuibus in Aethiopiæ recessu id tribuant, unde Nilus suam originem ducere existimatur. Timæus in emersu sideris perpendiculariter illi incumben tis, humorem suspendi putat, ut radijs solares auidius ali menta arripiant in regione siticulosa: atq; ad eum mo dum, amnem proxima quæq; suo excursu inundare. Vt ut est, satis constat, Sole Canerum ingresso, Solstitio æsti uo, prima incrementa Nilum sentire atq; inde in Leone copiosius augeri: in Virgine, statim in alueos suos recur rere, & residere: & in totum, in Libra, intra ripas suas re uocari, centesimo die, ab eo, quo auctus sentiri cœpit. Iustum incrementum, cubitorum 16. Minores amnes non rigant omnia: maiores lentius recedendo acco larum: sarciunt incommoda. In 12. cubitis, Aegyptus fame laborat: in 13. non esurit, in 14. hilaritatem adfert, in 15. securitatem. Et quæ optima est inun datio. 16. delicias. Sunt authores, qui scribunt Ni lum primum Melanen dictum fuisse: atque inde nomi ne mutato, Aegyptum, ab Aegypto rege, in eo, submer so: & ad ultimum, Nilum. Libet hîc Senecæ uerbá de Nilo ex quarto libro Natur. Quæstionum adscribẽ re. Quantum, inquit, crescit Nilus, tantum spei in an num est, nec computatio fallit agricolam, adeò ad men suram fluminis respondet, quàm fertilitatem facit Nilus. Is arenoso, & sitienti solo, tum aquam inducit, tum ter ram: Nam cùm turbulentus fluat, omnem in siccis, & hiantibus locis fecem relinquit & quicquid pingue se cum tulit, arentibus locis illinit. Iuuatq; agros duabus ex causis, & quod inundat, & quod oblinit, ita quic quid non adijt sterile, & squalidum iacet. Si creuit sũ per debitum, uocant. Mira itaque natura fluminis, quod cùm cæteri amnes abluant terras, & euiscerãt, Nilus tan to cæteris maior, adeò nihil lædit, nec abradit, ut contrà adijciat uires, nimiumq; in eo sit, quod solùm tem peret. Illato enim limo, arenas saturat, & iungit. Debet illi Aegyptus, non tantum terrarum fertilita tem, sed ipsas. Illa facies pulcherrima est, cùm iam se in agris ingessit, latent campi: opertæq; sunt ui lles, oppida insularum modo extant, nullum in me diterraneis, nisi per nauigia commertium. Maior est læ titia gentibus, cùm cultus terrarum suarum uideant: Hactenus Senecæ uerba retulimus. Simili incremento Euphraten, & Tigrim agros rigare annuo reditu, Strabo, Plinius, Solinus, & Ammianus produnt. Ni lo gignitur ex ouo Crocodilus, fœuum animal quadru pes, 18. cubitorum. Nili igitur accolas ultimos Aethio pum, & si qui remotiores sunt, ad inferioris Mauritaniæ montem, ubi amnis ille oritur, horum armis debellari potuisse, inquit.*

Tum si tantus.] *His quatuor mundi cardinibus sub impe rium attractis, tum concurrite ad arma ci uilia, si omnino ciuile bellum placet, quan do minima uel iactu ra, uel periculo Impe rij ad satietatem lice bit dimicare.*

Tum, si tantus amor belli tibi Roma *a* nefandi,
Totum sub Latias leges cùm miseris orbem,
In te uerte manus, nondum tibi defuit hostis.
b At nunc semirutis pendent quod inania tectis
Vrbibus Italiæ, lapsisq; ingentia e muris
Saxa iacent, nullo q; domus custode *d* tenetur:
Rarus, & antiquis habitator in urbibus errat,
Horrida quod dumis, multosq; inarata per annos
Hesperia est, desuntq; manus poscẽtibus *e* aruis,
Non tu Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus author
Pœnus erit, nulli penitus discindere ferro
Contigit, alta sedent ciuilis uulnera dextræ.

Nefandi.] *Rectè nefandi: hoc est, ciuis lis, quod summè nefa rium est, cum cætera bella iurè sumpta, licei ta sint. At nunc.] Mitellus putat rectiùs hoc loco, Omnibo num exponere uideri: qui, Sed nunc, inquit, si quis quæsierit quã obrẽ multa Italiæ op pida euersa sunt, aut*

a al. belli Rõmane nef.
b al. Sed nũc:
c al. mœnia:
d Vetus exẽplar tenẽtur: habet.
e Vetus exẽ agris.

deserta,non inueniet,id ab externis hostibus euenisse,neque hanc cladem aliunde accesisse,sed Rom. ipsos bellorum ciuilium caussam extitisse. Videlicet,inquit Mycillus,ut de ijs ruinis,& cladibus hîc locus accipiatur, quæ bello ciuili præsenti,hoc est,Pompeij,& Cæsaris,& mox, Augusti sunt acceptæ. Ex sua enim persona,& de suorum temporum statu,ac specie poëta loquitur: idq; etiã ex sequentibus colligitur. Hæc Micyllus, A' de formiditate, neglecta & uastitate Italiæ,per bellũ ciuile,pathos. Quæ omnia non hostibus,sed domesticis armis ferenda acceptæ sunt. Horrida] Quod arua iacerent inculta, & neglecta,quodq; agris tota Italia relictis, fuga colonorũ fiat,uos ciues in caussa estis, non Pyrrhus Epirota, non Annibal Pœnus. Hesperia.] Italia,antonomasia. Italia Hesperia dicta fuit,ab Hespero, fratre Itali Alantis, qui eũ bello adortus,tota ea regione exuere conabatur. Iano enim adhuc puero,& ad regni munera immaturo, Hesperus Hetruriam,ut tutor gubernabat. Italus à Iano, & Hetruscis dimicare prohibitus, Auentinum occupauit, ad cuius radicem illorum ope,& studio Capenã cõdidit, eamq; circa regionem Italiam de se Iani permissu, nũcupauit. Porrò Hespero breui è rebus humanis sublato,Ianum,& Hetruscos in tutelã suscepit,& omnem circa Tyberim regionem,omnibus alijs nominibus ultro,citroq; extinctus, Italiam dixit, paulatim inde nomẽ Italiæ ab Alpium radicibus,usq; ad fretum Siculum propagatum est, ut tradit Fab. Pictor. Et Cato author est, Italiã à Dijs, & Ducibus uaria nomina sortitam: Ianiculam, à Iano: quem quidã Oenotrium fuisse contendũt,quod far,& uinum muenerit: Cameſenam,à Cameſe: Saturniam,à Saturno: Salembronam, à gentilibus. Saturniæ nomen tot fermè annos durauit, quot antea ætas, usque ad Apim Deorum Italicorum ultimum,à quo Apæninus suum traxit nomen. Qum & Italia fuit aliquando Apœnima dicta, quàm Antiochus Syracusanus Taurinam interpretatur. Ab hoc Hespero fratre Atlantis Itali, eius filius filiæ Hesperidis dictæ fuerunt, Aegle, Arethusa,& Hespertusa, quibus aiunt hortos pomiferis arboribus consitos fuisse, quos peruigil draco custodiebat,ab Hercule postea occisus. Fabulam interpretatur Plinius libro quinto capite 1. Luci sacri, ubi Hesperidum horti memorantur,meminit lib. eodem cap. 5. Sunt & insulæ Hesperides: & promontorium Hesperij,sicut & Hesperonceras. Non tu Pyrrhe] Per auersionem negat Pyrrhum Epirotarum regem tantorũ malorum, calamitum,& uastitatis authorem fuisse,quod nũc uidemur mihi deformata sensuris tectis. Ostendit nulli externorum hostium cõsigisse penitus imperium ferro dissidere. Pyrrhus hîc Epirota,à magno Achille genus ducit,& à Tarentinorum multitudine, qui R. arma in se concitarant, cùm suis uiribus diffiderent, frustra maioribus nactus reclamantibus, accersitus, cum numeroso exercitu in Macedonia, Epiro, & Thessalia conscripto in Italiam uenit. Præmisso Cynea Tarentum cum tribus millibus peditum,paulò pòst,& ipse in Italiam traiecit, cum tribus millibus equitum,& 20 millibus pedum, funditoribus, & sagittarijs quingẽtis,& elephantis 20. uel ut Trogus, quinquaginta à Ptolemeo in biennij usum missis, fide magni Alexandri creditus æmulus fuit,& in Italiam transse,magis eius occupandæ studio,quàm auxilij ferendi Tarentinis. Vbi Tarenti accepit, Valẽ. Leuinũ Cõs. populari Lucaniam,ad Siris fluuium ei occurrit. Pugnatũ hîc acriter est,& minimum abfuit,quin hic periret. Hasta dejectus equo confossus, celeri suorum occursu recurrum alium conscendit. Vicit hoc prælio Pyrrhus, cæsis 16. M. Rom uel,ut alij 7. M. Mittitur à Senatu Fabricius ad redimendos captiuos, ad regem. Idem tentatur multo auro à Pyrrho. Bis sub hæc ancipiti prælio pugnatum fuit,nocte dirimenti pugnam ad Asculum. Accersitur interhæc à Syracusanis in Siciliam, ubi feliciter adhuc Carthaginenses pugnauit,& eorum res grauiter afflictas Regio à Romanis occupato,per literas à Tarentinis, & Samnitibus in Italiam reuocatur. Ibi Pyrrhus à Curio Dentato superatus fugit ex Italia, amissis in pugna 22. M. anno sexto, ex quo in Italiam uenerat. Caetera Pyrrhi gesta hîc persequi,non operæ, nec huius instituti est: tum autem,ne prolixitas lectorẽ delicatoris palati offendat Pœnus.] Annibal, aut Carthaginensis populus. Constat tribus bellis Pun. Rom. ad arma prouocatos fuisse Primo. Pœni ad Aegates insulas à Q. Lutatio uicti,ueteres Populo Rom. facti fuere. Secũdo,quod longè maximum fuit, cum totius Italiæ uastitate, cum Annibale,rursum à Scipione ad postremum eos uictos, Tertio Carthaginem à Scipione Aemiliano deletam, & funditus excisam. Hinc propter genus perfidum, Punica fides in prouerbium abijt. Et Punica,inquit Liuius,religione seruata est fides. Alta sed.] prorsus grauis est,sed multo altiora uulneratio ciuilis belli extant quàm ab externis illis acceptum fuit,ut sit enallage gradus positiui,pro comparatiuo.

Quod si.] *Assentatur Neroni qui meritò propter suam crudelitatem,& tyrannidem omnibus erat formidabilis. Admiscet tectè ironiam. Vt dij superi nõ potuêre summo Ioui parêre,ut minus ei oppederent,nisi territi exemplo Gigantum fuissent, qui superati bello regnum ei stabiliuerunt, ita Roma non potuit ferui seruire Neroni,ut præsenti nummi,nisi bello Gigantum,hoc est,Cæsaris, & Pompeij,imperium ei quæsitum fuisset. Si ita fuit in fatis, frustra quærimur. Et*

Quod si non aliam uenturo fata Neroni
Inuenere uiam,magnoq; æterna parantur
Regna Deis,cœlumq; suo seruire Tonanti
Nonnisi sæuorum potuit post bella Gigantum,
Iam nihil ô superi querimur,scelera ista,nefasq;
Hac mercede placent: diros Pharsalia campos
Impleat,& Pœni saturentur sanguine manes,
Vltima funesta concurrant prælia Munda,
His Cæsar Perusina fames. Mutinæq; labores
Accedant fatis,& quas premit aspera classes
Leucas,& ardenti seruilia bella sub Aetna.

nem. Aperta, ad principem assentatione, in qua est suspicio aliqua ironiæ, approbat cladem belli ciuilis, quasi ex qua magnum præmium, & solemne sit exortum, uidelicet Neronis fœlix imperium, eaq; ad id cum dicit, Neronem ad imperium uentura non fuisse, nisi illi de monarchia certassent, atroci uerbo utitur, seruire, quo nullum inuidiosius apud Popul. Roman. fuit, ut & regis uocabulo barbaris aliquo pleniabili. Sulpitius ita digerit constructionem.

aditus non patuisset, nisi prius tanta cæde respubl. fuisset oppressa, & à Cæsaribus occupata. Argumentatúr à Iouis exemplo, Pharsalia campos.] de Pharsalia mitio dictum, est Impleat Pharsalia suos campos cadueribus & sanguine Romanorum. Phœni ma.] Vmbræ Carthaginensium, qui diuersis Punicis bellis cæsi fuerunt, quasi sensus aliquis cladis tantæ ciuiũ R. ad ipsos peruenire potuisset. Mycillus, hoc est, inquit, umbræ Carthaginensium, qui bellis Punicis interiêre à Ro. occisi, ut recitè hoc loco Omnibonus. Neq; enim de præsenti bello, aut eius temporis Carthaginensibus, qui tum propè nulli erant, sed de præteritis intelligit poëta, quorũ alij in ipsa Africa, à Ro. occisi fuerunt. Quasi dicat se de nobis Carthaginenses, à maiortbus nostris continuit ferè bellis tribus occisi. Hactenus Mycillus, qui meliùs, quam Sulpitius, qui dicit alludsum ad bellũ postrà gestũ in Africa, inter Curionem, Varũ, & Iubam: & rursus contra Pharsalias reliquias, quæ se eò receperant, Catone, Scipione, & Cn. Pompeij filio, qui ad Iubã confugerant, Ducibus, & ea quæ sequũtur. Munda.] Vrbs Hispaniæ, in parte Bœticæ, quem locum Pompeij filij suæ cladi illustrarunt: ibi ingenti prælio ad postremum à Cæsare Dictatore superati fuêre. Iunioris caput ad Cæsarem delatum fuit. Strabo lib. 2. μοιῶλα, ἔνθα οἱ πομπηίου ἀδελφοὶ ναυμαχήσαντες. id est, Munda, ubi Pompeij liberi bello decerta fuêre. Hinc Mundam funestam uocat, ut quæ cæde filij funestata fuerit. Postea ex Cæsare fluxisse dicenda cogitasse, cũ neq; minis, neq; precibus posset militem ad pugnã compelli se de laude, & gloria semper aliàs, ad Mundam de uita dimicasse. Et nemo Pompeianorum ex ultimo prælio euasisset, nisi Munda, in cuius conspectu fuit dimicatum, fugientibus præsidio fuisset & profugio. Cæsar ibi fuerunt Pompeianorum 30. M. & in his Actius Varrus & alter Labienus. Ex Cæsarianis circiter mille. Septendecim duces capti. Perusina f.] Perusia urbs Thusciæ est; quam penuria annonæ, quod ibi L. Antonius esset, quem bello persequebatur Augustus, & ad deditionem compulit. Perusia dedita, ipsi, & omnibus eius militibus ignouit, & urbem diruit.

Mutinæq; lab.] In uia flaminia est Mutina, ad quam Antonius Brutum obsedit, fossa, & uallo cincta urbe, quamobrem Antonius fuisset continuo hostis iudicatus, M. Tullio acerrimis actionibus id faciente, nisi Lucius Piso incuria, in foro Saluius Trib. Pl. Ciceronis conatibus obstitisset. Factum tamen fuit Se. Con. ut Hircius, & Pansa noui Cons. exercitum aduersus Antoniũ compararent. Simul ut Octauius suas copias sub Cons. duceret, quidem Proprætoris nomine. Habebat duas legiones, quæ ab Antonio defecerant. Laudatus hic fuit D. Brutus, quòd Antonium Galliæ cardinibus excludere conatus fuisset. Piso tantum interim ob. muit, ut per oratorem Galliæ finibus excedere iuberetur. Et quia dicto non paruit, hostis iudicatus fuit ipse, & Dolabella, propter atrocem C. Trebonij in Asia cædem. D. Brutus interea longa obsidione pressus Mutinæ, omnium rerum inopia laborauit, ad quem obsidione leuandum, Hircius celeriter dimissus unà cum Octauio, Pansa & ipse alter Consule, tota Italia habito delectu eò occurrit. Cicero interea omnia impotenter Romæ administrabat, Antonij amicos grauiter diuexans. P. Ventidius Antonij amicus (militauerat enim is sub Cæsare) raptim duabus legionibus contractis, cum Ro. contendere nunciatus esset, fugit Cicero. Quo cognito ad Antonium diuertit, à cuius congressu, ab Octauio, & Hircio exclusus, in Picenum auertit iter. Pugnatum interim est atrociter inter Martiales Antonij, & Pansæ milites ad Mutinam. Ad postremum cæsis prætorijs Octaui cohortibus, Martiales Carsuleij Antonium loco submouêre. Et Pansæ Martiales strenuè pugnabant, cùm Consul per ilia sagitta traiectus pugna excederet. Octo millia fermè pass. à Mutina dimicabatur. Hircius audito prælio inter collegam, & Antonium, pleno cursu in hostem rapiebatur. Ibi Antonij milites diutino prælio defatigati, à recentibus Hircij facilè sternuntur. Sic Hircius Antonio victoriam extorsit. Dimidium militum ex utraque parte fermè periit. Erat Antonio in animo deinde in uniuersum prælio abstinere, quo Brutum fame ad deditionem compelleret. Hircius & Octauius, cum uiderent Antonium in pugnam elici non posse, diuersa parte in urbem conantur irrumpere. Tum Antonius ueritus, ne si ad Brutum perrumperent, victoria è manibus extorqueretur, omnem equitatum, & duas legiones his obiecit. Compellitur rursum in castra, cum militum cæde Antonius. Hic Hircius, dum hostium uallum obequitat, sagitta traiectus cecidit. Creditũ fuit, eum Octauij opera interfectum. Similis suspicio fuit de Pansa, qui paucis diebus uita decessit Antonius duplici clade ad hunc modum affectus, soluta obsidione cum omnibus copijs ad Alpes se proripuit. Sed Octauius ad istum modum D. Brutum obsidione liberatum, non tulit secum congredi, apertè testatus se uenisse, ut Mutinam, non patris percussorem seruaret. Atq; hij sunt labores Mutinenses, quorum Lucanus hoc loco meminit. Leucas aspera.] Contra Ambraciam est insula Leucadia, & uicum Hadriatico mari Corcyra. In Ambracio uerò sinu, est Leucas oppidum, & Actium, circa huius promontorium, Octauius Antonium, & Cleopatram nauali certamine uicit. Leucas promontorium item est, dorso cãdido, in mare excurrens, λευκὸν, candidum album. Verum oppidum Leucas maritimum, longè celeberrimũ est totius Acarnaniæ, scilicet insulæ in conspectu iacenti, ad 25. stadia nomen Leucadiæ uel (ut quibusdam placet) Leucadi. Hodie Leucadi, Sancta Maura nomen est. A Leucade in occasum 75. stadia depressus Actium est, inter quod, & insulam Leucadiam, fœliciter nauali prælio (ut dixi) conflixit Octauius cum Antonio, & Cleopatra. Strabo Leucadem Chersonesum non negat quidem olim fuisse, sed addit à Corinthijs continenti auulsam. Oppida habet tria, Leucadem Neritum olim dictam, Crocyleia & Aegilipen. Actium situm est in faucibus sinus Ambracij longè celeberrimi inter omnes Europæos sinus. Promontorium excelsum, cum eiusdem nominis urbe, non solum Apollinis templo decantata, sed Augusti etiam uictorijs celebri, & triumpho. Huc etiam ob eandem uictoriam, colonã deduxit. Haud procul ab Actio, idem urbem Nicopolim condidit liberam, de nomine uictoriæ suæ appellatam. Ludos ibi instituit ἀκτιακὰ ἱερὰ, hoc est, quinquennales. Amplianit & Apollinis Actij fanum, quod huc nauigantibus procul è fluctu apparuisset. Locum item, in quo castrametatus fuerat, Marti, & Neptuno dedicauit. Ibi promontorium est Leucates, deinde finis, & Leucadia in ipsa peninsula. Asperã itaq; diserte Leucadem, id est, petricosam, & saxosam uocat.

Seruilia bella.] pro, bellũ seruile, non illud, quod à fugitiuis, duce Spartaco Capuæ multo antè concitatũ fuit, de quo suo dicetur loco, uerũ hic loquitur poëta de nauali pugna in freto Siculo, inter Octauium, & Sex. Pompeium à quorum posteriori, serui præmio libertatis ad bellum conscripti fuerunt. Sextus prælio uictus in mari Siculo ab Octauio fuit. Itaq; distinctè addit, sub Aetna: hoc est, circa Siciliam. Erant eo certamine nauali Pompeio 165. naues. Victus itaq; deserta Sicilia, in Asiam fugit, ad quam occupandam animum adiecit, missis in Thraciam, Armeniam nuncijs, ac postremò ad Parthos, Post multos etiam eius conatus contra Antonium, Mileti interfectus fuit, quum iam natus esset annos quadraginta. Dubitant authores, Antoniúsne id iusserit, per iram, & odium quod Phurnio, & Amynthæ potius quàm sibi se credere maluisset. Fuerunt, qui Antonio inscio, id Plancum Syriæ præfectum mandasse existiment. Sub Aetna.] Loco igitur hoc bellum distinguit à Spartano bello, quod Capuæ in ergastulis Lentuli Batriati cœpit, & inde per Italiam grassatum fuit. Polybius testatur Aetnam in Sicilia omnium montium esse altissimum, cuius uertex flammarum globos eiaculatur, & quidem (quod maximè mirum est) nunquam deficiente materia, quæ tot sæculis incendio sufficerit. Ora alioqui ipsius crateris niualis est hybernis mẽsib. quibus cinis egestus, & pruinis obtegitur. Loci ipsius facies prodigiosè uariatur, igne modo in unũ collabente, modo flamma prorupto, scisseq; uertice in cacumina emicante. Igniti nonnunquam fluunt riui, nunc flammæ fumo, & caligine obductæ, interdum ardentes emittuntur lapides. Fuerunt, qui ad explorãdum miraculum summum iugum conscenderint, qui aream summã patentẽ ambitu XX. stad. se uidisse testati sunt, inclusam supercilio cineroso in muri speciem. In media planicie nebulosum apparere tumulum. Neq; defuêre, qui labrum crateris trãsgressi, per ipsam areã paululũ processerint, sed alioris cineris calore, retro pedes flectere fuerint coacti. Perijt hic Empedocles excitus studio explorandi miraculi, altero calceorum ferreorum, quos in hunc usum sibi parauerat, haud procul à crateris supercilio reperto. Tota hæc regio à Cumis Italiæ, usque ad Siciliam ignita est, & mari cõfinis. Pintharus uerus author est: habetq; sub terra, & mari cauitates quasdam inuicem contingentes. Quamobrem eiusdem naturæ est, cum insulis Liparorum: tum autem & ea loca, quæ proxima sunt Dicæarchiæ, ac Neapoli. Chræstomathiæ author, naturæ huius mõtis graues causas adducit, quas qui uolet cognoscere, legat nostros commentarios in Aeneida Vergilianum. Itaq; sub Aetna materi Sicelo. Nam totum Sicilia littus inter Tyndaridem, & Mylas Pompeianis armis tenebatur. Cæsar.] Auertit orationem ad Cæsarem Neronem.

a al. debes.

Multum Ro. ta.] Enumeratæ cladium, & calamitatum urbis per bella ciuilia congeriei. per correctionẽ aliquã fœlicitatis partem uicissim opponit, idq; in gratiam Neronis, hominis sceleratissimi, à quo malæ gratiæ postea fuerunt habitæ Lucano. Huic turpiter assentatur, haud quaquam facturus, si fatũ suum præsciuisset. Tribuit enim illi honores plusquam diuinos, qui alioqui hominis appellatione prorsus nõ erat dignus. Auertit totum narrationis filum ad Neronẽ Imperij Ro. propudiũ, & perniciem ultimum è familia Cæsarũ.

Multum Roma tamen a debet ciuilibus armis,
Quod tibi res acta est, te (quum statione peracta
Astra petes serus) prælati regia cœli
Excipiet gaudente Polo, seu sceptra tenere,
Seu te flammiferos Phœbi b transcendere currus,
Teliurem q; nihil mutato sole timentem,
Igne uago lustrare c iuuet, tibi minime ab omni
Cedetur, d iuriq; tuo natura relinquet,
Quis Deus esse uelis, ubi regnum ponere mundi.
Sed neq; in Arctoo sedem tibi legeris orbe,
Nec Polus aduersi calidus, quà e uergitur, Austri:
Vnde tuam uideas f obliquo sidere Romam,
Aetheris immensi partem e presseris g unam,
Sentiet axis onus, librati pondera cœli
Orbe tene medio. pars æthere illa sereni
Tota uacet, nullæq; obstenta à Cæsare nubes.

b Duo uetusti codices legũt, conscendere. Alter etiam tu habet, non te.

c al. iuuat.

d Vterq; uetustus codex iuris q; tui, legit.

e al. uertitur.

f Alter uetus cod. legit. lumine, non sidere.

g al. imam.

Qvod tibi r.] Duplex hinc mihi uidetur sententia duci posse, una ciuilia arma uel eo nomine Imp. R. utilia fuisse, quod sub umbrã unius principis monarchæ redactũ esset: altera, quod bellis ciuilibus Romã iam defuncta esset, neq; metuenda essent amplius, sed Imperiũ ad Neronẽ deuolutũ, stetisset q; alijs eius fundatoribus multo sanguine. Statione per.] Vitæ curriculo exactio in senatum Deorũ recipiêris. Est autem propriè statio, à standi dicta, locus, in quo naues tutò contra cœli iniuriam possunt consistere, ut apud Verg.

Statio malè fida carinis. Et statio tutissima.

Locus item in urbibus, in quo frequẽter statur, ut sunt, officinæ & porticus. Plerique inquit Pli. in stationibus sedẽt, tempusq; audiendo fabulas conterũt. Signat & locum ad standum destinatũ, ut apud Vale. collocatus à se in quadã statione, quinq; cohortes, atq; ex ea uiribus hostiũ depulsas, repetere rursus statione iussit. Sic & custodes stationes accipiunt. Tranquil. in Tyberio, dissoluta statione per ripas Tyberis, quæ obuiam prodeuntes submouerent. Nonnunquã pro statu officio usurpatur. Vale Senatus assiduã stationem eò loci pergebat. Metaphoricè pro curriculo uitæ, hoc loco poëta usus est, quod in eas statu, usque ad ultimum fatale momentum. Serus.] Tandem post aquilæ fœlicitatem, & annos Nestoreos. Astra pe.] Apotheosi in Senatum Deorum refereris. Prælati r.] Quod tu, inquit Sulp. prælatus terris, quod illic malueris, quã inter eos regnare. Hæc ille. Sed quid uetat, prælati, pro amplis, & spatiosi cœli interpretari, ut præcelsum, & præclarum dicimus? Polo.] cœlo pars, pro toto: & pro cœlitibus, diuis, cõtinens, pro cõtento. Arctoo.] Sub Aquilone. Consulit Neroni, ut ubi in Deos erit relatus, sedem ponat in certa regione, & meridionali plaga. Arcti in cœlo sunt Vrsæ duæ sunt, quæ & plaustra uocãtur, maior & minor. Complures tamẽ maiorem solum ἀναξιμ. dicunt, id est, plaustrum: Latini ambas, Septentriones uocãt. Maiorem Helicen, Hesiodus Calisto esse ait. Minor Cynosura dicta. Huic septem sunt stellæ, quarũ in cauda extrema polaris est. Græci Helicẽ in mari obseruant inter nauigandum, Cynosuram Phœnices teste Arato, in Phænomenis.

ἑλίκην γε μ' ἄνδρες ἀχαιοὶ
εἰρ ἀλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νύκτας ἀγίνειν,

ἤδη ἀρχὴ φόβητρου πέφανται πεφόβοι θάλασσαν. id est,

Obseruant Helicen, cùm sulcant æquor, Achiui,
Quò uectant puppes: sidentes per mare nautæ
Altera Phœnices nocturnis ducit in undis.

Legeris sed.] delegeris, simplex pro composito, ut potentialiter exponatur: Polus aduersi] Antarcticus, qui Austro subnectit. Duo sunt Poli Borealis supra nos, Arcticus, qui Australis, ex Diametro, Arctico oppositus, qui Austro subnectit. Duo sunt Poli Borealis supra nos, Arcticus, qui Australis, ex Diametro, Arctico oppositus, qui Australis, ex Diametro, Arctico oppositus, qui Australis, ex Diametro, Arctico opposit

toto orbe celebre, ob eius ueritatem oraculum. Hic responsum uates redditura consulentibus, tripodem inscendebat. Vnde quicquid indubitatum, & circa ambiguitatem rerum esse significare uolumus, id ex tripode dictum affirmamus. Hinc propter uicinitatem loci, Apollo Cyrrhæus, & Laurus Cyrrhæa appellatur. Plinius lib. 4. capite 3. Locros describens, proximi Aetolis Locri inquit, qui cognominantur Ozolæ, immunes. Oppidum Oeanthe portus Apollinis Phæstij, sinus Crissæus. Intus oppida, Argon, Eupalea, Phæstum, Calamisus. Vltrà Cyrrhæa Phocidis campi, oppidum Cyrrha, portus Chaleon, à quo 7. millibus pass. introrsus liberum oppidum Delphi, sub monte Parnasso, clarissimi in terris oraculi Apollinis. Fons Castalius, amnis Cephisus præter fluens Delphos. Itaq; cùm poëtæ sint in tutela Apollinis, & Bacchi, propter illius calorem, & huius furorem, neutrius numen sollicitat tamen. Iuuenalis Satyr. septima.

Et Dominus Cyrrhæ, Nysæq; feruntur,
Pectora nostra, duas non admittentia curas?

Bacchumq.] Liberum patrem uini repertorem fuisse tradidit antiquitas, & eundem totum orbem peragrasse, ac Nysam in India condidisse. Primus docuit uites serere, unde uitisator dictus est, quare omnium gentium consensu diuinos honores consequutus fuit. Hic columnas limites expeditionis suæ, in montibus Hemodorum, qui Indiæ sunt, constituit, & quidem exemplo Herculis, ut author uariæ Historiæ testatur.

» ἐγγὺς ὀρῶν ἡμιθέων, ἰνδικὰς δὲ τὰ ὄρη,
» φῦλαι τινὲς ἐφῦπασι, φῦλαι τῶ Διονύσου.
» οὐ τῶ θηβαίω λέγω δὲ, καὶ βαβύκου τέκνω,
» ὥσπερ τινὲς νομίζουσι, καὶ παλαιοὶ, καὶ νέοι,
» τῶ σὺν ἀργίας δὲ τυγχάνει, φημὶ τῶ ἀσυνετίς
» τῶ νῦν, καὶ ὀσιρίδη Διονύσου Διονύσου. id est,
» Circa montes Hemodorum Indiæ, inquam, montes,
» Colũnæ quædã erectæ fuerũt, quæ ipsius sunt Dionysij.
» Non illius quidẽ. Thebani, qui semori assutus fuerit,
» Vt nonnulli arbitrantur, tum ueteres, tum neoterici,
» sed ipsius uini repertoris, Aegyptij inquam

Qui idem & Noë fuit, & Osiridis Dionysij, Dionysij: Hæc ille, Eusebius Nysæ conditionem Baccho Semeles attribuit, multo illo Aegyptio iuniori. Ergo alius Bacchus hîc fuit, & diuersus à superiori Aegyptio, Iouis & Semeles filius. Herodotus certè scribit Bacchi nomen ex Aegypto ad Græcos peruenisse. Hic uitæ mollis, & effœminatæ fuit, qui in suis expeditionibus, cætus mulierum secum traxit: eoq; comitatu, non minus choreis, quàm armis orbem lustrauit. Huius creditur illa Indica expeditio fuisse: unde post triennium reuersus, elephanto insidens clarissimum egit triumphum. Quapropter triennalia sacra, quæ trieterica dicuntur, ei instituta fuêre. Ab eodem Hispania mox, & Lybia lustrata est, in quibus locis manifesta illius expeditionis uestigia apud posteros mansêre. Huius conditio est Nysa in Aegypto, Arabiæ propinqua, in quibus locis & Diodorus Bacchi incunabula collocat, antro inter Nilũ & Phœnicem medio, in quibus locis, & uitis, & uini usum incolis monstrauit. Porrò aũt illa in India Nysa, quæ in montibus Hemodorum (ut alij) Mero fuit, multis annis uetusti or creditur fuisse. Dinarchus Semeles filium in pugna occubuisse prodidit, eiusq; sepulchrum Delphis iuxta aureum Apollinis simulachrũ monstrari habitu, speciẽq; muliebri propter mulierũ cœtum in comitatu, ut ait Philochorus. Medius horum alius proditur Bacchus, Iouis & Proserpinæ, quem quidam Sebasim nominarunt. Hic primus boues aratro iunxit. Quamobrem uetustas cũ uellet eius rei argumentum reddere, cornua fronti eius affinxerunt. Nysa.] Hanc modò dixi, ab Aegyptio Bacchо tradi conditam fuisse. Memoratur alia Nysa in Parnasso, sacra Libero patri, à qua, ipse Nyseï cognominatum habere existimatur. Est etiam uicus Heliconis, authore Diodoro, libro 9. & antrum in Arabia, ut modò memini, ubi Bacchus à Nymphis educatus fuit, cùm à Ioue illuc per Mercurium missus esset. Nysa uerò in Indidia, sita fuit sub radicibus montis Meri, uel montium Hemodorum, μηρον. Græcis femur est, unde poëtis fabulandi materia præbita fuit. Hanc urbem Alexander Magnus post dierum aliquot obsidionem in deditionem accepit: simul conditoris reuerentia, simul religione tactus, ab omni iniuria, data oppidanis uenia, seruauit. Arrianus libro 5. ἀναβάσεως, tradit, famam esse Nysam urbem in ea regione, quam Alexander inter Cophonem, & Indum fluuium intrauit, conditam qui dem à Dionysio, qui Indiam subegerit, sed quisnam fuerit is Dionysius, & quando, & unde in Indiam uenerit, fatetur se ignorare, num ex Thebis, an è Imolo Lydiæ in eas terras irruperit, debellatis tot bellicosis gentibus, Græciæ per eam tempestatem ignotis, incertum. Arrianus, & Græci fermè omnes, non Nysan, sed Nyssam uocant. Cæterum Nysæ plures fuerunt, prima in Helicone: secunda in Thracia: tertia in Caria: quarta in Arabia: quinta in Aegypto: sexta in Naxo: septima in India: octaua in Caucaso: nona in Lybia: decima in Eubœa. Quoniam igitur, inquit Micyllus, his locis omnibus ferè Bacchus coluisse fertur, non interest, de Indica, an de Heliconia, an de quacunque tandem Nysa hoc loco intelligat. Glareanus, hanc Indiæ urbem, inquit, omnes authores, & maximè poetarum expositores in ore habent, sed pauci locum eius ostendunt. Ptolemæus libro septimo Geographiæ, cis Gangen Indiæ, μάγοραι, inquit, ἡ καὶ Διονυσόπολις. Goryæa est natio Paropamisadæ, cuius hæc est urbs, quam ego etiam Nysam dixerim puto, ex itineribus in Indiam, Herculi, Bacchi, & Alexandri. Christianè Badius ridens hunc locum, quasi uerò Deus, inquit, non ubiq; sit, nec posiit Romæ conferre opem, nisi reliquerit prius Nysam. At qui de Bacchо, & gentium dijs, hoc est, dæmonibus, unq; uerum est eos non esse ubiq: ut ergo dij sunt, ita sunt ubiq. Certè etiam alij poetæ, de eis identidem ita loquuntur. Hæc Glareanus. Fert animus cauſ.] Antequam ad legitimam narrationem perueniat, attentos reddit lectores, à causis, septem maximè Ciuilis belli. Sunt autem hæ, quas recenset. Fatum, prodigiosa P. R. potentia, fœdus trium principum ciuitatis, Crassi, Cæsaris, & Pompeij: mors Crassi ad Parthos cæsi: mors Iuliæ: Cæsaris, & Pompeij contentio de primatu: & P. R. uitio. Immensum q.] Attentio à difficili. Cæsar de bello Ciuili libro primo, diuersas causas fuisse dicit Pompeius, hanc belli ciuilis Cæsari causſam fuisse dicebat solebat, quod Cæsar, quas instituerat, ea inopia exercitũ posset, neq; expectationem, quàm de aduentu suo fecerat primatis opib. explere, ac propterea omnia armis turbare uoluisse. Alij cum ueritum credidêrunt, ne eo ũ, quæ pri-

A. no consulatu gesserat, & quidem contra auspicia, & legem intercessionem, ratione reddere cogeretur: id quod futurum M. Cato iureiurando denunciarat. Sed ipse Cæsar hanc prætexuit belli caussam, quod Trib. P. à Cons. quibus belli susceptæ caussas refert. aut certè eius sententiam, cur arma contra inimicos susceperit. Scipionis sententiam in senatu uicerat, hæc nempe, ut ante certũ diem Cæsar exercitum dimitteret. Sin obtemperaret, eum ab uersus Rempub. facturũ uidet. Quod item per cõtumeliam P. R. beneficiũ sibi ab inimicis adimeretur. Semestri etiam Imperio erepto, in urbem reuocaretur in ordinem, cuius absentis rationem habendam esse populus iussisset. Decretum esset ad illud extremum, atq; ultimum S. C. quo nisi penè in ipso urbis incendio, atq; desperatione omnium salutis, latorum audacia, nunquã antè discessum fuisset. Daret etiam operam Cos. P. Tr. Pl. & qui Cos. essent ad urbem, ne quid Respub detrimẽti caperet. Commendata compulerunt. Referuntur etiam à Suetonio iustissimæ caussæ suscipiendi belli Marcellum non contentum fuisse Cæsari prouincias, & priuilegium eripere, uerum etiam retulisse, ut Colonis rogatione Vatinia Novocomũ deductis ciuitas adimeretur. Et addidit caussam qualemcunq; quod per ambitionem, & ultra præscriptum data esset. Ad hæc unus colonorum Romæ à Marcello uirgis cæsus fuerat, præfatione adhibita, qua sciret se ciuem R. non esse Iussus præterea ad id tergum Cæsari nudare, ut appareret totam illam ignominiam ad eũ pertinere. & in eius inuidiam illi illatam. Super hæc Plutar. Decurionem fuisse ait, qui tum uirgis cæsus fuerat. Erat Decurio in municipijs, & coloniis, idem penè, quod Romæ senator. Reliquæ caussæ suo loco, ut sese offerent, narrabuntur. Has utile est, præmisisse, ut lector uera caussam, fatalem necessitatem fingit, cuius inuidia, magnæ res non possunt esse diuturnæ, sed perexiguo tempore consistunt: quæ ubi ad summã peruenêre, paulatim incipiunt deficere, ac dilabi. Summusq; ne.] *Summa cadit subito. Magna repentè ruunt, ut ait Claudianus. Quæ statim addit, nimioq; graues sub pondere lapsus. Claudi.*

Vt lapsu grauiore cadant.

Telluntur in altum,

Verissimè Horat. in Odis.

Sæpius uentis agitatur ingens
Pinus, & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, feriunq; summos
Fulgura montes.

Quo quis maior, hoc pronior ad casum est. Nec se Ro.] Secunda caussa, nimia Romanorum potentia. Estq; tanquam exemplum superioris uersus, summa graues lapsus dare, ubi suo pondere cœperint ruere. Romanum Imperium ad summum peruenerat, relinquitur, hoc ipsum quod sequitur, magna ruina casurum esse. Verus in hac re profecto uates, quod iam dudum ab Augusti decessu detrimenta. Sic cum comp.] Ad eundem modum, pondus mundi, omnibus eius compagibus solutis, sua grauitate ruet, & redigetur in pristinum chaos, quod initio, ante ordinem conditum fuit. Omnia mix.] Polyptoton: nec Roma stabit, cum se, suamq; potentiam non fecerat. Sic etiam mundi machina, tot orbibus uincta, accincta, & stellarum, siderumq; ornamentis ab opifice Deo decorata aliquando in priscum chaos redibit, hoc est, in eandem indigestam, confusamq; elementorum molem redigetur est. χάος & deducunt, ab hiando, χάσκω. Nox erat, aiunt, & atra caligo primum, & tartarus uastus. Terra uerò, siue aëre, ac cœlo. Ouid. Meta. primo.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia, cœlum, ‹‹
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe, ‹‹
Quem dixere chaos rudis, indigestaq; moles, ‹‹
Non benè iunctarum discordia semina rerum. ‹‹

Sed omissis ijs, quæ περὶ τὸ χάος Grammatici: & poëtæ scribunt, omnes hij uersus referri possunt in hyperbolem prouerbialem, pro eo, quod est, omnia rerum elementa confundentur, & perturbabuntur: Mare cœlo, terra cœlo, supera, & infera confundentur. Sacra prophanis miscebuntur, id quod paulò diuersius extulit in 12. Verg.

Non si telluren effundat in undas, ‹‹
Diluuio miscens, cælúmue in tartara soluat. ‹‹

Fratri co.] *Luna diuerso à Sole motu ratione, quando unà cum reliquis planetis in suo orbe contra mundum ab occasu in ortum fertur, & interim cosmico motu firmamenti ab ortu in occasum, cum alijs rapitur. Signiferi obliquitatem obseruasse traditur Anaximander Milesius, à Græcis Zodiacus, à signis, & animalium figuris quibus distinguitur, dicitur. Hunc circulum Lucanus Philosophum imitatus, orbem obliquum uocat.*

Bigas.] *Lunam mathematici, & eos sequuti poëtæ fingunt bigis uehi, & à duabus uirgunculis trahi, equarum uice, fortasse quod eadem sit, quæ Proserpina & Hecate, ac Diana, perpetua uirginitate celebrata poëtis. Reliquis planetis quadrigas tribuũ & equorum loco ea animantia, quæ in eorum tutela esse creduntur. Saturno Dracones duos, aut si quid Draconibus immanis est: Marti uulpes: Ioui pauones: Soli equos: Veneris quadrigis suas geminas colũbas accõmodant: Mercurio Gallos: Quin & singulos binis signis insigniũt, quibus præsidant, & in quibus, ceu domibus propijs sedent. Ergo orbem obliquum, Zodiacum siue animalem intellige, in quo 12. signa collocata sunt, quiq; huic Cancri, inde Capricorni circulum comprehendit, medium æquinoctialem intersecans, à quo uicissim diuiditur circa principium Arietis, & Libræ: Arietis mense Martio, Libræ Septembri In quorum primis punctis æquales dies, & noctis horas facit, unde æquator, siue æquinoctialis circulus, à Græcis, ἰσημερινὸς κύκλος, appellatur. Medium Zodiacum linea ecliptica findit, hinc, inde octonos gradus relinquens, quos errantia sidera transmeant.* Fratri.] *Phœbo, Soli, Luna Phœbe, παρὰ τὸ φοιβόω, ἁγνίζω, ἁγιάζω, ab insaniendo, uaticinando, purgando.*

Fœdera mundi.] *leges illas certas, uicesq; ortus, & occasus syderum, stellarumq; meantium remeantiumq; perpetuò.* Diem pos.] *Solem præfecit Diei, Lunam, & omnes stellas nocti mundi architectus Deus. Quamobrem eam in tenebrarum remedium ab natura repertam esse, ait Plinius. Omnium admirationem uicit sua uarietate Luna, torsitq; rationem eius rei inuestigantium acuta multorum ingenia, admirantium simul, & indignantium, terris proximum sidus, eiusq; naturam ignorari, cur modò curuetur in cornua, modò semiplena, modò pleno orbe luceat, semper crescens, aut senescens: rursum maculosa, ac nitens. Pleno orbe ingens, ac statim prorsus nulla. Aliàs pernox, aliàs sera. Cur in parte diei Solis lucem interdum adiuuet, & in defectu etiam,*

conspicua

conſpicua tamen. Iam qui exitu menſis ſui lateat, cùm luce careat aliena. Interdum humilis, & deiecta, interdum excelſa. Aliàs admota cœlo, aliàs montes propè contingens. Nunc in Aquilonem aſſurgit, nunc in Auſtros deiecta. Singula horum exiſtimatur Endymion deprehendiſſe, atq; ob id poetas fabulatos, Lunam ab eo adamatum fuiſſe. Præſagia Lunæ aliàs dicentur.

Tellus extend. lit. no.] Hoc eſt, ut exponit Glareanus, Tellus conetur excutere, quamuis non poſſit, & conetur ab ſe abijcere, nihil tamen efficiet, fatis repugnãtibus, quæ omnino uolũt omnes res, ſoluta compage, in antiquam reuerti Chaos. Verba ipſius Glareani de cæco iudicio interpretum, hoc loco ſubſcribam. Hîc eſt inſignis obſcuritas, inquit, & uerè (ut ita dicam) in ipſo Chao, Chaos. Priora enim omnium rerum confuſionem innuunt. Omnia ſidera, inquit poëta, mixtis ſideribus concurrent: ignea aſtra petent Pontum. Hic uerò tellus nolens extendere littora, excutiet fretum. Quod Sulpitius exponit, Tellus repugnabit, ne mare littora dilatet, & ſe magis extendat, & excutiet, id eſt, reijciet. Badius autem, Tellus nolet extendere littora, id eſt, eſſe arida, & à mari ſeperata, inquit. Et excutiet, id eſt, effundet, & in terram emittet fretum, id eſt, mare. Vbi neſcio, exponãne affirmatiuè, an negatiuè, eſſe arida, ut repetat uerbum nolet, uidelicet eſſe arida, an totam orationem ſic. Tellus nolet extendere littora, id eſt, malit eſſe arida. Sed quid idem Badius ſubnectat, audi: Tellus, inquit, effundet, & in terram emittet fretum. Niſi enim Tellus profundat, Dea intellexerit, quod hic non admodum apium uidetur, ſenſus erit ex Badij uerbis, Terra effundet fretum in terram. Hic uides, opinor, quàm facile perrumpimus difficiles authorum locos, quoties pudet nos fateri, nos non intelligere. Sulpitij expoſitio ſonat, quaſi tellus repugnet freto, id eſt, mari, & excutiet, quaſi nimis dia tergo uiterit. Verùm quomodo tum omnium rerum confuſio, & commixtio, quam Poëta ſupræma mundi hora futuram dicit, procedet? Hactenus Glareanus. Deinde actexit ſuam interpretationem.

In ſe mag.] Redit ad exclamationẽ, per inuidiam fatorũ magnis rebus, & excelſis negatum ſtare diu & in ſua fœlicitate permanere. Omnia ſublimia ſibi ſui exitij cauſſæ ſunt, quod curriculum fœlix rerum ferre nequeant.

In ſe magna ruunt, lætis hunc numina rebus
Creſcendi poſuêre modum, nec gentibus ullis
Commodat in populum, terræ, pelagiq; potentẽ
Inuidiam fortunam ſuam. tu cauſſa malorum
Facta tribus dominis cõmunis Roma, nec unquã
In turbam miſſi feralia fœdera regni.
O malè concordes, nimiaq; cupidine cæci,
Quid miſcere iuuat uires? orbẽm q; tenere
In medio? dum terra fretum, terramq; leuabit
Aer, & longè uoluent Titana labores,
Noxq; diem cœlo totidem per ſigna ſequetur,
Nulla fides regni ſocijs, omniſq; poteſtas
Impatiens conſortis erit, nec gentibus ullis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur:
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Lætis.] fœlicibus ac florentibus imperiorum rebus, ne ulrà quàm humana ferãt, uel ſperent, uel affectent. Quæ cur ita fiant, dicit in cauſſa deos eſſe, & quod magna imperia ſuis uiribus ruant. Nec gentibus.] Sulpitij expoſitio uehementer placet. Fortuna nulli exterarum gentium permiſit, euertere ſtatum Imp. R. ſiue ipſum P. R. rerum omnium dominum, ſiue, ut poëta loquitur, terræ, ac maris potentẽ. Omnibus & Micyllus, generaliter dictum putauit. Sed eadem fortunæ inuidia uoluit, ut ipſi inter ſe florentes Imperij opes excinderent. Quare ſtatim ſubijcit. Tu cauſſa malorum.] Tertia cauſſa, fœdus trium ducum, Craſſi, Cæſaris & Pompeij. Fuerat Craſſus Pompeio iam inde à conſulatu, quem cum eo geſſerat, inimicus, ad cuius potentiam infringendam, C. Cæſarem, ac promptiſsimum quenq; omni officio aſſectabatur. Poſtea cum Bibulo Conſul creatus Cæſar, ubi prouinciam minimi momenti ſibi à Patribus decretam uidit, pro magno duxit negotio Pompeium omni officio ſibi conciliare. Erat is tum longè princeps ciuitatis, & patribus etiam non leuiter offenſus, quod Senatus cunctantius ea affirmaret, quæ poſt Mithridatem uictum bello, in Aſia geſiſſet. Itaq; M. Craſſo reconciliato, cum eo, & Cæſare ſocietatem iniit, ne quid in repub. agi paterentur, quod ipſis tribus non placuiſſet. Tranquillus in Cæſare. Igitur cum Bibulo Conſul creatus eſt: Eandem ob cauſſam opera ab optimatibus data eſt, ut prouinciæ futuri Coſs. minimi negotij, id eſt, ſyluæ, colles q; decernerentur. Quæ maximè iniuria inſtinctus, Appianus, Craſſus, & Pompeius ambo Coſs. deſignati, Cæſari Imperium Galliæ in alterum quinquennium prorogarunt: ipſi autem inter ſe prouincias, exercitus q; partiti Pompeius quidẽ Hiſpaniã, ac Libyã per amicos adminiſtrabat. Craſſus aũt Syria ac Syriæ uicinis locis aſſumptis, ad Parthicum bellum profectus eſt. In quo, eodem mox interfecto, Iulia autem uxore Pompeij defuncta inter Cæſarem, & Pompeium orta diſſenſione, ciuile bellum eſt conflatum: L. Florus lib. 4. Q. Metello & L. Afranio Coss. cùm Romana maieſtas toto orbe polleret, recentes q; uictorias, Ponticos, & Armenios triumphos in Pompeianis theatris Roma caneret, nimia Pompeij potentia apud otioſos (ut ſolet) ciues mouit inuidiam, Metellus ob imminutum Cretæ triumphum, Cato aduerſus potentes ſemper obliquus, detrectare Pompeium, adeliſq; eius obſtrepere. Hic dolor tranſuerſum egit, & ad præſidia dignitati paranda impulit. Forte tunc Craſſus, genere, diuitijs, dignitate florebat, nellet tamen atfliores opes, C. Cæſar eloquentia, & ſpiritu, & iam Conſulatu alleuabatur. Pompeius tamen ſuper utrumq; eminebat. Sic igitur Cæſare dignitatem comparare, Craſſo genere, Pompeio retinere cupientibus, omnibus q; pariter potentiæ cupidis, de inuadenda repub. facilè conuenit. Ergo cum mutuis uiribus in ſuum quiſq; decus niterentur, Galliam Cæſar inuadit, Craſſus Aſiam, Pompeius Hiſpaniam: tres maximos exercitus, et iam ſic orbis Imperij ſo-

omnibus offitijs Cn. Pompeium affectatus eſt, offenſum patribus quod Mithridate regẽ uicto, cunctantius confirmaretur ſua acta: Pompeiq; M. Craſſum reconciliauit, ueterem inimicum ex Conſulatu, quorum ſumma diſcordia ſimul geſſerant, ac ſocietatem cum utroq; iniit, ne quid ageretur in repub. quod diſpliceret ullis è tribus, cuiſſet ciuile bel-

ciet

A ciuitate trium principum occupatur. Decem annos traxit ista dominatio. Hucusq; L. Florus. Itaq; per auersionem dicit Romam sibi causſam calamitatum factam, per hos tres duces, quos inuidioso uocabulo dominos nuncupat. Sunt enim relatiua, dominus, & seruus. Cum hos recipe- ret dominos, seruа Roma. & in turpem seruitutem incidit, quæ aliæ gentibus libertatem donare, & ex regum seruitute eximere antea consueuerat. Nec unquam] Hoc est, perniciosa fœdera trium Ducum, in diuisione Impe- rij, quod regnū hoc loco uocat) quod plures alioqui prin cipes, quàm unum, non patitur, quin discordes fiant, ut po stea liceat in triumuiratu uidere. Regnum in turbā miſ- sum, dicit, quod non ab uno monarcha, sed à duobus, aut tribus gubernatur. uerum, à Cæsare, Pompeio, & Crasſo, ἐπὶ δυσὶ τισὶν, ἐπὶ τρισὶν ἡγεμόσιν ἐγω οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· id est, Non est bona res multorum dominatus, inquit Homerus, unus rex, unus princeps esto. Vbi á pluribus res gubernantur, non potest, quin in sese mutuò, ob animorū diuersa ingenia, & discordiam, ad postremum arma in- B duant. Atque in hoc quidem loco communi hæret nonni- hil poëta, quem statim pathetice per exclamationem am- plificat. O malè concor.] Itaq; exclamat in discor- diam duorum, Pompeij, ac Cæsaris, quos initio affinitas coniunxerat concordes, quæ tam citò disilijt. Cupidi- nec ce] Regnandi libidine transuersim acti. Quid misc] Quid iuuat omnia diuina, & humana pertur bare, omnia confundere turpi dominandi libidine? Vel po tius, communiter cōiungere uires, & orbem inter uos par- tiri, ac sub uestrum ius uindicare. Seruare orbem dubiū, cuius imperio parēre debeat. Dum terra.] Amplifica- tione hyperbolica ostendit, nullum regnum posse duos principes ferre, quin breui incidat discordia, & simultas, quæ dirimat amicitiam. Corpus rotundum, & globosum, seu pilæ figura, extimam terræ, maris & oceani superfi- ciem totam mutuo complexu efficit. Deprehenditur id maxime nauigantium cursu, ex demersu, emersúq; aliorū, atq; aliorū siderum, prout longius ab eleuatione poli ar- ctici recedunt in Austrum. Et quo propius æquatorem subeunt, eò illa se attollunt altius quæ ad meridiem sunt, & Septentrionales stellæ deprimuntur magis. Contrà usu uenire uidemus petentibus Septentrionem paulatim ma- gis ac magis, tum ursas, tum signa Septentrionalia eleua- ri. Ita q; terra, & maria in mundi centro, aëre undiq; cir- cumfuso librantur. Strabo lib. 1. author est, Homerum o- rem primum ausum fuisse describere geographiam, terrā in modum insulæ oceano undiq; circumfluam esse. Plinius lib. 2. cap. 5. Ignium summum, inquit, inde tot stel larum collucentium illos oculos. Proximum spiritus, quē Græci, Latiniq; eodem uocabulo aëra appellant. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totoq; consertum, cu ius ui suspensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Ita mutuo complexu diuersitatis effici nexum & leuia ponderibus inhiberi, quo minus cuo lent: contraq; grauia neruant, suspendi leuibus in sublime tendentibus. Sic pari in diuersa usu ui sua quæq; con- sistere, irrequieto mundi ipsius constricta circuitu, quo sem per in se currente, unam atq; mediam in toto terram, ean- demq; uniuersi cardine stare pendentem, librantem per quæ pendeat, ita solam immobilē circa eam uolubili uni- uersitate, eandemq; ex omnibus nectli, eidemq; omnia inni ti. Idem lib. eod. cap. 64. terram ipsam cœli cardinem uo cat, & Physici tradunt, terram ob niniam sui paruitatem ad cœli magnitudinē centri, siue puncti modum obtinere.

Titana.] Solem, quàm diu perpetuus cursus Solē fati- gabit. Medius planetarum Sol est, fertur q; amplissima magnitudine ac potestate, nec temporum modò terra- rumq;, sed siderum etiam ipsorum, cœliq; rector, inquit Plinius. Hunc mundi esse totius animum, ac planius men- tem, hunc principale naturæ regimen, ac numen credere, decet, opera eius æstimantes. Hic lucem rebus minist rat, auferq; tenebras, hic reliqua sidera occultat, hic uices temporum, annumq; semper renascentem, ex usu naturæ temperat, hic cœli tristitiam discutit, atq; etiam nubila hu mani animi serenat, hic suum lumen cæteris quoq; sideri- bus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, Homerus

ἠέλιος, ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Noxq; diem] Et quamdiu, Luna, quæ nocti præsi- deat, per totidem signa, quot Sol, diei succedet, tamdiu omnis regnorū societas erit infida. Nulla fides.] Quàm diu mundus stabit, nulla pax, nulla fides erit regnorū col- legis, ut in triumuiris. Eiusdem infidæ societatis Polyni- ces, & Eteocles fratres Thebani exemplo esse possunt.

Exempla.] Ab exemplo sententiam confirmat, & quidem domestico, conditorum urbis R. Romuli, & Re- mus non mirum sit, monarchiam stetisse multo sanguine sociorum, cum urbis conditio cœperit à cæde alteri fra tris Remi. Liuius de Romulo, & Remo. Inde, inquit, cum altercatione congressi, à certamine irarum ad cædem uer tuntur, ibi in turba ictus Remus, cecidit. Vulgatior fa- ma est, ludibrio fratris Remum nouos transiluisse mu- ros, inde ab irato Romulo, cùm uerbis quoque increpi- tans adiecisset, sic deinde, quicunque alius transiliet mœ- nia mea interfectum. Primi maduerunt sanguine.] mœnia urbis Romæ, iam recens condita, cæde Remi im- buta fuerunt.

Nec pretiū.] Con fert tenuitatem rudi- mentorū imperij, cum præsentis amplitudi- ne. A minori ad ma- ius. Conditores inter se cōmittebantur pro- pter humile asylum, nuper apertum, cùm adeo nullum adhuc imperiū haberent: mi randum, pro- pter tam opulentum,

Nec pretium tanti tellus, pontusq; furoris
Tunc erat, exiguum dominos commisit asylum.
Temporis angusti mansit concordia discors,
Paxq; fuit non sponte ducum: nam sola futuri
Crassus erat belli medius mora: qualiter undas
Qui secat, & geminum gracilis mare separat Isth-
Nec patitur cōferre fretū, si terra recedat, (mos,
Ionium Aegæo franget mare, sic ubi sæua
Arma Ducum dirimens miserādo funere Crassus
Assyrius Latio maculauit sanguine Carras:
Parthica Romanos soluerunt damna furores.
Plus illa uobis acie, quàm creditis, actum est
Arsacidæ, bellum uictis ciuile dedistis.

tam potens imperium Duces postea armis decertasse. Pretiū.] Operæpretiū, quamobrem prima mœnia mutua cæde fratres funestarent. Id certa- men non solum Remi morte, sed multorum etiam cæde fuerat fu- nestum. In eo Paustu- lus, & Philistinus fra tres quoq; perierant,

dum dirempturi pugnam temerè se sæuienti multitudini immiscerent. Romulus perpetratæ cædis pœnitentia statim in tantam desperationẽ traditur adactus, ut nisi Laurentiæ nutricis, & aliorum amicorum interuentu prohibitus fuisset, manum sibi intulisset. Sunt ex ueteribus, qui scripserunt, Remum non à Romulo, cùm in contemptum fratris uallum transiluisset, cauillando fore, ut pari facilitate ab hostibus transcenderetur, sed à Celere quodam, uel (ut alij) à Fabio, qui operi præfectus fuerat, ferro ictũ concidisse. Celer certè perpetrata cæde, relicta noua urbe in Hetruriam fugit. Romulus tamen suspicionem cædis non fugit.] Asylum.] ἄσυλον, ἱερὸν τὸ τίμιον, καὶ τηρεῖν τοὺς οἰκέτας, inquit Suidas, sacellum, siue locus sacer, quò serui delapsi fuga, seruantur. Romulus inter arcem, & capitolium, inter duo querceta (loco internuncio nomen erat) asylum constituerat, quò serui, & qui patrijs iudicijs obnoxij erant, tanquam ad libertatis tutum portum ex proximis urbibus confluebant. Hi benignè humaniterq; à Romulo excepti, omnibusq; officijs ad communionem nouæ urbis inuitati ciuitatem frequentem reddebant. Fuit ea uetus condentium urbes consuetudo. Vox composita est, à particula priuatiua α. & uerbo συλάω, spolio, prædor, uiolo, diripio. Nullus illinc diripi poterat. Id autem non fiebat in quibuslibet templis, nisi quibus consecrationis lege concessum fuit. Liuius. Romulus ne uana esset urbis magnitudo, adijciendæ multitudinis caussa, locum, qui tunc septus erat densis sentibus inter duos lucos asylum aperuit, in honorem dei referens. Sacrum enim esse uoluit, & inuiolabilem. Eò ex finitimis populis turba omnis sine discrimine, liber an seruus esset, auida nouarum rerum perfugit: idq; primum ad cæptam magnitudinem roboris fuit. Sicq; per speciem religionis erga Deos sponsor factus est, eos, qui illuc confugissent, nihil detrimenti ab inimicis accepturos & si apud se permanere uellent, ciuitatis etiam participes faciebat, tradebatq; agri portionem, quem bello quæsierat. Primum asylum, dicit Seruius, Athenis apertum fuisse à filijs Herculis, quos insequebantur hij, qui erant à patre oppressi. Statius lib. 7. Theb.

» Fama est defensos acie post busta paterni
» Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes.

Quia & Maro ostendit lib. 2. Aeneid. in urbe Troia Templum Iunonis fuisse quod asylum fuit appellatum.

» Et iam porticibus uacuis Iunonis asylo
» Custodes lecti Phœnix, & dirus Vlysses
» Prædam asseruabant.

Dominos.] Duos fratres Romulum, & Remum. Concord] dis. ἐναντίως κέκινται, Docuimus Crassum Pompeio iam inde à consulatu, quem cum eo gesserat, ad cuius potentiam infringendã C. Cæsarem, & promptissimum quenq; omnibus officijs assectabatur. Postea Pompeio M. Crasso reconciliato Cæsar cum utroque societatem iniit. Et priusquam sub discessum à Consulatu in Galliam proficisceretur, (erat ei hæc prouincia decreta) ut opes suas nouis affinitatibus confirmaret, Calpurniam L. Pisonis filiam uxorem duxit. Successurus is erat in consulatum: Iuliam filiam suam Pompeio nuptum dedit. Quæ res cum in primis Catoni displiceret, clamabat Rempub Lenocinio nuptiarum prodi, cùm idem paulò antè Pompeij affinitatem recusasset. Nunc soceri, generiq; affinitate adiutus, Gallias, Illyricamq; prouincias, ex omni prouinciarum numero sibi delegit. Quibus mox Gallia Comata adiecta fuit authoritate Senatus, ut iti, ne populi beneficio, & hanc consequeretur. Verùm hæc concordia modico admodum tempore durauit inter Cæsarem, & Pompeium, durauitq; non perinde propter Iuliam, atque propter tertium Crassum potentem utrum, & omnium Rom. facilè opulentissimum, qui ex Consulatu Syriam fuerat fortitus prouinciam, & qui multo maiora animo conceperat, quàm fua ætas pateretur. Quo casu, concordia inter duos erat quidem, sed discors. hoc est, non sincera, non candor in Pompeio erga Cæsarem, uel præsentem in gerenda repub. uel absentem in bello Gall. Non sponte.] Cæsaris. & Pompeij. Quarta belli ciuilis caussa, Crassus ad Parthos cæsus, quo inciderat bellum distinebatur. Proinde ipse medius quodammodo dirimebat illud, ne ad ciuilia arma discurreretur. Etenim Parthicum bellum suscepit Inducio mari in Gallia cæde, res qua Cæsaris res fortuna uaria se habebant. Interea Romæ M. Crassus minabatur, deuictis Parthis se Romana arma ad Bactros, & Indos propagaturum, unde hominũ animi malè ominabantur, indignum esse clamantium, pertere bello eas gentes, quæ fœdere, & amicitia P. R. iunctæ essent. Atteius Crassum iam ad bellum exeuntem, adito loco consistens diris execrationibus, ignotisq; quorundam deorum nominibus prosequutus fuit. Hoc Parthicum fi tur bellum, medium inter Gallicum, & ciuile eminuit di scordem Cæsaris, & Pompeij. Qualiter.] A similitudine monstrat, qui Crassus medius obstitit quò minus alterutr ad nouas res consurgeret. In eum, qui prior nouis molire tur, haud dubiè alteri coniunctus, & ipse arma inferret. Quemadmodum, inquit, Isthmus Achaicus, dirimit maditum Ionium mare, ab Aegæo, ne cõmittantur, ita Crassus belli Parthici Imperator, inter Gallicum, in quo Cæsar adhuc totus erat, & Ciuile bellum, Cæsarem & Pompeium dirimebat, ne inter se concurrerent. Isthmos.] Terra angustia propriè, qua mare utrinq; dirimitur, unde in peninsulam fit excursus. Hanc Græci Chersonesum χερσόνησον uocant. id est, insulam, sed terræ adhuc adhærentem. Recensentur celebres aliquot Chersones: Vna Aurea, Aurea Ptolomæo dicta, inter Gangeticum, & Magnum sinum. Secunda Septentrionalis, Cimbrica appellata. Tertia, Taurica, quæ Mæoticam ab Euxino dirimit. Quarta in Hellesponto, contra Phrygiam. Quinta iuxta Rhodum in Caria Cnidum sustinens, in cuius Isthmo Halicarnassus sita est. Sexta Peloponnesus, quã Strabo Chersonesum nominat, annexam Isthmo, de quo hic agitur. Estq; hæc omnium peninsularum clarissima, & nulli terræ nobilitate posthabenda. Ad huius Isthmum Corinthus est, Romana quondam colonia adeò celebris toto orbe, ut totius Græciæ lumen appellaretur à M. Cic. In hac arx est ædito loco sita, utraq; maria obtuens, uetri appellatione Acrocorinthus dicta. Hanc urbem L. Nummius Imp. Rom. quondam uastauit, quam postea Augustus Cæs. cùm ob loci commoditatem, tum propter uetustatem eius claritatem restaurandam duxit. Ita q; Isthmo Peloponnesus Atticæ annectitur, ab ortu Aegæum, ab occasu Ionium spectans, ut modò dictum. In Isthmo Theseus Herculis exemplum imitatus Isthmium certamen instituit, in honorem Melicertæ, uel, ut alij credidêre, in Syronis memoriam, à quo, ob consanguinitatis inuidiam, fratre expiatus. Idem hic columnam statuerat, quæ Ioniæ & Peloponnesi fuerat confinium. Has angustias 40 stad. latitudine Demetrius rex primum; inde Cæsar dictatur;

poſtea C. Caligula: ad poſtremum Domitius Nero magni conatibus, & impenſis, ſed fruſtrà transfodere aggreſſi furre. Veneti patrum noſtrorum memoria, Pio II. Pontifice, cùm ea, quæ ipſis à Turcis in Peloponneſo adempta fuerant, armis recuperare conarentur, Iſthmum munire adorti, adeo feſtinarunt, ut longitudinem muri ab Ionio in Aegæum ducti, qnindecim diebus duplici foſſa tumultuario opere muniuerint. Ad trigeſimum hominum millia in eo opere moliendo laborarunt. Iouium.] Licet de etymo maris Ionij poſtea inſtituetur fuſior paulò narratio, hoc loco illud tantum dicam, quibuſdam placere eam maris partem ab Ionia denominatã. Fuit Ion Xuthi, & Creuſæ Erechthei filius, Achæi fratres. Sunt alij, qui mari nomen factum credunt ab Io Inachi filia, ibi ſubmerſa. Initio Saturni, & Rheæ imus dicitur fuit, poſtea Ionius, ut annotatum reliquit Apollonij narrator. Heſychius Hadriam, & Ionium eandem eſſe ſcribit. Citatur Aeſchylus in Prometheo.

ἀκούω δ' τὸν μέλλοντα ποίτης μυχὸς
οὐρῶς ἑπίξας Ἰονίου πλυθήσεται
τῆς οἵτε πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς.

Sed de hoc alibi plura dicentur. Aegæo franget magnis conatibus, & impenſis, ſed fruſtrà transfodere aggreſſi ſunt. Veneti patrum noſtrorum memoria, Pio II. Pontifice, cùm ea, quæ ipſis à Turcis in Peloponneſo adempta fuerant, armis recuperare conarentur, Iſthmum munire adorti, adeo feſtinarunt, ut longitudinem muri ab Ionio in Aegæum ducti, qnindecim diebus duplici foſſa tumultuario opere muniuerint. Ad trigeſimum hominum millia in eo opere moliendo laborarunt. Iouium.] Licet de etymo maris Ionij poſtea inſtituetur fuſior paulò narratio, hoc loco illud tantum dicam, quibuſdam placere eam maris partem ab Ionia denominatã. Fuit Ion Xuthi, & Creuſæ Erechthei filius, Achæi fratres. Sunt alij, qui mari nomen factum credunt ab Io Inachi filia, ibi ſubmerſa. Initio Saturni, & Rheæſin

Intercepta manu: quod si tibi fata dedissent
Maiores in luce moras, tu sola furentem
Inde uirum poteras, atq; hinc retinere parentem,
Armatasq; manus excusso iungere ferro,
Vt generos soceris mediæ iunxêre Sabinæ.
Morte tua discussa fides, bellumq; mouere
Permissum ducibus, stimulos dedit æmula uirtus.

Pisonis filiam uxorem duxit. Cato ea re animaduersa, identidem exclamauit, rempub. le nocimio nuptiarũ prodi: quippe qui paulò antè Pompeij affinitatem recusasset, testatus se obsides contra rempub. neq; Pompeio, neq; cuiquam daturum: pollicitus simul hominì, si recta faceret, amicitiam suam, quæ esset omni propinquitate firmior. Prompde socero, ac genero suffragantibus, ex omni prouinciarum copia, Galliam, & Illyricum sibi delegit, unde idonea triumphorum prætendebatur materia: & statim Comata Gallia fuit illi adiecta. Diuiditur fer.] Imperium armis diuisum fuit. Mortuo enim Crasso, in duas partes respub. diuulsa fuit, ut inter duos de principatu ferro decerneretur. Fortuna.] Fortuna, & amplitudo Imp. Ro. nõ ferebat duos principes ciuitatis, quod nullum regnum collegam, sociumq; patiatur. Allusum ad Iuliã Sallustianum. Profectò fortuna in omni re dominatur. Vnde fortuna omnipotens dicitur. Pignora.] fœdus, & ius affinitatis, quæ nuptiarum lenocinium utrunq; alteri coniunxit, mors Iuliæ rupit. Exinde, quoniam mutuo metu tenebantur, Crassi morte, inquit Florus, apud Parthos, et morte Iuliæ Cæsaris filiæ, quæ nuptam Pompeio generi, socerique concordiam matrimonij fœdere tenebat, statim æmulatio erupit. Iam Pompeio suspectæ Cæsaris opes, & Cæsari Pompeiana dignitas grauis. Nec hic ferebat parẽ, nec ille superiorem, (nefas) sic de principatu laborabant, tanquam duos tanta Imperij fortuna non caperet. Ferales tædas.] signum pro signato. Tristes nuptias malo omine sequuturæ discordiæ secum Iulia sua morte abstulit, immatura morte intercepta. Etenim Cæsari è Britannia soluturo literæ de obitu Iuliæ fuerunt illi redditæ. Perijt illa subita animi consternatione, ijs comitijs, quibus Pompeius, & Crassus magna ciuium contentione consulatum obtinuere, coniugis Pompeij uestem intuita, cruore respersam humano, atq; ex campo domũ temerè delatã. grauius aliquid uiro acridisse rata, subito metu, & dolore perculsa, haud multo pòst, cũ uterũ ferret, aborsũ fecit, ac mors continuo insequuta fuit: filius superuixit matri quidẽ sed statim decessit. Quod utrò ad comitiorũ turbam attinet, Appianus prodit, in ijs Domitij Aenobarbi seruũ cæsum fuisse. Intercepta sæ. mar. Par.] nimis præmatura morte interceptã, propter rempublã, quæ incolumis, & quieta, ea superstite, manere potuisset. Parcarum sæ. mo.] Parcæ tres finguntur, Clotho, Lachesis, Atropos. penes has omnium mortaliũ ratio constare existimatur, ita dictæ sunt per antiphrasin, quòd nulli parcant. Quomã autem uita hominis principiũ habet, progressum, & finẽ, prima gestare colum, secũda nere, tertia filũ abrumpere creditur. Hanc uolunt omniũ rerum ordinẽ, & meritã constituere. Græci, μοῖραν. Lycoph. γηραλέας νόρας uocat, & earum opus λινοτρυῆ πλῶσιν. Varro proditi uteretur. Nomina Parcarum fecisse, à pariẽdo, nono, atq; decimo mense. Nam Parca, inquit, cõmutata una litera, à parcendo nominata. Cessellius Vindex, in lectionibus antiq. Tria, inquit, nomina Parcarum sunt. Nona, Decima, & Morta: & uersum hinc Liuij poẽtæ antiquiss. citat ex Odyss. Quando dies aduenit, quem profata Morta est? Quo loco pro, Parca, Mor accipitur. Maiores in lu. mo.] longiorem ũtam potuissent una hoc bellũ prohibere, hunc maritũ, illinc patrẽ distinere. Virum dixit, pro maritũ Pompeium. Vt generos soc.] Ab exemplo uirginũ Sabinarũ, quæ mediæ inter utrunq; aciem passis crinib. progressi, prælio dirimere. Sub Romulo eãm propter uirginũ raptum, per proditionem arce capta, inter Palatiũ, & Capitoliũ instructa acies steterant, hinc Sabini, illinc Romani. & Romana acies inclinaretur in fugã, Romulus sublatis in cælũ manibus, Iouẽ Statorẽ uouit templũ, si turpem suorũ fugã sisteret. Ibi Romani restiterunt: ac prælio instaurato utrinq; cum omnia clamorib circũstreperẽt, essentq; animi ad præsentem pugnam accensi, Sabinæ mulieres nuper raptæ Romanis, & propter quas bellũ erat conflatũ, inter utrunq; aciẽ mediæ passis crinib. processerunt. Mox in preces, lacrymasq; prorumpentes, hinc patres, illinc uiros orarũt, ne se partus, illũ nepotum progeniem nefando parricidio uiolarẽt. Et moueruni harum preces, & lacrymæ tempestiuæ eorum animos. Pax inde inter duces, & armatas acies coijt. Itaque, uti dixi, ab exemplo probat Iuliam belli materiam discutere potuisse. Morte tua discussa fides.] hæret in auctore ad Iuliam.

Tu noua ne ueteres obscurent facta triumphos,
Et uictis cedat piratica laurea Gallis,
Magne times, te iam series, ususq; laborum
Erigit, impatiensq; loci fortuna secundi:
Nec quenquã iam ferre potest, Cæsar'ue priorem,
Pompeius'ue parem: quis iustius induit arma,
Scire nefas, magno se iudice quisq; tuetur.
Victrix causa Deis placuit, sed uicta Catoni.

d al. acta.

Tu noua.] Sexta causa, duorum ducũ æmulatio. nẽpe. quod Pompeius metueret, ne ueteres sui triũphi, nouis Cæsaris uictorijs obscurarentur. Ille quondam clarissimos triumphos egerat, de Armenijs, de Põto, de Mithridate, gesserat magnas res, in Africa, Sicilia, Hispania, & contra piratas. Atq; omnia hæc secũda bella, uidebantur Cæsaris res in Gallia, Germania, Britannia gestæ uincere potuisse. Piratica lau.] Victoria, ac triumphus. Cretico bello per Metellum confecto, Baleares cum Cilicibus maria infestare incipiebãt. Balearibus sublatis, nihil à latrocinijs Cilicum, & piratica usquã tuum erat Romanis. Quare rogatio ab A. Gabinio ad populum lata fuit, ut maris imperiũ Põpeio decerneretur, à Gaditano freto ad Syriã, & Pamphiliam usque. Ab Aegypto ac Libya, ad Hellespõtum pelagus. Ipse ad id bellum cõficiendũ, quindecim uiros senatorij ordinis deligeret, quib. pro suo nutu legatorũ uice uteretur. simul ex ærario tantum pecuniæ sumeret, quantũ ad alendã classem satis fore uideretur. Ius concessum eidem, delectus habendi parãdiq; commeatum ad bellũ. Etsi plebi ea rogatio summè placuit, offendit tamẽ optimũ quenq; tam insolens imperium, quale nulli ad eam usq; tempestatem fuerat concessum, ut Piso Cos. apertè diceret, eum per Romuli gradus apertè grassari

Asiam, eundem cum illo tandem exitum habiturũ. Pompeius multitudinis fauore frætus, mira celeritate classem, & cõmeatum cõparat. Ad hoc bellum reges, & socij popu li auxilia miserunt. Instructis 270. nauibus, diuisisq; ijs, per partes, legatis, ne qua hostibus pateret effugiũ, inter Gaditanũ fretum, & Hellespontũ, ipse in Ciliciã tetendit. Piratæ Pompeij fama territi, ad 20. M. sese dedidere. Mari pacato, in Cilicia Solẽsium urbs procul à mari sita, in qua illorum partem collocauit, Pompeiopolis appellari cœpta est. Mox ad Mithridaticũ bellum missus, ipsum Mithrida tem castris exuit. Inde Colchos transgressus, Albanos, & Iberos uicit. Dubia fuit de Amazonibus fama. Et Ariobolus, post primũ eius in Syriam aduentum in deditionem uenit. Inde Romam reuersus clarissimũ egit triumphum. Laurea] Synecdoche, Laurus antiquitus triumphalis corona fuerat, postea hæc aurea fuit, à qua, aurum coronarium dictum. Gallis.] Gallico triumpho, qui Cæsarem manebat. Defunctus bello Africano, Idibus Iuniis, ex Vtica nauem conscendit: & in Italiam exercitu multiore reducto, quater uno mense triumphauit. Primum triumphum, atque omnium clarissimum Gallicum egit. Sequentem Alexandrinum, Ponticum tertium. Nouissimum Africanum: omnesq; diuerso apparatu, & instructa 40. elephantis dextra, læuaq; lychnos gestantibus. Ponticotriumpho, inter pompæ fercula, trium uerborum prætulit titulum. Veni, Vidi, Vici, belli celeriter confecti notam. In Libyco ductus fuit Iubæ filius, qui ex barbaro, & Numida, adeo literarum studijs promouit, ut inter clarissimos sit postea scriptores commemoratus. Populo Romano epulũ dedit: in quo CCCCCXX.M. triclinio rum est accubitum. Ciuibus uiritim denos frumenti modios, totidemq; olei libras, CCC q; nummos dimisit. Dedit & ludos regionatim in urbe, per omnium linguarum histriones: munus gladiatoriũm: ludos Circenses: Naumachiam, in qua Tyriæ, Aegyptiæq; classes conflixerunt. Quatuor millia remigum egerunt naues. Mille utrinq; pugnatores manum conseruêre. Desultorij equi in circo agitati, Troia ludus à duabus nobilium puerorũ turmis decursus, Athletæ triduo decertarunt. Te iam se.] auersio ad Cæsarem bellis continuis per decem annos exercitatum. Impatiens.] Non ferebat Pompeius parem in Repub. nec Cæsar superiorem. Hic dicere solebat, difficilius esse principem ciuitatis, è primo loco ad secundũ detrudi, quàm à secundo ad nouissimũ. Cum idem Hispaniam peteret, in transcursu Alpium, in obscuro, humiliq; oppido diuersatus, quod pauci tenebãt accolæ, quidam è comitibus eum rogasse dicitur, num illic quoque de principatu certamen esset. Mallem, inquit, hic primus esse, quàm Romæ secundus haberi. Vnde licet colligere, quanta dominandi cupiditate exarsit. Catoni] Vticensi, qui inuidiæ uictoriæ Cæsarianæ mortem sibi conscisit. Sic deo placuit, ut Cæsaris caussa superior esset sed Catoni magis Pompeiana, quæ uicta succubuit.

Nec coiere pa.] Subiicit collationem personarum, quas describit, ab ætate, usu belli, & pacis, liberalitate, cupiditate honorum, & ingeniorũ acrimonia.

Nec coi. pa.] sed dissimili studio, ætate, moribus, atq; ingenio: ac primum prosopographiã Pompeij præmittit. Alter ter.] Ab ætate Pompeij, quam dicit in senium inclinari cœpisse. Perijt enim postea hoc ipso ciuili bello, postridie natalis sui, natus annos undesexaginta. Viu longo tog.] ab usu, et artibus diuturnæ pacis: quippe qui iã duodecim, & amplius annos Romæ in otio consenuerat, multæ, sagum pro bello synecdoche, signũ pro signato. Longo otio Imperatoris artes dedidicerat, inquit, cùm Cæsar per id ferè totum tempus in armis fuisset, & grauibus bellis se exercitumq; suum exercuisset. Famæq; p.] à gloriæ cupiditate, & liberalitate. Etenim à bello Mithridatico, quod magnum, & graue Luculli successor, confecerat, de quo etiã clarum egerat triumphum, nihil gesserat, sed in toga rempub. tranquillus moderatus fuerat. Plausu fauore ciuium, & militum. Nam defunctus bello, ut dixi, Mithridatico, promotis ad Euphraten, & Aegyptum usq; Romani Imperij finibus, ingenti militari gloriæ in Italiã ad triumphũ discessurus Mitylenen petijt. Hic cùm fortè scænicos ludos spectaret, theatri formã cũ admiratione contemplatus fuit. Quæ quidem cùm uehementer placuisset, figurã eius expressit, simile, sed eo multo amplius maioriq; splendore Romæ ædificaturus. Non de hoc quidẽ theatro hîc loquitur poëta, sed plausu theatrali, à prima iuuenta sub Sylla, propter rerũ gestarũ magnitudinem. Vnde & Magni cognomentũ fuit consequutus. Florus Q. Metello, et L. Afranio Coss cùm R. maiestas toto orbe polleret, recentesq; uictorias, Ponticos, & Armenios triumphos, in Pompeianis Theatris cantaret, nimia Pompeij potentia apud otiosos (ut solet) ciues mouit inuidiam. Sed cùm dicit, sui theatri, potest hoc Pompeij theatrum intelligi, quod ut dixi, ad Mitylenæum illud admirandum, sed multo magnificentius postea Romæ ex quadrato marmore posuit. Totus popul.] Impellebatur totus fauore populari. Atqui hæc infimita. Dare, impelli, gaudere, à nullo pendent, sed historiographorum

Nec coiere pares: alter uergentibus annis
In senium, longoq; togæ tranquillior usu.
Dedidicit iam pace ducem, famæq; petitor
Multa dare in uulgus, totus popularibus auris
Impelli, plausuq; sui gaudere theatri:
Nec reparare nouas uires, multumq; priori
Credere fortunæ, stat magni nominis umbra:
Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuuias ueteres populi, sacrataq; gestans
Dona ducum, nec iam ualidis radicibus hærens
Pondere fixa suo est, nudosq; per aëra ramos
Effundens, trunco, nõ frondibus efficit umbram.
Et quamuis primo nutet casura sub Euro,
Tot circùm syluæ firmose robore tollant
Sola tamen colitur: sed non in Cæsare tantum
Nomen erat, nec fama ducis, sed nescia uirtus
Stare loco, solusq; pudor, non uincere bello.
Acer, & indomitus, quo spes, quoq; ira uocasset,
Ferre manũ, & nunquã temerando parcêre ferro.
Successus urgere suos, instare fauori
Numinis, impellens, quicquid sibi summa petẽti
Obstaret, gaudensq; uiam fecisse ruina.

more,pro præterito imperfecto indicatiuo, accipienda,id quod etiã Micyllus rectè admonuit. Theatri.] Quin et illud addendũ duxi. Pompeius ad bellũ iturus,per somnũ sibi uisus fuit sedere in theatro, & ab omnib.ordinib.applaudi. Quod quidẽ somniũ expergefactus ita interpretatus, quasi iam ob deuictũ Cæsarem,omnium plausum meritus fuisset:cùm is esset tantũ,Domitij,Lentuli,Bruti,Catonis, Marcelli, & aliorũ,à quib.ad arma contra Cæsarem cõcitabatur, præsentẽ uictoriã promittentibus, sed falsus fuit experiundo.Cæteràm quãtus fuerit in bello, & in administratione togata,copiosè pariter,& summa cũ eloquentia ostendit Cic.in Orat.pro L.Manilia. Nec rep.] Nõ reparabat nouas uires, sed fidebat priscæ suæ fœlicitati, quã ad hoc bellũ secũ tracturũ se credebat. Magni no.] Titulus fumosus. Magni,quẽ ob rerum gestarũ magnitudinem consequutus erat, quo& nomine toto orbe illustris erat Id enim nõ obscurè arguebat, quod cùm aduersus Cilicas paratas nauigationem repeteret, Ionium emensus, Athenas uenit, ubi inter multa urbis honorifica pro portis hoc carmen memorabile affixũ traditur. QVANTVM VIROS SVPRA CERTAS, TANTVM DEVS IPSE ES. Itaque magnum illud nomen formidabile nõ solum Orienti, sed etiam toti imperio,nihil aliud erat, quã simus, & umbra,iam breui peritura. Qualis.] à simili dignitatem, simul & potentiam Pompeij amplificat.Sumpta aũt hæc comparatio est,à natura quercus annosæ, quæ quondã spoliis ducum grauis, senescens tamen, licet radicibus non ualidis hæreat, inter ueteres tamen, & robustas aliat arbores, propter priscam dignitatem una in honore est. Sub Euro.] Metuetur casum ad primam procellam, quod annosa sit, & radice non admodum firma hæreat. Sed non.] Cùm Caesaris prosopographiam attexat, nulla ætatis eius fit mentio,quem cõstat tot annis post interitum Pompeij, superfuisse,ac cõiuratorum manu periisse natum annos LVI, Nomen, & fa.] authoritate, & nominis celebritate. Ab ingenio, & moribus, & industria Cæsaris. Ferro ma-num.] Conferre,conferere pugnam, ducere in hostem. Ruina.] cum hostium clade perrupisse confertas acies. Ab ira præcipiti, & gloriæ cupiditate. Erat in Cæsare naturalis inclinatio ad res magnas gerendas manu, nedum consilio tantum intrepidus audax, primus in agmine uersari, hostium acies perrumpere: & meliores suos ad fugam sistere, nec ullis periculis perterrefieri, aut animo consternari. Qualis indoles in Alexandro fuit, & fortitudo,talis planè erat in Cæsare. Et ad eius uirtutes heroicas, & naturalem impetum accedebat incredibilis clementia in deuictos & profusa liberalitas in suos. Eius clementiam propè diuinam multis uerbis extollit Cic. in oratione pro M.Marcello.

Qualiter.] Et Cæsaris inuicem heroicũ impetum in rebus gerendis non minus eleganti cõparatione amplificat, à natura fulminis, & eius effectib. Fulmen autem quid

Qualiter expressum uentis per nubila fulmen
Aetheris impulsi sonitu,mundi& fragore
Emicuit,rupit& diem,populos& pauentes
Terruit, obliqua perstringens lumina flamma:
In sua templa furit,nullaq; exire uetante
Materia,magnam& cadens,magnam& reuertens
Dat stragem late,sparsos& recolligit ignes.

Zeno dixit, cùm inter se ui uentorum colliduntur nubes, atq; perrumpuntur. Aetheris impul.] Sic dixit Epicurus,fragore illo contingente. Rupit& d.] Ab effectib. fulminis, quos tragicè amplificat. In sua.] ut ne Iouis quidẽ templo pareat, ita Cæsar ne patriæ sacrosanctæ quidem thesauro, quem militibus diripiendum dabat peparsit, Fulmen rumpit diem, quando suã uibrata luce, perrumpit diem, & lumen solare. Magnam& ca.mag.] In deflexione effectuum fulminis, respicit ad celeritatem Cæsaris in obeundis expeditionibus. Obliqua.] propter obliquitatem tum horizontis,tum Zodiaci. Nam cælum in suis cardinibus obliquus uoluitur. Huic obliquum epithe-ton,poëtæ huic in mentione astrorum,& cælestium corporum frequens est. Nulla mate.] nihil obstat fulmini, omnia perrumpit, & quidem momento temporis. Ita Cæsari adeo nihil resistere potuit, quod non incredibili celeritate perrumperet Sparsos& recol.] puncto temporis uibrationem illam in omnes mundi plagas emissam colligit,ut nescias quo rema erit. Ad confimilem modum Cæsar sparsos Senatores,& ciues,defunctus ciuili bello, Romam reuersus, reuocabat, colligebat& quorum plerique metu profugi, quod aduersus eum arma induissent, & in acie contra eum stricto ferro stetissent, data uenia obtat& omnium iniuriarum memoria,redire iussi fuerunt,& in pristinum locum restituti.

Hæ ducibus c.] A prosopographijs transit ad ultimam belli ciuilis caussam,hoc est,ad uitia Romanorũ, quæ

Hæ ducibus caussæ suberant,sed publica belli
Semina,quæ populos semper mersere potentes.
Nanq; ut opes nimias mundo fortuna subacto
Intulit,& rebus mores cessere secundis.
Prædaq;,& hostiles luxum suasere rapinæ,

fomentum,& materiã præbuerũt. Sunt enim publicæ caussæ, quas coacruatione enumerat,& argumentando aptissimè

Non auro, tectis ue modus, mensaśq; priores
Aspernata fames: cultus gestare decoros
Vix nuribus, rapuere mares: fœcunda uirorum
Paupertas fugitur, totóq; accersitur orbe
Quo gens quǽq; perit: tum longos iungere fines
Aegrorum, & quondam duro fulcata Camilli
Vomere, & antiquos Curionum passa ligones
Longa sub ignotis extendere rura colonis.
Non erat is populus, quē pax tranquilla iuuaret,
Quem sua libertas immotis pasceret aruis.
Inde iræ faciles, & quod suasisset egestas,
Vile nefas, magnuḿq; decus, ferróq; petendum
Plus patria potuisse sua, mensuráq; iuris
Vis erat, hinc leges, & plebiscita coactæ:
Et cum Consulibus turbantes iura Tribuni.
Hinc rapti fasces pretio, sectoŕq; fauoris
Ipse sui populus, letalis ambitus urbi,
Annua uenali referens certamina campo.
Hinc usura uorax, auiduḿq; in tempore fœnus,
Et concussa fides, & multis utile bellum.

a. epissimè colligit. Fuerunt autem eiusmodi, propter quas, pacem publicam, cõcordiam, & Reipub. tranquillitatem ferre nequiuerunt. Tum auẽ quam turpiudmẽ, quod decuit in ciuitatem inuexêre. Semina] Enumerat nunc uitia, quæ amplissima imperia euerterunt, non solum Romanum, sed & Assyriorum, Persarũ, Babyloniæ Lacedæmoniensium, Carthaginensium, & alia plæraq; omnia, quæ longè lateq; floruere. Mersere] euertere, delere. Neq; uerò tantum eos populos, & reges, qui imperia florentissima opibus habuere, sed & ciuitates luxu, & opibus pollentes, ut Corinthios, Sibaritas, Milesios, & Asiæ malat ciuitates. Opes.] Simulatq; bello in Asiam promoto, eius delicias, & illecebras earũ degustassent, omnem luxum Asiaticũ in ciuitatem inuexerunt unà cum opibus, Sunt enim opes materia, & illecebræ uoluptatũ, unde auaritia, ambitio, dominãdi libido, superbia & aliorũ contemptus, & inuidia. Hinc certamina de imperij summo fastidio ad euertendã Remp. Iam & eruditis metaphoris lusit Sallustius, Semina, mersere. Populos potentes, Carthaginensem, Lacedæmoniensem, indicat, & alios innuit, quos suæ opes, & ciuiles discordiæ subuerterũt. Mores.] Hos ut fœdi, & incorrupti, sinceriq; non solum ex urbe exesserunt, uerumetiã uitijs, & prauis libidinibus, quæ paulatim ciuitatẽ inuaserunt, per nimias opes cesserunt. Indicat, ac cuncta, populis pariter & regib. erat formidabilis. Hic studio erat nõ ambire magistratus, non sectari opes, nõ exornare domos ebore, signis Corinthijs tabulis, tapetibus, aulæis, aut pario lapide, cuiusmodi postea dominos suos decorabat, sed quibus ipsi domini ornamento erant. Nulla unquam respub. multis sæculis, nec maior, nec sanctior, nec bonis exẽplis ditior fuit, nec in quã ciuitatem, ut ait Liuius, tam sera auaritia, luxuriáq; immigrarunt: nec ubi tãtus, ac tamdiu paupertati, ac parsimoniæ honos fuit. Ac adeo quanto minus rerũ, tanto minus cupiditatis erat. Nuper, inquit, diuitiæ auaritiã & abundantes uoluptates, deliberiũ per luxum atq; libidinem pereundi, perdendiq; omnia inuexere. Itaq; illis unice curæ erat, publicam rem tueri, eamq; ampliorem reddere, ac publica priuatis potiora habere. Prædaq;] Asiaticã opulentiã & prædas toto orbe hostib. deuictis ablatas dicit, quibus tum se, tum æra rium ditarunt. Hanc prouinciã Asiæ uel quancunq; aliã, qui proconsul, obtinuisset, ita cõpilabat, diripiebatq; ut in urbem quasi prædã, & rapina onusti, anno exacto reuersi, sui repetundarũ rei agerẽtur. Egregiè perstringit poëta eorũ auaritiã, quam Annibal etiã ornatissimos satis notatit fore Romanis, quantũuis auaris. Postquã, inquit Sallustius, diuitiæ honori esse cœpêre, & eas gloria, imperiũ, potentia sequebãtur, hebescere uirtus cœpit, paupertas probro haberi, innocentia pro beneuolentia duci cœpit. Igitur ubi ex diuitijs iuuentutẽ luxuria, atq; auaritia cum superbia inuasere, rapere, consumere, sua paruipendere, aliena cupere, pudorem, pudicitiã, diuina, atque humana promiscua, nil pensi, neq; moderati habere. Hæc Sallustius, Romanorũ luxuriam, & frugalitatẽ, cum in uasis tum in uictu lege Plin. lib. 33. cap. 11. Idem eorũ immoderatum luxum insectatur, lib. 16. cap. 43. & lib. 33. cap. 6. Et lib. 22. cap. 2. Et li. 22. cap. 24. Deniq; multis alijs locis acerbè in immoderatam ingluuiem, & gulam grauis censor inuehitur. Priores men.] tenues, ac frugales, quibus delectabantur ueteres illi, & continentes Romani. Etenim præter corruptos mores in saltando, & psallendo, innumera gulæ instrumenta reperta fuêre. Commemoratur Luxuria Fabij gurgitis, & Metelli Pij: luxuriosa cœna Pontificis, quæ etiam in prouerbium abijt: porcus Troianus, grauidis alijs animalibus inclusis. Sed nullus luxus illorum temporum maior erat, quàm circa marinas copias, in quibus in summo pretio erant cochleæ saginatæ, murænæ, acipenseres, gari, mulli, Ecarus lupus, Scarus, Hulæ, & pisces inter duos pontes capti. Atque hæc gulæ instrumenta nullæ leges sumptuariæ, de cœnis, & sumptibus latæ constringere potuerunt. Cœptum fuit edici, ut ianuis patentibus, & pranderetur, & cœnaretur, quo edicto spes erat, ut luxuriæ modus fieret. Lex Orchia, præscribebat numerum conuiuarum. Fannia inde lex lata quæ sumptibus modum fecit asibus centum unde à Lucilio poëta centusis uocata fuit per iocum. Fanniam lex Didia sequuta fuit. Hac tenebantur constituta pœna non solum ij, qui prandia, aut cœnas, maiore sumptu fecissent, quàm Lex permiserat, sed etiam conuiuæ uocati, & qui cœnis, prandijsq; interfuissent. Huic successit Licinia Lex, quæ paucis mutatis, in quibusdam cum Fannia congruebat. Eius porrò summa erat, ut Calendis, Nonis, nundinis Rom cuiq; in dies singulos, XXX. tantũ asses, edendi causſa consumere liceret. Cæteris diebus, ne amplius apponeretur, quàm carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum pondo libra, quod ex terra, arbore, uite natum esset. Lex Cornelia hanc excepit, quæ minora pretia rebus imposuit. Tulit, & Lepidus legem, quum Cato cibariam nominabat. Post eum, Antius Restio, ad ultimum, Antonius ille, qui postea Triumuir fuit. Sed ista satis sunt de sumptuosis, & oppiparis Romanorum mensis. Priores] ut Fabriciorum, & Curionum, quorum frugalitas etiam hostibus admirationi fuit, cùm hunc in scamno assidentem foco, & ligneo catino cœnantem spectarent, qui repudiata Samnitium pecunia, locupletibus imperare, quàm habere pecuniam maluit. Alterum

terum locupletem faciebat, non multa possidere, sed modica desiderare. Cultus gesta.] Perstringit eorum mollitiem in cultu, & ornatu uestium. Viri ornatum rex fœminis decorum gestabant. Paupertas fœ.] quæ non solum strenuos, sed etiam sapientes uiros produxit. Omnia, inquit Valer. Max. nimirum habet, qui nihil cõcupiscit, eo quidem certius quàm qui cuncta possidet: quia dominium rerũ collabi solet: bonæ mentis usurpatio, nullum tristioris fortunæ recipit incursum. Itaq; quorsum attinet, ad diuitias in prima fœlicitatis parte, aut paupertatem in ultimo miseriarum statu ponere? quum et illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus sit referta: & huius horridior aspectus solidis, & certis bonis abundet? Hactenus ille. Hoc multos fortes uiros habuerat respub. R. Valerium Publicolã, cui res familiaris ad impensam exequiarũ uix sufficit. Menenium Agrippã: Fabritium, Q. Aemyliũ Pappum. Tales fuerunt, qui ab aratro ad consulatum uocati fuerunt, ut Attilius Calatinus, Attilius Regulus, Quintus Cincinnatus. Totoq; accers.] Vndiq; toto orbe in urbem importantur instrumenta luxuriæ, qua non solum Romani, sed omnes gentes humanæ pessum eunt. Tum long. iung. f.] Alia auaritiæ species, multa iugerũ mullia, prædiorum, & possessionũ coniungere, neq; pati uicinum, unde Gracchorum leges cum magno reipub. motu, ac seditione latæ fuerunt, ne quis plus D. agrorum iugera in Italia haberet: quæ reliqua essent, diuiderentur ciuib. Rura sul uo. Camil.] Hic ex magna ignominia ad summum imperium transuectus fuit, ut cùm Ardeæ exularet à Gallis capta urbe, eius opius præsidium peterent, non prius Veios ad exercitum suscipiendum iret, quàm de dictatura sua solenni iure decreta, certior esset factus. Magnificus, inquit Valerius Max. Camilli Veientanus triumphus, egregia Gallica uictoria: sed ista cunctatio longè admirabilior. Hinc tãta fuit facultatum tenuitas, ut cùm à L. Apuleio illi obijceretur quod domi æneas paterat haberet, quas à præda Veientana compilasset, in exilium abiret. Obijt peste, cuius mors licet grandis natu perierit, magnum luctum intulit ciuitati, quippe unicus per ea tempora imperator, domi in gubernatione togata, belliq; omnium Rom. longè princeps, ante exilium, sed in exilio multo clarior factus. Nam ut modò memoraui ad auxilium patriæ reuocatus, incredibili uirtute se, & patriam restituit. Ac deinceps pari gloria 30. annos uixit. Rura pas. ligo.] Cur M. Curius cùm Pyrrhum Epirotam ex Italia fugasset, nihil attigit regiæ prædæ, qua ipse milites, & ciuitatem ditarat. Decretis septenis iugeribus agri populo à senatu, sibi autem quinquaginta, popularis assignationis modum non excussit. Longa. sub ig.] Glareanus ipse quoq;, ut alij interpretes, hoc in uersu mirè se torquet. Obscurus hic est sermo, inquit, si diligenter consideres. Neq; enim longa rura erant, dum Camillus araret, aut Curius. Sed id dicere uult, quæ breuia olim erant arua, iam longa fiebant, adiectione identidem plurium aliorum agrorum. Sed & illud sub ignotis colonis. Sulpitius exponit per accusatiuum. Dilatabant, inquit, usq; ad distantes, & ignotos agricolas eos agellos, in quibus Camillus arauerat, & Curius foderat, qui illis contenti fuerant, censentes perniciosum esse, cui septem iugera nõ satis essent. Badius. Extendebant, inquit, sub colonis ignotis, quia barbaris dederant colendos, recipientes ab eis fructum, aut usq; ad ignotos colonos. Quibus uerbis posterioribus, declinat ad Sulpitij expositionẽ. Quæ si uera esset, haud dubiè poẽta sub ignotos colonos in accusandi casu ut ipse dixisset, la A tinitate, & carmine saluis. Itaq; Badij prior expositio uer bis poëtæ aptior, Sulpitij autem sensui, quẽ poëta priorib, subijcere destinabat, magis accommoda. Lectori sit integrũ, quod sequatur: nam ego planè hæreo. Hæc Henricus Glareanus, cuius iudicium, omniũ antepono censuris, & uirgulis. Nunc, ut liceat cum omniũ interpretũ uenia, extra reprehensionẽ cuiusquã, candidè id quod ego sentiam, adijcere, ita sincerus lector accipiat, ut à me nihil aliorũ, uel infirmetur, uel à me affirmetur, sed in medio iudicium ponatur emũctæ naris lectori. Longos iungere finet, agros agris, uillas uillis iungebant, ut uicinũ non paterentur, ut uicinos colonos cogerent sua prædia ipsis oportuna diuendere. Porrò autem longa rura Camilli, & Curij extidere, dixit, pro eo quod est, modica illa, & tenuia septena iugera, quibus erant cõtenti, longè extendebant, ut nomen possit sit, pro aduerbio. Per Curios, & Camillos intelligit, cõtinentes, & frugales omnes ueteres Romanos, cuiusmodi illorum similes. Crescentib. opibus, ac luxu, totam ferè Italiam suæ ditionis fecerant locupletes illi Crassi, & Crassi. Sub ignotis colonis, extendebant modica rura Camilli, & Curij. Præter superiorem, hæc expositio fortassis nihil B quadret: ut intelligãtur, præter angusta in Italia prædia, etiam primæ nobilitatis homines, in prouincijs sub ignotis colonis, extenderent, siue locupletarint. Lucullus, nõ tantũ intra urbis mœnia sumptuosissimos hortos habebat, uerumetiã in agro Thusculano, circa Neapolim, totaq; erat Campaniæ adeo superbè in suis agris edificarat, ac sumptuosè, ut à Tuberone, q Stoicæ disciplinæ sectatore erat, Xerxes togatus facetè fuerit appellatus. Atqui ita alij in locis toto orbe agros sub ignotis colonis possidebãt. Sed hæc expositio fuerit fortassè coactior. Non erasis.] sed qui paci bellum anteponebat, quiq; intactis negligensq; agris tantũ sua libera Rep. frui, & belligerari gaudebat. Egestas.] Ex his causis, perleui momẽto ad arma inter se cõcurrebãt, maximè cùm eo accederet egestas, ex nimio luxu, & prodigalitate. Illa Catilinã, & reliquos coniuratos ad bellum patriæ faciendũ, ad cõiurandum aduersus opulentum quenq; impulerat. Et Põpeius dicere solebat, Cæsarem opera, quæ instituerat, inopia perficere non potuisse, neq; expectationem, quã de aduentu suo fecerat, priuatis opib. explere, & ob id omnia armis turbare uoluisse. Glareanus expendens hunc locũ. Sulpitius inqt, egestas, id est, C cõcupiscentia, quæ animos facit egenos. Badius aũt illud, uile nefas, quod egestas suasisset, id est, quod aliquis propter egestatem attentasset, neutrius expositio mihi placet. Sed puto eũ hoc uelle dicere, id quod egestas, siue paupertas, probis uiris suadet, uidelicet sobrietatem, continentiã, parsimoniam, nec plus uelle insumere, quàm uectigal ferre possit, id, inquam, uile ne fas illis uisum est. Contrà uerò, potuisse plus patria (hic uerò mire tangit Cæsarem, quod & Sulpitio hoc loco placuit) hoc demũ uisum ingens dedecus: & (si nequeas aliter) uel ferro petendum. Badius neutrũ intellexisse uidetur. Hæc Glareanus. Mensura.] Reuera uim iuris nomine palliabat. Omnia gerebantur corruptelis, & Tribunorum gratia, ac fauore. Quare addit, ex ea re leges Tribunitias, plebiscita, & omnia iura cõfusa situisse, ut in belllo fieri solet. Solent Grãmatici hoc exemplum in syllepsi generum adducere, quo fœminum concipit neutrũ genus. Plebiscita.] Sex apud Ro. fuerunt legumlatores. Populus. Trib pl. Senatus, rex magistratus, & prudentes iurisconsulti. Populus erat ea-

tus

tus ciuium totius urbis, inter quos comprehendebantur, tum priuati, tum senatus. Quod à populo constituebatur, Lex appellabatur. Scripto enim ferebat leges. Lex proinde commune uocabulum est, scriptarum legum. unde reliquæ quinq; legislationes deducuntur. Populus enim genie, uum hanc, aut illam legem ferri placeret, annuit plebi. Plebiscitum est, quod plebs plebeo magistratu ferente, quo species à genere Instit. de Iure Nat. & Ciuili. Nã appellatione populi, uniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patritijs, & Senatoribus. Plebis autem appellatione sine patritijs, & Senatoribus, cæteri ciues significantur. Inter Plebiscit. & Legem, dicit Gell. hoc interfuisse, libro 14. Tribuni neque aduocant Patricios, neque ad eos referre de ulla re possunt, ita ne leges quidem proprie, sed Plebiscita appellantur, quæ Tribunis ferentibus accepta sunt, quibus rogationibus Patricij diu non tenebantur, donec Q. Hortensius dictator eam legem tulit, ut omnes Quirites eo iure tenerentur, quod plebs scisuisset. Liuius lib. 3. Omnium primum, inquit, cum uelut in conuerso esset, tenerentur ne patres Plebiscitis, legem centuriatis comitijs tulêre, ut quod Trib. Pleb. iussissent, populus teneret. Qua lege Tribunitijs rogationibus, telum acerrimum datum est. Est igiur Plebiscitum, quod nulla auctoritate patrum constitutum est. Quæ & illud addatur. Rogare legislator dicitur: Plebs uerò scire, & scisc. à rogando, rogatio: à fciscendo, scitum plebis: hoc à statuendo, & decernendo. Plebiscitum græcè, ψήφισμα. Gell. lib 9. differentiam legis, rogationis, Plebiscíti, & aliorum uerborum annotauit. Imper. Iustinian. Instit lib. 1. Tit. de iure Nat. Gen. & Ciuili paulo lucubratius: Latina uerba Græcè reddidit, ὁ χυδαῖος, inquit, ὁ ἀγύρτης, τὸ λοιπὸν ἅπαν πλῆθος, ἐξαιρεμένων τῶν συγκλητικῶν. τὸ δὲ πᾶν μετὰ νομοθετήσεως, πλεβίσκιτον ἐπωνόμασεν. τοῦτ' ἔστι, τὸ ὑπὸ τοῦ πλήθους γνωσθὲν τῷ ἀρχηγέτῃ. οὗτος δὲ ἐστὶ δήμαρχος, ἐφ' ὧτινος, ἐνεστῶτος τοῦ δεκεμβρίου, τὸ πλῆθος τῶν δήμων προσχωρίσας πάντες ὁμοῦ σύνονται πολίται συνεστῶτες, ἤγουν συγκλητικῶν ὁ δῆμος ἐπιλείπει. Plebs uero, inquit, quod omnia recta, & inflexibilia exigit. Hinc rapti fa.] Consulatus corruptelis, ac largitione comparat, contra legem ambitus latam. Signum pro signato. Erant cui fasces uirgæ, ab imo ad summum fasciculo colligatæ, quibus in summo secures insertæ erant. Hat lictores duodecim gestabant circa Coss. Sectorq; Venditor suorum suffragiorum populus, cùm pecunia corruptus suos magistratus uenderet. Sector, à seco ui sectum, qui incidit aliquid, diuidit'ue. σφίγγας Græci sectores zonarius γλωσσοτόμος. Sectores item appellantur qui Lucelli uilit spem secuti, bona damnatorum in auctionibus coëmebant, reuendebantq; eadem pluris. Hac de caussa Antonius Philip. 2. à Ciceron sector Pompeij uocatur, quod in subhastatione, bona Cn. Pompeij redemerat. Idem in orat. pro Rosc. Nescimus, inquit per ista tempora eosdem serè sectores fuisse bonorum, & collorum. Sectores etiam accusatores dicuntur, qui ex damnatione rei dimidium bonorum expectant, aut aliquam certam portionem, atque id persequuntur constanter. Verba Cic. in 2. Philip. sunt hæc. Et eius uiri nomine me infectari audes, cuius me amicum te sectorem esse fatearei Idem. Expectantibus omnibus, quisnam esset tam impius, tam demens, tam Diis, hominibusq; hostis, qui ad illud scelus sectionis, auderet accedere, inuentus est nemo præter Antonium. Idem, Tantus igitur te stupor oppresit, uel, ut uerius dicam, tantus furor, ut primum, cùm sector sis ipso loco natus, deinde cùm Pompeij sector, non te exterandum Populo Rom. non detestabilem, non omnis tibi deos, omnes homines, & esse inimicos, & futuros scires Budæus tamen, Annotat. prioribus in Pandectas Iuris, propriè dicit sectores appellari posse qui delationibus faciendis confiscationes à principibus impetrant, ut homines interdum insontes fortunis euertant. A sector, fœminino sectrix. Ambitus.] crimen est honoris, malis artibus affectati. quæ res seueris legibus apud Rom. coërcebatur, à circumeundo, quod qui magistratus petebant, & suis utrunibus diffiderent, tribus circuire solebant, easq; largitionibus, aut pollicitis corrumpere. Rectè hunc ambitum urbi letalem dicit, hoc est, perniciosum. Ambitio alioqui duplex est. Vna legibus uetita, de qua hic agitur. Vnde Leges de ambitu latæ, cùm pecuniæ tributum diuisorum ministerio distribuerentur: alsera non prohibita, quæ sine largitione fiebat. Cic. in Sallust. Cedo, si fuerim in honoribus petẽdis nimis ambitiosus. Non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem profiteor, sed illam pernicio sam contra leges, cuius primos ordines Sallustius duxit. Aunna cer.] quæ quotannis in campo Martio Cal. Ianuar fiebant in designandis magistratibus, quos Cal. Martijs postea inibant. Is diei comitia dicebantur, quo populus ad suffragia coibat. Venali cam.] in quo uenalia munera sua, & beneficia habebãt, largitionibus corrupti. Vsura.] usurã propriè dictam uolunt, pecuniã, quæ in fœnore sorti accedit, quod ea ex usu acquiratur. Hanc M. Varro impendiũ uocat, quod inter se iungat, unumq; fiat, quasi cõpendium. Quidã posteriora uocant, quoniam qui fœnus agitant, & in usura extendunt, uidentur aggregare posteriora prioribus, & ortis oritura connectere. Ob eam caussam Græci τόκος uocant eam, quasi partus posteritatẽ. Interusura, ὁ μεταξὺ τόκος, usura est, quæ medio tempore fluxit. Vsurpatur interdum, pro familiaritate. Cicer. Longa, quæ inter nos fuit, usura hoc efficit. Fœnus author re Gellio, ex tertio. Varroni de lingua Latina, idem est, quod usura, dictum à fœtu, τόκος, hoc est partus pecuniæ. Quidã tamen deductum putant à fundo, quod antiquitus per o, non per u, scribebatur, quod propriè est prouẽtus ex naturali terræ fructu: postea uerò ad usurã est trãslatum, quasi pecunia per se fructũ producat, sicut terra. Glareanus, Sulpitius, inquit, differentiam inter fœnus, & usuram hanc dicit esse. Vsura est, inquit, primum illud lucrum, ex pecunia credita: fœnus autem, si statuto die non reddatur, duplum, aut quadruplum soluas: estq; usura usuræ. Hæc ille: Miror planè, sit'ne differentia hæc uera, tum quo authore hæc ille scripserit. Calepinus hunc citat locum, in dictione fœnus: sed nulla commemorata differentia. Certè poëta ipse utrunque nomen in malam

malâ excipit partem, utcunq; de eo distinguât Iuris periti. Hucusq; Glareanus. Extat lex Antonini titulo de Vsuris. Vsuræ, inquit, per tempora solutæ, non proficiunt reo ad dupli computationem. Tunc enim ultra sortis summâ usuræ exiguntur, quoties tempore soluturus summa usurarum excedit eam computationem. Concussa f.] labefactata credito. Et multis uti.] qui bellis ciuilibus ampliſsimas opes consequuti fuerant. Suetonius in Cæsare tradit, eum acceptis ijs, quæ in urbe gerebantur, vehementer commotum, summa ope aduersarijs restitisse, partim per intercessores Trib: partim per Seruium Sulpitium alterum Cos. & Aemilium Paulum collegam M. Marcelli, & C. Curionem, violentisimum Tribunorum, quos omnes ingenti mercede defensores sibi parauerit. Syllanis item temporibus quibus proscriptorum bona prædæ erant.

Iam gelidas.] Narrationem splendidè ordit ur à transitu Alpiũ in Galliã Cisalpinã, & Italiam, ubi accepisset omnia Romæ contra dignitatem suam geri. Vbi aduertisset, nihil non obstinatè aduersarios moliri, Senatũ per literas deprecatus fuit, ne sibi populi beneficiũ adimeretur, aut ut cæteri quoq; Impp. suos exercitus dimitterent, confisus facilius se suos ueteranos cõuocaturũ, quàm Pompeiũ nouos milites, Literas Curio nouis Coss. Calidio, & Lentulo legendas obtulit, in quibus quoq; scriptũ erat, ut dimissis octo legionibus, & Gallia Transalpina, duæ sibi cõcederentur, & Gallia Cisalpina prouincia: aut certè una legio cũ Illyrico, quoad Consul fieret. Egisse se antea æquis conditionib. cum Senatu, ut cum Pompeio potestatem deponeret, sed cùm neq; hæc, neq; alia, quæ æquâ & iusta à se peterentur, posset impetrare, futurũ breui ut in ultionem patriæ & dignitatis suæ cum exercitu adesset. Huic denunciationi ab omnib. fuit acclamitatum: inde Antonius & Cassius è curia ejiciuntur. His Cæsar acceptis, nihil amplius cunctandum ratus, apertè arma induit. Primũ rem conquestus fuit militibus, quàm iniquè, et in quo, aduersarij secum agerent. A' quibus magno clamore iussus est, ut suo iure militum opera uteretur. Inde suorũ consensu confirmatus, præmissis aliquot ex Rauenna cohortibus, ipse sub noctem Arimínum uertit iter Florus lib. 4. His Cæsar agitatus, statuit præmiam armorũ, armis defendere. Prima ciuilis belli arena Italia fuit, cuius arces leuibus præsidijs Pompeius insederat, sed omnia subito Cæsaris impetu oppressa sunt. Alpes gelid.] Alpes à Tergesto in intimo sinus Hadriatici maris recessu, qua spectatur Boreas, modico terræ interuallo ingenti altitudine Alpiũ iuga attolluntur, tendũq; rectà in occasum, prominentq; in Veragros usq; & Sedunos Vnde in Austrũ flexa, obiecta fronte Liguſticũ mare excipiunt. Nomen habent à candore, quod earũ iuga perpetuis niuibus albescant ferè. Etenim quod Sabini initio, alphum, id Latini postea albũ dixêre. Patent in longũ C. M. pass à supero mari ad inferum: uel, ut Liuius, tria millia stadiorũ. Huic Alpinus, & gentes Alpinæ, uentiq; Alpini, qui ab Alpibus spirant. Hinc illa composita, Cisalpinus & Transalpinus. Ceperat, ut uentum est.] simplex pro composito, conceperat animo magnos motus. Parui Rubiconis.] fluuius est Italiam à Gallia citeriore seperans, ut olim Aesis in Piceno, & Phormio Iapidiæ annis. Ortum ducit ab Alpibus ex Apennino monte, ac delabitur inter Ariminum, & Rauennam. Accolæ eum hodie Riconem uocant. Hic priusquam ad mare deuenit, cum amniculo modico mixtus, obscuro nomine, & ostio uadoso in Adriam euoluitur. Ad Rubiconem

Iam gelidas Cæsar cursu superauerat Alpes,
Ingentesq; animo motus, bellumq; futurum
Ceperat, ut uentũ est parui Rubiconis ad undas,
Ingens uisa Duci patriæ trepidantis imago,
Clara per obscuram uultu mœstissima noctem,
Turrigero canos effundens uertice crines,
Cæsarie lacera, undisq; aftare lacertis,
Et gemitu permixta loqui.

erecta stabat collibus marmorea, in qua inscripsũ erat hoc Senatusconsultũ. IVSSV, MANDATV'VE P. R. COMMILITO ARMATE, QVISQVIS ES, MANIPVLARIS VE, CENTVRIO'VE, TVRMAE'VE LEGIONARIAE, HIC SISTITO, VEXILLVM'VE SINITO, NEC CONTRA HVNC AMNEM RVBICONEM SI. BIGNVM, DVCTVM, COMMEATVM'VE TRADVCITO. SI QVIS HVIVSCE IVSSIONIS ERGO', ADVERSVS PRAECEPTA IERIT, a FECERIT'VE, ADIVDICATVS ESTO P R H. AC SI CONTRA PATRIAM ARMA TVLERIT, PENATESQ'VE E' SACRIS PENETRALIBVS ASPORTAVERIT. S. P. Q. R. SANCTIO, PLEBISCITI S. ue C. Alitrũ item in portu Arimini. SENATVSCONSVLTVM. IMP. MIL. TIRO'VE ARMATE, QVISQVIS E'S, HIC SISTITO, VEXILLVM SINITO, ARMA DEPONITO, bNEC CONTRA HVNC AMNEM RVBICONEM, SIGNA, ARMA, EXERCITVM'VE TRADVCITO. SI QVIS ERGO ADVERSVS PRAECEPTA IERIT, FECERITVE, ADIVDICATVS ESTO HOSTIS. P. R. AC SI CONTRA PATRIAM ARMA TVLERIT, SACROS'VE PENATES E' PENETRALIBVS ASPORTAVERIT. SANCTIO PLEBISCITI, SENATVSCONSVLTI, VLTRA HOS FINES ARMA PROFERRE LICEAT NEMINI. His Senatusconsultis Cæsar motus, cùm ad Rubiconem ormatus uenisset, militibus fertur dixisse, etiam nunc regredi possumus. Nam si ponticulum transierimus, omnia armis nobis agenda erunt. Patriæ tre ima] Romæ, atque adeo totius Italiæ territæ ad eius aduentum. Est autem prosopopœia Patriæ, quam exemplo, & imitatione Cicero in Catilinam loquentem facit. Hanc describit primum, à lugubri habitu totius corporis pottium. Somnium hoc Cæsari fuit obiectum, ea uidelicet quæ transitum Rubiconis proximè præcedebat. Florus huius non meminit. Sed de hoc somnio paulò post dicetur. Turrigero canos effundens uertice.] Quod urbes turribus munitæ sint, & Romam eandem Cybelen facit, propter antiquitatem. & lacerum capillis, ob discordiam, quæ in duas partes fuit diuulsa, ac factiones.

Quo

A Quo tend.] Sic habebat senatusconsultū, ut modo ad uerbū retuli. Vlra hos fines arma proferre liceat nemini. Mea signa.] Romana, ut ostendat in se moueri arma. Quo tenditis, inquit
Quo fertis mea signa uiri? si iure uenitis:
Si ciues hucusq licet. tunc perculit horror
Mēbra Ducis, riguere comæ, gressumq cohercēs
Languor in extrema tenuit uestigia ripa.
Mox ait. O magnæ qui mœnia prospicis urbis,
Tarpeia de rupe tonans, Phrygiiq Penates
Gentis Iuleæ, & rapti secreta Quirini,
Et residens celsa Latialis Iuppiter Alba:
Vestalesq foci, summiq deum numinis instar
Roma faue cœptis, non te furialibus armis
Persequor, en adsum uictor, terraq, mariq,
Cæsar ubiq tuus. liceat modo, nunc quoq miles:
Ille erit, ille nocens, qui me tibi fecerit hostem.

Quo tenditis.] Sic habebat senatusconsultū, ut modo ad uerbū retuli. Vlra hos fines arma proferre liceat nemini. Mea signa.] Romana, ut ostendat in se moueri arma. Quo tenditis, inquit
Quo fertis mea signa uiri? si iure uenitis:
Si ciues hucusq licet. tunc perculit horror
Mēbra Ducis, riguere comæ, gressumq cohercēs
Languor in extrema tenuit uestigia ripa.
Mox ait. O magnæ qui mœnia prospicis urbis,
Tarpeia de rupe tonans, Phrygiiq Penates
Gentis Iuleæ, & rapti secreta Quirini,
Et residens celsa Latialis Iuppiter Alba:
Vestalesq foci, summiq deum numinis instar
Roma faue cœptis, non te furialibus armis
Persequor, en adsum uictor, terraq, mariq,
Cæsar ubiq tuus. liceat modo, nunc quoq miles:
Ille erit, ille nocens, qui me tibi fecerit hostem.

Rubiconem.] Ad Rubiconem, quem cum infesto signis transire non licet. O magnæ.] Remouet à se culpam, testaturq omnes Deos Romanos, in quorum tutela Respub. sit, se non ut hostem uenire, sed militem quoq, ut Imperatorem: uerum illum fore perniciosum patriæ, qui fecerit se hostem. Magnam urbem Romam dicit. Tarpeia de.] Hæc & saxū Tarpeiū dicebatur, à Sp. Tarpeio arcis præside, siue ab eius filia Tarpeia quæ prodita Sabinis arce, ab hostibus intromissis scutis obruta fuit. Ædes Iouis Tonantis erat Romæ, antequam Castoris & Pollucis simulachra fuerant posita. Et in Capitolio signū Tonātis Iouis spectabatur. Plin. lib. 34. cap. 8. Et lib. 36. cap. 6. Inter hos primum (ut arbitror) inquit, marmoreos parietes habuit scæna M. Scauri. non facilè dixerim, sectos, an solidis glebis politos, sicut est hodie Iouis Tonantis ædes in Capitolio. Itaq; Tarpeia de rupe Tonans. Iuppiter Tarpeius, siue quis malit, Capitoline. Nam quod dicit Plinius. sicut est hodie Iouis Tonantis ædes in Capitolio, tam Lucanus uocat, ædē Tonantis Iouis in saxo Tarpeio. Positum enim ibi erat, delubrum Tarpeium, cuius etiam meminit Plin. lib. 28 cap 2. Cùm enim, inquit, in Tarpeio sedentes delubro fundamenta caput humanum inuenissent, missit ob id à senatu legatis, Hetruriæ celeberrimus uates Olenus Calenus præclarū id fortunatumq cernēs, interrogatione in suam gentē transferre tentauit Scipio- ne prius determinata templi imagine in solo ante se: hoc ergo dicitis Romani, hic templum Iouis Opt. Max. futurum est? Hic caput inuenimus? Constantissima annalium affirmation. transiturū fuisse fatum in Hetruriā, ni præmoniti à filio uatis legati Ro. respondissent, non planè hic, sed Romæ inuentū caput dicimus. Iterū accidisse tradūt, cum in fastigiū eiusdem delubri præparatæ quadrigæ sponte illet in fornace creuissent, & iterū simili modo retentum auguriū. Hoc delubrum Tarpeium hoc loco extra contro uersiam innuit poëta. Phrygiiq P.] Quos Aeneas secū Troia, mediq; ex ignibus urbis in Italiā portauit. Penates à domestici, quasi penes nos nati, qui & Lares, & genij dicuntur. Dionysius tradit, Romæ templum fuisse, haud procul à foro, in quo erant Deorum Rom imagines. Dij Penates.] Duo erant adolescentes, sedentes, ac pilam tenentes Tyndaris ferreos, & æneos liuos, atq; Troianum quoddā fictile uas fuisse, author est. Labeo uerò, Apollinem, & Neptunū murorum urbis Troiæ cōditores. Quā opinionē Maro secutus, Taurū, inquit, Neptuno, taurū tibi pulcher Apollo. Sed qui eruditius, & diligentius disserunt aiunt, Penates esse per quos spiramus, corpus habemus, ac rationem animi. Iouem medium ætherem esse, Iunonem aërem imum cum terra: Mineruam summū æthera, Ilio, originem Iulia duxerit. Secreta rap. qui.] O ar-

eand Romuli in cœlū rapti. Raptū Quirinū, Romulū dicit in cœlum translatū uti tum creditū fuit. His, inquit Liuius, immortalibus editis operibus, cùm ad exercitū recēsendū concionē in campo ad Capræ paludem haberet, subitò coorta tempestas cum magno fragore, tonitribusq; tam denso regem oppressit nimbo, ut conspectum eius cōcioni abstulerit. nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes sedato tandē pauore, postquā ex tam turbido die, serena, & tranquilla lux rediit, ubi uacuā regiam sedem uidit, etsi satis credebat patribus, qui proximi stetērāt, sublimē raptū procella, tamē uelut orbitatis metu icta mœstū aliquandiu silentiū obtinuit. Secreta.] Quod secretò in ea cōcione fuerit sublatus. Nā sacra omnia secretiora statim à Numa instituta fuerunt. Rapti.] De eius morte, non una fuit opinio, nam præter eam, quam retuli modò ex Liuio, propior illa est, quam alij scribunt, à primoribus uidelicet eum interfectū, ac corpore in frusta minuta dissecto, occultè sub uestibus à singulis per partes domum asportatū. Sunt rursus alij qui nouos ciues cædis auctores fuisse memorant, mediaq; tempestate cædis occasionē arripuisse. Causſæ uerò odij quo inter suos flagrare cœperant, uariæ referuntur. Nonnulli, quod Patrū iniussu, obsides Veientibus restituissent, ab eo ordine eo- flatā illi inuidiā fuisse arbitrātur. Rursum alij tradūt, ob ciues Latrocinij cōuictos, & ob id de rupe Tarpeia præcipitatos, causſam cædis illi ab ignobilibus oriā. Alij, quia iudicia iam solus audiret, & in multis reb. exerceret apertā Tyrannidē. Certè cōstat ingens eius defuncti desiderij stimulum secutū, diuinosq; honores illi habitos. Iulius enim Proculus pro concione affirmauit, augustiori sibi habitu nouū occurrisse Romuli simulachrū: qui quasi cœlo lapsus, ossā quædā sibi ad suos Quirites dedisset mandata. Cōfestim multitudo uenerabunda, ut uana tūc erat hominū persuasio, Deū ipsum, deoq; natū Romulū saluere iussit. Regnarat annos 37. Perii natus annos 60. Plutarchus unū annū regno eius adijcit, & uitæ unū adimit. Die quo ex humanis decessit, uulgi fugam, captiuasq; Nonas dixerunt. Quirini.] Romuli, è rebus humanis sublati, & in cœlum trāslati, ut creditū fuit. Ipsum, siue à Quiritibus, siue à lancea, quam quirim dixēre, siue Martium, & bellicosum interpretarentur, Quirinum appellari placuit. Alij Quirites ciues Romanos à Curibus Sabinorum dictos tradunt, quibus id honoris à Romulo datū fuerat, cùm non pacem modo, sed ciuitatē unā ex duabus facerēt, & ipse, & Sabini regnū consociarent, & imperiū omne Romā cōferrent. Latialis Iuppiter.] Primum de Latio dicamus, deinde superenit. ut de Latiali Ioue, & feriis Latinis disseramus, quarum Lucanus posita etiā facturus est mentionem. Id terræ spatium ueteres Latij nomine dixerunt. quod inter ostia Tiberina, & Circeios est, millia pass. quinquaginta in longitudinem non excedens. Angustiis admodū finibus à mari montes includebatur: unde quidam adducti uidentur, ut credant, ob id hoc solum Latiū dictum, quod inter

montes

montes Latedt. Sed uulgatior opinio est, quod Saturnus regno pulsus ibi latuerit. Latium coluerunt Siculi, quos Aborigines inde expulerint. In ea terra antiquissimi regnum tenuisse creduntur Ianus, & Saturnus. Post eos, Picus Paunus Latinus, in cuius tempora incidit Troianorũ in eam terram appulsus. Latium postea prælatis Imperij terminis, Antiquum Latium fuit appellatum. Postea uerò Latij nomine dici cœpit, quantum terræ est, inter Tyberim, & Vulturnum amnem. Totus ille tractus diuiditur in Latium citerius, & Latium ulterius. Citerius Latium, à Tyberis ripa, Fundos usq; protenditur. A' Fundis usq; ad Vulturnum ulterius. Varro Latium, à Latino rege dictum credit. Latialis Iuppiter.] quod in Latio coleretur. Cicer. Sicut utiq; ferias non Latiales, sed Latinas dixeris, aut Latias. Hinc sermo Latialis, & Latinus. Omnium primus Ioui Latiali in monte Albano sacra dedicauit Ascanius, ad quæ nomen Latinum conueniebat. Erat Alba Longa exporrecta in dorso montis Albani. Postea à Tarquinio Superbo fœdus cum prioribus regib. ictum, cũ Latinis renouatũ fuit. Tarquinius in cõcilio Latinorũ dux creatus fuit, eo iure, quo auus eius Tarquinius olim fuerat. Ipse priusquã concilium dimitteretur, edixit, ut certo die Latinorũ iuuentus sibi ad lucũ Ferentin. armis instructa ex fœdere adesset. Misit eadem uia ad Hernicos, & Volscos, qui ab ipsis gentibus societatem P. R. peteret. Omne Hernicum nomẽ in fœdus & amicitiam uenit. Ex Volscis uerò, Ecetrani tantũ, & Antiates. Tum Tarquinius, ut ea populorum concordia aliquo sanctiore, perpetuoq; fœdere stabilis, & mansura esset, author extitit, ut in Albano monte commune P. R. sociiscq; Iouis templum conderetur, quo annuæ feriæ omnibus populis indicerentur: ibiq; extorum partem singuli libarent; atque carnes ibi diuidebantur, uti & multis sæculis pòst, Sp. Cassio & Posthumo Cominio Coss. cùm uetus fœdus renouaretur. Septem & quadraginta urbes eius sacri fuere participes factæ. Ipsæ feriæ Latinæ nuncupatæ. Dubium, an quia eas Latini celebrarunt, an quod Iuppiter ipse Latialis fuerit dictus. Cæterum hoc fœdus postea renouatum, ne ullo unquã tempore intercideret, Romæ in ænea columna fuit incisum. Cic. pro Planco. Quibus in municipijs, uix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur. Vestales] Periphrasis Vestæ, quæ nihil aliud fuit, quàm ignis perpetuus, quem Aeneas dicitur secum è Troia in Italiam detulisse, qui postea in templo Vestæ, non à conditoribus urbis, sed à Numa templo ad id ædificato, à uirginibus ad eam rem lectis, conseruatus fuit. Inter cætera Numæ instituta, fuerunt Vestales uirgines, quas Vestæ legit Sacerdotium id Alba oriundum fuit. Duæ primò fuere captæ, Gygania, & Berenia: mox totidem sunt additæ, Camilla, & Tarpeia: quibus Seruius Tullius duas addiecit. Atque hæ, 10 annos primos sacrorum ritum perdiscebant, totidem deinde operabantur sacris, tertio docebant, rudes, & nuper captas instituebant. Postea uerò, quã nubere uoluissent, fas erat, iusq; id facere. Si qua incesti cõuicta esset, ante ora ciuium mœsto silentio uehebatur, ac uiua circa Collinam portam in specum subterraneum demissa, ac tellure superiniecta, necata. Perpetuum hæ ignem custodiebãt, & partem Sacrorum, quæ Dardanus ex Samothracia in Phrygiam uexerat, & Aeneas ex Ilio in Italiam. Custodiebant, & Palladiũ. Quod si sacratus ignis incuria custodis extinctus fuisset, ea à Pontifice Max. flagris adhibebatur. Vestæ ædes, quam Tellurem interpretãtur sphærica pœnè fuit forma constituta, ad imitationem Palatij partes, quæ regio Capitolio est obuersa. Foci.] Quin & priuatæ domus suos habebant focos. Penatibus sacros, ut canit Homerus.

ἑστίη, ἣ πάντων Δώματα δῖα θεῶν ἕζεται ἠδ' ἀνθρώπων
ἀθανάτων τε θεῶν χαμαὶ ἑρχομένων τε βροτοῖσιν
ἔδμεν' ἀλήμονα δῶτορ ἐλαχίστην περὶ δαῖτα πάσης.

id est,

Intra tecta hominum magnorum, & templa Deorum
Perpetuam nacta es sedem, decus atq; perenne
Vesta potens.

Idem in hymno Veneris, Vestem canit per caput iurasse, se perpetua uirginitate casse uicturam, atque ob id à Ioue sibi hunc honorem habitum, ut in æde media collocata, & Dijs, & hominibus uenerãda esset. Fonsibus.] Deprecatur impietatis notam, qui ferro patriam peteret, sed se eum pro hoste habiturum, à quo patriæ hostis indicetur. Cæsar ubiq;] Glareanus, post miles, distinguendum, inquit, ut per epanalepsim sequens uersus incipiat, quod & Sulpitio placuit, & Badio. Sed & utrò miles, & uerò liceat modo, ego simpliciter intelligo. Tametsi Sulpitius, Miles (inquit) hoc est, si liceat ex Imperatore, miles euadam, quasi non etiam, militare Imperator dicatur. Et Badius uerò modo liceat, per Pompeium; quum potius, Cper te, ô Roma, exponi possit. Hæc Glar.

Inde moras.] Quãuis Lucanus hoc somnium poëtarum consuetudine Cæsari affinxisse potest uideri, Plutarchus tamen author est, ea nocte, quæ Rubiconis transitum proximè præcesserit, Cæsarem sibi per somnum uisum matri stuprum inferre, ut paulò antè memini, quod tamen somnium illi obiectum in Hispania, cùm quæstor esset, alij prodidere, cumq; ab hariolis, & coniectoribus admonitum, futurum, ut terra, quæ communis omnium parens mortalium esset, aliquando illius imperio subijceretur. Ad hoc insomniũ respexit poëta. Cæterum ad amnem progressus, milites pro concione affatus fuit. Deinde paululum ubi processisset, ad ripam substitit, apud se idem reputans, quantam cladem transiturus esset, Suetonius Tranquillus author est, huiusmodi phasma ibi fuisse illi oblatum, inter cunctãdũ. Quòd singulari magnitudine proximo sedens appellatum, cum præter pastores multi militum confluerent, inter eos nonnulli etiam æneatores, præripta unius tuba in fluuium prosiluit, ac magno spiritu classicum canẽs, in ulteriorem ripam progressus fuit. Quod intuitus Cæsar, agite, inquit, eamus, quo deorum ostenta nos uocant, & inimicorum iniquitas: iacta est alea. Sicut.] illustrat rem comparatione ducta à natura Leonis Libyci, qui horrendum canẽs fistula ex calamis cõpacta & cicutis. Ad hãc rem

Inde moras soluit belli, tumidumq; per amnem
Signa tulit propere: sicut squallentibus aruis
Aestifera Libyes uiso Leo cominus hoste,
Subsedit dubius, toram dum colligit iram:
Mox ubi se sæuæ stimulauit uerbere caudæ,
Erexitq; iubas, uasto & graue murmur hiatu
Infremuit, tum corra leuis si lancea Mauri
Hæreat, aut latum subeant uenabula pectus,
Per ferrum tanti secutus uulneris exit.

ste uiso uenatore, anceps aliquandiu cunctatur, dũ ira concitatur, eius quædam signa proferat, priusquam in hostem arrauit, uel uincere, uel uinci paratus feratur. Squalidæ, & tropico æstiuo subiectæ. Ea ferè regio Lybiæ lentib.] propter siccitatẽ desertorũ Lybiæ. Aestiferæ.] nomine censetur, quæ ab occasu Aegypto imminet: neq; semper eo nomine tota Africa uocatur, neq; Africa ipsa Lybia. Plin. lib. 6. cap. 5. Ea quæ sequitur regio, inquit, Mareotis Lybia appellatur, Aegypto cõtermina. Hæc illa. Cæterũm quã nos Africam, Græci Lybiã nominant. Diserte ergo Africam dixit, quod meridiei subiecta sit Lybia, ut etiã propter æstum, æstate propè nullas habeat aquas. In cõfesso est, undiq; sabulosa esse, maioremq; eius partem intra tropicos solis contineri qua uel sola caussa squaleat tot locis, & deserta est, quæq; sola orbis partiũ minus fert commertia hominum: adeò, si cupias alicubi sedem figere, nulla usquam se offert occasio. Cuius rei præcipua caussa est, aquarũ (ut modo retuli) inopia: solum sabulo, ceu cinere flaccidum, arenarũ montes, qui cum uentis disijciuntur, non aliter, quàm in mari procellæ fluctuãt. Postremò, ægrè colitur, agricolatores nisi ocreati, aut perornati cole rent, & arare terrã nequeant, quo uno præsidio serpentum morsus eludunt. Atq; hæc præcipua caussa est, cur nõ gignat ceruos, quod hoc animal serpentes pessimè oderit Leo.] Lybicus leo. In Africa, truculentiores sunt Leones propter inopiã aquæ, ad paucos amnes congregãtibus se ferit. Lybicas ferat creditũ est ab authoribus æstate nõ bibere, cùm minimè propter intolerabilem ardorem solis satis inardescat, cõtrà hyeme auidius potui indulgere. Vnde etiam uulgare Græciæ dictũ dimanauit. Λιβυικὸν θηρίον. Lybica fera, de homine uafro, callido, uersipelli, & ancipiti ingenio. Verbere cau.] Leonum animi index, est cauda, sicut equorum aures. Immota illa, placidus est, & blandienti similis, (id quod uehementer rarum) cõtrà crebrior arguit eius iram. Primum terra uerberatur, deinde terga, ceu quodam incitamento flagellãtur, id quod egregius poëta non dissimulat, cùm dicit, erexitq; iubas.

Pectus.] uis eorum summa in pectore est. Sed eius generositas maximè in periculis cernitur, neq; uerò illo tantummodo, sed etiã spernens tela (ut ait Plinius) diu se terrorem solo tuetur, aut ueluti cogi testatur, cogiturq; non tanquã periculo coactus, sed tanquam amentia iratus. Sic ille. Vulnere.] Vulneratus mira obseruatione percussorem nouit, & in quantalibet multitudine obseruat, & impetit. Eum, qui tela miserit, sed nõ uulnerauerit tamè cor reptum, raptũq; sternit. Et cùm pro catulis dimicat fœta, oculorũ aciem in terra defiget, ne uenabula expauescat.

Lancea Mauri.] Tingentaniæ prouinciæ in Africa, præcipua gens quondã fuit Maurorũ, quos multi Mauru sios dixerunt. Ab hac uetusta gente Mauritania appellata est. Medi, & Armeni contigua Lybicis loca à principio sortiti dicuntur, & ab ipsis locorum indigenis corrupta uoce Mauri dici cœpêre. Venabula.] Venatorium telum est uenabulum, cui ferramentum latum præfixum est ad conficiendam feram. Cæterũm, Maurorum gens dura est, & ferox, ac uenationibus assueta, ut Numidarum, quos nonnulli etiam Mauros esse credunt, & Masesylorum. Horatius in Odis.

> Integer uitæ, scelerisq; purus "
> Non eget Mauri iaculis, nec arcu, "
> Nec uenenatis grauida sagittis Fusce pharetra. "

Fonte cad. mo.] Habet narrationem à descriptione fluuij Rubiconis, quẽ suprà dixi labi inter Rauennam, & Ariminũ, & priusquã ad mare Hadriaticũ, in quod effunditur uado so ostio, peruenit, cum obscuro, humilique amniculo misceri. Aestate modicus est, propter æstum, ut omnes fermè amnes, si non augeantur imbribus: hyeme ob nimia flumina, quamuis humilia, imbrium, niuiumq; accessu augentur. Demonstrauimus item Rubiconem oriri ab Alpibus, & ex Apennino monte, & accolas corrupto uocabulo appellare Riconem: simul etiam ostendimus ibi marmoream columnam stetisse, in qua Senatusconsultum suprà adscriptũ erat inseulptũ. Puniceus Rubi.] Exatione Puniceum Rubiconem uocat, qua Horatius, Tibrim flauũ. Puniceus color propriè est, qui uiolã flammeam colore refert, quod genus coloris, & rutilũ, & spadicem appellant, aiunq; tria illa esse synonima, ac signare rubori exuberantiã, ac splendorem. Græcè φοινικοῦν. Glaranius hunc locũ excutiens puniceus, id est, flauus, rubidus, inquit Sulpitius. Cur puniceum per flauũ exposuerit, haud equidem scire possum. Flauũ enim colorem puto, qui est in auro, in segete matura, in crimibus, qui ita proprius est albo, ut noctu apud lumen ab eo uix discerni queat. Xanthũ Aristoteles uocat. Nec est simile de fuluo, quod nomen non tam coloris est, quã splendoris, ex nimia politie, aut leuitate resultantis. Quum enim dicimus flauum aurum color intelligitur. Fuluum autem tum dicimus, quo splendor ille relucens, emicansq; ex auro oculos nostros fulgore quodã uelut perstringit, ita ut fuluã aquilam, fuluã arenam, à nitore relucente ex politie dicimus. Quare fuluũ, nomen ualde generale est, cùm ad colorem, tum multò magis ad splendorẽ, quod ex rebus ipsis facile erat attendere. Badius uerò exponit, puniceus, id est, Phœnicei, hoc est, rubei, & purpurei coloris. Primũ rubẽs, syllabum pro, ruber, non puto facilè inueniri apud Latinos. Nec obstat illud Virgilij primo Georg.

> Nunc facilis rubea texatur fiscina nigra, "

Est enim denominatiuũ à Rubis, Apuliæ oppido, de quo Horatius Satyr. 5. libro primo Sermonum.

> Inde Rubos fessi peruenimus. "

Deinde si tne ruber color, ac purpureus idẽ, ualde hæsito. Nam quem ἁλῶς ὁ Aristoteles 3. μετεωρολογικῶν uocat, quum purpureũ quidam traduxerunt, is q; infimus est in Iride, quando una duntaxat apparet Iris. Atqui non ruber, sed propriè cœlestis, quem ex neotericis quidã cœruleum, quasi cæluleum quidã Thalasium siue marinum uertere: nõnulli cyaneum. Supremus autem in Iride, rubor est. Aristoteles φοινικοῦν uocat, quidã luteum uerterunt. Quare purpureus color, uidetur cõmunis, ad rubrũ & cœlestem: uidelicet à purpura. Neq; enim purpura perpetuo eodẽ colore erat, etiãsi sanguine muricis tingebatur frequentius.

quentans. Haclenus Glareani uerba retulimus. Limes ab Auſo.] id eſt, Terminus citerioris Galliæ, & Italiæ erat Rubicon. Quin ferc.] à candere, cãdens, ut ferrũ candens, amplificatio calentis æſtatis, quam cãdere dixit.

Hyems.] Hæc ſenatuſconſulta, ait Cæſar, perſcribuntur ad 7. Id. Ianuar. Itaq; quinq; primis diebus, quibus haberi ſenatus potuit, qua ex die cõſulatũ iniit Lentulus, biduo excepto comitiali, & de Imperio Cæſaris, & de amplifs. uiris T. P. grauiſſimè, acerbiſſimèq; decernitur. Profugunt ſtatim ex urbe T. P. ſeſeq; ad Cæſarem cõferunt. Hæc Cæſar. Erat tũ is Rauẽnæ. Ibi re pro cõcione ad milites relata, præmiſſas cohortes ad Rubiconẽ cõſequutus fuit. Erat itaq; hyems incidítq; hic Rubiconis tranſitus in Idus Ianu. aut certè circa Cal. Februa. Rubiconẽ proumciæ limitem tum fuiſſe, etiam Sueto teſtatur in Cæſare.

Vires.] Increuerat tum amnis hybernis ex Apennino, unde defluit niuibus, & ripas ſuas ſuperauerat Auxerat] hæc duo carmina, ait Glareanus, ſunt declaratiua præcedentis carminis, uidelicet tum fuiſſe hyemem & aucta flumina. Non aũt intelligendũ, Alpium niues auxiſſe undas Rubiconis, ut Badius exponit. Longè enim abſunt Alpes niſi enim quis poetã Apenninũ per Alpes intelleximus contendat, quod ego nõ credo. Hucuſq; Glareanus.

Tertia Cynthia] tertia luna. Hoc item loco variant interpretes. Tertius Lunæ dies inquit Sulpitius, quo ſunt maiores imbres. Luna, ut Vergil. & Plinius tradunt, tertio quartóue die, futuræ tempeſtatis dat ſignum. Nam ſi ſplendens exorta puro nitore fulſerit, ſerenitatem, ſi rubicũda, uentos: ſi nigra, pluuias portẽdere creditur. Hæc recte meo iudicio Sulpitius. Micyllus, ut hoc, inquit, loco Sulpitius tertiã Cynthiã, pro tertio die ab interlunio exponit, quod, ut ipſe ait, eo die maiores imbres plerũq; eſſe ſolent: ita rurſus Ontribonus, tertiam Cynthiã, de tertio menſe, dictũ accipit, quaſi poëta tribus iam menſib. pluuiã iugem fuiſſe ſignificet. Sed quid ſi intelligas, continuis tribus diebus pluiſſe: ut tertio nõ de ordine tantum, ſed & de numero accipiatur: ut grauido cornu exponas pleno. tũc enim cornua Lunæ ootiſſimũ implẽtur, cùm ad plenilunium ipſa accedit. Atq; hoc iudicio, quidẽ eſt Micyllo. Auxerat undas.] Tertia Luna ferè pluuia eſt maximè, ſi à coitu obſcuro cornu tegatur atro cœlo. Vergil. Georg. lib. 1.

„ Luna reuertentes cum primum colligit ignes,
„ Si nigrum obſcuro comprenderit aëra cornu,
„ Maximus agricolis, pelagóq; parabitur imber.

Et ſtatim contrà

„ Sin ortu quarto, namq; is certiſſimus auctor,
Pura, nec obtuſis per cœlum cornibus ibit,
Totus, & ille dies, & qui naſcentur ab illis
Exactum ad menſem, pluuia uentiſq; carebunt.

Tertiam itaq; Lunã à coitu, ſiue interlunio intelligo. Nã Cæſar ipſe author eſt, tranſitũ Rubiconis incidiſſe circa Cal. Febr. alioqui, unde tertiũ menſem numerare quis uelit, non uideo, cùm Ianua: primus ſit, niſi ut Micyllus tertiam lunã, pro tres iam perpetuas lunas uertit interpretari. Iam uerò, quod addit, grauido cornu, id ad plenilunium ſuiſſet. aquarũ referre licet, quaſi tertia tũ luna grauida fuiſſet. Et conſtat Lunã ſordes terræ ad ſe rapere, ut ait Plin. & regere aquas. Tertia luna, à coitu, à Græcis τρίτη νουμηνία, uias id eſt, tertia à nouilunio dicitur ſic Latini, perinde Græci, mementa lunæ à coitu numerare ſolent, ut, quarta, ſexta, ſeptima, quarta luna natus. Plin. infinitũ referta naris ratio: nec niſi à uiceſima, in triceſimam cædi uolunt. Item ſupra terras erit, quàm diu Sol interlunio & prima, tota die, ſecũda horæ noctis, unius dexiãte facilius: ac deinde tertia uſq; ad decimamquintã. Quod ſi. grauido cornu, exponas pleno iam non tertia, ſed decimaquinta luna erit. Pluuialis.] Sic igitur puto hũc locum accipiendũ: tertia rũ luna pluere cœpiſſe, aliquot diebus dicto ſſe, donec aquarũ mcremento Cæſar ſuperueniret. Nolo, & interfecta ut luna non ſolũ ſoluit humorem, ſed etiam auget, quem Solis radij abſumũt. Suo incremento omnia repora implet, abſcedens minuit. Sed pleniluniũ omnia expurgantur & intumeſcunt maximè ſua receptacuria purgantur & intumeſcunt maximè ſua receptacula ne. Mad di.] alia cauſſa, cur flumen ueſſint tũ manuerit: quod niuales aquæ tepore pariter, & ui uenti Auſtrini ex Apenninis Alpibus uiolentis decurrerint. Eurus enim ab ortu uerno flat, unde ubi coperit pluere, longiuſculè durare ſolet pluuia. Is uentus à Latinis ſubſolanus, à Græcis etiam Apeliotes dicitur, licet Plinius tradat. Tepedior paulo eſt, ut Auſter, niſi hoc loco ſpecie pro genere uelimus accipere. Sed & Alpes dixit, pro nimbus Alpinis, quæ ex Apénino effundũtur. A Peninis Alpibus haud lõgè ab infero mari, mõs Apenninus ortus, cõtinenti iugo primũ flexus mox ubi Rubiconẽ amnẽ effundit, in orũ brumalem auerſus, mediã Italiã ceu dorſo quodã diuidit. Ad ultimũ, ubi propè ad Tarentũ peruenit, diſſipabitur. ceu undas declinaturus, Cynthia.] Luna, ut Cynthia Sol, Lunæ frater à Cyntho mõte in Delo, à quo Cynthides dictæ. In Cyntho illi nati creduntur. & ipſa delus Cynthia interdũ uocatur. Fertur hic mõs tantæ celſitudinis, ut umbra ſua ambitũ totius inſulæ luſtret. A Cyntho Oretis filio, Delũ olim Cynthum dictã author eſt Stephanus.

Primus in obl.] Cæſar ſcribit, Trib. Pl. ad ſe Rauẽnã uenìſſe. Profugiũ ſtatim ex urbe, inquit, Trib. Pl. ſeſeq; ad Cæſarẽ conferunt. Is eo tempore erat Rauẽnæ, expectabatq; ſuis leuiſſimis poſtulatis reſponſa, ſi qua hominum æquitate res ad oliũ deduci poſſet. Et paulò pòſt, omnibus rebus, quæ circa urbẽ gerebantur, cognitis, ſcribit ſe apud milites concionatum, quæſtiũq; omniũ rerum iniurias inimicorum in ſe. Ac ſimilis oratione, conclamatũ fuiſſe à decima tertia legione: & ſe, & milites paratos eſſe, ad iniurias defendendas, peraturis ſui, & Trib. Cognita ſtatim militũ uoluntate, Arimínum profectum, ibiq; Tribunos Pl. qui ad ſe cõfugerant, conuenìſſe, Rubiconis mentione omiſſa. Sed trãquillus diſtrixit addit, tranſiſſe

Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem
Excepturus aquas, molli tum cætera rumpit
Turba uado faciles iam fracti fluminis undas.
Cæſar ut aduerſam ſuperato gurgite ripam
Attigit, Heſpernæ uetitis & conſtitit aruis:
Hic, ait, hic pacem, temeratáq; iura relinquo:
Te fortuna ſequor: procul hinc iã fœdera ſunto:
Credidimus fatis, utendum eſt a iudice bello.
Sic fatus, noctis tenebris rapit agmina ductor
Impiger, & torto Balearis uerbere fundæ
Ocyor, & miſſa Parthi poſt terga ſagitta:
Vicinumq; minax inuadet Arimínum, & ignes
Solis lucifero fugiebant aſtra relicto.

a al. uindice.

A transsiisse eum amnem fluentem, militū fidem implorā-
tem pectore, ac uesta discissa. Dicit etiā, equestres census
eum singulis pollicitū. Primus.] hoc est, equites priores
transnare amnem, quos pedites tergo hærentes insequūtur.
Atq; hau uidetur poēta cæterā turbā appellare. Obli-
quum amnem.] Interpretatur, quare equites in obliquū
amnem descendebāt, ut uim aquæ decurrentes in Hadria
ticū excipierent. Alioqui impetus fluminis eos uersus mare
secū abripere perfacilè potuisset. Vel per hypallagen, ut
pulchrè monet Sulpitius, equites obliqui ingrediebantur
amnem. Turba cæ.] pedites sequuti sunt, ubi fluminis
uiolentia ab equitibus ingressis fuit fracta, & reddita le-
niori, placidiorq; Cæsar.] ubi iā transito flumine in ul-
teriori ripa Italiæ constitit, milites in cōcionem aduoca-
uit. Superato gur.] ab equitibus, & pedituibus. Vetitum
enim fuerat Senatusconsulto columnis insculpto, ut pau-
lo anteā memini, ne Imperator, miles ue armatus amnem
transiret, & ipse iam cardines prouinciæ suæ cū armatis
copijs transgressus fuerat. Hic ait hic,] emphasis in par
ticula locali est, significāt omnia armis nūc agenda, quod
Bel. ipso Senatusconsulto tacito arguebatur, cū iactā esse
aleam ipse diceret. Ostendimus suprà, memorati phasma
tis auctorem esse trāquillū, ad quod audiendū, cū præter
pastores, etiā multi militū occurrissent atq; inter eos etiā,
quādā æneatores, genius ille, rapta ab uno tuba in flumen
prosiluit, atq; ingenti spiritu classicū exorsus, ad ulteriorē
ripam pertendit. Tum Cæsar, eatur, inquit, quo Deorū uo
cant ostenta, & inimicorum iniquitas. Iacta est alea.

Credidimus ea.] Ad somnū respicit, quo per quietē
uisus sibi fuerat matri stuprū afferre, & à cōiectoribus ad
monitus fuerat ut terra, q̄ omniū parēs esset, aliquādo ipsi
ur potestati subijceretur. Sulpitius exponit, cōmisimus fœ
deraipsa Deorum uoluntati, ut bello finant caussæ æqui-
tatem dijudicari. Iudice bel.] ut belli æquitatem caus
sa iudicet, quod ei uictoriā est daturū, cuius caussa sit iu-
stior. Nostris teneb.] Prætus suorum consensu Cæsar,
eādem cohortibus aliquot præmisit ex Rauenna, ubi ex cō
suetudine sua cōuiuio frequenti se dederat, & dissimulan
ter ne qua suspitio rerum mouendarum oriretur publico
spectaculo interfuerat, sub noctem rheda profectus fuit,
& Ariminū uersus, nulli cōmunicato cōsilio, iter tetendit.
Inde Rubicone ante diem digressus, ex improuiso Arimi-
num occupauit, reliquis legionibus ex hybernis euocatis,
quas subsequi iussit. Hic Tribuni Pl. illi occurrerūt, qui in
concione cōspecti, uehementer militū animos ad ultionem
incenderunt. Baleatis r.f.] Amplificatio celeritatis in
obeūdis rebus, & uelocitatis in faciendo itinere. Baleares
duæ insulæ sunt contra Hispaniam βαλεαρίδες. 3000.
pass. interuallo distantes, cōtra eā, inquā, oram, quæ inter
Tarraconem & Sucronem extenditur. Harū maior ad or-
tum 3000 pass. longitudine est, circuitu 48000, cuius
præcipua oppida olim fuerūt. Palma, & Pollētia. Alte-
rius uerò longitudo est 60000 pass. Has à Baleo Hercu-
le comite nomē habere quidā tradūt. Alij παρὰ τὸ βάλ-
λειν, id est, à iaculando, quod fundæ peritissimi fuissent.
Hæ à Græcis etiā Gymnasiæ dicūtur, Chræstomat. author
ex Strab. κατὰ τὰς ἐκβολὰς τῶν ἐβήρων ποταμῶν πρὸς
νότον κεῖνται αἱ βαλεαρίδες νῆσοι ἀξιόλογοι. ἐξ ὧν ἡ μὲν
λάσι, id est, cōtra ostia Iberi amnis ad Austrū iacent Bale
ares insulæ insignes, à quibus et ipsum pelagus Baleari-
cū dictum est: has Græci Gymnasias uocāt. Hæc ille. Di-
ximus harum insularū cultores peritos funditores fuisse.
βαλιαρίδων νήσων εὔχροι σφενδονῆται, inquit Suidas. Baleariū habitatores primi inuenerūt fundarū usū,
& adeo peritè exercuerūt, ut matres liberos adhuc paruos
nullum cibū cōtingere sinerent, nisi aliquem destinatū ex
funda lapide percussissent, author est Vegetius lib. de re
militari 1. capite 16. Arbitrantur teretes lapides de fun-
da, aut fustibalo missos cōtra bellatores cāsidibus, cata-
phractis, loricisq; munitos, omnibus sagittis esse uiolentiō
res, ac sine sanguinis inuidia letale uulnus inferre. Hinc
balearica, tela ad genus. Cibum, inquit Florus lib. 3. ca. 8.
puer à matre nō accipit, nisi quē ipsa monstrāte percussit.
Idem tradit Lycophron. Gymnasias has insulas à Græ-
cis dicta fuisse docuimus, quod nudi aliquādiu uitā egis-
se dicātur, neq; uestibus, neq; calceis utentes. In his insulis
tātus olim cuniculorū prouentus fuisse traditur à Plinio,
lib. 8. cap. 55. ut aduersus eos auxiliū militare ab Augu-
sto petere fuerunt coacti. Certū est, inquit, Balearicos ad-
sus prouentum eorum auxiliū militare à Diuo Augusto
petisse. Nostra tempestate ab Hispanis, quorū imperio pa
rent, Maiorica, & Minorica appellātur. Itaq; Cæsaris ce-
leritatem in ductādo celeritatem d Eturus, duabus cōpa-
parationibus eā amplificauit. Parthi post.] De Par-
this dictū est alio lōco, periti sunt interim pugnādi comi-
nus: liberos suos, & uernas docent equitare, & sagittare:
Dimicāt autem procurrentibus, refugientibū ue equis. In
medio pugnæ ardore certamen ex improuiso deserunt, &
statim ex fuga in pugnam redeunt ut cū maximè te uicis-
se putes, tum præcipuū instet discrimen. Vnde hyperbole
prouerbialis, Partho fugacior. Ignes Solis Lu.] Itaq;
ea celeritate inuasit Ariminum. Ariminum, à propinquō
amne nomē habet, fuitq; olim Vmbrorū Colonia, perindē
ut Rauenna Verū in ijsdem Romani inquilini etiam suas
habebāt sedes. Habebat alioqui Ariminum portum celē-
brem, & cōmodum mercatoribus haud procul à Rubico-
ne. Hanc urbē tradunt conditā, P. Sempronio, & Appio
Claudio Coss. regnāte in Aegypto Ptolemæo Lago, an-
no ante Christum natum, ducentesimo, & septuagesimo.
Octauius postea ampliauit, & à Liburnis eūersam Dio-
cletianus restaurauit, & Liburnis fusis arcū triumphalē
ibi erexit. Ignes Solis.] hoc est iam ante lucē. Lucifer
ingens stella est, infra Solem Veneris appellata, ipso cur-
su uaga alterno meatu, æmula Solis, & Lunæ. Praueni-
ens Solem, & ante matutina exoriens, Luciferi nomine ap
pellatur, eadem ratione, qua Græcis φωσφόρος quasi lucē
adferens stella, & diei prænūtia. Cōtrà uero ab occasu sul
gens, cū Solem cadentem sequitur, appellatur Vesper, à
Græcis ἕσπερος, ut quæ lucem proroget. Stella ea magni-
tudine extra omnes alias, tātaq; claritate est, ut eius unius
radijs umbræ reddātur. Diuersis nominibus à diuersis au-
thoribus censetur: ab alijs Iunonis stella, à nōnullis Isidis,
aut matris Deum. Addit Plin. eius natura cūcta generā-
ri in terris. Nanq; inquit in alterutro exortu, genitali ro-
re cōspergens, nō terræ modò cōceptus implet, uerum ani-
mātium quoq; omniū stimulat. Cæterūm tricenis, & duō
de quinquagenis diebus signiferum percurrit, nunquam à
Sole discedit longius sex, & quadraginta partibus.

Ignes Solis.] ipsum Solem iuxta quorundā Philoso
phorū placida. q. astra omnia ignes esse affirmāt. Verg.

Nam neq; erant astrorum ignes, neq; lucidus æthra
Siderea polus.

Siue à similitudine, aureus Sol, aurea sidera κατ' ἐξοχήν.

uidentur cui fugere sidera, cũ matutino occasu aduentantis Solis exortu, & luce, etiam illa, quæ in statione adhuc sunt obscurantur. Periphrasis est temporis matutini, quo à Cæsar superuenit Ariminensibus in umbra.

Iamq; dies.] Quæ capta iam urbe insequuta sunt, splẽdidè simul, & grauiter cõmemorat. Ciues undique ad arma cõcurrerunt, haud secus, ac si Pœnus, aut Gallus oppidum primo assultu occupasset. Orto iã die aër nebulosus fuit, siue quod Dijs ita uisum fuit, ut Cæsaris aduentus tegeretur, siue casu id acciderit, non satis liquet. Tumultus.] Tumultus quid est? inquit, Cicero Philip. 8. nisi perturbatio tanta, ut maior tumor oriatur: unde etiam nomẽ ductũ est tumultus. Itaq; maiores nostri, tumultum Italicũ quod erat domesticus: tumultũ Gallicum quod erat Italiæ finitimus, præterea nullũ tumultum nominabãt. Grauius aũt tumultum esse quã bellum. Potest enim bellũ esse sine tumultu, tummultus esse sine bello nõ potest. Nubila.] nebulæ, siue nubes cœlũ obduxerãt.

Iamq; dies primos belli uisura tumultus
Exortum, seu sponte Deũm, seu turbidus Auster
Impulerat, mœstam tenuerunt nubila lucem.
Constitit ut capto iussus deponere miles
Signa foro, stridor lituũm, clangorq; tubarum
Non pia concinuit cum rauco classica cornu:
Rupta quies populi, stratisq; excita iuuentus
a Diripuit sacris affixa penatibus arma,
Quæ pax longa dabat, nuda iam crate fluentes
Inuadunt clypeos, curuataq; cuspide pila:
Et scabros nigræ morsu rubiginis enses.
Vt notæ fulsere aquilæ, Romanaq; signa,
Et Celsus medio conspectus in agmine Cæsar,
Dirigere metu, gelidus pauor occupat b artus,
Et tacitos muto uoluunt in c pectore questus.
O' malè uicinis hæc mœnia condita Gallis,
O' tristi damnata loco, pax alta per omnes
Et tranquilla quies populos: nos præda furentũ,
Prima castra sumus: melius fortuna dedisses
Orbe sub Eoo sedem, gelidaq; sub Arcto,
Errantesq; domos, Latij quam claustra tueri,
Nos primi Senonũ motus, Cymbrumq; furẽtem
Vidimus, & Martem Libyes, cursumq; furoris
Teutonici: quoties Romam fortuna lacessit,
Hac iter est belliş.

a al, diripiũt.
b alligat artus.
c al. sub. pect.

Mœstam.] mœstum diem, mœstos Ariminenses, quasi Sol nouerit præsentis belli procœmia intueri. Miles.] milites synecdoche. Concinuit class.] ut nõnulla alia è re militari sumpta, ita & classicum canere in prouerbiũ abijt, pro, animare, exhortariq; ad aliquid suscipiendum, aut aggrediendum. Venustè, nõ pia classica dixit, hoc est, impia, dicit quibus ciuis in ciuem animabatur. Tubicines ad bellum uocabant milites, & rursum receptui canebãt. Cornicines quoties canebant, nõ milites, sed signa ad eorũ obtemperabãt nutũ. Quoties mouenda erãt, signa, cornicines canebãt. Verùm quãdo pugnabatur, & tubicines, & cornicines simul canebant. Classicum dicebatur, cuius hic fit mentio, quod buccinatores per cornu dicunt. Erat aũt hoc Imperij signũ, quod classicum caneretur, imperatore præsente: uel quando in militem animaduertendum esset, quod id legibus Imp. fieret. Lituũm.] pro lituorum, syncope. Λίτυον. baculus incuruus propriè, quo augures templa designabant: uel ut Gellius uirga breuis, in parte, qua robustior est, incurua. Maro.

„ Ipse Quirinali lituo paruaq; sedebat
„ Succinctus trabea.

Hoc Romulus primus usus fuit tum, cũ in condenda urbe regiones direxit. Cice. primo Diui. Quid lituus ille uester, inquit, quod clarissimum est insigne auguratus, unde uobis traditus? nempe eo Romulus regiones direxit tum, cũ urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id est incuruum & leuiter à summo inflexum bacillũ (quod ab ciue litui, quo canitur, similitudine nomen inuenit) cùm situs esset in curia Saliorum, quæ est in Palatio, eaq; deflagrasset, inuentus est integer. Est & lituus buccinæ genus incuruũ sonum gracilẽ edens, quo etiã in bello utebãtur, qua qui canebat liticen dicebatur. Vergil. Eneid. 6. de Misẽno.

Misẽnus Æoliden, quo nõ præstantior alter
Aere ciere uiros, Martiq; accẽdere cãtu.

Hectoris hic magni fuerat comes, Iteraq; currum
Et lituo pugnas insignis obibat, et hasta.

Rupta quies.] ut non tam ad paucorum publicam quã ad quietem nocturnã referatur: quamobrem etiã addit significanter in uentu tecti exitam, & ad lituorũ tubarumq; sonum ad arma concurrisse, & ut quæq; tela erãt obuia corripuisse.

Diripuit sa pe.] In ea re trepida, ne à sacris armis in templis suspensa manus quidem abstinuerunt. De Penatibus dictũ est. Inuadũt Cly.] quæ nã fuerãt ea arma, enumerat. Clypeus, siue etiã clypeũ, scutũ grãdius, quãdo, sed propriè peditũ erat, ut scutũ equitũ, ut Grãmatici: pluteum. παρὰ τὸ κλύπτειν, quod totũ corpus protegãt: uel à clepere, furari. Plin. lib. 35. cap. 3. ἀπὸ τοῦ γράφειν, à sulpendo deduxit uocabulũ. Scutis quibus, inquit, pugnatum est apud Troiã, continebantur imagines, unde & nomen habuerũt clypeorum, nõ ut peruersa Grãmaticorum subtilitas uoluit à cluendo. Antiqui etiã ob rotunditatem, clypeum corium bouis appellarunt, in quo sacras Gabiorum cũ P. R. erat descriptum. Nulla cr.] diffossa turnæ pacis: quod item arguit, quod statim sequitur, enses scabros fuisse morsu nigræ rubiginis. Cæterùm clypei apud ueteres fiebant ex cratibus uimineis, corio bubilo cõtectis. Has crates blattis & uermibus exesas fuisse, & nudatas, proinde, dicit. Dirigere me.] Arimineses simulacraq; & signa Ro. & ipsum Cæsarem cõspexère. Et tacitos q.] uoluebãt apud se quærelas tacitas pectore silenti, ut qui præmetu hisce nõ auderent ne quid graue patererentur. O' malè uic.] Artificiosè narratione dilatat & pathetica quærela ciuiũ, quod infeliciter oppidum conditum in cardinibus Italiæ habitent, ubi omnium primi Italorum belli calamitatem experiri cogãntur. Vicinis.] Allusum est ad parœmiam, aliquid mali proteruicinum malum, quale & illud Vergilianum est. Et.

Ne mala uicini pecoris contagia ladant.

Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ.

Hac parœmia monemur, ut bonorũ cõsiliũ, & cõsuetudinẽ expetamus, malorũ inuicè fugimus. Gallis.] Cornicinibus,

A oriebat, quot ab Italia Rubiconi seperabat. Condita aduersus Gallias uicinos Plinius lib. 3. cap. 15. ubi octauã Italiæ regionẽ describit, Ariminũ ait, octauã Italiæ regionẽ terminare, cũ Pado & Apennino, atq; coloniã esse: cui adiungit amnes duos, Ariminũ, & Aprusam. Fluuius hinc Rubico, inquit, quondã finis Italiæ. Paxal.] Pacata, enim Gallia & in Germania rebus cõpositis, sic satis pacẽ habebãt. Otristid.] Pathos ab infœlicitate loci, hostibus semper primum expositi. Fortuna] pathos ab auersione. Orbe suo Eoo] orientali, ubi nullus hostis nobis superueniret si d remoti essemus ab omni belli sensu. Geelidaq; sub Arc.] Recte monet Micyllus, frequens esse Lucano, copulatiua cõiunctione, pro disiũctiua abuti, pro gelidaue sub Arctõ. Circumscribit quatuor extremas mũdi plagas, in quibus tutius habitarent, quã in Vmbra ad Rubiconem. De Arctis, siue plaustris dictũ est. Extremã Septentionis regionem frigidam, & propè inhabitabilẽ inuãit. Errantesq;.] exponit, quam regionem intelligat. Scytharum gentem, Agathyrsos, & Sauromatas. Bugem amnem ambientes, qui quod pro sedibus plaustra habeant, Hamaxobij, & Hamaxobitæ dicti sunt. Horatius.

» Campestres melius Scythiæ,
» Quorũ plaustra uagas ritè trahunt domos. Viuunt.
» Sed quia duas mundi plagas in præcedẽti uersu cõiunxit, Orientalem, & Septentrionalem, uerius ad limitem Aurelium respexit, hoc est, ad Numidas, quos Plinius Nomadas uocat, ita à permutandis papilionibus dictos, qui napalia sua, hoc est, domos rusticas plaustris circumferebant, ibiq; sedes figebant, ubi nox eos oppresserat, Silius Ital. lib. 3.

» Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arua
» Mos, atq; errantes circumuectare penates.

Latij.] quàm limites Italiæ cõtra hostium incursiones fuerũt. Nos primi.] enumerat exempla quorundã exterorũ hostiũ, quorũ incursiones Ariminenses primi sustinuerũt, & quidem cũ insigni suorũ clade Senonũ mot.] Senones Galliæ populi sunt, qui intra Vsentem fluuium & Athesim fines habent. Plin. lib. 3. cap. 11. loquens de oppidis per cõtinentẽ à Tarento. In ora, inquit, uerò Senonũ, Gallipolis, quæ nunc est Auxa. 62 M pass. à Tarento, & cap. 14. Nunc in ora flumen Aesis, Senogallia, Metaurus fluuius colonia Fanũ fortunæ, Pisaurum, cũ amne. Hæc C. Plin. Cæterũ cum ea pars Italiæ, in qua sub Alpibus Mediolanũ est, Romanis olim Transpadana diceretur, altera Apennino uicina Cispadana, in hac Senogallia fuit. Vnde rectus cursus campestri planicie uersus Hadriaticũ, Rauennam, & Ariminũ. Itaq; Ariminenses primi Senonũ motus sensérunt, cùm totã eam oram occuparent, antequã, puto, Romã peterẽt. Gens natura ferox, ait Florus, moribus ingẽtibus, adeo omne genere terribilis fuit ut planè nata, ad hominũ interitum, & urbiũ stragem uideretur. Hi quondam ab ultimis terrarũ oris, cum cingerentur omnia Oceano, ingenti agmine profecti, cùm iam media uastassent, positis inter Alpes, & Padum sedibus, ne his quidem contenti per Italiã uagabantur. Hæc Florus. Occupata Italiæ, eorũ oppida fuerunt maximè, quæ recensentur à Polemæo, Senæ, 800. stad. à Roma, sic dictæ, quod à Brenno duce pro senibus ualetudinarijs condita esset. Itaq; Senones primi transcensis Alpibus, ea loco quæ circa Padum sunt, Duce Arnute, pulsis uetteribus colonis occupauerunt. Tum Clusium oppidum obsidebãt. Habebant & Panum fortunæ, Pisaurum, Ariminum Suasam, & Ostram. Mox ductu, & auspicijs Brenni reguli, ob cæsum eorũ ducẽ à legatis Ro. cõtra ius gentiũ, nura celeritate Romã petiuerũt. Obuium tum fuit hosti cũ tumultuario exercitu 40. millium armatorum ad Alliã fluuium. Consules hîc fusi, fugatiq; sunt cum insigni clade. Et si eo die fugientes Romanos ex acie Galli sequuti fuissent, capta tum urbe potuisset Ro. nomen deleri. Ibi in summa trepidatione ciuitatis placuit, Senatum cũ iuuentute militari arcem, ac Capitolium, eò frumẽto, armisq; collatis, occupare, atq; inde Ro. nomen tueri. Capitur interim urbs à Gallis, sed à Capitolio, dum ui, & armis muadere conantur, repelluntur. Cõgrediũtur P. Sulpitius, & Brennus. (Erat Sulp Trib. militum.) in pactionem, ut mille pondo auri se P. Romanus redimeret & Brennus exercitum ex agro Ro. educeret. Camillus interim absens dictator creatur, qui inter appendendum aurum cũ exercitu superuenit, & Gallos non solum urbe, uerumetiã, ex Italia, cum magna hostium cæde expulit. Cimbrumq; furen.] Cimbros populantes Italiã. ex uno plures. Sunt autem Cimbri Septentrionales populi, accolæ Oceani Germanici, à quibus ipsa peninsula quæ in Boream excurrit, Cimbrica Chersonesus est appellata. Sunt, qui eos à priscis Græcis Cimberios dictos fuisse credant, qui postea Cimbri fuerunt appellati, qui Lydamo duce à Mæoti profecti domestica seditione pulsi, fuerunt. Horum multos ad Oceanum concessisse, ac terram uastam, syluosamq; sortitos, nemoribusq; in accessam in Hercinios usq; suos cardines extendisse. Sũt autem (ut dixi) Cimbri Germanici littoris accolæ quorũ olim gloriam magnam fuisse cõstat. quod tota ea peninsula nomẽ ab ipsis fuerit sortita. Cimbris postea Dani successerunt, homines insulares, à quibus, priori Cimbrica appellatione extincta nomen mutatum fuit, cœpitq; Danemarchia uocari. Sunt tamen authores, qui existimant, Cimbros esse quidem illius Chersonesi populos,, sed uicinos Danis qui hodie Holsati dicuntur, hominum genus procera statura, oculis horrendis, & truculento aspectu, in pugnam, & cædes adeò præceps ut nullus Ro. Imperatorum ante C. Marium cum hac gente fœliciter pugnarit. Subit demirari, Florum, quid uenerit in mentem, quod Cimbros in extremis Galliæ finibus collocarit, dicatq; eorum terras Oceanum inundasse, cum ut dixi, Oceani Germanici extremi sint accolæ, & nusquam ad Galliam accedant, sed lingua, loco, & natura sint Germani. Hi siue domestica seditione pulsi, siue prædæ, ac rapinæ cupiditate excitti, finitima primum loca infestarunt. Successu inde rerum ferociores facti, alias atque alias terras latrocinijs peruagati, ad CCC. armatorum millia se collegisse traduntur. Aduersus hos M. Liuius Syllanus Cos. Romanus missus infœliciter pugnauit. Hinc per legatos Romam missos, sedes, & agrum, in quibus quiescerent à senatu petiuerunt. Nihil exoratum tum quidem est, abstinuerunt tamen in præsenti ab Italia. Mittitur cum exercitu iterum Aurelius Scaurus Consulis legatus, qui fusus non solum fuit, sed uiuus etiam in hostium potestatem uenit. Hac clade nihil moti Romani, mittuntur statim proconsules, C. Manlius, & Q. Seruilius Cæpio, qui ad Rhodanum 80. M. hominum cæsis, 4. M. lixarum, & calonum captis, castris exuuntur. Marius per eos dies ex Africa reuersus, triumpho Iugurthino clarus, dum conscribit exercitum in barbaros, Cimbri subitò omnem belli impe-

tum in Hispaniam auertere : qui ultra Pyrenæa iuga prouecti aliquot loca Hispaniæ,cædibus,& populationibus fœdarunt. Hic à Celtiberis superati, repetiuerunt Galliam,ubi Ambrones, & Teutoni cùm illis socias copias iunxerunt. Interim Marius, (quia hostes appropinquare constans fama erat) superatis Alpibus super Rhodanum castrametatus est. Cimbri iter auerterunt in Noricos. Ambrones,& Teutoni, Marij castra magna telorum nube oppugnant, sed repulsi ad Alpes iter uerterunt. Marius castra sua prætergressos tumultuario prælio carpsit. Vbi ad Sextias aquas peruenit, prinsquàm hostes in Italiam transcenderent, magno prælio eos uicit, C.M. aut cæsis, aut captis, CC. M. cæsa XC. M. capta scribit, & inter eos captus fuit Teutobrotus eorum rex, prodigiosa magnitudine homo. Hæc uictoria quintum consulatum peperit. Supererant Cimbri, qui diuersi à Teutonis,& Ambronibus, in Noricos abierant, & iam Alpes superauerant,& per Tridentinos saltus in Italiam descenderant. Accersitus interim Romam fuit, ad triumphum à Teutonica uictoria Marius. It hostium aduentu accepto, illico ad Catulum proconsulem reuersus milites ex Gallia recepit. Erat Cimbrorum rex ingens. Habebat Marius in castris duo, & quinquaginta M. peditũ. Ibi omnes propè Cimbros internecione deleuit. LX. millibus captis: bis totidem cæsa traduntur. Marium & Catulum insignis triumphus excepit. Bellum Cimbricum,Teutonicum, & Tigurinum describitur à Floro lib. 3 cap. 3. Libyes Marrem.] Secundum bellum Punicum. Hannibale, quòd nos magis, inquit Glareanus de Annibale, quàm Hasdrubale eius fratre intelligendũ puto, ex 7. libro de Secundo bello Punico apud Liuium, Furonio Teuto.] Teutoni, siue Teutones, & Teutowici, populi Germaniæ. Hos Pomponius scribit loca incoluisse prope mare Aetiacum, quos diximus, duce Teuthobocho, siue Teuthobroto, Romanorum fines inuasisse. Plinius autem quinque genera Germanorum, alterum facit Ingaeuones, quorum partes sunt, Cimbri, & Teutoni à Cauchorum gente.

Gemitu sic.] Hac ratione quisque apud se indignabatur, se primos bellorum motus sentire. Et tamen nemo audebat palam timoris argumenta præ se ferre, ut ne murmurent quidem. Sed quantum.] Itaque comparationibus duabus altum silentiũ oppidanorum in præsenti metu subijcit. Alteram ducit ab auium nocturna quiete, alteram à maris tranquillitate, cum neque murmur, neque fremitum pacato cœlo edit. Ecce faces belli.] Causas refert, quibus Cæsar accendebatur multò magis ad id, quo sua sponte quidem, sed dubio adhuc animo ferebatur, hoc est, ad suscipiendum, imò persequendum bellum contra eum inimicorum. Addere faces, addere stimulos, addere, & subdere calcaria paræmiæ sunt adhortantis aliquem ad id, quo sua sponte rapitur. Dubiæ menti.] Adhuc hæsitanti utrum iniuriam inimicorum uelit armis ulcisci. Transfert rursum celeritatem rei in fata, & fortunia. Iusta moras.] Cæsaris iram aduersus inimicos, quamuis aliæ iustæ satis fuerant.

Gemitu sic quisq; latenti
Non ausus tumuisse palàm, uox nulla dolori
Credita, sed quantũ uolucres cùm bruma coércet
Rura silẽt, mediusq; a iacet sine murmure põtus:
Tanta quies, noctis gelidas lux soluerat umbras,
Ecce faces belli, dubiaq; in prælia menti
Vrgentes addunt stimulos, cunctasq; pudoris
Rumpunt fata moras, iustos fortuna laborat
Esse ducis motus, & causas inuenit armis.
Expulit ancipiti discordes urbe Tribunos,
Victo iure minax iactatis curia Gracchis.

Expulit Trib. cur.] Senatus Trib. Pl. eiecit ignominiosè è curia. Hanc potestatem Tribunitiam, quod sacrosancta esset, nefas erat uiolare. Etenim Antonius, & Casius, cùm Cæsaris caussa ab Aemylio acriter, sed à Curione acrius defenderetur, & nihil æqui obtinerent, Cæsaris literis in Senatu lectis, Tribuni illico curia excedere iubebantur, nisi quid acerbius experiri uellent. Ibi Antonius clara uoce de Coss. quæstus fuit, quo potestatem sacrosanctam uiolarent: multaque ijs dira imprecatus, qua futuræ discordiæ authores essent, cum Casio, & Curione urbe excesit. Discordes Trib.] Senatui se opponentes pro dignitate Cæsaris, alioquin inter se concordes Trib. Antonium Casium, & Curionem. Appianus ad istum modum rem digerit. Cùm res Cæsaris nullo pacto per Trib. in urbe componi posset, datáq; esset Pompeio cura, ut Cæsari exercitus opponeret & Curio suis postulationibus, & intercessionibus nihil proficeret, Lentulus Marcellusq; Cos. N. Antonium, & Casium Trib. Senatu excedere imperauêre, ne ea tribunatu assidentes quicquã acerbius ab illo paterentur. Eam ob rem Antonius inuectus, quæstusq; de magistratu, quod sacrosanctam dignitatem contumelia affecissent, execrationes impias in Cons. extulit, & conducto curru, seruilique ueste amictus, una cum Casio, & Curione ad Cæsarem confugit.

Iactatis Gracchis.] proposito publicè à Senatu in curia illis exemplo Gracchorum fratrum, qui propter seditionem in repub. concitatam interfecti fuissent. Iactatis Gracchis, commemoratis Tyberio, & C. Gracchis fratribus Germanis. Horum pater fuerat Sempronius Gracchus, qui Corneliam superioris Africani filiã duxerat uxorem. Maior natu Tyberius, & ingenio, & uultu pacatiore fuit. Caius uerò natu minor, uehementi spiritu, & ingenio facinoroso. Militarat Tyberius sub Scipione in Africa, inde cum Mancino in Hispania ad Numantiam: atque in fœdere sanciendo Numantino, lum legatum Ro. patiebantur ad se uenire Numantini, quàm Tyberium, cùm ob uulgatam eius famam inter hostes, tum ob gloriam rerum in Hispania à patre gestarum, cum quo Numantini olim fœdus percussserant. Inde Tyberius Gracchus Tribunus plebis factus, est, qui multitudinis caussam complexus legem Agrariam huiusmodi promulgauit, ut qui plus agrorum possiderent, quàm uetus lex permitteret, ueteribus dominis eos ipsos agros ut iniustè possessos unà cum fructibus restituerent: aut certè iusta æstimatio pretij restituendi fieret. Vetus lex tenuerat, ne quis supra quingenta agrorum iugera possideret: ne quis suprà C. capita maioris armenti, minoris quingenta pasceret. Huius legislatione, quantum multitudinis animi in spem melioris fortunæ erigebantur, tantum locupletũ spiritus odio, iraq; accendebatur

A cendebantur. In hac lege describenda, usus creditus autho-
ribus maximè Crasso Pontifice Max. Mutio Scæuola iurisconsulto, qui tum temporis Cos. erat. & Appio Claudio Sabino, ad Reipub. euersionem spectare clamabat. Gracchus contrà in omnibus concionibus, locupletum iniurias infestabatur, & miserorum ciuium iniurias deplorabat. Ad ultimum, ut legum popularem magis redderet, priori eius formæ mutata, sic scripsit, ut agri sine ulla præcij æstimatione possessoribus adimerentur: uetuitq; simul edicto, quicquam à magistratibus prius incœptari, quàm ad Populum de lege relatum esset. Agrorum tum occupatores perculsi mutatis uestibus, percussorem Tyberio subornarunt. Sensit hîc, quid illi moliebantur, quare dolone accinctus per publicum pro deambulabat. Populo sub isto in concionem aduocato, medio foro pugnatum fuisset, nisi præcipuum quorundam Consularium concilium soluisset, remq; omnem Senatui permisisset. Sed cùm ibi nihil efficeretur, aduocatur iterum in concionem Populus, intercessit Octauius collega: & cùm essent pari potestate, iussit illum plebem rogare, ut ui abrogarent potestatem. Recusat ille id se facturum. Postridie conuocato rursum Populo, ab omnibus tribubus, Octauio fuit abrogata potestas, ad quem è tribunali deturbãdum, cùm Gracchus apparitorem concitasset, concursu plebis, & locupletum uis oborta est, uiolatusq; ibi fuit Gracchi libertus. Factione discussa, per eum lex agraria lata tum fuit. Sunt ibi statim tres uiri ad agros diuidendos creati: ipse Tyberius, Appius Claudius socer, & C. Tyberius. Auxit inuidiam et Attali regis Pergami testamentum Romam esset allatum, in quo P. R. hæredem scripserat, ad Po. statim retulisset, de regia pecunia uiritim diuidẽda ijs, quibus agri restituerentur quo possessoribus pretiũ iustũ adnumeraretur. His patribus multo magis irritatis, grauiter & Senatu ob ea affectati regni reus agitur, quod & domi suæ conuentus nocturnos haberet. Præterea palàm illi inuidia conflabatur, à T. Annio collega, quod in Octauio, potestate Tribunitia exuto, sacrosanctum magistratum læsisset. Iam satis C Patrum opera à se alienatum. Ad postremum hortatu Scipionis Nasicæ, irruptione à Patribus in Capitolium facta, ubi concionem habebat, à P. Saturnino collega subsellij fragmentis uulneratur, inde fustibus, & lapidibus, & cum eo triginta ex amicis, qui proximè adstabant, necantur. Corpora in Tyberim deuoluuntur. Gracchis.] C. Gracchus Trib. Pleb. creatus in primis statim actionibus, grauiter de Patriciorum ui in fratrem fuit quæstus, quod eum indemnatũ, indicta caussa in conspectu P. R. & quidẽ in Capitolio necassent, corpusq; in Tybrim deuoluissent. Iubi nouis legibus adortus fuit Popilium, qui prætor in Tyberij amicos sæuierat, & mox Octauium. Dilapsus fuit fuga Popilius. Statim aggressus fuit ferre leges, de colonijs deducendis, de uectigalibus publicè militibus dandis, ne quis intra decimum septimum ætatis annum militaret, ut ciues, & socij pari iure essent in ferendis suffragijs: ut frumentum pauperibus distribueretur. CCC. iudices ex equestri ordine legerentur, (uel ut Liuius) DC. Alia præterea utilia plebiscita, simul & popularia sanxit. Quare ita gratus Populo factus est, ut anno sequenti iterum Tribun. Pleb. fit factus. Initio statim legem promulgauit, ut multò magis plebem sibi demereretur, de colonijs Capua, & Tarento deducendis. Paulò pòst Opimius Coss. edicto Populo in concionem aduocato, de Gracchi legibus antiquandis retulit. Hoc eò spectabat, ut irritatis inimicis occasionem, necis suæ præberet. Vbi adfuit dies, quo Coss. cum Populo ageret, Fuluius, & Gracchus Capitoliũ cum ciuium manu, occupant. Trucidato Attilio Fuluius Flaccus, & C. Gracchus Auentinum inuadunt. Mittitur inde Fuluij filius ad Consulem cum caduceo ad agendum de reconciliatione. Mouerat iam adolescens lacrymis magnam partem Senatus, ut pax ei daretur. Opimius Consul paratior ad pugnam, quàm ad pacem, iussit Fuluium, & Gracchum in forum ad se pugnandum descendere. Suasu amicorum retinuerunt Auentinum. Opimius in Auentinum inde cum armatis processit, unde cum magna cæde Tribuni dissecti fuerunt. Fuluius in balneum fugit, ubi cum filio maiore natu interfectus fuit. Gracchus ubi sensit percussores adesse, in locum sacrum dilapsus, à Philocrate seruo, suo iussu occisus perijt. Seruus hero superstes esse noluit, sed herili sanguine eodem ferro conspersо, sibi uitam abrupit. Hunc exitum Gracchi, seditiosi Tribuni habuerunt, & eundem Senatus hic præsentibus minabantur, nisi incæpto desisterent, & curia excederent, qui neque rempublicam læserant neque populum ad secessionem concitarant, neque legem seditiosam ullam tulerant, ut Gracchi, & Fuluius. Caussa fuère dissimiles.

Curio.] Hinc initio Cæsaris consilium oppugnarat, cũ Galliã & Illyricum, ex omni prouinciarũ copia sibi delegisset, unde idoneã triumphorũ materiã sibi pollicebatur. Mox ad Populi beneficiũ per Senatũ Comata Gallia illi fuerat adiecta, quod uererentur patres, ne si ipsi negassent, Populi suffragijs, & hanc cõsequeretur. Audax lingua ue.] diserte uenali lingua. Etenim tulerat

Hos iam mota Ducis, uicinaq; signa petentes
Audax uenali comitatur Curio lingua,
Vox quondam Populi, libertatemq; tueri
Ausus, & armatos plebi miscere potentes.
Vtq; Ducem uarias uoluentem pectore curas
Conspexit: dum uoce tuæ potuere iuuari
Cæsar, ait partes quamuis nolente Senatu
Traximus imperiũ tunc, cùm mihi rostra tenere
Ius erat, & dubios in te trans ferre Quirites.
Sed postquam leges bello siluere coactæ,
Pellimur è patrijs laribus, patimurq; uolentes
Exilium. tua nos faciet uictoria ciues.
Dum trepidant nullo firmatæ robore partes,
Tolle moras, semper nocuit differre paratis:
Par labor, atq; metus pretio maiore petuntur.
Bellantem geminis tenuit, te Gallia Lustris,
Pars quota terrarum? facili si prælia pauca

Marcellus Cos. legẽ de iure magistratuũ, (ut rem paulò altius repetã; & sit splẽdidior narratio) in qua etiã absentes ab honorum petitione eximebat, ut in ea, ne Cæsar quidem excipiretur. Ne hoc quidem cõtentus fuit, quod prouincias, & priuilegium Cæsari eripuisset, retulit etiam, ut ciuitas coloni, qua rogationẽ Vatinia Nouocomum deduxerat, adimeretur, quod ea per ambitionẽ

Gesseris euentu, tibi Roma subegerit orbem
Nunc neque te lõgi remeantem põpa triumphi
Excipit, aut sacras poscunt Capitolia a laurus.
Liuor edax tibi cuncta negat, gentesq; subactas.
Vix impune feres, socerum depellere regno
Decretum est genero: partiri non potes orbem.
Solus habere potes.

& ultra scriptũ, ut ijs audiebat, data esset, a al. Lauros *His reb. cognitis, Cæsar nõ leuiter cõmotus fuit, quare summa ope restitit, primũ per Sulpitium alterũ Coss. & sequẽti anno per Paulũ Aemylium alterũ Coss. item, C. Marcelli collegam, cui mille, & quingenta sestertia dono obtulerat, qua pecunia is postea in foro luculentam basilicam extruxit. Inde C. Curionem uiolentissimum Tribunorum ingenti mercede defensorẽ sibi parabat. Erat is æri alieno obnoxius, ut animam deberet, à quo à Cæsare grandi pecunia leuabatur. Authores sunt Appianus, & Tranquillus, Proinde rectè, uenalem eius linguam uocat poeta, qui suam defensionẽ, & patrocinium Cæsari uendiderat.* Audax.] *quod Senatum, quem antea contra Cæsarem tuebatur Tribunus, postea ab eodem corruptus oppugnaret.* Vox quondam.] *Aliquando Tribun. Pleb. plebeius magistratus, qui manibus, pedibusq; obnixè tuebatur populi libertatem. Ab incõstantia ingenij, qui nũc Gallico auro alienatus à Senatu, Cæs. partes turbatur. Hirtius lib. 8. de bello Gal. C. Curio Trib. Pl. inquit, cùm Cæsarit caussam, dignitatemq; defendendã suscepisset, sæpe erat Senatui pollicitus, si quem timor armorum Cæsaris læderet, & quoniam Pompeij dominatio, atque arma, non minimum terrorem foro inferrent, discederet uterq; ab armis, exercitumq; dimitteret, fore, eo facto liberam, & sui iuris ciuitatem. Neque hoc tantum pollicitus fuit, sed etiam per se discessionem facere cœpit: quod ne fieret, Consules, amiciq; Pompeij iusserunt. Atque ita moderando rem discesserant.*

Plebi misce po.] *Sulpitius exponit, miscere, reconciliare: Micyllus uidetur accipere, pro committere inter se, id quod ego probo. Cæterum C. Curionis actionem aduersus Cæsarem referuntur apud Liuium. lib. 109.*

Dum uoce.] *Generis deliberatiui hortatoria oratio est Curionis. Exordiũ constat beneuolentia, quam sumit à personæ suæ officio, cui satis abundè se fecisse testatur, quàm diu Tribunatum gessit, & quidem inuitis aduersarijs. Sed priusquã Curionis orationem uehementem, & concitatam excutiamus, de eo pauca adhuc dicenda putaui, quæ à nobis prætermissa sunt. Ex huius familia tres insignes eloquentia ordine prodijsse tradũt. Huius pater Q. Curio insignis orator fuerat, qui in quadã oratione Cæsarem omniũ mulierũ uirum, & omnium uirorum mulierem appellauit. Illius Curionis filius fuit hîc Curio Trib. Ple. Luxu perditissimus, eo tempore, cùm Ciuile bellum inter Cæsarem, & Pomp. exarsit. Debebat enim, authore Val. Max. centies HS. æris alieni, hoc est, ducenta quinquaginta millia aureorum. Tanti fuit æstimatus unio Cleopatræ. Hinc Cæsaris liberalitate emersus acriter (ut modo dictum) absentis caussam defendit. Perijt postea in Africa, cui à Cæsare præfectus erat, à Iuba Mauritaniæ rege cum exercitu deletus. Cic. lib. 2. Epistolarum Curioni gratulatur. Sera inquit gratulatio reprehendi non solet. præsertim, si nulla negligentia prætermissa est. Longè enim absum, audio serò. Itaq; hic Curio, quo de hîc agitur uti ære alieno se euolueret, maximè Cæsarem ad bellum Ciuile incitabat, teste Cic. in Epistola ad Tyronem. Et ipse Cæs. inquit, amicus noster minaces ad Senatũ, & acerbas literas miserat, & erat adhuc impudẽs, qui exercitũ & prouinciã iam inuito Senatu teneret, & Curio meus illum incitabat. Erat de Curione. Nũc audiamus eum instigantẽ uocis suæ elasico ad suscipiendum non modo, sed maturandum etiam bellum.*

Dum uoce.] *Benevolentia ab officio personæ suæ erga Cæsarem.* Quãuis no] *Inuito Pompeio. Marcello, L. Domitio, et alijs. Ad denunciationẽ Cæs. ab uniuersa curia fuerat reclamatũ, & Senatusc õsultũ factũ, ut Cæsari L. Domitius succederet successor daretur, et Trib. Pl. curia excederent, nisi acerbius quid uellent experiri.* Traximus Im.] *ut adhuc in quinquenniũ tibi Imperiũ prorogaretur, cõtra L. Domitij minas, qui iactitarat se Cæsari exercitus adempturũ.* Rostra] *id est, in Tribunitia potestate haberẽ concionem ad Populũ è rostris in foro. Rostra erãt circa forũ ante curiã Hostiliã, quæ Senatorũ erat, ubi pulpitũ exponebatur, rostris nauiũ Antiatib. detractarũ anno ab urbe cõdita 416. ornatũ uel ut alij suggestũ in foro rostris nauium Antiatũ excultũ. Vnde eũ locũ rostra dixerũt, teste Liu. lib 8. Plin. prodidit, initio rostra nauiũ tribunali in foro posita. Sed xa fuisse, ut decus, ac ut lut P. R. corona ipsa imposita. Sed postquã Tribunitijs seditionib. ualeari, ac pollui cœperunt, & uires ex publico in priuatũ magis, singulisq; ciuiũ quæri, & sacrosancta omnia profana fecere, tum demũ à pedib. eorũ in capita ciuiũ rostra uenère. Rostrata corona primus omnium M. Varro è piraticis bellis donatus fuit à Magno Pompeio. Inde M. Agrippa & ipsa è piratica uictoria circa Siciliã à Cæs. Augusto. Idem libro 34. cap. 5. author est, P. R. C. Menio fixisse in cõsulatu in suggestu rostra deuictis Antiatibus, eo anno, quem paulò antè memorau. Pro rostris Cic. sæpe cõcionatus fuerat, ubi Antonius eius caput, ac manum fixit. Concionaturi, oratores item, ac Trib. Pl. rostra conscendebant. Hic Cæsar quæstor Iuliam amitam uxorem q; Corneliam defunctus è more pro rostris laudasse proditur à Plutarcho.* Dubios in te tr. Qui.] *flectere P. R. eorumq; animos fingere, ut id, quod peteres, ipsorum suffragijs, & beneficio obtineres: bellum Gallicum, ut & absentis ratio in petendo consulatu haberetur.*

Leges bello.] *Leges ui, ac fraude inimicorum oppressæ, ut libido & uis pro legibus haberentur, & à Senatu Imperium Pompeio esset delatum, ut tota Italia delectus haberetur, ut armis tibi resisteret. Silet leges inter arma.* Pellimur.] *Pathos à loco.* Narratio, ducta à præmio officij sui erga Cæsarem. Tua nos fac.] *Petitio, ut ab exilio aliquando uictoria Cæsaris restituatur.* Dum trepid.] *à facili confirmat. Dum Senatus, dũ Pompeius ad ipsius aduentum trepidant, & fugã adornãt ex urbe, pronum est restituere ejectũ curia, foro, tota denique ciuitate.* Semper no.] γνώμην, *qua proponit, nihil in bello potius esse, ubi prudenter erit consultũ celeritate prius esse ijs, qui ad omnia sunt parati: rursum inutilius nihil ijsdem, mora, quam suadet abrumpendam esse.* Par labor.] *Collatione pariũ bellorũ, præsentẽ laborẽ cõmendat ab uitali. Bellasti magnis laborib. in Gallijs, nec; sine metu. Hîc uerò, maiora rerum operæ pretia, maiora emolumenta, ipsa uidelicet Roma & imperiũ orbis terrarum sumi proposita.*

Bellantẽ.] *ostendit per collationem dissimilitudinem rerum modorũ, ex bello Gallico, et ciuili Gallis deuictis toto dece nio, nil nisi partẽ terrarũ subactã: hic uerò orbem in medio propositũ: & eo quidẽ facilius, quod aduersarius nihil ad-*

hoc

A hinc parati sit ad bellum, ipse uerò contra instructus. Ceremina lustra, decennium uocat, cùm nouem tantum annos in Gallicis rebus esset occupatus, decimo uerò bellū cœpe rit, Claudio Marcello, & P. Lentulo Coss. Etenim circa finem noui anni, quo Coss. erant. Paulus Aemilius, & C. Marcellus, Cæsar confecta Aquitania, et obsidibus ab uniuersa gente acceptis, Comiū, qui unus Gallorū ducū ad huc in armis erat, uarijs belli casibus fatigauit. Hīc datis ad postremū Antonio obsidibus, cuius ductu res tum in ea parte gerebātur, ad ultimū ueniam meruit. Ac tum Cæs. Gallia in unuersum pacata, medio hybernorū tempore in Galliā transcendit. Quare C. Marcellus tum Coss. ad Senatū retulit ut Cæsari ante tempus succederetur, quod decennis adhuc annus illi superesset. Nunc ne.] Ab inu illi suo labore, tot annis Gallico bello sumpto, unde cùm ad triumphū Romā esset redeundū, nunc omnibus rebus per inimicos turbatis, nullis ô subactis hostib. Gallis repe tenti Italiā, triumphus expectabatur. Sat enim erat tueri dignitatem suā, et se de aduersariorū iniuria ulciscī. Tri umpho ergo eum defraudatū iri docet, licet omnib. legi B bus triumphalibus abūdè ab eo satisfactum fuisset. Latæ fuerant leges, ne quis imperator triumpharet, nisi quinq; millia hostiū una acie occidisset. Et ne hæc lex obliterare tur, nixa fuit auxilio Plebisciti, quod pœnam imperatori bus minabatur, si aut hostium occisorum in prælio, aut a ciuium falsum numerum literis Senatui refer rent. Eadem lex inhibebat eos urbem ingressos statim apud C Quæst. Vrba. iurare, se uera ad Senatum de utroq; nume ro scripsisse. Ad hæc, lex erat: ne lacrymāte ciuitatis par te decernerentur supplicationes: ouare, aut triumphate, tum nefas erat. Atq; hac de caussa, Cæsar postea de bel lo ciuili nullum triumphum egit, cùm de alijs triumpha rent. Triumphus negabatur ei qui exercitū nō reportasset, nisi prouinciā, in qua res magnas gesserat, perdomasset, facultatemq; reliquisset. Omnia ista præstiterat Cæsar: quare confecto bello ciuili, de Gallia clarum, inter alios, egit triumphum. Erat & hæc lex triumphandi, ne imperator ante triumphum urbem ingrederetur. Neq; ue rò triumphabatur, nisi de hoste potentissimo deuicto. Sed omnium maximus triumphus erat, qui Imperatori bus decerneretur, qui quatuor albis equis inaurato curru & præcedentibus currum captiuis. Atque inde cæso al bo Tauro in templo Iouis, domum deducebantur.

Laurus sacras.] Apollini dedicatas, quod ut hæc arbor perpetuo uiret, ita Apollo perpetua iuuenta imberbis uirere existimetur. Plinius libro 15. cap. tradit, cur Capitolium Laurum poscat. quod triumphis propriè fuerit dicata, Triumphantes coronati lauro Capitolium ingrediebantur: uel gratissima domibus, inquit, iauentas Cæsarum, Pontificumq;, quæ sola, & domos exornat: & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Ca to: Delphicam, & Cyprian. Pompeius Lenæus adiecit, quàm mustacen appellauit. quoniam mustaceis subijceretur. Hanc esse folio maximo, flaccidoq;, & albicante. Delphicam æquali colore uiridiorem, maximis baccis, atque è uiridi rubentibus. Hac uictores Delphis coronari, & triumphantes Romæ. Hæc Plin. Cyprian Laurus, folio fuit breui, nigrior, & subcrispa. Plura Lauri genera tradit Plinius, & de ipsa arbore mira. Quod autem in Apollinis tutela fuerit, docet Ouid. lib. Fasto. sexto.

Venit Apollinea longas concordia lauro
Nixa comas. —

Porrò Delphica lauro comam cingere ostendit Horat li. 3. Carm. Ode 30. Quin & Laurum fatidicam esse, canit Claudianus 3. Paneg. siue quod Apollini fatidico deo est dicata, siue quod ex eius ustæ crepitu futura colligebant, Fragosius enim combusta, fœlicitatem portendere credebatur. Tibul. lib. 2. Eleg. 6.

Laurus ubi bona signa dedit gaudete coloni,
Contrà si tacitè conflagrasset, triste erat Augurij. Proper. lib. 2. Eleg. 29.

Et tacet extincto Laurus aduſta foco.

Laurus pacifera, quā inter armatos hostes prætendi quietis fuit iudicij. Coronarum militarium fermè genera ista fuerunt apud Rom. Nobilissima graminea, gemmata & aurea, Oleagina, Querna, Iligna, Myrtea, Laurea. Oleagina utebantur, qui in prælio non fuerant ipsi quidem, sed triumphos procurabant. Laurea Imperatorum triumphantium fuit antiquitus, quæ postea in auream fuit imutata, à qua aurum coronarium cœpit appellari. Graminea obsidionalis, quam obsidione liberati, duci liberatori suo donabant. Querna, quæ Ciuica etiam dicta fuit. Hanc ciuis ciui, ut uitæ suæ testem, à quo in prælio fuerat seruatus, tradebat: aut qui eodem tempore hostem quoque occiderat. Hinc proxima fuit Iligna ex ilice. Myrtea oualis corona erat. Erat & muralis, quasi muri pinnis exornata, decreta illis, qui primi murum conscendissent. Castrensis ualli speciem habebat, hæc illius erat, qui primus pugnando hostium castra introisset. Naualis, qui in nauali prælio primus in hostium naues transiluisset: eratq; hæc, quasi rostris naualibus insignita. Solebant hæ postremæ triplices ex auro fieri. Sacra Laurus Phœbo fuit, ut dictum est, ut myrtus Veneri, quercus Ioui, olea Mineruæ, populus Herculi.

Gentes q; sub.] à turpi. adeò ingratos experieris, ut uix fuerit tibi impune, Galliam sub Imperium tantis laboribus, & periculis traxisse. Socerum.] Cæsarem de sua dignitate deijcere decreuit Pompeius.

Patri non.] ἐπ. βασιλῆα εἰς κοίρανον ἔγω, ἓν ἀγαθὸν ὦ πολυκοιρανίη. Pomponius non fert pacem, neq; tu superiorem, tu armis instructus & paratus ad pugnā inimicos imperatos opprimere nunc potes, si uelis. Pollicetur Cæsari certissimam uictoriam.

Et ipsi in.] Hoc est, iuxta parœmiā, ad quā alluserit currūi calcaria addidit, excitabat Cæsarem eò multò magis, quò sua sponte ferebatur. Quantus el.] A simili, ductio à natura equi, celeriter currentis subditis calcaribus in sacris certaminib. Olympicis. Equū celerē dicit, quo inter alios agonas in ijsdē certabatur. Hūc ferunt Cētauros omniū primos sessorē gestare assuefecisse.

Sic postquam fatus, & ipsi
In bellum prono tantum tamen addit iræ,
Accendiq; ducem, quantum clamore iuuatur
Elæus sonipes, quamuis iam carcere clauso
Immineat foribus, promisq; repagula laxet.
Cōuocat armatos extēplò ad signa manipios.
Vtq; satis trepidum turba coeunte tumultum
Composuit, uultu, dextraq; silentia iussit.

assuefeciſſe. In Olympicis, alij curru, alij uehiculis, hi curſu, illi luctâ, nõnulli ceſtibus, aut equo celete, aut quadrigis certabãt. Hiero in Pythijs celete uicit, in Olympicis Pſaumis. Elęus ſoni.] Eleus equus. Strabo lib 4. omnẽ eam regionem, quæ inter Maſſeniã, & Achaiam media iacet, ad mare uſque, Elæam nominat, mediterraneis ſe ad Arcadiam, iuxta Pholoën montẽ, Azanas, & Parrhaſios extendentibus. Ab ortu Arcadiæ iungitur, ab occaſu claudi tur mare Siculo, ad Septentrionem, Acarnaniæ, Cephalenię & Echinadibus inſulis ἀντιπορθμεῖ & eſt. Per Elæam funditur Alphæus. Quondam hîc ſedecim urbes fuiſſe memorant, inter quas, & Piſæos longa certamina extiterunt. Abeſt Piſa ab Elide oppido, quinquaginta ſtadia. Aſtipulatur etiam Pindari interpres, qui hymno primo Olymp. πεντήκοντα καὶ ἑξάδια ἀλλήλων διέχουσι φαίνω. Hanc diſcordiam matronæ ex ſingulis urbibus lectæ admirabili dexteritate diremiſſe traduntur. Harum urbium clariſſimæ fuerunt Elis, Pylos, Olympias, Piſa. Hîc quinquennalia illa certamina Olympiaca, ueteribus ſcriptoribus tantopere, præcipuè Pindaro Lyricorum principi decantata, in honorem Iouis Olympij celebrabantur. Confluebat huc quinto quoque anno ingens hominum uis ex tota Græcia, cùm propter Iouem, quo nihil credebatur maius, tũ propter ipſa certamina, longè omnium celeberrima. Qui in his uictores declarabantur, omnium mortalium ora in ſe conuertebant. Ex Eleis unus mitio iudex, inde duo, ad poſtremum nouem eligebantur, qui iureiurando preſtii, uictores declarabant. Centeſima tertia Olympiade primum 12. lecti fuerunt qui numerus poſtea bello inter Elæos, & Arcades mutatus fuit. Quin illud auctarij uice appendatur, in Elide quondam Mineruæ ædem fuiſſe, in qua Panæus Phidiæ frater tectorium induxerat, lacte, & croco ſubactum. Et ſi tereretur in eo, ſaliua pollice, ſaporem, croci, & odorem reddidiſſe. Itaq; ut ad inſtitutum reuertamur, per Elæum ſonipedem κατ' ἐξοχὴν, quemuis equum uelociſſimum curſu intellige, expeditum ad certamen, eo quod celete certaturi, præſtantiſſimos equos Olympiã adducerent. Elęus ſo.] ἀπὸ τοῦ ἵππος. hinc Eliades, equæ, in Olympiaco certamine palmam referunt. At ἐλέα. Elea antepenultima breui. Straboni urbs eſt Lucaniæ, à Phocenſibus condita, Parmenidis, & Zenonis Pythagoricorũ patria, à qua Eleatæ dicti fuerunt. Hanc Romani primũ Heliã, poſtea Veliã dixerunt.

Quantum cl.] ut nobilis equus & natura acer clamore, & plauſu hominũ ad curſum accenditur multo magis, ita Cæſar in bellũ totus intentus, oratione Curionis acuebatur magis. Carcere cl.] Carcer in ſtadio locus erat, ſiue repagulũ, unde curſores certaturi, uel pedũ uelocitate, uel equis, uel quadrigis, uel currib. proſilirent: finis uero, uel ultima linea, ad quã ferebãtur, meta dicebatur. Vnde in prouerbiũ abijt, ἀπὸ τῆς βαλβίδος, id eſt, à carceri bus: pro eo quod eſt, à principio. Et, A carcere, ad metam, à principio ad finẽ. Cõuocat.] Porrò autem, quãtam, à principio ad finẽ. Cõuocat.] Porrò autem, quid repagulũ ſit, prius expliceiur, quàm ad id, quod ſequitur, trãſeat calamus. Eſt uectis, qui oſtio cõtra uim opponitur: à re, & pango, quod nõ uno loco pãgatur, hoc eſt figatur, ſed ad utrunq; poſtẽ. Ita Feſtus definit. Repagula ſunt uectes, quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut ex contrario quoq; oppãgantur. Cic. Diuinat. Hercules ualuas eluit, quæ repagulis ſubiùd ſe ipſe apperuerunt. Porrò autem ſæ repagulis ſubiùd ſe ipſe apperuerunt. Porrò autem repagula in ludis equeſtribus dicũtur, quæ equis obijciũtur, ne ante tempus excurrant, in qua ſignificatione, hîc repagula accipiuntur: à Græcis ἀφετηρίαι dicuntur. Sũt & in ſtabulis, et paſcuis obices, quibus armenta cõcentur. Metaphoricè, pro quibuslibet obſtaculis, et impedimentis accipiuntur. Hinc Cic. repagula iuris, pudoris, & officij perfringere dixit, pro eo, quod eſt, nullo pudore, nullo iure, nullo officio à re aliqua impediri. Conuocat arma.] Quibus rebus à Trib. cognitis, apud milites concionatur, inquit in cõmentarijs, & omnium temporum iniuriã in ſe commemorat. Et Tranquillus. Adhibitis Trib. plebi qui pulſi ſuperuenerant, pro concione fidem militum, implorat, flens, ac ueſte à pectore deſciſſa, muocauit. Appian. ſcribit, in ſeruorum ueſtibus eos militibus oſtendiſſe irritatã, quod uiri clariſſimi ſic eſſent eiecti, iudicatiq; hoſtes.

Maniplos.] Syncope. Eſt autem manipulus, militũ contubernium: inde deducto nomine, quod conſertis manibus pugnarent. Nam centuriæ in decem contubernia diuidebantur, quorum caput, & præſes decanus uocabatur. Omnes copias præſentes in concionem, præſentibus Tribunis, aduocauit. Vultu.] Oratorum dictiũ eſt ἀπὸ τοῦ προσώπου. Aderant tantum milites legionis decimæ tertiæ, quos initio tumultus euocarat, & reliquæ nondum conuenerant. Tumultum.] fremitum militum, eũm ob rumorem C res ex urbe allatos, tum quod Trib. Pl. coràm conſpiceretur. Atq; hinc multò acerbius eorum animi ad uindicandam inflammati fuerunt.

Bellorũ.] Oratio Cæſaris ad milites generis deliberatiui hortatoria eſt ad arma ſumẽda cõtra inimicorũ uim, & tyrãnidem, & ad tuendã dignitatẽ ſuã, & uindicandũ ſe de aduerſariorũ impotenti iniuria. Habet interim locos demõſtrationis, dum inimicos grauiter uituperat, extenuando eorũ res. Exordium ductũ eſt à captatione benęuolentiæ, à perſonis militũ, quos plauſibili nomine cõmilitones uocat, qui ſecũ commoda, & incõmoda, terra, & mari bello Gallico pertulerint, Caterum, ut oratio accommodatior ſit ad perſuadendũ, docet milites, maximã harũ iniuriarum partẽ ad ipſos pertinere, quod per eos, tanti belli finijs deſtruatur. Decimoſ.] iam decimũ ingredimini annũ, quod uictores ſem per fuiſtis, Mars pro bello, metonyma. dominus pro re, cui præeſt, ſiue inuenter, pro re inuenta.

Bellorum ô ſocij, qui mille pericula Martis
Mecum, ait experti, decimo iam uincitis anno:
Hoc cruor Arctois meruit diffuſus in aruis,
Vulneraq;, & mortes, hyemesq; ſub Alpib. actę:
Non ſecus ingenti bellorum Roma tumultu
Cũcutitur, quàm ſi Pœnus tranſcẽderet Alpes
Annibal, implentur ualido tyrone cohortes:
In claſſem cadit omne nemus. terraq; mariq;
Iuſſus Cæſar agi. quid ſi mihi ſigna iacerent
Marte ſub aduerſo, ruerentq; in terga feroces
Gallorũ populi, nunc cùm fortuna ſecundis
Mecũ rebus agat, ſuperiq; ad ſumma uocantes,
Tentamur, ueniat longa dux pare ſolutus.
Milite cum ſubito, parteſq; in bella togatæ,
Marcelluſq; loquax, & nomina uana Catonis,
Scilicet extremi Pompeium, emptiq; clientes
Continuo per tot ſociabunt tempora regnos?

Ille reget currus nondum patientibus annis?
Ille semel raptos nunquam dimittet honores?
Qui iam rura quærar, tutũ suppressa per orbem
Ac iussam seruire famem? quis castra timenti
Nescit mixta foro? gladij cum triste minantes
Iudicium, insolita trepidum cinxere corona,
Atq; auso medias perrumper milite leges.
Pompeianæ reum clauserunt signa Milonem?

a alias Ad.

Hoc error.] Summa orationis Cæsaris hæc proditur. Quæsiuit fuit de inimicorum iniuria, & iniquitate, quod res suas præclarat in Gallia gestas nõ solũ sibi inuideret, sed etiã Pompeiũ à se abuenassent. Post mortẽ Iuliæ malè omnes suas res gestas interpretãdo, eò rem deduxissent, ut nisi dignitatem suã armis tueretur, se ad inimicorũ arbitriũ, & eorũ inuidiã leniendã, quæ quia nisi capitis sui periculo, nõ posset expiari: et Trib. Plebis iniuriæ eorũ obuiã ire coacti, nõ solũ è curia, sed urbe quoq; pulsi essent: Itaq; unũ aliquid superesse, in quo omnẽ spem reponeret, ut ad uitã suam tuendã, militũ suorũ opera uteretur, quorũ auxiliũ implorare. Itaq; orare se, atq; adeò obtestari in uniuersum oẽs, ut si uictoriarũ suarũ testes essent, & ipsi suũ studium in omnib. rebus exploratũ haberẽt, suã dignitatem ab inimicorũ uiolentia & impotentia, armis uindicarent. In hãc sententiã Cæs. cõcionatus fuit ad milites, quæ poeta copiose dilatat, ornatq; pluribus. Hoc cru.] *Abrumpit benuolentiã, & attentos reddit ab indigno, ante quã ad narrationẽ perueniat.* Arctos ar.] *Septentrionalib. regioni bus, Britannia, Germania, & Gallia. Germaniæ Austri alier est Gallia.* Meruit.] *indigna res profectò, nõ solum* nullas gratias, pro tot laborib. tot periculis, et mõmodis, frigoris, & æstus referri, uerum etiã patria pelli, exercitu spoliari, ad causam dicendã reuocare in ordinem, et ante tempus successorẽ mitti addo hostẽ patriæ ab inimicis, uiuinia clarissimæ inuidentibus, iudicari. Non se.] *Nar ratio, qua docet suo aduentu permde turbari Romã, exer* cũmq; cõscribi, ac si Annibal Pœnus, Carthaginensiũ Im perator, ex Hispanis capta Sagũto mouens, Alpium iuga transcenderet in Italiã. Etenim Annibal superato Pyrrhæo saltu, uictisq; Gallis qui obsistere conarentur, ubi ad Alpes uenit, repulsis mõtanis, quos obuios, & trãsitu prohibentes habebat, descendit in Italiã. Itaq; à collatione dũ C fta est narratio. Implẽc. ua.] Etenim Tribunis urbe eiecit enim apparẽres haud dubiẽ Cæsarẽ ad arma prouocaturum, factũ fuit trepidè S. C. atq; aliæ alijs prouinciæ decretæ fuerunt: L. Scypioni Syria: Domitio, Galliæ: inde totã Italia delectus habitus fuit, Cõsulibusq; mãdatũ, uidereẽt, ne quid detrimenti Respub. caperet: et ad ueteres, duas legiones scripsit Põpeius. Quin & illud addendũ, ubi Romam nunciatũ fuit, tãtus, ait Cæs. terror repente inuasit, ciuitã Põpeio ex S. C. proferẽdã protinus apertè sanctiore ærario ex urbe profugerit, Cæsar enim aduentare, iamq; adesse eius equites falsò nunciabãtur. Huc accedit, quòd modũ Appianus refert, quod Põpeius iussus fuerat centũ & triginta millites ex Thessalis cõscribere, & ex belicosissimis nationib. finitimis homines maximè militares deligere. Præterea Domitius successor Cæs. datus cũ 4. millibus armatorũ urbe excesserat. Tyrone ual.] *sunt autem Tyrones, noui milites, robusti ad exercendã rẽ militarem. Liu. lib. 10. de bel. Maced. ueteribus militib. tyrones, immisceantur. Et quia Metaphoricè tyrones usurpantur. de ijs, qui prima ætate aliqua ponunt rudimenta, pro rudi ac nouitio accipitur. & tyrocinũ prima actio.* *Hinc tyrunculus, iuuẽculus, qui aliqua rudimenta primæ artis ponit. Quidam per c. scribunt.* Tyrone.] *pro tyrombus, synecdoche. Porrò è quibus regionibus sit tyro eligendus: ex agris ne, an ex urbibus: cuius ætatis probandi sunt: qua statura sint probãdi: quomodo agnoscẽdi ex uultu, & corporis, qualitate meliores tyrones: cuius artis debeant eligi: quando signandi: ad quæ sint exercendi, quomodo pugnare debeant, Vegetius lib. primo de re milit. docet. Sed significanter dicit poeta cohortes ex tyronib. cõscribi, ut minus ad bellum idoneis, si cum ueteranis, Cæsaris conferantur.*

In clas.] *hyperbole.* ἀπίθανον, *non poterãt in ea trepidatione, & præcipitantia naues fieri, sed raptim fractæ farciri poterãt. Sed Põpeius auditis ijs, quæ paulò pòst ad Cæsarem gesta erãt, ex Luceria cum sex Legionibus, quatuor ueteranis, & duab. nouo dilectu scriptis Brundusium transmisit. Itaq; classes parãtur, ad me persequendum.* Terraq.] *Caussam finalem subijcit, cur classis paretur, ut Cæsar terra, mariq; pellatur, enallage personæ tertiæ pro prima.* Quid si.] *A maiore ad minus ducta coniectura.* Quid facerent inimici mei, si ipse uictus *hærentibus tergo Gallis fugerem.* Nunc cum.] *Collatione rei præsentis, indignitatem exaggerat, additq; fortunæ secundæ amplificationem, cùm se à Dijs ad summa uocari, dicit, quibus inimici nihil ferentes obstrepere.*

Veniat d.] *Trãsitio ad genus demonstratiuũ, hoc est, in uituperationẽ personarũ, quarũ res nõ tãtũ extenuat, sed otio, & paci assuetas etiã ipsas ridet. Ducẽ ipsum Põpeium, cui summa imperij in hoc bello delata fuerat à Senatu, qui à Mithridatico bello uacationẽ à militia quodãmodo cõsequutus, & emeritus in otio cõsenuerat. Hinc eũ lõga pace solutũ uocat.* Milite cũ.] *Cum tumultuariè cõscriptis duab. legionibus, & quatuor ueteranorũ, Brundusiũ trãsmisit, illas duas subitariã militũ manum nuncupat.* Partes.] *Senatus, qui in gubernatione togata, Romæ desiderant otiosi, ad decẽ fermè annos, qui armis desueti, & bello propè inde inutiles, otio cõsenuerãt. A toga uestis Romana, qua domi utebãtur, ut sagũ, uestis militaris erat. Hinc toga pro pace, & sagũ, pro bello.* Marcellusq.] *Vt imbelliã hominis coarguat, loquacẽ eũ uocat, prõptiorẽ, ad lingua quã manu pugnandũ. C. Marcellus qui fratri suo patrueli Marco Marcello, & Ser. Sulpitio successerat, cũ P. Aem. cõsulatum gerebat nono belli Gallici anno cũ Cæs. in Italiã rediret. Sequenti anno, qui decimus futurus fuisset belli Gallici: quo anno bellũ Ciuile cœpit, Cõsules designati fuerãt Claud. Marcellus, & P. Lẽtulus. Atq; ex his quæ decernebantur, tum coactus fuisset Cæsar exercitũ dimittere, priuatusq; prouincia excedere. Sulpitius Caiũ Marcellum, dicit, poetã intellexisse, qui Consul cum Lentulo erat, inquit, Imò Consul cum Paulo Aemilio, cui Cæsar mille, & quingenta sestertia dono obtulerat, ex quibus is in foro (ut paulo antè dixi) nobilissimam basilicam extruxit, ut inimicis summæ ope resisteret. Proinde, adhunc modum anni, & Consulatus digerẽdi sunt. Octauo belli Gallici anno Cos. fuerãt M. Marcellus, & Seruius Sulpitius. Nono, cùm Gallijs pacatis, omnia Romæ turbarentur, reditumq; in Italiam matu-*

maturaret Cæsar, quod in Senatu à Coss. & eius ordinis principib. ipsius dignitas apertè oppugnaretur. Consules erant, C. Marcellus, & Paulus Aemyl. Sequens annus belli ciuilis Coss. habuit Claud. Marcellum & P. Lentulum. Sed fefellit Sulpitium mendũ, librariorum incuria, haud. dubie admissum. libro octauo de bello Gallico. Cæsaris cõmentariorũ ubi sic legitur. Propterea quod aduersarij sui gloriarentur. L. Lentulum & C. Marcellum Coss. creatos, qui omnem honorem & dignitatem Cæsaris exspoliarent. Duplex error in scriptura, in nominibus Consulum admissus est, pro L. Lentulum. P. Lẽtulum: & pro. C. Marcellum, Cl. Marcellum ut incuria scribarum. L. post. C. fuerit omissum, scriptum oportuit. Henricus Glareanus hunc locum diligenter expendens, duo Claudij Marcelli hoc tempore Consulares inquit fuêre, alter. M. Caius alter. C. cũ L. Aemylio Paulo Coss. fuit, priori anno, quàm inciperet bellum hoc ciuile, continuato etiam Consulatu, sequente anno, quando cœpit idem bellum. At M. tertio antè anno Cos. fuerat, cum Seruio Sulpitio Rufo. Is M. nõ tam infensus Cæsari erat, ut Caius, quippe qui post bellũ Ciuile gratiam inuenit apud Cæsarem. Sulpitius noster de Marco uidetur loqui, cùm dicit, eum nõ tã fuisse infensum. Sed non ipse tamen cum Paulo Consul fuit. Deceptus est igitur Sulpitius, in Coss. catalogo. Hæc Glareanus, qui dicit continuatum Cõsulatum fuisse C. Marcello, anno belli Ciuilis, quod quidem perinde est, ac si biennium continuum Consulatum gessisset, cum Suetonius tradat, C, Marcellũ, M. Marcello fratri suo patrueli successisse, atq; collegam etiam habuisse, & dictũ est, Aemylium Paulum. Marcum uerò Claudium Marcellũ Cos. designatũ, retulisse ad Senatum, ut Cæsari ante tempus succederetur. & cùm hoc P. Lẽtulus cõsul creatus fuit. Non igitur Caio Cõsulatus cõtinuatus in annũ sequentem fuit. Nomina uana Ca.] Nomen uanum Catonis, qui morum tot uicorum seueritate, & prudentia in togata administratiõe clarior erat, quàm gloria rei militarit: pluratiuus numerus, pro singulari. Isti duo maximè oppugnabant Cæsaris dignitatem, quamuis reliqua nõ minus. Sed Catone neminem ferè sibi infestiorem in repub. habuerat antea Cæsar, adeò ut antiquam in Galliam cùm exercitu proficisceretur, illũ se agentẽ cùm interpellasset, è curia per lictorem extractum in carcerem duci iusserit, sed authoritate Senatus sequentis, & Tribunorum iussu, ab ipso, ad eũ cõniuente dimissus fuit. Scilicet ex Põ.] Concitat Pompeio inuidiam, & extenuat præsentem eius potentiam, maximè quod ad obtinendum regnum à clientibus uilissimis quos pretio sibi cõciliarit, inquit aduitabitur. Sulpitius exponit, extremos clientes remotissimarum nationum sectatores, quos suæ dignitatis causa tuetur.

Empti.] ære comparati. Continuo r.] At adolescentia sub Sylla, inde à morte Syllæ ad hæc tẽpora usq.

Ille reget cur.] Anadiplosis, quod natus annos 24. in Africa Cn. Domitium uicerat, & interfecerat. Hyarbam regem Numidarum ceperat. Omne Aphricani belli tempus 40. tantum dies habuerat. Reuocatus à Sylla ex Africa, ut cum unà legione, reliquo exercitu dimisso, successorem expectaret iniquo animo tulit Põpeius, sed iniquiore, exercitus, monitusq; fuit ne tyrãni literis parêret, ipse tamen ut primatus domum rediret, censuit & dictatori parendum esse. Reuertenti Sylla obuiam processit cũ magna hominum multitudine, eumq; Magnum salutauit ad prælium congressum. Alij in Africa id cognomen illi militare fauore datum scribunt, cùm ex Oriẽte uictor rediret, insigne cognomen, quod ad id temporis usque nulli Romanorum contigisset, cùm maximi cognomen duobus tantum tributum fuisset. Cæterum obstitit Sylla aliquandiu nonnihil Pompeio, triumphum de Hyarba rege petenti, quum diceret, eum honorem Consulibus tantum, & summis uiris, ac ducibus decerni solere, qui suis auspicijs non alienis, bellum prosperè gessissent. Hue accedere eatatem immaturam, cui nunquam P. R. talem esse honorem decreturus. Ad quæ tum Pompeius, ô Sylla, plures solem Orientem, quam occidentem uenerantur: alludens ad ætatem quæ sibi à Sylla exprobrabatur. Fauor laudũ nascentem comitatur, contemptus senectutem. Obtinuit quidem interim Pompeius, ut triumpharet, qui ut multò conspectiore apparatu in urbem ueheretur, quatuor elephantos currui iunxit, ad exemplũ Liberi patris qui omnium primus id factitasse ab Indica expeditione reuersus creditur. Plinius scribit, Procilium scriptum reliquisse, equis eum inuectum quod urbis porta nõ fuisset bellua rum earũ capax: Nec Plutarchus refragatur. Quo ex triumpho, ingens fauor Pompeio conciliatus fuerat, tũ quod eques admodum per immaturam ætatem in curiam, & senatorium ordinem lectus fuisset & tamen triũphasset. Perstrogit acerbè Pompeium absentem, quod olim ausus fuisset, non solũ petere triumphũ, sed triumphare etiam ante legitimos ætatis annos, eques solùm, non adscitus in curiã, & qui non fuis, sed alterius auspicijs in hostes ductasset. Atq; id est, quod dicit nondum patientibus annis, hoc est, nondum 30 annos natus. Reget currus.] id est, triumphabit, triumphantes currus in urbe inuehetur.

Ille semel ra.] Semel rapuit magistratum in Auximo 23 annos natus, cùm nullius suffragijs præter designatus se ipse pro prætore in medio foro in subsellio collocaret in tempestate illa Syllana. Inde, & post Syllæ ueritũ multos magistratus gesserat, quos dicit eum quoq; rapuisse, ut prætură in Auximo. Micyllus uidetur, inquit hîc locus etiam ad prorogationem prouinciarũ referri posse, quæ Pompeio in quadriennium facta fuit, dum de Cæsaris successore Romæ agitur. De qua re, & Plutarchus meminit in uita eiusdem. Aut certè ad potestatem summam, quam idem post Consulatum, quem solus gesserat, deinceps retinuit. Nam & illud à quibusdam traditur, Milonem in petitione Cõsulatus fuisse à Pompeio propterea impedium, quò ipse solus Romæ imperiũ, & summã rerũ teneret, Dictaturamq; ad quam re ipsa clanculum aspirabat, uerbis autem abhorrere se fingebat, ex ea ripa publicæ confusione consequeretur. Huc usq; Micyllus. Quid iam rura.] Quare autem rura suppressa fuerunt totaq; orbe, hoc est, ne quid exportaretur, sequuti uersu redditur causa. si legas, ad. pro, ac. ut etiam uidetur Glareano, & rectè. Causa enim finalis est, cur omne frumentum, quod conquirendum esset, fuerit retentum. T. Annio Milone Trib. Ple. ubi ingenti gaudio Senatus, & totius Italiæ M. Ci. ab exilio reductus fuisset Cn. Pompeio per quinquennium crescente fame, & caritate frumenti, annonæ cura mandata fuerat. Cic. lib. 4. ad Att. Senatui gratias egimus. Eo biduo cùm esset annonæ summa caritas, & homines ad Theatrũ primò, deinde ad Natum, cõcurrissent, impulsu Clodij mea opera frumenti inopiã esse clamarũt: cùm per eos dies Senatus de annona haberetur, & ad eius procurationem sermone non solum plebs

& tum plebis, uerum etiam bonorũ Pompeij uocaretur, idq; ipse cuperet, multitudoq; à me nominatim, ut id decernerẽ postularet, feci, & accuratè sententiam dixi, cùm abessent præter Messalam, & C. Afranium, factum est, S. C. in meam sententiam, ut cum Pompeio ageretur, ut eam rem susciperet, lexq; ferretur, quo S. C. recitato, cùm populus nouo, pulsum meo nomine in recitan do dedisset, habuit concionem. Omnes magistratus præ- senes præter unum Præ & duos Trib. Pl. nomen dede- runt. Postridie Senatus frequens, & omnes Consulares, nil Pompeio postulãri negarunt. Ille legatos 15. cum po- stularet, me principem nominauit, & ad omnia me alterũ se fore dixit. Legem Cos. conscripserunt, qua Pompeio, per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ, toto orbe terrarum daretur. Alterum Messala, isq; omnis dat pecuniæ potestatem, & adiungit classem, & exercitum, & maius imperium in prouincijs, quàm sit eorum, qui eas obtinent. Hactenus Cic. Calumniatur Cæsar Rhetoricè hanc legem latam, & annonæ curam tum Pompeio man datam fuisse, quæ res magnæ laudi alioqui, & gloriæ Pompeio uertenda esset. Et P. Clod. eandem sycophantiam fuisse, uerum ut lex scriberetur, coortam fuisse fa- men. Quis castrum timenti.] Transit ad actionem Milonianam, quam inuertit Cæsar, si uera modo narrat Asconius Pedianus. Cicero certè in elegantissima ora- tione pro Milone arma in foro cõtra se, & Milonianos po- suisse pro se interpretatur. Cæterũ acerbè inuehitur in im- potentem dominationem Pompeij in urbe, & in iudicijs, in quibus ex sua libidine multa administrabat, non sine Trib. Pleb. inuidia, ut interdum iudicibus non esset libe- rum, quod uideretur pronunciare. Tanta erat hominis potentia, ut ne Cæsar quidem speraret, se id consequutu- rum, quod sectaretur, citra eius affinitatẽ. Foro.] Cùm iudices de cæde Clodij iudicarent. De cæde Clodij quæ- stio fuit decreta, & Miloni iudicium constitutum, quem Cicero acerrimè omnibus ingenij neruis defendit. Oratio eo iudicio plus ualuit facti inuidia, quàm summa eloquẽ tia. Damnatus Milo in exilium abijt. Inde & Gabinius est in iudicium tractus, quod in Aegyptum contra Sibyllini carminis religionem Romanum exercitũ duxisset. Dam- natus, & ipse fuit absens, & bona eius publicata fuerunt. Sub hæc aliquot uiri illustres ambitus rei acti fuerunt, in- ter quos, solus Scipio, cuius filiam Corneliam Pompeius uxorem duxerat iudicium euasit, Pompeius affinitatem adiutus. Gladij cum triste minantis iudi.] Pedianus scribit, cùm Pompeius solus Cos. à Seruio Sulpitio inter- rege creatus esset, ciuitate morte Clodij concussa, ut u- nicus Consulari potestate rempub. administraret, eum sta tim duas leges promulgasse: unam de ambitu, ut modo memini, & de ui alteram, in qua nominatim Clodij cæ- dem in Appia uia factam expressérat. Agebatur reus Milo. Iam, cum caussa à iudicibus cognosceretur, & hor rendum clamorem sustulissent Clodiani, Consul Pom- peius armatis militibus forum sepsit, ne quis populi tu- multu moueretur. Qua re terrefacti Clodiani, silentio uerba testium per totum biduum audiri patiebantur. Ac mox circumfusi armatis, accusatus Milo, defensusq; fu- it. Minantes.] Cæso Clodio in uia Appia ad Bo- uillas, eius corpus in Milonis inuidiam à L. Plancio oratore, & Q. Pedio Ruffo, in rostra delatum fuit: ac mox in curiam allatum subsellijs, & scamnis iniectis crematum, quo incendio curia deflagrauit. Triste iu- di.] de pœna capitis, ob cædem perpetratã in uia Appia, monumento maiorum Clodij, eam uiam lapidibus stra- uerat Appius Claudius. Insolito coro.] Multitudine ar matorum. Sepserat enim Pompeius unicus Cos. forũ ar- mis, ad terrorem Milonianis faciendum. Quibus adeò fa- it motus Cicero, ut artificiosè illa pro se facere diceret. Tranquillus in Cæsa. de eo loquens, M. Cato, inquit, cùm identidem, nec sine iureiurando diceret, se delaturũ eius nomen, simulac primum exercitum dimisisset. Et cùm uulgò fore prædicarent ut si priuatus rediisset, Milonis exemplo, circũpositis in foro armatis caussam diceret, (id quod futurum fuisset) nam post Pharsalicam pugnã & uictoriam non dissimulauit Cæsar. Prospiciens enim cæ- sos profligatosq; aduersarios, hæc uoluerunt inquit, tan- tis rebus gestis. C. Cæsar condemnatus essem, nisi ab exer citu auxiliũ petijssem. Iudicium insol. ciu. co.] Quã hîc Lucanus insolitam coronam dicit, Cicero pro Milo- ne, modò, nouam iudicij formam, modò inusitatam fre- quentiam uocat. Hæc noua iudicij forma, inquit, terret oculos, qui quocunque inciderint, ueterem consuetudi- nem fori, & pristinum morem iudiciorum, minimè ui- dent, Non enim corona consessus uester cinctus est, ut solebat: non usitata frequentia stipati sumus. Nam illa præsidia, quæ pro templis omnibus cernitis, etsi contra uim collata sint, non adferunt tamen orato- ri aliquid: ut in foro, & iudicio, quanquam præsidijs salutaribus, & necessarijs septi sumus, tamen nec non ti- mere quidem sine aliquo timore possumus.

Perrumpere me le.] Cùm iudicia, & leges abiq; ar- mis, & armatis uigere, & florere debeãt, ille iudicia foren sia armatis clausit.

Nunc quoque.] Ab antecãta malorũ, & sceleris, ut ita dicã, assuetudine, præsentia consilia uirulenter in- sectatur, quæ lõga con suetudine ab instituto re, et magistro suo Syl la, ab adolescentia im biberit, ex quo etiam bene indolẽ eum hau sisse dicit. Et ut res sit illustrior, addit com-

Nunc quoq; ne lassum teneat priuata senectus,
Bella nefanda parat, suetus ciuilibus armis,
Et docilis Syllam sceleris uicisse magistrum.
Vtq; feræ Tigres nunquam posuere furorem,
Quas nemore Hircano matrũ dũ lustra sequũtur,
Altus cæsorum pauit cruor armentorum.
Sic & Syllanum solito tibi lambere ferrum
Durat Magne sitis: nullus semel ore receptus
Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces.
Quem a tamen inueniet tam lõga potentia finem?
Quis scelerũ modus est? ex hoc iam te, improbe re
Ille tuus b saltem doceat discedere Sylla. (gno

paratione ductam à natura beluæ immanis, cuius truculentam indolem, immanitatem q; sæuiorem red- dit, perpetua laniena armentorum, ac cru- or, quo nunquam satu ratur Tigris.

Priuata seu.] *qua nullum magistratum gesit, nisi quod supe- riori quinquẽnio, quo*

a fortasse, tan dem.

b al. tamen.

Cæsar in Gallia, & Germania bellabat, præfectura quærendæ annonæ ei mandata fuisset, quod frumentũ per id tempus, ob siccitatem, tum in Italia, tum in Gallia parcius prouenisset. Bella nefand parat.] Impia, ciuilia, iniusta, & quidem nõ optimè de repub. meritum. Suetus ciuilibus.] A consuetudine, quæ habitum, & naturam parat. simplex pro composito. Assuetus ab adolescentia, ab eo, quod se ad Syllam contulit. Vigmti & quatuor annos natus, ut paulò suprà dictum est, de Africa triumpha uit sub Sylla. Romanus eques. Carbonem in Sicilia: Cn. Domitium, & Hyarbam in Africa superauit: in Hispania Sertorium cecidit, Perpennam ibi secuti iussit. Sed multò antè bello Sociali Asculum occuparat, Senas diripuerat, Marte debellato. Is cùm uix pubescere cœpisset, è Piceno uoluntariorum legionem adduxit, quam patris Pompeij Strabonis fauore frætus, in ea gente ad bellum concitarat. Mox duas legiones priori adiecerat. Et profecto Pompeius ea ætate Syllanis partibus in rebus gerendis utilissimus fuerat & quidem supra ætatem. Neq; Sylla inuicem cuiquam suorum ducum maiores honores habuerat, quippe cui uni uenienti assurgere soleret, & caput suum nudare, eumq; honorificè appellare. Sceleris uicisse.] Magistrum sceleris rectè Syllam appellat, à quo nulla crudelitas aliena erat: quippe qui Romæ centum millia ciuium in dominatione illa occiderat, & amplius eo: & in his duo millia & DC. equestris ordinis: Senatores 90. Cos. 15. quiq; multos in sepultos abiecisset: multorum bona publicasset. Et tamen biennio ante mortem posita dictatura, fractis fascibus, submotis à se corporis custodibus, ausus fuit ille nefarius priuatam uitam agere: non imperij potestate filio, sed ijs qui ipsius tyrannidẽ infestè oderant, relicta. Ab hoc scelus omne genus Pompeium imbibisse dicit Cæsar: Certè militi in Hispania oculos eruit, quod per contemptum obscœnis partibus mulieris indigenæ, medio tumultu oblatæ digitum impudicum admouisset. Magistrum.] Ipsum Syllam, Summè infestus fuerat ab ineunte ætate Cæsar Syllæ: & eius partibus, quare & ipse inter proscriptos relatus fuisset, ui amici Syllæ pro eo deprecati essent: quare cùm optimatum factionem diminueret eorumq; authoritatem, trophæa C. Marij de Iugurtha, de Cumbris, de Teutonis, quæ à Sylla disiecta fuerant, restituerat. Inuicem in exercenda de siccarijs quæstione, eos in sicariorum numero habuit omnes, qui in Syllana proscriptione pecuniã ex ærario accepissent, ob relata ciuiũ capita, quos tamen Leges Corneliæ exceperant. Marius Iuliam Gæsaris amitam uxorem habuerat. Scelerum uicis. ma.] Primam ciuilis belli materiam dedit Sylla, homo de quo dubites fuerit'ne, crudelior, an sceleratior. Erat natura uersuta, uario inconstantiq; ingenio: plura rapiebat, quàm largiebatur, Contumelia & ignominia dignos colebat: supplices, quorum misereri debuisset, ludibrio habebat, ut dubitatum sit, assentator'ne esset potius, an contemptor ingenio: modo in leuiusculis delictis puniendis immoderatus: rursum in horrendis sceleribus corrigendis segnis, & dissolutus. Optimos uiros, ob leuiusculæ noxæ suspicionẽ proscripsit. Natura iracundus: oculis glaucis, & supra omnem modum acerbis. Nefaria discordia inter eum, & Marium coorta fuerat, ex traditione Iugurthæ, quem à Bocchо rege Mauritaniæ occeptum ad Marium Imperatorem suum adduxerat. Vnde Iugurthæ capti laudem cùm ipse postea ad se attrahere conaretur, cotrà Marius contenderet, quæcunque Sylla, Legati, Tribuni, & Quæstores in Numidia gessissent, suis ausspicijs fuisse gesta: & proinde suam laudem esse, non Quæstoris, qui suo iussu ad Bocchum missus fuisset. Erant Sylla, & Pompeius Strabo, Magni Pompeij pater. Cos. cùm aliquot anni: pòst Caius Marius triumphales statuas, & aueam Iugurthæ imaginem, quas Bocchus rex Pop. Roman. & Syllæ gratificaturus miserat duas, in Capitolio erectas detrahere conaretur. Inde aliis atque alijs utrinque acceptis iniurijs, primùm cædes orta fuit. Inde in Exquilijs iusta acie conflixerunt. Quo tempore omnium primum, anno ab urbe condita sexcentesimo secundo, supra sexcentesimum, ciuitas Rom. cius fos infestis armis concurrentes uidit. Vely fere. Tig.] Comparatione amplificat Pompeij crudelitatem, & atrox ingenium, natura inditum, & exercitatione auctum, longáq; consuetudine immanius redditum.

... Tigres.] Hircani & Indi ferunt, animal incredibilis ueloeitatis. Eius fœtus, qui numerosus est, equiperum. Fœta, uacuo cubili reperto, (maxes non cauerant sobolem) præceps fertur ad insequendum hostem. odore. Raptor, accepto insequentis fremitu, imum catulum abijcit, quem illa inuentum, morsu arripuit aufert. Remeat inde, iterumq; conseguitur. Idq; subinde facitat, donec hoste ingresso nauim, ipsa fremat in littore aduersus abeuntem in altum. Apud Indos è Tigribus canes concipiuntur. ab id coitus tempore in syluis alligant fœmellas. Ab huius animantis uelocitate, Tigri amni nomen inditum est.

Nemore Hircano matrum.] Hircani inter Parthyenen, & Caspiũ pelagus siti sunt gens bellorosa, frigoris, & æstus patientissima, & quæ ad labores uulneres & pericula indurauerit. Ab ortu clauditur Caucasijs gis, ut & ab occasu, & meridie. Ad Septentrionem in Caspio transuersis littoribus in Boream sese tollentis procurrit, usque ad Margianam. Hinc Caspium mare Hircanum appellatur. sicut ab ipsa regione mons Hircanus. Lustra.] Feretrum Lustrum, & nemus Hircanum. Lustra.] Lustrum, quinque annorum tempus, dicitur. Et lustrum, quinque annorum tempus, dicitur. bula. Et lustræ popinæ & lupanaria: dicebatur: & sacrificij quoddam genus, quo urbis lustrabire, & expiare. Sunt & lustræ popinæ & lupanaria: dæ caussa, sus, ouis, aut taurus immolabatur.

Cruor armeneorum.] quò beluina feritas scuitiam magis, ac magis, quæ assidua rabies transijt in naturam:

Sic & Syll.] Per auersionem Pompeij libendi sanguinis iugem sitim applicat comparationi, quã semel quenadam ex Sylla hausit. Idhãc ob caussam Pompeio obtigit, quod cædibus, ac proscriptionibus ciuium sub Sylla aleretur, quando bona proscriptorum ab eo hastæ subijciebantur. Regno.] Duro. & inuidioso nomine Pompeij dominationem regnum uocat. Monet abstinuit Pompeium, ut dominationem suam iam aliquando insenium uergens ita deponat, ut Sylla magister eius dictaram, quam ipse in 120. annos induerat quidem, quantea semestris fuisset: sed paulò ante mortem natus octonos 60. fascibus, & securibus fractis, dimisit à se floribus, in frequente concione, populo, & patribus mal tale expectantibus, deposuit, publicè professus se filio se dictatura abdicasse, ut eorum, quæ gessisset, rationem priuatus redderet. Quamobrem recte miratur tantum quidam animi crudeli tyranno fuisse, ut nul-

Alam priuatur uindictam fuerit ueritus in ea ciuitate, in qua tot hominū millia occiderat, ut paulò ſuprà memini. In ea tyrannide multos inſepultos canibus dilaniandos obiecerat. Marij corpus refoſſum, in Tibrim præcipitauerat. Ad poſtremum tot ciuium bona publicarat. Depoſita dictatura, ſtatim cùm domum priuatus ire lapidabatur, & quidem impunè. Primus Cornelię gentis, rogo impoſitus fuit cremandus, ut teſtamento mandarat, talionem ueritus, ne ſibi contingeret, id quod ipſe prior C. Mario fecerat. Tabe pediculari abſumptus fuit, cui ita à Deo percuſſo, nulla medicorum opera, nullæ thermæ, nulla balnea mederi poterant. Ille tuus Syll.] Significanter addit emphaſim ille: non uulgarem Syllam coarguōs: Verrē, depopulatoremq; Italiæ, et Aſiæ, tyrannum immanem, peſtem urbis Romæ, ſceleratorum hominum caput, & Coryphæum, ſanguiſugam, prædonem, rapinatorem, & ſi quid fœdius excogitari poteſt. Addit etiam, tuus: quaſi dicat, ſub quo prima militiæ rudimenta ieciſti, inde militaſti: cuius auſpicijs multam tyrannidem in Africa, Hiſpania, Sicilia exercuiſti, qui te docuit ciuium ſanguinem lambere, libertatem opprimere, regnum occupare, & nullum non ſcelus exercere in ciues. Diſcedere.] Abdicare te perpetua tua quodammodo dictatura, & regnū, tyrannidemq; deponere, cùm ille tuus magiſter id ætatis, qua tu es, dictaturam depoſuerit, faſces & uirgas fregerit, & priuatus in ordinem redierit.

Poſt Cilicas' ue.] Ab indigno, quod tot rebus, tot laboribus, et periculis, pro patria geſſit, detur ad ultimū Pompeio debellādus, Cilicas.] Cilicia mōtanis clauſa eſt, perquàm ubi mare abluit: à Septentrione Cappadociæ, aliſq; terris contigua eſt. Ab ortu Syria illi adiuncta: ab occaſu Păphilia diſterminatur: ad Auſtrum, maritima eſt, ſinuq; Iſſico pulſatur: interim ab Occaſu Tauro monte à Păphilia ſeparatur. Vbi in Auſtrū Iſſico ſinui immittitur, anguſtiæ occurrunt, qua per Imaum montem in Syriā fit excurſus. Hæ anguſtiæ, portæ Amanicæ, & Pylæ, & Syriæ portæ indiſcriminatim appellantur, ob id, quod portis præmuniantur, & claudi queant, ut Sarmaticæ, & Caucaſeæ. Ex Cilicia piratarum ingens ſentina profecta mediterranea latrociniis, & prædationibus infeſtarant. Seruilio bello confecto, Pompeio maris imperium fuit decretum, ad piratas perſequendos terra, & mari. Hoc bellum ſumma celeritate confecit, partim cæſis, partim captis, plus mille 300. nauibus combuſtis. Captiuos, quos uita dignos iudicabat, Solos deduxit, quod oppidū munito nomine Pōpeiopolim uocauit. Verum alibi de piratico bello copioſius dictū eſt. Cilicaſsne.] Ob aſſiduas hoſpitū deprædationes: ac piraticam peſſimè audiebant crudelitatis nomine: atq; hinc uagos eos nominat. Vnde in prouerbium ceſſit: Cilicium exitium, de immani. Quin & Attici uindictas acerbiores Ciliciis dicebant. Ab eiuſdem pōſſit morib. dimanauit, & alia paræmia, Cilix haud facilè uerum dicit, in lucri cupidum, & ob id loquentē nō quæ uera ſunt, ſed utilia in ſpeciē. Ciliciæ prauitatis multa eſt paſſim apud authores mentio. Hinc Theopompus eædem per ebrietatem æditam, Ciliciſmū uocauit. Laſsi Pon.re.] Poſt bellum Mithridaticum, quod Pompeius geſſit contra Mithridatē regem Ponti. Aduerſus hūc Syllæ profectus medio belli ciuilis ardore, duobus prælijs fœliciter pugnauit. Quibus irritatus Mithridates, C.L. miſſo R. in Aſia, & prouincijs P.R. cum liberis, & uxoribus uno die trucidauit, qui negociorum ſuorum cauſſa proſtremum barbarus præſenti Syllæ accuſatione adeò perculſus fuit, ut pacem ſuppliciter fuerit amplexus. Fuitq; inde Mithridaticum bellum ad tempus ſopitū. Non multo pòſt recruduit, errore magis, quàm culpa Mithridatis. Etenim cùm rex, ad terreſtres copias, claſſem etiā ad bellum inſtruere contra Colchos, & Cimmerij Boſphori accolas cogeretur, fama extemplò percrebuit, bellū ab eō contra P.R. parari. Ad quos rumores excitus Muræna, quem Sylla ibi cum exercitu reliquerat, quiq; belli materiam contra regem, undiq; quæſierat, cum omnibus copijs Camen profectus, multos ex inopinato ex regio equitatu, contra ius fœderis interfecit. Mox Halim fluuium tranſgreſſus, CCCC. uillas populatus fuit. Mittuntur legati Romam, de Muræna iniuria. Voluit Senatus, ut regi parceretur, cùm quo pax, ſiue induciæ pactæ fuiſſent. Non ab ſtinuit iniuria Muræna, donec à rege ad Halim prælio uictus, turpiter fugerit in Phrygiam, cui paulò pòſt à Gabinio miſſo à Sylla in Aſiam edictum fuit, ut bello abſtineret. Quietus inde fuit rex, donec Bithynia prouincia Romana facta, eum arma reuocaret. Id bellum Lucullus ſibi animo deſtinabat, ueritus ne Pompeius, qui in Hiſpania uario Marte cum Sertorio, & Perpenna res gerebāt, Romam reuerſus, Ponticam prouinciā indipiſceretur. Exercebat interim arma Romana circā Propontidem Mithridates, dum Pōpeius in Hiſpania bello in Sertorium, & in Italia contra ſeruorum tumultum occupatur. Sylla enim mortuo rex Romam miſerat legatos, qui fœdus cum P. R. renouarent, ſed nemo omnium illi fuit aſſenſus Itaq; Tigranem generū ſuum ad belli ſocietatem attraxit. Percuſsit & fœdus cum Sertorio, ſeſeq; illi multi

Poſt Cilicas' ne uagos, & laſsi Pontica regis
Prælia, barbarico uix conſumata ueneno
Victima Pompeio dabitur prouincia Cæſar? a
Quod non uictrices aquilas deponere iuſſus
Paruerim: mihi ſi merces erepta laborum eſt
His ſaltem longi (b non cum duce) præmia belli
Reddantur, miles ſub quolibet iſte triumpher.
Conferet exanguis quo ſe poſt bella ſenectus?
Quæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur,
Quæ noſter ueteranus aret? quæ mœnia feſsis?
An melius fient paratæ Magne coloni?
Tollite iam pridem, uictricia tollite ſigna:
Viribus utendum eſt, quas fecimus, arma tenenti
Omnia dat, qui iuſta negat, nec numina deſunt.
Nam neq; prędа meis, neq; regnū quæritur armis,
Detrahimus dominos urbi ſeruire paratæ.

eul domo aberāt. Interim Mithridates à Sylla per Archelaū, quis a al. ſine inbus uideretur cōditio- terroga. nibus, modo tolerabilibus pacem petiuit, quā b. al. non mē eò libentius illi dedit, duce. quod ſtipendij inopia præmeretur, & quod acceperiſſet Romæ ſe hoſtem iudicatū cum uxore, & liberis extoribus. Cæterùm in colloquiū congreſsi, poſt quam uterq; in alterum à ſe belli culpam amolitus fuit, ad po-

Asiæ populi adiunxerunt. Variè interea res Romanæ, & Mithridaticæ in Asia se habebant, cùm tandem duplici clade rex afficeretur. Capta direptaq; Tigranocerta, Lucullus insigni clade reges afflixit, qua de caussa tota Asia ad P. R. deficere, cœpit. Et cùm ille bellum iam propemodum confectum haberet, successor missus fuit illi Pompeius, rogatione Manilia, quam Cicero eleganti oratione suasit. Lucullus tamen Romam reuersus triumphauit. Interea Pompeius alijs prælijs post alia cladibus magnis Mithridatē affecit, & castris exuit. Fusus fugatusq; per legatos, ad ultimum pacem petiuit. Respon sum, pacem impetrari posse, si Tigranis exēplo ipse pro se deprecaturus ad Pompeium uenret. Id non solum nō fecit rex, sed uires apparare fuit conatus. Sed ubi omnes suos amicos à se deficere animaduerrit, uenenū miscere cœpit, quod ad omnes casus capulo ensis inclusum semper gestabat. Tradunt regem contra domesticas insidias ab ineunte ætate ita antidotis, & medicaminibus assuetum fuisse corpusq; aduersus eam uim longa consuetudine muniuisse, ut ueneno sæpius hausto, extingui nequiuerit, cùm maximè cuperet. Et ne uiuus in hostium po

uel ut alij Bittocum. *testatem ueniret, a Bitticum è Celtarum ducibus unum multis orauit precibus, ut se ferro conficeret. Eum finem habuit Mithridates Eupator decimus sextus à Dario ultimo Persarum rege: à primo Mithridate, qui Ponteum occupauit, octauus. Duodeseptuaginta annos natus periit, quinquaginta septem, uel ut Plinius, sex annos regnauit, 40. cum Romanis bellauit. Itaq; finē huic bello, & alijs imposito, Romam reuersus Pompeius insignem triumphum egit. Proinde negat Cæsar se per indignationē post hanc uictoriā à Pompeio uictū iri, & supremam eius uictoriam ac prouinciam fore. Regis lassi.] Mithridatis bello defatigati, & fractis bellis Romanis, regum tum omnium maximus in Asia, qui paternum regnum auxerat, & arma sua in Græciam usque propagarat, occuparatq; mare à Cilicia, usque ad Ionium. Duabus & uiginti gentibus imperasse traditur, & solus 22. linguis locutus, & diuersarum gentium legatis respondisse, neque ulli subiectarum gentium per interpretem locutus fuit. Pontica.] Mithridatica. Pontica ora ab Haly amne, usque ad Phasim, & ultimas fauces Euxini extenditur. Et Ponticæ gentis à tractu Euxini maris uocatæ fuerunt. Pontum etiam Ptolemæus, Cappadociam uocat, & Palemoniacum. Pontus ueneni, & herbarum ueneficarum in primis ferax regio est. Virgil. Pharmaceu.*

„ *Has Herbas atq; hæc Ponto mihi lecta uenena*
„ *Ipse dedit Mœris. nascuntur plurima ponto.*

Pompeius inter thesauros regios, huius Mithridatis commentarios repperit, in arce munitissima, sibi à Strotonice eius matre tradita, in quibus multiplex medicamentorum, & uenenorum ratio continebatur. Vnici, ait Plinius, excogitatum quotidie uenenum bibere, ex quibus unum etiam nomen eius retinet, ut appelletur Mithridaticum. Celsus & Galenus, explicant rationem eius eruditè & melius, quàm hodie conficitur Iuuenalis.

Si præguſtaret Atrides —
Pontica ter uicti cæutus medicamina regis.

Illius inuentum autumant, sanguinem anatum Ponticarum miscere antidotis quoniam ueneno uiuunt. Pompeius præda potitus, & scrinio commentariorum regis, ea libertum suum Lænæum docti si. Grammaticum in linguam Latinā uertere iussit. In sanctuarijs eiusdem re. A gis inuenit Pompeius in peculiari cōmentario, ipsius manu scripto, huiusmodi compositionem antidoti. Duabus nucibus siccis, item ficis totidem, & rutæ foliis 20. simul tritis, addito grano salis. Et qui hoc antidotū ieiunus sumeret, nullum uenenum nocituru illi eo die. Et herba Mithridatica aut Mithridatia potius, ab eo nomen inuenit In Ponto celebratur radix quam Rha Pontirum nominat, diuersam ab ea, quæ secundum Tanaim nata ad amnem Rha. Rha, siue Rheon barbarum appellatur.

Veneno.] Extenuatio illius uictoriæ Pontice. Non enim consciuit sibi necem ueneno, ut paulò antè dictum est (nam sæpè ueneno hausto, extingui nequiuit) sed primo bello superatus fuit à Sylla, & pacis conditiones accepit: mox à Lucullo: ad postremum à Cn. Pompeio, nocturno prælio ad lucentem tunam, à tergo hostibus, à facie Romanis. Qua extrema clade accepta, coactus fuit in regnum fugere, ubi per seditionem populares à Pharnace filio in turri obsessus uenenum sumpsit, quod cùm parum proficeret ad mortem, quia aduersus uenenum multis temporibus corpus antè firmarat, à milite Gallo Bithoco interfectus fuit. Nam per defectionem ciuium, ait Florus, Pharnacis filij scelere præuentus, malè tentatum ueneno spiritum ferro expulit. Appianus author est, Cæsarem deuictis aduersarijs, cùm in Pharnacem moueret, fugatum prius quàm uisum pertuisum exclamasse: bi sunt qui te Magnum fecêre Pompeij. Qua uoce significabat, eam uictoriam reportatam ex timido, & imbecilli hoste, neque debuisse Magni cognomentum sibi inde usurpare.

Vltima prouincia.] Ego obijciar ad ultimum Pompeio debellandas, ena tage personæ tertiæ, propria. Victrices aquilas.] Caussa, quare obiectus sit Pompeio. Quod iussu senatus non dimiserim exercitum, & in ordinem redierim. Emphasis, victrices.

Mihi si merces.] Si mihi triumphus negetur, parum duco: sed bi mei milites suo stipendio, honoribus, & præmijs defraudari non debent, quorum caussa magis quàm mea ipsius sum solicitus. His agri assignentur, in quibus iam emeriti & quiescant, & consenescant. Pathos & ab ætate, & incommodis militum. Piratæ.] Auersio ad Pompeium, qui deuictos Piratas in mediterranea subduxit, & Solos coloniæ deduxit. An decennij propè laboribus militaribus defuncti, Ciliciam piratarū exemplo, per inopiam piraticam exercebunt? Non me duce.] Glareanus annotauit, Aldinum codicem legere, Nō cum duce: sed utrūq; intelligitur, inquit, quasi dicat Cæsar. Dempsi non sumptam sollicitus, atq; de meis militibus, quibus præmium eripitur, & maximè tum, quando duci triumphus negatur. Confertet exanguis.] pathos ab ætate. Magnæ coloni.] Auersio ad Pompeium.

Tollite iam pridem.] Epilogus constat exhortatione ad sumenda arma, contra inimicorum iniurias.

Nam neque.] caussa ab honesto & iusto, cum neque regnum, neq; dominationem affectet ullam, nec lucrū sectetur, sed defensionem dignitatis suæ, honores, & præmia militum pro exhaustis laboribus militaribus: quæ omnia iusta sunt, & honesta. Dominis.] Atrocibus uerbis odium aduersarijs cumulat. Dominis seruire. A relatiuorum permutatione. S. Pompeius, & alij domini: Pop. Rom. seruit.

Dixeraq;

Dixerat. ar dubium non claro murmure uulgus,
Secum incerta fremit. pietas, patriíq; penates
Quanquã cæde feras mentes, animosq; tumentes
Frangunt, sed diro ferri reuocantur amore:
Ductoris q; metu, summi tum munera pili
Lælius, emeritíq; gerens insignia doni,
Seruati ciuis referentem præmia quercum,
Si licet, exclamat, Romani maximè rector
Nominis, & ius est ueras expromere uoces,
Quo tam lenta tuas tenuit patientia uires,
Conquerimur, deerat ne tibi fiducia nostri?
Dũ monet hæc calidus spirãtia corpora sanguis,
Et dum pila ualent fortes torquere lacerti
Degenerem patiere togam, regiminíq; Senatus?
Vsq; adeò miserum est ciuili uincere bello?
Duc age per Scythiæ populus, per inhospita Syr
Littora, per calidas Libyes sitientes arenas. (tis

A Dixerat.] Hortatur, inquit Cæsar, cuius imperatoris ductu nouem annis rempub. felicissimè gesserint, plurmaq; prælia secũ da fecerint, omnem Galliam, Germaniãq; pacauerint, ut eius exi stimationem, dignitatemq; ab inimicis defendant. Conclamant legionis tertiædeci mæ, qui aderant milites. (hanc enim initio tumultus euocauerat, reliquæ nondum conuenerant) se paratos esse imperatoris sui Tribunorumq; Plebis iniurias defendere. Hæc militum uerba Lucanus dilaturus, Lælio primipili Centurioni omnium nomine tribuit hortatoriã B uindicandam iniuriam, promittitq; unus omnium nomine legiones secuturas, quas ad omnia pericula paratas dicit, quocunque terrarum ducantur. Incerta fremit.] nomen pro, aduerbio. Pietas, patrijq; pe.] Quanquam pietas in patriam, in uxores, & liberos nonnihil animos ui debantur debilitare, quò minus illis bellum facerent, assuetudine tamen longa bellorum adeò erant efferati, ut Imperatoris dignitatis tuendæ caussa, bellum, quàm patriam, & penates: amorem belli, & metum imperatoris. Summi tum munera pili. Lęl.] Prosopographia, à dignitate ordinis militaris, ab ætate, & honoribus obseruati ciuis coronã quernam. Vetus consuetudo erat, authore Vege. lib. 2. cap. 8. de re militari. ut ex primo principe legionis, Centurio primipili promoueretur. πρώτου πίλου ἔχων, qui non solum aquilæ præerat, uerumetiam quatuor centurias ducebat in prima acie. Et hic tanquam caput legionis merita consequebatur, & C modã, & centurio primæ cohortis. Ordo enim tres habebat partes, quarum unamquanque primpilum uocabant. Pilum hastile erat missile quinq; pedum, & semis: nunc spiculum dicitur: hinc præfixum erat ferrum subtile trigonum pedale, siue 9. unciarum, quod in scuto figi tur, ad cuius ictum præcipuè exercebantur milites, quod arte, ac utribus torum, pedites scutatos. & equites lorica tos sæpe transuerberabat. A perimendo dictum putat Varro, quasi perillum. πίλος ὑοσὸς. Erant pila Ro. ut Gesa Gallorum, & sariſſæ Macedonum. Alij à pinsendo, alij à pilumno, pilum dictum credunt. Emeriti.] Non quidem, quasi per ætatem nunc rudem accepisset, aut missionem à militia obtinuerat, quæ dabatur sexagenarijs, sed quod quernã coronã, obseruatũ ciuem gestabat, dono. Quercum.] totũ pro parte. coronã quernã. Suprà demonstratum est, querna corona eum militẽ donari solere, qui ciuis ciuem in prælio seruasset, ut teste sa luit. Exclamat.] Hortatoria oratio est Lælij ad Cæsarem, ut eò pergat, quo ire constituerit. Reprehendit uerecundè, quod non suo iure militum opera utatur. Monet affectus ab indigno, cõmemorat sua præclara facinora, & uirtutem militiæ pro imperatore suo nauatam: pro

mittit suã amplius operam, & ultro sacramẽto se obligat ad obeunda iussa Imperatoris, etiam impia, si sit opus. Maxime rector.] Exordium ductum à beneuolentia, quam captat à persona Cæsaris, cùm eum Ro. nominis maximũ rectorem nuncupat. al. caussas.

Lenta patien.] attentio, à uerecunda reprehensione patientiæ, qua Senatus abutitur. Dum monet hæc.] Amplificat hyperbolicè militum fidem in Cæsarem, quorum laboribus poterit uti in bellis dum uiuãt. Togam.] Pacem, signũ pro signato. Regnum.] Atrociter, & inuidiosè, Senatus autoritatem, regnum nominat, uocabulum barbaris gratum, et plausibile, libertatis dulcedine nondum experta, at P. R. odiosum. Docet in ipsa narratione impotentem dominationem Senatus, & inuidiam gloriæ alienæ. Duc age per Scyth.] Amplificatione locorum prõptos militum animos, ac beneuolos erga Ducem arguit. De Scythiæ populis initio dictum est. Per inhosp. Syr. lit.] inculta, inhabitabilia, quæ nullum neq; peregrinum, neque hospitem recipiunt, ubi in hospitio nemo recipitur. Sinus sunt duæ Syrtes in mari Libyco, dispares magnitudine, sed pares periculo ita dictæ. ἀπὸ τῦ σύρω. traho, uento enim arenæ in montis speciem modo attrahuntur: unde fit, cur is locus modò sit uadosus. Rursum illis diuerso uento dispulsis, inuicem sit in profundum præceps. Hinc fit, cur ibi semper sit periculosa nauigatio, ut naues uel arenis illisæ dissiliant uel rotatæ in gyrum absorbeantur. Lycoph. in Cassandra. τὸς δ' ἀμφὶ σύρτιν πλάνητας ναῦς πλάνας, γενήτε ποσθενεῦσι δρομὸν τυρσοπρῳρεῦ, id est. Circa Syrtim cursu recto elapsi errabant Ithacenses. Quo loco interpres dicit, λίνο δέ εἰσι σύρτεις ἐν λιβύῃ, ἡ μὲν μείζων, ἡδὲ μικρά. Distant inter se L. pass. M. & ducentis. Minor à Carthagine 30. M. passuum uel ut alij CCC. M. pass. Maior uerò, quadringentis, 25. M. abest. Mela eum Africæ minoris tractum describens, Syrtis, inquit, sinus est, centum ferè M passuũ, qua mare accipit patens: trecẽta quà cingitur: uerum importuosus, atq; atrox, & ob uadorum frequentiã, breuia, magisq; ob alternos motus pelagi affluentis, & refluentis infestus. Super hunc, ingens palus, amnemq; Tritona recepit, ipsa Tritonis, unde & Mineruæ cognomen inditum est, (ut incolæ arbitrantur) ibi genitæ: faciuntq; ei fabulæ aliquam fidem, quod diem quem natalem eius putant ludicris uirginum inter se decertantium celebrant. Vrbs est oppidũ Oea, & Cinyps fluuius, per uberrima arua decidens. Tum Leptis, & altera Syrtis, nomine, & ingenio par priori. Cæterum altero spatio, quà dehiscit, quaq; flexum agit, amplior. Eius promontoriũ est Borion, ab eoq; incipiẽs ora, quã Lotophagi tenuisse dicũtur, usq; ad Phycuntã, et ad promontoriũ importuoso littore pertinax. Hucusq; Mela. Quod terrarum igitur inter utrãq; Syrtim prominet, Cinyps amnis ex Atlãticis iugis delapsus per deserta Libyæ

medium diuidit, ac postrema in pelagus deuoluitur. Quã obrem littoribus Syrtis, desertæ huius Libyæ partem adiungit. Et tamen inter tot deserta loca, & uastitates Africæ, quædam sunt insularum instar (Abases ea dicuntur) quæ cætera fertilitate uincant.

Sitientis Lybiæ.] Ob intolerabilem æstum sub tropico æstiuo, & æquinoctiali, multis in locis uasta est, deserta, & arenosa Africa nec sentit pluuiam aut certè rarò. Et tamen, quod mirum est, in tanta locorum desertorum uastitate, noctes maximè roscidæ sunt: ut ros pro imbribus ei terræ datus esse uideatur. Duc igitur nos per interiora Africæ deserta. Libyes.] τῆς Λιβύης. Ea ferè regio Libya à scriptoribus censetur, quæ ab occasu Aegypto imminet: neque semper totam Africam signat, sed eam propriè solam regionem, quæ media est, inter Carthaginem & Aegyptum. Plinius libro quinto, capite sexto. Ea quæ sequitur regio, inquit, Marmoris, Lybia ep & pellatur, Aegypto cõtermina. Et tamen sunt authores, qui autument, eam terram Lybiam à Græcis dici, quæ intra Atlanticum mare, & Nilum iacet, Libyco, Numidico, Balearico mari obuersa ad Septentrionem, à meridie, Aethiopiæ uastitatibus septa, Libyam à Romanis scriptoribus, nunc, in uniuersum, Africam appellari, nunc Libyam. Nulla terra, præterquam quod tam monstrosas hominum formas gignat, tam ferax est prodigiosorum animalium. Vnde hæ paræmiæ natæ sunt. Semper Libya aliquid noui, aliquid mali apportat. Libyca fera: in hominem uersipellem morsus uarijs, & ingenio ancipiti. Libya nomen fortita creditur, quod inde Libs spiret, siue quod pluuia egeat, ob perpetuam siccitatem, ἀπὸ τοῦ λείβεσθαι τὸν ὑετόν. Vel à Libya Epaphi filia.

Hæc manus.] Prosequitur decorã Centurionis orationẽ poetà, primipili, & ueterani, ostentatoris rerum à se gestarũ, terra mariq; bello Gallico, Germanico, & Britãnico, quiq; non solum suos labores nouẽ annorum, in quibus consenuit, iactet, uerum etiam totius exercitus. Hæc manus.] Δεικτικῶς, ut suã manum ueteranus miles ostentet, qua tam multa, tam magna pericula, laboresq; adierit.

Hæc manus, ut uictũ post terga relinqueret orbẽ,
Oceani tumidas remo compescuit undas,
Fregit & Arctoo spumantem uortice Rhenum.
Iussa sequi, tã posse mihi, a quàm uelle necesse est.
Nec ciuis meus est, in quem tua classica Cæsar
Audiero, per signa decem fœlicia castris
Perq; tuos iuro, quocunq; ex hoste, triumphos,
Pectore si fratris gladium, iugulóq; parentis
Condere me iubeas, plenæq; in uiscera partu
Coniugis, in uita peragam ramen omnia dextra.
Si spoliare Deos, ignemq; immittere templis,
Numina miscebit castrensis flamma Monetæ.
Castra super Thusci si ponere Tybridis undas.
Hesperios audax ueniam metator in agros.
Tu quoscunq; uoles, in planũ effundere muros,
His aries actus disperget saxa lacertis
Illa licet penitus tolli quàm iusseris urbem,
Roma sit.

a al. uelle mihi, quàm posse.

Atq; ita ego accipio, & non pro exercitu. Totã enim orationem pro se tantũ habet, ut quod de se promittat, in id postea omnes cohortes descendant. Sed prolatã hic manũ ostentat significãt reliquos omnes idẽ facilitasse. Est enim ueteranis militibus id genus mos, ut manus, quibus fortiter pugnarint, uulnera toto corpore accepta, cicatricesq; in fronte ostentent. Caussa finalis, ad locũ à tuto pertinet. Ob id pugnauimus tot annos hac dextra, ut à tergo orbe Septentrionali sine motu relicto, ad omnia essemus parati. Post terga rel.or.] Angliam Insulã, cuius partẽ summis difficultatibus uix domuit tandem: uel ut uerius dicam, attigit potius, quàm penetrauit. Hæc insula, ut omnium Oceani Occidentis, & Septentrionis maxima insularum est, ita & potentissima. Veteribus Britannia, hodie Anglia appellata est, ab Anglis gente Saxonum, quæ sub Valentiniano Imperatore prognato, ex Constantio, & sorore Honorij Placidia, eam ingressa tenuit insulam, ibiq; nomen reliquit. Et sunt scriptores non infimæ notæ, qui arbitrantur Anglos in totum Germanos esse origine. Cõstat inde ortos Scotos. Cæsar omnium primus Ro. Impe. Gallijs deuictis hanc insulã ingressus fuit. Vixq; ad syluã Caledoniã peruenit. Sed de Britãnis alibi fortasse cõmodius dicetur. Fregit & Ar.] Quin & nauigauit Rhenum, antè, & pòst, à Cæsare põte inuictũ. Diserte Arctoo uortice dixit. Nam trãt Rhenum Germania in ortũ solis, & Septentrionẽ cõuersa, longè latéq; euagatur, cuius amnes terminales sunt, ab occasu Rhenus, à Meridie Danubius. Rhenus ex Rhæticis Alpibus delapsus, ubi eò propinquus est suo exortu Abnobæ montí, inter eius ripã, & Danubij caput, duo non amplius miliaria media interiacent. Quo quidẽ loco Rhetiæ finis est, & Germaniæ initium. Arctoo uortice.] Belgas etiam à Germanis diuidit, & multis amnibus in ipso cursu auctus, in Oceanum Septentrionalem infunditur tribus ostijs cùm olim duob. tantũ eum ingrederetur. Quare à Virgilio, Rhenus bicornis uocatur. Arguit se maximã operã bello nauasse, in domãdis Gallis, Germanis & Britanis. Vortice.] ob impetuosi, uiolentiũq; eius cursum, qui ubi maximè uorticosus est, ciet ea originẽ suã, nullis nauigijs nauigabilis est. Germaniam pĩjs uicit, at nõ bellis, adeò ut Romanis illa quietè fuerit

Claudianus Panegyri prima in laudes Stilconis. Accepta enim

diuendere, id quod heroice carmine eruditè testatur Clau

pecunia pacẽ addicebant Romanis, quum inquit.

Illi terribiles, quibus otia uendere semper
Mos erat & fœda requiem mercede parisci,
Natis obsidibus pacem tam supplice uultu
Captiuoq; rogant ——

Sunt qui legũt, pro uortice, uertice' Arctoo, eadẽ figura, et forma loquẽdi, qua poeta dixit. Hic uertex nobis semper sublimis. Sed ubi Oceanũ intrat suis ostijs, parũ spumat, sed lentior labitur, & parũ uiolentus. Iussa seq.] Antonius Sabellicus, ait Glareanus hũc locũ ita legit. Iussa sequi, tã uelle mihi, quàm posse necesse est. Nam uoluit, inquit, homines, quæ obire nõ possunt. Sed multò plura sunt, quæ quia homines possint, uelle debent, præsertim si necessè, cum ista sint. Badius. ò tam, contexit, cum cum necessè, cum cum posse: & sequente loco pro tantum exponit. Sed nullus sensus dicitur. Vnde ego lubens Sabellico subscribam, donec melius quid inuenero. In proximo carmine

drue nullã admonuit Philippus Beroaldus: ueteres omnes dixisse, inquit, nunquam conciuis, quod nouitij frequens in ore habemus. Hæc Glareanus hactenus. Classica Cæsar.] bellij signa, tubas dari audiero. Hinc classicum canere, hortari, animareq; quempiam ad aggrediendum quod negotium. Per signa decem fœlicia.] Confirmatio à iure iurando per 10. aquilas, quas totidem legiones sequebantur. Commendat inde ampliùs operam suam, ab officijs immunem, si uxor prægnans iugulanda, non grauabor officium meum præstare. Omnia.] non grauabor ista facere, etiam reluctans, & inuitus, faciam tamen. Erat autem militare sacramentum, quod milites in uerba imperatoris sui iurabant, quod nisi præstitissent, iusti milites non uidebantur: eoq; absoluti in hostem pugnare non poterant. Atq; hæc erat legitima militia eorum, qui singuli iurabant, pro republica se esse facturos, nec inde discedebant, nisi stipendijs cõmento contendere. & sacramento rogari dicimus. Lælius Hic per decem aquilas uictrices iurat, perq; Cæsaris triumphos, se cum eo iturum, quocunque ducatur. Decem habebat Cæsar sub signis legiones, quæ eius aquilas sequebantur, quarum quinq; initio tantum habuerat. Adiecit postea totidem ad postremum ei concessit, Pompeius. Harũ Agnosces milites bello nouennali efferati, pectus impium.

Numina Monetæ.] flammæ militari, & incendio uastabo Deorum immortalium templa: & si iusserit, uel ipsius Iouis, qui Gallos urbe expulit, aut cognatione propinquus, dictator cũ aduersus Auruncos legiones duceret, descensurus Recuerfus inde Romã author patribus fuit, ut Duumuiri crearentur, qui tã ædem in capitolio erigerent, ubi erãt Manlij Capitolini ædes. Sequenti anno, quã uota fuerat, dedicata est Liuius lib. 7. primæ deca. Dictator tamen, inquit, quia & uiuo bellũ intulerant, & sine detrectatione se certamini offerebant. Deorũ quoq; opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationẽ, ædem Iunoni Monetæ uouit: cuius dãnatus uoti, cũ uictor Romã reuertisset, dictatura se abdicauit. Senatus duumuiros ad eandẽ ædem pro amplitudine P. R. faciendã

His cunctæ.] Huic tota coniecio essensa est; mogoq; clamore militum Cæsar iussus fuit, suo iure ipsorum opera terra mariq; uti, quæ suo imperatori deuota, nisquã esset ei defutura. Tranquillus scribit, Cæsarem habita concione, existimatũ equestrem ordinem singulis policitum fuisse. Nam cùm in allequendo, habitãdoq; sæpe digitum læuæ manus ostentaret, affirmabat se satisfacturum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, adeò ut annulum æquo animo sibi detractu rus esset. Extremos uerò milites, quibus facilius erat uidere, quàm audire Cæsarẽ loquentẽ, pro dicto accepisse, quod uisu suspicabantur: hoc est, quasi ipsis ius æmulorum promisisset, cum millibus quadringentis, atq; eam

—His cunctæ simul assensere cohortes:
Elatasq; altè, quæcunq; ad bella uocarẽt,
Promisere manus. it tantus ad æthera clamor,
Quantus piniferæ Boreas cùm Thracius Ossæ
Rupibus incubuit, curuato robore pressæ
Fit sonus, aut rursus, redeuntis in æthera syluæ,
Cæsar ut acceptum, tam prono milite bellum
Fataq; ferre uidet, ne quo languore moretur,
Fortunam, sparsas per Gallica rura cohortes
Euocat, & Romam motis petit undiq; signis.
Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno,
Castraq;, quæ Vogesi curuã super ardua a ripam
Pugnaces pictis b cohibebant Lingones armis.
Hi uada liquerunt Ilaræ, qui gurgite ductus
Per tam multa suo famæ maioris in amnem

a al. rupem
b al. cohibẽtia.

eretari iussit. Locus in arce destinatus, quæ area ædium M. Manlij Capitolini fuerat. Cic. lib. 1. Diuinationũ. Atq; etiã, inquit scriptũ à multis est, quum terræmotus factus esset, ut suo plena procuratio fieret, uocẽ ab æde Iunonis, ex arce extitisse, quocirca Iunonẽ illã, appellatã Monetam. Hactenus Cice. Proinde à monendo nomen Monetæ inditum fuit.

Thusci Tib.] ab impio, in patriã. Si castra super Tibrim amnẽ, qui patriã Romã præterluit, locãda essent. Tiberis Albula mitio dictus fuit Nomen mutauit Tibermus rex Albanorũ in eo, in tractu submersus. Labitur è mõtibus Apœninis multis inde in ipso cursu fluminibus auctus, tãdem in uastos alueos excurrit, & per Tyrrheniæ partẽ labens, diuertit per Vmbriã. Sabinos, Latinos, aliasq; gẽtes, & ad ultimũ in mare Tyrrhenũ euoluitur. Epithetice, Thuscũ, uocat, quod Thuscia oriatur, & per Thusciã decurrat. Thusci Liguribus finitimi sunt, (Tyrrheni à Græcis dicũtur) opulẽtissima gens. Porrò (ut hoc etiã obiter addatur) dubitant scriptores, num Tyrrheni appellatio indita sit, à Tyrrheno Herculis'ne, & Omphales filio, an Tyrrheno Atijs, an à Telephi filio, qui in eã terrã deduxerit colonos. Dionysius, à Tyrsibus ædificiorũ genere, quibus Thusci uterentur, nomẽ natum putãt, sequutus (ut quidã existimãt) Xanthũ Lydum, qui neq; Tyrrhenum in Lydorũ gente ducem, neq; eius gentis profectionẽ ullã in Italiã nouit. Certè Romani, nũc Thuscos, nũc Hetruscos indiscriminatim uocant, quos quidã credũt Græciam uocem imitatos, qui diuinorũ cultores Thioscos nuncupãt. Itaq; uel super Tibrim metabor castra si iubeas. Metator.] castra metabor. Sunt aũt in re militari metatores, qui præcedentes locũ castris eligũt, ut ordinarij, qui in prælio præsunt, & primos ordines ducũt. Castrametari coniunctim & metari castra, disiunctim dicimus, pro collocare castra, uel locũ castris collocãdis terminare: id quod & simpliciter, metari dicitur. In plan.] Quoscunq; muros uoles solo æquari, his brachijs uel primus omniũ admouebo arietẽ, & testudinem. Aries actus.] Vegetius lib. de re milita. Quarto cap. 14. de materia, inquit, ac tabulatis testudo cõtexitur, quæ ne exuratur incendio, corijs, uel cilicijs centonibusq; uestitur. Hæc intrinsecus accipit trabem, quæ adunco pfigitur ferro, quod falx uocatur ab eo, quod incuruata est, ut de muro extrahat lapides. Aut certè ipsius caput uestitur ferro & appellatur aries: uel quod habet durissimã frõtem, quæ subruat muros: uel quod more arietũ retrocedit, ut cũ impetu uehemẽtius feriat. Testudo aũt, à similitudine ueræ testudinis uocabulum sumpsit: quia sicut illa, modo reducit, modò profert caput, ita machinamentum, modò reducit caput, interdum exerit, ut fortiùs cædat. Epilogus constat amplificatione promptè uoluntatis in Cæsarem.

Lapsus, ad æquoreas nomen non pertulit undas.
Soluuntur flaui longa statione c Rutheni,
Mitis Arax Latias gaudet non ferre carinas,
Finis & Hesperiæ promoto milite Varus.
Quáq; sub Herculeo sacratus d numine portus.
Vrget rupe caua pelagus: non Corus in illum
Ius habet, aut Zephyrus, solus sua littora turbat
Circius, & tuta prohibet statione Monœci.

c al. Sueui. propter epitheton. Flaui.

d al. nomine.

atq; eam famam per castra sparsam. Hinc applausum, assensumq; militarem subijcit poëta orationi Lelij. Promisere manus.] *sustulere in altum manus more assentientiũ uerbis Lelij, promittentium simul fidem, & uirtutem Duci aduersus inimicos.* It tantus ad æthera.] *Hyperbole, it clamor cœlo. Assensum concionis magno clamore probantis Centurionis primipili uerba grauí comparatione amplificat, à fremitu, ac fragore boreæ illisi rupibus montis Osæ, qui mons Thessaliæ est, De ossa in sexto aliquã copiosius dicentur, si hoc loco unum illud addidero, Oetan à Pomponio recenseri in Macedoniæ descriptione sicut & Magnesiam, & Phthiotidem. Thessaliæ clarissimi montes sunt, Olympus, Ossa, Pelion, Oeta, Herculis morte, fabulis, bellisq; gigantum celebres. Et inter eos sita sunt tempe illa Thessalica, incredibili amœnitate memorata.* Thracius bore.] *Epitheto peculiariter Boreæ à poëta attributus. Spiratis à solstitiali siue æstiua meta Oriẽtis: aquilo Latinis dictus, βορέας, ἢ βορήας ἀπὸ τοῦ βοᾶν à boatu Græci uocant, quod uiolentus sit, & horrendum fremat, ubi cœperit sæuire. Thracia à Septentrione altissimis Hæmi mõtis iugis cingitur: ab Ortu, parte Euxini, & Bosphoro, ac statim Propontidis ora, & Chersoneso Thraciæ: ab Occasu brumale, ostijs amnis Nesii, & mõtanis ab Orbelo flexis: ac ad postremũ, Aegeo mari clauditur. Regio hominum quam frugum, propter montes altissimos Boreales, & maria quibus clauditur, feracior. Olim Scython, postea Thracia, à Thrace Martis filio appellata fuit, siue ab asperitate, τραχὺ, sed tum scriptura repugnat. Regio nec cœlo, nec solo tractabilis. A' Thracia, hæc deducuntur. Thrax. Thracus, Thracius, Thracensis, Threissa, Thraissa, Thraicius, Threix, Threissa, Threicus, Thracera nympha, quæ ex Saturno Dolioeum peperit* Puniferæ.] *à syluis pineis, quibus eius iuga horrent, Ossam, pro quouis monte altissimo ad Septentrionem usurpare uidetur, ut sit species pro genere.* Sparsas cohor euocat.] *per speciem catalogi, poëtarum consuetudine, & quidem opportunè illustria aliquot Galliæ loca describit, unde reliquas cohortes dispersas in Italiam reuocauit Sic Cæsar lib. 1. Conclamant legionis decimæ tertiæ, quæ aderant, milites (hanc enim initio tumultus euocauerat, reliquæ nondum conuenerant) sese paratos esse. Imperatoris sui, Tribunorumq; Pl. iniurias defendere. Cognita militum uoluntate, Ariminum cum ea legione proficiscitur: ibiq; Tribunos Ple. qui ad eum confugerant, cõuenit, reliquas legiones, ex hybernis euocat, & subsequi iubet, Hæc ille.* Lemanno.] *Lemanni lacus, & Gebennicis montibus Gallia in duo latera diuiditur, quorũ alterum Thuscum pelagus attingit: alterũ Oceanum: hinc à Varo amne, illinc à Rheno ad Pirenæum usq; permittitur. Scribunt multi Lemanus. Alioqui lacus Allobrogũ est, Geneuam & Lausannam urbes alluens, Rhodanumq; impermistis aquis transmittens. Hodie Luxanæ lacus appellatur. A' lacu Lemano usq; ad Iuram montem, quà Heluetijs patet arctior aditus, undeuiginti millium passi. murum, & fossam irrequieto opere duxerat Cæsar. Plinius inter miracula fluminum etiam recenset, quod Rhodani dulces aquæ in Lemano lacu supernatent.* Castraq; quæ Voge.] *Hæc duo carmina ostendit Antonius Sabellicus mendosè legi, ut etiã annotat Glarea. legitq; Castraq; Vogesi, & in sequenti. Cohibentia Lingonas.* Cæterùm, ait Glareanus, in omnibus Cæsaris codicibus, quos ui hi uidere licuit. libro 4. de bello Gallico legitur, Mosegi, non Vogesi, ut codices habent Lucani. Et uidetur etiam uerior lectio. Nam hoc montis nomen Gallicæ linguæ puto, & à Romanis corruptum. Mosecl est enim Mosæ angulus, siue montis pars, unde eius profluunt fontes Quod Cæsar in Latinam ac molliorem formam redigens, ut in plerisque alijs Gallicis uocibus fecit, Vosegum uocauit. Postera inde ætas, etymon nominis ignorans, Vogesum dixit. Itaque media producta est, lege barbarorum nominum, latino more inclinatorum. Primùm poëta sua authoritate produxit, etiam si posteri corripuerint primam de Mosa, quam ego malim producere. Quod uerò Sulpitius dixit Lemannum lacum esse, per quem Rhodanus Ararim deferens labitur, rectè à Badio reprehensum est, ut impropriè dictum. Inuertit enim Sulpitius Plinij uerba, quæ habentur libro 3. capite 4. Sed ea inuersio fecit falsum sensum, quod eò libentius notare placuit, ut cautiùs authores alegare consuescamus. Nondum enim fert Ararim Rhodanus, quum per lacum Lemannum labitur. Quod uerò subnectit Sulpitius, Lemannum lacum Heluetios à Gallis diuidere, secutus est uulgi opinionem, qui putant Heluetios esse germanicam gentem, cùm sint Gallissimi Galliæ hodie prisca Galliæ aliud est tam magnificum fastigium, aque sunt Heluetij, lingua Celtarum utentes, moribus liberta te, ac populari dominio. Alemãniam autem eorum est uocabulum tum Germanicum, tum Gallicum esse, Allerleyman, Allerley zamen gelesen volck, quos Galli hodie Romana utentes lingua, Alemanos ita uocarunt, ut Calendarium almanach Porrò super hæc poëtæ loca commentatores multa adferunt meritò reprehendenda, sed nos ea obiter, ac modestè attingemus. Sulpitius enim Ruthenorum ciuitatem unam ex Allobrogibus facit, quod nemo (ut puto) memoriæ prodidit, quum Ruthenorum ciuitas, hodie Rhodes dicta, ab Allobrogibus plus mille stadijs distet. Idé Sulpitius Varum flumen ex Alpium monte Cemeno profluere dicit, cùm Vari fontes à Cemeno monte absint, plus quatuor M. stadiorum. Ab Alpibus quidem fluit Varus nõ tamen ex Cemeno monte. Porrò Badius de Isara, ait, quí solus nomen seruat, cùm poëta dicat, eum nomen perdere, ob famæ maioris amnem, nempe Rhodanum, in quem influit. Hactenus Glareanus. Vogesi.] *Vogesus, siue Mosegus rectiùs, qui & Vosecus à nonnullis appellatur, in finibus Lingonum, unde Mosæ fontes decurrunt, haud procul à fonte Macronæ fluminis. Vocetus Tacito in Heluetijs est, ad cuius montis radicem uetus oppidum Vindonissa fuit, posteris temporibus ab Alemannis ita uastata Rhenũ transgressis, ut ne uestigia quidem eius extent, præter nonnulla antiquitatis monumenta, quæ illic effodiuntur.*

Lingones armis.] *Lingonas ad contractionem ultimæ syllabæ. Lingones finitimi Heduis sunt. Sequanis item, & Tullensibus, qui Leuci dicebantur. Langres, etiamnum hodie à Gallis appellantur, in Gallia Lugdunensi, Leuci Belgarum alioqui populi sunt, Mediomatricibus finitimi, iaculandi peritia celebrati olim. ijdem cum his qui Luxenburgenses hodie dicũtur, ut quidã credunt. Isara.] Isara, amnis Narbonensis prouinciæ, in Allobrogibus, non procul*

à procul à Cemeno monte in Rhodanum euoluitur, ut Arar, ris, & Druentia. Plī. libro. 3. cap. 4. Rhodanus fluuius inquit, ex Alpibus se rapiens per Lemanū lacū, segnemq; defe rens Ararī, nec minus seipso torrentem Isaram, & Druentiam. Fame maio.] In Rhodanū infusus. Rhodanus ad Da Druentiæ Sedunensis, ad montem cui nunc Briga nomen est. Inde Sedunū præterlapsus in Germania, Veragrorū uicum, qui hodie Sanctus Maurititius dicitur, medium secat, inde lacui Lemano miscetur: quē hodie Luxanensem uocant. Rursus ad pontem Gebennæ urbes è Lacu eodem emergens, in Lugdunum, celeberrimum Galliæ emporiū, Ararim admirabili celeritate fluentem excipit, Viennam, siue Auenionā, aliaq; ad Volcarum regiones præterlapsus, ad ultimum magre gror. Allobroges, & Galliam Narbonensem Romanorū prouinciā à Celtis. Plinius author est, amnē nomē suū sortiri, in parte Allobrogū, qui hodie circa Rhodanū habitant. Iam uerò quoniā Araris meminimus (quanquā de ea postea etiā dicetur) addendū et illud duxi, hodie Sagona, siue Lasone dicetur. Labitur per fines Heduorū, et Sequano rū, qui Bisantium, siue Visontium hodie accolunt, Rhodano tā placidè infunditur, ut utrā in partem tendat, uix deprehendatur. Cum Cæsar accepisset, Heluetios per Sabaudiæ partem eū eibarij, triū mensiū ad ripam Rhodani cōmeatum ex urbe ad amnem iter fuit emensus, ut octo dierū spatio eò peruenerit. Vt igitur illos transitu prohiberet, pontem, quē iunctus erat, rescindi iussit, ac recepta ea una legione, quæ in Gallia fuerat, quam maximā potuit numerū militum uniuersæ prouinciæ imperauit. Hic est ille Rhodanus, quem Annibal Pirenæos saltus transgressus, cùm in Volcarum agrū peruenisset (colunt circa utrāq; ripam Rhodanū) nauibus traiecisse, tumultuosè in prouinciam accurrit, tāta celeritate usus, ut undiq; cōtractis, magnis difficultatibus transiit. Lapsus in æquo. n.] Nam Rhodano mixtus amittit suū nomē. Vbi enim ad meridiē cōuersus Isaram, Druentiāq; suscepit, apud Heracleam uno ostio, & paulò ulteriùs duobus alijs, in Ligusticū mare irrumpit, Liuius lib. 1. secundi b. Punici. Et P. Cornelius, in quit, in locum eius, quæ missa cū Tpraetore fuerat, transcripta legione noua, profectus ab urbe LX. longis nauibus, præter oram Hetruriæ, Ligurumq;, & inde in Salyum, mox peruenit Masyliam, & ad proximum ostium Rhodanī, (pluribus enim diuisus amnis in mare decurrit) castra locat, uix dum satis credens Annibalem superasse Pirenæos montes. Solunntur Ion. ſt Rutheni.] Rutheni Galliæ Narbonensis prouinciæ populi sunt, haud procul ab Aruernis, Santonibus, Narbona, siue Narbone colonia, ac Tolosa, sub ipsis penè Pirenæis iugis, extra Celtas Belgas, & Aquitanos, in prouincia Biturienſi, parent comi ni Armoniaci, Rhodes, quōdā Rhodam Rhodiorū quidā ibi fuisse contendunt. Aquitaniæ populū. Ruthenos, unà cū Cadurcis, Caletis, & Bituriguibus, in summa, cū uniuersa Gallia bonensis prouinciæ conterminos esse Ruthenos, Cadurcos, Antobroges, & Petrogoros, amne Tarne discretos à Tolosanis scribit. Cæterū appellationes, Rhoda, Rhodes, Ruthenum, latina, cū rubro congruunt. Quamobrem à colore proximum genti epitheton attribuit: flauos uocant eos Ruthenos. Mitis Atax. Lati.] flumen Narbonensis è Pirenæo demittit, ex Pirenæo monte digressus, qua ui fontis aquis uenit, exiguus, uadosusq; est, & ingentis alioquin aluei, nisi ubi Narbonē attingit, nusquā nauigabilis, sed cū hibernis intumuit imbribus, usq; eò solitus insurgere, ut se ipse nō capiat. Lacus accipit eum, Rubresus nomine. (Plinius Rubrensem nominat) spatiosus admodum, sed quà mare admittit, tenuis aditu. Latias non f.] Mela nusquam nauigabilem eum scribit. Varus Hesp. fl.] Narbonensis prouincia interno mari alluitur, olim Braccata Gallia dicta, & amne Varo ab Italia discernitur, & saluberrimis Romano Imperio Alpium iugis, ut ait Plī. Mela, Varum neutro genere extulit. A' Cæmenīs, & Rhodano Gallia uergēs in meridiem, hinc Varo amne à Nicæa, (Nissa hodie est) & Alpibus, illinc ad Illiberum Pirenæis finita. Braccata fuit dicta à bracis, uestis genere, quo tum ea gens peculiariter utebatur. Inde à Narbone colonia, Narbonensis prouincia, & Gallia. Inter Varum igitur, & Tergestum, quicquid gemino mari, & Alpibus cingitur, id totum Italiæ est. De Varo amne Strab. multa lib. 4. Quæq; sub Hercu.] Multis uerbis, ceu periergia quadam circumscribit portum Ligusticum, & eius stationem, à religione loci, situ, & uentorum, qui uel pacāt, uel turbant littora loci. Herculis Monœci portus est in ora Ligustica, & arx, quod hostibus pulsis ibi habitarit: uel quod in eius templo nullus Deus cum eo coleretur. μονοι &, ὡς μόν& ὀικῶν. hoc est solus ibi habitans. Hinc portus Herculis Monœci nomen adeptus fuit. Distat ab A'binga stad. 480. A' Monœci portu, usq; ad Tusciam, continuum litus, & sine portu, præter paruas stationes, ad ejiciendas anchoras, non capaces usū multarum, aut magnarum nauium. Arx illa, de qua dixi, non procul à Nicæa, cuius modo memini, abest. Portum Herculis Monœci hodie Itali Monicho nominant. Huius portus meminit Vergil. in Sexto Aeneid. loquens de bello Ciuili.

> Heu quantum inter se bellum (si lumina uitæ «
> Attigerint) quantas acies stragemq; ciebunt? «
> Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monœci «
> Descendens, gener aduersus instructus Eois. «

Cæterùm in ostio Rhodani Heracleam fuisse, tradunt authores, (quonam de Rhodano meminimus) inter quod & Masyliam, Anaticorum stagno maritima astidet fossa Mariana, siue stagnum insigne Marij opere, & nomine: partim nauigabile, partim litius ignobile est. Lapideum id uocatur, siue (ut Plinius) Campi Lapidei, Herculis præliorum memoria. Aiunt hîc Herculem contra Albionem, & Bergionem, Neptuni liberos dimicasse: & cùm tela defecissent, ab inuocato Ioue lapidum imbre eum adiutum. Credat Iudæus, adeò multi passim, & latè iacent. Sub Her. no.] ut portus Herculis Monœci dicatur. Rupe caua.] à forma, & religione Herculis portus descriptio. Pelagus.] mare Ligusticum, quod à proxima Liguria nomen habet. Ligures inter Macram, & Varum flumina sedes habuêre. circa ima Alpium latera, qua sita sunt in Ligusticum pelagus obuersa. E' Græcia Strabo eos oriundos credit, hac coniectura ductus, quod æreis scutis uterentur, perinde ut Græci, partiturq; eam gentem in uniuersum, in Ingaunos, & Intemelios. Sed Plī. 12. populos recenset. His plurimus uictus ex pecore, lacte & hordeacea potione, celeberrima urbium est, & emporium mercatorum frequentia, Genua, unà cum portu. Varo proxima est Nicæa, Massylienſium conditio, qui haud procul inde disiiti sunt. Non corus in.] A' tranquillitate maris in portu sæuiente coro uento, aut Zephyro. Corus uētus, q & Caurus, & Argestes Græcè, uentus occiduus est, spiratq; cōtra Septentrionē siue Aquilonē uerius, ut Zephyrus, qui Latinis Fauonius est, aduersus Eurū. Circius solus.] Hunc uenturū clarissimū esse in Narbonensi prouincia, testatur

testatur Plinius, neq; ulli uiolentia inferiorem. Atque eundem non solum in reliquis partibus cœli ignotum, sed qui ne Viennã quidẽ eiusdẽ prouinciæ urbẽ attingat. Ab hoc uento dicit Lucanus fluctus in portũ, & littus Ligusticũ impelli.

Et tuta stat.] quo minus portus naues in statione aduersus Circium tueatur, Circius dictus est, quod omnia turbet & circumuertat. De hoc A. Gell. Galli uentum ex sua terra flantem, quem sæuissimum patiuntur, Circium appellant, à turbine opinor eius, ac uertigine. Hic uetus, cùm loquerit, buccam implet, armatum hominem, & plaustrum onerarũ sua ui percellit. M. Catõ Cercium, nõn Circium uocat. Plinius etiam Circium. Tauri montis partem esse dicit.

Quaq; iacet.] E' prouincia ad Belgas trãsit, quos longiori periphrasi, à natura reciprocationis Oceani, et eius causis inquirẽdis, describit. Belgæ à Septentrione Oceano clauduntur: ab occasu, Sequana: ab Ortu, Rheno flummibus: Plinio, Scalde, omnibus in Oceanum influentibus tamen: atq; his ceu brachijs Belgæ cinguntur. Ampla Belgica est, multarum gentium, ciuitatum, atq; oppidorum. Intra horũ fluminum complexum, continentur & Treuiri, Voij, Brabanti, Gelri, Flandri, Hollãdi, Phrysiæ pars, Picardia, Hannonia, Iuliacum, Arduenna sylua, Aquisgranum Rheni, quorum aliqui postea Rhenum transgressi, Gallos suis sedibus expulére. Belgicam Galliam Comatam dixerunt, diuisam teste Pli. in 15. populos. Quaq; iacet lit. d.] Ex Belgarum extrema ora cohortes exciuit, quæ est inter Rheni ostium & Sequanam, ubi perpetuus fluxus ac refluxus Oceani est senis horis aut certè usq; ad portum Icium, quanquam, & longius. Porro dubium littus, uel periculosum, uel (quod rectiùs) incertum acceperimus, nam idem littus modo siccum est, refluo mari: modo æstuante & accedente rursum Oceano ipsum planè mare sæuum, & uiolentum, ut 24. horarũ spatio bis ingruat, & bis in interiora Septentrionis refluat. Vendicat al. ui.] senis horis, & refugos fluctus dicit, ut modo littus sit secum, & arenosum refugo mari, modò inuicem profundũ pelagus suo recursu aquarum. Quæ ubiq; lex reciprocationis hæc est, ut nouilunio, & plenilunio plena littora, plenæq; ad summum sint ripæ, affluxu maris, Gaudæ, ad ueterem Syluam, Antwerpiæ, Sparendami, Zirczæ, Vlisingæ, hora sexta matutina, ac uespertina. Isdem regionibus cõtrà, maximè mare refluũ est, destitutis aqua littorib, ac ripis 12. hora nocturna ac diurna. Semiplena luna, noctu, et interdiu, hora 12. profundæ ripæ, & littora sunt. Plenilunio, ac nouilunio, pleni aluei perpetuo item sunt Amsterodami, Roterodami, & circa fauces Mosæ, hora tertia interdiu, & noctu. Luna uerò semiplena, per ingruentẽ æstũ hora 9. uespertina & eadẽ matutina, plena maria sunt Harlingæ, Vuorchemi, Stauerę, & omnib. Phrysiæ cardinibus. Ventus ab ex.] Caussas huius reciprocationis inuestigat, uocatq; in dubiũ quãobrẽ lectorem ad Philosophos, & Physicos remittit, qui naturæ arcana explorant, & abstrusa scrutantur. Dubitat Lucanus, uentúsne ab axe mundi delapsus, aquas impellat in littora, ac repellat in interiora Oceani: an potiùs desinens sæuire, destituat aquas, ut refluant eodem: an occulto lunæ motu ita æstuat Oceanus, an Solis uiolentia potius id fiat. Cæterùm ut aliqua de hoc æstu reciproco, qui hanc oram infestat, disseramus, haud inutile, operæpretium fecero, quod eius rei miraculum haud perinde multis sit notum. In primis omnium doctorum calculis Lunæ occulta ui id fieri constat. Etenim illa oriente, intumescit Oceanus, & admissa undarũ mole operat littora. Vbi uerò lineã meridianam attigerit, sensim unda labitur, donec ad occidentem horizontẽ delẽdas illa demersa, rursus Oceanus intumescit, repetitisq; litus, donec oppositum meridiẽ nocte parallelũ, subterra tangat, quo puncto altissima unda est. Illa hanc iterum ortum uersus suo meatu transgressa, subducit se item Oceanus, ingentiq; spatium alicubi efficit, ut è summis litoribus fluctus quibusdam in locis, aut uix, aut non cernatur. Vbi uerò luna ad ortum supra horizontem se extulerit, repetit aqua terram, & nota littora, sed alibi tardius, alibi citius ut paulò antè dixi, littora complet, pro ut è poli declici recta linea propius accedant, recedunt; terræ ad eum. Quoniam autem Luna celerrimo suo meatu Zodiacum percurrit, obseruatum est præterea per signa eius motum uariari, simul & cum eo, reciprocationis æstus mutari, neq; ullo tempore simul existere. Adhæc, rursus recurrit maiores, aut minores fieri, ut illa uel illimis sit, uel in cornua surgat, uel semiplena luceat, uel orbe pleno se attollat, perpetua obseruatione notum est. Plenilunio tamen altius insurgit Oceanus, quàm incremento, aut decrescentibus eius partibus. Quo tempore omnia maria purgari, etiam plusus testatur, quamuis Italus. Permagni etiam refert, ad quã cœli plagam, ad Austrionne, an ad Septentrionem Luna sua latitudine se attollat, aut deprimat. Ad hæc, plurimũ interest quibus signis in ipso meatu se coniungat, quæ opposita habeat, & quos angulos peruagetur. Hinc fieri uidemus, ut interdum inexpectati fluctus superueniant, aggeres perrumpant, agros, uicosq; mergant, et absorbeant, maximè ubi Thraseas uiolento flatu Oceanum miscere occeperit. Strabo Geogra. lib. primo, ipsum mare animantibus simile esse coniectat, ut enim animantia spiritum assiduè admittunt, sic mare in se, & ex se recurrens, quadã agitatione mouetur. Sic Strabo. Sed ut dixi, rectiùs hic æstus in Lunæ mutationes, ut in caussam propinquã, referendus est, quàm ad uentum, aut aliud aliquod sidus. Basilius Magnus lib. eius Hexameron. Et æstus etiam maris, inquit, accedentes, recedentesq; partim in Euripis, partim in Oceano iuxta lunæ sequi reditus ab incolis est cõpertũ. Hanc in sententiã Basilius, Plinius, præterquam, quod reciprocationem pluribus modis fieri dicat, in caussa etiam esse Solem, Lunãq; scribit. Idem citat Pythiũ Massyliensem authorem, octingenis cubitis supra Britanniam intumescere æstus. Ad ortum non ultra Scandiam peruenium. Sed reuera (ut nostrates nautæ referunt) ad eum Oceani locum, qui Germanica appellatione

A. appellatione nocatur, bet Rif
næ faucet, conſtringuntur ab Oceano Hiſpanico. Plinius
xiſtimat, propter diſpares ſiderũ exortus in quoq; tractu,
in plerisq; æſtuarijs diuerſos æſtus exiſtere, diſcordes qui-
dem tempore, at nõ ratione, ut in Syrtibus in mari Liby-
co. Rurſum quorundã eſſe priuatam naturam, ut Euripi
Tauromnitani. In Euboea ſepties uno die, ac nocte reci-
procant, id quod Strabo etiam lib. 9. non diſſimulat. De
ipſo Euripi reflaxu, inquit, tantũ ſolummodo dicere ſatis
eſt, quod die quolibet, ac nocte ſepties curſum tranſmutat.

Sidere mo. ſ.] Planeta aliquo, ſiue ſigno, quo agite-
tur, an impulſu ſtellæ polaris retrahatur tanquam ad mũ
dicitrum, atq; inde ſua mole grauis relabatur ad littora.
Tethyos unda maris Oceani unda ſenis horis accedat,
ac totidem decedat. Titan.] Plinius Solem unà cum
Luna in cauſſa eſſe arbitratur, ut modo oſtendimus.

Quæcunq; quos a.] Cõſulite Philoſophos, & phyſicos
qui rerũ omniũ naturã curioſè explorant, & penitus inue
ſtigant. At mihi ſeni.] Sic mihi obſcura. Rura Ne-
metis.] Nemetes Belgicæ populi ſunt, & Germanicæ na
tionis hodie Metẽſibus finitimi, ſed Galliæ tractũ incolẽ-
tes citra Rhenũ, ubi hodie eſt Spira, inter Argentoratũ, &
Mogunti am, in Halſatia, unde Halſaticũ uinum transmit
titur. Erant hæc tum urbes celebriores, Romanorum præ
ſidijs firmatæ contra Germanos, Mogontiacum, Nemetũ,
& Vangionum, Spira ac Vuormacia, unde poëta ueriſi-
militer præſidia deducta in Italiã canit. Sulpitius Mone
thius, interpretatur eum populũ Germaniæ qui ſub Ario
uiſto contra Cæſarem militauit. Micyllus, Sed uidetur, in-
quit non ſolum quãtitas & metri ratio huic lectioni re-
fragari, ſed & orationis ἀνακολουθία. Cur enim poëta ex
abrupto adeò relicta Aquitania ad ripam Rheni diſcede-
ret, & adeniq; uix modicè ſalutata, repentè, ac deniq; ad A-
quitanos redire? præſertim enim Nemetum qui ad Rhe
num habitarunt mentionem recĩ, iis infrà inter Vangio-
nes, Treuiros & Batauos facere poſſet. Fortaſſe igitur, nõ
Nemetis neq; etiam Monethis, ut quidam pro illa ſubſti-
tuunt, ſed Nemeſti legendũ, quo nomine metropolis Auer
norum olim, ut Strabo author eſt, dicta fuit, in ripa Li-
geris ſita, qui fluuius in Oceanum Aquitanicum exit, & at
tera parte Aquitaniam ipſam cõcludit. Neq; puto obſtat,
quod Auernorũ infrà ſeorſim quoq; meminit poëta, quã-
do hoc ſæpe fieri uidemus, ut eodem loco, & genus, & ſpe-
cies recenſeantur. Meminit & Pli. Nemoſſorum, inter A-
quitaniæ populos, lib. 4. cap. 19. niſi quod ibi Nemeoſi,
pro Nemoſi legitur, contrà quàm Straboni lectio habet.
Ἰστέον γὰρ, inquit, ὡς ἐν τοῖς ἀντιγράφοις ἐνίοις ἐπὶ τῷ λέ-
γοντι, καὶ πόλεις δὲ αὐτῶν ἐνδέκα εἰσὶ τῷ πόλα-
μῷ παράλιοι. Hæc Micyllus eruditè, & uerè. Nam Saty-
rorum ſtatim, ut & Bituriges Aquitaniæ populos ſubiungit.
Carminis quantitas ui. Nemetis, repugnat, id quod con-
ſtat, niſi quis ectaſin uelit obtendere. Quod ad ἀνακολου-
θίαν poëta in catalogo nullũ fermè ſeruat ordinẽ, ut mo
do in Gallia uerſetur, ſtatim in Hiſpania, inde tranſeur

rat in Germaniã Nemoſti, tenendum ducerem, maximè
cùm in Aquitania nonnihil hæreat, ſi unius exemplaris
toto orbe teſtimonio affirmari poſſet. Satyri.] Satyrũ
obſcurum uel hinc amnem eſſe conſtat in Aquitania,
quod nulla uſquam eius apud authores extet celebris
mẽtio. Eoq; libentiùs aſſentior Aquitaniæ eſſe, quod
claros eius regionis populos connumeret. Alioqui Satyri
ſunt (ut hoc quoque obiter adſcribatur) animalia in li-
bidinem prona, ſic appellata à membro uirili, quod σάτυρον
Græci appellant. Atque hæc animalia quadrupedia
ſunt perniciosa in ſubſolanis Indorum montibus, huma-
na effigie, caprinis pedibus, & corpore uilloſo. Et nihil
habent moris humani, ſyluis gaudent, ibiq; latitant, fu-
gientes hominum commercia. Atque hos Satyr. ut Fau-
nos, & Syluanos pro dijs ſylueſtribus coluerunt. In Hiſpa
nia, quidam montes non procul à Pirenæis Satyri à Sira
bone dicũtur. Tarbellicus.] Plinius lib. 4. cap. 19. in
deſcriptone Aquitaniæ, quæ inter Pyrenæos montes Hi-
ſpaniæ, & Oceanum clauditur, Aquitanicæ ſunt, inquit,
Ambulatri, Anagnutes, Pictones, Santones liberi, Bituri
ges liberi, Seſignani, cognomine Vbiſci, Aquitani unde
nomen prouinciæ, Sediboniates. Mox in oppidũ contri-
buti conuenæ, Bergebi, Tarbeli quatuor, Signani, Coęaſ-
ſates, Sexagnani, Venani. Cæteri proximi ſunt Biger-
ronibus, Sontiatibus, Vocatijs, & Tarusatijs. Ae-
quor.] Sunt enim Tarbelli maritimi, unà cum tribus a-
lijs memoratis populis. Strabo ἔχουσι δὲ τάρβελλοι τὴν
πόλιν, παρ' οἷς εἰσὶ τὰ χρύσεια σπυλάδα. Ἐν
τοῖς βόθροις ὀρύττουσιν, ἐπὶ μικρὸν, εὑρίσκοντα, τὰ χε-
ρσονήσους χρυσᾶς πλάκας, ἐνθ' ὅπου μηδὲν ἀποκαθαί-
ρουσι λεόμενοι, τὸ δὲ λοιπὸν, ψῆγμα ἐστὶν καὶ βῶλοι,
καὶ αὐτοὶ παντελοῦς ὀλίγου δεόμενοι, id eſt. Tar-
belli ſinum tenent, apud quos auri fodinæ ſunt ſedulæ. In
foueis, & puteis modicè foſſis, inueniuntur cruſta aureæ
& tabulæ, quæq; tenui ad modum expurgatione indigent.
Reliquũ autem, niſi pſegma eſt, hoc eſt arena, unde fit au-
rum ſcobs aurea, & gleba, quæq; non habent requiruntq;
magnam ſubactionem. Santonus.] Qui Plinio San-
ton, hic Santonus à poëta uocatur. Pictones, Santones, li-
beri inquit, Aquitaniæ populi ſunt Santones, finitimi To-
loſatibus, & Petragoris, Engoliſmenſibus, Pictauis in
prouincia Burdegalenſi: retinetq; etiamnum nomen in
prouincia Romanorum, ubi cathedra epiſcopi eſt.

Gauderq; amoto hoſte.] Quamuis toto eo decen-
nio Aquitanos Cæſar grauiter afflixerat, ad poſtremum
in Italiam tranſcenſurus, Dumnacum ingenti ſtrage ad
Ligerim profligauit: inde Carnutibus in deditionem re-
ceptis à Fabio, & pleriſq; urbibus maritimis, quæ Armo-
ricæ dicebantur, Vxellodomo poſt difficilem obſidionẽ,
oppido potitus, Drapete qui in uinculis erat inedia con-
fecto in Aquitaniam demũ rediit. Comio, qui unus Gal-
lorum ducum in armis adhuc erat datis Antonio obſidi-
bus, ueniam meruit, inde in Italiã conceſſit. Quare dici,
Aquitanos gauiſos fuiſſe, quod hoſtis Romã repetiuiſſet:

Adijciatur & illud de Santonibus, ante-
quam ad Bituriges
perueniamus. Quoni
am autem Tarbellicũ
littore ſuo Oce-
anum claudere, à Ga-

Et Biturix, longiſq; leues a Axones in armis
Optimus excuſſo Leucus, Rhenusq; lacerto,
Optima gens flexis in girum Sequana frænis,
Et docilis rector b monſtrati Belga couini.
c Aruernisq; auſi Latios ſe fingere fratres.
Sanguine ab Iliaco populi, nimiumq; rebellis
Neruius, & cæſi pollutus ſanguine Cottæ:

a Axones] al. Saxones. b monſtrati] al. roſtrati. c Aruernisq;] al. Aluernumnæ fluuiorum excurſu, qui multiplicibus ripis, aut Saxo nes, aut Saxo ammibus grauis è Pi- renæis iugis ortus, de- uoluitur in Oceanum c al. Aluesuno oſtio, illud latus, niſi, inquam, atq; ora Cantabricæ

Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis
Vangiones, Batauiq; truces, quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ, quà Cinga pererrat
Gurgite, quà Rhodanus raptũ uelocibus undis
In mare fert Ararim, quà mõtibus ardua summis
Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas.

bricæ contraria, quæ alijs, atq; alijs populis media habitatur, de flectitur à Santonibus in occasum. Et Biturix.] Diximus è Plinio, Bituriges liberos esse Aquitaniæ populos ad Oceani non procul à Garimena fluuio, Burdeus. Hinc populum credo Lucanum nunc significare, quod in Aquitania, & circa Narbonensem prouinciam peruagetur, non autem inter Oecubos, Auaricum, Burges. Sentit (ut uidetur) idem Glareanus Bituriges, inquit, Ptolomæus duplices facit, Vbiscos, quos ad mare ponit uicinos Garumnæ fluuij ostijs, hodie Burdeus uocant, & Oecubos, quorum oppidum Auaricum ponit quod Cæsar cepit, miserrimeq; diripuit. Burges (in Berry) Hedius occidentaliores. Bitterich, uel Butzrich olim celticè dicti, & oppidum eorum Haberrich. Hæc Glare. Siue hanc, siue illam Biturigem hic Lucanus intelligit in Celtica est ea gens, cuius frequens mentio est apud Cæsarem in Aquitania, qui uno die 20. oppida incenderunt, ut illum commeatu, & populatione prohiberent. Huius populi metropolis erat Auaricum. Burges in Berry. Agri fertilitate nulli in Gallia cedit omnibus ferè suis partibus flumine, & palude perpetua cincti, trans Ligerim. Ipsa urbs Auaricum unum habet, & perangustũ aditum, Nouiduno uicinum oppido Biturigum, & Gennabi oppido Caruntum. Hoc est Auaricum, urbs nobilissima Biturigum, quam Cæsar Gallico bello obsidens, summa omnium rerum egestate tenebatur. Et tamen aggerem educebat latũ CCC. pedes altum LXXX. Eratq; opus propemodum muris admotum, cùm nocte eruptione ex urbe facta, uix ab hostili incendio seruari potuerit. Ibi diuicatum fuit à secunda noctis uigilia, usque ferè ad lucem. Compulsi retro in urbem, eam tueri aliquandiu coacti fuerunt. Tandem illa capta, adeo iræ indultum fuit, ut ex millibus, & amplius, qui intra muros erant, uix octingenti mortem euaserint, qui primo clamore sese ex oppido eiecerant. Axones.] Axon fluuius est in extremis Rhemorum finibus Ausonius: in Mosella.

Non tibi se Liger auferet, non Axona præceps

Axona legit Cæsar loquens de fluuio, cuius accolas Axonas uocat. Leues in Ion.] Agiles, Sulp. inquit in hastilis longioribus. Videtur potius in longis armis dicere, in lõgo bello, quanquã Sulpitij expositio nõ reijciẽda est. Cũ Cæsari cũ Belgarũ innumerabilibus copijs bellũ haberet, nec cum ijs cõfligere cogeretur, Axonam fluuium in extremis Rhemorum finibus transgressus, in ulteriori ripa metatus fuit. Aberat inde Rhemorum oppidum Labrax 8. M pass. Belgæ postea ad Axonem contenderunt, eo consilio ut parte exercitus in Rhemorum fines transgressa, eos latè popularentur, pontemq; à tergo Romanis rescinderent. Glareanus, Axones, inquit, malo cum Sulpitio legere, pro accolis Axonis fluuij, in Rhemorum finibus, ut est apud Cæsarem, quàm Saxones, ut codex habet Aldinus. Nihil enim hic de Germaniæ populis agit. Et Saxones etiam media correpta est, apud Claudianum non uicem authorem. Et σάξονες, in Græco Ptolemæi codice, ò paruo legitur. Cæterùm ad Axonam redeo, ubi Belgæ longo prælio fatigati, numero ad V. C. M. armatorum, & amplius cùm præda essent impediti, capto consilio, sine prælio inde discesserunt, & quidem trepidi cum magna suorũ clade. Nam Nu-

midarum, & Cretensium sagittariorũ ui penè obruti fuerunt. Sunt qui legunt, pro Axones Suessones. Haud scio, an Suessones, flue Suessiones ad hunc locum pertinent. Sunt tamen fratres & consanguinei Rhemorum 12. oppidorum populus. Eo tẽporequo Cæsar ibi bellabat, Galbã regnasse ferunt, & post Caroli Magni tempora multos reges ibi coronari solere. Vt ut est, propter memorabilem illam pugnam ad Axonam fluuium, Axones legendum uidetur.

Leucus.] Leuci finitimi sunt Lingonibus, & Sequanis, qui Burgũdi: ac Mediomatricibus, qui Metenses sunt & prouinciæ Treuirensis. Hodie Tulenses appellantur in Lotharingia, Glareanus, Leucorum oppidum est, Tullũ, inquit, hodie in Lotharingia, ut & apud Ptolemæũ prodidi, in uetustissimo inuenimus pernotatum codice.

Rhemusq;.] Rhemi inter Belgas proximi Celtis fratres, & consanguinei quodammodo, adeoq; proxim Suessionibus, cum quibus eodem iure, & ijsdem legibus utebãtur, unum magistratum cũ ijs habentes, finitimi Virenduis, Treueris, Metensibus. Catalaunensis, & Laudunensi diœcesibus, ac syluæ Arduẽnæ. Hic Gallorũ reges inaugũtur. Hos describit d iaculandi peritia, & membrorum agilitate. Gens Sequana.] ab equitãdi peritia cõmentus Burgundici, finitimi Heduis, Heluetijs, & Lingonibus & Rheno. Hos à Narbonensi prouincia Rhodanus hunc, inde Heluetiorum iuga dirimunt. Ab ea parte Heluetijs finitimi sunt, ut dictum est. Itaq; hi tantũ Sequani dicuntur, qui à Rhodano prope urbẽ Bellicensem, & Vsontionem clarissimam Sequanorũ urbem ad ultimos cardines diœcesis Ferretensis, Argentinæ, & Rheni, nomen à Sequana amne traxerunt, aut certè ipse amnis à gente Sequanorũ.

Belga.] Suprà demonstratum est, Belgas à Septentrione Oceano claudi: ac occasu Sequana fluuio: ab ortu Rhenos, uel Plinio, Schalde. Cæsar scribit, à Rhemis ceptum fuisse, à Germanis Belgas ortos, qui soli feracia te allecti, alij alijs temporibus Rhenũ transgressi, eam ter multa nomina diuisam: sed omnium opulentissimos Belram occupassent, quæ Belgica diceretur. Totã gentem in louacos, Suessiones, Neruios insigni feritate populos. Tornacenses hodie dictos: Atrebates, qui nũc partem Picardiæ tenent, Ambianos, & ipsos Picardiæ finibus inclusos: Morinos, Menapios, Bellocasses, Castletenses, Caletos, Caduacos, Codrusos, Eburones, qui Leodienses sunt.

Couini.] Couinus uehiculum falcatum est, cuius multus usus fuit apud Gallos, & Britannos, in prælio. Tacitus in uita Agricolæ. Media cãpi couinarius, (sic enim dicitur auriga, qui couinũ regit, & qui ex couino pugnat) & eques strepitu, ac discursu complebant. Pompo. loquit de Gallis, & Britannis, dimicant, inquit, non equitatu modo, aut pedite, uerum & bigis, & curribus. Gallicè eramati, couinos uocant, quorum falcatis axibus utuntur.

Martialis 12.

"O iucunda couine solitudo
Carruca magis esse dq; gratum
Facundi mihi munus Aeliani.

Auernis.] Galliæ populi ad Ligerim teste Stephano, finitimi Heduis, Biturigibus, et Borbonesibus, circa Lemo-

vicen-

Aniues. Plin. describēt Aquitaniā. Hic inquit, Bituriges libe ri, qui Cubi appellantur: dein Lemonices, Aruerni liberi. Quoniam autem Heduis uicini sunt, poēta uidetur memo ria lapsus, quod cùm liberi sint, scribit eos fingere se Ro manorum fratres, hoc est Troia oriundos. Hedui Aruer nis, Bituriges, Sequanis ac Sebusianis finitimi in Cel tica, quorum terram Burgundiones nunc tenent, Roma nulgo dustun. de quo legere est Taci. lib. 3. Cornel. Taci. lib. 11. Qui primi Hedui senatorū in urbe ius adepti sunt, inquit, datum id fœderi antiquo & quia soli Gallorum Heduorum fratrum P.R. meminit. Rebellis Neruius.] Neruij inter Belgas ferocissimi populi sunt, quos Cæsar non solum summa difficultate, sed magna suorum clade etiam superauit. Tornacenses hodie dicuntur finitimi A trebatibus, Ambianis, Mornisq, quorum meminit Cæsar. 2 comment. libro. Victo Belgarum innumerabili exerci tu, ac soluto, postremò in Neruios mouit, qui ad illud bel lum L. M. armatorum contulerant. Nullus olim ad eam B gentem mercatorum aditus fuit, nulla commercia, neque uinū, neque ea, quæ ad luxum pertinent, patiebantur sibi importare, quod persuasum haberent huiusmodi rebus animi labefactari. Hi Belgas incusabant, quod tam facilè hominum mores corrumpi, & omnem animi uim, ac cor poris labefactari. Hi Belgas incusabant, quod tam facilè deditionem fecissent: ipsi cum Atrebatibus, & Viroman duis, numeroso exercitu instructi super Sabini fluuiū con sederunt. Hodie Sambra dicitur. Cæsar fluuio superato, primum equestre prælium init: inde omnibus utrinq; co fijs: atrociter concursum fuit, ut Romana acies in fugam inclinaretur, uno signo amisso, & Centurionibus quartæ cohortis ad unum interfectis, cæteris q; grauiter uulnera tis. Tum Cæsar accepto gregarij militis scuto, appellatis q; centurionibus, qui proximi astabant, in mediam hostium aciem perrupit. Huc legiones secutæ tantum Romanis au C xiliū addiderunt, quantum metus Neruijs fuerat inie rat. Horum interim tanta fuit uis, & uirtus, ut priu possim cæderētur, quàm pro uictis cesserint. Pauci, omni bus deletis copijs, prælio effugerunt. Ita Neruiorum gente extincta, senes, qui cum pueris & mulieribus in æ tate, qui misericordia motus non solum eam dedit, sed finibus suis, & oppidis uti permisit. Ex D C. Senatoribus, tres tantum superfuerunt: & ex L X. M. armatorum, tan tum quingenti. Cæsi poll. ſa. Cottæ.] Cæsar ex Bri tannia reuersus, copias multifariam partitus, alias aliò in hyberna dimisit, quod frumentum eo anno ob siccitatem parcius prouenisset. Titurius Sabinus, & Arunculus Cot ta in Eburones cum quinq; cohortibus hyemare iussi fue runt. Hi, cùm hybernacula adhuc non satis ualidè munita essent, ad frumentum ex proximo conquirendum conuer tuntur. Ibi subita defectione lignatores oppressi fuerunt. Inuaduntur castra, defenduntur acerrimè inuicem à Ro. Cùm aperta uis non procederet, Ambiorix fraude duces Ro. ad se aceitos aggreditur. Commemoratis Cæsaris be neficijs multis in se, & suos, fingit nunc tempus adesse, quo cumulatè illi gratiam referre possit. Coniuratum ab uni uersa Gallia, ut Cæsaris legiones hybernatim, uno die di uersis locis expugnent. Et mox Germanorum uim crede re se superuenturam. Vt ipse in Cæsarem iam gratus esset, dimissurum se duces cum cohortibus si se ad Ciceronem, uel Labienum conferre uellent: maturandum consilium esse. Sabinus author erat continuo decedendi, si omnis Gallia, & Germania in ipsos conspirasset. Cotta castra tenēda censebat, quod satis munita essent, neq; inopia com meatus premerentur. Tandem Sabini potior uisa fuit sen tentia. Et postridie longo, & incōposito agmine egressos, Galli è profunda, & syluosa ualle undiq; adoriuntur. Pu gnatum ibi fuit acriter, à prima diei hora usq; ad octauā. Cotta grauiter uulneratus fuit, multis circa centurionib. cadētib. Sabinus accepta fide ab Ambiorige, positis armis cū aliquot tribunis & cēturionibus, deditionē fecit, sed sic tim omnes in Ambiorigis conspectu trucidati fuerūt. In de Ambiorix in Aduaticos, & Neruios profectus, eos hor tatur, ut liberandæ Galliæ causſa, secum arma capiant. Hi adorti fuerunt legionem, quæ cum Cicerone erat, sed res hic multò magis prouisa fuit, ut aduersus omnes hō stium artes, & oppugnationes fortiter defenderentur, ma xime ubi ille accepisset literas Græcè scriptas à Cæsare, quibus significabatur, se paulò pòst subsidio illi ad futu rum. Iam & Carnutes, absente Cæsare, de communi Gal liæ consiliō Genabin dato signo concurrerant, ciuesq; Ro. qui negotiandi causſa, ibi constiterant, & inter eos C. Fu sium Cottam honestum equitem Rom. qui iussu Cæsaris rei frumentariæ præerat, interfecerant, & eorum bona diripuerant. Qui te Sar. imi. la br.] Itaque potest hic Armiculeius Cotta, uel C. Fusius Cotta intelligi, qui à cō mum Galliæ totius frequentia cæsus erat. Iam uerò ui dendum est, num amphibolum, aliò quàm ad Neruios re ferri possit: ut reliquum uersus non ad Neruium, sed ad diuersum populum sit referendum: ut particula copula tiua, & non ad, rebellis Neruius, referat pollutus, sed ad Eburonem, ubi hyemabant Rom. cohortes & à quibus initium cædis author Ambiorige fuit ortum. Sarma ta lax. brac.] Braccatam Galliam, periphrasticè per auersionem dicit. Gallia in duo latera, Lacu Lemano, & Gebennicis montibus diuisa, altero Thuscum mare attin git, altero Oceanum. Rursum hinc à Varro amne, huic à Rheno ad Pirenæum usquè saltum extenditur. Porrò Thusco mari proxima pars, aliquando Braccata fuit dicta, postea Narbonensis prouincia, siue Gallia, cuba ma gis, & consita. Vrbium opulentissimæ sunt, Vasco Vocon tiorum: Vienna Allobrogum: Auenio: Cauarum: Are comicorum, Nemansus: Tolosa, Tectosagum: Secun danorum, Aransio: Sextanorum, Arelate: Septimano rum, Blitera, & Martius Narbo, unde prouinciæ nomen est. Iam uerò Braccata dicta fuit, à braccis, ei prouin ciæ peculiaribus uestibus. Est autem bracca, ut quibus dam placet, uestis fluxa, & intonsa, ac uarij coloris, qui bus utebantur sub frigida plaga gentes Sarmatarum, ut est apud Diodorum libro 6. à quibus Narbonensis pro uincia, id uestis genus mutuata, nomen accepit quod ue stes ferret intonsas & uarij coloris. Alij tradunt braccam fuisse uestem, quæ totum corpus ita tegat, à summo uer tice usque ad imos pedes inclusos, ut nihil humanæ cutis conspiciatur, præter nudam faciei partem illam, qua ui demus, ut os etiam uestiatur. Hoc uestis genus Sarmatis peculiare fuit, propter perpetuæ hyemis sauitiem. Ab his poēta periphrasticè Gallos id uestis genus petiuisse demō strat. Sarmata.] Duplicem Sarmatiam ueteres fece runt, Asiaticam, & Europæam. Asiaticam, quæ trans Ta naim & Mæotida in ortum excurrit. Habet suos cardines à meridie Danubium, à Septentrione Oceanum: ad Or tum, Tanaim, Mæotida, & Pontum: ab occasu Germaniā.

Pompon. lib. 3. cap. 4. Sarmatia, inquit, intus, quàm ad mare latior, ab ijs, quæ sequuntur, Vistula amne discreta, quà retrò abit, usque ad Istrum flumen, immittit, gens habitu, armisq; Parthicæ proxima, & ut cœli asperioris sunt, & ingenij ita. Non se urbibus tenent Scythæ, neq; statis sedibus. Cætera, quæ huc pertinent studio prætermitto, ut ista satis sint, ad huius loci explicationem. Vangiones.] Vuormacienses in ripa Rheni, quorum urbes, ut Spira, & Moguntia, tum celebres erant quæq; præsidijs Romanorum firmatæ contra Germanos. Batauiq.] Populi inter duo Rheni brachia inclusi: quicquid enim soli inter Rhenum, & Vuaalim, usque ad Oceanum medium est, partim Gelræ ditionis, partim Hollandicæ, usq; ad Oceani littora, Batauiæ appellatione continetur. Hæc gens, ut bellicosissima quondam inter Germanos habebatur, ita inelegantia ingeniorũ infamis erat. Vnde in agrestem, & inelegantem, ac tetricum iactatum fuit, Βατάνιτον οὖς, id est, auris Batana. Martial.

Tu'ne es, tu'ne, ait, ille Martialis
Cuius nequitias, iocosq; nouit
Aurem, qui modò non habet Batauam?

Erasmus dicit, nonnullos mutasse, pro Batauam, seuerã. Cattorum pars erat, qui domestica seditione pulsi, extrema littora oræ Gallicæ cultoribus uacua, adeoq; totam insulam inter duo prædicta flumina sitam, occupauerunt. Gens adeo bellis Germanicis exercitata, præter domesticas opes, ut cùm societas illi cum Imperio esset, uiros tantum, & arma subministrarent. In hac insula mea patria Montfortia suo principi paret, ad riuulum obscurum Iselam, in diœcesi Vltraiectina. Truces.] Truces, inquit Erasmus, opinor Lucanus appellat Batauos, ut Vergilius, ecrem Romanum. Alioqui, si præsentis temporis quis rationem spectet, quod ad mores attinet, nulla gens, uel ad humanitatem, uel benignitatem propensior est, & cui minus agrestis truculentiæ adsit, & plus elegantioris literaturæ, ut cum uenia id adiçiatur. Cinga per.] Cingam tradunt authores fluuium esse, qui ex Pirenæis montibus ortus, in Iberum influit. Sulpitius dicit eos intelligi, qui contermini sunt Hispaniæ. Ergo Tolosanos aut Gascones, & Aquitanos innuit. Sed non fit uerisimile. Cæsar libro primo de bello Ciuili scribit. Trebonio & Bruto ad Massyliam relictis, postea castra inter duo flumina Sicoris, & Cingam se habuisse. Cinga non pererrat proximos Hispaniæ populos, & minus procul à Narbonẽsi pro uincia est. Rhodanus rap.] Ostendimus paulò an. tè, eum non longè à Rheno, & Danubio, oriri, circa fines Sedunenses: deinde lacu Lemano exceptum, rursum eadem uastitate, qua influxit, egredi, inde in Occidentem tendere, & aliquandiu Gallias dirimere, ac statim curfum in meridiem uertere, ac subinde grandiorem factum, Arari, Isara, & Druentia, inter Volcas, & Cauaras in pelagus, duobus ut minimum ostijs. Tyrrhenum effundi. Araris.] uerò, siue Arar nomen habet (si Plutarcho credimus ἐν τῷ περὶ ποταμῶν) παρὰ τὸ ἀραιόδους, ab applicando, quod in Rhodanum deferatur per Allobroges: nunc Lasone dicitur. Oritur in extremis finibus Burgundiæ, & Lotharingiæ, non procul à Vosego monte, intersecatq; comitatum, ac ducatum Burgundiæ. Delatus usq; ad Lugdunum, à quo Lugdunensi Galliæ nomen est, Rhodano tam sedatè leniterq; fluens, ut in utram partem feratur, uix dignoscas, mixtus, nomẽ amittit. Marc.] Thuscum, siue Tyrrhenum. Gebennas.] Gebennici montes sunt, inter Aruernos, & Heluios, medij, ab ea parte, qua Cadurci, & Ruteni Aruernos spectant. Per hos Cæsar, niuibus militari opere discussis, ex improuiso in Heluios irrupit, quiduis potius ueritos, quàm hyeme media Gebennam hostibus patere. Plin. lib. 3. cap. 4. Narbonensis prouincia, inquit, appellatur pars Galliarum, quæ ab eterno mari alluitur, Bracccata antè dicta, amne Varo ab Italia discreta, Alpiumq; saluberrimus R. Imp. ingit. A reliqua uerò Gallia, latere Septentrionali, montibus Gebenna & Iura. Poëta hoc loco, numero plurali, pro oppido in ipsis montibus usus est. Henricus Glare. Quatuor hæc nomina inquit, Genua Geneua, Genalum & Gebenna, multum difficultatis non attento lectori ingerũt quare de his obiter disserendum. Genua enim Ligurum caput est: ad mare Ligusticum: Geneua uerò, Allobrogum est, ad ostia Lemani Lacus, cuius lib. 1 commentarioru. meminit Cæsar. Illic enim pons ad Heluetios pertinebat. Genabum, Carnutum oppidum est, ad Ligirim fluuium: hodie (ut quidã scripsere) Aurelia. Deniq; Gebenna mõs. q. Helui, ceaue legas Heluetios) ab Aruernis separat, ut est apud eundẽ Cæsarẽ lib. 7. Ab annis nunc septingentis, opinor, hæc nomina mirè confusa fuerunt ut Gebenna nomen: & Genuam multi Ianuam nominarent, per ignorantiã huius discriminis iam offensa. Qua in errore etiam his est Badius.

Tu quoque Tre.] Tu quoque lætatus conuerti prælia Treuir.
a al. Ligur. Auersio ad Treuiros, Et nunc tonse a Liger, quondam per colla decora
quos dicit lætatos, bel- Crinibus effusis toti prælate Comatæ.
li mutata ratione: hoc Et quibus immitis placatur sanguine diro
est, è Gallia in Italiam Teutates, horrensq; feris altaribus Hesus:
translata. Treuiri po- Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.
puli sunt inter Belgas, finitimi Germaniæ, Neruijs, Menapijs, Eburonibus, Rhemis, & Mediomatricibus: gens uetusta, retinensq; etiamnũ hodie suum nomẽ, apud quos insignis olim cognoscendarum caussarum, P. R. curia. Treuirorũ cognominata fuit. Extenditur eorum ditio usq; ad eum Rheni pontem, quo Cæsar fluuium iunxit. Vtuntur Germanica lingua, neque olim ad imperata faciendum, nisi exercitu coacti adduci poterant. Propter uicinitatem Germaniæ, ab eius nationis moribus, ac propter perpetua bella, quibus exercebantur, tum feritate, tum cultu nihil differebãt. Magna horũ uirtutis existimatio inter Gallos erat: ac'ob id quod & equites, & peditatu ualerent. Treuirorum præsul inter Septẽuiros Iuperij nõ extremũ locum tenet. Glareanus Augusta Treuirorũ uetus Imperat. sedes fuit. Non ineptè hic philosophatur de Treuiris. Treuir, inquit per tertiã uocalem in secunda syllaba, Romana ruricitate, suetudo, per similitudinem uocis Leuir. Sed apud ueteres Gallos per secundam fuerat uocalem. Consueuerunt enim Galli populorum nomina in er, non in ir, proferre: qualia sunt, Gelter, Belger, Hackentener, Treuer, Heluetier, Steelhuiter, Heimner, Sungower, Hartwerner, Rauchgeer, Tribucher, Vœner, Burgricher. Apud Ro. ita. Celtæ, Belgæ, Aquitani, Treuiri, Heluetij, Helceuetii, Etduhi, Segusiani, Af-

ni, Aruerni, Rauraci, Tribocchi, Veneti, Bituriges. Hic ui de quàm balbutiant Romani, qui omneis barbaros uocabant, ipsi barbarissimi. Multa in eandē terminationē etiā Germani sed præterea in en proferunt. Sachsen, Schwaben, Franckē, Meyssen, Friesen, Pomeren, Merchen, Turingen, Polen, Bremen. Ton ligur.] *Aliàs Ligur, dubi tat etiā Glareanus, num Ligur, an Liger sit legendū, pro* accola Ligeris: Sulpitius censet legēdū esse Liger. cui ego quoq; accesserim. Oritur Liger qui & Ligeris è Cemenis montibus in finibus Aruernorū. Heduos à Bituriges inuersecans, non procul à Pictonibus in Oceanum Britanni cum exit. Cæs. lib. 7. de Bell. Gallico, Liger ex niuib. creatur. Et paulò pòst. Magnis itinerib. ad Ligerim peruenit. Gallicè Loire. Et cùm hic poëta in Gallia uersetur, atq; adeo Comata, num Ligur in Cisalpina Gallia, à Comata oriundus ampliùs fuerit comatus, in dubium trahitur. Liguria est uerò, à Macra fluuio, qui finis est Hetruriæ, Liguret sicti sunt, usq; ad Varum amnem, quorū urbs hodie longè clarissima Genua est, cum celeberrimo portu. Ipsa Liguria multis locis nemorosa. unde materia ad B tantæ crassitudine, ut per diametrum octonos pateant pedes, gent ferox, ac truculenta, & ad rebellandum nata, quæq; diu arma Ro. exercuerit. Victitant pecore, lacte, & hordeacea potione, ut quidam scribunt. His finitimi sunt Thusci, à quibus Thuscum mare nomen habet, à Græcis Tyrrheni appellati: opulentissima quondam Italiæ gens, & quæ plurimum terra mariq; pollebat, inter omnes Italiæ populos. Touſe lig.] Ostendit Ligeres Celticæ ponulos sua temperstate capita attondisse, sed olim capillitiū nutriuisse. Comatæ.] Galliæ omnis Gallia uno nomine comata appellata fuit, teste Plinio. Nam cum in tria populorum genera diuisa sit, qui maximè omnibus distinguuntur. Schalde, Sequana, & Garumna, quæ pars inter Sequanam, & Garumnam media est, Celtica appellatur, siue Lugdunensis. Hic Liger est, de quo nunc agit poëta: A Garumna usq; ad mare Thuscum Aquitania est, antè Aremorica dicta. Quoniam autem uniuersa Gallia comata delectata quondam fuit, Comata Romanis fuit dicta, nisi quod Narbonensis prouincia Braccata fuerit nuncupata, ut modò annotatum est. Adhæc ita distinguitur Gallia, ut Togatam Liguriam, Comatam Burgundiam uocent, & eam regni partem, quæ propriè Francia dicitur: & Braccatam Narbonensem. Quod si legas Ligur, nō fuerit fortassè insciturn. Sunt enim Galli Cisalpini ipsi Liguret, & à Gallis oriundi, quos dicit uirtute Comatis prælatos. Teutates pl. s. di.] Teutates, Mercurius Gallorū lingua, qui humano sanguine placabatur. Nam pro uictimis homines immolabant, ministrisq; ad ea sacrificio utebantur Druidibus. Huius plurima habebant passim simulachra. Hunc omnium artium inuentorem ferebant: hunc uiarum, atq; itinerum ducem, hunc ad quæstus pecuniæ, mercaturasq; habere uim maximam arbitrabantur.

Alij immani magnitudine simulachra habebant, quorum contexta uiminibus membra uiuis hominibus complebāt, quibus succensis circumuenti homines flamma exanimabantur: quosdā sagittis conficiebant: & intra sacras ædes, patibulo suffigebant teste Strab. Placabant omnes deos humano sanguine, quos non recon ciliari arbitrabantur, nisi uita hominis poneretur per Druidas. Sed audiamus ipsum Cæsarem lib. 6. de bello Gall. Natio est hominum Gallorū admodum dedita religionibus: atq; ob eam causſam, qui sunt affecti grauibus morbis quiq; in prælijs periculisq; uersantur, aut pro uictimis homines immolant, aut se immolaturos uouerit, administrisq; ad ea sacrificia Druidibus utuntur, quod pro uita hominis, nisi uita hominis reddatur, nō posse deorū immortalium numen placari arbitrantur: publicèq; habent eiusdē generis instituta sacrificia. Alij immani magnitudine simulachra habent, quorū contexta uiminibus membra uiuis hominibus complent, quibus succensis circumuenti flamma exanimantur homines. Supplicia eorū, qui furto, aut latrocinio, aut aliqua noxia sunt cōpræhensi, grata Dijs immortalibus esse arbitrātur. Sed cùm eius generis copia deficit, ad innocentium supplicia descendunt. Et paulò pòst. Post Mercuriū, Apollinem, & Martem, & Iouem, & Mineruā colunt. De his eandem ferè, quam reliquæ gentes habent opinionem. Apollinem morbos depellere, Mineruā operum, atq; artificiorū initia tradere, Iouem Imperiū cœlestiū tenere, Martem bella gerere. Hinc, cùm prælio dimicare constituerūt, ea, quæ bello cœperunt, plerunq; deuouent quæ superauerint animalia capta immolant, reliquasq; res in unum locū cōferunt. Hæc Cæsar. & plura de eorū religione. Hesum.] Quidā eum Martem crediderunt: Lactantius lib. 1. de falsa reli. cap 21. Apud Cypri Salaminē. inquit, humanā hostiā Teucrus immolauit idq; sacrificium posteris tradidit, quod est nuper Hadriano imperante sublatum. Erat lex apud Tauros inhumanā & ferā gentem, ut Dianæ hospites immolarent, & id sacrificiū multis temporib. celebratū est. Galli Esum (sic quidā scribunt citra aspirationē) atq; Teutaten humano cruore placabant. Ne Latini quidem huius immanitatis expertes fuerunt. Siquidem Latialis Iuppiter etiam nunc sanguine colitur humano. Hæc Lactantius. Taranis ara.] Iouis ara apud Gallos. Eo nomine uocabant Iouem, cui etiā sanguine humano litatum fuit. Huius ara non mitior fuit, quàm ara Dianæ Tauricæ. Scythicæ Dia.] Dianæ Tauricæ ara in Scythia, cui quod peculiariter humanis hostijs delectaretur, hospites immolabātur, perinde, ut Teutatæ, & Hesо apud Gallos, Latiali Iouī apud Italos: eidemq; apud Pœnos, apud Cyprios Iouī, ut nōnulli, Teucro. Saturnus in Latio eodē uictimæ genere ita cultus fuit, ut uiui de pōte Miluio homines in Tibrim ꝑcipitarētur: quod sacrificij genus Hercules ita sustulit, ut imagines deiecerētur. Plurib. præterea alijs barbaris, earnibus humanis sacrificatū fuit Scythicæ.] De Scytharum barbarie, alio loco dictum est.

De diro sacrificandi ritu apud Gallos modò dictū est. Sed prius quā ad huius loci explicationem transeat situs, aliqua de eorum moribus præstruātur. Martii (ut dictum est)

Vos quoq;, qui fortes animas, belloq; peremptas
Laudibus in longum uates demittitis ævum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.
Et uos barbaricos ritus, moremq; siniſtrum
Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis
Solis nosse Deos, & cœli numina uobis
Aut solis nescire datum. nemora alta remotis
Incolitis lucis. uobis authoribus umbræ

Non tacitas Erebi sedes, ditisq; profundi
Pallida regna petunt, regit idem spiritus artus
Orbe alio, longæ canitis si cognita uitæ,
Mors media est, certé populi, quos despicit Arctos,
Fœlices errore suo, quos ille timorum
Maximus haud urget lethi metus, inde ruendi
In ferrum mens prona uiris, animæq; capaces
Mortis, & ignauum est redituræ parcere uitæ.

aliqd subtraxisset, grauí supplicio afficiebatur. Quod uerò ad gentis antiquitatẽ, & mores attinet, se ex Dite ducere originẽ persuasum habebãt. Quãobrem initiũ festorũ dierum, ab ea nocte ducebant, quæ festã lucem antecessisset, quod crederẽt noctem Diti esse sacrã. Porrò quod ad liberorũ educationẽ, eos in suum cõspectũ non prius admittebant, quàm adoleuissent, ætasq; ea bello matura esset: turpè ducentes, puerum patri assistere. Viri æqua æstimatione domesticas fortunas ad uxoris dotem cõferebant. Viri in uxores uitæ, necisq; potestatẽ, perinde, ut in liberos habebãt. Quod si qua ueneficij fuisset cõuicta, ea à mariti propinquis igni, horrẽdisq; supplicijs extinguebatur. Reliquis, quæ ad mores Gallorũ attinent omissis, ad rem pergamus. Vos quoq;] Trãsitio ad auersionem Gallorũ, quorũ sacerdotes Gallia pacata ad intermissa studia, & sacra se conuertebant. Bardi] Duo hominũ genera maximè in honore erant in ea gente, Equites, & Druides: adduntur à quibusdam, in primis à Strab. Bardi, & Vates, quorum Vates naturaliũ rerum caussis inuestigandis dediti erant. Bardi uerò, laudationibus, & rebus poëticis uacabãt, Cæsar uno nomine omnes Druidas uocat: quorũ potentiã lib. 6. de bell. Gall. describit. Atq; horũ quidẽ erat, sacrificia publica, & priuata curare: iura religionis interpretari: adolescentes bonis disciplinis instituere. Iidem de cædibus de finibus, cæteris q; cõtrouersijs cognoscebant. Quod si quis decretis illorũ non paruisset, sacrificijs interdicebant, quæ maxima inter eos erat animaduersio. At Druides omniũ hominũ congressum & cõsuetudinẽ declinabant, ne contagione aliqua polluerentur. His petentibus, neq; ius cuiquã dici potuit, neq; honor cõmunicari. Vnus præerat omnibus, cui in uniuersum ordinem summa erat potestas in cuius defuncti locũ, certo anni tempore, coacto concilio in Carnutum finibus, aliũ Antistes suffragijs sufficiebatur. Hoc loco cõtrouersias disceptabant. A bellicis reb. Druides aberant, neq; tributũ pendebant. Vos quoq;] Sed Vaciũ erat, uiuos, & eos, q fortiter in prælijs occubuissent, laudare pro cõcione. Vates Bardi.] Quod poëta eos tũ multa carmina fudisse scribat, id eò spectat, quod necesse erat, eos multa millia uersuũ edisserere, qui tali disciplinæ se tradidissent ut plerique annos 20 ad ea comparanda desudarent. Iam nefas erat, quicquã, quod ad eam cognitionem pertineret, literis cõmendare, id quod ad memoriæ cultũ, et scientiæ authoritatem putabant pertinere. Græcæ literæ ea tempestate apud Gallos in usu fuêre: sed Cæsar de sua ætate negat. Strab lib. 4. παρ' ἅπασι δ' ὡς ἐπίπαν τρία φῦλα τῶν τιμωμένων διαφερόντως ἐγί. βάρδοι τε, καὶ ὐάτεις, καὶ δρυΐδαι. Βάρδοι μὲν, ὑμνητὰς, καὶ ποιητάς, ὐάτεις δ' ἱερο ποιοὶ, καὶ φυσιολόγοι, δρυΐδαι δ', πρὸς τῇ φυσιολογίᾳ, καὶ τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν ἄσκησι. δικαιότατοι δ' νομίζονται. καὶ διὰ τοῦτο πιστεύονται, τάς τε ἰδιωτικὰς κρίσεις, καὶ τὰς κοινὰς, ὥστε καὶ πολέμους πρότερον, καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον, τοὺς δὲ φονικοὺς δίκας μάλιστα τούτοις ἐπιτέτραπται. Διοδώρ. Fudistis sec.] bello liberati post Cæsaris in Italiã discessum. Barbar. ritus] hoc est, dirũ, & inhumanũ sacrificandi ritum post Cæsaris abitũ restituistis. Equites Druidũ ministerio adhuti, humanã hostiam pro salute, aut in periculis cõsistenti, macta-bant. Erant equites religiosissimi omniũ ordinũ, quib. id munus incũbebat. Iã & illud obiter adijciendũ est, dici Druidæ, sand Druides, uel Dryidæ, seu Dryides. Solis n. d.] De Deo, & reb diuinis disserere & religionem interpretari. Multa de siderib. disputare, de mundi, et terrarũ magnitudine, de rerũ natura, de Deorũ potestate. Mundum ab æterno, quæ nõ esse, aut esse ignem & aquam uicissim præualere, quæ eorũ erant paradoxa. Nemora.] A loco quem incolebant. Druides enim à quernis lucis dicti fuere. ἀγὸς quercus. Plin. lib. 16. cap. 44. Nihil, inquit, habent Druides (ita suos appellant magos) uisco & arbore, in qua gignatur, si modo sit robur, sacratus. Iam per se robora eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde cõficium, ut inde appellati quoq; interpretatione Græcia possint Druides uideri. Enimuero, quicquid adnascatur illis, è cœlo missum pu rarũ admodũ inuentu, & repertũ magna religione petitũ, signũq; esse electiæ ab ipso Deo arboris. Est autem id tur. Et ante omnia sexta luna, quæ principia mensiũ annorũq; his facit, & sæculi, post tricesimũ annũ, quia iam uiriũ abunde habeat, nec sit sui dimidia. omnia sanantem appellãtes suõ uocabulo. Sacrificio, epulisq; ritè sub arbore præparatis, duos admonent candidi coloris tauros, quorũ cornua tunc primũ uinciantur. Sacerdos candida ueste cultus arborem scandit: falce aurea demetit, candido id excipitur sago. Tum demũ uictimas immolant, precantes, ut suũ donũ deus prosperũ faciat his quib. dederit. Fecum ditatem eo poto dari cuicunq; animali sterili arbitrantur, cõtraq; uenena omnia esse remedio. Tanta gentiũ in reb. friuolis plerũq; religio est. Hucusq; Plin. Laudib. in lo.] Glareanus, inquit, uates uidetur poëta pro appellatione superpasse, ut Bardos uocet Vates, quod Laudationibus, poëticis studeant, ut inquit Strabo. Quũ uates sacrificiorũ, naturaliũq; caussarũ curæ deditos asseueret. At poëta hic noster, Bardis idem, quod Strabo tribuit Vaũ curã omittit. Vnde Strabonis interpres Vacies rursyllabum extulit, quũ Strabonis codex Græcus Vates habeat, id est. in medio, uerũ ei codici credere nõ ausum. Dryidæ nemũ, quàm & scriptura, & declinatione uarient, Δρυΐδαι est apud Strabonẽ, & apud Plin. lib. 16. ad finẽ, & in plerisq; huius poetæ codicibus. quæ scriptura probatur. Est enim Græcis conformis, in prima, inquam, declinatione, apud hosce treis. Apud Cæsarẽ autem lib. 6. cõmentario-rũ in tertia declinatione Druides. Druidũ, Druidib. reperias. Id fecerit'ne quod apud Gallos ipsos aliũ audierit nominis tinnitum, an sua authoritate, qua Gallica omnia, et innouauit, & corrupit scire nõ possum. Hæc ille. Ab armis p.] Postquã arma depositũre parata in uniuersum Gallia. Nam per bella sacrificijs, & studijs suis uacare nõ poterãt. Solis nosse.] Qui soli de deo, & deorũ natura, & animorũ immortalitate diuersam à reliquis Gallis, opinionẽ haberent. Nemora al.] Incolitis lucos magnos, ut ex Plinio retulimus ibiq; sua negotia, sacra, & res diuinas pertractant. Vobis autho.] Vestra opinione & Philosophia animi è corporib. emigrantes, non descendunt ad inferos, sed in aliũ orbem euolant, in quo alia indũt corpora.

A pœna. Dorebant animos nõ interire, imò potius nõ quiescere post mortem, sed in alia corpora in orbe alio emigrare μετεμψύχωσιν quadã Pythagorica, cùm dicit eundẽ spiritũ alia corpora, alio orbe regere. Si canitis cog.l.] hoc est, Si canitis ea, qua omnibus in uita humana semper cognita, & uera sunt, mors media dirimit populos Druidas sub Sedarũ, quos sua opinione ob id fœlices uocat, quod ea credãt

Et uos cri.] Epilogus catalogi populorum, qui Cæsari auxilia ad bellũ submiserunt. Auersione ad postremũ ad Rheni fluminis accolas, qui assueti fuissent è proximo transitu prohibere Caycos, quos uocat Comatos. Caycos.] quos aũt Caycos poëta nominat, non liquet, cùm eo nomine nullæ gentes uel Galliæ, uel Germaniæ apud auctores legantur. Quare uerisimile est, ut etiã Micyllo uidetur, eũ intelligere Cauchos, aspiratiõe extrita, posuerit Caycos, pro Caucos, u, in, y, deflexo. Sunt aũt Cauchi, siue Cayci, Germaniæ populi inter Helium, & Plenũ, ostia duo Rheni, B ut ille Plinio. In Rheno, inquit, autem ipso propè C. M pass. in longitudinem, nobilissima Batauorũ insula, & Canine facta (ubi mendosè Cannefatũ legitur) & aliæ Phrisiorum, Cauchorũ, Phrisiabonũ, Sturiorũ, Morsatiorũ, quæ sternuntur inter Helium, & Plenum. Ita appellantur ostia, in quæ effusus Rhenus, ab Septentrione in lacus, ab occidẽte in amnem Mosam se spargit. Medio inter hæc ore, modicum nomi ni suo custodiens alueũ, Hæc Plin. Helius porrò idem fluuius est Vaali, Plenus Isela hodie uocatur. Idem cap. 14. Aliorũ genus (Germanorũ) inquit, Ingeuones, quorum pars, Cimbri, Teutoni, à Cauchorũ gente. Ad has ripas diuersas

Cæsar ut immẽs.] Ab enumeratione populorũ, quos uicerat Cæsar, quique eum in Italiam ex castris sequuti ad bellũ fuere ad omissam, uel intermissam rerũ gestarũ seriem redit poëta. Et primũ quidẽ diserè simul, & grauiter narrat quanta trepidatiõe, tumultu, ac pauore, urbem, totãq; Italiã fama eius aduentus compleuerit. Ordine cõmemorat ea, quæ belli procœmia comitari solẽt. Vana quoq; ad u.] Veri timores sparsi hi erãt, quod Cæsar acciis legionib. frustra egisset de cõcordia per prætorem Roscium & L. Cæsarem. Cæsarum cum quinq; cohortibus Aretiũ præmisit M. Antoniũ: ipse autem ad Arminum cum duabus legionibus uel ut ipse ait, cum ea legione, quã initio tumultus euocauerat consedit: Ibi reliquas item legiones, ex hybernis euocauit, & subsequi iussit. Huc ad eum uenit L. Cæsar, adolescens, cuius pater Cæsaris erat legatus. Is reliquo sermone confecto, cuius rei caussa uenerat, habere se, respõdit à Pompeio ad eum priuati officij mandata. Velle Põpeium se Cæsari purgatũ, ne ea, quæ reipub. caussa egerit, inuidiã cõmeliã uertat. Verum de his postea. In bello multa spargũtur inania, iuxta uetus Græcorũ prouerbiũ πολλὰ ψεύσματα πόλεμον. Et ut quisq; est affectus, ita rebus uel adfingit, uel detrahit, amplificat, extenuat ue. Neq; ullus temerè reperitur, qui à Hunc. ea, quæ quid acceperit, fide, alij siue additamento tradat. Mire copiosus est in rumoribus belli in uniuersum describendis, antequam ad Senatũ perueniat. Est autem hic sensus. Postquã legiones undique conuocatæ uulgo fecerunt fidem quod maiora auguriæ essent, quàm credere par est, Cæsaris nomen, & fama per Italiam sparsa perculit ciuitates. Rectè Micyllus, qui uel intelligo, inquit, de rumore, & fama Cæsaris, quæ per omnem Italiam sparsa fuerit, quando mox sequitur, Vana quoq; ad ueros accesit fama

Et uos crinigeros bellis arcere Caycos
Oppositi, petitis Romam, Rhenique feroces
Deseritis ripas, & apertum gentibus orbem.

castra posita erant, ne hostes Rhenum transirent. Neq; uerò sum nescius esse, qui Caycos Cheruscos interpretentur, natione, & nomine Germanos inter Belgas Trãsrhenanos, quos Bacenus Germaniæ sylua ingens, hodie Nigra dicta à Sueuis pro naturali muro diuidit. Hos Tacitus refert proximos Hermũduris, Cattis & Ligijs. Id aũt eõ stat in Gallica ripa ultra Rhenum diuersas stationes aduersus irruptiones Germanorũ, & castra Cæsarem habuisse: ac postea partim principũ, partim Consularium ductu, atq; auspicijs, post ordinatas, cis Rhenum, & Danubiũ prouincias, perpetuas præsidiorũ stationes ceu muros oppositos fuisse, ne Germanis singulis quicquam cõmertij, cum prouincialibus esset. Itaq; qui in castris ad ripam Rheni ulteriorem adhuc erant, ut præsidia Gallorum Romam etiam petiuerunt. Oppositi ar.] Oppisiti Rheno ad prohibendos Cauchos transitu in Galliã in quam transito Rheno nuper irruperãt. Auersione uariatur orationis color. Deseritis ripas.] euocati à Cæsare è stationibus, deseritis castra Transrhenana. Et apertum g.] primũ à Cæsare patefactum, quem alij deinceps Imperatorem sequuti, prælijs sæpe, non autem bellis uicerũt. Orbem Germanicum dicit.

Cæsar ut immensæ collecto robore uires,
Audendi maiora fidem fecere, per omnem
Spargitur Italiam, uicinaq; mœnia complet.
Vana quoq; ad ueros accesit fama timores,
Irrupitq; animos populi, clademq; futuram
Intulit, & uelox properantis nuncia belli
Innumeras soluit falsa in præconia linguas.
Et qui tauriferis ubi se Meuania campis
Explicat, audaces ruere in certamina turmas
Afferat, & quà Nar Tyberino illabitur amni,
Barbaricas sæui discurrere Cæsaris alas.
Ipsum omnes aquilas, collataq; signa ferentem,
Agmine non uno, densisq; incedere castris:
Nec qualem meminere uident, maiorq; feroxq;
Mentibus occurrit, uictoq; immanior hoste.
a Tunc inter Rhenũ populos, Alpesq; iacentes,
Finibus Arctois, patriaq; à sede reuulsos
Ponè sequi, iussamq; feris à gentibus urbem
Romano spectante rapi: sic quisq; pauendo
Dat uires famæ, nulloq; authore malorum,
Quæ finxere timent: nec solum uulgus inani
Perculsum terrore pauet, sed curia, & ipsi
Sedibus exiliere patres, inuisaq; belli
Consulibus fugiens mandat decreta Senatus.

timores. Timores.] *Appianus, Fugæ igitur, & conuersiones omnibus in locis summa trepidatione fieri cœptæ, quum Cæsarem cum uniuersis copijs adesse crederent. Quæ omnia intelligentes Conss. Pompeium urbe egredi, & per Italiam delectus agere, uelut repub. in extremo periculo posita, iusserunt.* Velox] *Fama nihil uelocius, & quod celerius uires acquirat. Primum tenuis, & modica, ac statim admirabili uelocitate terras, & maria transuolat. Idolopœia famæ extat apud Maronem lib. Aeneid. 4. ut ἔοικε apud Homerum.* In falsa pr.] *fama effecit, ut passim Cæsaris laudes eucherentur, & alicubi etiam falsæ, quas animorũ propensionem affingebant.* Est qui.] *Enumerat aliquot loca, in quibus rumores uani spargebantur de Cæsare, & eius cohortibus, qui magnum terrorem intulerunt Italiæ. Fuit aliquis, inquit, rumigerator, qui falsò diuulgauit, turmas Cæsarianas in campis Menaniæ hostilia tentare.* Menania.] *Vmbriæ oppidum est, circa uiam Flaminiam quod Clitumnus fluuius præterlabitur, in primis celebris patria Propertij, armentorum ferax maximè. Plinius libro 35. capite 14. In Italia quoque lateritius murus Arretij, & Meuaniæ est. Huius urbes incolæ Menantes & Menamonenses Plinio dicuntur libro 3. cap. 14. Quanquam alij Clitumnum fluuium agri Falisci esse tradunt. Plin. lib. 2 cap. 103. In Falisco, inquit, Clitũni amnis aqua potata candidos boues facit: in Bœotia amnis Melas oues nigras. Sic Plin. Maro.*

„ *Hinc albi Clitumnæ greges, & maxima taurus*
„ *Victima.*— Silius Itali.
„ *Et lauat ingentem profundens flumine sacro*
„ *Clitumnus taurum.* Ouid. in Fast.
„ *Colla rudes operum præbent feriendam iuuenci*
„ *Quos aluit campis herba Falisca tuis.*

Innuit inde eximios tauros Romam mitti solere, qui pro uictimis cædebantur. Qua Nar. Tyb.] *Nar, siue Naruos, Sabinorum fluuius est, è Fiscello monte nascens, iuxta Vacunæ nemora, & per urbem Naruiam fluens, diuersisq; inde locis 40. flummibus auctus, haud procul à Spoletanis montibus in Tybrim effunditur ut Anio. Lacus Velmos, & colles roscidos exhaurit aquis suis sulphureis. Maro.*

Sulphurea Nar albus aqua.

Mela eiusdem nominis fluuium in Illyride collocat, qui ex Adrio monte profluens, in mare Adriaticum decurrit. Alij, ut Strabo, Plin & Ptolo. hunc Naronem uocant. Barbaricas.] *Cæsaris copias ex Numidis, Gallis, Germanis, aliisq; barbaris nationibus conflatas, per has regiones discurrere ac uagari. Porrò alæ equitum dicuntur ab eo, quod ad similitudinem alarum utrinq; protegant acies. Itaq; nunciatum passim fuit in Sabinis iam Cæsaris legiones esse.*

Ipsum omnes aquil.] *amplificatio copiarum undiq; contractarum è Gallijs, & pacatis regionibus. Legiones decem dicit omnes coijsse cum suis aquilis.* Agmine non u.] *multis legionibus eum instructum Romã petere.* Vident.] *imaginantur, & uidentur se uidere, infestiorẽ iam Romam uadere, quàm unquam uenisset. Olim clementem, ac placabilem, nunc contrà infestũ, & implacabilem* Victoq; im.] *sæuior Gallis hostibus deuictis, aut etiam Germanis prælijs superatis.* Tunc inter.] *alij non tunc, sed hunc legunt ut sit sensus. Cæsarem etiam sequi à tergo populos inter Rhenum & Alpes sitos, atq; eos qui è finibus Septentrionalibus erant euocati. Estq; amplificatio truculentarum gentium. Sulpitius Transalpinos Gallos interpretatur. Inter Alpes certè, & Rhenum Heluetij concluſi sunt. Siti sunt inter Rhenum, & Rhodanum fluuios, montemq; Iuram, & Alpes Helui olim in quatuor pagos diuidebantur, quorum caput, eo tempore, quo aduersus Cæsarem bellabant, erat Auenticum, Fortissimi omnium Gallorum ob perpetuam bellandi consuetudinem. Heluetij etiam Suiceri dicuntur, à Suicia pago. Hos haud dubiè innuit poëta. Glareanus hunc uersum diligenter expendens. Nullus est populus Galliæ, inquit, inter Rhenũ, ac Alpes præter Heluetios. Si igitur poëta priè locutus est, ut puto, certè hoc loco Heluetios describit: qui tametsi ante nouennium à Cæsare attriti erant, interea tamen creuerunt, reparatiq; uires, quod declarat pugna ante Alexiam, cui etiam interfuerunt. Porrò solenne proprium fuit Gallis Italiam inuadere, quod etiamnum durat uetustissimi, illatis, acceptisq; cladibus. Hactenus Glareanus. Recte nullos.] *quasi ui extractos, compulsosq; ad bellum. Dividitur Germania Rheno à Gallijs: à Rhetijs, & Pannonijs Danubio, qui duorum miliarium spatio à Rheno ex montibus Abnobis oritur. Ea uerò pars Germaniæ, quæ ad Alpes excurrit, Superior dicitur: quæ ad Septentrionem usque ad Oceanum, Inferior.* Vrbem.] *pathos à loco. Romam, caput & Imperium orbis terrarum diripi. Gradatim amplificando ad summum peruenit. Iam uerò id uehementer pathetice dictum est: Romanis spectatoribus, neq; audentibus uim arcere: synecdoche, numerus pro numero tam eram Conclusit atrocitatem rumoris, & imaginationem ingruentis belli, ecphonesi.* Dat uires.] *Nemo non aliquid affingebat de suo, quo imminentis belli tempestas uiderentur atrocior propè inconspectu.* Nullo; auth. mal.] *Fuit ad famam id referatur, cuius nullus certus sciretur author: uel ad id quod sequitur, nullo authore malorũ. Quæ sibi quisq; finxit mala timuit, & ob oculos, tanquam præsentia uersatur.* Nec solum.] *à publico totius Italiæ terrore, transit ad Senatum P. R. qui acceptis his rumoribus, relicta urbe, urbem fuga deseruerint. Etenim nuncij rerum quas Cæsar Arimino, & Rauenna digressus gerebat, Romam perlati, tantum terrorum ciuitati intulerunt, ut Consules cum magna parte patrum continuò urbe exesserint: Capuamq; ad Pompeium profecti, summam Imperij ei detulerint. Quare ei permissa fuit potestas bellum gerendi, faciendi pacem: scribendi exercitum: habendi delectum, imperandi, ordinandi pro suo arbitratu omnia.* Mandat de.] *Consulibus tuis Marcello, & Lentulo à Senatu mandatum fuit, uiderẽt, ne quid detrimenti respubl. caperet. Nam in ea uerba in re subita, ac graui hoste inuadente Italiam. S. C. fieri consueuerat. Re uera tantus repentè terror urbem perculit, ut cùm Lentulus Cons. ad aperiendum ærarium uenisset ad pecuniam Pompeio ex S. C. proferendam, protinus aperto sanctiore ærario, relicto ex urbe profugerit. Nam Cæsar non solum aduentare, sed iam ad portas adesse, & ita stra posuisse nuntiabatur uanis rumoribus, ut in talibus rebus fieri solet.*

Tunc quæ.] *Altera caussa terroris publici incussi ciuitati, fœda fuga non solum patrum, (ut dictum est) sed promiscuæ etiã plebis ad bellum prorũpentis, uel uxoribus ac parentibus suis.*

Tunc quæ tuta petãt, & quæ meruẽda relinquãt,
Incerti, quo quenq; fugæ tulit impetus, urget
Præcipitem populum, seriemq; hærentia longa
Agmina prorumpunt, credas aut recta nefandas
Corrupuisse faces, aut iam quotiente ruina

talibus, & egregia commentatione

Nutantes pendere domos, sic turba per urbem
Præcipiti lymphata gradu, uelut unica rebus
Spes foret afflictis, patrios excedere muros,
Inconsulta ruit. qualis cùm turbidus Auster
Reppulit à Libycis immensum Syrtibus æquor,
Fractaq; ueliferi sonuerunt pondera mali,
Desilet in fluctus deserta puppe magister,
Nauitaq;, & nondum sparsa compage carinæ,
Naufragium sibi quisq; facit. sic urbe relicta
In bellum fugitur, nullum iam languidus æuo
Eualuit reuocare parens, *a* coniunxue maritum
Fletibus, *b* aut patrij, dubiæ dum uota salutis
Conciperent tenuere lares, nec limine quisquam
Hæsit, & extremo tunc forsitan urbis amatæ
Plenus abit uisu, ruit irreuocabile uulgus.

a al. cõiũxq;

b haud pa.

Nutantes.] A parationē exornat. Tunc quæ.] Capuæ se colligebant, de cõfirmabant. de lectum q; colonorum, qui eò deducti fuerant, lege Iulia, habere constituerunt: atque ibi summa Imperij Pompeio delata fuit. Seriq; hæc] hoc est, longo ordine emigrãtium in morem erumpunt ex urbe. Credas.] enallage personæ secundæ pro tertia, aliquis credat, à similibus emigrationis caussis. Veluti fieri solet, cùm incendium illatum uastat urbem: aut aliquis terræmotus trepidos homines effundit metu, ne rectorum ruinis oppri mantur. Nutantes.] minantes casum è motu terræ, id quod aliquoties accidit. Quatitur uariè terra, ut alibi mœnia prosternantur: alibi hiatu profundo hauriantur, alibi egerantur moles: alibi effundantur amnes, nonnunquam ignes, aut fontes calidi. Neq; uerò simpliciter mouetur unquam, sed tremit interdum, & uibratur. Fiunt simul cum terræmotu inundationes, maris maximè. Maximus terræmotus exitit principatu Tiberij Cæsaris, 12. urbibus Asiæ una nocte prostratis. Crebrimus Punico bello, intra eundem annum septies & quinquagies. Sed illæ terræmotus ingens fuit portentum in agro Mutinensi, cùm duo tes inter se concurrerent crepituq; maximo assultantes, recedente q;, inter eos flamma fumoq; in cœlum exeuntes interdiu. Hoc concursu uillæ omnes elisæ, & animalia, quæ intra fuerunt, exanimata fuere. ἔκστασις φρενῶν. Lymphata.] mentis alienatione in furorem incitata, quasi nympha. Veteribus persuasum erat, ut, qui sprerit aliquod, aut nympham uidisset, eum perpetuo agitari furore. Hos Græci νυμφολήπτους appellant, Latini lymphatos & fanaticos, quasi nympharum spiritu agitatos. Iuuenalis Satyr. 2. de Gallo sacerdote Cybeles matris Deum.

" Et crine senex fanaticus albo,
" Sacrorum antistes.—

Plinius de Helleboro. Medetur in comitialibus morbis, uertigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis, elephantiæ albæ. Et libro 8. cap. 54. loquens de Api boue. Hi greges, inquit, repentè lymphati futura præcinunt. Hinc lymphare, insanum facere. Valer. Flaccus lib. 3.

" Deus ancipitem lymphauerat urbem. id est, in furorem egerat, turbauerat, & in belli furorem uerterat.

Et passiue, lymphari, ut Plinius dixit. hac herba epota lymphari homines. Et deponentaliter lymphari, ut est apud Curtiũ, lymphari, trepidari cœperunt. Lymphaticus pauor apud Liuiũ lib. 10. ab Vr. Co. Lymphatus adiectiuum, ut hic, furore correptus, *b* insanus. Qualis cùm tur.] A Comparatione, quam à re nautica, sæuiente uento, sumpsit fugam ciuiũ ceu hypotyposi subijcit. Turbid.] Aust. Tempestuosus, & uehemẽs, ubi cœperit sæuire. Flat à meridie, pellitq; mare in Septentrionem. Potest etiam species pro genere accipi, hoc est, pro quouis uento. Austrum ab hauriendis aquis dictũ putant, quamuis citra aspirationẽ scribitur, uentus humidus, & nebulosus: unde etiam apud Græcos nomen habet νότος. Hinc Austrare, humectare. Austrati ad ignem sedẽt, inquit Plautus. Libycis Syrt.] Africis Syrtibus. Syrtes duæ sunt periculorũ plenæ in mari Libyco. supra Leptim, intra uadosum, & reciprocũ mare. Aestu procellarũ exundante incertis sedib. leniter subsidunt. Neq; arenarũ cumuli alluuionis uehementia ingesti, ob incertas uices præhendi, ne q; ueri possunt. Dissul sis arenis in præceps profundæ reddũtur, quæ modo erãt uadosæ. Contrà, breuia innauigabilia q;, quæ antè nauigabantur. Cuius uarietatis crebra alternatione periculi atrocitas oram eius littoris infamem reddit. Naues plenis uelis impactæ, & uado illisæ disiliunt, aut uorticibus in gyrũ rotatæ absorbentur. Syrti sinus est, 7. ferè mill. pass. qua mare accipit patens. Trecenta, qua cingitur. Reppulit.] qua tempestate Syrtes uadosæ fiunt, in quas tum naues adactæ fatiscunt. Magister.] Gubernator nauis, in qua, idem ille est, quod Consul in republ. Naufrag. sib.] Ita ciues Coss. sequuti, relicta urbe, relictis uxoribus, & liberis castra petierũt. Sic urbe re.] Applicatio rei præsentis, qua de agitur. Et in affectib. concitandis à circũstantijs personarum, sexus, relatiuis, & locis multus est. Dubiæ dum.] Est autẽ uota concipere, uerbis conceptis enunciare uotum ut iuramentũ concipere: & conceptis uerbis iurare, pro, dictatis, ab alio præeunte. Extremo uisu.] Pathos à gestu. Solet enim ita plerũq; fieri, ut in discessu subinde respiciamus ea, quæ fuerunt nobis iucundissima, ut nunquam rursum uisuri.

O faciles dare summa deos, eademq; tueri
Difficiles, urbem populis, uictisq; frequentem
Gentibus, & generis (coëat si turba) capacem
Humani, facilem uenturo Cæsare prædam
Ignauæ liquere manus, cùm pressus ab hoste
Clauditur externis miles Romanus in oris.
Effugit exiguo nocturna pericula uallo,
Et subitus rapti munimine cespitis agger
Præbet securos intra tentoria sonos.
Tu tantum audito bellorum nomine Roma
Defereris, nox una tuis non credita muris.
Danda tamen uenia est, tantorum danda pauorũ:

O faciles.] Dilatat narrationẽ ab exclamatione per indignationem in Deos. Dicit faciles in magnis rebus largiendis, sed qui granatè eas tueantur: nõ uerò quod nequeant, sed quod nolint. Vrbemq;.] Exaggerat indignitatem rei à loco, quod ciues; qui cõsuerãt urbes, & castra exterarũ gẽtium expugnare, nunc Romam frequentissimam per ignauiam & metũ deserant. Addit hyperbolen, quæ omnes gentes humanas reciperet, si eò confluerent. Cùm pressus.] à contrario. Ciues munitam bene urbem dẽserunt;

ferunt, cùm milites à barbaris in exteris regionib. obsidione pressi exiguo uallo, & aggere modico se tuentur, & periculum effugiunt. A minori ad maius. In castris humili uallo cincti, in hostico, & quidem cõclusi obsidione non fugiunt, sed periculorum securi, suauiter quiescunt. Ciues muris undiq; cincti, in patrio solo, non obsessi ab ullo hoste, ad famam aduentantis Cæsaris, relicta urbe, fugam ineunt. Tu tantum.] Auersio cũ fugæ amplificatione. Alij inter medios hostes in castris fortiter eos contemnunt: & securi in utramuis aurem dormiunt: at hi ad leuiusculum belli rumorem tantum, nondum conspecto hoste, non castra leuiter munita, sed ne obsessam quidem urbem uacuam fuga deserunt: adeo ut ne unam quidem noctẽ, se muris suis crediderint. Pompeio fugiente timent.] Translatio culpæ in Pompeium principem ciuitatis, quo aliorum fuga excusatior sit. A maiori ad minus. Si Pompeius à Pompeio fugiente timent: tum ne qua futuri
Spes saltem trepidas mentes leuet, addita fati
Peioris manifesta fides, superiq; minaces
Prodigijs terras implerunt æthera, pontum,

fugit, non mirum sefugit, non mirum, natum, minus mirum, ciues fugere. Tum ne qua futuri.]

Præstruit attentionem ad tertiam caussam iustæ perturbationis Italicæ sub Cæsaris aduentum. Summa uerborum est. Super ista, non temerè fuit, quod Romani meruerunt: cum terrore uarijs prodigijs nunciatis, terra, mari, cœlo, & uisis augereiur. Nam præter ostenta, & prodigia, quæ poëta referet undiq; Romam allata fuisse, insignia fuerunt etiam alia, quæ circa urbem, tum dicta, tum facta nunciata sunt. Nam sanguinem pluisse prodium fuit sudasse item simulachra Deorum. Multa loca è cœlo tacta, ac mulã peperisse. Quin audiamus, quæ prodigia, ostenta, & monstra poëta referat. Appianus author est, signa cœlestia mentes perterruisse: Pluisse sanguinem: simulachra deum sudasse, tacta è cœlo templa: mulam peperisse, atque hinc supplicationes decretas fuisse.

militudinẽ refert. Apud Senec. na. q. l. Pi B thias legitur. In huius concauo figura similis lucis spectatur. Ceratia cornu speciẽ præse: ta: Hæc cõspecta fuit, cùm Græcia ad Salaminem certamen committeret naiuale. Hippeus equinas iubas celerimi motus, & in orbẽ circa seruntes imitatur. Fiuni & hirci specie illorum,

Ignota.] Primum ostentum commemorat, stellas uidelicet subitò apparentes. Nã in cœlo interdum repente nascuntur, de quarum generib. iam mox dicetur. Ardentemq; p.] Secundum, quod cœlum ardere sit uisum. Stellæq; uo.] Tertium. discursus stellarũ, siue lampadum. Discursus stellarũ fieri uidentur, sed nunquam temerè, ait Plin. Ex ea enim parte truces uenti coriuntur, & ex ijs tunc procellæ in mari terrisq;. Paces etiam emicant in cœlo, sed quæ non uidentur, nisi cùm decidunt, cuiusmodi præter populi ora Romæ transcurrere meridiano tempore uisa, cùm Cæsar Germanicus spectaculum gladiatorum ederet. Duo earum genera potissimum traduntur. Lampades, quas faces uocant: & bolides, qualis Mutinensi clade apparuit. Interest inter faces, & bolides, siue iacula: quod faces longa uestigia faciant priore parte ardente: bolides uerò perpetuò ardeant, & longiorem trahant limitem. His cognatæ sunt emicantes trabes, quas Græci δόκους uocant: quales apparuere, cùm Lacedæmonij classe uicti imperium Græciæ amiserunt. De his multa Aristoteles lib. 1. Me. cap. 5 & Senecà Natura. Quæs. lib. 1. Verunque genus statim poëta subijcit. Sed ad ignotam, & subitò apparentia sidera transeamus. Crinemq;] Crinitam stellam, quam Græci κομήτην, dicunt eadem ratione à coma. Horret crine sanguineo: & in modum comarum in uertice hispidus est. Pogoniæ inferiori parte in speciem prolixæ barbæ promittitur iuba. Sunt & Acontiæ, quæ iaculi forma uibrantur ocyssimo significatu. Iaculo enim similis est, ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου, id est, iaculo. De acontia Tyberius Cæsar in quinto suo Consulatu præclarum carmen scripsit. Hæc si breuior sit, & in mucronem fastigiata, Xyphiam uocant: nam nitore gladij pallida est, & quidem sine radijs, colore electro similis. Iam & Pithetes, ἀπὸ τοῦ πίθου, id est, dolio, dolij si-

Ignota obscuræ uiderunt sydera noctes,
Ardentemq; polum flammis, cœloq; uolantes
Obliquas per inane faces, crinemq; timendi
Sideris, & terris mutantem regna cometen,
Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno.
Et uarias ignis denso dedit aëre formas,
Nunc iaculum longo, nunc sparso lumine lampas
Emicuit cœlo, tacitum sine nubibus ullis
Fulmen, & Arctois rapiens de partibus ignem
Percussit Lariale caput, stellæq; minores
Per uacuum solitæ noctis decurrere tempus,
In medium uenere diem, cornuq; coacto
Iam Phœbe toto fratrem cùm redderet orbe
Terrarum subita percussa expalluit umbra.

iuba circundati. Cæterum candidi Cometæ uisuntur interdum argenteo crine ita fulgentes, ut uix contineri liceat & specie humana effigiem Dei in se ostendentes. Plinius prodit, Cometen nunquam in occasura cæli parte esse, terrificum magna ex parte sidus, ac non leuiter piatum: ut in ciuili motu, Octauio. Conf. & iterum Pompeio, & Cæsaris ciuili bello, de quo hic agitur. Idem autem iradit, sua ætate quoq; conspectũ, circa uenefícium, quo Claudius Cæsar imperium reliquit Neroni: ac deinde per eius principatũ assiduo ac sæuum. Iam uerò magni referri, in quas partes cœli effundatur, & cuius stellæ uires accipiat, quas similitudines exprimat, & in quibus emicet locis. Nusquam Cometes fuit cultus, nisi Romæ in templo, quod Augusto admodum fausius iudicatus esset, quã eo suscipiente imperium, in ludis, quos faciebat Veneri genitrici, non multo post obitum patriæ apparuit. Eo signo uulgus credidit Cæsaris animã in Deos transferri: quare id insigne simulacro capitis eius, quod paulò pòst in foro consecratũ fuit, adiectum est. Seuera hæc fides perpetua esse credit & suo ambitu ire. Alij nasci humore fortuito, & ignara ui, ac proinde dissolui. Anaxagoras errantiũ stellarũ esse cõcursum, emittentiũ ex se flammas, eosq; ueluti scintillas ab aëre uerberari. Zeno Citticus, Cometas. Pogonias, & faculas esse ignes subsistentes, quando crassior aër ad ætherea loca peruehitur. Epeturus, stellas fieri siue ignceæ sint, suis locis, ac tẽporib. in sublimi coalescentes, cũ casus efficit cicũstãtias: siue quod propriũ quidq; suorum

motũ in tempore cæli supra nos habeat, ut huiusmodi apparitiones stellæ: siue ipsæ temporib. quibusdã aliquo mouean tur cursu, atq; ad nostra loca declinent, ut omnib. sint cõspi cuæ. Nõ est operæpretiũ hoc loco annotare, quæ poëtæ de Merope fabulantur. gerente ob mœrorẽ crinem soluti, qui Comeæ uocetur. Mutãtem.] Prænunciat enim uel im periorũ mutationes, uel cædẽ principis, ac monarchæ, uel eiusdem, uel simile quid terribile. Cic. lib. 2. de nat. Deorũ. Tum facib. uiisq; cœlestibus, tum stellis his, quas Græci Co metas, nostri cincinnatas uocãt, quæ nuper bello Octauia no magnarũ fuerũt calamitatũ prænũciæ. Verg. 2. Georg.

Nec diri toties arsere Cometæ

Est & proprium nomen unius Argonautarũ, pater Astetricantia. Huiusmodi ignes sereno cœlo nõnunquã cernun tur, quorum ictu aër cõcutitur, & ut tela uibrata, strident. Vbi in nubem peruenerunt uaporẽ dissonũ gignunt, perin deut ferrũ candens, quod in aquã demersum uorticẽ fumi bum uoluit, unde illicò procellæ nascũtur. Quod si in nu de flatur, aut uapor luctetur, tonitrua sequuntur: sin ardẽs erumpat, fulmina: si lõgiore tractu, fulgetra. Sunt & ful Bruta, quæ uana sunt, & nulla ratione naturæ proue minant, alioqui nihil significãt. Nõ unum fulgurũ genus tra dunt. Sunt quæ sicca ueniunt, neq; adurunt, sed dissipant soli: alia quæ humida quidẽ non urunt, sed quæ infuscãt. Est & quod clarũ dicitur admirandæ naturæ quo uina in deligi immotis exhauriuntur, intactisq; operculis: aurum, argentũ intra oculos intactos liquatur. Cæterum cum sereno cœlo fulget, pluuiam promittit, sed & hyemabit. Fulluci.] Quod nubilo cœlo tantũ suapte natura soleant micare: alioqui prodigiosa. Plin lib 2. cap 51. author est, in Catilinianis prodigijs, ex municipio Pompeiano M. He renniũ decurionẽ sereno die fulmine ictũ. Nuncia.] Se rium ostentũ, iaculum, quod Græcè βόλις appellatur: & Lampat, quæ fax & facula Latinis est. Huiusmodi multa eladib. Mutinensib. uisa fuisse tradit Plin. Sed de his pau lò antè dictũ est. Tacitum.] Septimũ ostentum fulmen tacitum uisum claro cœlo, & nullis obducto nubibus. Ta citum, sine tonitru, mutũ. quod tonitrus non sequatur. Ar Arctois.] Octauum, ignem è Septentrionali mundi pla ga in Italiam tortum. Quacunq; cœli parte fulgurat mi natur tempestatem terra mariq;. Putant Physicarum re rum scriptores, ex Australi plaga propriè nasci fulmina, atq; ob id. Austrum dici à quibusdam eorum fabricato rem. Itaq; (ut dixi) quacunq; cœli plaga fulgurat, promit tit tempestatem. Aratus in Prognosticis.

Ἀὐτὰρ ὅτ' ἐξ εὐρόιο, καὶ νότου ἀφρὸν ἰάπτων,
ἄλλοτε δ' ἐν ζεφύροιο, καὶ ἄλλοτε ποππὸν βορέαο,
ἀλλ' ὁτὲ τὶς πελάγει γε ἴδοι ἀλίδα ναύτας ἀνέρας. id est.
Iam simul ex Euro, aut præ tristi fulgurat Austro
Siue adeo è tepido Zephyro, Boreaue frementi.
Nauita tunc pelago metuat sibi.

Indicat poëta ex Septentrione uenturos, qui Romam ceperent. Percuss.] Romã indicat caput Italiæ. Sulpi. putat etiã ædem Iouis Latialis in Albano monte intelligi posse. Stellæq;.] Nonum ostentũ. stellas minores solitas noctu lucere, claro die uisas. Certè cernũtur cum Sole totis diebus nonnunquã, adeò etiam circa orbem Solis, ceu specie coronæ, & circuli uersicoloris Cornuq;.] Decimum ostentũ deliquiũ Lunæ, quod nunquã potest fieri, nisi plenilunio in ecliptica & quidẽ nocte, interuẽtu terræ inter eã, & solem quem hoc loco fratrem eius uocat: & coactã cornu, quo solem referat, plenã lunã. Cæterum Soli & Lunæ defectus res ostento similis est. quæ cornu, et umbræ magnitudine coarguat Nam sicut Sol interuentu Lunæ post exortum occultatur, uel totus, uel aliqua sui parte, ita Luna terræ obiectu nocte ademptis radijs solaribus obscuratur. Etenim nox nihil aliud est, quàm umbra terræ, qua subeunte, illius sidus hebetatur. Neque uerò sunt menstrui defectus utriusq;, neq; stati, propter obliquitatem Zodiaci circuli simul & uagum Lunæ cursum, ac flexum. Iam uerò cõstat defectus duodecim, & uiginti duobus mensibus in suos orbes redire. Solis defectus, (si qd mathematicis credendum est) nõ fit, nisi luna nouissima, aut prima, id quod cõitur, illi uocent. Lunæ deliquiũ non nisi ea plena, Plinius author est, omnibus annis, statis diebus, ac horis sub terra eclipses fieri: neq; tamen cùm fiant, supernè ubiq; cernì: idq; propter nubes aliquãdo, nonnunquam globo terræ obstante conuexitatibus mundi. Hipparchi sagacitate cõpertum esse idem author tradit, Lunæ defectũ aliquando quinto mense à priori fieri: Solis rarò, septimo: eodem bis in triginta diebus supra terras occidere: sed ab alijs, atq; alijs hoc uideri. Id uerò maximè mirũ, cùm conueniat umbra terræ Lunam hebetari, tunc ab occasus eius parte hoc accidit nunc exortus. Aliqua etiã ratione semel accidit, ut in occasu Luna defecerit, utroq; sidere conspicuo, cùm umbra illa hebetatur, sub terra esse debeat, unà cum Solis exortu Luna apud Arabes nobili Alexãdri uictoria defecisse proditur, idq; noctis hora secũda: eadẽq; in icilia exoriũte, Sed nimis multa de deliquio Lunæ. illud solũ addatur, quod huic loco cõuenit, eclipses prænũcias esse alicuius calamitatis. Percussa.] hoc est interpositu terræ.

Ipse caput.] Vndecimum ostentũ, medio die Sol caligine obductus fuit, deliquium Solis indicat linea meridionali, in qua dies mediat inter ortũ, & occasum secatur. Obscuratione Solis pe stilentiam cõtrahi physici credunt, quæ ex doctrina Empedoclis, & Hippocratis, ignis suffitu remedium sentit. Eleganti periphrasi

Ipse caput in medio Titan cùm ferret Olympo,
Condidit ardentes atra caligine currus,
Inuoluitq; orbem tenebris, gentesq; coëgit
Desperare diem, qualem fugiente per ortus
Sole Thyestææ noctem duxere Mycenæ,
Ora ferox Siculæ laxauit Mulciber Aetnæ.
Non tulit in cœlum flammas, sed uertice prono
Ignis in Hesperium cecidit latus: atra Charybdis
Sanguineum fundo torsit mare: flebile sæui
Latrauere canes: uestali raptus ab ara
Ignis, & ostendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, gemino q; cacumine surgit
Thebanos imitata rogos, tum cardine tellus
Subsedit, ueteremq; iugis nutantibus Alpes
Discussere niuem. Tethys maioribus undis

obscurationem diei tòtius propè per eclipsim Solis circumloquitur, cum amplificatione: ut gentes humanæ desperarint diem. Qualem.] Comparatione hyperbolica amplificat caligine. Atreus Pelope, & Hippodamia prognatus, cũ iniuriam à fratre Thyeste acceptã ulcisci uellet, in gratiam simulatam cum eo rediit, cuius in

in regnum ſuum redu xit. Inde occultè illius

Heſperiã Calpen, ſummumq; impleuit Atlanta.

liberos, Tantalum, & Pliſthenem interfici, & coctos in lebete in menſam ei apponi iuſſit. Cum autem iam ueſceretur, imperauit Atreus, & brachia, & ora puerorum in patris conſpectum proferri, ut prandium appoſitum cognoſceret. Sol abominandum ſcelus deteſtatus, ne obtueretur, currum auertiſſe dicitur. Thyeſtæ.] *Alter Thyeſtes Pelopis, & Hippodamiæ filius fuit, Tantali Mycenarũ in Argolide regis nepos, & frater Atrei. Seneca & Statius ſcribunt, fratres fuiſſe, mirum in modum inter ſe infeſtos, ac ſæuos, ut Thyeſtes cum Europa uxore fratris ſtupri conſuetudinem haberet. Alij eam Aeropen uocant. Quam rem Atreus adeo indignè tulit, ut liberos ei ſuos comedendos appoſuerit. Thyeſtes abominandum ſcelus ulturus deos conſuluit, quam rationem iniret: cui ab Apolline reſponſum fuit, poſſe pari ſcelere, huius ſceleris uindice naſci: nempe ſi ex Pelopiæ filiæ concubitu maſculam prolẽ ſuſciperet. Naſcitur huic Aegiſthus, à quo Atreus, eiuſq; filius Agamemnon è Troia redux interempti fuerunt. Atreus dicitur à Seruio omnium primus eclipſim Solis deprehendiſſe, apud Mycenæos, cuius rei inuidia, Thyeſten urbem reliquiſſe.* Mycenæ.] *urbs Achaiæ eſt, à nympha Mycena Laconica, cõdita à Perſeo Iouis, & Danaës filio. Hic regnauit poſtea Agamẽnon.* Ora.] *Duodecimum oſtentum, incendium Aetnæum, ſolito non maius quidem, aut uiolentius, ſed quod petiuerit Italiæ latus. Ora Aetnæ montis crateres dicit cacuminis, unde expiratur flamma. Eſt autem omnium in Sicilia montium eminentiſsimus, cuius cortex flammarum globos, nunquam deficiente materia, eiaculatur. Alioqui ipſius crateris ora niualis eſt hybernis menſibus, quibus cinis egeſtus niuibus, & pruinis obtegitur. Loci ipſius facies prodigioſè mutatur, igni modo nimium collabente, modo flamma prorupto, ſciſſoq; uertice in cœlum emicante. Igniti nonnunquã fluunt riui: nunc flammæ fumo, & caligine obducuntur: interdum ardentes eructantur lapides. Fuere, qui miraculi explorandi cauſſa ſummũ iugum conſcendere auſi fuerint, qui aream ſummam patere 20 ſtadiorum ambitu teſtati ſint, incluſam ſupercilio cineroſo in muri ſpeciem. In media planicie apparere nebuloſum tumulũ. Rurſum alij, qui labrum crateris tranſgreſſi, per ipſam aream paulum proceſſerint, ſed altioris cineris calore pedes retro flexerint. Aiunt Empedoclem curioſè explorandi miraculi gratia excitum, in his locis periiſſe, altero calceorũ ferreorum, quos in eum uſum parauerat, haud procul à ſupercilio crateris reperto.* Mulciber.] *Vulcanus.* Non tulit.] *Quin & illud addatur, cum dicit Vulcanum laxaſſe os Aetnæ. Fabulantur poëtæ in imo fundo montis Vulcani officinã eſſe, in qua Ioui ſua fulmina cudat, aliaq; deorum arma & habere ibi ſuos famulos, quorum opera perpetuo utatur: atq; hanc eſſe cauſſam incendij Aetnæi. Adijciunt & aliud rei miraculum fabuloſum. Euceladũ gigantem ſubitus ſtratum fulmine Iouis, quod aduerſus eum arma ſumpſiſſet, eumq; ex imo fundo flammas è ſummo monte expirare. Maro lib 3.*

» *Fama eſt Euceladi ſemiuſtum fulmine corpus*
» *Vrgeri mole hac, ingentemq; inſuper*
» *Impoſitam, ruptis flammam expirare caminis.*
» *Et foſſum quoties mutat latus, intremere omnem*
» *Murmure Trinacriam, & cœlum ſubtexere fumo.*

Non tulit.] *Reddit, qua ratione luxauit os mons Aetna, pro uertice miſit in Italiam, quæ bello ciuili arſura erat.*

Charybdis.] *Decimumtertiũ oſtentũ. Charybdim ſanguinem ex imo fundo eructaſſe. Inter Italiam, & ipſam Siciliam fretum ſeptem ſtadiorum eſſe, Apollonij enarrator affirmat. Trium promontoriorum Pelorus Italiam obtuetur, cui ſubiecta eſt Charybdis, & ex aduerſo Scylla, Italico littori propior. Charybdis ὠμόβρωτος eſt, ἀναπινομένη θαλάσσα, καὶ χάσμα θαλάσσης, ἣ ναυαγίς, ἀπὸ τῦ χάσκω, καὶ ῥοιβδέω, deriuari putãt, id eſt, abſorbendo, & abſorbendo. Apoll. enarrator libro 4. Argonaut. diligentiſsimè utriuſque naturam explicat his uerbis, ἀκριβοτήριον δ' ἐγὼ ἐνίλλα, ἐξέχον εἰς θάλασσαν, ὁμοίωμα, καὶ πρόσωπον ἔχων γυναικός, πάνυ γὰρ ἀκριβοτήρια εἰσὶ πέτραι πολλαὶ, καὶ μεγάλαι, ἐχόμεναι λιμένος τόπου, καὶ σπίλαιαι, ἐν οἷς θαλάσσια θηρία μίγνυνται, ἔσω μὲν οὖν τῶν πλοίων τὰς πέτρας ἐκλιθάσιν, ταύτὰ δὲ τῦ κλύδωνος εἰς τὴν χαρύβδιν ἀναῤῥοφεῖσθαι ὀπ' αὐτῆς συγκοτοφρόνως ἐκ θαλάσσης. ὅσοι δ' ὄρνυσι ὑπὸ τῆς ἐν χαρύβδει θαλάσσης πόλεμον, καὶ τραχείας ὄσας ἐξήντες τὰς πέτρας σπύλλης ὑφάλους, καὶ ἀμφιθέρεται, ἔστα ἐξήντες ὧδε, συγκατακλᾶται, καὶ ἀμφιθέρεται, ἔστα ἐξήντες οἱ θαλάσσιοι νύνες, καὶ ἑτέρα διάφορα θηρία ἐνθάδε, συγκατακλᾶται, καὶ ἀμφιθέρεται, ἔστα ἐξήντες τὰς ἐν τῶν νεῶν ἀνάγας. λοχεῖ δὲ ἡ σπύλλα, καὶ ἀμφιθέρεται, ἔστα ἐξήντες ταὶ ϝαρὰ τοῖς ποιηταῖς ἔχειν νύνας ἐξέχοντας ἀπὸ τῶν ϝλευρῶν. καὶ τῦ ϝήθους, καὶ ἀναῤῥιγῶν τὰς δὲ ἀπὸ τῆς πλόυτας. ἀεὶ πάτωθεν ἐκ τῶν πολίων πεῖν τὰς πέτρων, ἐφ' ὧν μένυσιν, ἄνυδρα ἀνιόντες ὑπονοῆσαι, καὶ ὀρῶν ταὶ ὡς ἐξιόντες, ἐν τῦ ϝήθους αὐτῆς ἐσωθὲν ἐκ τῶν ϝλευρῶν, καὶ τὴν ἐν τῷ μινωταύρῳ ὠνομάσαι. Quo ϝύβδιν ἤδη τινὲς τῶν ποιητῶν ὠνόμασαι. Quorum uerborum hic fermè ſenſus eſt. Scylla promõtorium eſt in mari eminens, forma, ac facie muliebri. Infra autem ipſum promontorium, ſaxa ſunt, & multa & ingentia, in quibus concauitates ſunt, & ferarum ſpelæa quæ marinæ feræ incolunt. Itaq; naues omnes, quæ uolunt declinare, à fluctibus in Charybdim pelluntur, atq; illico ab ea abſorbentur, hauſtæ unà cum ipſo mari: Rurſum, quæ à mari tecta Charybdim in ſaxa Scyllæa ſub dorſo maris latentia, & aſpera diſpelluntur, momento comminuuntur, corrumpunturq;. Mox canes marini promicantes, hominesq; nauibus eiectos deuorant. Videtur autem Scylla, & pectore etiam dicunt, canes è lateribus, & pectore extantes habere, & præternauigantes proterere: nam ab imis concauis partibus, & ſaxis, in quibus degunt, ſurſum niti, & quaſi è pectore eius, & lateribus foras prominere conſpiciuntur. Quidã poëtarum Charybdim nihil aliud quàm κατάβασιν, quæ in Minotauro proditur, nominarunt.* Latrauere.] *Decimumquartum oſtentum, è Scylla ſtrepitum quiddam latraſſe canes. Scylla reuera ſaxum fuit in freto Siculo: Charybdis mare, utrunque noxium appellentibus Plinius libro 3. cap 8. quo loco Siciliam deſcribit, in freto Siculo eſt, inquit, ſcopulus Scylla, & Charybdis, ma re uorticoſum, ambo clara ſæuitia. Vtriuſque deſcriptio extat libro 12. Odyſſ. Homeri, & libro 3. Aeneid. apud Maronem.*

» *Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis*
» *Obſidet, atq; imo barathri ter gurgite uaſto*
» *Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſq; ſub auras*
» *Erigit alternos, & ſidera uerberat unda.*
» *At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris*

Ora

A Ora exertantem, & naues in saxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro pectore uirgo,
Pubetenus, postremò immani corpore pistrix,
Delphinum caudas utero commissa luporum.

Vestali.] Decimum quintum ostentum, ignem æternum Vestæ ab ara sublatum subitò, & extinctum fuisse. Vesta Græcè ἑστία, plurimorũ testimonio purus ignis fuit ac per ipsum, quem Aeneas secum è Troia in Italiam detulit, id quod Maro lib. Aeneid. Secundo testatur.

Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Sunt qui Palladium credant è cœlo lapsum fuisse. Græci ἑστίαν nomine etiam aram signant sacrificalẽ, καὶ τὸ πῦρ θεάν, hoc est, ignem, terram & ipsam deam, focum item, larem, & conuiuium. Duas ueteres finxerunt, Vestas: alteram Saturni matrem, Ralen dictam: eius filiam alteram. A' poëtis tamen confunduntur, alteram pro altera sine discrimine usurpantibus. Sed quando ignem siue purum ignem filiam. Ouid.

Nil tu aliud Vestam, quàm uiuam intellige flammam,

Natáq; de flamma corpora nulla uides.

B Pollux aram sacrificalem dicit, quæ in Prytanea uisebatur, in qua τὸ πῦρ ἄσβεστον, seruabatur. Et apud hãc ἁπάσας δὲ ταύτας ὁ θησαμένης ἀνιδρύσαιτο ἐπὶ τὴν ἑστίαν, id est, his auditis Therammenes insilijt in aram. Apud Dorienses, & Aeoles, ἑστιάπαμμος, domus principalis dicitur, alijs μεγάρωμος, ἑστιοῦχος, & ἑστιάτωρ, dominus conuiuarum. ἑστίασις, cõuiuium. Hinc ἑστιάδες, uirginum Vestales. Vestæ simulachrum è Pessinunte Romam allatum, & in Palatio positum fuit postea, uirgines q; ei consecratæ quæ perpetuum ignem conseruarunt, ne extingueretur: quare à foco, in quo ignis alitur, ἑστίαι à Græcis appellabantur. Cùm uerò pro terra usurpatur, à uestitu quidam nomen habere arbitrantur. Sed uestis (quamuis orthographia repugnat) quod ea herbis & floribus uestiebatur, dicebant: inde Ascanius Albæ in ea montis regione, circa quam lucus erat, in quo Ilia Romuli mater postea compressa ferebatur. In huius Vestæ ministerium castissimæ, nobilissimæq; uirgines legebantur. Roma uerò condita, sacrorũ uestalium ceremonias instituit Romulus: & Numa statim quasdam etiam adiecit. Porro templum Vestæ rotũda erat effigie, inter Capitolium, & Palatium, non in Capitolio, ut quidam annotarunt. In eo seruabatur ignis, de quo diximus. His uirginibus castitas in trigesimum ætatis annum indicta fuit. Decem primos annos sacrorum ritus perdiscebant: decem eos exercebant: ac totidem postremos rudes, ac nouitias uirgines, nuper rapias instituebant. Tum demum his exactis annis, nubendi facultas ipsis permittebatur. Capiebatur à Pontifice, non minor annis sex, nec maior nouem: non patrima, non matrima, non lingua debili, non surda, nec ulla parte corporis deformata, quæ ipsa, aut cuius pater emancipatus esset, quamuis in aui adhuc uiui potestate uersans: aut cuius parentum alter, ambo' ue seruitutem non seruiuissent. Si quid peccasset, à Pontifice cedebatur. Incesta uncta efferebatur in sandapila per medium forum usque ad portam Collinam, ubi tumulus impudicarum Vestalium intra muros erat, in quo erat cauernula subterranea, in quam per angustum foramen scalis descendebatur. Hic erat stratus lectulus, & lucerna ardens, panis item, lac, oleum, ne fame interiret. Deponebatur soluta, & obnupto capite ad supplicium ducebatur. Vbi pontifex arcana quædam uerba pronunciasset, tergum uertebat, unà cum reliquis sacerdotibus, ac Vestali in cauernã demissa, fossa tellure ingesta replebatur usque ad summum. Erat autem is dies funestus, totáq; urbe silentium agebatur. Lege Papia cautum erat, ut arbitratu Pontificis XX. uirgines legerentur, atque sortitio ex hoc numero fieret in concione: sed lex ea exoleuit statim. Atteius Capito scripsit, eius legendam filiam, quã domicilium in Italia non haberet, eiusq; excusandam, qui tres liberos non haberet. Reliqua Gellius libro quinto, capite duodecimo, eruditè prosequitur, ut Festella, & Pomponius etiam. Vesta pars fuit sacrorum Dionisio, quæ Dardanus in Phrygiam ex Samothracia uexit, inde Aeneas in Latium. Cuius Vestalium incuria ignis ille esset extinctus, ea flagris à P. M. adhibebatur. Confectas ferias Latinas.] Ferias Latinas, quæ ceremoniæ ab omni Latio ad Albam usque religiosissimè colebantur. Et flammam duplici cacumine surrexisse canit, quod omne Latinum nomen in duas partes diuelleretur. Hæ feriæ etiam dies conceptiui dicebantur: à populis Latinis, quibus ius fuit concessum, ex Albano monte è sacris carnem petere cum Romanis. Tarquinius Superbus post casum Herdonij, cùm (ut Dionisius refert) in eo concilio Latinorum dux creatus esset, & quidem eo iure, quo Tarquinius auus creatus fuerat, ipse priusquam concilium dimitteretur, edixerat, ut certo die Latinorum conuentus sibi ad lucum Feroniæ armis instructa adessent ex fœdere. Misit simul ad Hernicos, & Volscos, qui ab ipsis quoque gentibus societatem P. R. peteret. Omne Hernicum nomen in fœdus, & societatem uenit. Ex Volscis Ecetrani tantum, & Antiates. Tum Tarquinius, ut ea populorum concordia aliquo sanctiore, & perpetuo fœdere stabilis esset, author fuit, ut in Albano monte, commune Populo R. ac socijs templum Iouis conderetur, quò annuæ feriæ his populis indicerentur: ibiq; extorum partem singuli libarent, atque ex immolata hostia singuli suam partem acciperent. Septem, & quadraginta urbes tum primum cum socijs sunt principes factæ. Latinæ feriæ nuncupatæ: siue quod eas Latini celebrabãt: siue quod ipse Iuppiter, Latialis esset dictus. Romanus, penes quem principatus erat, tantum ibi pro omnibus, sacrificabat: cuius hostiæ cæsi exta singuli populi libabant, ac mox sibi partem poposcere. Si qua urbium sua carnis portiuncula defraudaretur, ut aliquando Ardeatum legati quæsti fuêre, Latinæ feriæ decreto pontificum instaurabantur. Plinius libro 27. scribit, Latinis ferijs, quadrigas certare in Capitolio, & uictorem absinthium bibere: sanitate, inquit, credo pramium dari honorificè arbitratis maioribus. Latinas.] ita sæpè absolutè ponitur. ut subaudiatur, ferias. Liuius libro 8. belli cum Antiocho, Latinæ inde fuerunt Thebanos imitro.] Eteocles, & Polinices periphrasis, qui ad Thebas mutuis uulneribus conciderant: quorum odium etiam in morte flamma dissiliens testata fuit Horum alter ab uxore, alter à sorore rogo impositus traditur. Statius lib. 12.

Ecce iterum fratris primos ut contigit artus "
Ignis edax, tremuere rogi, & nonus aduena busti "
Pellitur, exundant diuiso uertice flammæ, "
Alternosq; apices abrupta luce coruscant. "

Pallidus

» *Pallidus Eumenidum ueluti commiserit ignes,*
» *Orcus, uterq; minax globus, & conatur iterq;*
» *Longius, ipsæ etiam commoto pondere paulum.*

» *Secessere trabes.*— Tellus.] 16. *ostentum, hiatus. Depressior fuit terra facta diductia in hiatum. Vel sic. Terra deduxit se in hiatum, qui (ut & motus) ui siderum existimatur fieri. Interim hiatus est quidam terræ in profundum recessus, χάσμα græcè.* Alpes.] 17 *ostentum, motu ingenti cauernas factas, & niues eiectas lucem obtenebrasse. mutare pro, tremere dixit.* Tethys.] 18. *ostentum. Inundatio Oceani occidentalis, qui Abylam, & Calpen, ipsumq; adeò Atlantis uerticem suo æstu abluit.* Calpen.] *Atlanticus Oceanus terras ab occidente contingit. Mediterranea intrantibus hinc ab læua Hispania, inde à dextra Mauritania se attollit. Illæ primæ partes Europæ: hæ uerò Africæ. Huius oræ principium est promontorium Ampelusia, ubi specus Herculi sacer ostenditur. Vltra specum haud procul, Tingem oppidum occurrit, ab Antæo Gigante conditum. A Tinge ipsa regio, Tingentanea nomẽ habet. Deinde præaltus mons Abyla, obiectus est illi in Hispania qui Calpe appellatur, cuius cacumen fluctibus onerasse Atlanticum Oceanum hic canit poëta. Vbi & nominis eiusdem oppidum fuit. Authores Abylam, & Calpen, Herculis columnas uocant. Addit fama nominis fabulam: Herculem olim coniunctos montes perfodisse, Oceanum antea exclusum mole montium immisisse. Tethys pro Oceano, metonymia: & Hesperiã Calpen, occidentalem siue Hispanicam dixit.* Atlanta.] *Ab occasu, Africæ oram claudit Mauritania, in qua mõs Atlas immanibus, & suprà quàm facilè credi possit, altis iugis attollitur, qui etiam Oceano proximo nomẽ dedit. Inde perpetuo dorso uariè flexus, in ortum, & Nilum euagatur, quaq; Aegyptum ab Aethiopia dirimit, Erythræum etiam mare ingreditur, nunc in Boream, nũc in Austrum excurrens utrinq; uarias gentes disterminat. Denicq; eam in Africa celebritatem nominis habet, quam Taurus in Asia, in Europa Alpes. Suetonius Paulinus omnium Ducum Romi primus eum montem transgressus aliquot millium spatio, inter cætera memoriæ prodidit Atlantis uerticem æstate altis niuibus operiri. Cæterum Atlas Mauritaniæ rex fuit, & Astronomiarum rerum sagacissimus indagator. id quod Vergil. lib. Aeneid. 1 satis coarguit.*

Cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas,
Hic canit errantem lunam solisq; labores, &c.

Hinc poëtis fabulandi materia suppeditata fuit, Athlantem cœlum humeris sustinere, & Herculem subinde oneri subire. Sed ad montem uideamus. Hunc cõstat ad Claudij Cæsaris tempora usq; incognitũ fuisse Romanis. Eius radices diuersis syluis repletæ traduntur ignotis arborũ generibus, proceritate prodigiosa, & materia enodi. Vertex (ut paulò antè ex Suetonio Paulino ostendi) æstate niuibus altis opertus est. Rursum sunt alij, qui eum medijs arenis squalere prodant: & quà ad Oceanum uergit, in cœlum uideri assurgere. In cæteris, opacum, ac nemorosum, scatebrisq; fontium irriguum. Quà uerò retro Africam spectat ad ortum, ibi fructus omnium generum nasci, & quidem sponte. Adhæc, neminem accolarum interdiu uideri in publico: sed locorum silentio, & solitudine, facilè quandam animos hominum propius accedentium reuerentiam subire. Eius uertex in nubes, adeoq; in lunaris circuli affinia attollitur. Noctu crebris ignibus micat. Argipanum, Satyrorumq; lasciuia impletur: omnia denicq; tibiarum fistularumq; cantu perstrepunt. Fuisse tradituri aliquis Atlas Libyes filius, à quo monti nomen datum uideri potest: sed priori astrorum, cœlestiumq; rerum peritiam attribuunt multi, qui & Arcas fuisse memorarunt, frater Promethei ex Iapeto, & Asia nympha. Et quod prodigiosum dixeris, qui monti in Mauritania (ut nonnullis placet) nomẽ fecerit quæ omnia Lycophronis schobastes, adhũc Atlantẽ Libycũ refert. Liby cũ esset clarus Mathematicus, cõscendisseq; altissimũ iugũ montis, ut exactius cæleſtia corpora obseruaret. Forte pede offenso in subiectũ pelagus decidit, ibiq; submersus fuit: unde & monti, & Oceano nomen datum fertur. Polybius dithyrambicus poëta hunc Atlantem pastorem fuisse, non autem mathematicum dicit, & à Perseo in saxum mutatum dirigisse. Obiecerat ei Gorgonis Medusæ caput, quod se transitu prohibere conaretur, esseq; percontatus, quis nã erat. Ille interpres ait, Hesperum huius Atlantis filium fuisse. Sine igitur Atlas Libys, siue Arcas fuit, quem astrorum peritia clarum celebrant, certè ab alterutro horum mons hoc nomen accepit. Posterioris sphæra inuentum fuit, cuius species fabulæ etiam argumentum dedit. Primus natos cœlum docuit. Sunt & Atlantes Libyci populi, à duobus Atlantibus nomen sortiti. Ibi & Ataraantes habitant, qui solem occidentem diris imprecationibus ut ipsis exitialem prosequuntur: orientem uerò adorant, ut eum meliorem habeant. Eusebius memoriæ prodidit, Enoch hunc fuisse Atlantem. Tres Atlantes fuisse traduntur, Italus, Arcas, & Libys. Hic siue Libys, siue Arcas astronomus ille fuit primus Solis, & Lunæ cursum obseruauit, errores eorum, & rationes deprehẽdit, de de ijs postea apud Graecos disseruit, Cicero Thusc. Quæst. libro 5. Nec uerò Atlas inquit, sustinere cœlum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus, cum uxore, filia, genero uocaretur, nisi cœlestium diuina cognitio nomen eorum errorem fabulæ traduxisset. Absolutis hunc locum fabula. Iuno ubi aduertit Epapho ex pellice nato summã gni opulentissimi traditam fuisse, curauit in uenatu, ut necaretur, hortataq; fuit Titanes, ut pulso Ioue, regnum Saturno restituerentur. Hi uerò cùm iam ascensum in cælum molirentur, fulmine deiecti, & ad inferos præcipitati fuerunt. Iuppiter Atlanti Duci eorum cœli formicem superimposuit. Sunt qui Atlantem illum Promethei fratrem oraculo monitum ferant, ut caueret sibi à Ioue filio: cur cùm neminẽ hospitio excepisset, à Perseo sui nominis fuerit transmutatus. Dicuntur & Atlantes ob similitudinem in columnis moles humeris sustinentes. In ædificijs eiusmodi Telamones uocantur, gibbosi, ob impressum humeris onus ad uiuam rei imaginem. Ab Arcade Atlante fluuius ille ex Aemo monte in Istrum exeuntem, Atlas etiam nuncupatus fuit. Summum igitur Atlantis cacumen Oceanum abluisse, prodigiosum fuit.

Indigetes.] *Decimum nonum ostẽtum, quod Dij fleuerint.*

Indigetes fleuisse Deos, urbisq; laborem
Testatos sudore Lares, delapsaq; templis
Dona suis, & rasq; diem fœdasse uolucres

Sunt indigetes nuncupati, quæ ex hominibus Dij fiunt, & in Deos, senatumq;

Accipimus, syluisq; feras sub nocte relictis
Audaces media posuisse cubilia Roma.
Tũc pecudũ faciles humana ad murmura linguæ,
Monstrosiq; hominũ partus, numeroq;, modoq;
Membrorum matremq; suus conterruit infans,
Diraq; per populum Cumanæ carmina uatis
Vulgantur: tunc quos sectis Bellona lacertis
Sæua mouet, cecinere Deos: crinemq; rotantes
Sanguineum populis, ulurarunt tristia, Galli,
Compositis plenæ gemuerunt ossibus urnæ,
Tunc fragor armorum, magnæq; per auia uoces
Auditę nemorum, & uenientes cõminus umbræ:
Quiq; colunt iunctos extremis mœnibus agros
Diffugiunt: ingens urbem cingebat Erinnys,
Excutiens pronam flagranti uertice pinum,
Strictenesq; comas. Thebanam qualis Agauen
Impulit, aut sæui contorsit tela Lycurgi
Eumenis: aut qualem iussu Iunonis iniquæ
Horruit Alcides, uiso iam Dite Megæram.

4 fatumq; Deorũ rela
u sunt: quales fuerũt,
Hercules, Romulus,
Æneas, & coæplures
alij quos ob diuinas
uirtutes antiquitas ad
mirata fuit, & Deos
fecit. Fulgent. libro 3.
Mythologiæũ. autu-
mat eos à Romanis,
Indigetes dictos, quos
Græci ἡρῶας uo-
cant. Lares.] Vigesi
mũ ostentũ. Lares, hoc
est domesticos Deos
fuisse. Quisq; Ge-
nium domi suæ cole-
bat, quem larem fami
liarem, ut domus præ
sulem uocabant, eiq;
B aut Thure, aut aliquo supplicabãt: canisq; assistebat, ipse
autem carnis pellibus erat uestitus. Plutarchus in probl.
& Apuleius lib. quem de Dæmone Socratis scripsit, eius
rei rationem reddunt. Quod uerò Lares domi colerent,
in causa erat, quod antiquitus suos mortuos domi sepeli-
rent, quos ut domesticos deos uenerabãtur. & Lares ap-
pellabant. Larium porrò matrem, Larã, & Larundam.
dicebant. Extat fabula apud Ouid. lib. Fast. Secundo. A-
pud Suetonium Lares in publicũ abiecti fuerunt per indi
gnationem, & ægritudmẽ, quã è morte Germanici conce-
perant. Et aliquando Lares apud Priscos spreti fuerunt,
ut pro nihilo ducerentur. A Laribus, Lararij, domestic ũ
fararium fuit, in quo Lares. & Penates ipsi reuerabãtur.
Ad horum effigies matutinis horis rem diuinã faciebat
Alexander Seuerus, ubi & Christum, & Abrahamum ue
neratur. Dixi paulò antè Lares carnis pellibus uesti-
tos fuisse. Eius rei Plutarchus duplicem reddit rationem
in Proble. Etenim, inquit, cùm constet eos præsides ædiũ
esse, eosdem domus custodes esse conuenit, & formido-
C losicos: forsan quod dæmones infesti oberrent, quibus ut
carnificibus Diy, & scelerum ultoribus contra nefarios u-
tantur. Itaq; Lares Laruæ habiti fuerunt, obseruatores
scelerum in uita humana. Ergo carnis pellibus Lares ue
stiuntur, quibus & canes ideo assistunt quod ad inuesti-
ganda scelera, & ad ulciscendos improbos sunt sagaces
Sed de Laribus satis. Delapsaq;.] Vigesimum ostens.
tum, quod donaria, & anathemata diys dedicata sua spon
te deciderint. Anathemata, hoc est, donaria Diys suspen-
debantur in parietibus, & templorum columnis, qualia
etiam nostra tempestate uisuntur ad Diuorum monumen
ta: ut statuæ argenteæ, pocula gemmata, aut cerea dona.
Ea ab Herodoto etiam ἀναϑέσεις ἀνϑρώπων, uocantur, à depo-
nendo: sicut & anathemata à seponendo, & suspendendo:
siue quod fas non esset ea loco submouere. Diraq; d]
Vigesimum primum ostentũ: omnes fas aues, quales sunt
bubones, & striges apparuisse. Syluisq;] Vigesimum
secundum. Feras nocte è syluis urbem intrasse, & in me-
dio foro sua lustra posuisse: quod quidem significabat, ur
bem fuga ciuium desertum iri & solitudinem quandam
fore. Tunc.] Vigesimum tertium boues, aut asinum
locutum. Monstrosi.] Vigesimum quartum monstro-
si hominũ partus circa numerum, & mo-
dum membrorũ qua-
les in animalibus ue-
terum, maximè Liuij
produntur, & nostro
æuo etiam uisi fuerũt.
Matremq;.] Vige
simum quintum. In-
fantem locutum fuis-
se. Cumanæ car.]
Vigesimum sextum.
Carmina Sibyllæ Cu
manæ, quæ ænigma-
ticè sex literis notatã
deprehendebantur.
F.F.F. R.R.R. Quæ
elementa ita interpre-
tabantur. Ferrum, flã
ma, fames, Romula re
gna ruunt. Cumanam uatem. Sibyllam Cumanam dicit.
Hanc Sibyllam Cumanam, mulierem fatidicam constat
circa hæc tempora claruisse, id quod Vergilius in Buco-
licis testatur, cùm dicit.

Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas "

Tunc quo.] Vigesimum septimum, Gallorum sacer-
dotum, qui Bellonæ, & Cybelæ consecrati erant, uatici-
nia tristia minabantur. Etenim Galli numine afflati uide
bantur uera denunciare. Hos poëta dicit Bellonæ mstin-
ctu impulsos horrenda cecinisse. Horat. in Satyr.

Hunc circum tonuit gaudens Bellona cruentes, &c. "

Et in Odis.

Nam Dindimene non adytis quatit "
Mentem sacerdotum incola Pythius, "
Nec Liber æquè. "

Hi afflati caput iactare, & rotare crines solebant: id
quod diserte hoc loco etiam addit poëta. Liuius lib. 36.
Lucij Scipionis, inquit, legatus classem in Europam ad
Sestum oppugnandam traiecit. Iamq; subeuntibus muros
fanatici Galli primũ cum solenni in habitu ante portam
occurrerunt. Addunt quidam, & solenne carmen eos can-
tasse. Porrò Cybele, & Bellona, & Isis eædem fuêre, si A-
puleo credendum est. Quamobrem sacerdotes trium
Dearum sacra perficiebant. In sacris Bellonæ hi sacerdo
tes, de quibus loquimur, suo cruore sacrificabant. Hinc
crinemq; notantes sanguineum dicit. Districtos gladios
utraq; manu tenebant: sectis humeris, atq; lacertis discur-
rebant, & capita rotabant, ferebanturq; ut Lymphati,
quod νηφάλιοι dicebatur. Iuuenal.

Sed ut fanaticus æstro "
Percussus Bellona tuo diuinat. Tibull. "
Hæc ubi bellonæ motu est agitata Ouid. "
Cædent iactatis tilia membra comis, Idem. "
Longaq; in immundo puluere iacta coma est. "

Lampridius Bellonæ seruientes uerè execare brachium,
studio crudelitatis præcepit. Galli.] sic fuerunt hi sa-
cerdotes appellati, à Gallo fluuio Phrygiæ, ad quem sua
orgia exercebant, siue quod ex eo bibentes furerent. Cæ-
terùm Gallos Cybeles sacerdotes genitalia amputasse e-
tiam Plinius author est libro 11 cap 49. Vlulatus.]
tristi uoce, & ululatu horrenda canebant. Composi-
tis.] Vigesimum octauum ostentũ, mortuorum cineres,

& ossa in sepulchris condita gemuisse, quasi eorum manes non fuissent placati. Tuoctra.] Vigesimum nonum, fragorem & armorum conflictium auditum. Verg.

Armorum crepitus toto Germania cœlo. Audit.

» Et apud Liuium Secundo bello Punico.

Magnæq;] Trigesimum, uoces ignotas per uastas solitudines auditas, quales dicit Cicer sæpè ex occulto mitti solere: ut per auia syluarum. Venientes.] Trigesimũ primum Vmbrarum conspectum occursum, quæ propinquorum accessum fugerent. Quiq; o.] Trigesimum secundum fugam è pomœriis, & suburbijs factam, quum his nostris terrori essent. Iugens.] Trigesimum tertium. Furiam flagrantem facem in urbem mtulisse, & ebrios quosque perturbasse. Thebanam.] à comparatione. Erynnios terribilem aspectum indicant. Agaue Hermiones, & Cadmi filia fuit, uxor Echionis, quæ furore agitata, Pentheum filium, Bacchi contemptorem discerpsit, aprum eum rata. Lycurgi.] alia comparatio. Lycurgus hic Thrax fuit, Dryantis filius, qui Bacchum exosus, dum eius uites excindit, in furorẽ conuersus dicitur. Alij scribunt, cum incideret uites sua crura sibi præcidisse. Hyginus huiusmodi historiam siue fabulam potius refert. Lycurgus Dryantis filius liberum patrem regno fugarat, negaratq; eum esse Deum. Fortè ita accidit, cum per uinum, & ebrietatem matri uim stupri offerret, & eodem furore ad eius uites incidẽdas grassaretur, clamitans hoc pharmacum insalubre esse, quod mentes humanas ceu toxico ad insaniam agitaret. Liber pater maniam in hominem impium immisit, qua correptus, uxorem ac liberos trucidauit, ipse à Baccho pantheris immissis, in Rhodope monte interijt. Sunt, qui prodant eum sibi mortem consciuisse. Meminit huius Lycurgi Homerus lib. Iliad. Sexto.

» ὃλέ᾽ καὶ δὲ πρύαντ᾽ & υἷ᾽ς κρατερὸς λυκόοργ᾽ &
» ἄλλυ ἔην, ὃς ῥὰ θεοῖσιν ὑπερφιάλοισιν ἐρίζειν
» ὃς ποτε μαινομένοιο Διωνύσοιο τιθήνας
» σεύε κατ᾽ ἠγάθεον νυσσήϊον.

Verba sunt Diomedis admirantis in Glauco armorum splendorem, qui non humana, sed diuina propè forma cõspicuus prodibat in prælium. Territum se dicit exemplo Lycurgi pugnare cum dijs, qui aliquando Liberi patris nutrices in Nyssæo Thraciæ monte persecutus fuisset. Quem locum enarrator explicans hanc historiam adduxit. Λύκουργος ὁ Δρὺς καὶ σιμέλης υἱὸς, ἐν κυβέλης τῆς φρυγίας ὑπὸ τῆς ῥέας τυχὼν καθαιμάξω, καὶ διαθεὶς τὰς τελετὰς, καὶ λαβὼν παρὰ τῆς θεᾶς τὴν διαπυρίαν ἀνὰ πᾶσαν ἐφέρετο τὴν γῆν. χωρεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι ἐπύγχανε, φρονηματίσας τῶν ἀνθρώπων, παραγενόμενος δὲ καὶ εἰς τὴν θρᾴκην λυκόοργ᾽ & ὁ δρύαντ᾽ &, λυτύσας ἤρατο, μίσει, μάνητι ἀσπελαίνει τῆς γῆς, καὶ καθάπτεται αὐτῆ, καὶ τῶν τότε θυιῶν, ἐτύγχανεν αὐτῷ συνεργάζουσι. θειλάτῳ δὲ πελαννομένῳ & μάχαιρα τὸν θεὸν ἔσπευδε τιμωρήσασθαι, ὁ δὲ ὑπὸ λέσο εἰς τὴν θάλασσαν καταδύνει, καὶ ὑπὸ θέτιδ᾽ &, καὶ ἐυρυνόμης ὑπολαμβάνεται, ὁ δὲ λυκόοργ᾽ & ἀμαθὲ δὲ λύσος βότρυς ἐξ ἀμπέλου τὴν ἐξ ἀνθρώπων διώκων, ἀνῃρέθη καὶ πρὸς τῶ διὸς τὸν ὀφθαλμὸν. Fuit alius Lycurgus Lacedæmoniensium legislator, de quo multa Plutarchus, Suidas, & alij. Sed de superiori Historici referunt fabulandi materiam poëtis datam, quod cùm Thracibus imperaret, uidereq; eam gentem immoderatè uino deditos, ut eam ad continentiorem, & magis sobriam uitam reuocaret, omnes uites excindi iussit toto regno, authore Plutarcho in libello, de utilitate poëtarum. A Lycurgo. Lycurgëus. Eumenis] furia. Tres singuntur furiæ, Alecto, Tisiphone, & Megæra. Suidas παραχθόνιους δαίμονας uocat. Has tradunt sua nomina in Oreste mutasse, ut antiphrastice è Eumenides dicerentur, hoc est, mites, benignæ, ac propiciæ, cùm qui duris potius sint. Nam placatis, ubi furua oue sacrificassent, pro Erinnybus, Eumenides dici cœperunt. Aeschylus tradit, in iudicio Orestis, Mineruam placasse Erinnyas, idq; Athenis, ne quid aduersus illum durius, ac inclementius amplius agerent. Hinc eas Eumenides appellauit. Eædem, & σεμναὶ θεαὶ dicuntur. Thesewm, hoc est, Thesei templum, & Erinnyum asylum habebat Athenis, unde nullus supplex auelli poterat. Hinc Græci σεμνεῖα uocabant ista loca, & similia inaccessa. Cæterùm Semnarum Dearum templum prope Asopum uisebatur, quas Sicyonij dicunt Eumenides, quarum festum diem quot annis uno die peragebãt immolabantq; oues fœtas: libabant mulso, & floribus coronarum uice utebantur. At Philemon Comicus aliter. Scholiastes diuersas ab Eumenidibus facit. Citatur à Suida il. Sophoclis, καὶ ἡ ὧν φοβοῦ θεούς ἔχουσι χάριν, καὶ σεμνὰς τὰς πορείας. Extat in Oedipo Solonæo. Vnde natura parœmia, ἀλλὰ παλαιὰ, quod alij alijs tappellatio nibus Eumedes uocent. Alia inquit, nomina apud alios pulchra censentur: àpud nos uerò hæc, quod eas Eumenides κατ᾽ ἐναντίωσιν nominemus. Ferũt Epimenidẽ ita didisse, Eumenidas Saturni filias esse, citantq; hos uersus,

Ἐν τῷ παλλίνομ᾽ & γένετο χρυσὸ ἀφροδίτης.
Μοῖραί τ᾽ ἐνθένδε, καὶ ἐρίνυες αἵτινες ἄνδρας
Quarum matrem Ister fecit Euonymeus quæ eadem est cum Tellure. Neque uerò desunt, qui duas tantum fecerunt, & earum duo simulacra uisebantur in Attica.

Horruit Alcides.] Constat ex Tragediarum scriptoribus ut Seneca, & alijs, Herculẽ, & Thesewm ab inferis præda Cerbero onustos redijsse, & statim ob impietatem in Deos Inferos, à Iunone furijs immissa, Herculem correptum furore uxorem, & liberos trucidasse. Atque ob id addit uiso iam Dite: hoc est, Plutone & inferorum profundis, unde extraxerat Cerberum.

Dite.] Plutone, siue inferis potius. Dis Pluto dictus (ut multi existimant) quod opes è terra effodiantur, & eædem eodem redeant. Hinc Pluto apud Claudianum.

Semperq; tenemus. Quod superi tenuere semel.

Alcides uiso.] Hercules, antonomasia, qui ita appellatus fuit, uel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, robore, ac uiribus animi: uel ab alcæo auo. Hic quia præclaris fuit meritis, & magnis laboribus, quibus mortales iuuit, nihil nisi inuidiam sibi conciliauit, parœmia inde nata est. Herculis labores. Humanam ingratitudinem Dij magnis præmijs è rebus humanis sublato pensasse creduntur. Fato enim defunctus in cœlum sublatus dicitur. Locatusq; fuit inter sidera uocatur Hercules, siue Engonasin. Situs autem est, inter circulum arcticum, & æstiuum, uiroq; pede & genu dextro modicè flexo (unde Engonasin appellatur) circulum arcticum finit: sinistro caput Draconis protere re conatur. Humeris uidetur circulum æstiuum sustinere: manuq; dextra proiecta contingere. Et quia supra Draconem collocatus est, effigiatur quasi ad certamdum eum eo paratus: dextra clauam, sinistra pellem Leonis tenens. Clarauit alius quidam Hercules in Phœnicia temporibus Iosuæ, generatione decima nona. Varro post enumeratõ

a enumerator 40. Hercules, additomnes Hercules nominari posse, qui res magnas gesserint in uita.

Insonuere tubæ.] Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes
Miscentur, tantum uox a atra silentibus umbris
Edidit, & medio uisi consurgere campo.
Tristia Syllani cecinere oracula manes,
Tollentemq; caput gelidas Anienis ad undas
Agricolæ fracto Marium b uidere sepulchro.

Insonuere tubæ.] Trigesimum tertium ostentum, clangorem tubarum auditum silentio nocturno, & cohortes mediis campis misse concurrere.

Tristia.] Trigesimũ quartum, Syllæ umbrã horrenda demonstrasse. Tollentemq; ca.] 35. Rusticos Mariũ uidisse agris ad Auionem amnem emicantem è sepulchro.

Fracto.] diserte sepulchrũ fractũ dicit, nam Sylla uidit Marij sepulchrũ refringi iussit, & corpus dissipari. Cic. lib. de Legibus Secũdo. Caij Marij sitas reliquias apud Auienẽ dissipari iussit Sylla victor, accerbiore odio incitatus, quàm si tam sapiẽs fuisset quã fuit uehemens: quod haud scio an timens suo corpori posse accidere, primus è patricijs Cornelijs igni uoluit cremari. Auienem.] Hic Ammis nõ procul à Roma unà cũ Nare in Tiberim lapsus eũ incredibili aquarum ui auget. Recte ad Auien. ẽ quien Tiberim influit, Mariũ caput suũ è sepulchro extulisse dicit. Nã Sylla Marij corpus refoderat, & in Tiberim abiecerat, is Marij sepulchrũ extitit. Ossedit Marij corpus ab agricolis Syllanis tẽporibus è fluente exceptum, & circa Auienem rursum sepultum fuisse.

a al. auris

b al. fugêre.

Tuscos.] ab enumeratione prodigiorũ, ac ostentorũ, ad eorũ interpretationem transit, quã ab Hetruscis peritissimis fuisse doctos, unde diuinarũ rerũ, & auguriorum peritiã uates euocari solebant. Erat ea gens peculiariter huic studio dedita, ut Massilienses in Africa meditationibus, & artibus Magicis. Hesiodus Ascræus septimo, inquit Plinius, in qua Hetruria est ac ara regere antiquitus Pelasgi: hos Lydi, à quorum rege Tyrrheno: mox à sacrificio ritu lingua Græcorum Thusci sunt cognominati. Hactenus ille. Cæterùm augurandi ars omnium primũ à Chaldæis ad Græcos uenit, apud quos Amphiaraus, Mopsus, Calchas, & Apollonius Tyanæus clarissimi augures floruerunt. A' Græcis ad Hetruscos: inde ad Latinos: postremò ad Romanos utilitate artis perspecta, ingrauit: apud quos etiam augurum collegium quatuor: ad postremum quinq; plebei augures adiecti fuerunt. Et ut nullum dignitatis arti accederet, ipse Romulus in eorum albũ adscribi uoluit. Cic. lib. 2. Diuinat. Cumq; magna, inquit, uis uideretur esse, in impetrandis, conspiciendisq; rebus: & in monstris interpretandis, ac propitiandis, in aruspicum disciplina, omnẽ hanc ex Hetruria scientiam adhibebant, ne genus esset ullum diuinationis quã neglectum ab ijs uideretur. Plinius libro 28. capite 2. Cùm enim, inquit, in Tarpeio fodien. e delubra fundamenta, caput humanum inuenissent, missis ob id à senatu legatus, Hetruriæ celeberrimus uates Olenus Calenus præclarum id fortunatumq; cernens interrogatione in suam gentem transferre tentauit, scipione prius determinata templi imagine in solo ante se &c. Liui. lib. 1. ab urbe condita. Accepisse id augurium lætà dicitur Tanaquil perita, ut uulgò Hetrusci, cœlestium prodigiorum mulier. Idem lib. 5. Gens itaq; ante omnes alios cò magis dedita religionibus, quod excelleret arte colendi eas. Tantaq; denique dignitate Hetruscorum gens ob eas artes & authoritate in Italia pollebat, ut eius linguæ disciplinæq; undiq; confluerent. Liuius lib. 9. hæc ob eo authores tum uulgò Romanos pueros, sicut nũc Græcis, ita tunc Hetruscis literis eruditi solitos. Cicer. Diuinationum primo. Benè apud maiores nostros senatus tum, cùm florebat imperium decreuit, ut de principum filijs, sex singulis Hetruriæ populis in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum, à religionis authoritate abduceretur, ad mercedem, & quæstum.

c al. Lucæ.

d al. uolitantis:

Hæc propter placuit Tuscos de more uetusto
Acciri uates, quorum qui maximus æuo
Aruns incoluit desertæ mœnia c Lunæ,
Fulminis edoctus motus, uenasq; calentes
Fibrarum, & monitus d errantis in aere pennæ,
Monstra iubet primum, quæ nullo semine discors
Protulerit natura, rapi: sterilique nefandos
Ex utero fœtus infaustis urere flammis.

Tuscos.] *Hetruscos, ϖαρὰ τὸ θύειν, à sacrificando: quare prior syllaba aspiranda rectius est, ut Thuscos legatur, non Tuscos. Sũt qui eos ita dictos ab Herculis filio uolunt.* Hæc propter.] *anastrophe hæc prodigia undiq; Romam nunciata procurant.* Armis.] *Hunc describit ab excellentia artis, patria & peritia auguriorum, auspiciorũ, diuinationis è fluminibus, & fulgetris, tum autem, & aruspicio, quorum singulorum diuersi traduntur inuentores. Auguria ex auibus inuenit Caras, à quo Caria est appellata: quibus ex cæteris animalibus augurià adiecit Orpheus. Aruspicium repperit Delphus: ignispicium, Amphiaraus: auspicia ex auibus, Tiresias, Thebanus: ostentorum, & somniorum interpretationem, Amphyclyon: Astrologiam, Atlas Libyæ filius: uel, ut alij, Aegyptij.* Mœnia Lu.] *Primũ Hetruriæ oppidum est Luna, portum nobile, colonia Luca à mari recedens, propiorq; ipsa inter amnes Aesarem, & Arinum. Desertam uidetur dicere ob fugam ciuium: Sulpitius Lucæ legit. Ad montes, inquit, Lunæ incumbentes, urbs est Luca, ubi pleriq; uiratim habitant, Strabo ait. Sunt qui Lunæ legunt, quod oppidum quoque Hetruriæ est, cum portu nobili quem sicut & ciuitatem, Selenes, id est, Lunæ dicunt. Hæc Sulpitius.* Armis.] *Allusum est ad Aruntem Tarquiniensem filium Demarati Corinthij fratrem Lucumonis. Sunt enim Tarquinienses et Hetruriæ populi. Spernentibus, inquit, Liuius Hetruscis Lucumonem exulem, aduena ortum, ferre indignitatem non potuit. Oblitaq; (Tanaquil) ingenitæ erga patriã charitatis, dummodo uirum honoratum uideret, consilium migrandi Romam ab Tarquinijs cepit.* Fulminis edor.] *In his præcipua augurandi scientia fita fuit, eiusq; artes uel primæ sunt. Cicero author est, omnem diuinationem in duas diuidi partes: aut enim furorem esse, quem uaticinãtibus,*

& afflatis uidemus: aut artem, ut in auspicijs, augurijs, & somniorum interpretationibus, ac fulgetrorum peritia. Homeri interpres lib. Ili. 2. Λγι γὰρ γεν& τῦς μαντικῦς Αιαιρύμενον εἰς ἔθνη τρία, εἰς οἰωνοσκοπίαν ἀγρυπνοπίαν, καὶ τὸ διὰ τῶν ὀνειράτων μαντεία. Horum omnium absolutam scientiam poëta tribuit Arunti, ut Maro libro tertio Aeneid. Helenouati.

Motus.] hoc est, fulgurum genera, ac miracula, nouit: quæ quando expiari, rursus quando nulla ratione possunt, & fulgurationis præsagia, & quo pacto rursum abigantur. Nouit fulminum naturam, & causſas, & significationes. Callebat & fulminum uocationem, quæ prospera, quæ contrà: & quando dispersa colliguntur, ut iam mox dicetur. Cicero Diuinat. primo. Hetruria de cœlo tacta scientissimè animaduertit, eademq; interpretatur, quid quibusq; ostendatur monstris atque portentis.

Venasq; calentes.] Erat Aruspex, & extispex, qui ex hostiarum animalium extis futuram diuinare nouerat. Atque ista fibrarum inspectione fiebant. Hetrusci enim, quod religione imbuti essent, studiosius, & crebrius hostias immolabant: extorum cognitioni se maximè dederunt: quod propter aëris crassitudinẽ, de cœlo apud eos multa fiebãt prodigia, & ob eandẽ causſam multa inusitata. Horum partim è cœlo, partim è terra oriebantur: quædã etiam ex hominum pecudumq; conceptu, & satu, ostentorum exercitatissimi interpretes extiterunt.

Fibrarum & monitus.] Antiqui fibrum Varroni extremum uocabant. Fibræ hinc omnium rerum extremitates, & iecinoris dicuntur. Iecur authore Celso, in quatuor fibras diuiditur. Vergil.

" Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent.

Ad eundem modum fibræ, de pulmone, alijsq; uisceribus dicuntur. Pulmo Celso, in duas fibras ungulæ modo bubulæ diuiditur. Lucanus hoc eodem libro.

——Pulmonis anheli.
Fibra latet.——

Sed & in radicibus fibræ dicuntur, quod earum extremitates sint. Itaque has fibras in iecinoribus, corde, pulmone, & alijs extis, maximè explorabant & obseruabant, aruspices uates, cùm hostias animales (sic enim dicebantur) cæderent. Errantisq; in aere.] Ab augurandi, auspicandiq; scientia monitum præceptum auium, & omnium adeò earum, quæ augurijs sunt aptæ, dicit: quæ aues auspicatæ, quæq; inauspicatæ sint. Aptissimæ augurijs aues habebantur, noctua, bubo, picus, trigon, cornix, cygnus, coruus. Ab auibus inspiciendis, & earum uolatu & garritu, auspicia dicuntur. Græcè, οἰωνισμοί, siue οἰωνογοητύσεις. Duo genera maximè tradunt: unum nodatus, qui ad oculos refertur: alterum uocis, quæ ad aures ofcines. Annumerabantur & inter diuinationum genera ignispicium, ab ignis inspectione, diuinatio: aruspicium, & extispicium, ab extorum ad aras inspectione. Apud Ro. nihil maioris rei, ne priuatim quidem gerebatur. Priusquam auibus posita extis magnæ res tribuebantur. Sed maxima religio erat coactum tripudium solistimum, quod augurandi genus fiebat, quoties offa, quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in solum. Iam uerò in auspicijs non omnes adhibebantur, sed tantum, qui dicebantur periti, hoc est, qui intelligebant, quid esset silentium. Id autem erat, quod omni uitio carebat. Rogabat augur, num silentium esset. Respondebat sibi ita uideri. Tum ille nunc etiam pascerentur pulli, quos pullarius attulisset. Sic illos dicebatur, qui eos in cuneam ferebat. Cùm iam pascerentur, necesse erat aliquid ex ore decidere, & terram pauire: unde terræpauium: postea terræpudium dici cœpit. Et cùm offa ex ore pulli cecidisset, tum auspicanti soli. Bistinum tripudium nuntiabatur. Vetus decretum collegij extabat omnem auem tripudium facere posse.

Monstra iubet primum.] Cicero primo diuinat. Quorum quidem uim, ut tu soles dicere uerba ipsa prodenter à maioribus posita declarant. Quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta monstra, prodigia dicuntur. Proinde Arnus primum prodigia procurari iussit: ut hominum monstra ultra ere marentur: Aristoteli educare ea prohibemur: inde prodigijs hostijs, & lustris expiarentur. Liuius lib. Secundo bellum Pun. Nunciatum Prusinone infantem natum esse, quadrimo parem, nec magnitudinem tam mirandum, quàm quod is quoq; Sinuessæ biennio antè, incertum mas an fœmina esset, natus erat. Id uerò aruspices ex Hetruria accieiti fœdum, ac turpè prodigium ducere, extorrem agro Ro. procul terræ contactu alto immergendum, uiuum in aream concludere: prouectumq; in mare proiecerunt.

Nullo semine discors.] nullo coitu orta à medio auferri. Sterili Vtc.] nam mulam peperisse prodigium est, licet in annalibus Ro. eam sæpè peperisse proditum sit, prodigij tamen loco fuit habitum, inquit Plin. Cicer. Diuinat 1. Quidé qui irrideretur partus hic mulæ, nónne quia fœtus extitit in sterilitate naturæ. prædictus est ab aruspice incredibilis partus malorum?

Nox iubet.] Prosequitur ordine quibus ceremonijs, quo ritu, monstra ac prodigia Aruns procurari, & expiari iusserit.

Ambiri.] circumiri, id quod luculẽtius mox reddit, cùm addit festum lustrũ, quo mœnia expiarint, hoc est, (ut poëta dicit) purgarint. Ambire etiam per translationẽ, pro honores captare, accipitur propterea, quod qui honores captabant, circuire, & singulos prehensare, ac rogare solerent. Hinc ambitio, & crimẽ ambitus.

Mox iubet & totam pauidis à ciuibus urbem
Ambiri, & festo purgantes mœnia lustro,
Longa per extremos pomœria cingere fines
Pontifices sacri; quibus est permissa potestas,
Turba minor ritu sequitur succincta Gabino,
Vestalemq; chorum ducit uittata sacerdos,
Troianam soli cui fas uidisse Mineruam.
a Tum qui fata Deũm, secretaq; carmina seruant,
Et totam paruo reuocant Almone Cybellen:
Et doctus uolucres augur seruare siniſtras:
Septemuirq; epulis b festis, Titijq; sodales:
Et Salius læto portans ancylia collo:
c Attollensq; apicem generoso uertice flamen.

Festo lustro.] Solenni circuitione, ac purgatione. Iuuenalis Satyr. 2.

Quotiès hinc talis " ad illos
Vmbra uenit, cupe " rent lustrari.

Lustrare enim hic expiare signat, & purgare: alioqui lustrare urbem, lustrare agros, ni hil aliud erat, quã circuire & circumeundo precibus expiare. Vnde amburnales hostiæ dictæ fuêre, quæ inter ambien-

a al. Tunc.
b al. festus.
c al. Et tollẽs.

A ambiendum, & circumeundum arua cædebantur. Maro in Bucol.

» Hæc tibi semper erunt, & cùm solennia uota.
» Reddemus nymphis, & cum lustrabimus agros.

Lustrari, scortari, uteribus: lustrum, quinquennale spatium: unde lustrum condere dictum à Seruio Tullo rege R. Lustrum, Lama, luporum cubile, & lupanar.

Pomœria cinc.] Pomœrium, uerbi uim solam intuenter, inquit Liuius, postmœnium interpretantur esse. Est autem magis circa murum locus, quem in condendis urbi bus quondam Hetrusci, qua murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato consecrabant, ut neque interiori parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc omnia uulgò cõiunguntur: & extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatiũ, quod neq; habitari, neq; arari fas erat, non magis quod post murũ esset, quã quod murus post id, pomœriũ Romani appellarunt. Et in urbis incremento semper, quantũ mœnia processura erãt, tantum terminis hi proferebantur. Hæc Liuius. Pontifices.] Quẽ ordinẽ in lustratione seruarint, luculentis uerbis describit. Præcedebãt Pontifices. Q. Mutius Scæuola B Pontifices appellatos esse dicere solebat, à posse facere. Sed ea etymologia Varroni haud satis probata fuit, qui à facio, & ponte, pontifices dictos credit, uel quod potentia sacra perficerent: uel (ut nonnulli) quod initio sacra ad pontes fierent: uel quod ab his primum pons sublicius factus esset, ac postea sæpe restitutus. Pontificiam dignitatem, ut alia plerag; sacerdotia, à Numa Pompilio ortã fatis constat. Pontifices diu non nisi à patribus creari licuit. Quatuor initio fuerunt. Postea plebs rogationibus Triburitijs obtinuit, ut ad sacerdotia, & sacrosanctas potestates & sibi aditus pateret. Quatuor inde ex plebe pontifices patricijs fuerunt adiecti, quibus ommibus unus erat præfectus, qui P. M. ducebatur. Hic omnia sacra exsercita habebat, quibus hostijs, quibus diebus, ad quæ templa sacra fierent. eratq; is tanquam sacrorum tabula: Vnde sumptus in res diuinas & pecunia eroganda esset, illi cuncta erat. Hunc quoties de religione, ac sacris controuersia erat, populus consulere cogebatur, ne ius diuinum, negligendo patrios ritus, peregrinosq; asciscendo, turbaretur. Eiusdem P. R. erat, iusta funebria ducere, & quibus ceremonijs, manes placarent, docere. Apud eundem libri Fastorum, & tabula deliquiorum Solis, ac Lunæ erant. Turbami.] Vulgus sacerdotum, quos ab habitu obiter describit. Varro tradit sacerdotes 60. fuisse, qui publica sacra facerent, per tribus & curias, à Romulo in id creatos, à uirtute, & generis nobilitate. Porrò Gabinus cinctus fuit toga, sic in tergum reiecta, ut eius latinia reuocata hominem cingeret. Hoc uestis genere Consul Rom. utebatur, bellum indicturus. Sic Gabij, inter sacrificendum cognito hostium aduentu, illis occurrerunt, & uicerunt. Gabios Volscorum urbem fuisse, & Sex Tarquinij scelere, exilio, & morte nobilitatam satis constat. Cinctus, & cingulum à cingendo dicta sunt, quorum illud uiris, hoc mulieribus conueniebat. Vestales.] Chorum uirginum Vestalium dicit. Virgines uestæ legit Numa. Alba oriundum id sacerdotium erat. His, ut assiduè templi antistites essent, stipendium de publico statuit, uirginitate, & alijs ceremonijs uenerabiles, ac sanctas fecit. Sed de Vesta, & Vestalibus modo copiosè dictũ. Sex interim antiquitus fuêre. Ex 20. uirginibus oblatis, una in demortuæ locũ sortitò in cõcione lege batur, idq; Papia lege. Vittata fa.] Antistes Vestalium uirginum. Vitta, capitis diadema, siue uelticulum fuit.

Troiã nam Miner.] Palladium innuit, quod quidam Apollinis simulachrum: alij breue scutum è cœlo lapsum existimarunt, quod in medio arcis Troianæ collocatũ fuerat, & diligenti custodia seruabatur, & quidem huiusmodi fati opinione, quàm diu intra urbem esset, nunquam foret, ut ea ab hostibus caperetur. Huius oraculi Vlysses, & Diomedes non ignari, per cloacas, & aquæ ductus in urbem irrepserunt, & uigilibus cæsis illud surripuerunt. Rediit tamen casu in Troianorum ius moniu oraculi, seruatumq; postea Romæ multis seculis à uirginibus Vestalibus fuit. Verisimilius tamen uidetur, Palladium fuisse signum Palladis, è ligno compactum oculos torue motans, hastamq; manu uibrans. Pherecydes dicit, omnia simulachra non facta humana manu, & quicquid è cœlo in terram deuoluitur, Palladium uocari: Tale fuit Minervæ Palladium trium cubitorum longitudine ligneum in Pessinuntem in Phrygia è cœlo lapsum. Atq; hinc Diodorus, & Dion locum nuncupatum authores sunt ἀπὸ τῦ πίπτοντ@, πεσινῦν. Alius quidam historicus prodidit locũ ita uocari, ἀπὸ τῦ πολλὸς ἐκεῖ πεσεῖν ἐν τῇ συμβολῇ τῦ πολέμυ, ὁ ποτε διὰ τὴν αἰ ωαγὴν γαννυμήδυς ἐμαχοντο, κἀνταλ@ ὁ ἐρασὴς γαννυμήδυς, κὴ ἰλ@ ὁ ἀδελφὸς. Ioannes Antiochenus fatetur quidem Palladium è cœlo cecidisse, sed Asium quendam mathematicum id admirabili horoscopia feciisse, ut ea urbs foret inexpugnabilis, in qua custodiretur. Apollodorus scribit, id Troi ab Ilo donatum, Ilio condito: secutum eum bouẽ, precatumq; fuisse, ut prodigium uideret, eumq; tum è cœlo cecidisse Palladiũ, longũ tres cubitos, pedibus incedens, dextra hastam tenens, sinistra fusum, & colum. Refertur in Græcorum cõmentarijs, de Pallade, & Palladio, huiusce modi fabula. φασὶν ἐθυσᾶν ωαρὰ τῦ τρίτωνο@ τρι φεθαι, ᾧ θυγάτης ἦν παλλὰς. ἀμφότερον δ' ἀνήκας τὰ κατὰ ωόλεμον εἰς φυσιπίαν ἐλθεῖν, μελλόνος δὲ πλήσειν τῆς παλλάδος, φοβηθεὶς δὲ ζῆν, ἀνέτεινε τὴν αἰγίδα: τρωθεῖσα ὑπὸ τῆς ἀθηνᾶς ωαίζειν. ἀθηνᾶ δὲ ωερίλυπ@ ἐπ' αὐτῇ γενομένη, ξόανον ἐπείνης ὅμοιον κατασκευάσασα περιέθετο τοῖς στέρνοις, ὃ λέγουσιν αἰγίδα, ὡς ἐπίπαν ἀλευσαμένη ωαρὰ τῷ δι, ὕστερον δ' ἤλεγξε τὸν ωροσεγγίσασα, ἐρρίψε πρὸς τὴν ἵππον. De Palladio ita uaticinatur Cassandra apud Lycophr.

οὐδ' εἰς τέραμνα λοξρατογλύφυ «
γλήνας ἄνω γε ἐ ψασα χώσεται στρατῷ «
ἐξ ὀρανῦ ωέσασα, κὴ θρόνων διὸς «
ἄνακτ' ωάππῳ τιῦμα τιμαλφέστατον. «

Fabulæ occasionem dedit Asius ille mathematicus, de quo modò dixi, quod ex horoscopo, & astrologica ratione Troiam inexpugnabilem fore denunciasset. Sunt qui duo Palladia è cœlo lapsa tradãt: hoc Troianũ & Atheniense alterũ: & illud quidem multis seculis intra parietes absconditũ, ac bello Mithridatico inuentũ fuisse. Herodianus lib. 1. meminit Palladij, quod Cõmodi tẽporib. tẽplo Vestæ ardẽte, uirgines Vestales in regiã per sacrã uiã trãstulerant. Porrò sacerdotẽ antistitẽ Vestalitũ, & maximã uocat, in cuius unius custodia Palladiũ fuisse uidetur significare. Tum qui f.] Quindecẽuiri sequebãtur, qui libros Sibyllinos in sacrarium conditos adire solebant, cùm Dij immortales publicè consulendi essent. ait Gell. Fenestella author est, initio Duũuiros creatos fuisse, qui sacris libris legendis, fatisq; interpretandis, & carminibus Sibyllæ præe-

læ præerant, ut antiſtites Apollinis, & cæremoniarum. Horum erat, prodigia, & magnos rerum euentus minantia lectiſternijs ad puluinaria Deorum factis, & ſupplicationibus procurare. Huius ſacerdotij prima mentio Romæ facta fuit, eo tempore, ædes Caſtori per filium Poſthumi dictatoris ſecundi dedicata fuit. Poſtea uerò ubi plebs de ſuo corpore Conſules creare cœpit, obtinuit etiam, ut pro Duumuiris deinceps Decẽuiri crearẽtur: quinq; ex patribus, ac totidem è plebe. In hanc fermè ſententiã Feneſtella. Sed Pomponius ex Liuio, Tullum Hoſtiliũ regem Duumuiris poteſtatẽ feciſſe iudicãdi de capite Horatij. Idem addit, ad poſtremũ 15. uiros lectos fuiſſe. Tuus qui fa.] periphraſis Quindecemuirorum, tum autem, & librorum Sibyllinorum. Almon.] fluuius eſt haud procul ab urbe Roma, qui in Tybrim influit, ubi olim nauis ſecundo bello Punico immobilis fuit, quæ matrem Deum è Peſſinunte aduerſo flumine ueheret. Oſtendit Gallos ſacerdotes matris Deum ſequutos fuiſſe, qui eam in urbem reducebant. Ita enim carmen Sibyllinum inuentum habebat, pelli Italia alienigenã hoſtem poſſe, ſi mater Idæa deportata Romã eſſet. Et tradita fuerat Romanis ab Attalo rege. Eratq; lapis, quem incolæ matrẽ Deum dicebãt. Cùm nauis in Tybrim rẽcta uado hæſiſſet, nec ullis humanis uiribus loco moueri poſſet, Claudia caſta Veſtalis nullo momento protraxit, uſq; ad Almonis in Tybrim confluentẽ, in cuius amnis aqua ſacerdos eã lauit. Videtur Lucanus ad illud Ouid. lib. 4. Faſtorum, alluſiſſe.

» Eſt locus in Tybrim, quo lubricus influit Almo,
» Et magno nomen perdit in amne minor.
» Illic purpurea [illegible]nus cum ueſte ſacerdos,
» Almonis, dominam, ſacraq; lauit aquis.

Hanc excepit Scipio Naſica filius eius Cn. qui in Hiſpania perierat, uir optimus à Senatu iudicatus, adoleſcens nondũ Quæſtorius. Ita enim reſponſum fuit, ut id numen ab optimo uiro reciperetur, & cõſecraretur. Verba Liuij adſcribã, ex lib. 9. Secũdi belli Pu. Ciuitatẽ eo tẽpore repens religio inuaſerat, inuẽto carmine in libris Sibyllinis: propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum inpecẽiis, Quandocũq; hoſtis alienigena terræ Italiæ bellũ inculiſſet, eum pelli Italia, uinciq; poſſe, ſi matris Idææ Peſſinuntẽ numen Romã aduectũ ſoret. Id carmen ab Decemuiris inuentũ, cò magis patres mouit, quod & legati, qui donũ Delphos portauerãt, referebãt, & ſacrificantibus ipſis Pythio Apollini omnia læta extaſſe: & reſponſum oraculo, æditũ, maiorem multò uictoriã, quã cuius ex ſpolijs dona portarent, adeſſe P. Ro. In eiuſdem ſpei ſummã conferebãt P. Scipionis uelut præſagientẽ animũ de fine belli, quod popoſciſſet prouinciã Africã. Itaq; quo maturiùs fatis omnibus oraculiſq; parentes uictoriæ cõpotes fierẽt, id cogitare, quæ ratio trãſportãdæ Romã Deæ eſſet. &c. Et paulò pòſt: poſtquã inquit, nauis ad oſtiũ amnis Tyberini acceſſit, ſicut erat iuſſus, P. Cornelius Scipio Naſica in ſalum naue euectus ab ſacerdotibus Deam accepit, extulitq; in terram. Cybellen.] Matrem Deũm: epenthesi produxit mediam ſyllabam. Verg. lib. 3. eam cõtraxit.

» Hinc mater Cybele cultrix.

Cybeles quidã à cubo deductum autumãt, qui cyben, ſiue cuben, caput interpretantur, quod homines agat in furorem. κυβιζᾶν, in caput ſaltare. Proprium ſacerdotũ Gallorũ Cybeles erat, caput in myſterijs rotare. Cubum deſiniunt, qui in ambitu baſin habeat, aut calculũ tetragonũ. Eiuſmodi conſtat lapidẽ hunc fuiſſe, de quo agimus. Alij interpretãtur κύβ-ηλα, ἅρα φρυγίας, δυτρας ἢ δεκάμετρ. Suidas, κυβέλη, inquit, ἡ ὄρεα, παρὰ τὰ κύβεια, ὅρη, ὀρεία καὶ ἡ θεὸς, ἀπὸ καὶ ἐνοχᾶται λεόντων ἁρμα. Idem paulò pòſt, κύβελα, ὄργια τῆς φρυγίας. Et adferũt cauſſam, quamobrẽ ita uocentur, quod illic Rheæ, ſiue Cybeles ſacra primũ ſint inſtituta. Et doctus.] Augures inde ordine ſequũtur. Paulò antè de dignitate augurali diſſeruimus: ex Hetruria ad poſtremũ diſciplinã eã ad Romanos peruenìſſe: apud quos paulatim in magna celebritate eſſe cœpit & initio ipſum Romulũ augurale diſciplinam ſtudiosè percoluiſſe aſſerit. Cic. lib. 1. Diuinat. Etenim eius utilitate perſpecta, augurũ ille collegiũ inſtituit. Initio tres tantum creati fuêre, ex tribus tribubus: poſtea quartus fuit adiectus: ad ultimũ plebs per Tribunos ſuos obtinuit, ut ad quatuor patricios, quinq; ex plebe adſcirentur. Volucres.] ſiniſtras aues, & auſpicatas, ut quidam interpretãtur. Inter eas ſunt, quæ cũ ab læua canũt, inauſpicati ominis habentur, quarũ quædam natura ſunt auſpicatæ: nonnullæ rurſum inauſpicatæ, coruus, cornix, bubo. Cernix inauſpicatæ garrulitatis eſt: licet à nonnullis laudem ſit merita. Fœtus tẽpore poſt ſolſtitiũ, inauſpicatiſſima iudicatur. Cortũ pullos robuſtiores nidis pellunt. Atq; hi in auſpicijs ſoli uidentur intellectũ habere ſignificationũ. Cùm glutium uocem, uelut ſtrangulati, inauſpicatũ eſt. Bubo funeſta auit eſt, et abominanda, maximè in publicis auſpicijs. Incolit deſerta & diras, & inacceſſa nocẽtis monſtrũ, nec cantu aliquo uocali, ſed gemitu. In urbibus, aut luci uiſus, dirũ oſtentum eſt. Priuatorũ domibus inſidentẽ, accidit pluribus nõ fuiſſe ferale, aut inauſpicatum: uolat ſemper tranſuerſus. Vebs Roma aliquãdo ita ſtrata fuit, quod Capitolij cellam intraſſet. Augures aues ab ortu uolãtes, dextras ab occaſu, ſiniſtras nũcupabant. Ex earũ garritu futura dijudicabãt. Dextræ ab ortu cœlãtes ſi uoces modulamine tẽperatas, & eiuſmodi edidiſſent, fœlicem rei euentũ portendebãt. Si ab occiduo cardine eã garritibus abſcuris aut obtuſis profui ſerentur inauſpicatæ agreſtes habebantur. ſed ex earũ genere quæ hordeo uetũ rerum futurarũ erat præſagium. Iam uerò, aliæ aues ſerentur, cicurabant aucupes. Sed de augurij: legatiſq; Cicer. Diuinat. 1. Ea deniq; inquiũ. ſ fuit in auibus diuina mente, ut tum huc, tũ illuc uolent aliter, tum in hac, tũ in illa parte ſe oculentent: tum à dextra, tũ à ſiniſtra parte canant oſcines. Septem uirq; ep.] Veteres Pontifices obſeruarunt multitudinem ſacrificiorum tres epulones eſſe uoluerunt, ut ludorum epularia ſacrificia facerent. Poſtea numerus auctus fuit, & additi ſunt duo. Ad ultimum Theatralium ludorum, atq; Circenſiũ ambitione ita factũ ſunt adiecti. Cic. in lib. de Oratore, pontifices uetere, inquit, propter ſacrorum multitudinem tres uiros epulones eſſe uoluerũt, cùm eſſent ipſi à Numa, ut etiam illud ludorum epulare ſacrificium facerent, inſtituti. Titijq; ſod.] Hi ſacerdotes extra urbem habitabant, & in tugurijs, ut tradit. Pomponius, & certa auguria ſeruabant, quod ad id à Pontifice electi, creatiq; eſſent, nomenq; ab auibus ijs inditum fuit. Erant hi Apollinis. Salios.] Salij duodecim erant, quos Numa Marti Gradiuo conſecrarat. Nomen ijs factum fuit à ſaltando, quod quotannis in comitijs ſaltare cogerentur. Tunicis uerſicoloribus amicti per urbem tripudiabant balteis æneis ſuccincti. Togas fibulis nectebant. Has trabeat uocabant: pilros altiores, & in cornum exeuntes in capite, apices dicebant. Gladijs accincti de-

Ancyle nuncupant, circumferebant. Lege lata, Salij liberi ingenuæque fortunæ. Sunt qui Salios uocatos arbitrentur, a quodam Samothrace, seu mantineo Salo, id quod Pluarchus refutat, qui armatam saltationem (Græci Pyrrichen uocant) inuenerit. Ferunt Tullum Hostiliũ, Salio-rum numerum duplicasse, cùm Romanis in aciem contra Fidenates inductis, Albani duce Metio Suffeno defecere. Institutum erat, ut, cùm canentes carmen per urbem cum cui à Numa, & alijs Quiritibus negotium datum fuerat, ut ad exemplũ ancylis è cœlo lapsi, plura effingeret. Quod quidem uoti absolutè præstitisset. Numa artifici obtulit, ut aliquid arte dignũ ab se peteret. Aiunt artificem non meretedem, sed gloriam expetiuisse, ut in catastrophe singulorum carmium, suum nomen appellaretur: quod quidem obtinuit: & in comitijs diu seruatum fuit. Dionysius Salios, nihil ab his diuersos fuisse quos Græci Curetas uocant, asseruit. Postea Salij nunc Agonales, nunc Collini nunc Palatini dicti fuerunt. Varro, cùm de Herculc multa disseruisset, probauit, eundem esse Martem, quare salios illi quoq; assignatos fuisse. Leto.] ipse læ

eius lapsum fuerit. Hanc peltam repertam in regia, quia nemo intulisset, è cœlo, in seuientis pestis remediũ, lapsum uulgò creditum fuit, id quod planè fabulosum est, ut & hoc non minus, quod in Numæ manus conciderit, ac tum miranda quædam fata urbi per eam significari Aegeriæ oraculo cognitum. Hac religione animis hominum iniecta, ingens cura tum Numam, tum patres cepit, ut cœlestis illa pelta perpetuò asseruaretur: effectumq; fuit, ut modò memorati, ut plures similes sint artificiosè fabricatæ, ne ea, quæ fatalis fuisset habita, humana fraude exemplo illius Palladij Troiani interciperetur. Ouid. de Ancyli.

Atq; Ancyle uocat, quod ab omni est parte recisum,
Cumq; notes oculis, angulus omnis abest.

Flamen.] Numa flamminem unum Ioui creauit, qui Dialis dictus fuit. ἀπὸ τῆ διός. Hunc insigni uestę, & sella curruli excoluit. Inde pari cura duos adiecit: uel ut quidam, tres, duos Marti, unum Quirino. Plutarchus à Romulo, flamines Ioui, & Marti creatos arbitratur. Hos flamines ab insigni, quod capite gestabant, quasi filamines dictos multi opinantur, Rursum alij, qui à pileis quasi pilamines, dictos autument. Insula certè, quæ capitibus hærebat, flamma fuit appellata, si Dionysio sit credendum, qui uerius uidetur eis nomen fecisse. Horum ministri, Flaminij & ministræ, flammulæ dictæ fuerunt. Flamines domum egredi, sine pileis nefas erat. Apicem capitis insigne, siue flammam Dionysio.

Dumq; illi effusa. Dumq; illi effusam longis anfractibus urbem
Circumeunt, Aruns dispersos fulminis ignes
Colligit, & terræ mœsto cum murmure condit,
Datq; locis nomen: sacris nunc admouet aris
Electa ceruice marem: iam fundere Bacchum
Cœperat, obliquoq; molas inducere cultro:
Impatiens diu non grati uictima sacri
Cornua succincti premerent cum torua ministri,
Deposito uictum præbebat poplite collum.
Nec cruor emicuit solitus, sed uulnere largo
Diffusum rutilo a dirum pro sanguine uirus.

Aruns dispersos fulminis ig.] Sulpitius extat. Alij multo ineptius interpretantur, quasi res fulmine icta. in terra condiderit. Sed longè alia fuit ratio condendi fulminis. Iuuenal. Saty. 7.

Atq; aliquis senior, qui publica fulgura condit.

Seneca Natur. quæst libro secundo scriptum reliquit, piscos Romanos, cum crederent, nisi fato fulmina non decidere, cæsis hostijs, extructis aris, adhibito sacerdote, uelut in procurationem malorum illa condidere. Condigerat, & quadam tacita prece terræ conderet, & consecraret. Eum locum bidental uocabant, quod cæsis bidentibus, is iam expiatus esset. Trium generum esse fulgura author est Fest. Pomp. Postularia, Pestiferos, & peremptalia. Postularia, uotorum aut sacrificiorum ipsetam religionem expiabant, Pestifera mortem, aut exilium denunciabant. Peremptalia, superiorum fulgurum, portentorumq; significationem abolent, Itaque, hæc peremptalia fortasse rectè dixerimus.

Cum mur.] id est, tacita precatione. Datq; locis nomen.] bidental uocat eum locum, quod, quasi bidentibus cæsis, is iam expiatus esset. Marem.] Cuiusmodi hostiæ eximiæ dicebantur, & maiores, quod è grege exemptæ, atque hinc electa ceruice marem uocat, arguês taurũ egregiũ, eximiũ, & insignem.

Fundere Bacchũ.] Constat solere hostijs. aræ admotis uinũ inter cornua eos fundere. Maro Aen. 6. a al. nigrum.

Frontiq; immergit uina sacerdos. Et lib 4.
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
Candentis uaccæ media inter cornua fundit.

Bacchum pro uino posuit. per metonymiam.

Molas inducere.] Mola placenta erat, quæ ex hordeo, admisto sale conficiebatur, quam Vergil. lib. Aeneid. secundo, falsas fruges uocat.

Iamq; dies infanda aderat mihi sacra parari,
Et salsæ fruges & circum tempora uittæ,

Hæc uiuis capitibus animalium hostiarum imponebatur, aut inspergebatur, antequam macterentur. A' mola, uerbum immolo, sacrificio. Græci molam ὄλαι & ἐνάλφιτα dicunt. Homeri scholiastes. lib. Iliad. eius rei duas causas potissimum adducit ex Theophrasto de inuentionibus. ἢ οἱ πολλαπλασίαν χάριν, ἢ ἐνάλλαττον τὴν ἀρχαίαν φρύσεσθαι, πρὶν ἢ μάθωσιν οἱ ἄνθρωποι ἄλλο τὸν καρπὸν καλεῖν, ὃ νῦν σῖτον αὐτὸν ἔθυον. ὅθεν καὶ αὐτὰς φασὶν ὁ ποιητὰς. hoc est, uel propagationis causa: uel ob memoriam prisci uictus.

Nam antequam mortales usum molendi frumenti inuenissent, ordeo ita integro, ac nondum ita confecto uesci solebant. Quare eas fruges Homerus ὄλας, id est, molas uocat; ἀπὸ τῆς ὅλης, hordeo.

Ministri.] *Victimarum, & sacrificij. Ostendit ui coactum, & reluctantem collum securi præbuisse, id quod in sacris id genus ominosum habebatur: & amoueri solebat, si deo offerretur, quo eo inuito crederetur offerri. Seruius. Si uolet, minimeq; reluctãs aræ admoueretur hostia. Italq; prodigium statim secutum commemorat.*

Palluit.] *Ordine exta prodigiosa recenset. Sunt autem exta, quæ ex uisceribus sacrificantur Dijs, ex quibus aruspices futura præsentiebant. Hinc Aruntem dicit, iram superorum in extis quæsiuisse. Cicero Diuina. primo, testatur Hetruscos, quod religione imbuti, studiosius & crebrius hostias immolassent, extorum cognitioni maximè se dedisse.*

Palluit attonitus sacris feralibus Aruns:
Atque iram superum raptis quæsiuit in extis,
Terruit ipse color uatem, nam pallida tetris
Viscera tincta notis, gelidoq; infecta cruore
Plurimus asperso uariabat sanguine liuor.
Cernit tabe iecur madidum, uenasq; a minantes
Hostili de parte uidet, pulmonis anheli
Fibra latet b paruusq; secat uitalia limes.
Cor iacet, & saniem per hiantes uiscera rimas
Emittunt, produntq; suas omenta latebras.
Quodq; nefas, nullis impune apparuit extis,
Ecce uidet capiti fibrarum increscere molem
Alterius capitis: pars ægra, & marcida pendet:
Pars micat, & celeri uenas mouet improba pul-(su.

a al. minaces
b al. prauus.

Palluit.] *A signo externati animi, inter aperiendum uictimam. Sacra feralia dicit, funesta, dira, & exitialia: à diebus, inquiunt Grammatici, feralibus, quibus epulæ mortuorum sepulchris inferebantur. Summatim fere le dicitur, de omni re, quæ ad defunctos pertinent: ut uittæ ferales, tædæ, bubo, arma, fœdera, officia feralia, &c.* Viscera.] *Omnia interiora uiscera dicuntur: ut iecur, cor, pulmo, præcordia, ilia, & in uniuersum omnia ea quæ pectore teguntur. Sulpitius, Viscera, carnem exponit, quæ exta continebat.*

Pallida.] *Reddit, quem dicat colorem, uiscera Pallida, nigris interstincta notis, & quod monstrosius fuit imbuta frigido sanguine, qui exceptis piscibus, in omnibus animantibus calidus est. Interpres Sulp. gelidum, densatum exponit.* Liuor.] *Secundum liuidus uiscerum color: is enim est, qui in cute ex ictu apparet: plõbeus nempe. Is hîc uersicolor erat. Et tamen cum immolatur, potest fieri extorum mutatio: ut aut absit aliquid aut supersit. Paruis momentis multa natura, aut affingit, aut mutat, aut detrahit ait Cic.* Tabe.] *Tertium, iecur sanie corruptum.* Venasq; minantes.] *Quasiq; exitiũ, & calamitatem aliquam. Et hoc superstitiosum nimis, quod eas in duas partes diuiderent: in dextram, quæ patriæ erat, et sinistram, quæ hostis. Et ut quæq; erat affecta, ita uel læta, uel tristia nunabatur.* Pulmonis anheli.] *Quartum, fibram pulmonis latuisse: addit, anheli, quod è pulmone, ceu folle respiramus, & ducimus anhelitum.*

Limes.] *præcordia indicat, quæ membranæ sunt, cordi oppositæ. διαφράγματα, à Græcis dicuntur. Est autem diaphragma quicquid medium aliqua diuidit: ut narium interseptum. Hinc membrana illa, quæ cor, & pulmonem, à iecinore, et liene dirimit, ea uoce appellatur: præcordia à multis: Celsus, septum transuersum nuncupat: περικάρδια, præcordia περιφράγματα, circlus. Hippocr. & Galenus φρενᾶς. Sed ista omnia conuelluntur à Stoicis, quibus non placet singulis iecorum fissis interesse Deum, aut etiam auium cãubus. Neque enim decorum est, ait Cic. nec Dijs dignum: nec fieri ullo pacto potest. Sed ita à principio inchoatum esse mundum, ut certis reb. certa signa præcurrerẽt: alia in exitu, alia in auibus, alia in fulguribus, alia in ostentis, alia in stellis, alia in somniantium uisis, alia in furentium uocibus.*

Cor iacet.] *Quintum, cor non palpitat. Sed Dicitat. contigit, qui cùm immolaret, eo ipso die, quo purpuratus processit, & in aurea sella primùm sedit, in extis bouis opimi cor non fuit, quasi ullum animal, quod sanguinem habeat, sine corde esse possit. Ea ipsa Cæsare perculsus, cùm Spurium diceret, timendum esse, ne & consilium, & uita deficeret: (utrunque enim è corde proficiscitur) postero die caput in iecore non fuit. Quæ uates denunciabat significare, quod uideret interitum: non autem caueret.*

Saniem per hiantes uisc.] *Sextum. putridum, & corruptum sanguinem.* Omenta latebr.] *Septimum. Est autem omentum id pingue, siue membrana pottus, cui intestinæ integuntur, & inuoluuntur. Celso intestinum, exteriori parte leue, & strictum: superiore parte mollius, cui adeps quoque innascitur, quæ sensu, sicut & cerebrum, caret.* Ecce uidet capiti uibrarum.] *Octauum magnitudinem fibrarum capitis alterius insurrexisse in caput alterius, id quod nulli unquam temerè apparuit.* Pars micat.] *Nouum. partem apparuisse mucidam, partem subsiluisse.*

Celeri pulsu.] *Decimum. Nimis celerem arteriarum pulsum, ac motum. Arteriæ uitalis pulsus in humanis corporibus euidens index ferè eorum est. agitatus modulis certis, & legibus metricis: sed per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus. Quin ad datur aliquid appendicis loco, de iecore, & extis. In iecore est, quod extorum caput uocant, id magnæ uarietatis est. Marco Marcello id defuit in extis, cùm ab Annibale cæderetur. Postridie geminum fuit repertum. Desideratum Caio Mario, cùm Vticæ immolaret. Caio Principi cùm iniret consulatum: quo anno cæsus fuit. Claudio etiam successori, quo mense sublatus fuit. Iecur in extis principatum obtinet.*

Vix fas.] *Refert ambages aruspicis circa interpretationẽ prodigij: & exclamatione ad superos, & deprecatione malorum attentos reddit, quod cõsilium, et uoluntatẽ diuinam, in extis collecta fit Pop. Roman. proditurus.*

a al. monetis.
b al. uiscera.

His ubi concepit magnorum fata malorum,
Exclamat, uix fas superi, quæcunque a mouetis,
Prodere me populis: neq; enim tibi summe litaui
Iuppiter hoc sacrum, cæsiq; in b pectore tauri
Inferni uenere Dei: non fanda timemus,
Sed uenient maiora metu: Dij uisa secundent,

Lita.] *Sacrificio tuũ numen*

Et fibris sit nulla fides, sed conditor artis,
Finxerit, ista Tages. flexa sic omina e Thuscus
Inuoluens, multaq; tegens ambage canebat.

A numine placare studui: ut si in hostijs erration esset, iram suam in exitu declarassent. Non licebat Ioui taurum immolare: quod quia Vergilius Aeneam suum fecisse finxit in Thracia, statim monstrum horrendum fecisse scribit. Nusquam Ioui, sed Apollini, Neptuno, & Marti Taurus cædebatur. Itaque ut aruspex ostendat, nullum piaculum admissum, nec error hoc fecerit, piaculum dato. Idem de Iure Satiatum in hostia, dicit. Neq; enim tibi summe litaui, Iuppiter hoc fecerit. Verba Attei Capitonis sunt. Siquis forte Ioui tauro fecerit, piaculum dato. Idem de Iure Satricis. Ioui tauro, Verre, ariete immolare non licet. Duo maxime hostiarum genera tradebantur: alterum, quo voluntas Dei ab aruspicibus (ut hoc loco) in extis disquirebatur: ex capitibus, fibris, iecinoribus, pulmone, corde: alterum, quo anima tantum Deo dedicabatur.

Inferni nenere Dei.] Eruditè exponit, quibus Dijs tauro litauit: nempe inferis, quos in uiscera uenisse, ait. Maro introducit Aeneā descensurum ad inferos mactantem Proserpinæ sterilem uaccam, Plutoni taurum.

—Ipse atri uellerit agnam
Aeneas matri Eumenidum magnæq; sorori
Ense ferit, sterilemq; tibi Proserpina uaccam,
Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras,
Et solida imponit taurorum uiscera flammis,
Pingue superq; oleum fundens ardentibus extis.

Non fanda timemus.] *Infanda, horrendaq; timemus, Timemus magna, sed maiora superuenient.*

Dij uisa secundent.] *bene precantis, & deprecantis infortunium, uno calamitatem imminentem, quam exipa portenderent.*

Conditor artis.] *Optat Tagem uanum, & mendacem ingt, quæ de ea arte in literas miserit. Tagem aruspicinæ inuentorem fuisse, & aratorem in Hetruria, & aratorem artem docuisse ferunt. Reliquit lib. de aruspicina scriptum, teste Fulg. Plinius tradit Delphum quendam apud alias gentes aruspicium inuenisse. Porrò de Tage huiusmodi historia proditur, & refertur à Cicerone libro de Diuinatione 2. his rebus. Tages quidam dicitur in agro Tarquiensi, quum terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse repente, & eum affatus esse, qui arabat. Is autem Tages (ut in libris est Hetruscorum) puerili specie dicitur usus, sed senile fuisse prudentia. Eius aspectu, cùm obstupuisset bubulcus, clamoremq; maiorem cum admiratione edidisset, concursum esse factum: totamq; breui tempore in eum locum Hetruriam conuenisse: tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia uerba eius exceperint, litterisq; mandauerint. Omnem autem orationem fuisse eam qua aruspicinæ disciplina contineretur: eam postea creuisse rebus nouis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis. Hæc Cic. Ouid lib Metam. ultimo.*

Haud aliter stupuit, quàm cum Tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aspexit in aruis
Sponte sua primum, nulloq; agitante moueri:
Sumere mox hominis, terræq; amittere formam:
Oratq; uenturis aperire recentia fatis
Indigenæ dixère Tagem, qui primus Hetruscam
Edocuit gentem casus aperire futuros.

Apud omnes deniq; scriptores constat, Hetruscos huius artis inuentores, & primos cultores fuisse. Iuuenalis, Satyra. 13.

Nunc si depositum non inficietur amicus,
Si reddat ueterem cum tota ærugine follem,
Prodigiosa fides, & Thuscis digna tabellis,
Quæque coronata lustrari debeat agna.

al. omnia.

At Figulus.] *Ab Aruspicio ad prædictionem mathematicam ex astris transit, Vnde certiora colligit, cùm filum Artificialis Astrologiæ sequitur Mathematicus Nigidius Figulus. Fuit hic Pythagoricus, quē Varro teste Gellio, hominem doctiss. vocat. Floruit ætate Ciceronis & Cæsaris. Varronis monumenta diu superfuerunt: Nigidianæ uerò cōmentationes non ita celebres in uulgus exierunt, propter earum tum obscuritatem, tum subtilitatem, quæ (ut ait idem Gellius) tanquam parum utiles derelictæ fuerunt Cicero de uniuersitate. Fuit enim inquit, uir ille, cùm cæteris artibus, quæ quidem dignæ libero essent, ornatus omnibus, tum acer inuestigator, & diligens earum rerum, quæ à natura inuolutæ uidebantur. Denique sic iudico, post illos nobiles Pythagoricos, quorum doctrina extincta est quodammodo, cùm aliquot sæculis in Italia, Siciliaq; floruisset, hūc extitisse, quæ illam renouarit. Hæc Cicero. Periit eo biennio, quo Cicero proscriptus, & cæsus fuit, & ipse exul. quo tempore decessit, & ipse Sulpitius, homo iuris scientia nobilis, decessit, cuius funus publico sumptu elatum fuit. Lucanus igitur antea quam ad prædictionem futuri belli, è figura reuolutionum signorum, & planetarum perueniat, præmittit artificiosè prosopographiam Figuli, cum amplificatione, ab exacta Astrologiæ scientia.*

At Figulus, cui cura deos, secretaq; cœli
Nosse fuit, quem nō stellarū Aegyptia Memphis
Aequaret uisu, numerisq; mouentibus astra,
Aut hic errat, ait nulla cum lege per æuum
Mundus, & incerto discurrunt sidera motu,
Aut si fata mouent, urbi generiq; paratur
Humano matura lues. terrenæq; dehiscent
Subsidentq; urbes? an tollet feruidus aēr
Temperiem? segetes tellus infida negabit?
Omnis an infusis miscebitur unda uenenis?
Quod cladis genus, ô superi? qua peste paratis
Sæuiam? extremi multorum tempus in unum
Conuenere dies? summo si frigida cœlo
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes
Deucalioneos fudisset aquarius imbres.
Totaq; diffuso latuisset in æquore tellus
Si sæuum radijs Nemeæum Phœbo Leonem
Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo,
Succensusq; tuis flagrasset curribus æther:
Hi cessant ignes.

Stellarum.]

Stellarum.] *Cùm Astronomiæ, tum Astrologiæ, cuius artis, Aegyptij longinquitate temporum, scientiam multis penè sæculis, post Assyrios, & Chaldæos consequuti putantur. Etenim principio Assyrij, propter planiciem & regionum, quas incolebãt, magnitudinem cùm cœlum ex omni parte apertum, & patens intuerentur, traiectiones, motusq; stellarum, ut ait Cicer. Diui. primo, obseruauerunt: quibus notatis, quid cuiq; significaretur, memoriæ prodiderunt. Qua in natione, Chaldæi non ex artis, sed gentis uocabulo nominati, diuturna obseruatione siderum scientiam putantur effeciſſe ut prædici posſet, quid cuiq; euenturum, & uno quisque fato natus esſet. Cæterum uetus scriptura luculenter testatur Abrahamum, Moschen, & Iosippum in Aegyptiorum disciplina ad miraculum usque exercitatos fuisse. Fuerunt interim Aegyptij multarum aliarum artium inuentores: ut picturæ & in primis literarum, ut quidam putauerunt.* Memphis.] *Vrbs Aegypti, quondam arx regum, ab Ogdoe condita: sed Herodoto à Mene rege. Cairus hodie dicitur. A parte totam Aegyptum intelligit. Collatione amplificat peritiam artis*

Aut hic errat.] *Constituit horoscopum, & domos planetarum cum signis coniunctis: erigitq; figuras reuolutionum signorum, & planetarum illius anni, iuxta doctrinam & præcepta Astrologiæ: & illius quærit dominum, donec eum deprehendat in decima domo cũ Scorpione coniunctum: descriptis signis per gradus 30. Habet enim unaquæq; domus gradus 30. Iam uerò reuolutionibus diligenter cõsideratis, alteram propositionum duarum necessariam colligit.*

Numerisq; mouentibus.] *Nam mundi machina nouem orbibus, siue globis connexa est, quorum summus est, in quo fixæ stellæ sempiterno cursu uoluuntur, qui reliquos omnes complectitur: cui subiecti sunt septem, qui planetarum sunt, contrario mundo motu errantium. Horum summum possidet illa stella, quæ Saturnus nominatur. Hæc trigesimo anno ad breuissima suæ sedis principia regreditur. Deinde hominum generi prosper, & salutaris ille fulgor, qui Iouis dicitur qui multo inferior duodenis annis circumagitur. Tum rutilus, & terris terribilis, quem Martis dicimus uulgò, ab alijs Herculis uocatum, qui binis annis conuertitur. Deinde subter mediam ferè regionem, Sol obtinet, dux, princeps, moderatorq; luminum reliquorum. Hîc permeat suum orbem, tricenis sexagenis quinis annis, & horis sex. Infra Solem, ambit ingens sidus Veneris, quod matutinum solem perueniens, Lucifer, ab occasu refulgens, cùm occidentem sequitur, Vesperi nomen accipit. Hanc stellam alij Iunonis, alij Isidis, nonnulli matris deûm appellant. Signiferi ambitum peragit tricenis, duodequinquagenis diebus. Proximum illi Mercurij sidus, à quibusdam Appollinis appellatum, nouem diebus octoue ambitu suum circulum percurrit. In infimo, Luna radijs Solis accensa conuertitur, uigenis septenisq; diebus, & tertia diei parte. Harum rerum, & similium, ut de coniunctionibus Planetarum, de signorum conuersionibus, reuolutionibus Planetarum per 12. signa, de fixarum stellarum distantijs, de deliquijs, de ratione ortus, & occasus omnium corporum cœlestium, absolutissimam cognitionem Nigidio tribuit.* Numerisq; mouentibus astra.] *Nam sonus dulcis coniunctus interuallis imparibus, sed pro rata parte ratione distinctis, impulsu, & motu orbium conficitur: ut acuta grauibus temperant, uarios æquabiliter contentus, & harmoniam efficiat. Nec enim, inquit Cicero, silentio tanti motus incitari possunt: & natura fert, ut extrema ex altera parte grauiter, ex altera, acutè sonent. Quam caussam. Summus ille stellifer cœli cursus, cuius conuersio concitatior est acuto, & excitato mouetur sono: grauissimo autem hic lunaris atque infimus: & ea quæ sequuntur.*

Aut hic errat.] *Disiunctiua propositione proposita, alteram partem constituit. Aut mundus errat, aut fata horribilem cladem minantur mortalibus. Non errat, nam certis legibus, ac uicibus mundi machina conuertitur, ergo magna clades reuolutionibus huius anni reuolutionibus planetarum, & signorum orbi imminet. Erigit 12. domos cœlestes, ut anni domino constituto in domo decima prædicat, quid sit futurum.*

Matura lues.] *Vtinam superueniat, quod diu dij parturuerunt. Maturum in fructibus proprie id dicitur, quod neque crudum est, neque immite, neque caducum, ac nimis coctum sed tempore suo adultum. Sic enim esse* B *Gell. à Nigidio definitur. Adstipulatur ex eodem Macrob. Nam quod non segniter fit, maturè fieri dicitur. Progressa plurimum uerbi significatio est, inquit Gell. & iam non quod non segnius, sed quod festinantius fit, id fieri maturè dicitur: quando ea, quæ præter tẽporis sui modum perpetrata sunt, immatura uerius dicantur: Hinc maturitas & maturare, quod contrarium est, properare, ut*

sciitissimè illa separauit Vergilius.

Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa forent, quæ mox cœlo properanda sereno,
Maturare datur. —

Terræne dehiscent.] *Id est diducent se? Hiatus terræ propriè est, quidam terræ in profundum recessus. χάσμα.* C *Quatitur terra uariè: hîc prostratis manibus: alibi in totum hiatu profundo hausſtis: alibi egestis molibus, ait Plinius, alibi emissis amnibus: nonnunquam etiam ignibus, calidis ue fontibus: alibi aduerso fluminum cursu. Iam uerò hiatum uel præcedere solet, uel comitari terrificus sonus qualiscunque. Interdum manet hiatus: nonnunquam occultat se. Magni motus futuri signa existunt, matutini, uespertiniq;. Interdum circa meridiem. Nautæ certa coniectura præsentiunt, quando sine flatu intumescunt fluctus subitò. Quæ in nauibus posita sunt, tremuit, & crepitu prænunciant. Quin & aues pauidæ sedent, Iam & in cœlo est, præceditq; futuro motu. aut interdiu, aut paulò pòst occasum sereno, ceu tenuis linea nubis in longum porrectæ spatium. Quum & in puteis turbidior aqua apparet, & fœtido odore.*

An tollet feruidus aër.] *An sublata aëris temperie pestem expectamus?* Segetes tellus infida neq; *An terris denunciatur charitas rei frumentariæ, ac fames?* Omnis an infusis miscebitur.] *An aquæ uenenò inficientur ab aliquo infesto generi humano dæmone? Ex reuolutionib. planetarum per 12. signa horum singula explorat.* Quod cladis.] *Per admirationem obseruat coniunctionem Saturni, & Aquarij in decima domo, quæ ab Astrologis in summo: siue medio cælo collocatur. Quàm quidem si ille occupasset, diluuium præsens innuisset, & quidem in propria domo. Habent Planetæ potestates quasdam in proprijs domicilijs. Saturni sedes sunt, Capricornus, & Aquarius: ut Arietis & Scorpius, Martis, in quibus utrobiq; hic inuenitur.*

Pestilentes

A Pestilenter Planetæ hi duo censentur, & tamen in suis regionibus haud perinde permitiosi sunt, atque cùm aliorum occupant castra. Sed postea de domicilijs Planetarum plura dicturi sumus. Saturni sidus, quod Phæno etiam dicitur, authore Cicerone libro secundo de Natura Deorum, gelidæ, ac rigentis est naturæ: hinc frigidam stellam uocat, caussa est, quod longissimè à Sole recedat supra, quo it penetrare nequit, ut ad inferiores planetas. Est colore candido. Imitatur Vergilium, qui posquam uarias tempestates, quibus agricolæ infestantur, exposuit, errantium siderum rationem obseruandam, monuit: in primis autem, frigidæ, & siccæ, Saturni stellæ transitum. Tradit hæc præcepta, quibus dopriuo.

Hoc metuens cœli menses, & sidera serua,
Frigida Saturni, quo sese stella receptet,
Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes,

Diximus paulò antè, frigoris rationem in Saturno esse, quod circulum à Sole recedat: iam uerò siccitatis, interuallum longius à terra. Saturnus in quacunque domo reperitur, B maximè in sexta, octaua, & duodecima, ærumnarum, ea lamentatum̃q; ubique author est: & Aquarius, signum humidum, calidum, aëreum, domus Saturni, ut & Capricornus. Hic ascendens inuenitur & in octaua, & quidem in aliena domo, Virgine nempe, qui Mercurij est: in primò item retrogradus, in Aquario.

Nigros.] ob propinquitatem proximorum circulorum, cum alioqui sit colore candido stella. Deucalionei.] Quales cecidere tempore Deucalionis, & Pyrrhæ, quo mundus aquarum Diluuio obrutus fuit. Hi, secundum Hyginum, in montem Aetnam ob earum altitudinem fugerunt. Hi cùm soli uiuere non possent, lotum genus propagaret, aut ipsos quoque pari calamitaC tè rebus humanis sustolleret. Iouis iussu lapides trans caput mittere cœperunt: quorum qui Deucalionis erant, in uiros, qui Pyrrhæ, in fœminas mutati sunt. Atque ob id Axei dicti sunt à lapide. Iam uerò, & illud nimis quàm eruditè dictum est, Deucalioneos imbres Aquarium fudissent. Nam ipsum Aquarium Hegesianax Deucalionem esse existimat, quòd eo regnante, tanta uis aquæ è cœlo effusa fuisset, ut cataclysmus factus dicere tur. Alij Ganymeden esse uolunt, raptum à Ioue ob formæ præstantiam, ad pocillandum Dijs: nonnulli Ceropem putarunt, alij Aristeum Apollinis filium.

Aquarius.] Ostendi paulò antè Aquarium signum esse humidum, tum autem calidum, & aërium. Accepit inde nomen, quod eius exortu largiores imbres effundantur: ὁ Ἀφρός, à Græcis appellatur. Duas stellas obscuras in capite habet. in singulis humeris, singulas amplas: in sinistro cubito unam, & unam in dextro: in manibus, singulas: in mamillis singulas: sub mamillis, singulas: in dextro lumbo, unam: in genibus singulas: in tibia dextra, unum: in pedibus, singulas. Numerus stellarum 18. Aquarum effusionem referunt 31. stellæ. Pedibus urget circulum hyemalem. Sinistram manum usque ad Capricornum porrigit: dextra iubam Pegasi propè contingit, spectant exortum. Atque ita corpore resupinato uidetur. Aquæ effusio ad eum pertinet Piscem, qui solitarius effigiatur.

Ignes.] Liuidos, ait Sulpitius. Illud interim Astrologi monere solent (id quod paulò antè etiam memini) de malis planetis, eos haud perinde permitiosos in proprijs domicilijs esse, atque sunt in alienis: ut hoc loco cum dicit, si Saturnus fuisset deprehensus in summo cœlo, uim aquarum ingentem eum effusurum fuisse: propter Capricornum, nam ea domus est Saturni, & decima, & undecima eiusdem propter Aquarium. Qui Aquarium horoscopum habet natiuitatis cum Sole coniunctum, infortunatus iudicatur circa aquas, à quibus natura abhorret.

Si sæuum radijs.] Auersio ad Solem in Leone, quæ propria domus est, si committerentur, conflagraturum orbem esse, ut quondam sub Phaëtonte. Tria signa calida recensentur, & sicca, Aries Leo, & Sagittarius: cum quibus si pestilens Saturni stella concurrat, magnum, & horribile incendium promittitur. Sed Sol cum paulo temperatior sit natura, in ascensu intenditur calor: in descensu uerò humiditas. Atque hinc fit, cur in sua mansione, hoc est, in Leone, minus sit noxius, minusq; infestus. Quare ij qui habent Solem in Leone horoscopum natalitium fere censentur audaces, magnanimi, eloquentes, arrogantes, duri, inexorabiles, & qui publicis muneribus cum laude, & magna gloria funganntur, sed infœlices in liberis. Nunc ad instatum.

Nemęum Phœbe Leonem.] Nigidius Figulus refert hunc Leonem apud Lunam nutritum Iunonis iussu, atque in Arcadia in Nemea in specu Mhdimon, quē Aphrisum uocant, conditum: atq; inde Iunonis iussu in Herculis exitium emissum, eumq; postea ab ipso interfectum, unà cum Molorcho hospite, cui clauam extorsit, qua beluam occidit. Hac deinceps pro gladio, & pelle scuti uice usus fuit. Iuno Leonem inter sidera collocauit. Sunt qui arbitrentur, propter hunc Leonem postea gymnica certamina publicè instituta fuisse. quæ Nemea dicta fuerunt. Tres huic Leoni stellæ in capite sunt: in collo duæ: in pectore, clara una: in medio uentre, una: sub pectore, duæ: in priori pede, una lucida: sub uentre, una: in medio uentris, una: in posteriore pede, clara una: in genu posteriori, clara una: septem aliæ obscuræ iuxta caudam uidentur, quæ crines Berenices uocantur: suntq; earum uirginum, quæ in Lesbo perierunt. Porrò magna illa, & lucida in pectore, Tyberone uocatur. Leo occasum spectans supra corpus hydræ, à capite, quò Cancer instat, usque ad mediam eius ferè partem, apparet. Medius æstiuo circulo diuiditur, ut sub ipso orbe priores pedes habeat. Germanicus Cæsar in Arati Phæno.

Horrentęisq; iubas, & fuluum cerne Leonem,
Hunc ubi contigerit Phœbi uiolentior axis, "
Accensa in Cancro, iam tunc geminabitur æstas. "
Tunc Lymphæ tenues, tunc est tristissima tellus, "
Et densas lætus segetes bene condit arator. "
Dein potius uentis excluso uela rudente, "
Excipiamq; sinu Zephyris spirantibus auras. "

Proinde, si Sol Leonem, ut propriam domum obtineret, periculum esset, inquit Mathematicus, ne mundus conflagraret, ut quondam, cùm Sol per imperitiam Phaëtontis aurigæ curru excussus, omnia incendio uastauit.

Tu qui

Tu qui fla. mi.] *Auersio ad Martem, qui cùm natura calidus sit, & siccus, accendit in humanis corporibus choleram, audaciam ad furorem usq; & insolentiam, roburq; gignit. Hunc Solis propinquitas & torret, & calefacit: contra Iouem temperatum reddit: hinc frigus Saturni, hinc Martis incendium. Martis domus sunt, Scorpius, & Aries, pessimum omnium sidus, si deprehendatur in Scorpione. Gignit bella iniusta, redigit homines ad desperationem. Hinc qui Martem horoscopum natalitium sortiuntur, ab ijs nullum scelus est alienum: ad latrocinia, cædes, incendia miscenda, mendacia, & impostiuras sunt natura procliues. Deniq; scelere ipso sunt sceleratores. Itaq; Mars in proprio domicilio, id est, Scorpione, in decima domo, in summo cœli, quæ nefaria, & impia bella non denunciat? Accedit huc calidum signum Chelarum, & ipsum in medio cœli, regione nona repertum. sed cum Ioue, qui natura sedatior est, ac prudentior. Alioqui, si quid infestius foret cum Marte commissum, οὐδὲν ὑγιὲς, hoc est, summa rerum deploratio sequeretur. Atq; hinc diserte addit. Iouem occasum premi: hoc est, uersus occasum, domo nona, unà cum Chelis, siue Libra. Typum iam mox subijciam quo res fiat illustrior, oculis subiecta. Libra à brachijs Scorpij pendet.*

Tu qui flagrante minacem.
Scorpion incendis cauda, Chelasq; peruris,
Quid tantum Gradiue paras? nam mitis in alto
Iuppiter in occasum premitur, Veneriscq; salubre
Sidus habet, motuq; celer Cyllenius hæret:
Et cœlum Mars solus habet, a cur signa meatus
Deseruere suos, mundoq; obscura feruntur:
Ensiferi nimium fulget latus Orionis.

a al. cum & tum.

Scorpion.] *Prior Scorpij pars, quæ Chelæ dicuntur ab æquinoctiali circulo ita premitur, ut eum sustinere planè uideatur. Ipse autem Scorpius pedibus Ophiuchi subiectus est, & extrema cauda circulum hyemalem contingere apparet. Prono capite occidit: exoritur erectus à Chelis. Stellam habet in summa trutina Chelarum, claram: in unaquaque earum binas: in fronte, tres, in interscapilio, tres, in uentre, duas: in cauda, quinque: in acumine, duas.* Chelasq;.] *Higinius libro quarto de Signis cœlestibus, ut uersit, inquit, in Ariete: autumnus in priore parte Scorpionis, quod signum nonnulli Libram dixerunt, per hunc circulum transiens Sol ab Ariete ad Chelas, efficit sex mensium diem. Proinde Chelas intelligit Libram, quæ prior Scorpionis pars est.* Mitis in alto.] *Venustè: occurrit enim Iuppiter & ipse circa summum cœli, occasum uersus in domo nona.* Mitis Iupiter.] *Hîc nusquam fraudem molitur: dominus natalis omnes largitur uirtutes: donat prudentiam, scientiæ, eloquentiæ, & formæ pulcherrimas dotes confert: adeò, ut si quis uelit absolutum omnibus numeris uirum depingere, Ioui omnia tribuat oportet. Quamobrem mitem eum uocat. Ipsum signum in cuius domicilio reperitur, suapte natura calidum, mitigat, temperatq;. Domus eius sunt, Sagittarius & Pisces.*

Veneriscq; sal.] *In angulo circa occasum, in domo quinta. Sine uiribus hîc est. Committitur cum Gemini. Nam Venus cum sit frigida, & humida, quod luminis copia terræ uapores attrahat, habet domicilium Tauri, & Libræ, quorũ Taurus frigidus est, siccus, & Terreus: Libra, sed lida, humida, & aërea. Quod si cum Libra medians cæli statione teneret, suum esset, ut nonnihil eius calorem remitteret: id quod hîc fieri non potest, cùm in occasus imo gulo opprimatur iners, & sine uiribus.* Cyllenius.] *Mercurius, quem motu celerem uocat ob id, quod nouem diebus ociore ambitu permeet suum orbem, quàm Sol. Sedes habet Virginem, & Gemnos. Hunc in imo cæli in quinta, & quidem in propria cella Geminorum hærere dicit retrogradum. Gemini calidum signum est, humidum, & aërium, Mercurius perinde est, ut signum, cum quo coniungitur: alioqui per se minimè malus. Soli annexus arefaciendi uim habet: humoris copiam tum à Luna, tum à terra mutuatur, ut tradit Ptolemæus libro primo ἀπὸ τετραγώνων. Itaq; si cum Marte commissus esset, aut obliquo aspectu obtueretur, summam rerum corruptionem signaret, ut summa imis, & mare cœlo misceretur. Planeta dubius, & anceps, ascendens calidus, descendens temperantior. Atque hinc dicit, hæret, significans eum dubium esse, cùm in quinta sede deprehendatur retrogradus.*

Solus habet.] *Sic igitur concludit, Martem solum, ut dominum, & gubernatorem anni (sic enim uocant) decimam regionem, hoc est, summum cœlum tenere, & quidem in Scorpione, propria sede: cùm Saturnus in prima, ac propria inueniatur, ad ortum: Solem in alienam occupet mansionem: Luna ascendens in occasu, aspectu recto Saturnum obtueatur, quid aliud astra promittunt, quàm bellum nefarium, & monarchiam stabiliendam. Planetas, & signa secus suum cursum tenere dicit, quàm leges eorum postulant.*

Orionis.] *A proximo signo notat Taurum in imo cælo, domo quarta, cum quo Sol coniunctus est, recto obtuitu Martem spectans. Huius stella, quod flammæ similis sit, Pyrois uocatur. Cæterum Orion signum terribile est, in latere Tauri, cuius exortu tempestas ferè concitatur, Orion etiam incola dicitur, & ante Tauri uestigia fulget. Orion ab Vrina nomen habet, propter inundationem aquarum: à Latinis Iugula dicitur, quod gladio armatus appareat, trium stellarum luce terribilis, si fulgeat ensis, serenitatem denunciat: si obscurior appareat, tempestatem spondet. Itaq; rectè ensem nimium fulgere dicit, indicans nimis cruentum bellum. De Orione fabulari non libet, ut in Virgil. fecimus. Cæsar Germanicus in Arat.*

Tela, caput, magnisq; humeris, sic balteus ardet,
Sic uagina ensis, pernici sic pede fulget.

Aratus loquens de Tauro

ὑφ' Ἁι τε δὶς ἑπτὰ ὑφεσσυγὲς ὠρίωνος.
id est,

Cingulus ille autem fulget nimis Orionis. Typus

SVMMVM COELI.



IMVM COELI.

Imminet armorum rabies, ferrique potestas
Confundet ius omne manu, scelerique nefando
Nomen erit uirtus, multosque exibit in annos
Hic furor: & superos quid prodest poscere finem?
Cum domino pax ista uenit, duc Roma malorũ
Continuam seriem, clademque in tempora multa
Extrahe, ciuili tantum iam libera bello.
Terruerant satis hæc pauidam præsagia plebẽ,
Sed maiora premunt. nam qualis uertice Pindi
Aedonis Ogygio decurrit plena Lyæo,
Talis & attonita rapitur matrona per urbem,
Vocibus his prodẽs urgentem pectora Phœbũ.
Quò feror ô Pean, quà me super æthera raptam
Constituis terra? uideo Pangæa niuosis
Cana iugis, latosque Hæmi sub rupe Philippos.
Quis furor hic, ô Phœbe, doce, quo tela, manusque
Romanæ miscent acies? bellumque sine hoste est?
Quò diuersa feror? primos me ducis in ortus,
Qua mare Lagæi mutatur gurgite Nili.
Hunc ego fluminea deformis truncus arena
Qui iacet, agnosco, dubiã super æquore Syrtim
Arentemque feror Libyen, quò tristis Erinnys
Transtulit Emathias acies, nunc desuper Alpis
Nubiferæ colles, atque aëream Pyrenen
Arripimur, patriæ sedes remeamus in urbis:
Impiaque in medio peraguntur bella Senatu.
Consurgunt partes iterum, totumque per orbem

Imminet.] *Exponit illustribus uerbis, quid hæc reuolutio datura sit, bellũ funestũ, sed ciuile, & iniustum, & quod extrahetur in aliquot annos: quod quidẽ semel cõfectum, morte Cæsaris recrudescet.* Ferrique po.] *Vis armorũ opprimet iustitiã, & omnẽ æquũ, & bonum.* Exibit in.] *hoc est, durabit tãdiu, donec deuictis partibus, ad postremũ in Hispania deuicerit Pompei liberos magna cladẽ ad Mundã.* Et Superos.] *Allusum est ad parœmiã fatũ ineuitabile. Diuina decreta nõ cõmutantur, cùm leges humanæ pro tẽpore uarientur, sicut & uetus, & uolũtates humanæ. Hom. lib. Odyss. 3.*

ἄγγελος τ' ἀλλων θεῶν ἀθανάτων πρόφρων ἐπιπτέσθαι νόος ἀλλοτε ἄλλον ἐόντων. *interpret. Eras.*

Non etenim diuũm mens uertitur astricolarum.

Quid prod.] *Cùm his positis, nemẽ sit exoriturũ, & libertate tum amissa cõtinuetur seruitus. Quid igitur melius, quàm superos precari, ut hoc bellũ integra adhuc libertate in longũ tempus extrahatur? Cũ domi.] Cum Cæsare uictore pax quidẽ breuis ueniet, sed ea cũ seruitute* Duc Roma.] *Auersione prècatur longũ, & diuturnũ bellũ ciuile, ut libertas tãto sit diuturnior, quã Roma est amissura, unà cum pace. Atq; hæc quidẽ dicit Martem in statione cœli minari:*

a al. æquora

Rursus eo, noua da mihi cernere littora Ponti,
Tellurem q; nouam. a uidi iam Phœbe Philippos.
Hæc ait, & b lasso iacuit defecta furore.

a al. uideo.
b al. lapso,

Terrnerant.] *Verba sunt poëtæ: licet, inquit, omnia ista prodigia. Aruspicũ respõsa, & Mathematici prædictiones terrorẽ hominũ animis incutiebãt, tamẽ fatidicæ mulierculæ enthusiasmo agitatæ uaticinium multo magis ciuiũ mentes percellebãt.* Sed maiora.] *Indicat uaticiniũ Bacchadis, siue lymphatæ matronæ prædictionẽ plebem multo magis terruisse.* Nã qualis.] *Cõparationẽ insaniã ὑπερβατικῶς amplificat.* Aedonis.] *Bacha, siue Mœnas, Bacchi sacerdos. Aedon Thraciæ mõs est, quem ita dictum uolunt ab Aedono Mydonis fratre germano. Hinc Aedonis Threissa, Aedones & Scythiæ populi sunt, & Stephano Thraciæ Aedoni. Plinius montem lib. 4. cap. 11. Aedonum uocat, nõ aĩt Edonẽ. Montes, inquit, extra prædictos Thraciæ Edonis, Gigemonos, Meritus, Melamphyllon, Antandrus itẽ littorale oppidũ Troadis prius Edonis uocata fuit. Cõstat etiãm Bacchũ in Thracia singulari religione à Bacchis, à quibus eius Orgia celebrabãtur, coli solere. Ibi Euripides Tragœdiarũ scriptor à mulieribus bacchãtibus, cùm nocte intẽpestiua ad Craterũ Archelao regi Macedonũ charissimũ, tenderet, discerptus traditur: quẽ nõnulli tamen fraude Arbei uatis immissis canibus distractũ crediderunt Bacchas Threissas, in arbores transformatas, quæ Orpheũ uatẽ membratim diuulserunt canit Ouid. lib. 11. Metam. quas matres Aedonides eodẽ loco appellat. Neq; uerò illud prætereundum, antepenultimã, in uocabulo Aedonides apud eundẽ extendi, propter ω. id quod in quibusdã aliis Latini poëtæ faciunt, cùm eadẽ syllaba à Lucano alibi extẽdatur.* Pindi.] *Hunc montẽ alij Thessaliæ, alij Epiro attribuunt. Epirus ab Acarnaniis montibus incipit. In ea primi sunt Chaones, deinde Thisproti, Antigones, Aornos, à pestifera auibus exhalatione id est. Cestrius, Perrhebi, quorum mons Pindus est. E' Pindo fluit amnis Achelous.* Ogigio ple.] *Plena Baccho, & Bacchi furore afflata. Ogygia insula est contra Lacinium promontorium. Plin. lib. 3. cap. 10.] Promontorium Lacinium inquit, cuius ante oram, insula, X. M. pass à terra Dioscorõ altera Calypsus quã Ogygiã Homerus appellasse existimatur, & alia inter Phœniciũ, & Syriũ mare, ita appellata, à rege Thebano Ogyge. Sub hoc primũ d. luuiũ fuisse, author est M. Varro, in præfatione lib. 3. de re rustica. Verba eius adscribam: Et fuisse, ait tẽpus, quo rura colerent homines, nec ciuitates habebãt. Et paulò pòst Est & uetustissimũ oppidũ Bœotiæ Thebæ, quod rex Ogyges ædificauit, peraclit iam duobus millib annorũ & centũ. Sed audiamus Augustinũ lib. de Ciuita. Dei 18 Tẽpore, inquit, quo regnauit Ogyges, diluuiũ magnũ factũ est non illud maximũ, quo nulli homines euasserunt, nisi qui in arca fuerunt, sed tamẽ maius quàm quod postea tempore Deucalionis fuit. Hactenus ille. Hinc Maro Thebas Ogygias dixit in Aetna.*

» *Nunc iuuat Ogygijs circundata mœnia Thebis, &c.*

Ogygius Thebanus. Et qa Thebanus fuit hic Liber pater, ubi diuini honores illi decreti fuerũt, ab Indica expeditiõe reduci, poëta inde epitheto accõmodauit Lyæus Bacchus dicitur à soluẽdo, quod uinũ immodicè haustũ mẽbra soluat, & eneruet. Plena.] *plena Thebano uino, plena Bacchico furore. Baccho afflata.* Matrona.] *Fœmina aliqua enthusiasmo correpta: spiritu impuro agitata Antonitam urbẽ, dixit per hypallagen.* Prodens.] *afflatã se indicans Phœbi numine, uaticinari cœpit de euentu Ciuilis belli.*

Quo feror.] *Verba sunt uatis insanæ ad Phœbũ, cuius numine agitata fingit se nescire, quò gentiũ rapiatur.* Pæan.] *Pæan Apollo dicitur, & quod maximi Solis sint effectus: unus quidem perato calore mortalium uitã iuuet, alter, quod radiorũ iactu interdũ pestẽ immittat, & mortaliũ corpora feriat.* ἑκαβόλος. *ab Homero inde dictus. Proprijs uocabulis diuersos effectus signabãt ueteres, cùm eundẽ, & ἰητῆρα, à medendo, nempe ἀπὸ τῆς ἰάσεως, & παιᾶνα, ἀπὸ τῆς πλήξεως. id est, feriẽdo appellarent. Ferite sagittis inde creditus fuit, & ferre arcũ, quod radiorũ iactu, ceu iaculi pestẽ adferat. Atq; ob eam caussam Apollinis simulachrum arcu, & sagittis insigniebãt. Hinc ob eandem rationẽ Plato Solẽ Apollinẽ dictũ credit, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, ὅτι ἀεὶ τὰς φορὰς ἀφ' ἑαυτοῦ ἀφίησι, ἀπὸ τοῦ ἑκάστοτε ἑκηβόλου. Secus Chrysippus, ὅτι ἀεὶ τὰ ὄντα, ut prima nominis litera negatiuã significationẽ obtineat: siue quod solus sit, & nõ multi Soles. Sed ad Pæanẽ. Vestales in sacris ita eum inuocabant. Apollo Medice, Apollo Pæan: siue quod idem ἰήτωρ dictus fuerit, ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι ab immittendo, uel feriẽdo sagittis: quare cũ dicerent, ἰὲ παίαν. malè imprecãtis significatione usurpabatur: pro eo, quod est βάλλε παίαν. Paegæa.] Pangæus Thraciæ mõs est, ad Hebrũ fluuiũ, cui ab huiusmodi euẽtu nomẽ factũ fuisse, Plutarchus author est. ἐν τῷ περὶ ποταμῶν. ὁ Παγγαῖος ἄρρενος, ἢ θήλεος, ἢ δίκην ἐν τῷ περὶ ποταμῶν. ὁ Παγγαῖος συγγνώμης, ἢ ἀδικίας ὢν, ἢ ἀγνοίας ἐς καὶ ἀνίατον ἔρωτα, ἢ ἀπόνοιαν ὑπὲρ τὴν θυγατέρα τοῦ Κριτοβούλου Μάρτιος ἐρασθεὶς, ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν ἔρρος, ἢ θήλεος, καλεῖ ἡ κρὸ βολὴν σπαζόμενοι τὸ ξίφος, ἑαυτὸν ἀνεῖλεν. καὶ ἐπ' ἐκείνου ὁ τόπος μετωνομάσθη Παγγαῖος. id est. Pangæus Martis & Critobulæ filius, cùm per ignorantiã cõsuetudinis stupri consuetudinẽ habuisset, ægritudine animi correptus, fugit in montẽ Carmaniũ: ibi præ immodico amoris ardore necẽ sibi intulit. Atq; hinc deorũ prouidentia effectum fuit, quod mõs ille Pangæus sit nominatus. Plin. lib. 4. cap. 11. Pangæũ montẽ ad Nestũ amnẽ cuius ima ambiat, collocat. Et Pangæos eodẽ loco populos. Hinc prouerbiũ natũ, ἡ Παγγαία ἄρτεμις, Pangæa Diana, in eũ qui peregrinationẽ impensius ametis in errabundũ. instabilẽ & nulla certa sede cõsistentẽ. Sic fingitur Diana à poëtis, inseria sede pertrans. per mõtes uagari, & oberrare: modò apud superos, modò apud inferos esse.* Latosq; Aemi.] *Vbi amnis alio quot post, Cæsaris percussores Brutus, & Cassius, ab Octauio, & Antonio magna clade uicti fuerũt. Verba antea dicta fiũt & postea Philippus rex eã cõtra Thracum natios, & de suo nomine Philippos nominauit. Sita fuit in prærupto colle, à Septentrione mœnib. clausa: ad meridiẽ uastã habet planitiẽ, ad mare usq; excurrentẽ, qui Philippi ci Campi cognominati fuêre. Aenius mons amplissimũ Macedoniæ regnum ab Aquilone, à Thracia diuidit. exurritq; in tantũ altitudinis ut Euxinũ, & Adriaticũ mare ex summo uertice in cõspectu ostẽdat. Aenius Rhodope, & Orbelus montes, Mænadũ cœtu celebrantur. Philippus rex fama prodigiosæ altitudinis Montis Aemi motu, excitus, quod ex summo eius iugo duo maria prospicerentur (quidã pro Euxino Aegæũ ponunt) & à tergo amnis ister, quod ad futuri belli rationẽ non parũ referre arbitrabatur, ex Stobis Dentrio in Macedoniã remisso ipse cũ exercitu & Persico septimis castris ad Aemi radices peruenit. Hinc digressus cũ ijs, quos sibi comites legerat, montem fuit scandere adortus. Primo facilis, & aceliuis fuit uisus: mox loca acliuia, ascensu difficiliora. & arborũ densitate opaca occurrerunt. Vbi uerò ingis propius subiuerunt. densæ nubes adeò omnia obtexerant, ut illis nõ minus iter, quàm noctuma tenebris impediretur. Tandẽ die tertio, summũ cacumẽ ingressi sunt, ubi sub*

Caniculæ

& Canicularæ exortũ, quod sidus media ferme æstate oriũr, brumale sunt ferme frigus experti. Qua cœli intẽperie, cùm aliỹ omnes, tum uox ob ingraueſcentẽ aërẽ uehementer fuit constrictata. Hæc de altitudine Aemi mõtis, quã, ut tradit Pli. VI. M. possẽ excedere. Ipse mons uasto iugo procumbens in Ponũ oppidũ habuit in uertice Aristæũ. Sed de Philippis mox copiosius dicetur. Bellumq; sine.] Rectè sine hoste, hoc est, externo, extra Italiã, cùm ciues inter se concursuri sint. Rectè annotauit Micyllus antiquitus hostẽ peregrinũ appellari solere. Quo diuers.] Sulpitius exponit, aliò conuersa. Ego equidẽ sic. in quas diuersas orbis partes rapior? quò ciuitas in duas partes diuulsa iturа est? Phœbe Appollo ubi in mare effunditur, sic periphrasticè Aegyptũ circũscribit. Nili Lagei.] Peluſiaci cõtra Alexandriã. Nilum, de quo suprà dictũ est, Lagæũ uocat, hoc est, Aegyptium, à Ptolemæo Lago primo rege Aegyptiorum post Alexandri mortẽ. Hinc in diuisione regni Macedonici cùm aliỹ ducum alias prouincias obtinerent, Arabia, Aegyptus, & Africæ gerere cesserunt: à quo deinceps omnes Aegyptiorum reges Ptolemæi dicti fuerũt: quidẽ sed dissimcti aliỹs nominib. Ptolemæorũ hic recẽsetur catalogus. Lagus, Philadelphus, qui Hebræorũ libros transferri iussit. Euergetes. Philopator, Epiphanes, Philometor, eius frater germanus, Euergetes, Physicon. Coecet, Alexãs, Soter, Alexander, Laturus, Dionysus, Cleopatra quæ sua morte regnũ reliquit Po. Roma no. Hũc ego.] In Aegyptũ sibi uidetur rapi, quod eò constugerit Põpeius post cladẽ Pharsalicã, eoq; fugientem Cæsar persecutus fuit. Vicit hic & Alexãdrinos nouas res moliẽtẽ ducib. Photino Septimio & Achilla. Hic Antonius triũuir imperiũ Orientis cõstituit, quò & ipsum nauali prælio ad Actiũ persecutus fuit Octauius. Hũc ego.] Vatũ pium inquit, agnosco ab Achilla obtruncatũ, & in littore Alexandrino iacentẽ, quod flumineã arenam hîc nominat. Dubium.] periculosam. De Syrtib. in mari Libyco suprà dictũ est. Cæsarẽ dicit ex Aegypto castra moturũ, & inimicos suos per Africã sparsos persequuturũ. Quin & M Catonẽ Vticæ sibi manũ illaturũ cùm addit, Emathias acies, hoc est, Romanos exercitus post Pharsalicã pugnã eò trãsmissurot, ubi Cæsar Scipionẽ, Labienũ, Varũ, & Iubã regẽ castris exueret. Nunc defu.] Quas porrò Alpes dicat, ipsa statim reddit: montes Pyrenæos, qui Galliam ab Hispania diuidũt. In Gallia Massiliã cepit, in Hispania Petreiũ, & Afraniũ ad deditionẽ cõpulit. Pyrene mons ad ortũ Hispaniã ab Aquitania, & Narbonensi Gallica dirimit. Silius Italicus author est, lib 3. Pyrenæos mõtes, à Pyrene Bebrycis filia nomẽ inuenisse. Hi quoniã Alpium instar sunt. scriptores eorũ incolas Alpinos Hispanos appellare solent. In hit, ueterib celebrãtur æraria, & argenti fodinæ. Mons itẽ magnus ex sale, cui quantũ demas, tantũ accrescit. Ipse mõs primo hinc in Britannicũ Oceanũ ab interiori mari Gallico excurrit, tũ inter terras fronte cõuersus Hispaniã irrumpit, & minore eius parte ad dextrã exclusa, trahit perpetua latera cõtinuus, donec per omnẽ prouinciã longo limite immissus in ea littora, quæ occidẽti sunt aduersa, perueniat. Iã qua occasione, quo casu mõs à Pyrene Bebrycis filia nomẽ sit, indeptus, refert plurib. Silius. Rerũ potiebatur in ijs locis Bebryx, cùm Hercules illac aduersus Geryonem iter facere. Casu tũ accidit, cùm regiã filiã Pyrenen uitiasset, quod pergeret in Geryonem. Puella patris sæuitiam uerita, ubi aliquandiu in sylua latuisset, à feris discerpta fuit,

Nomen Bebrycia duxere à uirginẽ colles, "
Hospitis Alcidæ crimen, qui sorte laborum "
Geryonis peteret cùm longa tricorporis arua "
Possessus Baccho sæua Bebrycis in aula "
Lugendam formæ sine uirginitate reliquit "
Pyrenen, lethiq; deus (si credere fas est) "
Causſa fuit lethi miseræ, deus edidit aluo. "
Namq; ut serpentem patrias exhorruit iras, "
Confestim dulces liquit turbata penates. "
Tunc noctem Alcidæ solis plangebat in antris, "
Et promissa uiri syluis narrabat opacis, "
Donec mœrentem ingratos raptoris amores, "
Tendentemq; manus, atq; hospitis arma uocantem "
Diripuere feræ, laceros Tirynthius artus "
Dum remeat uictor, lachrymis perfudit, & amens "
Palluit inuento dilectæ uirginis ore, "
Ac uoce Herculea percussa cacumina montis "
Intremuere iugis, mœsto clamore ciebat "
Pyrenen, scopulique omnes, & lustra ferarum "
Pyrenen reboant, tumulo tum membra reponit "
Supremum illachrymans, nec honos intercidet æuo, "
Defletumq; tenent montes per sæcula nomen. "

Est & alia Pyrene fons Acrocorinthi, diuersa duo maria prospectans. Musis sacra, quã Pers. Pallidã Pyrenen uocat. Superioris fabulæ de Hercule, et Pyrene meminit etiã Plin. lib. 3. cap. 1. Sunt, qui existiment iugis nomẽ factũ, à crebro fulminis casu. ἀπὸ τοῦ πυρὸς igne. Cæterũ Cæsar in Hispaniã Petreiũ, & Afraniũ uicit: & Ciuili bello defunctus ad Mundã Põpei filios Quatuor triũphos egit: de Gallia, Aegypto, Ponto, & Africa. Remeamus.] *Illud nõ est prætereundũ quod etiã Micyllus annotauit, & poëtis ualde familiare est, ὠκεανισμὸν dictũ à Lucano, feror Libyen, feror Syrtim, pro, in Libyen. Syrtim, perinde ut Verg dixit, Venit Italiã, uenit Lauina littora, & multa alia.* Remeamus.] *Deuictis aduersarijs, Cæsar Romã reuersus ad constituendã rempub. receptis in gratiã superstitibus inimicis, quĩ cõtra eum in acie steterãt.* Impiaq;.] *Confecto bellò Hispanico Cæsar redijt Romã & postea in senatu à 21 senatoribus, quorũ principes erãt Brutus & Cassius, interfectus fuit. Vnde aliud Ciuile bellũ exortũ fuit, inter Octauiũ & Antoniũ, ac percussores Cæsaris, Cassiũ, & Brutũ. His superatis. Octauius, Antonius, & Lepidus Triũuiri ad arma cõcurrerunt donec ad postremũ Octauius, Antonio, & Cleopatra è medio sublatis unus rerũ potiretur.* Consurgunt.] *Senatores iterũ ad arma consurgent. Percussõ Cæsare, Antonius Brutũ ad Mutinũ obsedit. adfuit statim Octauius cum Coss. Hircio, & Pansa, qui pulso Antonio Mutinẽses obsidione liberarũt. Inde triũuiri consociato fœdere imperiũ partiti fuerunt. Sextus Pompeius res nouas è Sicilia, & adiacentib. insulis molitus fuit, aduersus quẽ aliquãdiu ab Octauio & Antonio uario Marte noualibus certamnib. pugnatũ fuit.* Noua da.] *Sulpitius sic exponit: Concorde, ut uidetã pugnas nauales alibi, quàm ubi conspexi. Intelligimus aũt ipsam uidisse ea, quæ in mari Hadriatico, & ad Massiliã Cæsaris tẽpore gesta sunt, & nunc uidere alias apud Siciliã, quæ ab Augusto contra Sextũ Pompeiũ geruntur, & in Antoniũ, & Cleopatrã, in mari Actiaco. Hactenus Sulpitius. Cæterũ Antonius cum Octauia ex Italia profectus Athenas nauigauit: ubi plerosq; reges constituit: Ponticæ oræ Dariũ Pharnacis filium præfecit: Idumæorũ, & Samaritarũ, Herodem: Pisidarũ Aminthan: Ciliciæ Polemonẽ regem esse iussit. Interim Ventidius Bassus*

cũ Parthis fœliciter pugnauit, qui grandi pecunia ab Antonio donatus, Romam ad triumphum dimissus fuit. Antonius Armeniæ regem cœpit. Pharnaces rex Põti Mithridatis filius, sine ulla belli mora à Cæsare antea superatus fuerat. Vidi Philip.] De Philippis, & Campis Philippicis paulò antè memoratũ est ubi Cassius, & Brutus ab Octauio, & Antonio cæsi fuerunt. Cæterũ, inquit Glareanus, de Philippis, ac Pharsalo, duob. celebribus locis, deinde de pugnis, illis duabus, non minus famosis: quarũ altera inter Cn. Pompeiũ, altera inter Augustũ, Antoniũq; triumuiros, & Brutũ Cassiumq; Cæsaris occisores fuêre, tanta est authorũ dissentio, ut cui quid credas, nescias. Nam authores Latinos, præsertim tam magnos ignorãtiæ accusare, ut inciuile uidetur, ita tantã rem dissimulare, ac omnino silentio trãsire, uel timiditatẽ puerilẽ, uel manifestã, gnauiã arguit. Itaq; ut media uia incedã, loca ipsa primũ ex authorib ma gnis adscribã: deinde authorũ de pugnis uerba subnectam, ut lectori sit integrum ea de re suum interponere iudicium, ac liberè sequi, quod uolet. Ac primum de Pharsalo, apud quẽ locum prius inter Romanas depugnatum acies, & unde huic operi nomen est, dicemus. Plin. lib. 4. cap 8 ubi de Thessalia multa dixit, hæc subnectit. Oppidũ Pagasa, idem postea Demetrias dictũ. Tricca. Pharsalici campi, cum ciuitate libera. Hæc ille. Strab. lib. 9 ubi de Phthia, ac Hellade, duplicẽ fecit Pharsalũ, ueterem, ac nouã. nihil de hac pugna memorans: libro tamen 17. ait. Pompeium ex uetere Pharsalo in fugam actum, Pelusium, ac in Cassium mõtem uenisse. Ptolemæus Pharsali nõ meminit: nisi quis in Thessalicorum oppidorum nomẽclatura Phalachthiã putet ab eo dictam, quæ Latinis Pharsalia. Neq; id temerè fortassis quis coniectabit. Nã in Græcis eius authoris exemplaribus, id nominis uariè scriptum reperias. Alibi enim φαλαχθία, alibi φαλαγάβια legitur. Quæ nomina haud scio, num apud aliquem authorem de Thessalis legantur. Nec Cæsar meminit eius libro 3 de bello Ciuili. Noster hic poëta nunc Pharsalon uocat, ut lib 6.

» Aequorei regnum Pharsalos Achillis
» Eminet. — Nunc Pharsaliam, ut lib. 7.
» Vtinam Pharsalia campis
» Sufficiat cruor iste tuus.

Nunc de Pharsalo, nũc de Philippis Ptolomæus ultra Strymonẽ ad Septentrionem ponit Odomanticæ, siue Edonidis Philippos urbem, adeo propinquã Thraciæ, ut Plin lib. 4. cap. 11. non dubitarit Thraciæ adscribere. Ait enim. Intus Philippi colonia, Absunt à Dyrrhachio, CCCXV. M pass. Hæc ille: quam distantiã Ptolemaicæ descriptioni omnino congruere puto. Philipporũ & Lucas meminit elegenter in Actis, cap 16. Apud Strab. haũd equidẽ scio, si quicquam de ea urbe legerim. Hæc de locis, ex bonis ac probatis authoribus. Distant aũt Philippi à Pharsalo, 30 plus minus grad. latitudinis apud Ptolemæũ, hoc est, stadijs mille quingentis, quæ faciunt propemodum ducenta millia pass. immensus error, si quis alterum pro altero accipiat, quod quidẽ fecisse uidentur, ut postea ostẽdemus. Nunc authorũ uerba de duabus illis pugnis adducenda sunt. L. Florus Liuij βραχυλόγος, (ut ita dicam) primũ adducendus est. Is in Liuij epitome. iii. In Thessalia apud Pharsalũ uictũ Pompeium fatetur. Idem lib 124. de altera pugna, ita ait, C. Cæsar (Augustũ intelligit) & Antonius apud Philippos uario euentu contra Brutũ, ac Cassium pugnauerunt. Hæc ita ille de duobus istis locis satis dilucidè, ac distinctè, quia ex Liuio dixisse uidetur. At idem in sua epitome lib. 3 ubi de bello, inter C. Cæsarẽ, ac Põpeiũ, & pugnæ Pharsalica ita ait. Sic præcipitantib. fatis prælio uicta est Thessalia, & Philippicis cãpis, Vrbis, Imperij, generis humani fata cõmissa sunt. Hic Philippicos cãpos meminit in Thessalia. quos Livius nominasse Pharsalicos uidetur. Sed enim de pugna in Thessalia ad Pharsalum prope Metropolim facta exBullo authore certius colligetur, opinor, quàm ex ipso Cæsare libro 3 de bello Ciuili, ubi narrat, quo pacto à Pyrrhachio profectus, primũ Gomphos cæperit, ac diripuerit. Deinde Metropolim digressus eam cõseruauerit, atq; ibidem expectauerit Pompeium, ac uicerit. Pharsali quidem (ut dictum est) ire in loco, quod equidem miror, non meminit. Sed necesse est pro pe Metropolim fuisse. Porrò, id etiam dubium. ipsi ne poëtæ tres, Vergilius, Ouidius, ac Lucanus, in eadem fuerint sententia. Primus ita inquit. primo Georg.

» Ergo inter sese paribus concurrere telis
» Romanas acies iterum uidere Philippi.
» Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro
» Emathiam, & latos Aemi pinguescere campos.

Ibi Seruius, Philippi, inquit, ciuitas est Thessaliæ, in qua primum Cæsar, & Pompeius: postea Augustus, & Brutus cum Cassio dimicauerunt. Et paulò pòst, Emathia dicta ab Ematho rege. Aemus autem mons est Thessaliæ. Quid autem lib. 15. Metamor de Augusto ita ait.

» —Pharsalia senient illum
» Emathiõq; iterum madefient cæde Philippi.

Hic Raphael Regius eadem ferè, quæ Seruius. Pharsalos, inquit, urbs est Thessaliæ, à Pharsalo Aeriſij filio, dicta. Vnde Pharsalia deducitur, ac pro Thessalia ponitur, in qua bis Romani cõflixêre, ducib. primò Cæsare, & Põpeio. deinde Octauio & Antonio, contra Brutũ, ac Cassiũ. Ex his Seruij et Rhaphaëlis uerbis satis liquet opinatos illos, eundem locum fuisse, Philippos, ac Pharsalum, aliquot adeo in Thessalia, non Thracia. Ipse autem Lucanus hoc in loco matronam uaticinãtem inducens haud dubiè de propiore, ac iam imminente periculo de pugna, inquam, Pharsalica loquentem facit quam, inquit.

» —Video Pangæa niues is
» Cana iugis latosq; Aemi sub rupe Philippos.

Et hic quidẽ Philipporũ mentio est. Pangæi, ac Aemi montiũ, niuiũ denicq. quæ omnia Thraciæ conueniunt. nõ Thessaliæ, cùm tamẽ idem in 7. Thessaliã longissimè describant, uelut aream futuræ pugnæ ad Pharsalũ, non ad Philippos. Ad finem autem uaticinij, quod ad calcem huius lib. posuit, post quã de ijs, quæ Cæsaris mortem secuta sunt mentionẽ fecisset. Consurgunt, inquit, partes: iterum conclusit tandem: Vidi iam Phœbe Philippos, quasi dicat, à Philippis ad Philippos uenio. Qui uerò putant Philippos, Pharsalũ oppida. Aemum, ac Pangæum montes, Philippicos, ac Pharsalicos cãpos utriusq; regionis Thraciæ, ac Thessaliæ communia fuisse nomina, me non habebunt assentorem. Ego potius. rediderim (dicam enim libẽ erè quod sentio) negligentia Romanorum scriptorum id euenisse, ut pleraq; alia, in ipsa rum historia, quod abundè arguit, imò arguendum est. Sallustium q; annotationibus. Hæc Glareanus, minũ in modum crudite. Atq; hic finis primi libri fuerit, si illud adiecerimus tantum. Lapso al.] Lasso. Ostendit his dictis matronam enim uehementissimo affectum, ac simul consensisse. Nam plura prodere uetita à spiritu fuit.

FINIS LIBRI PRIMI

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS POETÆ CLARISSIMI, DE BELLO CIVILI, LIBER SECVNDVS.

CVM COMMENTARIIS AC EXPLANATIONIBVS eruditissimis D. LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII.

ARGVMENTVM IN SECVNDVM LIBRVM M. Annei Lucani, per SVLPITIVM.

EST ubi conquestus nosci uentura Secundus:
Iusticio indicto, narrat fera tempora Syllæ.
Posthæc Brutus adit constanti mente Catonem,
Cui rursum nubit funesto Martia cultu.
It capuam Magnus: latè occupat omnia Cæsar:
Teq; capit Domiti: sequitur tum concio Magni.
Brundusio it natus, cuius tentare remota
Auxilia: obsessusq; tamen uix effugit ipse.

Amq; iræ.] *Antequã historiæ seriem persequatur, ecphonesi prodigia, aruspicia, uaticinia, & prædictiones Phœbadis concludit. Inde per auersionem ad Iouẽ causſas inquirit, cur ita uisum fuerit, ut mortales ante acceptũ malum, infœlices, ac miseri per tot præcedentia signa reddantur. Quod si fato mala omnino euentura sunt illa debere latere potiut, quàm ut ante tempus homines calamitosos efficiat, eõtendit. Quod si nulli effectus tot antecedentia ostẽta, & monstra sequãtur, frustra C dentia oſtẽta, & monstra sequãtur, frustra miseri homines fuere. Proinde ita colligit, relinqui, præsentiones, ac prædictiones malorum, siue sequantur, siue nõ eueniant, inutiles esse. Monstrifero tu.] qui toto orbe, tot prodigijs præcedentibus, statim ortus fuit. Indixitq; nefas.] hoc est, natura præscia rerum futurarũ ante tempus denunciauit bellum, quo cruciatus animorum ex metu imminentium malorum grauior esset, & diuturnior. Cur hanc.] Auersio ad Iouem, qua quærit causſas, cur mortales hoc pacto præmonitos suorum malorum, & miseros esse ante tempus uoluerit. Et consſtat uniuersalem calamitatem, ut famem, pestem, bellum, clades, Imperiorum mutationes plerunq; antecedere. Siue pa.] In dubiũ uocat duas causſas è Philoſophia depromptas. Harũ una est, fatalis necessitas, quæ omnia ab initio orbis condiri semel ab opifice Deo ita prædestinata sint, ut necessariò eueniant: altera, an ea, quæ eueniunt, fortuitò cadunt sine ulla diuina prouidentia, id quod quidam philoſophi impiè audebant tueri de futuris cõtingentib.* Informia.] *Informia regna uocat Chaos, & rudem materiã, cùm unus rerũ, & naturæ uultus, quẽ χάος dixêre, inquit, Naso poëta esset. Hoc χάος selectis uerbis expressit apud Hebræos Moſche lib. Geneſeos cap. primo.*

וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ וְחֹשֶׁךְ עַל פְּנֵי תְהוֹם וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל פְּנֵי הַמָּיִם

id est, terra erat desolatio, ac uacuitas, & tenebræ super faciem uoraginis (siue abyſsi, siue loci multarũ aquarum) & spiritus Dei mouebat se super faciem aquarum: uel (ut Thargum) spiritus Dei sufflabat super faciem aquarum. Quo loco Rabini Hebræorum differentiam statuunt inter תֹהוּ, *quod desolationem, ac uacuitatem interpretantur: &* בֹהוּ *quod uoraginem, abyſsum,*

Iamq; iræ patuere Deum, manifestaq; belli
Signa dedit mundus: legesq;, & fœdera rerum:
Præscia monstrifero uertit natura tumultu,
Indixitq; nefas. cur hanc tibi rector Olympi
Sollicitis uisum est mortalibus addere curam?
Noscant uenturas ut dira per omina clades?
Siue parens rerum, cùm primum informia regna,
Materiamq; rudem flamma cedente recepit,
Finxit in æternum causſas, qua cuncta cohercet.
Se quoq; lege tenens, & sæcula iussa ferentem
Fatorum immoto diuisit limite mundum:
Siue nihil positum est, sed fors incerta uagatur,
Fertq; refertq; uices, & habent mortalia casum:
Sit subitum, quodcunq; paras, sit cæca futuri
Mens hominum fati: liceat sperare timenti.

sum, & locum aquarum multarum exponunt: ut illud signet propriè rem informem quidem, sed tamen ad omnem formam recipiendam, aptam בוהו uerò, formam, quæ efficit, ut sit materia: siue ut cum philosopho dicam, quæ dat esse rem. Itaque mundi creatio horum copulatione, iussu diuino extitit. Hanc Mosaicam descriptionem χάος, Lucanus imitatione aliorum poëtarum, rudem materiam, id est, omnis formæ expertem uocat. Qua cuncta] Qua lege cuncta gubernat, & regit, eadem quoque & se tenet. Ergo ut Stoicus fatetur diuinam prouidentiam omnia moderari. Diuisit limite immo.] hoc est firmo, immutabili, & ineuitabili termino, ac fato omnia distinxit. Atque ista quidem, quorsum spectat mala, antequam eueniant prodere mortalibus? & ægritudinibus animorum ante tempus immergere? Porrò Chrysippus ita fatum definit, ut sit sempiterna quædam, & indeclinabilis series rerum, & cathena, uolumen semetipsum & sese implicans per æternos consequentiæ ordines, quibus apta connexaq; est. Seneca in Quæstio. Natur. Necessitas rerum omnium, actionumq;, quam nulla uis rumpat. Quid prodest, inquit Cicero futura cognoscere, Nam si futura sunt, uitari non possunt, si possunt, futura non erant: & bona non præuisa plus gaudij: mala uerò præuisa plus doloris solent adferre. Siue nihil positum est, sed fors incerta.] Si nihil constitutum est futurum, sed dissoluto fortunæ casu omnia eueniunt, id quod negant Platonici, precor, ut subitum & improuisum sit, quod futurum est. Epicurus affirmabat Deos quietos esse, et fœlix æuum agere: non curare res mortalium: non regi mundum ulla prouidētia diuina, sed omnia fortuito casu euenire. Quid hac sententia magis impium? Certis iudicijs quædam demonstrantur necessaria fieri: rursum multa contingenter euenire: ut hoc uel illo pacto mori. Quorum causse à natura sunt, nēcessariò eueniunt: quorum uerò nō sunt, contingenter cadunt. Sit exempli caussa: ignem necessario comburere: quod uerò Dianæ Ephesiæ templum ignis uastauit, contingenter alieno scelere, hoc est, Erostrati accidit. De his multa Cicero libro 2. Diuinat. & de fato. Casum.] incerta euenta rerum, quasi dicat, inopinata multa, præter spem, sed fato quodam. Vnde talia fatalia dicuntur: quæ contingenter, habent certas caussas. Sit cæca.] Ignoret mens humana ea, quæ sint euentura, ne ante tempus turbent, & cruciatum adferant. De fato, multa Augustinus, Seneca, Cicero, Apuleius, Hermes Trismegistus, & Boëtius diligenter scripserunt. Ad postremum solent isti uersus Manilij sæpe ubiq; citari de Fato.

Soluite mortales animos, curaq; leuate,
Toiq; superuacuus curam deflere querelis:
Fata regunt orbem, certa stant omnia lege.
Longaq; per certos signantur tempora cursus.

Ergo ubi concipiunt] Postquam igitur ex diris prodigiorum, & uaticiniorum publicè animaduersum fuit, quāta clades ciuitati, atque imperio immineret, illico iustitium indictum fuit. Est autem iustitium iuris dicundi statio, quando propter supplicationem, aut aliquam reipublicæ necessitatem, ius non dicitur, sed forum claudiur. Liuius Iustitium edicit: claudi tabernas tota urbe iubet: uetat quenquam priuatæ rei quicquam agere. Plebe.] Omnes magistratus sordidos, humiles, & plebeios habitus sumpsisse, qua re publicum luctum testati fuerunt.

Ergo ubi concipiunt, quantis sit cladibus urbi
Constatura fides superūm, ferale per urbem
Iustitium, latuit plebeio tectus amictu
Omnis honos, nullos comitata est purpura fasces.
Tunc quęstus tenuere suos, magnusq; per omnes
Errauit sine uoce dolor, sic funere primo
Attonitæ tacuere domus, cùm corpora nondum
Conclamata iacent, nec mater crine solūto
Exigit ad sæuos famularum brachia planctus.

Purpura] pathos à dignitate: signum pro signato. Nam purpura, & fasces insertis securibus, ac lictores, consularia erant insignia. Purpura alioqui piscis est, ex genere concharum, è cuius faucibus liquor colligitur, quo uestes purpureo colore tinguntur. Eiusdem generis sunt, conchylium, & murex: sed & ostrum in eadem significatione accipitur.

Sic funere pri.] Publicum luctum comparatione amplificat. Quemadmodum magnam lamentationem est cernere in ædibus funestis recenti morte alicuius, quàm diu neque elatum est, neque busto impositum est, sic tota urbe planctus & mœror publicè priuatimq; fuit.

Attonitæ tacuere domus.] metonymia. Attonitos uocamus, quorum corpora, & mentes stupent, quod solet interdum fulminis, aut tonitrui ictu accidere nonnunquam etiam morbo. Sed hunc apoplexian Græci uocant: unde apoplecti, ἀποβροντηθῆναι, quasi tonitruo tacti. Corpora.] Mortua ac desperata iacent. Antiquitus mortuos, propter interclusos spiritus, aqua calida abluere primum, inde per interualla conclamare hoc est proprio nomine ter uocare solebant. Adnihil æquè, atque ad proprium nomen appellatum expergiscimur. Etsi ne tunc quidē uita signum edidissent, conclamatum dicebatur: quasi rebus omnibus desperatis, iam corpora rogo imponenda esse, & deflendos mortuos. Hinc conclamare in desperationis prouerbium abijt. Quin & ter conclamare uale mos erat: unde etiam in paræmiam cessit, longum ualere. Didymus lib. Odyss. 9. ista Homeri enarrans τρὶς ἐπαυρεῖν ἀύσῃ, tradit antiquitus morem fuisse, ut superstites eorum animas, qui in terra hospita perijssent, illic, iā inde domū concessuri ter inclamarent, et quidē hac de caussa, ut ipse ait, ἵνα ἀκοὴν ἔτι ἀπολείποιτο τῷ νεκρῷ, τοῦτο θοὰ. si adhuc in cāpo relictus esset, accederet. Variæ historiæ author Chiliade 5. hoc ipsum his uerbis annotauit.

τὸ πρότερον τὰς θυσίας ἐς χῶρον τὸν ἐπιτήδειον,
ἀποδημοῦντες οἱ αὐτῶν τρισσάκις ἐκάλουν,
ὡς ἂν μὴ ἐδόκουν βίᾳ τῶν ὀφειλομένων φίλοις,
τοῦτο δ' ἐδρῶν, ὡς μνήμονες τοῦ κλέους τοῦ ἐκείνων ὄντες,
καὶ ὡς, εἰ ἄρα ἀπελείφθησάν τινες ἐν τῇ ξενίᾳ, ἐπὶ τὴν

Antiquitus, qui in alienam regionem peregrè proficiscebantur, mortuos ter uocabant eorum amici, ut Homerus docuit libro Odyssææ Hoc adeo ob id faciebant, tanquā amicitiæ memores. simul ut si quis relictus esset, ad eam uocē concurreret. Verg. Aen. 3 è Thracia discessurus alicui

—Animamq; sepulchro
Condimus, & magnā supremum uoce ciemus.

Quibus

A Quibus is honor in funeralibus non præstabatur, ἄθυτοι, ἀνόλεθροι dicebantur: hoc est, insepulti. & inde siti. Sed & conclamare militare uocabulum est, & castrense: ut ad arma conclamare, & conclamare uasa.

Brachia.] ut in funere fieri solebat, uerberare pectus, iactare caput, uellere crines.

Sed cum memb.] Vbi mors iã cœperit obrepere: membra rigere, oculi distorqueri, uultus pallere, iam mors præsens adest. Ad eundẽ modũ matres turbatæ erat uidere. Nec dum.] Bucyllus dubitat, nũ hæc duo nomina sint transposita: dolor, & metus: legendum q; potius sit. Nec dũ est ille metus sed iam dolor: quoniã inquit, in ipso dolore, & malo præsenti maior animi motus, maior q; perturbatio esse solet, quàm in metu, hoc est, de absente, & adhuc incerto malo. Vt sit sensus: Postquã autẽ metus in dolorẽ cõuersus est, & euẽtus non amplius in dubio, sed iam certus, atq; ante oculos præsens est, tum demũ incũbat amẽs, nere, atq; promiscuè omnes de præsenti calamitate conqueri fingit. Postea seorsum, & per distributionem, quibus quærimoniis fœminæ quib uiri usi fuerint. Hæc Micyllus, pariter & eruditè, & uerè. Cultus mat.] A' uirorũ, & magistratuũ consternatione, & luctu publico, ad matronarũ lugubrẽ cultum transit, in quarũ planctus amplificatione, & murũ in modũ grauis est, & copiosus. Priores.] Omnẽ mundũ muliebrẽ quẽ matronæ ante bellũ gestauerunt humili, & sordido cultu mutarunt, id quod publici luctus argumentũ fuit. Mœste q;.] περὶ λαμπ. quã sit labrũ autẽ quid sit, uariant authores. Varro scriptũ reliquit, lib. Rerũ diuinarum octauo, quosdã existimare locũ esse, in quo area sit assumpta Deorũ caussa, præter ædẽ. Rursum nonnullos alios arbitrari, locũ esse ubi Dei alicuius simulachrũ dedicatũ sit: perinde, ut locus, in quo candela figitur, candelabrũ dicitur. Ad eundẽ modũ locũ, in quo idolũ positũ fuit, delubrum dici. Sed Festi diuersa est sententia, delubrũ dictũ, fustẽ delibratũ, hoc est, decorticatũ, quem antiquitus pro deo uenerabantur. Sunt qui lignũ simulachrũ esse putãt: à raso ligno. quod Græci, & ξόανον uocant. Latini statuam interpretãtur.

Nec non bel.] A' mulierecularum eiulatu, ac supplicationibus transit ad communes militarium ciuiũ querelas, quorũ unicæ preces sunt, ut auertant externos hostes arma liceat induere potius, quàm ut ciues inter se nefarium bel-

Sed cũm membra premit fugiente rigentia uita,
Vultus q; exanimes, oculos q; in morte minaces,
Nec dũ est ille dolor, sed iam metus incubat amẽs,
Miratur q; malum, cultus matrona priores
Deposuit q;: mœsta q; tenent delubra cateruæ.
Hæ lachrymis sparsere Deos, hæ pectora duro
a Afflixere solo, lacerasq; in limine sacro
Attonitæ fudere comas: uotis q; uocari
Assuetas crebris feriunt ululatibus aures.
Nec cunctæ summi templo iacuere Tonantis,
Diuisere Deos, & nullis defuit aris
Inuidiam factura parens, quarum una madentes
Scissa genas, planctu liuentes atra lacertos
Nunc ait, ô miseræ contudite pectora matres,
Nunc laniate comas, néue hunc differte dolorem,
Et summis seruate malis: nunc flere potestas,
Dum pendet fortuna Ducum, dum uicerit alter,
Gaudendum est, his se stimulis dolor ipse lacessit.

Itaq; in fana, & templa, ad pacẽ exposcendã discurrebãt matronæ. Hæ lachrymis.] distributio: harũ aliæ fusis lachrymis, quib. ipsa simulachra conspargebãt, supplicarũt: aliæ prolapsæ humi preces lachrymis mixtas fuderũt: nonnullæ comas in tẽpli limine euulserũt. Erãt, quæ claris ululatibus Deorũ aurib. odiosæ erant uotis nuncupandis, si ingruens malũ auerterent, ac propulsarẽt. Feriunt ulo.] Quasi dicat, odiosæ sunt auribus Deorũ immodicus ululatus. Est autem propriè ululatus, eiulatus muliebris, & conferatio: græcè ὀλολυγμός, καὶ ὀλολυγή. Hom. Iliad. 3.

αὐὰρ ὀλολυγῇ πᾶσαι ἀθήνῃ ἀνέσχον.

Hinc uerbum ὀλολύζω, eiulo, & cum clamore ploro, καὶ μετὰ πραυγῆς εὔχομαι, cũ uociferatione oro, et uota facio. Disertè igitur dicit, eas ululatib. orberasse Deorũ aures, assuetas uocari submissis uocibus, & uotis, nõ aũt ululatib. Nec c.] à locis, alia distributio. Nõ oẽs unũ louis templũ cõfluxerũt, sed dimiserũt Deos, hoc est per omnũ Deorũ tẽpla se sparserũt: aliæ alia tẽpla frequẽtarũt: aliæ alijs altarib. sua dona dedicarũt si hac ratione eos flectere potuissent, ad præsens malũ auertẽdũ, ut omnia in melius uerterẽt Inuidiã fac.] ut inuidiã dixerit, pro, misericordiã, & affectus cõcitaturã, dixerit. ut sit acyrologia: uel, ut hoc nomine Dijs inuidiã faceret, quod preces tam ardentes non exaudirent. Sulpitius exponit, concitaturã odium erga Deos si non exaudirent uel excitaturã Deos ad odium in supplices, & ad inuidendum inter se de ueneratione. Nunc ait.] Pathetica oratione matronæ alicuius dilatat affectus. Hortatur reliquas ad uota, & flectendum Deos miserabili rerũ præsentium facie. & à gestib. Dum pen.] Quãdiu belli fortuna, & alia incerta est, neq; uictoriã in alterutrã partẽ inclinarit. Gaudendum.] Tamdiu simulanda est dũ alter eorũ cuadat uictor, eiusq; odiũ in nos concitemus. His se sti.] cephonesis ex tristi matronarum habitu, & gestibus collecta.

Nec non bella uiri, diuersaq; castra petentes
Effundunt iustas in numina sæua querelas.
O miseræ sortis, quod non in Punica nati
Tempora Cannarum fuimus, Trebiæq; iuuẽtus.
Non pacem petimus, superi date gentibus iras:
Nunc urbes excite feras, coniuret in arma
Mundus: Achemenijs decurrant Medica Susis
Agmina, b Massagetas Scythicus non alliget Ister:
Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos
Albis, & indomitũ Rheni caput, omnibus hostes
Reddite nos populis: ciuile auertite bellum.

lum gerant. Diuersa ca.] Aduersæ partis Pompeianorum cãstra petentes. O miseræ sor.] principium querimoniarũ ab exclamatione in præsentis ætatis calamitatẽ, quod his temporibus ad ciuile bellum nati sint, ac nõ potius tem-

b Massagetẽ.
& Massagetes.

Hinc Dacus premat, inde a Getes: occurrat Iberis
Alter ad Eoas hic uertat signa pharetras.
Nulla uace tibi Roma manus, uel perdere nomen
Si placet, Hesperium superi, collapsus in b ignem
Plurimus ad terram per fulmina decidat æther.

a al. Getas.
b al. ignes.

poribus bellorum Punicorũ, aduersus communes hostes, in quib. tot fortes uiri ad Ticinum, Trebiam, Trasumenum, & Cannas pugnãdo occubuissent. Punica tem.] ad Punica bella gerẽda, in quib. piè pro Patria dimicassent. Tria maximè Punica bella P. R. contra Carthaginenses gesit. Primũ pluribus Ducibus gestum fuit: & ad ultimum summam uictoriæ laudem C. Luctatius, uicta ad Aegates insulas Pœnorum classe, reportauit, finemq; bello imposuit, & pax Carthaginensibus petentibus data fuit. In eo fœdere, quod Luctatius cum Pœnis icit, Saguntus, & Iberus fluuius in Hispania utriusque populi Imperij fines essent. Secundum inde paucis pòst annis secutum fuit: cuius caussa extitit, Annibalis Pœnorum Ducis per amnem Iberum contra fœdus transitus, & Sagunti excidiũ octauo mense quàm obsideri cœpta fuit. Huic finem imposuit, uicto Annibale Scipio Africanus postea appellatus. Tertium gessit Scipio Aemilianus, qui à deleta Carthagine, inferior, aut minor Africanus dictus fuit.

Cannarum] Apuliæ Cannæ uicus fuit, iuxta Aufidum amnem. Hic Secundo bello Punico, Paulo Aemylio, & Terentio Varrone Conss. & Ducibus quadraginta quinque millia Romanorum cæsa fuerunt ab Annibale. Inter quos cecidit, & Paulus Consul cum 90. senatoribus, Consularibus, at Prætorijs, aut Aediluijs 30. Post quam cladem cùm à nobilibus adolescentibus rebus desperatis consilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio, qui postea à deuicta Carthagine, superior Africanus cognominatus fuit, stricto supra capita deliberantium ferro, iurauit pro hostie se habiturum eum, qui in uerba sua non iurasset, effeciq;, ut omnes iureiurando obstringerentur, minimè à se Italiam relictum iri. Florus tradit, in ea pugna Aufidum aliquandiu cruentum fuisse, cùm illic duo maximi exercitus cecidissent, & annulorum modios duos inter equitum cadauera collectos, digitisq; extractos Carthaginem Annibal per Magonem nuncium uictoriæ misisset. Trebiæq;] amnis. Annibal ubi descendit ex Alpibus in Italiam, ad amnem Ticinum primũ Romanos equestri prælio fudit: in quo uulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui postea Africani cognomentum accepit. Iterum statim R. exercitus ad flumen Trebiam fusus fuit. Cæterum, quod agri inter Trebiam, & Padum est, Galli tum colebant, de quibus alibi dictum est. Trebia authore Strab. prope Placentiam est, in Gallia Cisalpina: iuxta Dertonem ex Apennino in Padum labitur. Hic L. Sempronius Conss. magna clade ab Annibale uictus fuit. Non pacem.] Concessio, quod non recusent bellum, sed quod petant aliunde sibi inferri, & suis, non à ciuib. Concitent tantũ alias gentes ad arma Romana lacessenda, si omnino bellandũ sit. Inde enumerant aliquot gẽtes immanitate barbaras, cũ quib. aliquãdo P. R. bellũ habuerit. Mundos.] Coniurent omnes gentes humanæ in P. R. Atq; inde subijcit distributionẽ. Achæmenijs Sus] Per Achæmias Susas, Persidem intelligit à parte totũ. Stephanus Achæmeniã Persicã partem esse dicit. Sed de Achæmenijs postea dicetur. Quoniã aũt P. R. cũ Parthis, apud quos Crassus amissis signis, casus fuerat, graue bellũ gesserat, remotiores populos hostes dari optãt, Persas, Medos, & si qui sunt ab Imperio Pop. Rom. magis semoti. Medica ac gmina.] Media ab occasu, teste Plinio, transuersa, obliquè Parthiæ occurrit, & utraque regna includit. Ab ortu Caspios, & Parthos habet: à meridie Susianen, & Sittacenen, & Persidem: ab occasu, Adiabenen: à Septentrione, Armeniam. Itaque utraque regna includit, quod Parthiam à Persia ceu cuneo quodam à Caspio pelago immisso diuidat. Ptolomæus, & Pomponius circa occiduam plagam Caspios ponunt, atque adeò uicinos Cambysæ, & Cyro fluminibus. Medorum caput Ecbatana sunt urbs maxima, quam Seleucus condidit, loco tum amœnissimo, tum salubri aëre, in primis æstiuo. Quemadmodũ Medorum reges æstatem Ecbatanis, ita hyemem Seleuciæ Mesopotamiæ transigere solebant. Cæterum Media regnum fuit gentium bellicosarũ, ut quarum Iudæi, capta Samaria traducti fuerũt, si uerus author est Eusebius. Paruit inde Assyrijs aliquot annis, donec à Sardanapalo effœminatissimo rege defecerit, Arbacio præfecto ad regnum subuecto: à quo tempore, usq; ad Astyagem Cyri maternũ, qui Babylonem domuit, in magna gloria regnatũ fuit, annos plus, minus, CCCL. Deinde Imperiũ ad Persas translatũ fuit, capto Astyage, & Harpagi imposito à nepote suo Cyro. Proinde Media agnoscit Parthos innuit, quos Media, ut & Caspios ab ortu habuit, cum quibus nuper bellũ Pop. Rom. fuerat. Mediam dictã authores tradunt, à Medeæ filio Medo. Paulò aute ostendi, Mediæ à meridie Susianen, & Persidẽ occurrere. A' Babylone læuorsum ad oram Persici sinus prima terrarum, Susiane est: deinde Persis, inde Carmania. Susiane ab Oroati fluuio, ad Tigrim usq; tribus millibus stadiorum extenditur. Susiane nomẽ adepta est, à Susis metropoli, regũ ueteri domicilio, cõditis à Memnone iuxta Coaspem fluuiũ, cum ponte, ut testatur Strabo. Plinius à Dario Hystaspis filio, cuius arcem Eleus amnis CCL. millibus passũ à mari ambiat. A' Persida, Mediterranea Susianem asperrimis, & aditu difficillimis, & latrocinio infamibus regionibus disterminantur. Hac Alexander cepit Susis. & direptis, copias suas cum magna difficultate traduxit. Proxima Susis in Susiana, Satrapea fuit, & Chaces proximi Tigri. Achæmenijs.] Susas Persicas hic uocat, quod Persarũ regibus paruissent Susianæ. Persis fertilis cum primis regio est, & culta, regno omnium totius Asiæ maximo nobilitata sicut & nostrit temporibus, Turcarũ Imp. formidabilis. Non contenti fuerunt Persarum reges Syria, Aegypto, Aethiopia, Asia, Ponto, Armenia, et Parthia, ut ad ultimũ Europã etiã pontib. factis armis perculerint. Propagarat hæc gens Imperiũ usq; ad rubrũ mare, unde & Persicus sinus nomen inuenit. A' Bragada fluuio perpetuo tractu, usq; ad amnẽ Oroatin omnia tenuere. Quõdã Persepolis ad Araxim fluuiũ procul à mari regni caput fuit, quam Alexãder orbis terrarum opulentissimis spolijs refertam cepit, & euertit. In Persida Laodicea fuit, condita ab Antiocho, & Passagarda, Magorum castellum, in quo Cyri sepulchrum, teste Plinio, uisebatur. Porrò Persæ Achæmenei dicuntur ab Achæmene quodam, à quo Persarum reges ortum ducunt, apud quos pòst multos annos præstantissima cognatio Achæmenidarũ floruit, quorũ maximè opta Cyrus

A re Cyrus Medorũ regnũ potitus fuit. Fuit aũt Achemenes Aegei filius, si uerus est Stephanus. Massagetas.] Massagetæ in Scythiam excurrũt: Scytharũ gens est, ubi Cyrus periit. Horum populorũ innumera est multitudo, & quæ cũ Paribis ex æquo degat Horũ celeberrimi sunt, Sacæ Massagetæ, Dahæ, Essedones, Ariacæ, Rhymnici, Pesici, Amordi, Histi, Arimaspi, & aliæ nonnullæ gentes. Massagetarũ regina fuit Tomyris, quæ à uiro relicta cũ filio in eã gentẽ latè imperiũ obtinuit. Hanc Cyrus per legatos uxorẽ deposcebat. Illa nõ se, sed regnũ suũ peti arbitrata, accessum appropinquãti interdixit. Iam cũ aperte bellum ad Araxẽ profectus ostendisset, & copias ponte traijcere parasset, caduceator superuenit, multa reginæ nomine obtestabatur, ne pergeret nõ lacessitus bellũ Massagetis inferre. Sin staret omnino ferro decernere, reginã parata esse uel in suo, uel in ipsius regno de summa belli uno prælio dimicare, tantum uel uno uerbo significaret. Cræsus fortunæ uolubilitatẽ expertus, Cyprum hortatur longius procedere, ut alienã terrã belli sedem esse mallet, quàm suã. Inde progressus haud procul ab Araxe castra posuit. Filius reginæ cum tertia parte copiarũ aderat, ad B tentãdas hostiũ uires. Vincũtur, cædũtur q; ij, & in castris copiarũ superuenit, cecidit q; omnes, aut cepit: & inter captiuos uiuus in hostiũ potestatẽ uenit reginæ filius Spargapises. Illa hac clade nihil mota, per caduceatorẽ uterũ monuit, ut finẽ suis exederet: quod nisi maturè faceret, testata solẽ, breui suorũ, ut regẽ cruoris auidũ ad satietatem suorũ uolutaret sanguine Tomyris audita filij mortem (quam de ea duplex fama est) simulata fuga Persas ad angustias montiũ traxit, ubi una cum rege captos suis armatos, trucidauit, ut ex CC. hominũ milib. nemo superfuerit qui eius cladis nunciũ domũ redierit. Cyri caput in culeũ humani cruoris plenũ regina mersit, cũ superba insultatione. Cyre, explea te nunc, qui tantopere cruorẽ sitisti. Massagetæ.] Sũt Massagetæ uestitu et cultu Scythis plane similes: hinc factũ, quod à pleriq; Scythæ esse creduntur. Ex equis pugnant, & pedibus, & sagittis penè inutilis pugnant sagittis hastis, & sangari. Auro in baltheis inducũt. Ex auro frænа & phaleras cõsciunt; æreas C & argẽti nullus apud eos usus. Singuli apud eos uxorem ducunt, ea q; utuntur cõmuniter: id quod soli Scytharũ faciunt. Quoties quis mulieris libidine capitur, suspensa ad currũ pharetra cum ea citra pudorẽ coit. Terminus uitæ nullus genti præfinitus. Vbi quis admodũ consenuit, eum propinqui, & necessarij cũ aliquot ouibus immolant atq; ita humanis carnibus cũ ouilla mixtis uescuntur. Mortis id genus apud illos beatissimũ est. Morbo extinctos non edunt, sed eos in damno ponentes spelunt. Serunt nihil, pecoribus uictitant, & piscibus, quos Araxes abundè suppeditat, bibunt lac. Ei Diji, unum Solem uenerantur, & illi equum mactant. Re aurem ærа Massagetæ Scythæ non sunt, sed Scytharum extremam regionem, & proximam in Scythiam Caucaso uerso, incolunt, nemorosam, pastum q; uberiorem quàm fruticibus. Comari, & Essedones iuxta degunt. Paruerunt aliquando Persis, si Curtio fides habenda sit. Quin & Solinus collimitium Persici regni ac Scytharum ad Iaxartem constituit. Scythis Iser.] Non quod Ister, qui apertis in Germania fontibus, sed alio quàm desinit nomine, exoritur, è Scythia defluat, aut ad Massagetas perueniat, sed quod Scythiæ multos populos à sequentibus dirimat. Glareanus, qui hos duos uersus diligenter excutit. Massagetas, inquit, Ptolemæus ultra Hyrcanos, in Margiana ponit. Idem Strabo libro undecimo. Herodotus libro primo trans Araxem esse, è regione Issedonum: quæ duo non admodum congruunt, ut annotauit Strabo. Verum ut ab Araxe longissimè ad ortum distant Issedones, utpote in Serica natione, ita longissimè Massagetæ ab Istro absunt. Neque uerò Ister usquam, quo minus Massagetæ in Romanum irruerent imperium, prohibere potuit. Sed omnino poëta hic, pro Scythis Massagetas intellexit: deinde pro Sarmatis Scythas: ut frequenter apud authores fieri solet. Quas enim Ptolemæus duas Sarmatias facit, in Europa unam, alteram in Asia, Herodotus libro quarto, duas Scythias prodidit, ut plerique alij, Herodotum sequuti. Nam quæ ad Imaum montes à Ptolemæo memoriæ tradita sunt, eæ nullius propemodum celebritatis sunt apud authores. Hæc Glareanus. Danubius diu per immania magnarum gentium loca uagatur: deinde aliter appellantibus accolis, Ister fit: acceptis aliquot amnibus, hoc est, sexaginta, ingens iam, paulo Nilo minor, totidem, quot ille ostijs sed tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus in mare effunditur. Strabo author est, uereres hunc clarissimum amnem, à primis fontibus, ubi oritur usque ad ostia Danubium appellasse: quæ cum primis per Dacos deferuntur, inferiora uerò usque ad Pontum per Getas Istrum nominasse. ὅτι τὸ ὕδωρ πολλαχοῦ, τὰ μὲν ἄνω, ὑπὸ τοῖς πηγαῖς μέχρι τῶν καταράκτων, Δανούβιον προσαγορευόμενοι παλαιοί, ἀπὸ πλείστων διὰ τῶν ἐθνῶν φέροντα, τὰ δὲ κάτω μέχρι τῆς θαλάττης, τὰ παρὰ τοὺς γέτας, Ἴστρον ἴδιον. Oritur Danubius è montibus Abnobis, tam propinquis Rheno, ut quod agnorum interiacet, non amplius, quàm duorum milliarium latitudinẽ habeat. Inde multis fluminibus auctus, ut dictum est, per innumeras Sarmatiæ gentes diuagatus, septem ostijs in Pontum defertur. Quicquid terrarum inter Danubium, & Rhenum est, id ueteris Germaniæ appellatione censetur. Danubius, quasi Abnobius à clementer ædito monte Abnoba, unde effunditur, dictus, Danouw, quasi die Abnouw, modice detorta uoce. Fundat Albis, & Rhe.] Sueuorũ gens radicẽ Alpium accola trans Rhenum incolit, Bauaris, & Francombus affinis, quos Cæsar Germanorũ omnũ populorum bellicosissimas expertus fuit. Centũ pagos habebant, quorũ singuli mille singulis annis armatos ad bellũ mittebant sed alterni militabant. Et qui à militia uacabant mutuatim uictum sui peditabant. Lacte, & pecoribus uictitabãt, et è uenatu nõ modicus uictus suppetebat. Venationis duplex ratio fuit: tum ad exercitationẽ corporis, tum libertatis tuendæ caussa. A puero nemo ulla disciplina imbuebatur, idq; hanc ob caussam, ne quis inuitus quid faceret: tum autem uires corporis egregiè exercerentur. Et quia tractus is frigidus est, non nisi pellibus tegebantur. Hinc nemnem, nisi mercatores admittebãt, quibus res suas diuenderent. Turpius his nihil fuit, quàm inter equitandum ephippijs uti: uetabantq; exotica uina inferri, quod uino crederent corpora emollescere. Adhæc, maximam laudem ducebant, quàm latissimè à suis finibus, agros incultos, & uastos esse: magnum dedecus, suis expulsos proximis cedere. Inter Suenos, Vlmenses sunt, Bauari, Badensis principatus,

cipatus, & Vuirtenbergenſis. Sueuiam ab amne Sueuo nomen habere quidam credunt, Sed et flauos, à flauo capillitio eos nominat. Albis.] *Albis in montibus Bohemiæ oritur, & per Saxoniam decurrens, in Germanicũ Oceanum influit, ut Vſurgis & Amiſius: ſic* Rhodanus *in Gallicum pelagus: Iſter in ortum, in mare Ponticum: Rhenus in Oceanum Septentrionalem. Hercynia ſyluarum omnium maxima in Germania Sueuos attingit: & Albis recto itinere Straboni tribus tantum ſtadijs diſtat, diuidit́q; Germaniam à Dania. Quod uerò Sueuos in extremo aquilone collocat, amplificatio eſt, cum Alpium radicum accolæ ſint.* Indomitum Rhe.] *Rhætos indomitũ Rheni caput uocat. Etenim Rhenus ex Alpibus, quas Tacitus Rhæticas uocat, labitur: Abnobæ monti, unde Danubius funditur, uehementer propinquus. Et Rhæti Alpibus ſunt ſubiecti. Hos indomitos uel ob id uocat, quod prælijs quidem, nunquam bello, ſubinde rebellantes, fuerint uicti. Hic Druſus Tiberij filius ex equo lapſus, cum ibi bellum gereret, Romam petiturus, fracto crure periit. Cæterum de triplicibus Sueuis copioſè dixit Glareanus. Nunc addatur ceu appendix, quod de Rhætis idem hoc loco annotauit. Illud quod ſequitur, inquit, indomitum Rheni caput, omnes commentatores indiſcuſſum reliquunt, tanquam bene notum, cùm pauci ſciant, de quo nam populo loquatur. Sed ego de Rhætis intelligo, apud quos Rhenus duobus oritur fontibus, è ſummis (ut uocat Cæſar) Alpibus profluentibus. Prior fons, ſiue anterior, per Atnatios, (uulgò Taweſch) alter ſiue poſterior, ad inſignem pagum Spelucam: ambo rectà, primum ad Orientem: deinde per elegantem regiunculam (Tumbaſcam uocãt) ſupra Rhætorum Curiam in ſeptentrionem commixti tandem feruntur. De ijs in deſcriptione Rhætiæ, copioſè D. Aegidius Schudus affinis noſter diſſerit, & nos in iam citatis in Cæſarem commentarijs. Certum autem eſt, eam regionem non aditam Romanis. Auguſtus quidem coërcuit Rhætos, (ut inquit Suetonius) non prorſus domuit. Habuêre tamen Romani itinera quædam, per Rhætiam, in illam Rhætiam, ad Danubium, quam ipſi ſibi fecêre prouinciam. Sed nihil ad Rheni fontes, quos Romani nõ uiderunt: alioqui non falsò prodidiſſent, ſtatim initio fluere ad Septentrionem Rhenum: ut & Strabo libro quarto, ubi eius fonteis propinquos facit fontibus Rhodani, quod quidem uerum eſt. Ac libro 7. Rheni ac Danubij fonteis proximos ait Hercyniæ ſyluæ. Adeo nihil certi erat apud ueteres. Rheni quidem ac Rhodani fontes, non ita longè diſtiti ſunt, ut diximus, ex ſummis Alpibus orti: at Danubij fontes longè abſunt, ut minimum quatuor dierum itinere. Hæc Glareanus.* Dacus.] *quidam putant Gothos eos uideri, quos ueteres Getas modò, modò Dacos dixerunt: Scythicum hominum genus, ac poſt Iſtrum in Scythiæ ora ſitum ad Euxinum mare. Et ſunt, qui exiſtimant Gothos Scythas eſſe quidem, ſed diuerſos à Getis omnino, mediterranea loca ligneis urbibus incolentes. Strabo tamen libro 7. Geograph. tradit, quoſdam ueterum opinatos eſſe, Dacos diſcretis ſedibus diuerſos habitaſſe à Getis, cæterùm eandem eſſe gentem, ut Daci mediterranea tenerent uerſus Germaniam, & Iſtri fontibus uiciniores, qui olim Dani dicti fuerunt: Getæ uero eſſent, qui in Pontum magis emoti, Orientales haberentur. Atque hinc credit ab Athenienſibus ſeruorum nomina in Comœdijs petita. Certè Dacos, & Getas, ἑτερογλώττους, eſſe dicit. Plinius libro 4. ſcribit, Getas à Romanis Dacos dictos, bellicoſas gentes, quondam, quà ad Germanos inclinat, Baſtarnas: quà in Tanaim, Roxolanos, & Hamaxobitas, nuncupatas: (hodie Moſcouitæ appellantur) quod incertis ſedibus plauſtris uagentur, & res, opeſq; ſuas ijs conueherent. Neque deſunt, qui Getas eos eſſe opinentur, qui noſtra tempeſtate Vualachi dicuntur. Nunc audiamus etiam eruditiſſimum uirum Henricum Glareanum. Daci, & Getæ (inquit Sulpitius) in Scythia uicini ſunt, ſed Getas appellat eos, qui ad Pontum in Orientem uergunt. Dacus autem, qui in oppoſitum, Germaniam uerſus, ad Iſtri fonteis. Hæc ille. Quæ uerba ex Straboni libro 7. allegat. ſed ea cautè legenda ſunt. Neque enim Daci ſunt ad Iſtri fonteis, ſed comparando Dacos ad Getas, hoc dixit Strabo. Getas ad Pontum inclinari, Dacos uerò ad Germaniam, & uerſus Iſtri fonteis, à quibus tamen longiſsimè abſunt. Daci enim mediterranea ſunt, inter Iazygas metanaſtas, Sarmatas, ac Myſos, nuſquam herele ad fontes Danubij: at multo propiores ad oſtia eius, quàm Getas. Cæm autem Tomi Getarum oppidum ſit, (ut luculẽter ex Ouidio patet) haud obſcurũ eſt, ubi Getæ locentur definire: nempe in inferiore Myſia ad Danubij oſtia, ubi & Plinius eos ponit: quanquam ipſe pu tat eos dictos Romanis Dacos. Qui uerò Gothos eoſdem eſſe cũ Getis exiſtimauerunt, toto (ut dicitur) cœlo aberrarunt. Gothi enim ultra Germaniæ extrema ad Septẽtrionem remoti ſunt. Ptolemæus Getas in Scandia inſula ponit. Alij Gothos alij Guthos exhibuere. Nã diphthongũ Germanicæ linguæ uim, exprimere nequibãt Latinè, quẽadmodũ apud Plinũ, in Phlũg. Alij igitur, dimidiũ eius. u, alij o poſuerunt, Guios, & Gothos ſcribentes. quũ Germanorum, atq; Gallorũ lingua, die Gütten, hoc eſt, eximij nominentur. Sicut hodie, Nigri, die Schwartz hũff. Nomine latet apud Cornelĩũ Tacitũ, eſſe, & Gothones, & Gothones, & Gythones, & Gythones, non ſatis certis in terra deſignationibus Septentrionis, tamẽ in Germania populos. Vnũ uerò hi ab inſulanis an inſulani ab eis, hoc ignotum. Nos uerò colluuiem quandã Septentrionaliũ populorum in Italiam irruiſſe credimus optimorũ militũ, eosq; Gotos, die Gütẽ, ſe appelaſſe, quaſi dicat, eximios, ut diximus. Sicut Alemanos, Allerleiman, hoc eſt exercitũ ex multis populis collectũ, ut etiãnum hodie in Germania fieri ſolet, qui uulgò ſe Lantzknecht, appellarunt ab annis iam quinquaginta, C quaſi dicat, eiuſdem regionis militẽ. Scioli quidam ab lancea dictos inde ſomniauerunt, ignorãtes Lantz eſſe genitiui caſus, à land, unde Lantzman, Lantzbut, Lantzfron, à lancea, genitiuũ Celtarũ, atq; Germanorũ lingua nominatiuo eſſe ſimilem. Vnde Lancenknecht fieret incompoſitè, non Lantzknecht. Apud Nouariã Inſubrium, circiter annũ Domini Milleſimum, quingenteſimum, ea appellatio cœpit in Heluetiorũ odium, cuius rei, non qui hæc ſeripſimus, optimè meminiſſe poſsimus. Atq; hæc quidẽ Glareanus. Hoc quoq; de Getis, & Gothis addẽdũ duxi, quod eorum diſtantiam attineat, Tomi Getarum oppidũ, cùm gradus long. & latitud. habeãt. 55.0 | 47.50 | Gothlandia uerò. 48.0 | 60.0 | quot centenis milliaribus diſtent, facile eſt colligere. Iberis al.] Cæſar Hiſpanis ecurrat infeſtis armis. Vel ut Pompeius intelligatur qui eis ca ea tempora legiones in Hiſpania habebat. Diſtributio eſt. Occupentur Imperatores belli externis. hic aduerſus Hiſpanos, ille contra Parthos. Citerior Hiſpania longè, lateq; patens, Tarraconenſis cognominatur, à Tarracone, condita à Scipionibus urbe. Hæc clarum annem habet

A habet Iberum, Cantabricis iugis ortum, qui primus in ortum Solis elatus, tandem alueo in meridiem deflexo, mediam Tarraconem rigat, & in mediterraneum effunditur. Ab hoc Ibero, uicini populi Iberi, & Hispania Iberia Græcis appellatur. Alter ad eo.] *Vel Cæsar, uel Pompeius suat legiones ducat in Parthos, Iudæos, Arabas, quos admodum nuper armis subegerat. Pompeius, apud Parthos perierat Crassus una cum filio, Horũ mortem uindicandam optant, & signa Romana repetenda.* Nomẽ Hesp.] *Auersio ad superos. Quod si omnino placeet funditus Romanos perdere, uestro fulmine euertatur in terras misso Pathos à loco.*

Sæue parens.] *Auersio ad Iouẽ, ut prius quam ad arma perueniatur, & Duces inter se concurrant partes prius puniantur, quàm imperium propter paucorũ libidinem ruat, & bellum multo ciuium sanguine constet.* Partes Dn.] *Cæsarem, & Pompeium partium principes. & Duces.* Dum non.] *Antequã nullius ciuium sanguis ẽst effusus.* Tanto'ne.] *Ecphonesis in ambitionẽ partium, quæ inter se de Imperio concertant.* Prouentu.] *Vbertate scelerũ: metaphorã à re corporea ad incorpoream: hoc ẽst. à fructibus è terra nascentibus, ad scelerum copiam. Si nihil tropo dicimus, magnum doctorum hominum prouentum in Germania ẽsse: & magnum omnium pulcherrimarum artium prouentum.*

Sæue parens utrasq; simul partes'q;, Duces'q;
Dum nondum meruere, feri, tanto'ne nouorum
Prouentu scelerum querunt, uter imperet orbi?

Vix tanti.] *Tanta strage omnia armis ciuilibus miscere, ut neuter lætam uictoriã reportarit. Pij homines frustrà querelas effundũt. Sed multò magis parentes liberorũ suorũ cura excruciati fuerunt: in primis autem senes, quibus sua senectus grauis uel ob id fuit, quod iam iterũ in bellũ ciuile inciderint.* Viuacia fa.] *Senectutem grauem, ita fato quodam datam. Senecta Quæst. Naturalium lib. Fatum ait ẽsse, ne-ẽsse itaq; rerũ omniũ, actionumq; quã nulla uis rumpat. Chrysippus lib. 4. περὶ προνοίας. id ẽst prouidentia, fatũ definit, εἱμαρμένην φυσικὴν σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ ἀιδίου τῶν ἑπομένων ταῖς ἑπομένοις ἀπαραβάτως, ἢ μετὰ πολὺ μὲν factum ẽst sempiterna quædam, & indeclinabilis series rerum, & cathena uoluens semetipsam, sese implicans per æternos consequentiæ ordines, & quibus apta connexaq; ẽst. Suprà meminimus eorũ, qui diligenter de fato scripsẽrũt.* Atq; aliquis.] *A querela alicuius senis, cuius memoriæ miserabilem illam faciem tempestatis Syllanæ peruenit. Vnde colligit consimilem calamitatem ex præsenti ciuili bello. Huic enim seni tribuit omnium nomine orationem patheticam querelarũ plenam, in qua C. Marij tragœdiam refricat, eamq; exaggerat cõmemoratione quarundam rerum ab eo gestarum* Tunc fata.] *Priorem ciuilem bello inter Marium, & Syllam. Eiut in primo lib. causſam retulimus hanc fuisse, quod Marius triumphales statuas quas Bocchus Mauritaniæ rex, P. R. & Syllæ gratificaturus in Capitolio erexerat, & in his aureum Iugurthæ imaginem, à se Quæstori Syllæ traditi, detrahere conatus, magnos in urbe motus excitasset. Fuisset ob id inter ciues armis cæptũ disceptari, nisi sociale bellum interuenisset Quo factũ fuit, ut eo uix cõposito statim ciuile bellum fuerit exortum. Extulit & alia huius nefariæ discordiæ causſa, quæ rẽ Romanam pessimo exemplo ad internecionem propè attraxit, quod hinc Sylla, Iugurthæ à se capti laudẽ ad se traheret: contrà, Marius prædicaret, quæcunq; Sylla, & alij in Numidia gessissent suis auspicijs geri contigisse: ac proinde totam eam laudem suam esse, non autem Quæstoris Syllæ qui suo iussu ad Bocchũ profectus fuisset.* Post Teutonicos uictor.] *Quos Marius de Teutonibus, & Cimbris superatis, & ad internecionẽ deletis, egerat. De his etsi ad plenum superiori lib. narratum ẽst, quanta difficultate, & quibus in locis, quo collega eos extinxerit, addenda tamẽ aliqua duxi, ne frigidè hic locus nobis ita percurratur. In quinto suo Cõsulatu de Teutonibus, & Cimbris occidione cæsis, tam clarum egit triumphum, ut ab ea gente deuicta, P. R. eum alterum urbis conditorem appellarit. Extinctis Teutonis, & Amburonibus, ad Aquas Sextias, absens quintum Consul creatus fuerat. Triumphũ tum oblatũ distulit, donec Cimbros uinceret. Quare ob Cimbricũ tumultũ absens in sequentẽ annũ iterũ Consul creatus fuit. Interea Cimbri, fugato ab Alpib. Q. Catulo Proconsule, qui fauces Alpium insederat, reliquerat'q; castellum ad flumen Athesim, ubi fugientem Proconsulem persequuti in Italiam transcissent, inclis utriusq; exercitibus,*

Vix tanti fuerat ciuilia bella mouere,
Vt neuter, tales pietas peritura querelas
Egerit. at miseros angit sua cura parentes,
Oderunt'q; grauis uiuacia fata senectæ,
Seruatos'q; iterum bellis ciuilibus annos.
Atq; aliquis magno quærens exempla timori,
Non alios, inquit, motus tunc fata parabant
Cũ post Teutonicos uictor, Libycosq; triũphos
Exul limosa Marius caput abdidit ulua.
Stagna auidi texere soli, laxæq; paludes
Depositum Fortuna tuum: mox uincula ferri
Exedêre senem, longusq; in carcere pædor.
Consul & eversa fœlix moriturus in urbe
Pœnas antè dabat scelerum. mors ipsa refugit
Sæpe uirum, frustraq; hosti est concessa potestas.
Sanguinis inuisi: primo qui cædis in ictu
Diriguit, ferrumq; manu torpente remisit,
Viderat immensam tenebroso in carcere lucem,
Terribiles'q; Deos scelerum, Marium'q; futurum,
Audieratq; pauens, fas hæc contingere non est
Colla tibi: debet b multas hic legibus æui
Ante suam, c mortes: animum depone furorem.
Si libet ulcisci: deletæ funera gentis,
Hunc Cimbri seruate senem. non ille fauore
Numinis, ingenti superũm protectus ab ira:
Vir ferus, & Romam cupienti perdere fato,
Sufficiens.

a al. Quàm

b al. multos.

c al. mortem.

Cimbri

Cimbri magno prælio uicti fuerunt. Tum demum Marius pro duobus triumphis, qui totius ciuitatis cõsensu offerebantur, uno contentus fuit. Eratq; is tam insignis, ut primores ciuitatis, qui adhuc nonnihil ei, hominι nouo ad tantos honores eueclo, inuidebant, ab eo rempub. seruatam faterentur. Teutoni, & ipsi Cimbri in Germania orti erant, dicti à Tuiscone, patre Manni, qui authores, conditoresq; Germanicæ gentis memorantur. Libycos q; tri.] *Quem de Iugurtha rege Numidarum egit: In eo Iugurtha cum duobus filijs ante currum eius ductus fuit. Sic Lucius Florus, Tandemq, inquit, opertum cathenis Iugurtham in triumpho Po. Rom. aspexit. Sed ille quoque, quamuis uictus, & uinctus uidit urbem, quam uenalem, & quando q; perituram, si habuisset emptorem, frustra cecinerat. Tamen, ut uenalis fuisset, habuit emptorem, &c. Necatus in carcere Iugurtha fuit. Alij tradunt eum inedia intra sex dies periisse, ut Plutarchus, Liuius, & Eutropius eum Marij iussu in carcere necatum prodidere: rursum nonnulli eum de rupe præcipitatum fuisse, scriptum reliquere. Illud porrò de Mario memorabile, quod ad disciplinam militarem attinet. Postquam de Iugurtha triumphauit Romæ, ad militarem disciplinã conuersus, cursu, & implexis itineribus faciendis diligenter militem exercuit, qui oneribus, ac sarcinis grauatus, signa sequi cogebatur. Vnde factum, ut milites laboribus id genus assueti, muli Mariani sint postea appellati: hinc, muli Mariani in prouerbium abierunt in milites uaricosos, qui ex hoc instituto, in furca tabella interposita onera sua portare solebant. Plutarchus eandem originem prouerbij refert in uita C. Marij. Iulius Frontinus Stratagematum libro 4. cap 1. de disciplina militari. C. Marius, inquit, recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen oneratur, uasa, & ciboria militum in fasciculos aptata, furcis imposuit, sub quibus, et habile onus, & facilis requies esset: unde, & in prouerbiũ tractum est, Muli Mariani. Hæc Iulius Fron. Itaq; ob laborum tolerantiam ita uulgò dicti fuerunt, quos Homerus ἡμιόνους παλάτεργους identidem appellat. Alij Marij uocem, cùm apud Numantiam in Hispania sub Scipione militaret, auditam aiunt, eum optimũ mulum quæsitũ habere, ad impedimenta cõuehenda, qui ualetudine corporis, & robore cæteros anteiret: ac iã inde factũ, ut qui robustus miles haberetur, Marianũ malum appellarint. Quod si detorqueatur ad hominem perpetuo studio addictũ, aut immensis laboribus asciticũ, erit multo uenustius.* Exollim.] Ouid.

» *In cœno Marius iacuit, cannaq; palustri.*
» *Pertulit, & tanto multa pudenda uiro. Et mox.*
» *Quo uictrix toties Consule Roma facit.*
» *Insignes triumphos uarij casus aduersi exceperunt.*

*Etenim Marius factus certior, Tribunos suos circa Nolã à Syllanis militibus lapidibus obrutos esse, omnes Syllæ amicos in urbe deprehensos truciduuit. Sequuta cædem sunt multa horrenda prodigia, quibus sollicitatis ciuitatibus nunciatum fuit, Syllam cum exercitu ad ciuitatem accedere. Senatus, qui totus Marij, & Sulpitij erat, obuios mittit Brutum, & Siluium prætores, qui eum publicè monerent, ne exercitũ ad urbem admoueret. qui exuti paludamentis, & fractis fascibus à militibus, retro in urbem abierunt. Iterum ad tiriipam altera legatio missa est à Senatu, ne ad 40 stadia ad urbem exercitum duceret, Sylla benignè quidem, sed callidè respondit, se ita facturum: fortasis ut hoc pacto securum Marium, opprimeret. Legatis dimissis, L. Basilium, & C. Mancinum præmisit, qui Esquilinam portam insiderent. Pompeius alter Consul, Callinam occupat. Ex murorum fastigijs, & tectis domorum ab initio tela in Syllanos conjecta fuerunt. Appius legatos Marium & Sulpitiũ misisse, ne propius, quàm 40. stadijs castra locaret, quasi eos Senatus destinasset, idq; quousq; de præsentibus inter eos consultum esset. Sylla, inquit Appianus, ualles, & quæ propinqua fuêre mœnibus loca, militum legione occupat: Pompeius calles alia legione cõmunit: tertiam Sylla ad pontem ligneum amittit, quartam ante urbis muros in supplemẽtum iubet substere. Ipse cum cæteris urbem ingreditur hostili animo ne, & opere. Qua ex caussa, qui circa illum inhabitabãt, desuper tela emittere cœpere, quoad eorum domos incendere uelle comminatus est. Hæc Appianus. Marius & Sulpitius in Exquilijs Syllæ occurrunt. Conflixerunt ibi sub signis duæ acies. Cessit Marius, ac frustra sollicitatis seruitijs fugit ex urbe. Lucius Florus Marium, inquit, seruilis fuga exemit, imò fortuna alteri bello reseruauit. Hæc ille. Sylla cum cæde per sacram uiam grassans in forum Senatum conuocat. His author fuit, ut Marius, Sulpitius, & omnes, qui eius partes sequuti fuissent, hostes iudicarentur. Prodito, atque interfecto Sulpitio à seruo, Sylla per præconem grandem pecuniam ei promittit, qui Marium interfecisset: homo ingratus ab eo seruatus nuper, ni Sulpitij subtractus. Edictum Sulpitij non leuiter populum offendit. Marius circa Ostiam nauim ingressus, Circeios fuit ui tempestatis deiectus. Inde cum modico equitatu per deuia aliquãdiu errauit: inedia tandem adactus, cùm ad pastores diuertisset, ad sumendum aliquid esculenti, ab his monitus suis ut cautè fugam teneret. Venisse adsedudum Syllanos equites, à quibus ad cædem inuestigaretur. Ibi multò magis territus Marius, ùtia desilit. Profundum inde ac deuium nemus consequutus, ibi sequenti nocte quieuit. Appianus tantum scribit, nonnullos Sulpitiũ deprehendentes, eum interemisse: Mariumuerò fuse fecisse, quem ciuitatis primeuo ac socio Minturnas confugisse, quem ciuitatis principes in obscura quadam domo quiescentem, proclamationem publica territi, & ambitione insuper dicti, quod hominem sexies iam Consulem, à quo multa iam, & præclara gesta essent, in potestate haberent, custodire cœperunt. Sic Appianus. Semper fuit confirmatus uaticinio, quod bello Iugurthino in Africa acceperat fore, ut ante mortem septies Consul fieret. Et iam sexies Consul fuerat. Itaq; spes septimi Consulatus supererat, ad quem fato se seruari confidebat. Fuga inde repetita, cùm à Minturnis 20. stadijs iam abesset, (est autem id oppidum ad Liris emnem, in finibus Latij, haud procul à mari) duabus Syllanis turmis procul conspectis, Marius, & socij, qui una aderant, præcipiti cursu se ad littus abripuerunt. Casu offenderũt ibi duo nauigia, (hæc diuersa referuntur ab Appiano) quibus uix bene conscensis, Syllani equites aderant, qui minaciter nautis denunciarunt pœnas, nisi Marium in nauem traderent. Contrà Marius lachrymans supplex obstabatur, ut neglectis inimicorum uerbis, suæ fortunæ potius misererentur. Ibi altera nauium, in qua socij erant in Aenariam transmissa, altera, quæ Marium uehebat, paululum circa littus uecta, donec è Syllanorum conspectu esset, iterum littori applicata fuit. Mario hic in terrã exposito, per speciem curandi corporis, nautæ subtraxit anchoris relicto eo solo, in cœtũ abierunt. Marius ibi se proditum arbitratus, abiecta omni spe uitæ, iacuit aliquãdiu

propè

A propè examinatus in littore. Mox ad se reuersus, resumpto animo per palustria ad senis cuiusdam tugurium uestribus herbis contectus uix quiescere cœperat, cùm adeius percelleret. Quo metu ille perculsus, abiectis uestiburum strepitus, & senis à se dimissi uox aures but in aliam paludem se immisit. Atque hoc est, quod porta dicit.

» Exul limosa Marius caput abdidit ulna.
» Stagna auidi texere soli, laxæq; paludes
» Depositum fortuna tuum.

Inde ab ijs, qui ex Tarracina, à Geminiano missi fuerãt, Minturnensibus necandis traditus fuit. Liuius eum à Minturnensibus necandus extractum scribit.

Depositum fortuna tuum.] auersio, ad concitandũ odium Consulatum, & uindictum seruauit fortuna.

Pathos Depositum fortunæ, Marium nominat, quem ad ultimum

Mox uiacula.] In carcerem extemplo ductus fuit. Minturnenses nihil cunctati, decretum tulerunt, ut quando Marius hostis à S. P. Q. R. iudicatus esset, publicè B necaretur. Ibi inter ciues nemo erat, qui tanti uiri cædem contaminari uoluit. Fœlix mortuus.] Victor & ultor in patria, sine sanguine moriturus. Cùm autem senem nominat, pathos ab ætate. Sexagenta, & amplius annos natus tum erat. Et, exedêre dixit, pro, eo, quod esset, consumpsere. Consulatum septimum inibat, cum morereturMors ipsa refugit.] Cùm per tot discrimina post fugam iactatus esset. Mouet uariè affectus, à suppetio, ætate, re, loco, statu, conditione præsenti, & dignitate. Pœnas antè.] Ad id temporis usque nullum scelus commiserat, neque post reditum, cùm pœnas sumeret de ingratis inimicis, à quibus ipse non solum urbe pulsus, uerumetiam hostis patriæ iudicatus fuerat, & præ C nimium percussori publicè pronunciatum erat.

Frustraq; hosti.] Gallus eques, siue Cimber potius, ibi fortè repertus fuit, qui in ultionem gentis suæ Cimbricæ stricto ferro armatus carcerem ingrediebatur. Erat is locus obscurus, in quo clausus sedebat, Hostem, intelligecarnificem: sanguinem inuisum, C. Marium.

Viderat immensam.] Percussor uiderat ignem ex Marij oculis elucere, audieratq; uocem terribilem è specu carceris redditam, ad suas aures peruenisse. Tunc homo Marium interficere audet? Quibus ille, siue Cimber, siue Gallus fuerit, prodigijs territus abiecto ferro, foras se proripuit, clamans sibi non licere Marium interficere. Liuius tradit, cum maiestate tanti uiri motum, aut perterritum potius retrocessisse. Terribiles q;] Furias futuras terribiles, ultrices, & Marium futurum, Zeugma. Multas mortem.] Magnam stragem inimicorum priusquam ipse moriatur, idq; fato. Appianus ita digerit historiam. Galatam etiam carnificem publicum cum gladio misere, ut eum interficeret. Galatam autem ferunt, cùm per tenebras quæq; scrutando gradiretur, Marij oculis in morem, splendore micantibus trepidare cœpisse. Mox cum Marius è lecto surrexisset, et horrenda uoce intonaret, tu'ne Caium Marium occidere audes? Galatam è foribus prosiluisse, insanienti similem, acclamantemq;, Ego C. Mariũ occidere nequeo. Et ex causa superstitionis cuiusdam timor primores urbis inuasit. Hucusq; Appianus. Si libet.] cæsos Cimbros ulciscí, aut Gallos. Hunc senem.] C. Mariũ, qui graues pœnas breui sumpturus est de inimicis suis Romanis, qui ei adfuerunt, in Cimbris, Teutonis, & Amburombus delendis.

Senem.] Pathos ab ætate sexagenariũ: nam annos natus 62. moriebatur: uel (ut nonnulli) 70. Non ille fa.] Quasi dicat Marius non fuit seruatus benignitate deorũ erga P. R. ut eos amplius tueretur, sed eorum ira potius, ut propter ipsorũ ingratitudinẽ ciuitatẽ affligeret. Vir ferus.] Egregia laus Marij à uirtute rei militaris, qui uel unus ad euersionem urbis sufficere potuisset, si uoluisset.

Idem pela.] Idem Marius per mare in Africam uectus, uenit in Numidiam, regnũ quondam Iugurthæ, de quo ipse triumpharat. Minturnenses agnoscentes ingratitudinem suam, ut is à se, qui bellum Iugurthinum confecisset, Italiam sua uirtute, & industria & belli artibus, ab hostibus uindicasset, in gratiam paucorum interficeretur, pœnitudine acti, quod tantam uirum summa cum ignominia extractum è paludibus in carcerem condidissent, honorificè eductum è custodia ad mare deduxerunt. Aiunt augurio denunciatum illi, fugæ salutem non terra, sed mari quærendam esse. Erat autem id huiusmodi. Asinus proximè astantem eum intuitus, relicto pabulo, magno ruditu, tanquam uocis classico ad proximum fontem gesticulatione petulca, quod potui, accurrit. Hoc omne obiecto admonitus, conscendit scapham, & Siciliam petiuit. Iamq; haud procul ab Erice aberat, cùm tantum non ab eius Insulæ prætore interciperetur. Euasit hîc, annuis paucis appulit summa cum difficultate in Africam. Appianus paulò aliter Historiã refert. Hæc, inquit, Minturnarum primores animo uoluentes. Galatam dæmonis cuiusdam occursu territum arbitrati, Marium statim ex urbe egredi, & ubicunque saluus esse posset, proficisci suadent. Ille se ab Sylla inquiri, & ab equitibus eius persequi satis ratus, iter nulla semita ad mare corripuit: & ad Chalybes delatus, foliys corpori superimpositis, aliquantulum quieuit. Strepitu deinde percepto, sub foliys latuit. Qui cum magis increbresceret, Siculi cuiusdam piscatoriam scapham, peritum coacto eo, properè insiluit. Insurgente demum tempestate perfracto gubernaculo, uela uentis, quo fors eum duceret, emisit. Delatus est itaque ad insulam, in qua domesticos ex suis nuper allatos, reperit. cum his in Libyam transit. Adistum modum Appianus. In Aphricam illustres suæ factionis homines paulò antè fœliciter dilapsi profugerant.

—Idem pelago delatus iniquo
Hostilem in terram, uacuisq; mapalibus actus
Nulla triumphati iacuit per regna Iugurthæ:
Et Pœnos pressit cineres, solatia fati
Carthago. Marius tulit, pariterq; iacentes
Ignouere Deis. Lybicasq; sibi a colligit iras,
Vt primum fortuna redit, seruilia soluit
Agmina, conflato sæuas ergastula ferro
Exeruere manus, nulli gestanda dabantur
Signa ducis, nisi qui scelerum iam fecerat usum,
Attuleratq; in castra nefas. —

Pelago de.] Vt omnia priora aduersa, ita & uentus, & mare aduersa in fuga, fuêre. Vi tempestatis fra-

clum fuerat gubernaculum, ut modo dixi. Hostilem in terram.] *Libyen ubi nuper Iugurtham ceperat, & captiuum Romam abduxerat, Qua ex re nomē suum Afris inuisum nouerat, à quibus non minus periculi, quàm Syllani sibi imminuere adurrēbat.* Vacuisq; mapalii.] *id est, per uacua mapalia iactatus, Sunt autem mapalia, casæ rusticanæ.* Nuda triumphati.] *Hypallage: ipse nudo simili iacuit in regno Numidiæ, quod Iugurthæ fuerat, de quo triumpharat. Significanter iacuit dicit, Nam sub primum eius appulsum, à Prætore Sestio (alij Sextio, nonnulli Sextilio scribunt) per literas iussus esset prouincia Pop. Rom. excedere, mœstus, & consternatus aliquandiu inter Carthaginis deletæ ruinas delituit. Appianus scribit, in mari eum hyemem perferre coactum, paulo supra Libyam, inter Numidarum montes. Interim Romæ inter Cinnam, & Octauium Coss. nouos: quod Cinna nouos ciues tribubus ascribere conaretur, alter inhiberet, armis media urbe discepta tum fuit. Octauius victor Cinnam urbe expellit: sufficitq; in eius locum Cornelium Merulam, Cinna, & ipse nunc exul, Capuæ primum apud exercitum Appij Claudij corruptum, multa de collegæ iniuria quæstus fuit, quod ab eo sua dignitate spoliatus, extorrisq; patria eiectus esset. Quærelis addidit lachrymas. Magno plausu ibi exceptus, Cinna, insignis Consularibus receptis, ipsoq; exercitu in potestatem redacto, totam Italiam peruagatur, undiq; uires contractus auxilijs confirmans. Interea in Africa mira fortunæ commutatione, siue fama, siue casu ad Marium in supradicto loco considentem plerisq; amicorum confluxerint. Inter quos uiri illustres erant, Albinouanus, Grannius, Lectorius & nonnulli alij, qui cum eo hostes iudicati fuerant. Iunior & ipse Marius statim adfuit, qui cum reliquis optimatibus ad Numidarum regem è Roma imploratum auxilium contra inimicos confugerat. Hîc ubi sensit opera regiæ pellicis, quæ efflictim adolescentem amore cœperat, sibi à Barbaro insidias parari, occultè subtractus, magnis itineribus ad suos uenit.* Et pœnos Presis.] *Nam inter ruinas Carthaginis, ut dixi, aliquandiu delituit.*

Solatio fati.] *Vterq; se consolabatur: Carthago indignè ferebat suum excidium, uidens Marium huc miseriarum peruenisse: rursum Marius solabatur se, leniebatq; ægritudinem animi sui recordatione tantæ urbis excidij, in cuius ruinis patria exul requiem capiebat. Atque hoc pacto mutata calamitate, & miseria se consolabatur.*

Iacentes.] *Afflicti dijs dederunt, ueniam de mutato rerum statu.* Libycas fibi,] *hoc est, ab exilio Libyco: siue Barbaram, & immanem, quo ingenio Afri sunt, & Libyes. Respicit ad parœmiam, Libyca fera, de homine uafro, callido, & uersipelle, uarijsq; moribus, & ancipiti ingenio, qualem Cicero Catilinam fuisse scribit, quod in Africa uariæ ferarum species sæpenumero nascantur. Marius suis præter spem receptis, in literre deliberare cœpit, quo potissimum cursum intenderet, ad opes afflictas recuperandas. Hîc oculis eius nouum spectaculum fuit oblatum. Duo scorpiones chelis, & cauda inuicem incessentes, pugnam lacessebant acriter, Marius omen auersatus, in Cercinam insulam continenti proximam præceps transmisit. Hîc de ciuitatis statu certior factus, paucis Mauris equitibus in nauis impositis, Italiam repetit, & in Hetruriam defertur. Huc multi ad eum confluxerunt, uterem ipsius sequuti claritudinem. Appianus scribit, Marium, earum rerum cer Btiorem factum, quæ in Italia à Cinna, & Pompeio gerebantur, in Tyrrheniam nauigasse cum ijs qui fugerant, seruati fuerant. Quibus superuenère serui octem sequuti fuerant. Quibus superuenère serui octem, ad quingentos.*

Vt primum fortuna.] Sic *Appianus. At Florus paulò aliter rem narrat. Itaq;, inquit, ad nomen tanti uiri latè concurritur: feruitia (pro nefas) & ergastula armantur: & facilè inuenit exercitum miser imperator. Itaq; uitur: & facilè inuenit exercitum miser imperator. Itaq; ui patriam reposcens, unde ui fuerat expulsus, poterat uide ri iure agere, nisi causam suam sæuitia corrumperet. Haclenus ille. Cæterùm seruos ad libertatem uocabat, ne paucis diebus ad sex millia hominum conflaret. Appianus autor est, eos Tyrrhenos fuisse, cum quibus ad Cinnam fuerit profectus: à quo pergratè ad belli societatē admissus fuerit. Ergastula loca sunt clausa, ut officinæ, ubi serui aut damnati operabantur: & ipsi serui ergastula, ut seruitia, usurpantur.* Exeruere.] *Extraxerūt è cathenis, & manicis.* Nisi qui.] *Nisi qui sceleribus, & flagitijs contecti erant, & propter delictum aliquod profugerant in castra Marij, tanquam asylum quoddam apertum, Talibus à Mario signa gestanda dabantur.*

Proh fata.] *Exclamat in horribilem cædem Marianam, cum urbem ingrederetur. Sed non inutile fuerit. nec iniucundum lectu reliquam historiam, ut cœpimus, persequi, quam copiosè à circumstantijs amplificat. His quas memorauì, copijs, Marius Cinnæ coniunxit, qui id per legatos ultro petiuerat. Ab illo proconsul declaratus fuit: purpuram uerò & fasces repudiauit, ut præsenti fortunæ minimè conuenientia: exulem eum splendorem nō ducere, Et ex eo, quo hostis iudicatus fuerat, nonnisi barba promissa, & capillitio intonso, in nulla item, nisi sordida ueste fuerat conspectus. Aetas grandior illi uulgi fa-*

— Proh fata, quis ille
Quis fuit ille dies, Marius quo mœnia uictor
Corripuit? quanto q; gradu mors sæua cucurrit?
Nobilitas cum plebe perit, lateq; uagatur
Ensis, & à nullo reuocatum est pectore ferrum.
Stat cruor in templis, multaq; rubentia cæde
Lubrica Saxa madent: nulli sua profluit ætas:
Non senis extremum piguit urgentibus annis
Præcipitasse diem, nec primo in lumine uitæ
Infantis miseri nascentia rumpere fata.

uorem, & misericordiam conciliabant. Cinna Ostiam intercepit: atque inde cum suis copijs ad urbem progressus fuit. Appianus contrà à Mario captam Ostiam, & deceptam prodidit. Marius ad hæc Ostiā occupat, inquit, hostis. ter q; diripit. Et Cinna Ariminum præmisso urbe potitur, ne exercitus quispiam, ex populis urbi parentibus, aut è Gallia Romam commeare posset. Hæc ille. Deuastauit, ut idem author tradit, Antium, Ariciam & Lauinium: uel (quidam ergunt) Lanuuium. Occupat, & aliàs ciuitates traditas à pleris q;. In urbem interim trepidatum fuit supra modum. Consul Octauius, à quo Cinna pulsus fuerat, ab

Crimine quo parui cædem potuere mereri
Sed satis est, iam posse mori: trahit ipse furoris
Impetus, & uisum est Lenti quæsisse nocentem:
In numerũ pars magna perit: rapuitq; cruentus
Victor ab ignota uultus ceruice recisos
Dum uacua pudet ire manu: spes una salutis
Oscula pollutæ fixisse trementia dextræ.
Mille licet gladij, mortis noua signa sequantur,
Degener ô populus, uix sæcula longa decorũ est
Sic meruisse uiris: nedum bene dedecus æui
Et uitam dum Sylla redit. cui funera uulgi
Flere uacet? uix te sparsum per uiscera Bebi
Innumeras inter carpenteis membra coronæ
Discerpsisse manus: aut te præsage malorum
Antoni, cuius laceris pendentia canis
Ora ferens miles festæ rorantia mensæ
Imposuit: truncos lacerauit Fimbria Crassos,
Sæua Tribunitio maduerunt robora tabo.

A rat, ab amicis monitus, ut seruitia ad libertatem inuitaret, negauit se seruis patriam, à qua Marius pulsus esset, daturum: neque moliturum quicquam, quo Cinnam arma, nullo momento, cùm nemo prohiberet, Ianiculum occuparint. Militet, qui tum temporis in urbe erant, moti Octauij ignauia, imperium ad Metellum, filium eius Metelli, qui à Mario expulsus fuerat, deferunt. Recusante prætore, redirent, cuius esset exercitum regere. Mihuet hanc repulsam indignè ferentes, relicta urbe, ad hostem defecerunt. Tum demum Metellus, ubi aduerit, quantum uirium sibi, & suis ea defectione detraxerit, hortatusq; eos fuit, ut ad Consulem, qui potestatem esset, urbe relicta fugit. Octauius à militibus, qui ad cædem in urbem præmissi erant, multis uulneribus confossus, periit. Sunt, qui tradunt sedenti à Censorino caput amputatum: & caput pro rostris expositum fuit. Senatus Consulis cæde consternatus, Legatos ad Marium, & Cinnam mittunt, oratum ne in innocuos ciues sæuirent. Cinna de curruli sella, ut Consul legatis benigne respondit, at Marius, rigido uultu, & aspectu truculento sedens, tacitus declarabat, quantũ stragem paulò pòst esset editurus. Cinna urbem cum duobus exercitibus ingresso, ipse cum totidem ad portas substitit, dicitans subridens, non licere exuli eam urbem, unde legibus fugatus esset, nisi reuocato publicè ingredi. Proinde si quis suo patrocinio indigeret, is id daret operam, ut priuilegium de se latum statim antiquaretur. Inde contemptum Populum in forum conuocari, & suffragia ferre iussit. Appianus author est, Tribunos, fugam eius cæterorumq;, qui à Sylla Consule expulsi fuerant, ex decreto dissoluisse. Marius quo mœ.] *Tum demum armatis militibus, quos præcipites uocabat, septus urbem ingressus fuit: deditq; suis tesseram, ut quem ipse non resalutaret, eum in uestigio confoderent.*

Nobilitas cum pl.] *Et Consulis Octauij caput, primum deinde aliorum interfectorum capita ante rostra appensa sunt. Non Senatorũ, aut Equitum delectus habebatur: Vniuersa senatorum capita rostris affigebantur, ait Appianus. Non Deorum reuerentia, aut uirorum indignatio, inuidiæue timor in his perpetrandis ullus aderat. Deniq; in ipso occursu, multi illustres uiri & Senatorij ord. trucidati sunt. Enumerat Appianus aliquot, ut Caium, & L. Iulium, Attilium, Eranum, P. Lentulum, C. Nemistorium uel ut alij scribunt, Nestorium. M. Bebium, utrunq; Crassum patrem, & filium, M. Antonium Oratorem.* Cum plebe.] *Ea cædes per nobilium, & ignobilium capita grassata est. Erant multi, qui amicos suos ad se confugientes mortis metu prodebant. M. Antonius insignis grator ea tempestate, cum apud hospitem delitesceret, cauponis indicio proditus fuit, quod puer ab eo uinum suauius solito mercaretur, cum quo, & Caius Cæsar occisus fuit, & capita in rostris posita. Antonij eloquentiam, & Marij crudelitatem celebrat Valerius Maximus cap. Quanta uis sit eloquentiæ. Catulus, qui cum ipso Mario de Cimbris triumphauit, ubi se quoque ad cædem destinatum accepit, carbonibus in cubiculo accensis, seipsum spiritum præcluso peremit.* Lateq; uag.] *Cadauera cæsorum proiecta passim horrori ciuibus erant: & quemadmodum florus scribit, postquã omnis manus Octauij Ianiculo depulsa fuit, statim ad principũ cædẽ dato signo aliquãto sæuius, quàm aut in Punica, aut in Cimbrica urbe sæuitur.* Stat cruor.] *Exaggeratio cædis, à circumstantia loci: quasi dicat, ne templis quidẽ parsum fuisse.* Nulli sua.] *A ratione ætatis personarũ. Pueri, & percussorum uxores ad stupra rapiebantur ab ijs, qui à Mario ad ideo munus destinati erãt. Quod dede cus milites. Cinnani adeo indigne ferebant, ut facto in Marianos impetu, ferro eam rem uindicarunt. Pauci amicorum Syllæ euaserunt, domus eius euersa est, bona in publicum redacta. Consules creantur* Marius 7. Cinna, iterum. *Appianus tradit, nisi uitium sit, Marium octauum tum Consulatum iniuisse. Et citra comitia se renunciarunt.* Non senis.] *Pathos à circumstantijs ætatum, senum, puerorum, & infantum. Et hos ad Lanienam raptos canit.*

Crimine quo] *Pathos ab ætate puerili, quæ omnis noxæ exors erat.* Visum est.] *Ignaui hominis fuisse, solum fontes ad pœnã rapere.* Innumerum.] *tam noxios, quàm insontes: ut respiciat ad id, quod paulo antè dixit, ignaui hominis tantũ fuisse, nocẽtes quæsiuisse, nisi innocentes etiam admiscerentur.*

Cruentus uict.] *Periphrasis Marij, qui etiam ignotos, & non dũ uisos interfici iussit, ut cædes miserior, & formidabilior, tum plebi, tum inimicis esset, & percussores eorum capita ad terrorem faciendum per urbem circumferrent: ne manus miluiũ essent otiosæ, & languescerent.* Spes una.] *Nam urbem ingredient suis mãdauerat, ut quos ipse nõ resalutaret, & quib. salutantibus nihil respõderet, aut manũ osculãdam nõ præberet, eos in uestigio confoderent.*

Trementia.] *metu mortis.* Mille lĩ.] *mille signa dicit, auersum caput, non datum responsum, nõ protensam manum osculis, et similia.* Degener.] *exclamatio in rei indignitatem, quod P. R. à maiorum suorũ uirtute, & artibus degenerassent, ut hanc paucorum tyrannidem ferrent inultam.* Vix secula.] *Lõgissimum uitæ templum decorum, ut uiri, hoc est, Romani ita de repub. mererentur, & quidem breui temporis spatio, cũ æterno numinis dedecore, cum apud præsentis temporis*

cordatos,prudentesq́,uiros,tum etiam omnem posteritatem. Et uitam.] haud diu duraturam. Dum Syll.] Constans fama erat, Syllam,qui id temporis procul domo cum exercitu aduersus Mithridatem regem Pōti aberat,rebus tum prosperè gestis,de reditu in urbem cogitasse. Marius secum reputans,quātum discriminis sibi,& suis instaret,ab hoste ferocissimo, & eo quidem iam uictore, ubi urbem cum exercitu intrasset, uarijs curis, & nocturnis terroribus inquietatus, in languorem incidit, quo septem diebus conflictatus (ut Piso tradit) uel (ut Possidonius) Iliaco morbo decessit, natus annos,ut modo retuli,60.uel,ut alij, 70. editis iam multis celeribus, Idib. Ianua.uir si examinentur cum uirtutibus uitia,haud facile dixeris, bello'ne melior,an pace pernicioſior fuerit: ut quā rempubl. pace seruarat, eandem togatus, primum omni genere fraudis, ad ultimum armis euertit. Arquarium, inquit Florus, Mario uidente confossus fuit, quia fatalem illam scilicet manum non porrexerat salutanti. Inde Sylla ex Asia cum exercitu uictore properabat,harum rerum omnium factus certior. Redit.] E' bello Mithridatico in urbem. Vix te.] οἴκτου, à miserabili cladis ciuilis spectaculo. Estq́ auersio ad concitādos affectus,ob cædem quorundam illustrium uirorum. Nam M.Boebius, C. Nestorius, P. Lentulus,& plerique alij Senatores,quos paulo antè memorani,in uia deprehensi,inquit Appianus,trucidantur,nam militum manibus discerpti fuerunt. Vix uacat te deflere ô Boebi laceratū membratim medio foro inspectante ciuium multitudine.

Ante te Antoni.] Qui istam calamitatem multo ante præsenserat. Fuit hic ea tempestate clarus orator, cuius etiam Cicero non uno loco meminit in libro de Oratore. & claris Oratoribus, ad cuius cædem uix Marius retentus fuit, quo minus cucurrerit. Milites,qui ad eum obtruncandum missi fuerant, illius eloquentiæ suauitati demulciti, tam diu ab eo uiolādo destituerunt,donec Annius quidam,cui id negocij à Mario datum erat, cubiculum ingressus,increpita aliorum ignauia eloquentē confoderit. Caput eius in rostris suspēsum fuit. Sed Appianus paulò aliter M. Antonium Oratorem,inquit ad fundum quendam fugientem,agricola diligenter occuluit,benignéq́ suscepit. Seruum deinde industriū in diuersorium ire iussit,ut uinum emeret. Cauponi uerò,cur uinum diligentius posceret,inquirenti causam insusurrauit auribus. Ille cum discessisset,properè ad Mariū accelerās,rem aperit. Qua perceptā,Marius lætitia gestiens accurrit uelut operā necis eius susceptur. Detinentibus eū amicis,Tribunus militum ad id facinus electus,cæteros in domum immittit,quos Antonius dicendi peritia insignis suauissimis detinuit sermonibus, multa uariè pieq́ eloquutus, dum nec Tribunus ipse domum ingressus, milites ad audiendū intentos admiratus, Antoniū perornatè disserentē adhuc, interemit,caputq́ ad Marium detulit. Sic Appianus.

Festæ mensę] Nā cùm milites caput Antonij abscissum,cœnanti Mario tradidissent,aliquandiu id manibus contrectauit uersauitq́ gaudio gestiens. Vale. Max. Tullo de Crudelitate. M. Antonij, inquit, abscissum caput suis manibus inter epulas, per summam animi,ac uerborū insolentiam aliquandiu tenuit,clarissimiq́ ciuis,& oratoris sanguine contaminari mensæ sacræ passus. Atq́ etiam P. Anniū,qui id attulerat,in sinum recentis cædis ulcisque aspersum recepit. Lacerauit simb. Craſſ] Interfectus fuit Crassus pater in fuga. qui filium Crassum ne ab hoste trucidaretur, suis manibus occidit,quasi uerò miser adolescens hoc nomine fœlicior esset, quod patris manibus periret. Secus Florus. qui patrem, & filium,in mutuo,alterum alterius aspectu trucidatos fuisse. Fimbria.] Marianæ factionis hic fuit, homo ad immanitatem barbaram usque crudelis. Mario defuncto, Cinna Vale. Flaccum sibi collegam adsciuit: quem cum exercitu misit,ut Syllæ succederet. Sed propter inexplebilem auaritiam exercitui inuisus à C. Fimbria legato ad Nicomediam quo usq́ cum perfequutus fuerat,& imperio. & uita spoliatus fuit. Inde Fimbria cum imperio in Asiam profectus, aliquot copijs Mithridatis fusis, cùm eius filium acie uictum persequutus esset,ipsam urbē cepit. Inde in Pythanen,ubi eum fossa circumsedit, atq́ hinc nauibus Mytilenen compulit. Mox asiam ingressus, multaq́ hostium regiones populatus, ad postremum Ilium obsedit, (nam Ilienses se potestati Syllæ seruabant,) inde expugnauit,ac deleuit. Sylla paulò pòst cum Mithridate pacem fecit, acceptis ijs, quæ circa urbem inimici in se moliebantur. Sequuta statim fuit ad illum Fimbriani exercitus defectio Fimbria à suis destitutus, Pergami in templo Aesculapij ubi manum intulit. Sæua Trib.] Tribunitia potestas sacrosancta erat, neq́ ius fasq́ erat uiolare, ab eius cæde tamen temperatum non fuit, Licinio Tribuno interfecto. Sæua rob.] Quidam exponunt,rostra Tribunorum sanguine tincta fuisse. eaq́ poetam rostra appellare. Alij robur aiunt in carcere locum fuisse, unde malefici præcipitabantur.

Te quoq́.] Auersione iterum affectus mouet. Duo insignes uiri in rabie illa ciuili, eruditione clari perierūt: M. Antonius summus Orator, à C. Mario patre interfectus, ut dictum est: & Q. Mutius Scæuola Pontifex. Max. C. Mario filio occisus. L. Damascius enim prætor, ex C. Marij Conf. uoluntate cùm Senatum contraxisset, omnem nobilitatem, quæ tum in urbe erat, trucidauit: è cuius numero Q. Mutius Scæuola, Pon. Max. clarissimus iuris consultus fuga dilapsus, in uestibulo ædis Vestæ cæsus fuit, cuius domum tāquam totius ciuitatis oraculum fuisse testatur Cicero. Glarea-

Te quoq́ neglectum uiolatæ Scæuola dextræ
Ante ipse penetrale Deæ, semperq́ calentes
Mactauere focos: paruum sed fessa senectus
Sanguinis effudit iugulo, flammisq́ pepercit,
Septimus a exequitur repetitis fascibus annus:
Ille fuit uitæ Mario modus, omnia passo
Quæ peior fortuna potest, atq́ omnibus uso
Quę melior mēsolq́ homini quid fata parārent

a al. hęc sequitur.

nus excusset nostrum Lucanum. quod licentia poëtica Scæuolam recensiat inter eos qui à Mario patre trucidati fuerūt: quia poëtæ, inquit, sibi aliquando indulgent: aut ipse ut Lucani industria factum esse: ut in sene obscuræ conditionis, τὸ ἀγένειον seruaret senilis obliuionis, cui hæc ætas sere obnoxia est. Hæc ille. Florus Boebium à Sylla interfici, aut lacerari potius sine ferro ferarum ritu iussum tradit.

Penetrale.] in uestibulo Vestæ, uel, ut quidā, ad aram, pathos à loco nobis est annotatum. Ouid.

Non aliud Vestam, qui uiuam intellige flammam.

Paruum

& Parum sanguinis, dixit, pro, parum, aut modicum sanguinis. Allusum est ad M. Scæuolam illum, qui à Persena rege dextram in foculũ ardenten iniycere coactus fuit.

Flammis q.] propter effœtum senecta sanguinem, non extinxit flammam.

Septimus.] Marius, & Cinna in urbem recepti eo pacto, quo dixi, eam cædibus, & rapinis uastauerunt. Cn. Octauio Cons. occiso, & omnibus aduersæ partis trucidatis, citra ulla comitia, Cons. seipsos in sequentem annum renunciarunt: Marius 7. Cinna iterum. Quo die Marius Consulatum iniyt, Sextum, Licinium (senatorẽ quidam dicunt fuisse, non Tribunum) de saxo præcipitari iussit. Editis multis sceleribus, statim Idib. Ianuarias mensium, sed Sex. Lucium de saxo præcipitatum prodant. (Tam procliuis error est, in collusionibus propri. uocum) quod calamitatem ingentem ex portento nunciato, & clam dem urbi imminere, id quod tum fortè acciderat, prædixisset. Videtur hoc poëta Antonio Oratori tribuere, quem præsagum malorum uocauit. Repetitis fasc.] Consulari dignitate iam septimum, sed non traditis suffragijs Comitiorum, sed ui raptis. Fasces pro Consulari dignitate. signum pro signato. συνεκδοχῆ. Ille fasciit.] Septimum Consulatum Cal. Ianuarijs inibat, cùm eiusdem mensis Idibus decederet: septem tantum diebus morbo conflictatus. Primus Romanorum septies Cõsul: inexpleta honorum omnium cupiditas tantorum malorum illi caussa fuit. Pertur etiam moriens Portumã crudelem appellasse, quod priusquam consilia sua, & uota expleuisset, è rebus humanis decedere cogeretur: homo acri ingenio, & ad rem militarem quæsito urbanam uerò, minime. Literarum rudis, & planè osor Musarum, & ad omnia studia humanitatis durior, ut Cic in oratione pro Archia ieiatur. Et apud Salustium, in Iugurtha, in concione ad populum iactat, se neque literas Græcas didicisse, neq; discere eas unquam placuisse, quippe quæ nihil ad uirtutem profuissent. Sed se doctum, hostem ferire, præsidia agitare: nihil metuere, nisi turpem famam, quam uitam quæsisset in hoc ciuili negotio: hyemem, & æstatem iuxtà tolerare: inopiam, & laborem pati. Quæ quidẽ bonarum literarum insciitia, & contemptus effecerunt, ut clarissimos iurisconsultos, & oratores, ad cædem, ut bruta pecora, & lanienam, inter uulgus sine nomine pertraxerit. At in Cæsare homine, extra omnem aliam pulcherrimarũ artium posito, summa clementia, & lenitas, crudelitatem barbaram mitigauit: uictoriã ipsam uicit, cùm posita ira, & uindicandi libidine, omnibus, qui aduersum se in armis steterisset, condonaret, et in amplissimos ordines, & pristinã fortunam restituisset. Omnia passo.] Omnia experio, tum secunda, tum aduersa, quæ homini in rebus humanis accidere possunt. De secundis, iuxtà, & aduersis eius uiri diximus. Mensoq; homini.] Qui in aduersis, & secundis mensus fuerat, quid fata pararent, & constituerent.

Iam quot apud sacri cecidere cadauera Portum?
Aut Collina tulit stratas quot porta cateruas?

Transit ad horrendas clades inter Syllam ex Asia reducem, & Marium Iuniorem, uicesimo ætatis suæ anno Consulẽ facti. Sacri por.] Tmesis siue dialysis. Sacriportum ita dictum est, haud procul à Præneste. Cũ C. Marius C. Marij filius ante uigesimum ætatis annum præter morem creatus esset, Lucius Philippus Syllæ legatus, Sardiniã, pulso Q. Antonio, & interfecto, occupauit. Tum Sylla cum Italicis populis ne timeretur ab ijs, tanquam ciuitatem ereptum, & suffragij iure nuper datum: ac fœdus cum ipsis percussit. Diuersa pars adhuc urbem tenebat. Liuius, & Plutarch. C. Marij filium Consulem fuisse tradunt, Appianus affinem Marij: Liuius 20. annos natum eum: Appianus 27. scribit. Igitur sequenti anno primus conflictus sub uernum tempus fuit ad Esim fluuium, antiquissimum Italiæ terminum. Hîc Metellus Syllanarum partium dux, Carinam prætorem prælio fudit. Mox Carbo Metellum ad obsidionem usque, insectatus est. Marius, siue filius, siue affinis, tum diuersa Italiæ parte cum 85. cohortibus, ad Sacriportum haud procul à Præneste cum Sylla conflixit. Ibi sinistra Marij acie inclinante, quinque cohortes, cum duabus alijs equitum ad Syllam defecerunt. Sylla Marium in oppido Prænestè fossa, & uallo occlusum, per Lucretium Ofellam, obsidione fatigauit: & erumpere tentantem repulit. Ad Sacriportum Marius 20. milia amisit, & octo milia capta fuerunt. Superuenerunt 20. M. Pontio Telesino, & Lamponio ducibus, ad Consulem obsidione eximendum: quibus Romam compulsis, castra Sylla in campo Martio posuit. Ingressus urbem ex suorum numero, quibusdam præsidere iussit. cum exercitu ad Clusium contendit. Hîc, ad Glanium fluuium, mox iterum ad Saturniam, inter Syllam, & Carbonem dubio Marte certatum fuit. Sub ista, à Pompeio & Crasso Ducibus Syllanis tria hostium milia in agro Spoletano cæsa sunt. Premebatur interim Prænestè Marius iuuenis omnium rerum inopia: ad quem obsidione leuandum, Carbo collega Martium misit. sed à Pompeio non sine cæde oppido prohibitus fuit, & à toto penè exercitu relictus. Per eos ipsos dies, Carbo & Norbanus, exercitu ad Fauentiam, & Fidentiam cæso, Italia expelluntur, 10. milibus in pugna amissis, ac 6. milibus ad hostem transgressis, cæteri fuga dilapsi sunt. Norbanus Rhodum fugit, ubi cùm aduertit oppidanos inclinatos ad dedendum se hosti, medio foro sibi manum intulit.

Collina porta.] Reliquerat Carbo ad Clusium 30. M. hominum sub signis, qui cum Pompeio cõfligere, ausi, plus dimidio in pugna ceciderunt. Marius, & Damasippus cum cæteris copijs uelut Romam occupaturi, in Albano consedêre. Adfuit illico Sylla, & circa portam Collinam est acie dimicatum: ad postremũ teterrima clade edita, Mariani fugerunt. In hac pugna utrinq; ceciderunt L. M. hominum. X. M. ex uictis capta: sex milia ex captiuis Samnitibus, in circo Maximo iussu Syllæ interficiuntur. Cæterùm tanta in is crudelitate uictoriam exercuit, quanta in nullo homine unquam fuit. Liuius author est 8. M. deditorum in uia publica trucidata fuisse. Tabulam proscriptionis posuit. Non urbem solum, sed totam Italiam cædibus repleuit: inter quos omnes Prænestinos inermes interfici iussit. Marium ordinis Senatorij uirum cruribus, & brachijs fractis, auribus præfectis, oculis effossis necauit. Marius Cõsul Prænestæ obsessus, à Lucretio Ofella Syllano, cùm per cuniculum conaretur euadere, septus ab exercitu, mortem sibi intulit in cuniculo. Nam cùm uideret se euadere non posse, stricto utrinq; gladio, cùm

dio, cum Pontio Telesino fugæ comite occurrit, quo occiso, à seruo impetrauit, ut se occideret. C. Marij patris corpus e fossum, in Tybrim præcipitatum fuit. Hæc de A

Tunc cùm imperiũ Roman. ad Samnites propè translatum fuisset, id quod Marius se facturum statuerat, fortuna rerum uices mutauit, & Samnites grauissimas pœnas dederunt. Samnis.] pro Samnites. quidam Græcorũ Samnites à Sabinis oriundos arbitrantur atq; eam ob causam, Sabellos uoce diminutiua appellatos Sabini cùm graue & difficile bellum aduersus Vmbros haberent, uouerunt omnia, quæ eo anno nata essent, si uincere daretur, cuius uoti paulò pòst rei, nata partim sacrificarunt, solum contenti, inde purros Marti consecrasse, adultos in colonos distribuere. Hi in Opicorum agro, ueteribus incolis pulsis, sedes sibi quæsiuerunt. Quorum opes paulatim in tantum creuerunt, ut So. M. peditum: 8. M. equitum ad bellum armarint. Quidam etiam memoriæ prodiderunt, Lacones cum his postea habitasse: uel (ut alij) Puhanas fuisse & à Tarentinis oriundos. Itaque nulla Italiæ gens ab initio Romana arma diutius exercuit, nulla sæpius rebellauit, quàm Samnites. Ferox hominum genus, & ad bellandum natura comparatum. Hoc ciuili bello Pontius Telesinus Samnis, & Lamponius, qui cum uiginti milia ad Marium Consulem, C. Marij filiũ, siue affinem obsidione Prænestina liberandum uenerant, à Sylla Romam metu compellabantur. Ipse castra sua in Campo Martio ponebat. Ibi Samnites ad portam Collinam, circa urbem, quia soli Italicorum populorum arma non deposuerant, ut paulò antè dictum est, debellauit magna clade. Sylla, eamq; tum gentem deleuit: quos ad quatuor milia, ut quidam scribunt: uel ut alij, 6. M. in Circo Maximo: uel ut nonnulli, in Campo Martio, ad Oulia, militibus ad cædem immissis per tres totos dies iugulandos tradidit: clamitans Pop. Rom nunquam pacem habiturum quàm diu Samniticum nomen superesset. Equitibus belli sors pepercisset, eos proscriptione infectatus fuit. Samnitium urbes fuêre, Bouianum: Esernia, Pamia, Thelesia, & aliæ nonnullæ uicatim sparsæ, quæ omnes aliæ alio casu interiêre. Supersunt hodie tantum Venusia, & Beneuentum. Addantur a-

a al. tralata. b al. spirauit.

Tunc cùm penè caput mundi, rerumq; potestas
Mutauit a translata locũ, Romanaq; Samnis
Vltra Caudinas b sperauit uulnera furcas.

liqua obiter de huius gentis moribus. Samnitium ueteres mos fuit, decem quotannis uirgines, forma, ætate, & uirtute eximia, ex omni numero uirginum legere, quæ totidem adolescentibus laudatissimæ indolis matrimonio locarentur. Neque ulla ratio cuiusquam rei habebatur in affinitate iungenda præterquam uirtutis: & ut optima uirgo optimo nupsum daretur, sed ea lege, ut si quis ab integris moribus in prius degenerasset, publicè connubio priuaretur. Hac ignominia nulla erat in ea gente grauior. Atque hæc quidem libuit studio attexere, ut quantum nos à Samnitium moribus degeneramus, reputare liceat. Sitiaut tem fuerunt Samnites (quod initio dictum opertuit) ita ut ad ortum Apuliam, ad occasum Campaniam, ad Septentrionem Sabinos, & Vulturnum habrant.

Caudinas furcas.] Ad Portam Collinam maior B clades accepta fuit, quàm quondam exercitus Romanus acceperat à Samnitibus ad Furcas Caudinas. Caudinæ Furcæ, duo saltus sunt Syluestres, iuxta & alti, iugorum inter se perpetuitate iuncti. Inter hos saltus, campus medius patenti planicie, hinc inde clausus iacet herbidus, et irriguus aquis: per quem medium, iter est. Hunc adeuntibus intrandæ sunt angustiæ. Tum si retro abire uelis, aut eadem, qua ueneris, redeundum est, aut per arctiorem, impediti oremq; saltum euadendum. Huc Titus Veturius, & Sp. Posthumius temerè ingressi, cum nulla euadẽdi spes esset, fœdere cum Samnitibus icto, & sexcentis equitibus Rom. obsidibus datis, ea lege exercitum abduxerunt, ut omnes sub iugum mitterentur. Idemq; authore Sp. Posthumio Consule, qui in Sextu suaserat ut eorum deditione, quorum culpa tam turpe fœdus ictum esset, publica fides liberaretur, cum duobus Tribun. Pleb. & omnibus qui per fœdus spondebant, dediti à samnitibus recepti non sunt. Nec etiam multò pòst, fusis à Papyrio cursore Samnitibus, & subigum missis, receptisq; 600. equitibus Ro. qui obsides data C ti erant, pudor prioris flagitij fuit abolitus. A Caudio pido dictæ fuerunt Caud. furcæ.

Sylla quoq;.] Syllæ crudelitatem barbaram, et miserabilem rerum faciem tota Italia, post crudam illam cladem ad portam Collinã, distributione amplificat. Non continuit se Syllana ultio intra muros urbis, sed per totam Italiam peruagatũ fuit: id quod Samnitiũ horrenda supplicia coarguunt. Ille quod.] de Sylla loquitur. Reliquias à Mariana fa-

Sylla quoq; immensis accessit cladibus ultor.
Ille quod exiguum restabat sanguinis urbi,
Hausit dumq; nimis iam putrida mẽbra recidit,
Excesit medicina modũ, nimiumq; sequuta est:
Quà morbi duxere manus, periêre nocentes:
Sed cùm iam soli possent superesse nocentes,
Tunc data libertas odijs, resolutaq; legum
Frenis ira ruit, non uni cuncta dabantur,
Sed fecit sibi quisque nefas: semel omnia uictor
Iusserat, infandum domini per uiscera ferrum
Exegit famulus, nati maduere paterno
Sanguine, certatũ est, cui ceruix cæsa parentis
Cederet, in fratrum ceciderunt præmia fratres.
Busta repleta fuga, permixtaq; uiua sepultus
Corpora, nec populum latebræ cepere ferarum.
Hic laqueo fauces, elisaq; guttura fregit:
Hic se præcipiti iaculatus pondere, dura

uitie superstites Sylla ferro, & diuersis supplicior um generibus assumpsit. Caterũ tanta crudelitate pulcherrimas suas uictorias inquinauit, quanta in nullo homine unquam fuit. Dumq;] allegoriâ à chirurgis ducta, qui cum tabidum membrum secant interdũ incorruptã arterem etiã præcidũt. Ad eundum quoque modum Sylla fecit, qũdum studuit inimicos

a Desiluit percussæ humo, mortesq; cruento
Victori rapuere suas: hic obora busti
Extruit ipse b sui; necdum omni sanguine fuso
Desilit in flammas: & dum licet, occupat ignes.

a Disilijt.
b sibi.

totam Italiam: statim et ciuitates ad pœnam deuocatæ sunt. Præneſtinos inermes interimi iuſsit ut Samnites, præter filios & uxores, quos liberos dimiſit. Ex urbibus deductos ferro interficiendo militibus: ipſas urbes hoſtiliter diripuit. Talem licentiam ſibi uſurpant victores, ut nos quoq; uidimus Vltraiecti anno 28. ſupra M. D. cùm urbs capta eſſet. Famulus.] Famuli, aut ſerui potius heros ſuos interfecerunt. Marius tamen Iunior à ſeruo ſuo iuſſu interfectus fuit, cuius caput ad Syllam allatum in roſtris ſuſpenſum dictante oportere iuuenem priuſ remo, quam gubernando admoueri, deridens intempeſtiuum eius conſulatū. Nati mad.] liberi occiderunt ſuos parentes, utcūq; hoc accidit, & ſequūtur amplificationes horrēdæ cladis. Norbani Præneſtino excidio cōſternati, ubi captā urbē ſenſerūt, fermè omnes manus ſibi intulerunt. Ceruix.] horrendū ſuppliciū, uiua corpora mortuis miſceri. Hic laqu.] Multi Præneſtinorū ſibi mortem accerſiuerūt: alij mutuis uulneribus ceciderunt. Quidam ſe, & liberos cū tota domo cōremarunt. Ad poſtremū, ita flamma & ferro omnia uaſtarūt, ut præter agrū, & areā, nihil ex capta urbe Præneſtina ad hoſtē uictorem peruēniret, ut ipſe poēta paulò pòſt de Præneſtinis canet.

——Vidit fortuna colonos
Præneſtina ſuos, cunctos ſimul enſe reciſos, &c.

Atq; hinc uarias mortis ſpecies, quas ſibi quiſq; quæſiuit, refert ordine.

Colla Ducum pilo trepidam geſtata per urbem
Et medio congeſta foro, cognoſcitur illic
Quicquid ubiq; latet ſcelerum, nō Thracia tantū
Vidit Biſthonij ſtabulis pendere tyranni.
Poſtibus Antæi Lybiæ, nec Græcia mœrens
Tot laceros artus Piſæa fleuit in aula.

Colla du.] pathos à dignitate perſonarum, quarū capita per urbem in ſummo pilo, hoc eſt haſtula à percuſſoribus ſpectaculo, ac terrori circumferebantur. Quid porrò ſit pilum, alibi dictū eſt. Et medio.] atrox hoc, & planè patheticum, à loco. Non Thracia.] amplificat Syllanā tyrannidē, ab exemplis maiorem in ſummo pilo, Oenomai Piſarū tyranni. Thracia.] tota Thracia non uidit tantum ſcelerū, non tot capita pendere in aula Diomedis tyrānī, quot tum Romæ in foro medio cōgeſta fuerūt. Priuſquā ad hiſtoriā perueniamus, de Thraciæ Chorographia paucula præſtruenda ſunt. Thracia à Septentrione iugis altiſsimis Aemi mōtis: ab ortu Euxini parte, Boſphoro, inde Propontidis ora, ac Cherſoneſo Thraciæ terminatur: ab occaſu brumali, Neſti, ſiue Neſti amnis ſijſt, & montanis ab Orbelo ortis: à Meridie, mari Aegæo claditur. Gens olim fuit armorum gloria celebris. Ipſa regio omnibus clariſsimis irrigua eſt: ſed uirorum quam frugum feracior. Inter ſtagna, & Biſtonum gens celebratur: unde Biſtones, & Biſtonij per tropum Thraces appellantur. Inter urbes & oppida, Bizantium longè clariſsimum eſt, poſtea à Conſtantino Magno magnificè extructum, ac ualidè munitum, Conſtantinopolis fuit appellatum: quo nomine etiamnum appellatur. Thracum Tyranni maximè ſceleribus contecti celebrantur, Lycurgus qui uiter à Marone uocatur, Polymeſtor cæde Polydori infamis, & Diomedes, quorū poſtremū Lucanus Biſtonīū Tyrannū uocat. Circa Biſtonīū Thraciæ ſtagnum, Tyrida locus eſt, Diomedis Martis filij ſtabulo infamis, ubi uetus non fabula, ſed opinio tenet, illum tyrannum equarum laniatu hoſpites ſuos in diuerſam diſtrahere ſolitum, & equabus pabuli loco obijcere conſueuiſſe. Tyrannus, cùm Herculem Hoſpitio exceptum pari perfidia interimere in animo haberet, ferunt ab illo claua ſuſum, & ipſius equabus mandendū appoſitum una cum Abdero famulo.

Poſtibus Ant. Libyæ] Hercules delectu in Creta habito, ubi eam inſulam omnibus noxijs feris purgaſſet, in Libyam traiecit, fama Antæi Gigantis exitus, in Mauruſijs cum eo fuit congreſſus. Erat is athleta mortalium omnium ea tempeſtate fortiſsimus. Hunc ulnarum complexu in medio multitudinis conſeſſu moribundum conſtrinxit. Vulgò fabuloſa habentur ea, quæ de prodigioſa huius gigantis magnitudine prodita ſunt. Plutarchus certè Gabinium ſequutus, ſcribit Antæi ſepulchrum in Mauritania à Sertorio dirutum, oſſaq; in eo pertentoſæ magnitudinis reperta, ipſum rei miraculū feciſſe: ut iniecta religione eiuſdem Imperatoris iuſſu moles illa Antæi manibus ſit inſtaurata circa Tingen oppidum, ab ipſo heroē conditum. Apud Tingenitas uetus fuit fama, poſt Antæi mortē, Tingenam eius coniugem ab Hercule fuiſſe compreſſam, ac grauidam ex eo cōcepiſſe Syphacē, qui in ijs regionibus poſtea latiſsimè regnum tenuerit, & urbem de matris nomine Tingenam condidiſſe. Diodorus author eſt, Antæo ſuperato, Herculem in Aegyptū tranſmiſiſſe, & ibi Buſiridem in Hoſpites ſuos crudeliter

tim in uincula conierit, quos Sylla subinde aduenien-
neci tradidit, iussiúq; ex Præneste sine armis in campum
prodire omnes, qui in urbe moram duxissent. Ex his
quoscunque sibi utiles, paucos tamen è cæteris elegit: re-
liquos in tres partes ab inuicem distinxit, Romanos sci-
licet, Samnites, & Prænestinos. Cùm diuisi forent, Roma-
nis per præconẽ in primis annũciat, quoniã morte digna A
perpetrassent, ueniam illis elargiri: reliquos consodi im-
perauit. Mulieribus, eorumq; filijs liberè abire permisit: ac
ciuitatem diripuit hostiliter, opibus tum quidem re ferti
maximis. In hunc quidem modum Prænestè capitur. Atq;
hæc quidem Appianus.

Tunc flos Hesp.] Tunc flos Hesperiæ, Latij iam sola iuuentus
Tunc Italiæ bellicosis- Concidit, & miseræ maculauit ouilia Romæ
sima iuuẽtus ferro ab- Tot simul infesto iuuenes occumbere leto,
sumpta à Sylla fuit. Sæpe fames, pelagíq; furor, subitæq; ruinæ,
a al. aut terræ Quem autem florem Aut cœli, a terræq; lues, aut bellica clades,
cœliq; l. Latij uocat perspicuè Nunquam pœna fuit, densi uix agmina uulgi
reddit. Maculauit Inter & exangues immissa morte cateruas
Omnia.] Samnites Victores mouere manus: uix cæde peracta
quorum quatuor mil- Procumbunt, dubiæq; labant ceruice: sed illos
lia, uel ut alij, quicũq; Magna premit strages, peragũtq; cadauera partẽ
aut sex millia, tribus Cædis: uiua graues elidunt corpora trunci.
continuis diebus mili-
tibus suis iugulandos, ad Ouilia Syllam obiecisse supra
scripsimus. Nõnulli produnt in circo maximo id factum.
Soli enim Samnites armis receptis Mario, ac Cumæ se cõ
iunxerãt. Erãt Ouilia in Campo Martio septa Tarquinij
Superbi, quo regno pulso, ipse campus Marti consecratus
fuerat, segetibus in Tybrim præcipitatis. Valerius Max.
scribit lib. 9 cap. 11. de Crudelitate, nemine satis digne L.
Syllã uituperare posse. Egregia nãq; authoriuate, inquit,
nobilitatis defensa, crudeliter totã urbẽ, atq; omnes Italiæ
partes Ciuilis sanguinis fluminibus inundauit. Quatuor
legiones cõtrariæ partis fidẽ suã secutas, in publica uilla,
quæ in Cãpo Martio erat, ne quicquã fallacis dextræ mise-
ricordiã implorantes obtruncari iussit: quarũ lamentabi-
les queritatus trepidæ ciuitatis aures receperũt. Lacerata
ferro corpora Tiberis impatiens tãti oneris cruentatis a-
quis uehere coactus est. Quinq; M. Prænestinorũ spe salu
sis per P. Cethegum, data extra mœnia municipij euocata
cùm abiectis armis humi corpora prostrauissent, interfi-
ci da protinus q; per agros dispergẽda curauit. Quatuor
M. & DCC. diræ proscriptionis edicto iugulatos in tabu
las publicas retulit: uidelicet ne memoria tã præclaræ rei
diluereturr. Nec cõtentus in eos sæuire, qui armis à se diss-
senserant etiã quieti animi ciues propter pecuniæ magni-
tudinem per nomenclatores cõquisitos proscriptorũ nume
ro adiecit. Aduersas mulieres quoq; gladios distrinxit, qua
si parũ cædibus uirorum satiatus. Id quoq; inexplebilis fe
ritatis indiciũ: abscissa miserorũ capita modò nõ uultum,
ac spiritũ retinentia, in cõspectum suũ afferri uoluit, ut o-
culis illa, quia ore nefas erat, manderet. Quã porrò se cru
deliter in M. Mario prætore gesserit, quẽ per ora uulgi ad
sepulchrũ Luctatiæ gentis protractũ nõ prius uita priua-
uit, quã oculos infœlicis erueret: & singulas corporis par-
tes confringeret. Vix
mihi ueri similia narra
re uideor. At ille etiã
M. Plætorium, quod
ad eius supplicij exa-
nimis ceciderat, conti
nuo ibi mactauit: no-
uus punitor misericor
dia, apud quẽ iniquo
animo scelus inuen,
scelus admittere fuit.
Sed mortuorũ umbris
saltem pepercit. Minimè. Nam C. Marij, cuius cæsi etsi por
stea hostis, quæstor tamẽ aliquãdo fuerat eruros cineres in B
Auienis alueum sparsit. Ex quibus actis fœlicitatis somũ
asserendũ putauit. Hactenus Vale Max. Quin audiamus,
quid Plutarchus hac præterea referat. Sex millia dum in ci-
co maximo Syllæ iussu interficiuntur, cum ipse interim in
templo Bellonæ Senatum haberet, & ad eum locum cla-
mor, & gemitus cadentium peruenisset, inquisitisq; terri
bilis ille fremitus Patribus pauorem, dixisse fertur, ne sus-
peruacua attenderent, esse illos flagitiosos quosdam, quos
corrigi iussisset: atq; ita inter fatum institutã orationem
continuasse. Ad cum modum Plutar. Liuius octo M. dell
torum fuisse scribit, qui in uia publica trucidati fuerunt.

Ouilia.] septa loca erant, tabulis meluſa. In his P. R.
suffragia laturus claudebatur, ab ouilium ouium simili-
tudine, Ouilia fuerunt appellata. Tot simul inf.] Col-
ligit diuersas rerũ calamitates, quæ omnes simul conflatæ
nunquã tantũ damni dederũt, quantũ una Syllana rabies:
imò singulæ sæuiẽtes pœnæ dici potuere si cũ Syllana sæ-
uitie cõferatur. Magnã cladẽ fames, magnã tempestas, &
cœli inclemẽtia, terræ motus, pestis ingrassantis furor, ma
gnam stragẽ clades in prælio accepta attulit. Sed ea mala C
nunquã tyranni imperio accepta fuerunt, ut hæ tantæ um
us Syllæ tyrãni iussu. Iam uerò subitas terræ ruinas uide-
tur appellare, terræ motus, quibus urbes sæpenumero, aut
alia loca hausta, & absorpta fuerunt: ut in agro Mutinen
si, cùm montes inter se concurrerent, magno crepitu essul-
tantes, ac recedentes. Quo concursu uillæ omnes elisæ, a-
nimaliaq; permulta, quæ ibi erant, exanimata sunt. Et
principatu Tiberij cum 12. urbes Asiæ una nocte prosler
nerentur. Secundo bello Punico septies, & quinquagies
terræ motus Romam nunciatus fuit.

Intrepidus.] Adeo Intrepidus tanti sedit securus ab alto
non fuit motus affecti Spectator sceleris, miseri tot millia uulgi
bus ipse Sylla, qui spe Non piguit uidisse mori: congesta recepit
ctabat hæc supplicia Omnia Tyrrhenus Syllana cadauera gurges,
non humana, ut etiam In fluuium primi cecidẽte, in corpora summi:
nõ piguerit uidere tot Præcipites hæsere rates, & strage cruenta
a al. iam. miserorum ciuium cæ Interruptus aquis fluxis prior amnis in æquor,
des. Intrepidus.] Ad molẽ stetit unda sequens: a nam sanguinis alti
Atq; interim barbara Vis sibi fecit iter, campumq; effusa per omnem
crudelitate homo se- Præcipitíq; ruens Tiberina in flumina riuo

debat loco ædilitori
spectator tã fœdi sup-
plicij, securus, si Dijs
placet, periculi. Tot
millia.] Rectè tot mi-
lia nam in ea uictoria
centum ciuium millia
ab eo occisa fuerunt:
& in his Senatores
XC. Consules XV.
Duo

Hærentes adiuuit aquas: nec iam alueus amnem,
Nec retinent ripæ, redditq; cadauera campo.

A Duo millia, & sexcenti equestris ordinis, quos omnes in sepulchro abiecit: & eorum omnium propè bona publicauit, Sunt qui adduxerint, ad memoratum numerum L. M.

Omnia Tyr.] Mare Tyrrhenum, in quod omnia cor pora prono Tybri delata fuerunt, pathos à loco. Thusci si ue Tyrrheni uocantur, gens quondam Italiæ opulentissima: dubium, à Tyrrhenone Atys an ab Hercule, & Omphales filio: an (ut nonnulli produnt) Telephi, qui in eam terram deduxerit colonos. Dionysius tamen arbitrabatur, eos à Tyrsibus ædificiorum genera, quibus Thusci peculiariter uterentur, hoc nomine appellatos, Xanthi Lydij historiam secutus, qui neq; Tyrrhenũ unquam in Lydorum gente ducem, neq; ullam eius gentis in Italiam nauigationem nouit, Latini certè nunc Thuscos, nunc Hetruscos, Græcam uocem imitati, uocant qui diuinorum cultores Tioscos uocant, ϖαϱὰ τὸ θύω. sacrificio. Veteres Hetruscorum siue Tyrrhenorum opes, cùm B maris nomen toti Italiæ prætenti, tum fines etiam terræ ab infero ad superum pelagus, demonstrant, qui ad Alpes usq; promouebatur. Liquet satis, quicquid terræ mediũ est, inter Alpes, & Apenninum, id totum quondam Vmbrorũ fuisse, qui inde à Tyrrhenis electi fuêre: ut Tyrrheni à Gallis: Galli à Romanis, Romani à Lõgobardis: à quibus ad ultimũ ea ipsa terra nomen retinuit. Cæterũ Latini, Vmbri, Ausones, à Græcis uno nomine Tyrrheni dicuntur, ut etiam ipsam Romã quidã existiment Tyrrhenã urbẽ aliquando uocatã. Mare ipsum alluens, Tyrrhenũ siue Thuscum, siue inferum, in quod Tybris influit, nominatur.

Præcipites hæ.] multitudine cadauerum actæ, impulsæq;, eũ secundo amne decurrerent in Tyrrhenum mare.

Nam sang.] Causa cur præcedẽs fluctus à sequẽtibus impulsus fuerit. Copia sanguinis humani cõcreti iter perrupit. Idẽ sanguinis decursus ita innãdauit agros uicinos, & quidem ui, ut intra alueos amnis cõstringi nõ ualuerit, quò minus cadauera in campũ Martiũ & proximos agros eijcerẽtur. A signis cõiecturã relinquit cædis amplificationis. Redditq.] hoc est, eijcit in fluminis subiectos agros. Alueus interior ripæ pars est, quam aqua abluit.

Tandem Tyrrhenas uix a eluctatus in undas
Sanguine cæruleum torrenti diuidit æquor
Hisne salus rerum, fœlix uis Sylla uocari?
His meruit tumulum medio sibi tollere campo?

Tandem.] Extremum conatum aquarum impeditarum in excurrendo coarguit, ut in ipso cursu à sanguine aqua se diuiserit. Torrenti.] Torrens propriè fluuius est, qui magno impetu rapitur. Adiectiuè impetuosum. Transfertur longius, ad eloquentiam, orationisq; exuberantem copiam, Iuuenalis Satyr. 10.

» ——Nocitura petuntur.
» Militia, & torrens dicendi copia multis.

Idem de Demosth.

» Torrentem & pleni moderantem frena theatri.

Hisne salus.] exclamat per indignationem in Syllam tyrannidem, per auersionem ad Syllam, qui arrogantiæ his moribus fœlicis nomine uocari uoluit. Tanta in eo homine erat ambitio, ut eum annum, quo clarum triumphum de Mithridate egit, fœlicem appellari iusserit. Se C uerò uenustum, & fœlicem inscripserit: sed eius uenustatem, & fœlicitatem exitus declarauit. Gemellos uno Metellæ coniugis partu æditos, marem Faustum, femellam, Faustam nuncupauit. Quicquid enim fœlix est, & hilare, id ueteres Fausti appellatione extulêre. Nulli ne amicis quidem ullum honorem impartiebat. Lucretium offellã, quo maximè ministro in minore Mario oppriment o usus fuerat, in medio foro interfecit, quod tantum in petitione consulatus perseuerasset. Mensibus paucis à morte uxoris Metellæ cùm gladiatorium munus ederet, & adhuc prætexta à uiris, & fœminis spectaretur, Valeria mulier insigni forma, Messalæ oratoris filia, & Hortensij soror, prone Syllam transiens, cùm eius uestem leuiter tangens in sua sedem transisset, Sylla mulieris audaciam miratus, cùm eam intentioribus oculis intueretur diutius, nihil, inquit illa, est, à Sylla, cur mihi succenseas, uolui tuæ fœlicitatis particulam sortiri. Hac mulieris urbanitate ille delectatus, capitisq; forma, ubi accepit, qua familia, ac domo oriunda esset, eam in uxorem duxit. Vocari.] quasi dicat, eum quidam potius fuisse, his moribus quàm fœlicem.

Tumulum.] Hæne tyrannide meruisti Sylla in medio campo Martio sepeliri? Sunt hæc tam clara beneficia erga P. R. ut tibi illic sepulchrum erigeretur? Vale Max. Titulo de Crudelitate. Ex quibus actis nomen fœlicitatis asserendum putauit. Ea Valerius. Sed uide quàm infœlicem exitum ac finem hæc qualiscunq; fœlicitas sortita fuit. Paulatim luxuria, & intemperiis cõuiuijs, tum autem cibi, potusq; intẽperantia corrupto corpore, intestinam pestem, & fœdã pediculorum tabem aluit, ut tunicæ, thermæ, balnea, quæ sæpè frequẽtabat, sed & dapes diris sordibus polluerentur. Paucis diebus quã moreretur, mortem suam præuidit. Filius enim, quem paulò pòst matris Metellæ interitum amiserat, uisus per quietem fuerat eum monere, ut exolutus rerum humanarũ curis, ad matrem contenderet, apud quam perpetuo curarum expers uiueret. Appianus tradit dæmonẽ quendam ei per quietem fuisse uisum, atq; imminens fatum denunciasse. Statim in medium progressus, nihil tale populo, ac patribus expectantibus, in media concione uirgas, ac secures fregit, ac simul dictaturam deposuit, idq; eò consilio, ut postea omnium actorum suorum in Repub. priuatus rationem redderet. Plutarchus tamen prodit, eum neq; ui morbi, neq; somnij portento induci potuisse, ut reipublicæ curam deponeret. Tantum animi, ac fœlicitatis uim illi homini fuit, ut qui in urbe centum millia ciuium, & amplius occiderit, uitam priuatam ausus fuerit agere, ulciscendi facultate ijs relicta, qui ipsius tyrannidem pessimè oderãt. Posita dictatura, cùm domum peteret, ab adolescente cõuitijs inter uiat exceptus fuit, neq; extitit quisquam, qui in uenis intemperiem linguæ castigaret. Quam intempestiuam insectationem, domum reuersus, dixit, in caussa fore ut quicunq; post se dignitatem illam inuaderet, nunquam eam nisi cum morte deponeret: id quod postea in C Cæsare euenit. Ad biennium dictaturam gessit. Per quod tẽpus Democratia in totum sublata fuit. Puteolis uita decessit, natus annos 50. Campo.] Aurea lectica corpus eius Romam perlatum fuit. Lepido Consule frustrà resistente. Tanta erat uis factionis Syllanæ, & Catuli coltæ. Iam quo honorificentius sepeliretur, sacerdotes, & Vestales

a al. obluctatus.

Vestales uirgines eius corpus extulerunt. Primum pro rostris laudatus fuit: inde in campum Martiũ elato ad duo millia coronarum, honoris ergo sunt congesta, præter alia ornamenta, quæ amici, & homines Syllanarum partium cumularunt. Ad hæc, quo magnificentiora omnia essent, ad tria millia lectorum in eo funere strata fuerunt. Circumstabat cum tota ciuitate ad spectaculum pompæ effusa, exercitus. Corpus crematum fuit. Ita enim moriens mandauerat, ne Corneliorum more sepeliretur, talionem ueritus, ne, ut Mario fecerat corpus suũ refossum in Tybrim ab aduersa parte præcipitaretur. Primus ex Corneliorum gente rogo crematus fuit: cùm alioqui sepeliri consueuissent. Iam & in Campo Martio, in quo reges tantum condebantur, crematus, & sepultus fuit. Quamobrem exclamat poëta, eum indigitam, qui sepulchrum inter reges sortiretur. Sepulchro eius hoc elogium insculptum fuit. Nemo amicus beneficentia superauit: neq; in iniuriam inferenda inimicus. Multi prædicabant fortunam illi ad regum usq; comitem fuisse. Quin & ipse sibi abundè fœlix uisus fuit: quare fœlicis cognomen sibi usurpauit. Satis profectò fœlix, si patriam, si ciues, cædibus, & rapinis uastare in parte fœlicitatis ponendum sit: ut omittam phthiriasin, in corpore fœdam tabem gignente, tã profundo somno fuit opus, ut ipse fateretur, aliquid suæ fœlicitati defuisse. Attexêre libet aliqua, quæ de hoc Syl. A la à Plinio diuersis locis prodita sunt, Libro 2. cap. 54. de Catholicis fulgurum. Ideo cùm à prima cœli parte uenerint, & in eandem concesserint, summa fœlicitas portenditur, quale. Syllæ dictatori ostentum datum accepimus Libro septimo cap. 43. Vnus hominum ad hoc eui, fœlicis sibi cognomen asserint L. Sylla, ciuili nempe sanguine, ac patriæ oppugnatione adoptatus, & quibusdam fœlicitatis inductus argumentis, quod pro scribere tot millia ciuium, ac trucidare potuisset. O praua interpretatio, & futuro tempore infœlix. Non melioris sortis fuêre tunc pereuntes, quorum miseremur hodie, cùm Syllam nemo non ederit. Age, non exitus uitæ eius, omnium proscripto rum ab illo calamitate crudelior fuit? erodente seipso cor pore, & supplicia sibi gignente? Quod ut dissimulaurit, & supremo somno eius (cui immortuus quodammodo est) credamus ab uno illo inuidiam gloria uictã: hoc nempe fœlicitati suæ defuisse cõfessus est, quod Capitolia nõ dedicasset. Libro 7. cap. 54. In Cornelia domo nemo ante Syllã dictatorẽ, traditur esse crematus. Idq; cũ uoluisse, ueritũ talionẽ, eruto C. Marij cadauere. Lib. 37. cap. 1. Sylla dictator traditione Iugurthæ semper signauit. Cætera ex eodẽ authore, de eius crudelitate, & pediculari morbo, quo interijt, omitto, quod de ijs antè abundè dictũ sit.

Hæc rursus pati.] *Hæc mala, quæ tempora Syllana uiderunt, imminent rursum rei publicæ, aut his etiam grauiora. Verba senis adhuc sunt maturantis ad clausulam orationis, siue querelæ potius, ac ominationis. Hac similem cladem urbi imminere omina tur.*

Hæc rursus patienda manent, hoc ordine belli
Ibitur, hic stabit ciuilibus exitus armis.
Quãquã *a* agitat grauiora metus, *b* multoq; coltur
Humani generis *c* maiore in prælia damno.
Exulibus Marijs bellorum maxima merces,
Roma recepta fuit: nec plus uictoria Syllæ
Præstitit inuisas penitus quam tollere partes:
Hos aliò Fortuna uocas, olimq; potentes
Concurrunt, neuter ciuilia bella moueret,
Contentus quo Sylla fuit. sic mœsta senectus
Præteritiq; memor flebat, metuensq; futuri.

a al. agitant.
b al. multũq;
c al maiora.

Et cum grauiorem calamitatem metuat, addit Marij, ac Syllæ in eo certamine, consiliorum collationem.

Exulibus Marijs] *Mario, & Marianis, supremus conatus fuit, & scopus, ut ab exilio reducet in urbem rediret, licet cum clade: Sylla uerò contrà hoc agebat, ut cũ exercitu à bello Mithridatico reuersus, inimicos extingueret, ultus iniuriam.* Hos aliò Fort.] *per auersionem ad Fortunam, Duces præsentis belli, ad aliam fata uocari, infert. Neuter huc sectat, ut in patriam reditus pateat: neuter, ut se ulciscatur, aut inimicos deleat: Verum uter imperio potiatur: uter monarchiam inuadat. Contentus quo.] Qui sat habuit Marianos è medio sustulisse. Quod si Cæsar & Pompeius contenti essent, quo Sylla fuit, neuter ad ciuile bellum susçipiendum, prosiliret. Marius, ut dixi, redirum in C patriam spectabat extorris. Sylla uindictam. Cæsar & Pompeius, uter orbi imperet.*

Sic mœsta senectus.] *Epilogus, quo poëta concludit, ad eum modum senem aliquem, qui Syllana tempora meminerat, imminentem ciuilis belli tempestatem effusis lachrymis apud se reputasse.*

At non magna.] *Graphicè applicat in hac tanta omnium ciuium consternatione Bruti, & Catonis constantiam, quorum neuter Cæsaris arma sequebatur. Brutus hic, Marcus Brutus dictus fuit, Catonis ex Seruilia sorore nepos, filius Iunij Bruti. Cæsar cum Seruilia Bruti matre, stupri consuetudinem habuisse credebatur, ut testatur Plutarchus. Iuuenalis Satyr. 10. eo nomine pro publica meretrice utitur, cũ inquit,*

„ *Si tuus Endymion dilectæ fiet adulter*
„ *Matronæ, mox quum dederit Seruilia nummos.*

Hinc Brutum Cæsar in se græssantem inter percussores

At non magnanimi perculsit pectora Bruti
Terror, & in tanta pauidi formidine motus
Pars populi lugentis erat: sed nocte sopora
Parrhasis obliquos Helicè cùm uerteret axes,
Atria cognati pulsat non ampla Catonis.
Inuenit insomni uoluentem publica cura
Fata uirum, casusq; urbis, cunctisq; timentem,
Securumq; sui, fariq; his uocibus orsus.

τίτινον, hoc est, filiũ appellauit. Stoicus fuit, ut Cato auunculus, consummatus, & admiratulum usque doctus, id quod Cic. non uno loco testatur. In primis autẽ in libro de oratore perfecto, quẽ *ad eum scripsit, in cuius laudibus immodicè uersatur. Amo autem, inquit, & semper amaui ingenium, studia & mores tuos. Incendor porrò quotidie magis non desidero solum, quo quidem conficior, ingressus nostros, consuetudinem uictus, doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam incredibili fama uirtutum admirabilium, quæ specie dispares prudentiæ coniunguntur. Quid enim tam distans,*

A distant, quàm à fœueritate comitas? Quis tamen unquam te, aut sanctior est habitus, aut dulcior? Hactenus Cicero. Ad hunc Brutum scripsit opus de perfecto Oratore, ad hunc librum Thusculanarum Quæstionum: Paradoxa, & alia nonnulla. Hic est ille Brutus, cui ex Abybile Phantasma noctis silentio oblatum fuit. Sedebat ret: ad se unum quendam ingredi. Ille ad strepitum conuersus, commoduisq; horrendo dæmonis aspectu interrogauit audacter, ecquis hominum, Deorúmue esset, & quid genius, ad Philippos me uidebis. Videbo, inquit Brulò post, ad Philippos cæso Cassio, ipse exercitu exutus, in gladium incubuit. Magnanimi perculsit pectora.] Allusum simul est ad magnanimum illum Brutum, liberatorem urbis, à quo reges pulsi fuerant, & libertas popula.] à circumstantia temporis nocturni, quod maximè B propter silentium, & tranquillitatem consultationibus aptum est. Ad hæc uult ostendere, principem uirum, cui salus reipub. curæ est, non debere totam noctem sterfit posita, in hanc sententiam, Terror eum non perculit, neque erat pars populi, qui lugebat: coarguens constantiam, & animi fortitudinem in publica trepidatione.

Parrhasis.] Arcas Helice. Periphrasis temporis nocturni. Parrhasiæ, Plinio inter Arcadiæ populos recensentur. Helicè cùm.] Hæc eadem est τῇ Calisto. Vrsa maior. Hanc Hesiodus dit, Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuisse, eamq; uenandi studio inductam, facilè propter similitudinem studij Dianæ facilè conciliatam fuisse. Hanc Iuppiter breui uitiauit. Quod quidem cùm uereretur Dianæ indicare, quod se parum pudicam contimuisset, ad ultimum se ipsam prodidit, cùm in flumine lauaret. Diana eam rem indignè ferens, ipsam in ursæ speciem conuertit. Vrsam Græci, ἄρκτον uocant. Hac figura cùm iam in montibus Arcadiæ uageretur, à pastoribus capta, ad Lycaonem perducta fuit, unà & filius eius. Breui pòst cùm ad templum Iouis Lycæi confugisset, & Arcas filius sequeretur, ab Arcadibus ambo interfecti sunt, quod eam Iouis templum ingredi fas non esset. Iupiter Helicen, & unà filium in sidera tulit: Vrsamq; eam nominauit maiorem. At Ouidius fabulatur eam à Iunone in Vrsam transformatam. Helicen, & Cynosuram, Iouis nutrices fuisse aiunt. Septem stellas in capite habet: in singulis humeris, singulas obscuras: in armo duas, in pectore unam: in pede priore claras duas: in summa cauda, claram unam: in uentre, claram unam: in spina, unam: in crure posteriore, duas: in extremo, duas: super caudam, tres. Duæ igitur, cùm Vrsæ sint, Maiorem Helicen uocant, minorem, Cynosuram, hoc est, Canis cauda. Harum altera apparet, prima noctis, altera pusilla quidem, sed à nauigantibus maximè obseruatur. Maria conturbat. Minor Vrsa à multis Phœnice: à Græcis (ut quidam scribunt) Arctophylax: ab alijs Cynosura dicitur. Hanc Sidones nautæ, (teste Arato) maximè inter nauigandum obseruant. Helice uerò, Græcorum nauigationem moderatur. Agathosthenes dicit, Cynosuram Iouis nutricem fuisse, ut modo memini, & uxorem ex nymphis Idæis. Aratus uerò, Cynosuram, & Helicen, Cretenses Iouis nutrices fuisse contendit: atque ob id inter sidera ab eo collocatas. Aratus Phænomenis.

——δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσι “
Ἄρκτοι, ἅμα τροχόωσι. τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι “
αἱ δή τοι περάλας μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν “
ἀλλήλων, ἀτὰρ δὴ κατωμάδιαι φορέονται, “
ἐμπαλιν ἐς ὦμους τετραμμέναι. εἰ δ' ἑτέρη δὴ, “
πρήτιθεν πᾶσαι δὴ διὸς μεγάλοιο τέτυκται “
οὐρανὸν ἀστανέβησαν, ὅτι μιν τότε πυκίζοντα “
λίπτω ἐν ἐυώλῃ ὄρει & σχεδὸν ἰλαίοιο “
ἄντρῳ ἐγκατέθεντο, καὶ ἐτρεφον εἰς ἐνιαυτὸν “
Δικταῖοι κοῦρητες, ὅτε πρόνοον ἐψεύδοντο. “
οἱ τὴν μὲν πυνόσυραν ἐπικλησιν καλέουσι, “
τὴν δ' ἑτέρην, ἑλίκην. ἑλίκην γε μὲν ἄνδρες ἀχαιοὶ “
εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν. “
τῇ δ' ἄρα φοίνικες πίσυνοι πειρόωσι θάλασσαν, “
ἀλλ' ἡ μὲν παθαρὴ, καὶ ἐπιφράσσασθαι ἑτοίμη, “
πολλὴ φαινομένη ἑλίκη, πρώτης ἀπὸ νυκτὸς. “
ἣδ' ἑτέρη, ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ νάυτῃσιν ἀρίστη. “
μεσσόθεν γὰρ πᾶσα περιστρέφεται τροφάλιγι. id est, “
Quem geminæ amplexæ currunt simul assiduo Vrsæ: “
Quare plaustra uocant, capite illæ semper oburgent “
Inuersim in lumbos, circum. semperq; feruntur “
Vrsæ humeris resupinæ, ac certa lege uicissim. “
Illæ etenim in cœlum è Creta (si credere fas est) “
Munere diuino Iouis ascendere Tonantis, “
Olim Dictæo redolenti montis in antro “
Idæi infantem quod nutriuere per annum “
Curetes, cum Saturni imposuêre senectæ, “
Hanc qui perpetuo Cynosuram nomine dicunt: “
Illam porro Helicen. Helicen Græci æquore in alto “
Obseruant, quo nempè ferant sua carbasa puppes, “
Altera Phœnices sulcantes æquora ducit. “
Clara quidem est Helice, & facilis spectarier, atq; “
Prima à nocte oculis iam multa luce refulgens. “
Altera sed cœlo modicè est obscura sereno, “
Sed melior nautis, uersatur enim orbe minori “
Tota, hinc Sidonij quoq; ad hãc uasta æquora currũt. “

At multò uenustius hos Arati uersus Germanicus Cæsar reddidit periphrastice suo more.

Axem Cretææ dextra, læuaq; tuentur “
Siue Arcti, seu Romani cognomine is Vrsæ. “
Plaustrum, uel facies stellarum proxima uera. “
Tres temone, rotisq; micant, sublime quaternæ “
Sit melius dixisse feras obuersa refulgent, “
Ora feris caput alternis super horrida terga “
Alternis lucet, pronas rapit orbis in ipsos “
Decliueis humeros: ueteris si gratia formæ. “
Cressia uos tellus aluit, moderator Olympi “
Donauit cœlo: meritum custodia fecit: “
Quod fidei comites prima incunabula magni “
Fuderunt Iouis attonitæ, cùm furta parentis “
Aerea pulsantes mendaci cymbala dextra, “
Vagitus pueri patrias ne tangeret aures “
Dicta exercerent dominæ famuli Corybantes. “
Hic Iouis altrices Helice, Cynosuraq; fulgent: “
Dat Graijs Helice cursus, maioribus astris: “
Phœnices Cynosura regit: sed candida tota “
Et liquido splendore Helice nitet, haud priùs ulla, “
Cùm Sol Oceano fulgentia condidit ora. “
Stella micat cœlo, septem qua Cressia flammis, “
Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor. “

Quippe breuit totam fido se cardine uertit:
Sidoniamq; ratem nunquam spectata fefellit.

Ita per Helicen uertentem axem, siue polum mundi, indicat noctem, qua maximè Helice conspicua est, cùm Cynosura obscurior aliquanto appareat.

Cognati Catonis.] *auunculi Catonis Vticensis, cuius ex sorore Seruilia nepos erat Brutus, & Iunio Bruto, ut paulo antè diximus.* Non ampla.] *modicas, & minimè splendidas ædes, quales erant nobilium Romanorum. Fuit hic Cato uir frugalissimus, & superiori seueritate par. Cùm enim opes, & cum opibus luxus in ciuitatem irreperent: & principes certatim seruorum, ac Clientum turbas secum traherent septem ipse contentus tantum fuit.* Inuenit insomni.] *Allusum est ad illud Homericum libro 2. Iliad. de Agamem.*

„ Ἄχρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
„ ᾧ λαοὶ πίτνεσφαται, καὶ τόσα μέμηλε.

Omnibus expul.] *Oratio Bruti deliberatiua est, cuius scopus est, & propositio Cæsarémne, an Pompeium debeat sequi, an cõtinere se in otio, & pacẽ tueri. De eius consilio alterum se sequuturum. Exordium ductum est à sententia, ad Catonis constantiam eleuandam: benevolentia à Catonis persona, apud quẽ sua fides uirtuti adhuc est, quæ ex omnibus propè terris sit explosa. Quare ad eum uenit salubre consilium petiturus. Et ut Catonis constantiam, grauitatem, & seueritatem amplificet in asserenda fide, quæ iam olim ubiq; exulat, addit eam nulla fortunæ ui, nulla tempestate in illo labefactari posse. Postea dissuadet, ne ipse uir tantas in partes eat, quo inclinatum eum nidet. Simul Stoicum eum esse coarguit ex cuius secta disciplina erat hoc paradoxum: Sapientem nullis minis, nulla tyrannide ad turpitudinem cogi, aut impelli ullis immanitatis illecebris, ac lenocinijs posse: sapientem honesto, uirtutiq; nixum in cœlum traduci.* Virtutis solam fid.] *Atq; hi Stoici summum bonum collocabant in honesto, cum uirtute coniuncto.* Quam turbine.] *Respexit ad illud Horatianum, Odarum libro tertio quo ex Stoicæ sectæ doctrina, iustum, & honesti propositi uirum nulla ratione induci posse, ait, ut malè agat. Verba Horatij sunt.*

„ *Iustum, & tenacem propositi uirum*
„ *Non ciuium ardor praua iubentium,*
„ *Non uultus instantis tyranni,*
„ *Mente quatit solida: neq; auster*

Omnibus expulsæ terris, olimq; fugatæ
Virtutis iam sola fides, quam turbine nullo
Excutiet fortuna tibi, tu mente labantem
Dirige me dubium, certo tu robore firma,
Nanq; alij Magnum, uel Cæsaris arma sequuntur:
Dux Bruto Cato solus erit. pacémne tueris,
Inconcussa tenens dubio uestigia mundo?
An placuit ducibus scelerum, populiq; furentis
Cladibus immistum ciuile absoluere bellum?
Quemq; sitæ rapiunt scelerata in prælia causſæ:
Hos polluta domus, legesq; in pace timendæ:
Hos ferro fugienda fames, mundiq; ruinæ
Permiscenda fides, nullum furor egit in arma.
Castra petunt magna uicti mercede: tibi uni
Per se bella placent? quid tot duraſſe per annos
Profuit immunem corruptis moribus æui?
Hoc solum longæ prætium uirtutis habebis:
Accipient alios, facient te bella nocentem.
Ne tamen ó superi liceat feralibus armis
Has etiam mouisse manus: nec pila lacertis
Missa tuis cæca telorum in nube ferantur,
Nec tantum incassum uirtus eat: ingeret omnis
Se belli fortuna tibi, quis nollet ab isto
Ense mori, quamuis alieno uulnere labens
Et scelus esse tuum? melius tranquilla sine armis
Otia solus ages: sicut cœlestia semper
Inconcussa suo uoluuntur sidera lapsu.

Plures fuerunt Catones, sed duo celebrantur maximè, Censorius, qui superior, siue maior dictus fuit: & hic Vticensis, quem multi uiuũ exemplar uirtutum, & imaginem dixerunt, cuius ut constantissimè uiri interitum moris laudibus celebrat Seneca. Contrà, ut sui homicidam Lactantius, & Augustinus insectantur. Quidam nomen Catonis deductum arbitrantur quasi cautum, aut catum dicas. Sabini catum, acutũ dicebant, & cata, acuta. Alij catũ exponebant interpretantur. Plinius, eatos doctos uocat. Quoniã autẽ utriusq; Catonis tũ grauitas, tum seueritas, quondã celebratissima fuit, ut è cœlo demissi diceretur, hinc in prouerbialem ironiam abijt, tertius Cato, in hominem impendio tetricum, & uitæ alienæ censorem. Iuuenal.

„ *Habeat iam Roma pudorem,*
„ *Tertius è cœlo cecidit Cato*

Securumq; sui.] *Sibi nihil metuens, sed patriæ & amicis, ut Stoicus erat consummatus, securus sui periculi.*

„ *Dux inquieti turbidus Adriæ,*
„ *Nec fulminantis magna Iouis manu*
„ *Si fractus illabatur*
„ *orbis*
„ *Impauidum feri-*
„ *ent ruinæ.*

Tu mente labantem.] *Quin & in turbine, pro aduersitate fortunæ, metaphora est. Petit, ut consiliorum suorum rationem in perplexis rebus præsentibus hærentem, & dubiam regat: ut certa ratione uelit confirmare.*

Nanq; alij ma.] *Causſa ambigui consilij, ac dubiæ mentis, quod uideat ciuitatem in duas partes distractam, quarum aliæ alios duces sequãtur: se adhuc neutro inclinari, sed Catonem dunaxat solum & eius salubria monita uelle sequi dicit.*

Bruto.] *mihi. Tu Cato mihi dux, rector, ac consiliorum meorum, imò eptor um q; gubernator solus eris*

Pacémne.] *propositio, qua in deliberationem uenit pacémne, an bellum suadeat: si pacem, ut à partibus abstineam: & in otium concedam: sin bellum, utrum sequar.*

Duces scelerum.] *ciuilis belli autheret nocat.*

Quemq; sua.] *rapiunt. Quisque suam causſam, ut iustam tuetur, cùm interim ciuile bellum infarium sit. Sed natus ad libertatem Pop. Rom defendendã in ſta arma induit: Cæsar inuicem se contra iniecorum iudium, ad asserendum Pop. Rom. beneficium, & dignitatem suam tuendam armat: atque ita certatim suas causſas bellí, ut iustas obtendit. Omnes ad bellum se armant. Hinc transit ad particionem: hic propter supra perpetrata, alius ob uim oblatam, nonnulli fame, & inopia adacti.*

A turpi

A Ab impijs ducta sunt argumenta: quare relictis uxoribus ac liberis ad bellum sua sponte conuolant.

Pollutæ domus.] stupris & adulterijs cooperta, propter quæ in toga in eos legibus animaduertendum esset, quam bello eludunt, ac euadunt. Fames.] inopia, bello fugienda, in quo cædibus, ac rapinis uiuitur.

Mundiq; ruina.] Aes alienum alios, ad eludendos creditores, & fidem uiolandam, in militiam extrudit. Ruinam mundi imperij perturbationem dicit: quasi dicat, ut omnia sacra ac profana misceant. Nullum furor.] Nullum belli amor, nullum bellandi libido, ac mentis cæcitas in arma egit, sed priuati commodi ratio, mali conscientia, famet durum telum necessitatis, æs alienum. Furor hoc ab insania differt, quod insania mentis ægrotationem, & morbum, id est, insanitatem, & ægritudinem animi significet ut definit Cicero

Tibi uni.] nisi ad defendendam libertatem, pugnandi libidinem? Quod profuit tibi à bello annos immunem uixisse contentum sola uirtute, & in tanta morum corruptione? & nunc armas te pugnandi studio ad bellum.

Hoc solum longæ pretium.] Quod nunc à pristina uirtute, & philosophia degenerans, cum alijs in peccata ruas. Ne tamen ô superi.] Auersione precatur Deos, ne Catonem uirum integrum malis misceri sinant, & ferro sæuire in prælio in innocentes, & quidem ijs manibus, quæ castæ sunt, & incorruptæ Quis nollet ab.] quasi solatium sit cadenti futurum, si à Catone feriatur, telo in alium directo, aut certè, si credatur abs te profectum, & ab alio missum. Melius tranquilla.] Hoc consultius, ac tutius: ut ab armis abstineas, & in otio te contineas, additque similitudinem ductam à sideribus, quæ quieta suo cursu feruntur. Contrà aër, quia terræ uicinus est, fulminibus quatitur: terra uerò uentis, ac tempestatibus uti, mox attexitur. Vilia, & humilia magis casui sunt exposita, quàm summa. Summa tuta sunt, una infestantur. Quare, quia apicem senatorij ordinis tenes, in otio tute continebis, uulgus exponat se periculo, & sequatur partes ad bellum.

B Fulminibus] Hæret in similitudinibus. Remotiores à bello tutius uiuere. Contrà eos periculis proximiores, qui bellum sequuntur. A tuto.

Fulminibus propior terræ succenditur aër
Imaq; telluris uentos, tractusq; coruscos
Flammarum accipiunt: nubes excedit Olympus,
Lege Deûm minimas rerum discordia turbat:
Pacem summa tenent. quàm lætæ Cæsaris aures
Accipient tantum uenisse in prælia ciuem?
Nam prælata suis nunquam diuersa dolebit,
Castra ducis Magni: nimium placet ipse Catoni
Si bellum ciuile placet, pars magna Senatus
Et duce pr uato gesturus prælia Consul.
Sollicitant proceresq; alij, quibus adde Catonē,
Sub iuga Pompeij, toto iam liber in orbe
Solus Cæsar erit, quod si pro legibus arma
Ferre iubet patrijs libertatemq; tueri,
Nunc neq; Pōpeij Brutum, a neq; Cæsaris hostē
Post bellum uictoris habes.

Fulminibus.] Physicæ collationes, ut eæ, ita uehementer ad permouendum Catonem sunt accommodatæ. Aër quo terræ propior imminet, hoc uiolentius fulminibus amburitur, & inficitur. adeoq; ipsam uim pestilentiæ, & uim summis miscent. Tractusq; coruscos.] periphrasis fulminum, quibus icitur terra, & montes attactaq; tanguntur. Nubes excedit.] A diuerso simul & remotissimo à terra loco, nempè Olympo, cuius uerticem nubes excedere dicit, atque ob id non feriri.

Olympus.] Macedoniæ mons est, ut Ossa, & Pelion, Thessaliæ. Monti Citario contiguus est, omnium maximi, & ob id Dijs immortalibus sacer, ut author est Homeri interpres: unde pro cœlo accipitur, παρὰ τὸ ὑψηλὸν εἶναι, id est, quod totus luceat. Cæterùm sui partem in tantam altitudinem assurgit, ut à summo iugo ad imum perpendiculo 10. stadia, & amplius Xenagoras geometrico artificio collegerit. Eam rem epigramma in Pythij Apollinis templo repertum palàm testatur. Fuitq; id huiusmodi. Olympi uertex, ex qua parte est Apollinis Pythij templum, altitudinem habet ad subiectam amussim, 10. integra stadia, & unum, plethro minus quadrupedali. Xenagoras Eumelij filius mensuram posuit. Cæteri geometricæ artis periti, neque montis altitudinem, neque maris profunditatem 10. stadiorum spatium excedere credidérunt. Ferunt Orpheum in Olympo, cùm cantu delectaretur (quanquam Eratosthenes in Pangæo hoc accidisse memorat) à Bacchis iussu Liberi patris decerptū. Cæcilius Minutianus Apuleius scribit, Olympum etiam Iouem dici. Vnde Neuius

Panditur interea domus altitonāti Olympi.
Quem imitatus Maro dixit.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi. Siue (ut quidam legūt) omnipatentis Olympi.

Lege Deûm.] Deûm pro deorum, minima quæque, & humillima diuino nutu infestantur, cùm summa tuta, & quieta, quæ quàm ledere. Pacem, hic uocat tranquillitatem, & securam quietem. Quàm lætæ Cæsaris aures.] Efficax argumentum ad mouendum Catonem. Rem gratam facturus es Cæsari, cui semper aduersatus fuisti, quod in partes transieris: licet Pompeium sequaris. Nam eo nomine ciuile bellum probare uideberis. Non indignè ferret si ad Pompeium te conferas. a al nec Cæpronius est admirari, sa.

Nam diuersa.] Ratio à contrario: Non ægrè ferret castra Pompeij suis præposita abs te, cùm uideat solum bellum à te probari, id quod non fieret, si otio contineres. Nimium placet.] Cæsar, si tibi ciuile bellū placet, quod Pompeij castra sequaris. Tertia pro prima persona. Pars magna senatus.] Maxima pars Senatus, Pompeium sequitur, ut priuatum hominem, & nullum tum magistratum gerentem. Consulum fuerat, penes quos tum summum imperium erat in urbe ducere exercitum. Quare Consules & Senatus ea pars seruiet priuato homini, & tu unà cum illis: rursum Cæsar nulli. Etenim postquam Cæsar Rubicone digressus Ariminum occupasset, eóq; Tribuni Plebis ex urbe ad ipsum uenissent, uehementer militum animos in concione conspecti inflammarunt. Inde Aretio, Pisauro, Fano fortunæ, Ancone, Tignio, Auximo potitus Cæsar, milites Actij Vari deficientes sub sua signa recepit. Quod ubi in urbem allatum fuit, tantum terroris ciuitati incussit, ut Consules

cum magna parte patrum urbe excesserint, Capuamq; ad Pompeium profecti, ei tum priuato summam imperij detulerunt. Ab his dicit Catonem ad bellum inuitari, ut & ipse sub iugum, id est seruitutem Pompeij priuati hominis ueniat: ut hic sit sensus, ut Micyllus pulchrè exponit. Senatus, & Consules sollicitant, & instigant te scilicet Catonem, ut unà capessas bellum, & arma quibus si accesseris, iam nemo restabit liber, præter Cæsarem. Aut certè, ut in genere de omnibus accipiatur, quasi dicat. Senatus, & Consules communiter sollicitant, & impellunt omnes ad arma secum capessenda, quibus si eu quoque accesseris, &c.

Sub iuga Pompeij.] *in seruitutem Pompeij. Illius erat exercitum ducere, & bellum gerere, qui haberet summum imperium in urbe. Consules tum erant, Marcellus & Lentulus, quorum fuisset sortiri, uter Italiæ præesset, uter item bellum gereret. Proceres patres uocat, Pompeium sequutos. Sulpitius proceres, eiues primarios interpretatur. Quod si ad hos omnes accesserit tu Cato, solus Cæsar liber erit: nos omnes serui.*

Solus Cæsar erit.] *Qui contra Senatum suam causam armis tuebitur, nec superiorem in suis castris habebit, non Consules, ut Senatus, qui summam imperij Pompeio detulerunt. Quod si pro legibus arma.*] *A Pompeio detulerunt. Quod si pro legibus arma sumere, adeoq; mori, nunc neque Cæsaris, neque Pompeij sum hostis, quam diu neutro me inclinarit uictoria. At confecto bello is me hostem est habiturus, qui uicerit. Allusum est à Poëta ad Cæsaris necem, in quo interficiendo inter primos percussores Brutus extitit, adeò ut Cæsar id admiratus exclamarit, cùm eum in se ruentem uideret, καὶ σὺ τέκνον, hoc est, & tu mi fili.*

Brutum.] *hoc est me enallage personæ: neque Pompeij, neque Cæsaris arma sequar, ut neutri inimicus.*

Victoris] *Illius, qui uicerit, hostis ero, ad liberandam patriam à seruitute uictoris, & quidem exemplo illius Bruti, quem nomine refero, qui expulit reges, & libertatem P.R. restituit.*

Summum.] *Catonis oratio grauis, & planè Catoniana, hoc est Stoicæ rigiditatis plena, tota in hoc parata est, ut Brutum refutet, & eius argumenta de abstinendo ab armis ciuilibus diluat. Brutii argumentis opponit, honestum, necessarium, & pium, patriæ libertatem defendere, cùm illud non facere sit impium. Itaque hunc scopum constituit, pro patria arma sumere pium, & honestum esse: diuersum facere, nefas, & inhonestum. Tueri libertatem non solum honestum, sed etiam necessarium. Exordium ductum est à concessione. Largitur ciuile bellum nefarium, sed transfert, quod sequatur in fatalem necessitatem, si crimen sit appellandum.*

a al. uelit.

—— Sic fatur, at illi
Arcano sacras reddit Cato pectore uoces:
Summum Brute nefas ciuilia bella fatemur:
Sed quo fata trahunt, uirtus secura sequetur.
Crimen erit superis, & me fecisse nocentem
Sidera quis, mundumq; a uolet spectare cadentē
Expers ipse metus: quis cùm ruat arduus æther,
Terra labet misto coeuntis pondere mundi
Compressas tenuisse manus: gentésne furorem
Hesperium ignotæ, Romanaq; bella sequentur,
b Deductíq; tretis alio sub fidere reges,
Otia solus agam? procul hunc arcere furorem
O' superi moturam e Daas, ut clade Gerasq;
Securo me Roma cadat, eçu morte parentem
Natorum orbatum longum producere funus,
Ad tumulos iubet ipse dolor: iuuat ignibus atris
Inseruisse manus constructoq; aggere busti.
Ipsum atras tenuisse faces: non antè reuellar,
Exanimem quàm te complectar Roma tuumq;
Nomen libertas & inanem persequar umbram.

b al. Diductíq;

c al. Dacas.

Summum Brute nefas.] Exordium à concessione rei excusatq;, quod Pompeium sequatur fatum. Proposuit enim Brutus, parémne fuerit.

» *Inconcussa tenens dubio uestigia mundo?*
» *An placuit ducibus scelerum, populiq; furentis*
» *Cladibus immistum, ciuile absoluere bellum?*

» Sed quo fata trahunt.] *Si crimen est partes ciuilis belli sequi, transfert in fata deorum, & eorum necessitatem, libertatem armis esse uindicandam, id quod natura honestum est, & necessarium, neque committendum, ut ea opprimatur, id quod procliue est, nunc futurum, si Cæsar uicerit. Quum & illud addatur, quod dixit poëta, Catonem ex arcano pectore reddere sacras uoces: hoc ita accipiendum est, quasi eius uerba nihil aliud sint, quàm oracula, ex diuino sacrario profecta.*

Crimen erit superis.] *Translatio culpæ in Deos. Si eo nomine nocens, & nefarius habebor, quod pro aris, & focis pia arma induam, quare me eò resistantem trahunt.*

Sidera quis.] *Ab impossibili ostendit humanum esse me tuere: & quod humanum est, in se cadere posse: cur igitur ipse non metuat oppressionem libertatis, ad quam prohibendo honestè arma induit? Quis nō metuat. Si sidera cadere si cæli ruere uideat. Diuersum est ab illo Horatiano.*

—— *Si fractus labitur orbis,*
Impauidum ferient ruinæ. ——

Sed ista communi sensui accommodatè dicit, quod omnibus id uideatur probabile. At longè aliter Stoicè disputaret, ut solebat, hoc pacto. Qui fortis est, idem & sapiens, qui sapiens non extimescit. In quem cadit ægritudo, in eundem & timor. Quarum rerum præsentia sumus in ægritudine, easdem etiam ingruentes timemus. Quis igitur inficietur, in quem cadit ægritudo, in eundem timorem cadere? ac fracti animi imbecillitatem. Idem fateatur necesse est, se & seruire, & uitium esse. Ergo ignauus est, & timidus. Atqui ista in uirum fortem non cadunt: ergo ne ægritudo quidem. At nemo sapiens est, nisi fortis: ergo ægritudo in sapientem non cadit. Iam uerò, qui fortis est, idem magni animi, idem inuictus. Inuictus res humanas despicit nemo res: quæ ægritudinem adferunt nisi fortis: proinde uir fortis ægritudine afficitur. Rursum animus perturbatus suo munere deest: animi munus est recta ratione duci. Sapientis animus ita est affectus, ut optimè utatur ratione: num quam ergo perturbatur. Atqui ægritudo perturbatio est animi, an non ea sapiens semper uacabit? Rursum sapientis animus omnis uitij purus est, & nunquam immutatus

A iratur animus timet: relinquitur ergo, sapientem nunquã irasci. Qui irascitur, & concupiscit uindictam, quã consequatur, gaudetq; alieno malo. Quod quia in sapientem non cadit: sequitur quod ne irasci quidem. Si ægritudo in sapientem caderet, caderet & iracundia, qua quia uacat & ægritudine. Hæc igitur omnia quoniam in Catonem ceciderunt, cuius rei hoc loco non solum poëta, sed ipsum etiam exitus locuples testis est, sapiens ergo Cato nõ fuit: quãquã hõe pacto Stoicè disputare solebat. Disciplinã summam Stoicũ metiri uelit, quod subtiliter, et acutè de ea disciplina disserat, aut eã pertinaciter tuetur argumẽtis, priusquã ad poëtã redeat stilus quoniã de Stoicorũ dogmatis ceciderunt, cuius rei hoc loco non solum poëta, sed ipsum etiam exitus locuples testis est, sapiens ergo Cato nõ fuit: quãquã hõe pacto Stoicè disputare solebat. Disciplinã summam Stoicũ metiri uelit, quod subtiliter, et acutè de ea disciplina disserat, aut eã pertinaciter tuetur argumẽtis, priusquã ad poëtã redeat stilus quoniã de Stoicorũ dogmatis certè Stoicè extremũ uitæ nõ respondit: nisi quis inde pro Muræna pauca adijciã, ut ista cõmentatio aliqua uoluptate condiatur. Fuit quidã, inquit Cic. summo ingenio Zeno, cuius inuentorẽ æmuli Stoici nominant. Huius sententiæ sunt, & præcepta eiusmodi. Sapientẽ gratia nunquam moueri: nunquã cuiusquã delicto ignoscere: neminẽ misericordem esse nisi stultum, & leuem: uiri non esse, neq; exorari, neq; placari. Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos: si mendicissimi, diuites: si seruitutem seruierint, reges. Nos autem, qui sapientes non sumus, fugitiuos, exules, hostes, insanos dicimus esse. Omnia peccata esse paria: omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus fuerit, quã eum, qui patrem suffocauerit: Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere: nulla in re falli: sententiam mutare nunquã. Hæc homo ingeniosissimus M. Cato authoribus eruditissimis inductus arripuit: neq; disputandi causa, ut magna pars, sed ita uiuendi. Petunt aliquid publicani, caue quicquam habeat momenti, gratia. Supplices alicuius, si quicquam sericordia adductus feceris. Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti ueniam petit, nefarium est facinus, ignoscere. At leue delictum est. Omnia peccata sunt paria. Dixisti quippe. iam fixum, & statutũ est. Non recte ductus, sed opinione. Sapiens nihil opinatur. Erraste liquare, male dici putat. Hæc, & alia nonnulla Cic. de tetrica Catonis nostri grauitate. Sed uideamus, quã hæc eius uerba à professione dissideant, Expers ipse.] Ergo Cato metuere in sapientẽ cadere affirmat: sequitur, quod irasci, dolere, gaudere, sperare, misereri, & omnes perturbationes, & morbi animorum in sapientem cadunt.

Quis quum.] Quid si cœlum ruat? argumentum ab impossibili, paræmia in eos, qui tutissimis in rebus metuunt. Terẽtius in Heauton. Quid si redeo ad illos, qui aiũt

» ——Quid si nunc cœlum ruat.

Arrianus libro primo ἀναβάσεως, de Celtarum legatis, qui Alexandro interroganti num se metuerent, respondebant, Δεδίέναι, μὴ ποτὲ ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐμπέσοι. Hoc est, uereri ne cœlum in se rueret. Theognis.

» ὦ μοι, ὑπερθε πέσοι μέγας οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθεν.
» χάλκεος ἀνθρώπων δείματα παναιγενέων.

Hoc est, interprete Erasmo.

» Deinde in eo uasti capiti illabatur Olympus
» Ferreus, antiqui quod metuere uiri.

Nata inde paræmia est, quod antiqui rudes illi homines persuasum haberent, cœlum Atlantis humeris sustineri. Quod si ille se subtraxisset, fore, ut in terram è sublimi rueret. Labet.] id est, si omnium rerum elementa confunderentur: mare, ac terra cœlo miscerentur, otiosus consertis manibus sederem: à turpi. Sed sapiens ille Stoicus impauidus sedebit, nec plus mouebitur, quàm dura silex.

Gentésne tu.] A minori ad maius. Externæ gentes consociabunt arma ad arma ad bellum ciuile: ego Romanus, nobilis, senator, sapiens, adeoq; summi subsellij, otiosus, quasi mea nihil referret, inter anus, & pueros putrescam? Ignotæ gentes.] Arabes, Indi, & aliæ gentes, ad quas nomen Romanum uix peruenerit, ciuile bellum sequentur: & ego ignauus, & otiosus sedebo. Furorem Hesp.] Ciuile bellum Romanum, rectè furorem, uocat quò ciues interse, & in se mutuo arma induunt.

Solúsue.] indicat omnes propè senatores in castra Pompei profectos. Deductiq; f.] Populi enecati ab externis equoribus diremptis à Romano Imp. adeoq; prope Antipodes, si qui sunt, qui obuersis nobis pedibus ingrediuntur. Alio sub fid.] Sub alio aliquo signorum Zodiacorum, aut sub alio orbe, sub alia plaga mundi. aut tropico uel æstiuo, uel brumali. sub alia zona, quàm nos subiecti sumus. Procul hinc ar.] Vt solus in urbe desideam, neq; in bellum cũ reliquis abeam. Deprecatio culpæ, ne uidelicet id committat, ut imperiũ se securo euertatur.

Motura Da.] Si Roma Scythiæ populos ad commiserationem moueret cadens, multò iustius Catonem. Hic uariat lectio. Quidam Dacas, nonnulli Daas legũt. Daæ Scythiæ populi sunt ad omnem Oxam, qua is ad ortum currens se inflectit, & cursu ad Septentrionem conuerso, inter Amerdos, & Pesicas os aperit. Rursum, ut dixi. quædam exemplaria Dacas habent, quod Daci, & Getæ & ipsi Scythiæ populi, sed corruptè nõ iudicio, cùm Dacæ primam extendat. Iuuenalis Satyr. Sexta, de Domitiano.

——Quum lance beata
Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.

Et Statius. Depositum Dacis pereuntibus urbem Pandere. Pompeius Trogus Dacas Getarum sobolem esse credit: circa Istrum ad Septentrionem accolunt, homines tam seuera militia, ut cùm aduersus Bastarnas semel malè dimicassent, coacti fuerũt iussu regis sui Oloris tam diu uxoribus suis ministrare, & somnum capturi obuersis capitibus in imas partes stibadij cubare, quoad bellica uirtute eam ignominiam deleuissent. Strabo ita inter Dacos, & distinguit. Cæterùm cùm terra inter Euxinum Pontum, & Germaniam biuariam sit diuisa, eam regionẽ quæ ortum spectat, & Euxinum, Getæ habitant: eam uerò, quæ occasui obuersa est, Daci & Daæ. Vnde apud Athenienses, Dauorum seruorum nomen relictum fuit. Micyllus eruditus commẽtator, Dacos Getasq; legit: barbaros, inquit, ac Scythas, populos omnium maximè inhumanos, καὶ ἀγρίους, pathos à maiore est. Cæterùm qui de syllabarum temporibus scribunt, locum hunc ita corrigendum censent, ut pro, Dacas, Daas legamus, propterea quod Dacorum nomen, aliàs à longo ponatur, ut infrà lib. 8.

——Et ne qua uacarent
Arma uel Arctoum Dacis, Rhenóq; cateruis
Imperij nudare latus.— Et apud Statium lib. 1.
Et continuo deiectos uertice Dacas.

Item apud Martialem libro 6. Epigram.

Grande iugum Dacus domita ceruice recepit.

Daæ autem pro populo Scythico, & apud Strab. legitur lib. 11. τὸς δ' ὑπὲρ ἐκείνης ἐσπλέοντο, τὸ πάσσιον πέλαγος & παρασχόντας νομάδας, Δάους, οἱ νῦν πρὸς ἀγορεύσι. Et apud Verg. Aeneid.

Indomitiq́ Daæ: & pontem indignatus Araxes.
Quare & infrà lib. 7. uersum hunc,
» *Et uetitos errare Dacas in mœnia ducat.*
Eodem modo corrigunt, ut pro Dacas, Daas reponant.
Et apud Silium libro 13. uersum.
» *Cursu signa tulit, cui peruia Bactra, Daæq́.*
Vbi uulgò, Dacæq́ legitur. Quod quidem etsi probabili ratione fiat, ego tamen certum non habeo, quod de hac lectione affirmem. Poterat enim & Sacas pro Dacas legi, quod nomen etiam ipsum apud poëtas priore breui ponitur, ut apud Claudianum lib. 1. de laudibus Stilconis.
» *——Hic crine decorus*
» *Armenius, hic picta Saces, furataq́ Medus,*
» *Hic gemmata niger tentoria uixerat Indus.*
Sunt autem & Sacæ populus Scythicus: de quibus Strabo eodem lib. 2. οἱ δὲ μὲν δὴ πολέμιοι, inquit, τῶν σκυθῶν ἀπὸ τῆς κασπίας θαλάττης ἀρξάμενοι, λέγει προγεγράφηκα. τοὺς δὲ προσοίκους τούτων μᾶλλον, ὡς σαγάρτας, καὶ σάκας ὀνομάζουσι. Et Herodotus lib. 7. οἱ δὲ πέρσαι, inquit, πάντας τοὺς σκύθας καλέουσι σάκας. Quare liberum erit, hanc uel illam lectionem sequi. Nam quod quidã differentiã in genere faciunt, & Dacas masculinum priorem longã habere: Dacas autem fœminino eandem priorẽ corripere dicũt, ineptius uidetur, quã ut meminisse conueniat. Cur enim nõ potius poëtarũ licentia hoc daretur, qui & in alijs cõpluribus eãdem sæpe syllabas alibi corripiũt, alibi producunt? Hucusq́ Micyllus. At Glareanus, qui diligenter hunc locũ etiã expendit, Sulpitius, inquit, leuiter hũc locum trãsilit, quasi paulo antè expositum: & Badius paulò aperiè de Septentrionali populo exponit: nempe (ut ego puto) ad Danubium, quemadmodũ nos antè docuimus. Decepit utrunq́ socium nomen Getæ, quod utrobiq́ ponitur. Sed nõ satis attentos fuisse ostendit syllabarũ ratio. Nã in Dacus prior syllaba apud Latinos (quod quidẽ sciã) authores ppetuò lõga est. Martial. li. 6.
» *Grande iugum domita Dacus ceruice recepit.*
Verg. primo Georgicõrũ.
» *Et coniurato descendat Dacus ab Istro.*
Quem Statius imitatus lib. 1. Theb.
» *Et coniurato directos uertice Dacos.*
Hoc uerò in loco, da syllaba corripitur. Qui nostra ætate de syllabarũ ratione scribunt, Dacus masculinũ produci, & contendũt: corripi uerò fœmininum, adductis rũ ex Silio, tum ex Marone exemplis, quorum alter lib. 13. ita ait,
Cursu signa tulit, cui peruia Bactra, Daæq́.
Maro aũt 8. Aeneid. ad finem. ——Indomitiq́ Daæ. Cæterùm eiusdem etiã esse populũ Dacos, & Dacæ adicit Calepinus. Sed omnes hi longè falluntur. Dahæ enim, non Dacæ legendum est, cũ in Silio, tum in Marone: qui populus est ad mare Caspium, & (ut Strabo in 7. ait) lõgè ad Hyrcaniã positus. Ptolemæus inter Margianos, Plin. lib. 6. cap 17. inter Scytharũ gentes enumerat, quod probè huic loco conuenit. Nam Cato uult dicere. Si ex tam lõginquis locis ueniunt in auxiliũ urbis populi, egõne securus degam? Id admonere lectorem uisum est, ãmoduũ ne cessariũ: ingens enim hallucinatio est, & à paucis animad uersam. Admonuimus de Dais, etiã in 5. & 7. quartæ Decados in Liuium, annotationib. nostris. In Silio haud ebscurũ est de Dais eũ loqui: quippe de populis extremi Orientis, ab Alexãdro uictis. In octauo aũt Aeneidos, non itacertũ quod ibi & alij populi in ea pictura cõfusissimè narrãtur. Verũ quia in Georg. primũ producit, non est dubiũ hic de alio quopiã populo loqui. Herodot. lib. 1. inter Persarum gẽtes Daos ponit, genere masculino si codex nõ erret: Δάοι acuto accẽtu in priore syllaba, nõ circũflexo, Δᾶοι, ut perperã, qui dã Ptolemæi codices habẽt, legendũ, eũ prior sit breuis Strab. lib. 11. Daas, Sparnos nominat ait. Sed paulò pòst Ex Dais, inquit, alij Sparni, alij Xanthij, alij Pissuri appellãtur. Sed altero loco mendã esse oportet. Hæc Glareanus hactenus. Addamus & hoc obiter, Daas apud Græcos citra aspirationẽ scribi, cũ à quibusdã Latinorũ h. aspiratio interponatur, ut nõ Daæ, sed Dahæ scribant. Ceu morte p.] *A simili duello à parentum natura condentium liberos, & corpora eorum crementium. Ad consimilem modum, inquit, ô Roma, nõ prius abs te auellar quàm te mortuã, hoc est, cursum hostium manibus complectar, & te ò libertas, & tuum nomen lacrymis prosequar. Fingit patriæ & libertatis prosopopœiam. Aggerem busti: rogum dicit, quo parentes liberos concremare solent. Inseruisse manus, quando admotis facibus ligna accendebant, quibus mortuorum corpora erant imposita.*

Sic eat.] *Hoc pacto res geratur, placetur dijs sanguine Romano: deinde multo sanguine utrinq́ bellũ constet. O' Vtinã.] Exclamatio pathetica, magna grauitate, & dignitate uerborũ exornata, sed indignationis plena. Hac optat posse se suo capite, suoq́ sanguine pacem redimere, & libertatem tueri. Sunt autem cætera omnia planè Catoniana, tragicæ indignationis referta. Fulmina enim, & tonitrua uerborum*

Sic eat, immites Romana piacula Diui
Plena ferant, nullo fraudemus sanguine bellum
O' utinam cœliq́ Deis Erebiq́ liceret
Hoc caput in cunctas damnatũ exponere pœnas,
Deuorum hostiles Decium pressere cateruæ:
Me geminæ figant acies: me barbara telis
Rheni turba petat, cunctis ego peruius hastis
Excipiam medius totius uulnera belli,
Hic redimat sanguis populos, hac cæde luatur
Quicquid Romani meruerunt pendere mores,
Ad iuga cur faciles populi? cur læua uolentes
Regna pati pereunt? me solum inuadite ferro:
Me frustra leges, & inania iura timentem.
Hic dabit, hic pacem iugulus, finemq́ laborum
Gentibus Hesperijs, post me regnare uolenti.
Non opus est bello, quin Publica signa, ducemq́
Pompeium sequimur: nec, si fortuna fauebit,
Hunc quoq́ totius sibi ius promittere mundi,
Non bene compertum est. Ideo me milite uincat,
Ne sibi se uicisse putet.

alia super alia sumsit. Ad ultimum ita concludit, sibi ad Pompeium Ducem eundum, esse: à quo si rudior extiterit, nihil liberali sit timendum.

Cœliq́ deis licceret.] *Vtinam daretur mihi, ut cunctis populi, superis, atque inferis omnibus pro libertate patriæ exemplo Deciorum deuouere. Hoc caput in cunctas da.] hoc corpus & uitam deuouere. Id enim uocat exp. re cæsue, suum, ádã. illũ in cunctas pœ-*

flat pœnas ut ego unus pro omnibus pœnas persoluerem, & sanguine meo libertatẽ minantẽ redimerem. Deciũ.] ab exemplo Deciorum, patris, & filij, qui se deuotos pro exercitum salute, in medios hostium cuneos confodientes coniecerunt. Duo fuerunt Decij: pater, & filius. Patriũ Tribuni adhuc uirtute bello Samnitium non solum seruatus fuit exercitus Romanus, & in pacatũ deductus, uerumetiam consilio hostes fusi fugatiq; fuerunt: qua de causa multiplices honores à Cõsule ei habiti fuerũt. Etenim cum alijs donis militaribus aurea illi corona donata fuit: centũ boues, atq; inter hos albus inauratis cornibus. Et mulctet, qui cum eo fuerant, duplex frumentum accepere, binos boues binasq; tunicas. Paulò pòst bello Latino Decius Consul creatus fuit, cum T. Manlio. Decius, qui leuum cornu tenebat, suos ab hoste premi uidens, & ad principia se recipere, ad M. Valerium conuersus, Deorum inquit, Valeri, auxilio opus est Popul Rom. Agedum R. P. præfare carmen, qua me pro legionibus deuoueam. Tum Pontifex illi primum prætextam togam induxit. Deinde obnupto capite, manu subter togam ad mentum exerta, pedibus super hastas subiectas stans, (prodigiosæ ceremoniæ) hæc uerba pronũtiare iussit Iane pater, Mars, Quirine, Bellona, Lares, Diui Novensiles, & indigetes: Diui, quorum est potestas nostri, hostiumq; Dij manes: uos precor, reueror, ueniam precor, uti Pop. Rom. Quiritium uim uictoriamq; prosperetis: hostesq; P. R. terrore fortitudine, ac morte afficiatis. Ego sicut uerbis nuncupaui: ita pro republ. Quiritium, legiones, auxiliaq; hostium mecum Dijs manibus deuouco. Hæc ita præfatus, lictores ad colle gam ire iussit, ac dicere se iam deuotum. Inde ipsi Gallo ritu cinctus, armatus in equum insiluit, seq; in medios hostes coniecit. Mox cæso Decio ita consternatæ fuerunt Latinorum cohortes, ut fugam eam parte secerint, in quam se immiserat. Huius filius Decius consul Gallos profectus, bis eorum equitatum fudit. Inde Romanum ab hostibus armatis in essedis sedentibus, equorum, & rotarum strepitu inuictis territi in fugam uertuntur. Deserant iam Galli insequi Romanos, dederuntq; illis respirandi spatium. Decius conspectus suorum fugam sisti non posse, patris exemplum sequutus, M. Liuium suprà relatum deuotionis carmen præfari iussit: & statim eodem ritu cinctus, equum addidit calcaribus, in Gallorum aciem egit, ubi telis undiq; petitus, concidit. Exercitu Roman. casũ ducis, à fuga reuocato hostes extemplo terga uertere. De hac ui storia collega eius triumphauit. Exempla analogicas conueniunt. Decij tradere uictoriam, & salutem exercitui & ipse optat eorum exemplo posse se tradere Pompeio uictoriam, & asserere libertatem Pop. Rom.

Gemina fig.] *Medium Pompeiana, & Cæsariana acies configant.* Me Barbara telis] *Germanos dicit, & Rheni accolas. quorum robore maximè constabat Cæsaris exercitus.* Medius ex.] *Vtrimq; traijciendus telorum nimbo.* Hic redim. sang. pop.] *à caussa finali, ut suo sanguine P. R. salus redimatur: & si uspiam quid sit admissum. id suo sanguine expietur.* Ad iuga.] *Affectus concitat exclamatione in amentiam, & facilitatem P. R. ad seruitutem induendam. qua nihil peius odisse solent: & particula, cur, intendit affectus. Addit amplificationem, quod non coacti, sed uolentes, ac lubentes opprimant ad recipiendam seruitutem & regni affectatorem partim adiuuent: cùm Pop. Roman. regni uocabulo, ac domini nihil semper fuisset odiosius, quod apud barbaros habitum fuerit honorificum, & plausibile.* Me frustra.] *Mirum in modum concitat affectus. geminatione particuli, me, & pronominis demonstratiui, hic: ut erat rigidus, & uehemens in dicendo.* Inania iura.] *siue ui, & efficacia, quæ contemnantur nunc, cùm arma inualescunt.* Constat Catonem acrem castigatorem, ac censorem morum fuisse, ut iurarit aliquando se eum ambitus reum actiurum, qui largitionibus Consolatum peteret. Et cùm Cæsarem de lege agraria interpellaret, per lictorem in carcerem duci ab eo iussus fuerat: conniuente tamen Cæsare, Tribunorum iussu dimissus fuit.

Hic dabit, hic.] *Rursum geminatione particulæ hîc, mouet pathos emphaticè. Morte sua P. R. redimet pacem. Ita Virgil. de Augusto. Hîc uir, hîc est tibi quem promitti sæpius audis.* Hesperijs gentibus Italis & P. R.] *Italia Hesperia dicta fuit aliquando, ab Hespero fratre Atlantis Itali. ut alio loco à nobis est memoratum.*

Post me.] *Me extincto, qui uolet inuadat imperiũ, uel sine bello, cùm eius rei nullus sensus ad me sit peruenturus. Atroci uerbo, & inuidioso utitur, regnare, cùm regni affectatores, Sp. Melium, Saturninum, & alios nonnullos, uel ex leuiuscula suspicione ad cædem rapere solerent.* Quin pub. si.] *Epilogus, quo hortatur Brutum, ut consociatis animis & armis, cuspicia Senatus, & Pompeij sequantur. Ea publica quasi Pop. Rom uocat, cùm Cæsaris hostilia sint.* Necsi for.] *Si uincat Pompeius, satis constat, quod is non uindicabit sibi ius mundi, hoc est, principatum & perpetuam dictaturam, quam affectat Cæsar. Quamobrem uel me quoq; sub eo militante, Cæsarem uincat.* Sibi ius p.] *Si rerum potiatur, sit earum ius penes P. R. non autem eam uictoriã sibi usurpet Pompeius, ut solus dominetur, & nos nostra libertate spoliet.*

Sic fatur.] *Ad iuuenilium modã Cato Brutum ad bellum accendit, qui neutrò alioqui discedere constituerat. Cato ad uirtutem natus fuit, C. Cæsaris æqualis: utriq; non solum ætas par, sed eloquentia etiam, & magnitudo animi: ut item non dispar gloria. Cæsar munificentia clarus habebatur: Cato puritate morũ, & uitæ integritate. Cæsaris clementia & mãsuetudo famam, & magnũ nomẽ: Catoni seueritas, & uitæ sanctimonia gloriã cõciliabat. Cæsar dãdo, subleuãdo, & ignoscendo gloriam indipiscebatur,*

—Sic fatur, acres
Irarum mouit stimulos iuuenisq; calorem.
Excitat in nimios belli ciuilis amores.
Interea Phœbo gelidas pellente tenebras
Pulsatæ sonuere fores, quas sancta relicto
Hortensi mœrens irrupit Martia busto,
Quondam uirgo thoris melioris iuncta mariti.
Mox ubi connubij pretium, merces q; soluta est,
Tertia iam soboles alios fœcunda penates
Impletura datur geminas è sanguine matris
Permistura domos. sed postquam condidit urna
Supremos cineres miserando concita uultu

Effusas laniata comas, concussúq; pectus
Verberibus crebris, cineríq; ingesta sepulchri.
Non aliter placitura uiro, sic mœsta profatur.

Cato largitionem uituperando, nihil indulgẽdo. In Cæsare profugium malorum: in Catone pernicies. Catonis constantia: Cæsaris facultas laudabatur. Cæsar tutabatur amicorum res: nihil cuiquam denegabat. Bellum semper aliquod magnũ & difficile, imperiumq; optabat, in quo uirtutis specimen clarescceret. Cato contrà, modestiæ, ac seueritati addictus erat: cum strennuo de uirtute: cum modesto de pudore certabat: maluit esse, quàm uideri bonus. Quare, quanto minus gloriæ appetebat, tanto maior eum secuta fuit.

Interea] A' temporis matutini periphrastica descriptione, quo Martia Catonem rursum adierit, hæc prius Catoni nupta fuerat, quo relicto susceptis aliquot liberis, Q. Hortensium Catonis amicum maritum accepit. Quo è rebus humanis sublato, Cato eam reduxit sub initio belli ciuilis. Quæ res reprehensione non caruit, quod pauperem dimisisset, diuitem Hortensij testamento reuocasset. Ex Catone trium liberorum mater fuit: grauida etiamnum Hortensio tradebatur. Irrupit.] Hanc poëta fingit hoc loco sua sponte Catonem adijsse, non autem accitum, & eruditè in Martiæ prosopographia immoratur. Sepulto Hortensio matrito sub initium Ciuilis belli. Meliorem maritũ uocat, Catonẽ, cui priùs nupta fuerat. Pretiũ.] Quod porrò pretium, quáq; mercedem dicit, ipse statim reddit: ubi ex Catone tertiã prolem gestaret, concessa ab eo fuit Hortensio amico. Alios penates.] Domum Q. Hortensio Oratoris, iam uterum gerens. Geminas.] Catonis, ex quo grauida dimissa fuerat, & Hortensij, ad quem transijt.

Sed post.] Vbi sepeliuit Hortensium, mœsta ad Catonem priorem maritum reuersa fuit. Describit Martiam à lugubri habitu, & miseranda facie, idq; ad mouendum Catonem rigidum, ac tetricũ. Cineres ing.] Ipsa cineribus sepulchri cõsparsa, ut ita lugubrẽ personã præ se ferret, ut eo spectaculo Catoni placeret. Hactenus de Martia Catonis Fuit aqua Martia, (ut hoc obiter addatur) antè Aufria dicta clarissima omnium toto orbe aquarũ, Romæ frigore, salubritateq; eximia. Hanc primus Ancus Martius in urbem ducere auspicatus fuit, ac posita C. Martius rex in prætura præfecit.

Dum sanguis in.] Oratio Martiæ, modestiæ, & matronalis uerecundiæ plena, petitoria est, ut recipiatur nũc rursum à morte mariti Hortensij in uxorẽ. Exordio, quod à narratione ducitur, captat uerecundè, & modestè, beneuolentiã ab officio suo erga Catonem in priori matrimonio. Deinde, petit, & petitionem confirmat, postremo, quod obijci poterat, id confutat ab exemplo. Sanguis inerat] ectasis, hoc est, extensio syllabæ, natura contractæ, cuiusmodi figuræ poëtæ interdũ, sed parcè delectantur. Maro —— & uersa puluis inscribitur hasta.

Dum sanguis inerat, dũ uis materna, peregi
Iussa Cato, & geminos excepi fœta maritos
Visceribus lassis, partũq; exhausta reuertor
Iam nulli tradenda uiro: da fœdera prisci
Illibata thori: da tantum nomen inane
Connubij, liceat tumulo scripsisse, Catonis
Martia. nec dubium longo quæratur in æuo,
Mutarim primas expulsa, an tradita, tædas.
Non me lętorum a sociam, rebusq; secundis
Accipis, in curas uenio, partemq; laborum.
Da mihi castra sequi, cur tuta in pace relinquar?
Et sit ciuili propior Cornelia bello?

a al. comitẽ.

Geminos.] Duos, quorum tu prior, posterior fuit: à quo post secundum partum ad Q. Hortensium, uterum gestans transijt. Visceribus lass.] iam effœta mulier, quæ per ætatem parere desino.

Da fœde.] petitio. ut à Catone in matrimonium prístinum unde exciderat, denuò recipiatur. Est autem id, quod petit honestium, maximè cùm addit, illibata fœdera, castum nempe, quæ non concubitus caussa eam rem petat. Da nomen inane.] extenuatio petitionis, ut facilitatem inferat, ut Catonis uxor dicatur solum.

Inane nomen.] Vxor Catonis dicar, ne uidear libidinis caussa reuerti. Liceat tumulo.] ab honesto rursum extenuat petitionem, ut mortuæ sepulchro inscribatur: Martia Catonis uxor hîc condita est.

Expulsa, an tradita] Iterum ab honesto argumentatur, permagni referre apud posteritatem, repulsa ne à Catone peruenerit ad Q. Hortensium, an tradita ei sit in matrimonium, quorum alterum turpitudo sequeretur, alterum honestum. Si repulsa à Catone diceretur, nomen infame apud posteros haberet. Quare si nunc à Catone recipiatur, eam labem & notam defugeret. Repudium ignominiosum erat fœminæ honestæ. Apud Spartanos ex legibus Lycurgi licebat cuique seniorum ex iuuentute aliquem procreationis caussa ad uxorem adducere, atq; ubi eam is suo semine impleuisset, ipsius senis esset fœtus. Neque probro dabatur, si quis huic, qui fœcundam haberet uxorem, suadere esset ausus, ut cum ea sibi congredi liceret, ceu bono fertilíq; solo operaturo, idq; C liberorum caussa. Tædas.] signum pro, signato, intellectio: pro eo, quod est, mutarim, ne primas nuptias repudiata, an ex utriusque consensu tradita amico Hortensio. Non me lętorũ.] Refutatio eius rei, quæ obijci poterat, quasi petat recipi in participationem rerum secundarum Catonis, sed ut comes sit, & solacium in aduersis. Da mihi castra.] A' iucundo Catonis, ut sollatium sim tibi, & subministrem. Cur tuta.] Ne uidear abesse Catone otio uelle frui, ut sibi bene esset.

Cornelia.] ab exemplo uxoris Pompeij Corneliæ. Erat hæc L. Scipionis filia, quæ antea P. Crasso inuem inscæliciter nupta fuerat. Hanc Pompeius sub initium belli in uxorem ductam post Iuliæ interitum, Mytilenen ablegarat, quam postea prælio uictus, cùm Aegyptum peteret, ad portum accersitam, secum in Ciliciam abduxit, habuitq; comitem, usq; ad infœlicem, & miserabilem interitum. Ab exemplo maiori. Est autem breuis digressiuncula ab instituto argumento.

Hæ flexêre.] Hæc uerba Martiæ mouerunt Catonem quamuis rigidum, licet id tempus

Hæ flexere uirum uoces, & tempora quanquam
Sunt aliena thoris, iam fato in bella uocante,

A tempus contrahendo matrimonio parũ fuerit aptum, & ad bellũ ipse fato quodam traheretur. Fœdera so

Fœdera sola tamen, uana[que] carentia pompa
Iura placent, sacris[que] Deos admittere testes.
Festa coronato non pendent limine serta
Infula[que] in geminos discurrit candida postes,
Legitimæ[que] faces: gradibus[que] accliuis eburnis
Stat thorus, & picto uestes discriminat auro,
Turrita[que] premens frontem matrona corona,
a Translata b uetuit contingere limina planta.
Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem
Lutea demissos uelarunt flammea uultus,
Balteus haud fluxos gemmis astrinxit amictus,
Colla monile ducens, humeris[que] hærentia primis
Suppara nudaros cingunt angusta lacertos.
Sic erat, mœsti seruans lugubria cultus,
Quoq[que] modo naros, hoc est amplexa maritum
Obsita funerea celatur purpura lana:
Non soliti lusere sales, nec more Sabino
Excepit tristis comitia festa maritus.
Pignora nulla domus, nulli coiere propinqui,
Iungitur taciti, contenti[que] auspice Bruto,
Illic nec horrificam sancto dimouit ab ore
Cæsariem, duro[que] admisit gaudia uultu.

a al. Tralata. b al. uitat.

lida tamẽ]Matrimonij pignus, ac fides, id[que] Diis testibus solum. Hinc dilatat narrationem à ceremonijs nuptialibus Romanorũ id temporis, quarum nihil tum mter eos celebratarum fuit. Harũ enumeratione admirabili copia narrationẽ amplificat.

Vana põpa]Græcè πομπὴ, apparatus, & processio, ut uulgò dicũt. Sacris[que] Deos.] Quibus testibus coniugij fides coibat. Quos autem Deos inuocabant, Plutarchus in Problematis docet, ut etiam Mucyllus hoc loco annotauit, nec[que] Sulpitius prætermisit. πρῶτα, inquit Plutar. διὰ τί τὸν γαμοῦντας θύουσι. Διος τελείου, καὶ Ἥρας τελείας, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δ' Ἀρτέμιδος, ἣν παῖδα λέγεται, καὶ τοῖς ὠδῖσιν αἱ γυναῖκες ἐπικαλεῖσθαι. hoc est, quinq[que] Deos putabant in nuptijs inuocaret. Iouem nuptiarum præsidem, Iunonem, Iuno nuptiarũ præfecta, Venerem, Suadelam, & in primis Dianam quàm Græci Hymenæum, Latini post raptam Sabinarum in nuptijs Thalassium, siue Thalassionem boni ominis gratia celebrabant. Festo coronato.] Postes ostiorum non fuerunt sertis coronati, ut mos erat in nuptijs. Coronarum originem in ludis fuisse produnt. Inde uictoribus in publica lætitia corona conspicui incedebant. Postea coronæ in conuiuia irrepserunt. Quin & præconem sacrorum certaminum, ubi uictoribus coronat clara uoce pronunciatis, imposuissent, ante missionẽ ludorum, & ipsi coronabantur. In scenis quoq[que] actores, qui maximè placuissent, coronis donabantur. Ab his histrionibus damnauit prouerbium. Ad corollas decertare. Atq[que] hinc militares coronæ ad postremum profectæ sunt. Iam non solum ad nouas nuptas earum usus translatus fuit, uerumetiam ut postes ædium, ac luminum coronarentur, inualuit. Sed initio corona non nisi Deo donabatur, teste Plin. lib. 16. cap. 4. & ob id Homerus eam cœlo tantum & prælio tribuit: ferunt[que] omnium primum libe rum parem eam ex hedera capiti suo imposuisse. Postea Diuis sacrificantes eandem sibi usurparunt, uictimis simul coronatis. Quin & mortuis coronæ imponebantur. Itaq[que] nulli postes, nullæ ianuæ ex ueteri nuptiarum ritu sertis ornabantur. Infula[que]] Infula propriè fascia est in diadematis formam ita concinnata, ut utrinq[que] uittæ pendeant. Græci ναυσικλεᾶ uocant. Alij dicunt candida esse filamenta, quibus diuorum templa, & postes ædium in nuptijs exornabantur. Festo sacerdotum filamento. Apud antiquos moris fuit, ut nouæ nuptæ, antequam sponsi domum ingrederentur, postes, & limina inuadis adorarent, id quod poëta tunc à Catone non fuisse factũ canit. Sulpitius, stolam expònit, quæ à summa porta, in formam infulæ, à qua fasciæ dependent, in postes extendebatur. Addit etiam, & probat superiorẽ expositionem. In geminos.] In duos postes infula extendebatur, unde fasciolæ dependebãt. Plutarchus, ut rectè etiam Sulpitius annotat, hunc morem in nuptialibus cæremonijs fuisse tradit, ut qui introducerent sponsam pellem substernerent. Gestabat ipsa colũ, & fusum, id nuamq[que] futuri mariti lana coronabat. Legitimæ[que].] Illud ex ueteri Græcorũ ritu erat, ut matres nubentiũ faces tenerent in nuptijs, id quod Λαδαχὰς uocabant. Euripides in Phœnissis, ἐγὼ δ' ἐτίθουν πυρὸς ἀφῆψα φῶς νόμιμ' ἐν γάμοις, ὡς πρέπει' μητρὶ μακαρίᾳ. id est. Non equidem ego legitimas faces tibi accẽdi in nuptijs ut matrem beatã addecebat. Iuno in Argonau: Apollonij Rhodij. dicit se Λαδαχῦσαι τῇ Θέτιδι. id est, facẽ Thetidi benuolentiæ causſa pertulisse, dum matris officio fungitur.

αὐτὰρ δὲ νύμφας χθιζὸν ἀνέσχεθε
νυν φίλον, ἡέπερ ἀγχίφρονα θῆκεν ἑταίρην.

Adhæc à Plutarcho proditum est, nouas nuptas ignem & aquam attingere uetitas, uel, ut quidã, iussas fuisse. Pueri præterea tres, patrimi, matrimiq[que] comitabantur, quorũ unus facẽ præferebat è spina alba: reliqui duo spõsam tenebant utrinq[que]. Spina nuptiarũ faribus erat auspicatissima, quod inde pastores fecissent, qui rapuerant Sabinas, teste Plin. lib 16. cap. 18. Super hæc, caput nubentis, hasta cõmebatur, unde ea celibaris dicta fuit. Nubentes, cum domum ingrederẽtur, solẽne habebãt, postes inungere. Super ista fax nubenti præferebatur in nuptijs: uel ad obseruandã ueterem consuetudinẽ, qua non nisi noctu spõsus nouã nuptam domũ ducebat: uel in honorẽ Cereris, quæ facem cùm Proserpinã quæreret, gustaret: uel quod sponsa uiro ignem, & aquam cõmunicare uidebatur. Sunt enim duo ea elementa in uita maximè necessario. Præterea, aliquando aqua aspergebatur, ut casta, & pura ad sponsum iret. Colus compta cum fuso nubentẽ ob id sequebatur, quod ei nondum esset. In pelle lanata sedebat, uel quod eã res lanificij munus testaretur præstaturam ipsam marito: uel quod antiquitùs mortales pellibus induti incedebant. Cætera prætermitto, ne nimis longus sim. Gradibus[que] accli.] hoc est, nec lectus ad splendorem instructus stabat, ut eburnis gradibus insc enderetur, sed ne strãgulum, aut nuptiales uestes auro intertextæ, & auro acupictæ uariabant ad decus, & ornamentum nuptiarum.

Turrita[que] pre.] Sed ne matrona quidem fuit, cur corona è more, turriculis perpolita, substricta esset, cuius erat prohibere, ne pedibus limen contingeret.

Magnum

Magnum nefas habebatur, & sacrilegij propemodum instar, si noua nupta pedibus domus limen contigisset, propter numen Vestæ, cui dicatum credebatur, sed trãsportabatur. Lutea flam.] *Flãmeum quidam uelamen nuptiale fuisse scribunt, quo nouæ nuptæ uultus obnubebatur. Vnde uerbũ nubere. Hinc à flãma, luteum, flãmeum uocat: hoc est, coloris Lutei qui dilutior rutilus est, qualis est color auri.* Plin. lib. 21. cap. 8. *de uestium æmulatione. Lutei, inquit, uideo honorem antiquissimũ in nuptialibus flãmeis totum fœmmis concessum. A flammeo, flammearij, qui flãmea cõficiunt. Vnde diminutiuũ, flammeolum. Cæterum nubentium capita uel ob id flammeis uelabantur ut maritis se obnoxias perpetuo significarent, uel pudoris gratia. Demissos uultus, dixit, pro demissum uultum, numerus pro numero: uerecundũ iudicans.* Balteus.] *balteus cingulum militare propriè est ex corio, unde arma dependebant, quibus pugnabatur: ita dictus à bullis, quibus erat distinctus.* Persius.

——Sed lato balteus auro Protegit.—

Accipitur pro quocunq; cingulo etiam muliebri, ut hoc loco. Nullum cingulum constringebat sinuosam ac fluxam uestem: nullum monile ornabat collum. Suppara und.] *Supparum, siue supparus, leuis, & angustæ togæ genus. Sed uariunt Grãmatici. alij uestem puellarem linea, siue subuculã uocant. Alij linteum funerale, ad talos usq; defluẽs. siue, ut Varro, quod suprà sit. Erat et aliud ueli inimici genus supparij. Cæterũ tota prosopographia Martiæ, constat descriptione maximè cultus abiecti, propter recentem adhuc luctũ propter mortẽ mariti.* Non soliti.] *non iocis, non dicteriis, ut nuptijs fieri solebat, lusum fuit. Vt uita sine sale, non est uita, adeoq; est necessaria, ut ea quando carmini lusimus.*

Viuere uis rectè
sanctèq; animosa iuuentus,
Disce intra re
rum certos consistere fines.
Hoc quicquid su C
perat uirtutis imagine fallit.
Et Flaccus.
Est modus in re
bus, sunt certi denique fines,
Quos ultra, citrà
que nequit consistere rectum.

Hinc illud Pythagorei, uel (ut Aristoteles existimat.) Bianti: uel (ut nonnulli) Thaletis, quibusdam, Solonis, οὐδὲν ἄγαν: ne quid nimis: quo dicto monemur, ne immoderatis affectibus. aut nimia uehementia peccemus. Nimium amare, aut nimium odisse: nimis durum & asperum, aut nimis lenem esse, ac facilem, uitiosum ducitur. Sunt qui hanc sententiam ad Homerum referant. μέτρα δ' ἄριστα πάντα. Hesiodi sententia est, μέτρον ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, hoc est, modus in re est optimus omni. Pind. σοφοὶ δὲ τὸ μηδὲν ἄγαν εἶπον ἀνδρες πρεσβῦς, hoc est, Sapientes illud uerbũ, ne quid nimis, supra modum

(Vt primum.] *Parẽthesis temporis, quo barbam Cato, & capillitiũ nutrire cœpit Cato, & deplorare calamitatem P. R. atq; totius Imp. uastitatẽ.*

Vni quip.] *ætiologia, quare capillitiũ, & Barbam tum demũ cœpit nutrire, quod uni rei solum uacaret sine odio, quod nihil aliud, quàm lugebat miseriam generis humani.* Nec fœdera.] *à nuptialibus ceremonijs trãsit ad prosopographiam Catonis de quo nos suprà satis multa diximus. Primum à constantia pristinæ seueritatis. Inde eum describit, ab amore legitimo erga coniugem, quasi postliminio receptam quidem, sed qui fœdera cõiugalia per ea turbata tempora uxori præstare uoluerit: adeò ab honesta Venere temperabat.* Hi mores.] *Describit Catonem pluribus, à studio, secta, assertione, & doctrina Stoica, quam non solum uerbis profitebatur, sed etiã uitæ sanctitate & moribus exprimebat, quemadmodum paulò ante ex Cice. retulimus.* Seruare mo.] *Consistere intra mediocritatem, & fines non excidere. Sunt autem fines uitiosi, ut nos alibi.*

(Vt primum tolli feralia uiderat arma
Intonsus rigidam in frontem descendere canos
Passus erat, mœstamq; genis increscere barbam,
Vni quippe uacat, a studijs, odijsq; carenti, *al. Studijsq; odijsq.*
Humanum lugere genus.) nec fœdera prisci
Sunt tentata tori: iusto quoq; robur amori.
Restitit. hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, seruare modum, finemq; tenere,
Naturamq; sequi, patriæq; impendere uitam:
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.
Huic epulæ, uicisse famem, magniq; penates
Submouisse hyemem tecto, pretiosaq; uestis
Hirtam membra super Romani more Quiritis.
Induxisse togam. Veneris q; huic maximus usus,
Progenies: urbi pater est: urbiq; maritus:
Iusticiæ cultor: rigidi seruator honesti,
In commune bonus, nullosq; Catonis in actus
Subrepsit, partemq; tulit sibi nata uoluptas.

Pignora nul.] *Et qui nuptias decorare solent, liberi, ac propinqui nulli conuenerunt.* Iunguntur.] *sine solennibus ullis nuptiarum ceræmonijs, præsente solo Bruto, quasi paranympho* Ille nec.] *transit ad rigidos Catonis mores. Describit eum ab inculto capillitio, duro aspectu & irrisibile uultu, ut ita factum eum, non autem fictum agnoscas.*

Quod si pudica mulier in partem iuuet Deorum, "
Atq; dulces liberas, Sabina qualis. Martialis. "

[Casta, nec antiquis cedens Leuina Sabinis.

Sabini in uniuersum omnes frugalitate commendati fuerunt: nec minus tristi, ac tetrica disciplina.

Sabini inter Latinos, & Vmbros siti sunt: eruganturq; ad Samnitium montes. Sabinos dictos credunt, à Deorum cultu, quasi Seminos, σέβειν. colere est. Alij, ut Cato, à Sabino rege, filio Sangi cuiusdam gentilis diui, qui à quibusdam Pistius fuerit uocatus. Silius Italicus libro octauo, Sabinos, author est, à Sabo quodam dictos. Plin. Sabinos Apenninis iugis utrumque cunctos tradit. Strabo eos angustum agrum colere in longitudinem exporrectum, à Tyberi, usq; ad Nomentum, Ni. stad. usque ad Vestinos. Cæterum Sabinarum mulierum pudicitia ueteribus celebrata fuit. Horat. "

A modum laudarit. Apud Phocylidem, item & Theognidē aliquoties repetitur, μέτρον ἄριστον. id est. Modus omnium rerum optimus.

Finemq; te.] Sulpitius exponit. intelligere siue prospicere rerum finem. Possumus etiam referre ad fines bonorum, & malorum, de quibus Philosophorum sectæ digladiabantur. Naturamq; se.] hoc est, conuenienter naturæ uiuere, ut Cicero ait, qua duce errare non possumus. Horat.

Viuere naturæ si conuenienter oportet.

Quod quidem nihil aliud est, quàm obtemperare rationi. Oraculi loco cuiq; esse debet, quicquid dictat in pectore ratio. Atq; id sibi uult Adagium. quod inter septem Græciæ sapientum oracula celebratur. ἕπου θεῷ. sequere Deum. Cui suffragatur uersus Græcis celebratissimus.

ὁ νοῦς γὰρ ἑκάστῳ ἔνεστιν ἑκάστῳ θεός. id est,

Inest enim suus cuiq; animus Deus.

Menander apud Plutarchum.

B ὁ νοῦς ἡμῶν ὁ θεός. id est,

Animus enim noster Deus est.

Cicero de Finibus Tertio. Quæq; sunt, inquit, uetera præcepta sapientum: qui iubent tempori parere, & sequi Deum, & se noscere, & nihil nimis. Patriæq; mi] Pro patria pugnare, & mori. Atque ita existimare, se, nō nam sibi uni natum, sed partem sui amicos, partem patriam sibi uindicare: adeoq; omnibus mortalibus se genitum. Huic epulæ. Recte Sulpit. Laudat Catonem à temperantia, & frugalitate. Pro deliciis habuit omne id, quod famem pellebat: pro luculentis ædibus tectū, quam uit modicum ac tenue, sub quo aduersus cœli iniurias latitaret. Splendidum satis ducebat amictum penulā uillosam, & hirtam contra frigos, & æris inclementiā. De toga alibi dicemus. De Catonis frugalitate, alibi dictū est.

Romani mo.] è more ueterum Quiritiū Ro. qui hirsuta toga contenti, omnem luxū aspernabantur. Quirites ciues Rom. à Curibus Sabinorum appellati sunt à Romulo: ut aliquid Sabinis in urbē receptis donaretur: sicut monumentum pugnæ fuit ubi primū è profunda paludi Curtius, equus in uado statutus, & Curtius lacus appellatus.

Veneris.] Sobolis procreandæ caussa Veneri operam dabat: eumq; finem in matrimonio spectabat.

Vrbi pater.] Haud secus, quàm pater liberos, maritus uxorem, ac rem familiarem, ipse curam reipbl. gerebat. à fide, & studio erga rempub. Iustitia cult.] à singulari eius iustitia, & æquitate, à qua neminem discedere sinebat. Honesti.] Id honestum ducebat, quod eum maximè laudabilem reddidit, qui id consequutus esset. Quicquid honestum, id solum bonum esse. Inuicem quic quid bonum, idem esse honestum. Proinde honestum & bonum tantundem esse. Hinc uoluptatem ut non bonum repudiabat. In commune.] Publicè bonus esse, quàm audire malebat, & omnibus benefacere. Subrepsit uolup.] Voluptatem enim Stoicorum doctrinam, fœdā habuit: & quicquid fœdum existeret, id non esse bonum. Voluptas gestiens est, prætermodum elata lætitia, idq; opinione tantum præsentis alicuius magni boni. Summa Epicureæ philosophiæ erat, eum esse beatum, qui præsentibus uoluptatibus frueretur. Cato ex Stoicorum sententia tenebat, repudiata uoluptate in omnibus actibus suis, nihil esse bonum nisi honestum. Contrà, Epicurus asserebat, nihil bonum esse, nisi uoluptatem.

Interea tre.] A' longo excursu tandem redit ad historiam recepit. Pompeius enim, accepto Cæsaris aduentu, urbem adeuntem, cū sex legionibus, quatuor ueteranis, & duabus, nouo delectu conscriptis, Capuam fuit profectus, quò paulò pòst, successu Cæsaris, nuntijs aliijs super alios Romam delato, Consules cum magna parte Senatus, illum secuti sunt, & imperium detulerūt. Mœnia camp.] Capuam, quam à Capy Troiam sanguinis, authores scriptum reliquerant. ἀπὸ τῶ πλάνου & τῶ τρωικοῦ. Stephano: uel ab urbis campo, Plinio, Lucanus hoc ipsum quoq; hic testatur. Et Maro. Et Capys, hinc nomen Campanæ ducise scribit, libro 4. ab urbe condita, ac uerisimilius esse, à campestri planicie ita appellatam. Vulturnum, inquit, Hetrusc orum urbem, quæ nūc Capua est, ab Samnitibus capiam, Capuamq; ab eorum Duce Capy. uel, quod propius uero est, à Campestri agro appellatam. Sic Liuius. Vrbs opulentissima fuit temporibus secundi belli Pun. & maxima omnium, sita agro uberrimo, ac mari propinquo, rerum minimè salubris fuit disciplinæ militaris. Pœni exercitus delinitus, corruptusq; fuit. Liui. libro tertio secundi belli Punici. Inde Capuam flectit iter, inquit, luxuriantem longa felicitate, atque indulgentia fortunæ

Interea trepido discedens agmine Magnus
Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni
Hæc placuit belli sedes, hinc summa a mouenti
Hostis in occursum sparsas extendere partes
Vmbrosis mediam, quà collibus Apenninus
Erigit Italiam, nullo quà uertice tellus
Altius intumuit, propiusq; accessit Olympo.

Hinc sum mon.] E' Capua placuit explicatis copijs primum occurrere Cæsari. Quin copiosius, & aliqd lectu dignū de Capua adijciamus, quod errorem non leue scriptoribus peperit, ob nominis similitudinē. Capys octauus ab Ascanio regnauit Albæ in Latio, quē Capuæ eius, quæ super Vulturnum amnem sita est, conditorem fuisse memorant. Sed plures eius cōditionē comiti Aeneæ tribuūt. Liuius tamen Strabonē secutus aliā nominis rationē, ut ostendimus tradit: Vulturnū initio dictā: Hetruscorū, nō aūt Aibanorum oppidum fuisse. Dionysius Halicarnassæus scribit, uulgatam famā fuisse, Aeneæ filios, post eius casum, Latinorū regnum inter se partitos fuisse: Ascanū Albā, & oppida nōnulla alia cōdidisse: Romā, Capuam, quā de proaui sui nomine ita uocarit: & alterā, quam Anchisten ab auo Anchisæ appellatione donauit: tertiā, quā de patris sui nomine, Aeneam urbē uocauit, quā postea Iuliculi nomine dixerūt: & ad ultimā Romam dixisse de suo nomine. Quod uerò ad Capuæ nomē, Tranquillus prodidit paucos antè menses, quàm Cæsar Dictator in curia fuit interfectus, tabulā æneam in uetusto monumēto circa Capuam fuisse inuentam, in quo ferebatur Capys eius urbis cōditor fuisse sepultus, literis, uerbisq; Græcis ita cōscriptā quādo ossa Capyos detecta essent, tum demū fore, ut ab Iulo prognatus manu cōsanguineorū interficeretur. Quod si ita res habet, manifestè errauit Liuius cum Strabone,

a al. mouētis

bone, qui à campestri agro denominatam tradiderunt.

Apenninus.] ἀπέννιν & Sunt, qui Apœninos scribũt non inter ultimæ notæ authores. Monstrat ceu digito Capuæ situm. Inter Varum amnem, & Tergestum, quicquid gemino mari & Alpibus cingitur, id totum Italiæ nomine appellatur Mare, quod ab occasu & meridie terras stringit iuxta Alpes, Ligusticum, mox Tyrrhenũ, simul & inferum uocatur. Quod uerò ab ortu in interiores terras Adriatici recessus usq; ad Venetos infunditur, ubi primum influit Ionium ac Superum mare appellatur. Atq; ita læua Italiæ frons, siue cornu malis appellare, Ionio claditur: immissis aliquot finibus, quorum maximus Tarentinus appellatur. Quod uerò ad nostrum institutum, ab Alpibus Pœninis (ita à Pœnorum transitu dicitur Apeninnus) haud longè ab Infero mari mons Apenninus exortus continenti dorso primum in ortum uersus, mox ubi amnem Rubiconem effudit, in Brumalem ortum flexus mediam Italiam continenti iugo dissecat. Tandem ubi Tarento propinquat, in duo cornua, ceu undas se explicat. Hinc mox Calabros ad Ionium amplectitur: inde Lucanorum arua ingressus uasto promontorio in Tyrrhenum expatiatur: adeoq; perpetua fronte ad fretum usque Siculum euagatur. Vt Alpes, ita & Apenninus maximos fundit amnes mirabili naturæ benignitate ultro citroq;. Neq; uerò solum ad hæc clarissimis fontibus scatet, uerumetiam agros pascuos reddit: & alicubi hi thermis, & fodinis mirum in modũ salubres sunt & benigni. Sic igitur Italiam Apenninus in duas secat plagas unam ad occasum, & meridiem: alteram in Septentrionem, & ortum. Ab Alpibus in Liguriã primũ cursum tenet: deinde in Galliam Cisalpinam, & agrum Picenum ab Hetruscis, & Sabinis diuidit. Hinc in Apuliam, & Garganum montem quà procurrit, Marrucinorum, Pelignorũ, & Ferentanorũ regiones à Latio, & Campania separat. Ad ultimũ ex Gango diuertit ad Leucopetram, Apuliã & Calabriam. Magnæq; Græciæ cardines: Picentes, Lucanos et Brutios. Autor τῶν ἐν τῇ γραφῇ νομέων, φάσι δὲ inquit, τὰ ὄρη τῆς λιγυστικῆς τὰ ὕπερθεν εἶναι ξυλότροφα, ὡς εὐφυέσθαι καὶ πίνακα λέγειν καὶ ὀκτὼ πο-

λῶν ἔχοντα τὸ διάμετρον. τὰ δὲ ὄρη ταῦτα ἀ]λλὰ καὶ περύκνα καὶ ἀπότομα. id est, ferunt montes Liguriæ usq; adeò ligna procera gignere, ut arbores reperiantur, quæ per diametrum reperiantur octones pedes habere. Sunt enim montes ipsi suprà modum alti, & præruptiores.

Silius Italicus.

Alpibus æquatum attollens caput Apenninus.

Dionysius Afer

μέσσοι δ' ἀμφοτέρων παραπέπλαται αἰγαιὶς ἄκρα,
πλησιτελὴς, τὴν μέν τε μέσην ὄρος ἄνδιχα τέμνει,
ὀρθὸν, ἄτ' ἐκ βάθρης ἰθυμήνου, ἓν ἄρ' ἐπᾶνο
Ἴλλυρις μωμήσασθο σοφῆς ὑποσχεσίης ἀθύρης
ὅν ῥ' ἀπεννῖνον κικλήσκουσι. ἐπὶ δὲ βορέης
ἄλπιος ἀρχόμενον σικελὴν ἐπὶ παρβαλέα λήγει.
πολλαὶ δὲ φῦλ' ἄμφι, τάτοι ἐΐα πάντ' ἀγορεύων.

Quos uersus Rhemnius Grammaticus ita uertit.

Ast ambas intra tellus iacet Ausonidarum.
Limite quam recto mediam secat Apenninus.
Qui montes incipiens Boreis ex Alpibus aliis
Infreta Sicaniæ porrectus terminat oras.
Hunc urbes circum, populi, gentesq; frequentant,
Quos breuiter retegam nostro tibi carmine cunctos,

In transitu Apennini per altas niues, ac pruinam Annibal Pœnorum Dux alterum oculorum ex hyberna intemperie amisit. Silius Itali. lib. 4.

Horrebat glacie saxa inter lubrica, summo
Piniferum cœlo miscens caput Apenninus.
Condiderat uix alta trabes, & uertice celso
Canus apex stricta surgebat ad astra pruina.
Ire iubet, prior extingui, labiq; uidetur
Gloria post Alpes, si stetur montibus illis.
Scandunt prærupti nimbosa cacumina saxi.
Nec superasse iugum finit, mulcetq; laborem,
Plana natant, putriq; gelu, liquentibus undis,
Inuida limosa restagnant arua palude.

Vmbrosis.] ob altissimas syluas, & orborũ proceritatem, de quibus paulò antè è Strabone à nobis dictum. Nullos.] Amplificatio, cùm uelit mõtes supra modum altos significare. Proinde umbrosos colles, syluosas uocat.

Mons inter.] Per occasionem Apẽnini, qui Italiam mediã in longum intersecat, utriusque lateris populos, ac flumina describit, eo paclo dilatans narrationem. Ad dextram, inquit Mela, Capua à Thuscis, & Roma quondam à pastoribus condita. Describit montem à situ inter duo maria, & fluminibus inde decurrentibus, & plurimum quidé ab ijs, quæ ex læuis iugis orta in Adriaticum effundun tur. Enumerat maximè celebres scriptorib. amnes, omissis obscuris, quib. præcipuè Italia abundat.

Hinc Tyrrh.] Paulò antè ostendimus, ab Alpibus incipere Italiam in altum excedere, unde perpetuo montis Apennini iugo se attollés inter Adriaticũ, & Tyrrhenũ, siue Thuscum pelagus, uel (ut hic uocatur) inter superum & inferum mare excurrit, sed aliquandiu solida. Vbi uerò diu satis Apẽninus Italiã est peruagatus, in duo cornua abit in diuersum, quorum altero Siculũ mare, altero Ionium obtuetur. Interiora utrinq; alia

a al. coercẽt.
b al. Tibernia
c al. Delmasi cis.
d al. sparsit
e al. Sapis.
f al. primũ.

Mons inter geminas medius se porrigit undas
Inferni, superiq; maris, collesq; a cohercent,
Hinc b Tyrrhena uado frangentes æquora Pisæ.
Illinc c Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.
Fontibus hic uastis immensos concipit amnes.
Flumina q; in gemini d spargit diuortia ponti,
In læuum cecidere latus, ueloxq; Metaurus,
Crustumiumq; rapax, iunctus e Isapis Isauro.
Sẽnaq;, & Adriacas, qui uerberat Aufidus undas.
Quoq; magis nullum tellus se soluit in amnem
Eridanus, fractasq; euoluit in æquora syluas,
Hesperiamq; exhaurit aquis. hunc fabula primũ
Populeaq; fluuium ripas umbrasse corona:
Cumq; diem f pronum transuerso limite ducens
Succendit Phaëton flagrantibus æthera loris,
Gurgitibus raptis penitus tellure perusta,
Hunc habuisse pares Phœbeis ignibus undas
Non minor hic Nilo. si non per plana iacentis
Aegypti Libycas Nilus stagnaret arenas.
Nõ minor hic Istro, nisi quod dũ permeat orbem
Ister casuros in quælibet æquora fontes.
Accipit, & Scythicas exit, non solus in undas.

& atq; aliæ gentes diuersæ habitant. Sinistra parte quam poëta hoc loco primùm describit, Carni, & Veneti colunt togatam Galliam. Inde Italici populi, Picentes, Ferentini, Dauni Appuli, Calabri, Salentini. Pisæ.] Ad dextrum Apennini latus in Thuscia urbs Pisæ, ubi Arnus fluuius decurrit in mare Ligusticum. Iuxta hunc fluuiũ Fluentini sunt: qui hodie Florentini dicuntur. Intra Arnum, & Aesarem omnes clarissimæ urbs sunt, Pisæ, & Luca, neutra maritima quidem, sed Pisæ remotiores. Harũ conditio est Pisanorum Peloponnesiacorũ, qui cum Nestore militantes in reditu erroribus iactati fuerunt: & has Pisas condiderunt in ea Italiæ parte, ubi hodie sitæ sunt, Græci perinde ut quidam Latinorum, Pisam numero sin gulari efferunt, ἠδὲ πίσαι κτίσμα ἐγένθ' ὑπὸ τῶν ἐκ Πελοποννήσου πλανηθέντων, καὶ τὴν τῶν πίσαν ἐπιθέντων ἀρχ. Coërcent] Constringunt utrinq;. Illinc Dal.] Transilit in lævam Apennini partem. A' Pado Ferrariã, Rauennam, inde Ariminum statim Anconam iter est in littore. Hic Pisaurum, Funestris colonia flumen Metaurus, cuius mox iniiciet mentionem, & Aesis. Quoniam autem in angusto duorum promontoriorũ exaduerso coëunt B tem in anguſto duorum promontoriorũ exaduerſo coëun tium inflexi cubiti forma Anco sita est, à Græcis Ancona dicitur, à cubito, quasi terminus inter Gallicas, & Italicas gentes. ἀγκὼν ulnæ, cubiti. Sita est in Cumero promontorio. Interius regio est longè fertilissima. Hodie Marchia Anconitana appellatur. Ipsa Ancon duabus maximè rebus nobilis est, arce, & portu memorabili, qui inter mãdi miracula numerari potest. Strabo lib. 5. author est, in ora Galliæ Cisalpinæ Anconam conditam à Syracusanis, tyrannidem Dionysij fugientibus, in promontorio portum amplectẽte, præter alias urbes. Dalmati fluc.] Hadriaticis: sumpto epitheto ab ora aduersa littoris Illyrici, circa quam Dalmatia est. Dalmatia, siue Delmatia, Pannoniæ pars est quæ ad Adriaticum spectat mare. A' Lissa oppido matrimonio Macedoniæ proximo decursu littoris ad Scardonam usque protenditur. A' Septentrione Liburnia terminatur: ab ortu, ijsdem mõtium iugis, quibus à Sauo, & Danubij confluentia Mœsia clauditur, populosa regio, & frequentibus oppidis habitata. Sed florentioribus urbibus quondam culta fuit, antequã C ab Augusto Cæsare uastata foret. Deinde plura oppida à Gothis euersa sunt. Denicq; in totum Turcorum incursionibus afflicta nuper est. Oppida, Epidaurus, Scardona Illyricorum campestribus proxima: ibi Stridon oppidum. D. Hieronymi patria: Magna Dalmatiæ pars Venetorũ ditionis. E' Dalmatia Diocletianus Cæsar oriundus fuit. In Dalmatiæ ora specus est uasto hiatu, in præceps profundus: in quem deiecto leui pondere, quamuis tranquillo cœlo, turbinis similis erumpit procella: Sentã locus uocatur. Obnoxia.] obstricta, quod fluctib. in de uenientibus pulsetur, & infestetur. Hic Appenninus, de quo loquimur. Fontibus.] Digreditur in descriptionem quorundam amnium celebrium, & fabulosas quasdam narrationes. In primis eorum, qui ab ea parte ex Apennino deuoluti, uel alijs fluminibus miscentur, uel in Adriaticum se exonerant. In uniuersum, inquit, Apenninus, utrinq; in utrumq; mare per uarios, & longos anfractus uiarum effundit amnes claros: inde ordine celebriores enumerat aliquot. Diuortia.] In diuerticula superi, inferiq; maris, quod longis anfractibus, & mæandris diuertant, priusq; maria ingrediantur. In lævum.] quà superum mare spectat, nempe Adriaticum. Metaurus.] Amnis Vmbriæ, interioris Marchionis Anconitanæ. Etenim ab Ancone Gallica ora incipit, quæ Togata appellatur: quem tractum Siculi, & Liburni aliquando tenuêre, quos Vmbri postea expulerunt. In ora Aesis fluuius decurrit, & Metaurus tortuosus, & flexus cũ errore uoluens: quantò longius à mari abscedit, tantò ripis altioribus coërcetur. Ad hunc Metaurum fluuium, Liuius, & Nero Consſ. magno prælio, & clade egregiè Cannensi æquata Hasdrubalem uicerunt. Est & Metaurum oppidum in Brutijs. Crustumiumq;] Crustumium in octaua regione Italiæ ex Apennino funditur. Terminatur enim illà Arimino, Pado, & Apennino: in cuius ora fluuius Crustumium est: Ariminum colonia cum amnibus Arimino, & Apruſa. Hinc Crustumius ager dictus. Ispis.] Alij legunt, Sapis, quæ lectio emẽdatior est. Fluuius hic Rubico, inquit Plinius, quondam finis Italiæ, Ab eo Sapis, & Vitis, & Anemo. Sabinorum oppidum Rauenna, cũ amne Besede: ab Ancone CIII M pass. Isauro.] Isaurus Flamminiæ fluuius est alioqui in Adriaticum influens etiam. Cæterum Isauria regio est Ciliciæ indiscretis penè finibus inserta, à quibus bello superatis P. Seruilius Isaurici cognomen fuit consecutus. Sennaq;.] A' quo flumine Senogallia, & Sena urbs ad Adriaticum, quanquã & alia Sena est in Latio, paucis miliaribus à Roma, denominatur. Sed flumen illud medium est inter Sapim, & Ausidum. Ausidus.] Hic ex Hirpinis oritur, & Cannusium præterfluit, ubi Cannæ sunt, ingenti Romanorum clade memorabiles, qua, ut Florus scribit, Ausidus aliquandiu cruentus fuit, cum Annibal duos maximos exercitus Romanorum cecidisset, & duos annulorum medios inter equitũ cadauera collectos Carthaginem misisset. Silius Ital. lib. 10.

Sanguineus tumidis in campos Ausidus undis “
Eiectat redditq; furens sua corpora ripis. “

Quoq; mag.] transit ad Padum, in cuius descriptione immoratur, nactus de eo fabulandi materiam, qui poëtis mos est. Eridanus Padus est. Is iugis Peninis ortus, siue (ut Pomponius ait) imis radicibus Vesuli mõtis, per mediam Togatam descendens, Adriaticum ingreditur. Nullus ferè amnis est, qui breuiori cursu maiorem aquarum uim colligat. Non enim amnes solum Apenninos Alpinosq; nauigabiles capit, sed lacus etiam immensos in eum se exonerantes, 30 flumina in Adriaticum effundit. Et si Straboni credendum est, omnium totius Europæ amnũ longè maximus est, circa ostia, præter Danubium. Idem tradit Padum ex Alpibus fluere, ut Rhenum, & Danubium, & Rhodanum, Geogra. 4. Eridanus.] Idem, qui Padus. Hinc captat fabulandi materiam, ad dilatandam narrationem. Populea] Phaëton Solis, & Clymenes filius ubi patris currum conscendit, & per imperitiam à terra altius ageret, timore pariter, & uertigine turbatus, è curru in Padum excussus fuit in præceps: & à Ioue fulmine percussus interijt. Et quia omnia tum ardebant, ad restinguendum incendium omnes amnes immissi dicuntur, extinctis omnibus mortalibus, extra Pyrrhã, & Deucalionem. Phaëtontis sorores, cùm fratris casum mœrore contabescente lugerent, in populos in ripa trãsformatæ fuerunt: & lacrymæ in electrum induruerunt: Heliadesq; illæ sunt appellatæ. Nomina earum hæc fuerunt. Merope, Helie, Aegle, Petre, Phœbe, Chære Dioſippe. Cygnus Liguriæ rex propinquis Phaëtontis, dum & ipse

ipse luget, in auem eiusdem nominis mutatus fuit. Hesiodus canit Eridanum inter sidera collocatum fuisse ob id, quod in eo Phaëton submersus interisset, situs est subter cetum, ad quem sinister Orionis pes extenditur. Alij contendunt, non Eripidanum, sed Nilum esse quod à meridiana plaga eius cursus oriri uideatur. Septendecim stellis constat maximè: sub quo stella Canopus, siue Ptolemæon fulget. Aratus in Phænomenis, hoc sidus λάψαυον ἠριδανοῖο, παλυπλάνητον ποταμοῖο uocat. id est, Reliquias Eridani luctuosi amnis. Fabulam historicus quidam ita interpretatur. Phaëtontem quidem Sole patre prognatum, sed cùm currum incautius, atque imperitius ageret, in Padum excussum, haustumq; fuisse. Circa hunc amnem esse arbores, electum gignentes. Hinc finxisse poëtas, sorores uersas in populos, & lachrymas in electrum. Plutarchus φυσικώτερον. Ignis globum è terra in Celtica erupisse, & lapsum in Eridanum, atque ibi extinctum scribit. Transuerso limi.] non recto cursu, ac uia. Non minor hic Nilo.] Per collatationem Padi amplitudinem elcuat. Nilus inter Asiam & Africam terminus est. & collimitium duarũ partium terræ: Lapsus ex Aethiopia mediam Aegyptũ peruagatur, omnium fluminum in mediterraneum excurrentium maximus. Septem ostijs magnis effunditur, præter obscura aliquot, & ea perexigua: quorum extrema Canopicum, & Peluſiacum, CLXX. millium passuum interuallo distant. Quod terrarum medium est, frequentissimè habitatur, & fertilissimum est. Vbi se diuidere, ac dextra, læuaq; digredi incipit, triquetram formam repræsentat: & ob id ueteribus ea insula. Δ. Delta appellata fuit. & inferior Aegyptus uocata. Aliquando eam non fuisse constat, sed stagnantis Nili deuecto limo subsidente, post Homeri tempora nata existimatur. Hinc dictum est à Seneca, Aegyptum non tam terrarum fertilitatem, quàm ipsas terras Nilo debere. Aestiuis mensibus crescit Nilus sole Cancrum ingresso, & Luna noua. Statim post illud Solstitium, Cancrum Sole transeunte modicè, amplius inde supra modum, tendente ad Leonem. Vbi uerò ad Virginem peruentum est, paulatim residet, & quidem ijs modis, quibus accreuit: & centesimo die, ex quo crescere cœpit, in Libra intra ripas suas cohercetur. Amne iam in ripas suas reuocato, id quod circa finem Libræ contingit, satio paratur, quæ mense Nouembri finitur. Messis tempus in Maium incidit, quare à Seneca dictum est, quantum creuit Nilus, tantum spei in annum est. Nec computatio fallit agricolam, adeò ad mensuram fluminis respondet quam fertilitatem facit Nilus. In arenoso, & sitienti solo, & aquam inducit, & terram. Nam cùm turbulentus fluat, omnem in siccis, & hiantibus locis fecem relinquit: & quicquid pingue secum tulit, arentibus locis illinit. Iuuatq; agros duabus ex causis, & quod inundet, & quod oblinat. Quicquid non adijt, sterile, & squalidum iacet. Si creuit ultrà quàm natura postulat, nocuit. Mira natura fluminis, quod cùm cæteri amnes abluant terras, & euisceret, Nilus tanto cæteris maior, nihil ledit, nec abradit, ut conetur à adijciat uires, nimiumq; in eo sit, quod solum temperet. Illato enim limo, arinas saturat. Debet illi Aegyptus non tantum terrarum fertilitatẽ, sed ipsas fruges. Illa facies pulcherrima est, cùm iam se in agros ingessit, latent campi, opertaq; sunt uallibus. Oppida insularum modo extant: nullum mediterraneis, nisi per nauigiam commertium. Maior est lætitia gentibus, cùm minus terrarum suarum uident. Huc tenus Seneca, Incrementi huius causſa refertur, quod solutæ magnis æstibus niues, ex altissimis Aethiopiæ iugis, longius, quàm ut intra ripas constringantur, descendant. Constat experimento, Atlantem, qui Aethiopiam ab exteriori Africa dirimit, etiam æstiuis diebus, circa immania sua iuga niuosum esse. Et Plinius quoque author est, obseruatum, ut niues in Mauritania imbres ue sationem diligenter obseruemus, taurum montem ab Occeano occiduo assurgentem, inquit Vadianus, perpetuo procursu, nunc in Austrum, nunc in Boream abeuntem, uniuersam Africam disterminare: alicubi ultra parallelum Cancri solstitialem meridiem uersus egressum, ueri simillimum uidebitur, tantum niuium diffolui posse, cùm ad eum parallelum Sol approximat, & rectis radijs latera etiam Boreum. Nilum Sol approximat, & rectis radijs latera etiam Boreum. Nilum realia colliquat. Ioannes Tzetzes, Chil. 10. de Nilo ostijs,

νεῖλος ἐκγύαλος πόταμος ἑπτάχρωμος ἐκείνου
ἡ γῆ τοῖς πεπλατυσμένοις ἄρδεται ἐκ τῶν ὑετῶν
ὅτω τριβάς τε καὶ τρεῖς, ἡ πολυφορεῖ ἄκαρπα.

Nilus Aegypti fluuius septem ostijs fluens,
Omni terram rigat suis fluctibus,
Atq; ita reddit eam frugiferam & fertilissimam.

Nilus ab Aethiopibus, Siris, & Astapus uocatur, quod eorum linguæ aquam signat, è tenebris profluentem. Ut ea Meroën Astaboris, id est, ramus aquæ proficiscentis è tenebris dicitur. Deinde, ubi Nilus suas aquas colligerit, à quibusdam Gyrisantes, à nonnullis Triton appellatur. Istro.] Danubio. Quo nomine à fontibus Abnobæ montis, usque ad cataractas nuncupatur. Sed de eo alibi satis annotauimus. In qualiber.] Acceptis sexaginta fluminibus ingens fit tantum Nilo minor, sed totidem quot illum erumpit. Sunt qui sex meatibus effundi scribant. De quo Plin. plura lib. 4. cap. 12. Et quis duobus nominibus uocatur, binominis ab Ouid. & Pepinio dicitur. Et Scythi. undas.] In Pontum, qui urinq; ab ortu Asiaticam, ab Occesu, & Septentrione, Europeam Scythiã abluat. Porro Scythiam dictã credunt, à Scytha Herculis filio. Est Scythia ab Europa, cuius partem circa Tanaim perscribit, ad Aquilonem, & ortum usq; ad incognitam terram, quàm longissimè porrecta. Hinc Ponto, & Asiæ inde Rhiphæis montibus ab humeris inserta. Mox longè lateq; ad ortum euagata, innumeras gentes, parum suabus notis amplectitur. Et Scythæ de uetustatis laude cum Aegyptijs, & alijs gentibus certarunt aliquando, de qua re non est huius instituti commentari, in præsenti. quod in Nilo od tædium usque forsan operosi fuerimus. Quare nunc ad Ligusticum mare à supero deinceps emigremus.

a al. Exteriora

Dexteriora.] Læuo, hoc est, superioris maris tractu rebicto, transcēdit Apenninũ, expatiaturq; in dexteriora a peterns montis decliuia Tybrim
Vnda facit, Kurubamq; cauum: delabitur inde
Vulturnusq; celer, nocturnæq; æditor auræ
Sarnus, & umbrosæ Lyris per regna Maricæ,
Vestinis impulsus aquis, rademq; b Salerni

b al. Falerni.

ptionẽ eorum fluminũ, quæ à dextra parte in Ligusticum mare siue Tyrrhenum, quod infertur appellatur, influit. Tybrim.]

Culta Siler, nullas{que} uado qui Macra moratus
Alnos, uicinæ percurrit in æquora Lunæ:
Longior educto quà surgit in aëra dorso
Gallica rura uidet, deuexas{que} aspicit Alpes.

A Tybrim.] Tybris ini tio dictus fuit Albula, nomen mutauit cassus. Tyberinus enim Albanorũ rex in tra iectu amnis in eo mersus periit. Defluit è montibus Apenninis: multis{que} inde in ipso cursu paulatim fluminibus auctus, tandem in uastum alueum excurrit, ac per Tyrrhenię partem fluens, diuertit per Vmbriam, in Sabinos, & Latinos, ubi Roma est, us{que} ad oram maritimam, ubi mare Tyrrhenum intrat Dionys. Afer.

» τοῖσ δὲ ἐπὶ μίσμιφον ἔθνος ἀγανῶρ ἐφι λατίνων
» γαῖαν ναιετάουσιν ὑπήρατο. ὧσ δὲ καὶ μέσης
» βύβρις ἐλισσόμενος παλαιὸν ῥοον εἰς ἅλα βάλλα
» βύβρις ἐυῤῥείτης ποταμῶν βασιλεύτατος ἄλλων.
» βύβρις, ὃν ἰμερτὴν ἀποτέμνεται ἄνδιχα ῥώμην,
» ῥώμην τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων.

interprete Rhemnio Grammatico.

» Hos prope sunt omni superante laude Latini,
» Quorum per terram discurrit in æquora Tybris.
B Regius, magno dirimit qui gurgite Romam,
» Romam, quæ genitrix regum dominatur in orbem.

Sunt qui credant, Tybrim ita appellatum à flumine, siue fouea quadam circa Syracusas, unde profecti coloni sedes posuere circa Albulam in Latio, & nomen flumini dedere. Verg. à rege Thuscorum ita dictum existimauit. Ratubanię.] Liguriæ amnis est. Vulturnus.] In Samnium oriens tanto impetu per Campaniam labitur, ut saxa secum deferat, antequam Capuam alluit illic & oppidũ Vulturnum: quare rectè eum celerem uocat poëta. Ibi fertilissimus Campaniæ ager est. In littore situm est uetustũ oppidum Cumæ ibi Capua est illa, quæ Annibalẽ uicto ejus fatigatum luxu, & otio perdidit, quo Lucanus Pompeium, & bonam partem Senatus fugisse nunc memorat. Sarnus.] Sarnus agrum Nucerinum alluit. Ipsa Nuceria LX. M. pass. à mari recedit. Per Lucanos qui amœnissimos saltus occupant, Silarus fluit. Mox Picentini populi, per quos Sarnus decurrit, & in amœnissimi sinus recessu sita urbs, quondam Parthenope à tumulo Sirenum, nunc Neapolis ab Augusto primum appellata. Labitur in Campania Sarnus, iuxta oppidum in Sarni montis radicibus situm: Primum magno cum fremitu præcipitatur, mox in amplissimas paludes exit, quæ tetras, ac pestilentes nebulas exhalant. Tandem coactis rupibus Vesunium montem radit, & in Tyrrhenum modico cursu effunditur. Verg. Aeneid. 7.

» —Latè iam tum ditione premebat
» Sarrastheis populos, & quæ rigat æquora Sarnus

A Sarno. Sarrestes incolæ nomen habent, ut quibusdam placet. Sarnum concitatorem nocturnæ auræ nominat, ob graues nebulas, quas expirat. Aiunt quidam miraculi quiddã huic amni accidere, ut quicquid in eum decidat, paulatim in saxum indurescere. Lyris.] siue Liris. (nam utroque modo scribitur) Vltra Capuam amnis est, oriens non procul à Sora. Latinorum tractum à Campano disterminat: & per Minturnarũ ruinas in Caietanũ sinum euoluitur, haud procul etiam à Formijs: deinde occurrit Ostia, supra quã Roma est. Olim fuit Liris recentis Ladi confinium: Cæruleus, siue Glaucus dictus: mox Liris: hodie Garilianus, siue Gaurilianus uocatur. Ad hunc amnem Annibal intercisum pontẽ à Fregellanis, moranti itineris caussa inuenit. Per reg. Mari.] Maricæ nymphæ templum fuit in ripa Liris, de qua Horat. libro 3. Odarum.

Qui formiarum mœnia dicitur princeps, & immanem Maricæ litoribus tenuisse Lirim. Fuit Marica Fauni uxor, & regis Latini mater. Verg. Aeneid. 7.

Rex arua Latinus, & urbes "
Iam senior longa placidas in pace regebat, "
Hunc Fauno & nympha genitum Laurente Marica "
Accipimus.— "

Sunt & Marici in Transpadana nona Italiæ regione, populi, ut & Leui, qui Ticinum condiderunt. Maricæ templum umbrosum uocat, uel ob proximum lucum, uel opacitatem arborũ in ripa fluminis. Vestinis aquis.] Vestini in Italia Sabinis sunt, & Picẽtibus uicini, apud quos casei laudatissimi quondam premebãtur, Martial. lib. 13.

Si sine carne uoles ientacula sumere frugi, "
Hæc tibi Vestino, de grege mꝛssa uenit. "

Sunt autem Vestini Marsis, Campanis, & Samnitib. contermini, exporrecti usq; ad Sinuessam, ac Falernum. Liui. lib 10. Itaq; placuit, ut duæ coloniæ circa Vestinũ, & Falernum agrũ deducerentur: una ad ostium Lyris situ uij quæ Minturnæ appellata: altera in saltu Vestinæ, Falernũ contingente agrum, ubi Sinope dicitur Græca urbs fuisse: Sinuessa deinde à Romanis appellata. Hæc Liuius. Culta] iugera, & agros dicit. Siler.] Qui & Silarus, & Silaris. Picentinorum est, circa Salernum. Lucaniam à Picentinis dirimens. Eadem Picentinæ terræ fœlicitas est, quæ Campaniæ. Idem tractus alienis etiam mensibus uernat. Mira huius fluminis est natura uirgulta aquis immersa, lapidescunt colore, & forma in materia seruatis. Silius lib. 8.

Nunc Silarus, quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt "
Duritiem lapidum mersis mollescere ramis. "

Plin lib. 3. cap. 5. A' Surrentino ad Silarũ amnẽ. XXX. M. pass. Ager Picentinus fuit, Thuscorũ templo Iunonis Argiuæ conditæ insignis. Intus oppidũ Salernũ. Picẽtia. A' Silaro, regio tenuis, & ager Lucanus, Brutiusq; incipit. Macra.] Ex Apenninis lapsus Liguriam ab Hetruria secat, atq; haud procul à Luna in Tyrrhenum excurrit. Sed & insulæ nomen est, in Carcinite sinu. Lunæ.] Plin lib. 3. cap 5. Adneclitur septimæ, inquit, in qua Hetruriæ est, ab amne Macra: & ipsa mutatis sæpe nominib. Et paulò pòst. Primũ Hetruriæ oppidũ, Luna portu nobili, colonia Luca, à mari recedens. Longior ed.] ubi altissimis iugis in cœlũ assurgit Apenninus, Galliam, Celticã, Transalpinã, & eius cõfinia, spectat. Deuexas.] Iuram, & Vocetiũ, per has ex Gallijs Annibal in Italiã transcendit. A' Rhodano, & Arari profectus cũ exercitu per Allobroges, inde per Tricastinos in Vocontiorũ orã deflexit: mox per Trigorios ad Druentiã, Alpinũ amnẽ transitu difficilẽ mouit. Inde ad radices Alpiũ processit. Ibi altitudo mõtiũ, et niues cœlo propemodũ immixtæ, tecta informia, rupib, impositæ: ibi tumẽta frigore torrida: homines inculti, & intonsi: animalia gelu uigẽtia, & omnia fœdiora, quàm fama acceperat, occurrerũt. Inde in altiora iuga progressus, è promontorio Italiam, contemplãdosq; agros, Alpibus uicinos ostentauit. His de Alpibus hic loquitur poëta hæc Gallica rura Alpibus subiecta sunt.

Tunc Vmbris.] Tũc Vmbris, Marsísq; ferax, domitusq; Sabello
Vomere, piniferis amplexus rupibus omnes
Indigenas Latij populos, non deserit antè
Hesperiam, quàm cùm Scyllæis clauditur undis:
Extenditq; suas in templa Lacinia rupes
Longior Italia, donec confinia pontus
Solueret incumbens, terrasq; repelleret æquor.
At postquam gemino tellus elisa profundo est,
Extremi colles Siculo cessere Peloro.

Prosequitur ordine tractũ Appennini mõtis, ad Siculum mare usq;, ubi terminatur. Vmbris.] *Plin lib. 3. cap. 4. tradit Adrianos, Præturianos, & Palmenses ab Vmbris expulsos fuisse ali quando: hos uicissim ab Hetruscis. Vmbrorũ gentem antiquissimã fuisse totius Italiæ existimant quos Græci Ombrios putant dictos, quod ab inundatione aquarũ, imbribus superfuissent ὄμβρος imber, Græcis est. Horũ oppida C C C. Thusci debellarunt. In eorum ora flumẽ Aesis est, Senogalla, Metaurus, Fanum Fortunæ, Pisaurum cum amne.* Marsísq; se.] *Hi authore Plinio, à Circe oriundi sunt, Apuliæ populi: quorũ multos recenset Plin. lib. 3. cap. 12. citatq; Gellianũ authorem, Marsorũ oppidum Alchippen conditũ à Marsya Lydorum duce, lacu Fucino haustum.* Domitusq; Sa.] *Aratus Samnitium labore, Græci Samnites modo Sabellos, modo Samnites dixerunt, ferox hominum genus, & rebelle quod olim diu Romana arma exercuerint, quemadmodũ à nobis in rebus Syllanis memoratum est. Horũ terram ab initio Vmbrot etiam tenuisse quidã credunt.* Pinife.rup.] *Alibi retulimus arborũ tantam esse proceritatẽ in iugis Apenninis, ut in latum octonos pedes habeant.* Latij.] *Italiæ, Latium Appẽninis iugis, mari, duobusq; fluminibus, Tyberi, & Liri clauditur. In dubiũ à nonnullis uocatur, ita ne dicatur, quod inter duos montes lateat, an quod in eo Saturnus latuerit: à Latiõ certè Latini sunt denominati, non autẽ à Latino rege Aborigĩnũ. Citra Circeios antiquissimus Latij terminus est. Vltrà, Volsci, Osci, Ausones ad Lirim usq; fluuiũ, ut ad C. M pass recentis Latij habuerit longitudo. In Latio, Roma est.* Hesperiã] *Alibi retulimus Appenninũ totã terram uelut in duas secare plagas, unam ad occasum, & meridiẽ, alterã ad Septentrionẽ, & ortum obuersam. Ab Alpibus, de quib. paulò antè dictũ est, primo in Liguriã excurrit, hinc Galliam Cisalpinã: & Picenum agrũ, ab Hetruria, & Sabinia dirimit, progreditur q; Anconem. Hinc aduersus in Apuliã, & Garganũ discedit, separans Marrucinorũ, Pelignorũ, & Perentanorum terram à Latio, & Campania, Postremus eius excursus est à Gargano ad Leucopetram. Hinc Apuliã, Calabriã, & Magnæ Græciæ oram, Picentes, Lucanos, Brutios habet & tandẽ se alto promõtorio in Tyrrhenum mittat: & pertinaci fronte ad fretũ usq; Siculum porrigitur.* Scyllæis cl.un] *freto Siculo: in quod extendi diximus. Notũ, Scyllã, & Charybdim in freto Siculo, inter Rhegiũ, & Messanã Siciliæ, esse in freto Siculo, media loca periculorũ plena nauigantibus. Nam fretum circa Pelorum Siciliæ promontoriũ in abruptum barathrum exit: nunc cum impetu, & collisorũ fluctuũ fragore insilit mare, quæ uiolẽta uicissitudo præbuit poẽtis materiã ea fabulãdi, quæ de Scylla & Charybdi sunt prodita.* Templa Laci.] *Scyllæũ in extima Italiæ fronte Brutiũ uocatur. Illa enim, inquã frons, quæ ortum spectat, Salentinũ habet promontoriũ: cui ab occasu diuersum est Laciniũ, & simũ Tarentinũ finit. Inde alter sinus Scyllaceus Petiliam conditionẽ Philoctetæ comitis Herculis, habuit: nunc uerò ibi oppidum est, quod Petiliũ Catrẽ nominatur. Deinde Apẽnini illa asperrima frons, in fretum Siculũ extensa, Rhegium dicitur. Laciniũ igitur Ioniũ ab Adriatico dirimit, ita à Lacinio latrone, quem Hercules ex Italia reuersus, quod per furtum aliquot boues abegisset, ibi interfecit: quo in loco Iunonis templũ condidit, cuius hoc in loco fit mentio. In ara Iunonis Laciniæ, quæ sub diuo posita est, einerẽ immobilem esse, perflãtibus undiq; procellis, miraculi loco refertur. Erat extra Crotonã peruetustã urbẽ, in extrema ora hoc templũ Iunonis Laciniæ multa religione horrendũ: ubi etiã lucus proceris arborib. densis, sepsus erat. In medio pascua, in quibus pecus omne genus sactum Iunoni sine pastore pascebatur. Et quod magis mirũ: gregib. ad stabula sua sponte remeantibus, nulli hominũ, aut ferarum iniuria fuit illata. Et horũ prouentu ex solido puro, & puro auro columna Deæ fuit dedicata. Ipsum uerò templũ sub diuo posita, cuius modò memini. Circa hoc templum Iunonis Laciniæ, Annibal ætatem egit, ibiq; aram condidit cum ingenti rerũ à se gestarum titulo, Punicis, Græcisq; literis insculpto. Duæ insulæ Lacinio oppositæ iacent, Dioscorion, & Ogygia Homeri poemate celebrata. Lycophronis enarrator, Lacinio promontorio nomẽ esse, à Lacinio Crotoniata author est.*

λακίνιον ἐπλεύσαν, ἀπὸ λακινίου κρεμασθέντος, Ἥρας
κριὸν χρυσόμαλλον, τὸ λακίνιον κεῖται μάταν.
ἀλλ' ὦγαθὲ ἄλλων, τὸ λακίνιον κατεκλάσατο μᾶλλον,
ἀλλ' ὁ, λοιπὸν τὰ μόνος κατεκλάσατο μᾶλλον.

Alij ab heroë quodam promontorio indidisse nomen credunt, diuerso fortasse à Crotoniata. Longior Ital] Diuidit suo excursu ad ortum Ionium ab Adriatico mari. Pontus sol.] hoc est, mare Tyrrhenum uicinam Siciliam suo æstu ab Apenninis iugis abrumperet, & insulam faceret inter Italiam, & Siciliam, quæ cõiunctæ aliquando fuerunt, sed ipsum pelagus à Sicilia suum nomen retinuit, postquam æstu maris ab Italia abrupta fuit. Vergil lib. 3 Aeneid.

Hæc loca ui quondam uastá conuulsa ruina
(Tantum æui longinqua ualet mutare uetustas)
Dissiluisse ferunt, cùm protinus utraq; tellus
Vna foret, uenit medius ui Pontus, & undis
Hesperium Siculo latus abscidit, arua q; & urbes.
Littore diductas angusto interluit æstu.

At postquam] hoc est, ubi Italia duobus æquoribus, Ionio, & Tyrrheno, seu potius Siculo à Sicilia, est auulsa, extrema Apennini iuga cesserunt interluente pelago, Siciliæ promõtorio Peloro. Hinc extimo Apenninum iugo Rhegio fuit nomẽ factum, παρὰ τὸ ἔχειν ῥωγας, ab abruptum pendo. Fuit quondã Italiæ contigua Sicilia, sed terræmotu, siue immisso pelago insula facta fuit: perinde ut Chalcis à Bœotia: Cyprus à Syria: Balbicus à Bithynia Leucosia à Sirenum promontorio abscissa fuit. Id arctã quo península olim Brutio agro annexa hærebat, alternoque fluctu modò in Thuscum, modò in Ionium reciproco æstu fluit, refluitq; Sæuũ uehemẽter, & atrox, Syllæ, & Charybdis nominibus celebratur. Et conijcere est Actæ uilla id accidisse, & earũ insularũ, quæ circa Liparam, & aniũ ul-

teriorem

A teriorem continentem sunt sparsæ. Nam hodie ijs faucib. aperiti, per quas ignis expiratur, ferrũ, Lapides, & aquæ ejiciuntur. Et rariùs has terras quæ circa fretũ sunt, motu ignis ardẽs subter terrã, spiritus ingẽtes motus efficiebãt. Peloro.] Promõtorio Siciliæ, inter quod & Rhegiũ, angustissimũ est fretũ, olim non plus, quàm 7. stadiorũ spatio. Ipsa insula quadrigenum stadiorum, & quatuor M. circuitus est. Triquetra forma Sicilia est, ut Lilybæum promõtorium Africæ, Pachinus Græciæ, Peluras Lecopetræ, ac Rhegio oppinatur. Extima front Italiæ ab Apulia, usq; ad Salernum, taxi speciem refert.

Cæsar in arma.] A Chorographia Italiæ, in quam digressus fuit poëta, ad historiã redit. Vbi ostendit Pompeium cum magna parte Senatus Capuam fugisse, transiit ad ea, quæ à Cæsare per eos dies in Italia gesta sunt, quod oppidorum alia ui cepit, alia deditione in potestatẽ redegit. At-

Cæsar in arma furens, nullas nisi sangine fuso
Gaudet habere uias, quod non terat hoste uacãtes
Hesperiæ fines, uacuosq; irrumpat in agros,
Atq; ipsum non perdat iter, consertaq; bellis
Bella gerat, non tam portas intrare patentes
Quàm fregisse iuuat, nec tam patiente colono
Arua premi, quàm si ferro populetur, & igni.
Concessa pudet ire uia, ciuemq; uideri.
Tunc Vrbes Latij dubiæ, uarioq; fauore
Ancipites, quanquam primo terrore ruentis
Cessuræ belli, denso tamen aggere firmant.
Mœnia, & abrupto circundant undiq; uallo.
Saxorumq; orbes: & quæ super eminus hostem
Tela petant, altis murorum turribus aptant.

etiam commeatus; eaq;, quæ ad bellum usui, & necessaria futura erant. Consertaq;.] ne bellum bellum traheret, & à tergo hostem relinqueret, cum quo nouum bellum habiturus esset. Non tam p.] Amplificatio. Sulpitius exponit. Nec tam, quod transeat per agros oppidorum permissu, mallet enim illos uastare. Pudet.] ut ciuem, sed ut hostem non puduit uiam ferro facere. Tunc urbes I.] Tunc urbes Italiæ cœpere se munire, quæ postea in deditionẽ uenturæ erant. Ambigebant Cæsarem ne reciperent, an eo exclusso, Senatus authoritatem, ac dignitatem Pompeij tuerentur, extrema experturæ. Ruentis.] Ingruentis belli terrore, ac motu armis Cæsarianis uidebantur cessuræ, tamen muros firmant fossis, & aggeribus, uim expectare paratæ, utcunque alea caderet. Abrupto.] Præcipiti, aut tumultuario, ut in re subita fieri solet. Aptant.] Ad manus parata, in omnẽ oppugnationis euentum expediunt.

B que hoc quidẽ mirum in modũ amplificat. Etenim capto Arimino, Aretium, Piscaurũ, Fanum Fortunæ, & Anconem occupauit, quod ea oportuna suis rebus essent. Nullas nisi.] Vt quacunq; iret, omnia pacata haberet, neque per hostes ductaret. Hesperiæ fi.] Rubico ab ea parte uetus Italiæ terminus est, quã spectat ortum: supra quem Ariminum iacet, ut alibi relatum est. Haud procul inde Ancon in Cumero promontorio, citra quam Aesis fluuius: ibi Pisaurum: Fapida. Vacuosq.] Non munitos præsidijs, id quod è militari disciplina est. Non perd. iter.] hoc est, ne ab hostibus intercludatur. non solum ipse cum exercitu, sed

Pronior.] Siue ob ueterum uictoriarum memoriam, quibus formidabilis erat: siue quod ex urbe profecturus, edicto pronunciasset habiturum se pro hoste, reipublicæ quicunque sua castra non esset secutus: siue quod princeps ciuitatis summã haberet authoritatem ob perpetuam domi, & belli fœlicitatem. Contrà Cæsar amicorum numero eum se habiturum professus fuerat, quicunq; neutrã partem sequeretur. Perhumanã denunciatio, sed Pompeij edictum, & autoritas tota Italia plus ualebat: & studia Italicarum ciuitatum in eum inclinata fuisse dicit. Minaciter.] Vt authoritati Senatus pareret, simul edicto pronũciato territis ne defectio ad Cæsarem tanquã ab Imperio ipsis aliquando fraudi esset. Verùm ob oculos adhuc tempora Syllana, quibus Samnites, & quædam alia oppida funditus deleta fuerant. Vt cum mare posidet.] A simili ducto à natura mari ctus sequuntur, quocunque impelluntur ad terram. Rursum Austro se succedat Eurus, unde nihil pertinacius paret Austro. Si rursus.] Contrà, si terra quassatã sceptro Aeoli recipiat flatum orientalem, æquè constanter fluctus notum uendicãt, neque temerè ab eius fide deficiunt. Pompeium, Notum: Eurum, Cæsarem: flatum, motus: terram, Italiam intellige. Quatuor præcipuos uentos Manilius lib 4. Astronomi duobus uersibus complectitur, ut ij obiter inserantur.

Pronior in Magnum populus, pugnaq; minaci
Cum terrore fides: ut cùm mare posidet Auster
Flatibus horrisonis, hunc æquora tota sequuntur
Si rursus tellus pulsu laxata tridentis
Aeolij, tumidis inuitat fluctibus Eurum,
Quamuis icta nouo uentum tenuere priorem
Aequora, nubifero q; polus concesserit Euro,
Vendicat unda Notum, facilis sed uertere mentes
Terror erat, dubiam q; fidem fortuna ferebat.

Asper ab axe ruit Boreas: fugit Eurus ab ortu,
Auster amat medium solem: Zephyrusq; cadentem.

Notus, Græcis, qui Latinis, Auster est à meridie flans: ita dictus, quod nebulosus sit, & humidus: νότος humidus: νότις, humor. Eurus ab ortu uerno, spirat à Græcis, apeliotes dicitur. Tridentis.] Aeoli sceptri: nam tridens Aeolo, perinde atque Neptuno à poëtis tribuitur. Facilis sed.] Dubiæ ciuitates terrore sub imperio continebantur, quæ alioqui Cæsari portas, mutata fide, aperturæ fuissent.

Gens Hetruf.] Vbi in uniuersum totius

Gens Hetrusca fuga trepidi nudata Libonis,
Iusq; sui pulso iam perdidit Vmbria Thermo,

propè Italiæ studium in Pompeium cõmemorauit:

Nec gerit auſpiciis ciuilia bella paternis,
Cæſaris audito conuerſus nomine, Sylla.
Varus ut admotæ pulſarunt Auximon alæ,
Per diuerſa ruens neglecto mœnia tergo,
Quà ſyluæ, quà ſaxa, fugit: depellitur arce
Lentulus Eſculea: uictor cedentibus inſtat,
Diuertitq; acies: ſolusq; a ex agmine tanto
Dux fugit, & nullas ducentia ſigna cohortes.

morauit: tranſitione hinc refert, qui Duces Pompeiani, & primũ quidem in Hetruria, mox in Vmbria dederint ſe, uel in fugam abierint. Geus Het.] Scribonius Libo præerat Hetruriæ. Ad hunc Caninium Rebelium legatum, familiarem, neceſſariumq; Libonis Cæſar miſit, ut eum ad conciliandam pacem: & cum Pompeio colloqueretur ipſe. quod ſi obtineret, confidere ſe, fore, ut æquis conditionibus ab armis diſcederetur: eius rei magnam partem laudis ad Libonem peruenturã. Libo à Caniniũ colloquio digreſſus ad Pompeium, paulò pòſt renunciauit Conſules abeſſe, & ſine ipſo de pace agi non poſſe. Cæſar certior factus interea, ab Arimino. M. Antonium cum quinq; cohortibus, poſtquam miſit Aretiũ, Scribonius Libo in fugam abijt. Hũc opinor, eſſe Libonem, à quo prope arcum Fabianum tribunal, & ſubſellia collocata fuerant, quæ uel ſedes prætoris erant: uel locus, quo conuenirent fœneratores, ut quidam putant. Atque hæc puteal Libonis à Satyrico dicuntur. Thermo.] Cæſar, occupato Piſauro, inquit, Fano Fortunæ, & Amona, ſingulis cohortibus ſit certior, Tignium à Thermo prætore, quinque cohortibus teneri: oppidum munire: & omnium Tigniorum optima in ſe eſſe ſtudia: eò Curionem miſit cum tribus cohortibus, quas Piſauri, & Arimini habebat. Cuius Thermus aduentu cognito, deſiſus Tigniorum uoluntatibus, cohortes ex urbe eduxit, & fugit. Milites in itinere, eo relicto domum diſceſſerunt. Curio his acceptis, confiſus Tigniorum uoluntatibus, oppidum occupauit. Sylla.] Fauſtus Sylla, Syllæ Dictatoris filius, quem à patris ſui uirtutibus, & indole degeneraſſe ſcribit: quod audito Cæſaris acceſſu, fugam ceperit, cùm pater uincere ſoleret, non circumſpicere fugam. Initio ſtatim Pompeius ad Senatum retulerat, de Sylla in Mauritaniam mittendo. Glareanus hæc loca diligenter expendens. Cæſar, inquit, libro 1. de Bello Ciuili. M. Antonium à ſe miſſum Aretium cum quinq; cohortibus ſcribit, At Libonis eo in loco non meminit: uerum lib. 3 ſæpius, ut qui fuerit Achaiæ, ac Liburnicæ claſſis præfectus. Thermum autem prætorem Tignium tenuiſſe, idem ait Cæſar. Lucanus cùm hic Thermum nominaret, Tigniũ non meminit, quod oppidum apud neminem ſcriptorem inuenio, tamen ſi quidã Piceni oppidum ſcribant. Sunt, qui pro Tignium. Firmiũ legendum putent, Vmbrorum oppidum uideri queat, quod equidem neſcio, cùm nuſquam eius (ut diximus) apud authores ſit mentio. Fauſti Syllæ in Mauritaniam nuntiati, non ita longè ab initio Ciuilis belli Cæſar me-

a Vetus codex examine leg.

minit. Auximates in Piceni populos enumerat Plinius lib. 3. cap. 13. ubi de Ancona. Hæc Glareanus.

Varus ut admotæ pulſarunt] Accius Varus. Auximum in agro Piceno eſt. A Gargano intus Auximates ſunt, Veregrani, Cingulani, Cuprenſes, cognomine, Montani, Cæſar Tignio poſitus, cohortes legionis 13. ex præſidijs deduxit, Auximumq; fuit profectus, quod oppidum Accius Varus cohortibus introductis tenebat: & delectum toto Piceno circumque ſis ſenatoribus habebat, Decuriones Auximi ad Varum frequenter conueniebant, docebantq;, neque ſe, neque reliquos municipes pati poſſe, Cæſarem bene de republ. meritum, tantis rebus geſtis, oppido, mœnibusq; prohiberi. Proinde haberet rationem, poſteritatis, & periculi ſui. His permotus Varus præſidium oppido deduxit, quod introduxerat, & fugit. Fugientem pauci Cæſaris milites conſecuti, & primo ordine ſunt, & manus cum eo conſeruerunt. Deſeritur à ſuis Varus, paucis domum repentibus. Reliquã ad Cæſarem tranſeunt. Cæſar Auximatibus egit gratias, primum collaudans: inde pollicetur eorum facti memorem fore. Ad iſtum, quem dixi modum Cæſar Auximo fuit poſitus, nulla oppugnationis facta mentione. Alæ.] Alæ propriè equitum ſunt, ab eo, quod ad ſimilitudinem alarum ab utraque parte protegant acies, quæ nunc, inquit, Vegetius, uexillationes nuncantur, à uelo: quia uelis, hoc eſt, flammulis utuntur.

Depel ar. Lento] Auximo Cæſar profectus, omnẽ agrum Picenum percurrit: ibi earum regionum præfecturæ cunctæ, non ſolum libenter, ſed etiam humaniter exceperunt. ſimul & exercitum comeatu, & aliis rebus iuuerũt. Adde etiã ex Cingulo, quod Labienus ſuo ære exædificarat, ad eũ uenere, offerentes ſe imperata facturos. Milites imperauit Cæſar, & illico miſêre. Duodecima legio interea cõſequitur Cæſarẽ. Cum his duabus Aſculum Picenã fuit profectus. Tenebat id oppidũ Lentulus Spinther cum 10 cohortibus. Hic Cæſaris aduentu cognito, fugit ex oppido. Et eũm cohortes ſecum abducere conatur, à magna parte militum deſtitutus fuit. Relictus in iti nere, cum paucis incidit in Vibullium Rufum, miſſum à Pompeio in agrum Picenum, confirmandorum hominum cauſſa. A quo Vibullius factus certior, quæ in agro Piceno gererentur, milites ab eo accepit: ipſum dimiſit. Eſculea, dixit inde fferenter pro Aſculea, ab Aſculo oppido in agro Piceno. Diuertit.] Arctio itinere aliò circumduxit. Solus.] traditis copiarum reliquijs Vibullio Rufo. Cohortes] diuertit.

b Vetus cod. Tu quoq;] Auernudatã & ità ſic ad L. Scipionem, cõmiſſę alius ſocerum Pompeij, cui c Sed uetus cod. Luceriæ habet.

Tu quoq; commiſſæ b nudatam deſeris arcem
Scipio c Luceriæ, quanquam fortiſſima pubes
His ſedeat caſtris, iam pridem Cæſaris armis
Parthorum ſeducta metu, quà Gallica damna
Suppleuit Magnus, dumq; ipſe ad bella uocaret,
Donauit ſocero Romani ſanguinis uſum.

Luceriæ] quanquam fortiſſima pubes
His ſedeat caſtris, iam pridem Cæſaris armis
Parthorum ſeducta metu, quà Gallica damna
Suppleuit Magnus, dumq; ipſe ad bella uocaret,
Donauit ſocero Romani ſanguinis uſum.

cognitis, quæ ad Corfinũ erant geſta, Canuſium, atq; inde Brunduſium mouerat. Luceria, & Venuſia Dauniorum coloniæ erant. Hanc commiſſam Scipioni dicit, atq; ab eo deſeriam, ubi cognouit. Cæſarem aduenire. Hũc abiit tio, cùm aliis aliæ pro uinciæ decernerẽtur, Syria decreta fuerat: ut Domitio Gallia. Iulius filiam Pompeius poſt Iuliæ mortẽ uxo rem duxerat. Periit poſtea Scipio in Africa poſt Iuſpaniam traiecturus erat, ad Hipponem à Sicca eius nun-

Aruntur, post nauale præliũ omnib. perditis, seipsum ferro traiecit: abiensq; in uulnus, in altos fluctus præcipitatus fuit. Faustus Sylla qui paulò antè Catonis interitũ cum una equitũ ola in Hispaniã iter intenderat insidijs à Bogudæ & Siccio exceptus, cum liberis, & uxore in hostium potestatem uenit. nec multo post, orta inter exercitus dissensione interfectus fuit. Tu quoq;] Alij ita referunt. quod Scipio oppido Lucetiæ in Venetia prope Hadriam fugã arripuit: quanquã haberet secũ milites, & cohortes unã primæ legionis, quam Cæsar Pompeio restituerat, ut iret in bellũ Parthicũ mitteretur. Pompeius enim rogatu Cæsaris, qui maiorem Galliæ motum expectabat, duas ei legiones misit, primamq; confectã ex delectu prouinciæ ex suo numero dedit. Inde Senatusconsulto cõstitutum fuit, ut ad bellum Parthicum legio una, à Cn. Pompeio, altera à Cæsare cum Crasso mitteretur: ita hæ ambæ à Cæsare fuêre abductæ. Ergo Lucetiæ, censet Sulp. non Lucerie legendum. Sed audiamus Glareanum, cuius iudicio libenter subscribo. Aldinus codex, inquit, Luceriam, per r. semivocalem in tertia syllaba, non per t. mutam, legit, ut sit Appulorum urbs non incelebris. Sed Sulpitius per t. mutam in tertia syllaba legit. dicitq; oppidum in Venetia prope Hadriam: quod oppidum, apud insignes Geographos nõ inuenio. Omnes enim Hadriam coloniam in Picenis ad Acernum amnem ponunt: nisi ad Padum amnem sit Hadria, Coloniæ metropolis, cuius uestigium etiamnum apud Ferrariam ostenditur. Atqui non est uerisimile, in Gallia fuisse hoc tempore Scipionem, cum Pompeij præsidio, cum utriusq; Galliæ prætor esset Cæsar: & tota Cisalpina Gallia, in qua & Venetia, Cæsari esset fauentissima, quæ eum summo honore excepit, ex Transalpina nostra redeuntem, ut refert Hircius, libro 3. eiusdem belli. Quis porrò crederet Cæsarem, relicto post se hoste, Picenum, & quicquid post Rubiconem in Italia erat, inuadere uoluisse, si non prius illum sustulisset? Porrò Sulpitius Cæsaris uerba corruptè citat. Nõ enim Pompeius iuit Luceriam, cùm Corfiniũ captum esset, sed cum Luceriæ esset Pompeius, Corfinium captum resciuit: ac inde Canusium, ac Brundusiũ petiuit. Verisimile autem, & illud est, Pompeium illic primum sibi consuluisse, ac Luceriæ aliquẽ in præsidio reliquisse, & fortasis Scipionem. Sed & illum mox, ut plus appropinquauit Cæsar, fugisse. Neque uerò poëtæ nos ordo turbet, qui neque temporum, neque rerum ubique seruat ordinem, ut Marij, Syllæq; historia, in hoc adeo libro de Scæuola ostendit, & de fluminibus ex Apennino fluentibus satis claret. Hactenus Glareanus, cuius ego iudicium uehementer probo. Vetus codex Luceriæ legit, abest à mari 1 X. M. pass. Nuceria. Sarnus alluit agrum Nucerinum.

Fortissima pro.] Marcellus Consul ad Cæsaris uires comminuendas, Gallia in uniuersum pacata in Italiam redeuntis, author patribus fuerat Senatusconsulti faciundi, ut duæ legiones ad bellum Parthicum mitterentur: quarum unam Cæsar: alteram Pompeius ex suo exercitu daret. Itaq; Pompeio legionem suam repetente, quam iam antea Cæsari miserat ad bellum Gallicum, coactus erat, & hanc sibi concessam, & aliam suo nomine ex prouincia dimittere, ut ea ratione duabus legionibus spoliaretur. Itaque ut Pompeio gratificaretur, simul ut milites sibi postremo munere deuinciret, eos ornatissimè instruxit: ac ducenas, et quinquagenas drachmas largitus fuit. Has legiones in castris Scipionis fuisse dicit poëta.

Cæsaris armis.] Vbi audisset Cæsar eas Romæ retentas fuisse, nec ad bellum Parthicũ mitti, agnouit illico inimicorum fraudem, quam antea suspectam habuerat, Partho. sed. m.] A quibus Crassi cæsi fuerant. Sed metus prætendebatur, id quod statim comparebat, cùm Romæ detinerentur. Supplenit M.] Cùm Cæsar in Italiam uenisset, cognouit per M. Marcellum duas eas legiones, quas dixi, quæ ex S. C. debuissent ad Parthicum bellum mitti, Cn. Pompeio fuisse traditas Gallica damna dicit Titurnum Sab. et Cottam casos in Ambiorigis conspectu. Dumq; ipse.] Eas legiones Pompeius L. Scipioni tradiderat socero suo, donec ipse eas ad reliquas copias euocaret. Socero l.] Scipioni, cuius filiam post mortem Iuliæ uxorem duxerat.

At te Corf.] Alia apostrophe transit ad ea, quæ circa Corfiniũ gesta sunt. Interim dũ Imperij summa Pompeio Capuæ defertur, Cæsar cũ duab. legionib. Corfinium petit. Hodie oppidũ nõ exstat. Fuit VIIII. pass. à Sulmone patria Ouidij Nasonis. Præterfluebat amnis, cuius ponte præsidiarij militer rescindere ador-

At te Corfini ualidis circundata muris
Tecta tenent pugnax Domiti: tua classica seruat
Oppositus quondam polluto tuo Miloni.
Vt procul immensam campi consurgere nubem
Ardentesq; acies percussit soli coruſco
Conspexit telis, socij decurrite dixit,
Fluminis ad ripas, undæq; immergite pontem.
Et tu montanis totus nunc fontibus exi:
Atq; oës trahe gurges aquas, ut spumeus alnos
Discussa compage feras: hoc limite bellum
Hæreat, hac hostis lentus terat ocia ripa.
Præcipitem a cohibete ducem, uictoria nobis
Hic primum stans, Cæsar erit: nec plura locutus
b Euoluit rapidum nequicquã mœnibus agmen.

a al. cohibete uc.
b al. deuoluit uetus cod. rapidis.

tij, interiectu Cæsarit in oppidũ cõpelluntur. Oppidũ præsidio tenebat Domitius Aenobarbi filius, qui à patre fuerat Cæsari in Galliam successor, homo minimè militaris, sed pusillanimis, & fracti animi. Is desperata uenia, à medico uenenũ petijt. præcipiti moriẽdi cõsilio. Nouerat medicus hominis incõstãs ingeniũ, ac uariũ: dediteq; illi pro ueneno poculũ soporiferũ, è papauere, & alijs herbis cõfectũ. Dormitans expergefactus, ratus sibi mortẽ instare præsentem, muliebriter cœpit fortunã suã lamẽtari. Sed à medico edoctus, qd actũ esset, metu ad deditionẽ animum adiecit. Dedito Cæsar pecuniã suã restituit, abeũdi potestate facta, quorũcunq; uellet. feciteq; illi integrũ, uel ab armis discedere, ut in otiũ cõcederet: aut si id nollet: uel suas, uel Põpeij partes, utra magis cordi esset, sequere

tur. Ad istum modum Cæsaris clementia dimissus, homo ignauus, & imbellis ad Pompeiũ se recepit. Is paulò pòst in acie Pharsalica cũ nouẽ alijs senatoribus cecidit. Lentulus Cõsul è Cypro in Aegyptũ nauigio delatus, cũ fortè circa litus iter faceret, recens bustum conspicatur, ô quis fatis hic quieſcit, inquit fortasse tu is es Magne. Paululum inde progressus iussu regis captus, & in carcere necatus fuit. Quin uideamus, quàm uenustè, & quàm

poëtæ huius oppidi deditionem poëta commemorat.

Pugnax Domiti.] *Imò quidam potius, quàm bellicosus, homo abiecti animi, qui ne tueri quidem mœnia, ad ultimam quidem necessitatem audebat, sed ad pugnandum lingua strennuus, qualem eum depingit poëta. Acceperat literas à Pompeio, quarum hic erat tenor. Se rem in summum periculum deducturum non esse, neque suo consilio, aut uoluntate Domitium se in oppidum Corfinium contulisse. Itaque si qua facultas esset, ad se cum omnibus copijs ueniret. Is hæc Pompeij uerba dissimulans, in concione pronunciabat, Pompeium celeriter præsidio adfuturum. Inde hortabatur suos, ne animis deficerent, quæque usui ad oppidum defendendum, essent pararent: ipse interim secretò cum paucis colloquebatur de fugæ consilio. Cùm autem uultus cum oratione non conueniret, & omnia timidius, ac maiori trepidatione, quàm superioribus diebus, ageret: & multa consultandi caussa præter consuetudinem secretò cum suis conferret, conuentus fugeret, res ad ultimum detecta fuit.* Polluto.] *Miloni homicidæ, qui Clodium ad Bouillas circa uiam Appiam occideret.* Tyro.] *Numerus pro numero Tyrones. Eos milites dicit à Pompeio eum accepisse: quod neque apud Cæsarem, neque Appianum proditur. Interea, inquit Appianus, L. Domitium, Imperij eius successorem à Senatu destinatum, cæterosq; qui cum illo uenerant, ad quatuor millium numerum in Corfinio obsedit. Qua ex caussa moti illi, qui urbem incolebant, Domitium fugam præparantem, ad portas urbis consequuntur, eumq; ad Cæsarem adducunt: ille exercitum promptissimè sibi obsequentem libens susceptit. Sic ille Cæsar pluribus, & diligentius eam rem narrat. Corfinium, inquit, contendit. Eò cùm uenisset, cohortes quinto præmissæ à Domitio ex oppido, pontem fluminis interrumpebant, qui erat ab oppido M. pass. circiter tria. Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso, celeriter Domitiani à ponte repulsi, se in oppidum receperunt. Cæsar legionibus traductis, ad oppidum consistit, iuxtaq; murum castra posuit. Recognita, Domitius ad Pompeium in Apuliam peritos regionum, magno propesito præmio, cum literis mittit, qui petant, atque orent, ut sibi subueniat. Cæsarem duobus exercitibus, & locorum angustijs facile intercludi; frumentoq; prohiberi. Quod nisi fecerit, se, cohortesq; amplius triginta magnumq; numerum Senatorum, atque equitum Rom. in periculum esse uenturum. Interim suos cohortatus, tormenta in muris disposuit, certasque cuique partes, ad custodiam urbis attribuit: militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur, quadraginta in singulas iugera, & pro rata parte centurionibus, euocatisq;.* Tyro.] *Cum Cicero Milonis caussam ageret in iudicio, Pompeius forum armatis sepserat, (decreta fuerat quæstio de cæde Clodij) ad terrorem, quam rem Cicero tamen, pro se detorsit, quod contrà erat, ut orator citra periculum caussam perorare liceret: sed plus in eo iudicio ualuit facti inuidia, quàm summa Ciceronis eloquentia. Damnatus Milo in exilium abijt.* Nubem.] *puluerem pedibus aduentantium Cæsarianorum excitatum, quos hic ardentes acies.* Socij.] *Verba sunt Domitij, hortantis præsidiarios ad rescindendum pontem, quos ostendimus à Domitio missos ad eam rem fuisse.*

Et tu.] *Auersio ad amnem, ut quantum posit, cum omnibus fontibus, è montibus delapsus, & agros inundet, & ùm nauium trahat, præcipitetq; per agros.*

Alnos.] *naues, materia prore, alioqui alnus inter eas arbores recensetur, quæ nullum semen ferunt: & non nisi in aquosis nascitur: si Plinio credimus. Folia illi sunt crassissima.* Præcipitem.] *Nimis celerem Cæsarem.* Euoluit.] *Emittit Domitius ex oppido, quinq; cohortes, quæ pontem fluminis interrumpant. Ostendit præcipitantiam in emittendo. Ne quicquam.] frustra. Aberat ab oppido pons, circiter tria millia pass. Cæsari: ibi cum antecursoribus Cæsaris commisso prælio, Domitiani milites fusi, & à ponte fugati, retro in oppidum repulsi sunt.*

Nam prior è campis] *Vt conspexit Cæsar Domitianos in dissoluendo ponte occupatos, hostili insultatione eos prosequutus fuit.* Prolatus:] *percitus ira ad hunc modum eos insectatus fuit.* Ganges!] *Hoc est: si Ganges Indiæ fluuius nie transitu prohibere non posset, multo minus hic flu.ius meum impetũ sustinebit, & ùm coërcebit, imò nulli amnes, post transitum Rubiconis. A' maiori ad minus. Refertur, inquit Glareanus non ad inundationem, uerum ad audaciam transitus, cùm Senatus cons. prohiberetur, dicereq;. Iacta est alea. Quantũ enim hoc flumen quantũuis inundaret, impedire potuisset? Post Rubiconem nullus amnis meam audaciã sustinebit nulli obstabunt montes. Si Ganges meis uiribus non obstaret, imo*

Nam prior è campis, ut conspicit amne soluto
Rumpi Cæsar iter, calida prolatus ab ira
Non satis est muris latebras quæsisse pauori?
Obstar nitis campos, fluuijsq; arcere paratis
Ignauè non si tumido me gurgite Ganges
Summoueat, stabit iam flumine Cæsar in ullo
Post Rubiconis aquas? equitũ properate cateruæ.
Ite simul pedites, ruiturum ascendite pontem.
Hæc ubi dicta, Ieuis totas accepit habenas
In campum sonipes, crebroq; simillima nymbo
Trans ripam ualidi torserunt tela lacerti.
a Ingreditur fluuium pulsa statione uacantem
Cæsar, & ad tutas hostis compellitur arces,
Et iam moturas ingentia pondera turres
Erigit, & medijs subrepsit uinea muris.

a Vetust. codex habet Ingreditur pulsa.

belli, περὶ ποταμῶν, tradit amni nomen factũ Gange Iudi cuiusdam, & Caluariæ nymphæ filio, qui se in flumẽ præcipitauit, antea Chliarũ appellatum. Sunt, qui Gangen incertis fontibus oriri credant, & totã Indiã rigare, ut Nilum Aegyptum. Ingreditur.] *fluuium, repulsis Domitianis militib.* Statione.] *Statio est locus, in quo naues ad tempus stant, ut portus, ubi hyemant: sed statio*

pedite ullis aquis Ganges Indiæ fluuius, & omnium toto orbe terrarũ maximus creditur. Labitur ex Imaodẽ, & nouẽ fluminibus, atq; his fermè omnibus, nauigabilib. receptis. Vastius progredi tur: alicubi lacus uetius quàm fluuius. Patet in latũ C stad. nusquã angustior. VIII. M. pass. nusquã minori altitudine, quàm XX. pass. Author li-

polysenum

A polysemum est. De flumine apud Vlpia, ne quid fiat is locus, ubi tutò naues stare possunt. In urbe, ubi frequenter consistitur: ut porticus, quadriuium officinæ. Signat et loca

nos beneuolo, in omnes Cæsarianos, nisi qui postea exitiũ Cæsari intulêre, maleuolo. Hoc de Domitio scripsit, iuuenis, & parũ cautus, maximè sub tali uiuês tyrãno. Laudauit nimis magnificè omnes, qui sibi mortẽ intulerunt, quẽadmodũ & Valer. Max. solet haud memor, quàm facilè mortis timor nos à nostra cõstãtia deijciat, quod ipse accusata cõtra omnẽ pietatẽ matre, & ad Tyranni pedes forcidè prouolutus declarauit. Sed ita dissipat Deus hominũ conatus qui eũ ignorãt, nec in eo, sed in sua uirtute potius salutẽ, & laudem quærũt. Hæc Glareanus uerissimè. Nobilitas.] Species pro specie, turba nobiliũ: ipsi nobiles. Neq; uero solum Domitiũ indicat, sed omnes nobiles intelligũtur, qui ad Cæsarẽ producti fuerunt, quos modò Senatorios. Equestres, Decuriones, Centuriones, & eorũ liberos recẽsui. Neq; uerò uideo, qua in re poëta Domitiũ laudat, hominẽ pusillanimẽ, ac timidum. An ob id quod poëta parũ in hac re prudens eum constantẽ, & intrepidũ fingat cùm diuersum ostendi: quod quidẽ pari iudicio à poëta factum est, ac si Therſiten formosum: Nireũ deformẽ: Achillẽ, & Hectorẽ timidos, & imbelles finxisset. De alijs nobilibus, quorũ uirtutes obscuræ sunt. Neq; uerò id laudẽ meretur, quod scribat eos ceruice erecta ferrũ posciſſe. Quid aliud potuere, qui in hostis potestate erãt, quem norãt clementẽ, & misericordẽ erga uictos? Sed ad cætera, quæ sequũtur. Minaci uulg.] intrepido & imperterrito. ἀπαθανόν, cùm Domitius posti poculũ soporiferum, à medico acceptũ, expergefactus, ratus uenenũ fuisse, muliebriter ululare occeperit. Quis uultus minax in eo, quæ Mutiana audacia, ac fortitudo in eo homine esse potuit? Decorũ hac in re parum à Lucano seruatũ fuit. A quippe à iuuene adhuc admodũ cùm ista scriberet. Quod si Neronẽ tyrannum laudare collibuisset, unde rectius, & iustius id facere potuisset, quàm ab antiquitate Iuliæ gentis, à qua ille originẽ duxerat? Scit Cæsar.] Imò Domitiũ fugam meditatũ ne in manus hostis lapsus pœnas daret: Lentulus Spinther clementia Cæsaris confirmatus de sua salute, reliquos ad deditionem hortabatur. Viue.] Hæc ad Domitiũ ignauũ Ducem. Cæsar pauca apud eos loquitur, inquit, quod sibi apertè eorũ gratia relata non sit, pro suis in eos maximis beneficijs dimittit omnes incolumes. H S. L X. Quod aurũ adduxerat Domitius, atq; in publicũ depositerat, allatũ ad se ab Duumuiris Corfinien bus, Domitio reddidit, ne continentior in uita hominum, quàm in pecunia fuisse uideatur. Etsi eam pecuniã publicam fuisse constabat, datamq; à Pompeio in stipendium. Milites Domitianos sacramẽtũ apud se dicere iubet, atq; eo die castra mouet. Summa ea pecuniæ H S. L X. nostratis monetæ erat, C. L milia aureorũ. Licet uolis.] Alludit ad id, quod paulò antè retuli, quod desperata uenenum à medico petiuerat, idq; moriendi consilio. Cerne diem.] Fruere hac luce, uiue. Iam [pes.] Sit B tu uictis partibus exemplum ad spem ueniæ obtinẽdæ, ut non metuant Syllanam crudelitatem in uictos. Vel si lib.] Si placet, per me tibi liberum fit, uel ad armare dire, uel in otium te recipere, ut à partibus discedas. Et nihil hac.] Si me aliquando uicerís, nõ postulo pro hoc meo in te beneficio, ut ullã mihi remetiaris gratiã, ne uidear spe consimilis ueniæ meæ clementiã in te declarare.

Fatur, & astrictis laxari uincula] Ad istum modum locutus fuit Cæsar, & simul Domitium non solum solui iussit, sed etiam sua secum in-

a al. ciui.

b Vetus codex medosè legit, de auferre, quocunque uideretur, permisit. Heu qu.] Exclamatione Cæsaris clementiam uertit in calumniam, quasi satius fuisset, absterso pudore Romano, Domitium necasse, cui extrema supplicij causſa fuisset, quod castra patriæ, quod Pompeium, & ad ultimũ, totũ Senatum secutus fuisset. Pœnarum.] Cui ultimũ supplicium fuit, ueniã consecutũ fuisse. Premit.] Redit ad Domitiũ hominẽ fracti animi, qui sibi ob id infensus erat, quod consecutus ueniam, concessa quolibet abeundi facultate. ubi Corfinio eiectus fuit. Et secum.] Defectio, subaudi, inquit, deliberãtis uerba sunt per indignationẽ, quod consilij captabit. Reijcit consilium de discedendo ab armis, & concedendo ad quietẽ. Quod si faceret, degenerem se fore ducit à nobilitate Romana. In medios belli.] Proponit diuersum, nunc in armis, & partibus Pompeianis manere uelit. Iamdudum.] Pulchrè moriture, qui medici ueneno tolli uoluerit, uel qui idudum statueris pugnando mori in armis. Perijt postea in prælio Pharsalicæ. Mitylus ita exponit. Vt cũ uerbo, inquit, cõstruatur. Vt sit sensus. Cur nõ iã dudum in belli furores ire, tu, qui alioquì moriturus es? Rue certus.] Clausula deliberationis, qua hortatur seipsum ad militiam, utque transeat uel cum mortis periculo, utcunque casura sit belli alea in castra Pompeij. Cæsaris effuge.] Non obscurè poëta indicat ἐναντιοσιν prouerbialem ueram esse, & re ipsa Domitium declarauisse, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, hoc est, hostium munera, non esse munera. Ingratia plerunq; sunt, quæ beneficia, & munera ab hostibus obtingunt, quantiuis splendida sunt, & opima.

Fatur, & astrictis laxari uincula palmis
Imperat: heu quanto melius, uel cæde peracta
Parcere Romano potuit Fortuna pudori:
Pœnarum extremum a cui fit, quod castra secutus
Sit patriæ, Magnumq; Ducẽ, totumq; Senatum,
Ignosci. premit ille graues interritus iras.
Et secum: Romámne peto, b pacisq; recessus
Degenere in medios belli non ire furores
Iamdudum moriture paras? rue certus, & omnes
Lucis rumpe moras, & Cæsaris effuge munus.

His perpetratis septem ad summum dies Cæsar ad Corfinium commoratus fuit. Inde promotis castris, per fines Marrucinorum, Ferrentinorum, & Larinatium, in Apuliam peruenit. Nescius interea capti.] Intermissa narratione rerum Cæsaris, transit ad Pompeiũ, & qua ille oratione, statim, quàm Brundusium contenderet, suos ad arma cohortatus fuit. Nescius.] Pompeius ignarus eorum, quæ circa Corfinium acciderant, se quod potuit, ad bellum instruxit,

Nescius interea capti Ducis, arma parabat
Magnus, ut c immisto firmaret robore partes.
Iamq; sequuturo iussurus classica Phœbo,
Tentandasq; ratus moturi militis iras,
Alloquitur tacitas ueneranda uoce cohortes.

c In uetusto codice, admixto legitur.

A instruxit omniáq; ea auxilia, undecunq; contraxit, quibus uires suas Cæsaris copijs superiores cõfirmaret. Cæterum ubi cognouit ea, quæ erant ad Corfinium gesta, Luceria profectus fuit Canusiũ. Itaq; hic fingamus oportet, Pompeiũ hanc orationẽ Lucernæ, aut certè Canusij habuisse ad suos milites: nam ibi paulò pòst per nũcios de reb. Corfinien. acceptis. Capti ducis.] Domitij: cognitis enim rebus, extemplò Luceria. Canusiũ, atq; inde Brundusium profectus fuit. Arma pa.] hoc est, quod modo dixi, quod undiq; ex nouis delectib. habitis exercitũ cõscripsit, & sparsit cohortes cõtraxit: nã Domitiani milites, ut Cæsar scribit lib. 1. iussit fuerat illi sacramentũ dicere, id quod iubentes fecerũt. Iamq; sequa.] Sequẽti die signũ daturus erat, ad mouẽda castra. Id nũc iubere classicũ uocat. Classica tubæ dicũtur, à clãgore. Classici dicebantur qui in classib. erant sed primæ classis tantũ qui C. & XXV. M. æris, amplius ne possidebant: cæteri omnes infra classem dicebãtur. Hinc per translationẽ, classicus scriptor, & author, qui primi nominis est: & classicum canere, pro exhortari uoce, & animare quenquã. Animauit me uocis suæ classico. Metaphora ducta est, à re militari, ut alia nonnulla: ueluti, receptui canere pro, finire: bellicum canere, pro, congredi collatis signis, & uorsis gladijs depugnare, de seria, & exacta disputatione.

O' scele.] Pompei oratio tota in demonstratione uersatur, habet enim uituperationẽ, & laudẽ personarũ, & quidẽ à reb. gestis. Exordio beneuolentiã captat, per exclamationẽ, à pietate militum erga suã patriã, & anaphora initio statim intendit affectus. Meliora.] A' personarũ militũ reb. gestis, & præsenti statu, quod iustiores partes sequãtur uideãtur. Senatũ, Populũq; Romanũ, aduersus nefarios ciues, qui patriæ bellũ facio. Manus.] uos milites, quos undiq; contraxi, etiã ex nouis delectibus habitis. Non priua.] A' qualitate bellĩ, hoc est publica authoritate Senatus, qui mihi Imperiũ detulit. Priuatus homo nõ potest milites sacramenti religione obligare: quod ubi fit, ibi nõ bellũ geritur, sed latrocinio paratur omnia. Ardent.] Metaphora. & Anonomasia, in Hesperij, hoc est, agri Italici: metonymia inde continent pro cõtento. Ardent.] Narratio, qua edo Cæs. Italiæ agros à Cæsare uastari, & Gallicum bellum in nos, sed gratulãtur potius, quod belli dãna milites priores mittant auspicijs Romæ de Cæsare sit ortũ. Præside.] Sub eius.] Rem honesto uocabulo, & plausibili appellat, ut militũ animos magis accendat, & alacriores ad uindictã reddat. Iustã præterquã. quod in iusto immediatè cõtinetur, iustum uolumen: iusta statura, iustum pretium. Reste Sulpitius non posse hoc uocari bellum, quod est seruile hostile, ut sit ἀνθυπαλλαγὴ. Nec magis hoc bellum est, quàm cum Catil.] Ab exẽplis, quæ similia fuerint, ostẽdit, non debere hoc certamẽ susceptũ contra nefarios ciues bellũ appellari, nõ magis, quàm cõiurationem Catilinariã non debuisse cõtra Catilinã & coniurationis socios, Lentulũ, Cetegũ, Cæparium, L. Vergunteũ, & reliquos eius cõiurationis pestes. Catilina.] Fuit hic de nobilissima Sergiorum familia, qui ea uita, ac de caussa horrendam illam coniurationem, quam Sallustius graphicè depingit, contra gubernatores reipublicæ maximè aduersus Ciceronẽ excitauit: cuius industria extincta fuit. Arsuras in tecta faces, sociusq;.] Nam constituerat is stata nocte urbẽ 12 locis incendere. Tecta, pro, in domos incẽdia. Lentulus.] Prætor, quem Cic manu tenens primo in templũ Concordiæ, in quẽ locũ Senatũ cõuocari iusserat, perduxit, quò cæteri cõiurati tacita custodia perducti fuerunt. Hic Lentulus iactare fuerat solitus fatalibus libris cõtineri, Romanæ urbis imperiũ trib. Cornelijs deberi, se post Cinnam, & Syllã, tertium in Cornelia gente futurum. Literis Allobrogum legatorum perlectis, extemplo Senatus decreuit, ut huic magistratus abrogaretur. Inde in liberam custodiam cum alijs deductus fuit, ac paulò pòst ipse ex ædibus Spintheri in palatio in carcerem coniectus à Triumuiris, ac necatus fuit. Camillis.] Hic Camillus Gallos inter appendendum aurum urbe expulit: & ob id à Senatu alter urbis conditor post Romulum appellatus fuit. Exerti Cethegi.] Ostendimus alibi hunc familiæ peculiare fuisse, habere humerũ & brachium dextrum nudatum, & inerme, atque ita in pugnam ire. Silius Italicus.

Ipse humero exertus gentili more parentum
Difficili gaudebat equo.

Metellis.] Per exclamationem exemplis ostendit Cæsarem præposterè summos uiros in republ. imitari, qui non euertere, sed conseruare patriã studuerunt. Metellis.] Plures fuêre Metelli, in ea familia. Vnus qui bellũ Iugurthinum propè confecit. Metellus Macedonicus, qui præterquam quod ex Macedonia clarum nomen reportarat, quod censor, quodq; summus orator erat, à quatuor filijs rogo sunt illustratus: uno prætore, tribus consularibus; duobus triumphalibus: uno censorio. Huius alius fuit L. Metellus, in quo 10 illa fuisse traduntur, in quibus quærendis uiri sapientes ætatem terunt. Primarius bellator optimus orator, fortis Imperator, quod eius auspicijs magnæ res gestæ essent. quod maximis honoribus esset usus, quod præcipua fuisset sapientia, quod senator summus,

summis, quod grandem pecuniam siue malo quæstu inuenisset, quod plures filios suscepisset, quodq; in ciuitate fuisset clarissimus. Metelli à deuictis populis alia atque alia nomina sortiti fuerunt ut, Numidicus, Macedonicus, Creticus, Balearicus. De his loquitur poëta, qui in ea familia uirtutibus maximè claruerunt. A' Metello interrogatus Sylla fuit, ecquis esset præsentium malorum finis, cùm urbs referta esset cadaueribus. Metellus Creticus in Apuliam cum exercitu: Metellus Celer in agrum Picenum cũ tribus legionibus contra Catilinam, missi fuerunt. Metellus, & C. Pompeius copias Sertorij diu, & ancipiti semper acie attriuere, ut ait L. Florus, nec tamen prius bello, quàm suorum scelere, & insidijs extinctus fuit: Fuit & Metellus Pontifex: & Cecilius Metellus Tr Pl. Atq; hinc liquet Metellorum familiam Romæ semper illustrem rebus gestis fuisse. Florus in Epitome in Liuium etiam scribit Metellum non expulisse Sertorium ex Hispania, sed ad ultimum, desertum ac proditum à suis fuisse. Ad Cumas.] *De Cuma, Mario, & Sylla alio loco copiosè nobis dictum est.* Sternêre.] *Ab exemplis eorum, quos deuicit Sylla, minatur Cæsari consimilem exitum.* Vt Catulo.] *Catulus & Lepidus à Syllæ funere reuersi, statim inter se uerbis disceptare cœperunt. Lepidus asserebat omnia Syllæ acta rescindi debere: agros Italis ademptos ueteribus dominis restituendos. Nam Sylla ad C. & X X. M. hominum, quorum opera in bellis usus fuerat, in alienis agris collocarat. Senatus ueritus, ne Conss. discordia ciuitatis status in nouum aliquod discrimẽ incideret, utrunq; iurare coëgit, ne inter se armis disceptarent. Lepidus prouinciam Galliam supra Alpes sorticus, statim bello Syllanos adortus fuit. Quod ubi Romæ auditum fuit, in urbem à Senatu reuocatur. Haud ignarus is, cur id fieret, cum exercitu ad urbem rediit. Catulus populum inuicem intra urbem ad arma concitauit: dimicatumq; in campo Martio fuit. Ibi Lepidus uictus in Sardiniam fugit, ubi non multò pòst, distillationis morbo: uel (ut alij) mœrore conceptus ex uxoris adulterio periit.* Iacuit.] *Superatus fuit Lepidus à Catulo in Campo Martio.* Carbo.] *Pompeius Carbonẽ ex Libya in Siciliam profectum, atq; inde in Corsicam fugientem media fuga intercepit, ac capitis damnauit. Ea res triste spectaculum attulit, & atrox circumstantibus militibus, nec minorem dolorem, tantum uirum, qui ter Consul fuerat, triplici cathenarum serie uinctum, uelut latrocinij damnatum, ignominiosè ad supplicium trahi. Addidit & inusitatum morti dedecus: ubi conspexit ferrum in se stringi, spatium ad deijciendũ aluum exorauit* Serto. exul.] *Sertorius exul Hispanos ad arma mouit Post Lepidi interitum Perpenna cum magna Marianorum manu in Hispaniam fugit, ubi erat Sertorius. Hic medio ciuilis belli ardore in eam terram concesserat, quam prouinciam ex prætura adeptus fuerat. Sertorius patriam habuit Marsiam urbem Sabinorum, & sub Cepione prima stipendia iuuentutis fecit contra Cimbros: quo tempore Romanis ad Rhodanũ fusis, ipse grauiter uulneratus, equo amisso, thorace, & scuto armatus amnem tranauit. Inde sub Didio Cathalonem in Hispania amissam incredibili celeritate recepit. Marsico bello in prælio alterum oculum amisit. Postea Cinnanam factionem secutus, egregiè moderatum se gessit. Syllanis armis Italiam opprimentibus, in Iberiam cessit, ubi principes gentis summa comitate sibi facilè deuinxit. Paulò pòst, Q. Mannius in Hispaniam*

ueni missus à Sylla: à quo uictus Carthaginem cum tribus millibus fugit. Inde ad Mauru sium in Libyam traiecit. Hinc rursus in Iberiã transmisit. Vnde rursus à Mannio exclusus, cum piratis societatem iniit: quorum auxilio frœtus, Pythiusam in Iberia, & Africam, electis inde Mannianis, occupauit. Non tenuit insulam diu: nauali enim prælio uictus, in exteram Iberiæ oram transgressus, in nautas quosdã incidit, qui ex insulis Fortunatis se uenisse memorabant. Cæterum à piratis desistutus, ubi accepit eo in Maurusios traiecisse, ut Ascalium resticerent, Maurusijs se auxiliarem obtulit, Mittitur eò à Sylla Pacuanus ad Ascalium bello liberandum, qui à Sertorio interfectus fuit. Huius militum accessione uiribus auctis, Tingennam urbem, quò Ascalius cum fratribus confugerat, expugnauit. Hic omnibus pacatis, per legatos à Lusitanis excitus in Iberiam rediit. Ibi recepto à Lusitanis Imperio, breui omnes Iberiæ accolas subegit. Habebat in armis sex M. peditum, & equites septingẽtos. Quibus copijs frœtus, C. X X. M. peditum, & 7. equitum Romanorum uarijs prælijs profligauit. Atq; ob has uictorias, quas ordine commemorare nimis longum esset, Hispanis charissimus factus fuit, cùm statim Cn. Pompeius, unà cum Metello proconsule in eas terras sit missus. Qui sub primum accessum Sertorio impedimẽta ademit. Solicitare deinde cœpit ciuitates ad defectionem. Sub hæc ad Valentiam fudit Herennium, & Perpennam Duces Sertorianos. Inde ad Sucronam uerso tempore omnibus uiribus utrinq; in aciem descensum est. Quo prælio Pompeius uulneratus, & superatus à Sertorio acie discessit, Pugnatum iterum fuit, sed leuiter. Mox rursum magno prælio ad Maguntiam à meridie usq; ad noctem, eo enim tu, quo nuper ad Sucronam: nam Pompeius equestri præsidio pulsus, sex hominum millia amisit. Itaque Metellus, & Pompeius omni uictoriæ spe abiecta, circa Pyrenæum ultimo eius belli anno coacti fuerunt hyemare. Verno tempore, accepta è Roma pecunia in stipendium, è Pyrenæis in hostem mouerunt: quibus Sertorius, & Perpenna ex Lusitania occurrerunt: ubi, quia multi Rom. militum à Sertorio ad Metellum defecerãt, Romana custodia amota, Hispano milite corpus suum muniuit. Cùm Pompeius Palantiam urbem oppugnaret, Sertorius suo accessu obsidionem soluit. Inde Metellum adortus, ad tria M. militum eius interfecit. Vbi iam omnia prosperè illi cessisse, ad postremum à Perpenna, & alijs nonnullis in eum coniuratum est, & in conuiuio fraude intemptus fuit. Perpenna postea Pompeius prælio uicit, & interfecit. Peruijt nono circiter anno, quàm in Hispaniam uenerat. Et hunc exitum Sertorius habuit, uir belli artibus clarus, & amore admirabili erga patriam, qui dicere solitus erat, malle se Romæ ignobilem agere, quàm extra patriã multarum gentium imperium tenere. Hunc affectum secutus ad leniendum patriæ desiderium, nobiles Romanos, quos habebat fugæ suæ comites, solebat Senatum uocare, per quos ciuitates gubernabat, & maiora negotia obibat. Neque ferebat, prætoribus, quæstoribusq; creatis, ne in minima quidem re disciplinam Romanam uiolari. Quare stultè, & falsò hoc loco gloriatur Pompeius de Sertorio exule à se strato in Hispania, quem ad Sucronam, ut puerum (ut ipse Sertorius cum fremitu dicebat) ad fatietatem pulsasset, nisi Metelli interuentu pugna direpta fuisset, & tamen fuit bellum. Neque uideo, quid Sulpitio in mentem uenerit, qui scribit, Sertorium à Metello Hispaniæ

Hispania expulsum fuisse. Hoc tamen loco rectè digerit historiam. Iberos] Hispanos, post Syllanam victoriam. ut iam dictum est. Sertorius primum in Iberiam concessit, ubi tributorum remissione, & singulari comitate gentis principes sibi deuinxit, & populorum studia sibi conciliauit hybernaculorum imitatione. Nam milites non habuit in urbe, ut cæteri fecerant, sed in aperto, ut tabernacula erigere cogerentur. Sed à Mannio Iberia pulsus, in Hispaniam transcendit. Citerior longè, latéq; patet Tarraconensis cognominatur, à Tarraco- ne urbe condita à Scipione. Ibi amnis Iberus est, qui Tarraconensem rigat, & in Mediterraneum influit. Ab hoc, Iberi populi iuxta siti: & Iberia Græcis Hispania uniuersa dicitur, Oritur autem fluuius Iberus, siue Iber in iugis Cantabricis, ad radices montis Pyrenæi. Primum autem labitur per campos, & aperta loca, æquis spacijs ab Idubeda, & Pyrenæo montibus medius ad CCCCL. M. pass. à fonte digressus, mari, quod ab ipso Ibericum nominatur, uno ostio miscetur contra Baleares, & Pythiusam. Erat Iberus ex fœdere terminus imperij Pop. Rom. & Carthaginensium. Haud procul ab hoc amne erat Saguntus. Cæso Perpenna, decimo anno Sertorianum bellum finitum fuit.

Quanquam] Collatione eorũ, quos recensuit, exterminationem Cæsaris contemptim, ducto argumento à maiori ad minus, ut inferat eũ illis Cæsarem non esse conferendum: simul se Dure à Senatu lectum ad furorem frãgendum: simul optat Crassum reduci à Parthico bello, ubi is cum filio fusus, cæsusq; fuerat: ac tum futurum, ut Spartaci ferui exemplo, & simili caussa periret. Magnus profectò contemptus. Omnia insolentiæ plena, cùm Cæsarem ita contemnat, ut cum mancipio gladiatore, eiusq; interitu conferat. Scythicas oras nunc Persicas dicit, ubi cæsi fuerunt Crassi: ipsumq; adeò Cæsarem furere, quod iudicet cum in patriam impium, contra quam arma indueret.

Quanquã (si qua fides) his te quoq; iũgere Cæsar
Inuideo, nostrasq; manus quod Roma furenti
Opposuit, Parthorũ utinam post prælia sospes,
Et Scythicis Crassus uictor remeasset ab oris,
Vt simili caussa caderes, qua Spartacus hostis.
Te quoq; si superi titulis accedere nostris
Iusserunt, ualet in torquendo dextera pilo,
Feruidus hìc iterum circum præcordia sanguis
Incaluit, discres non esse ad bella fugaces
Qui pacem potuere pati, licet ille solutum
Defectumq; uocet: ne uos mea terreat ætas:
Dux sit in his castris, senior dum miles in illis.

Spartacus.] Medio Hispanici belli ardore, bellum periculosum Populo Rom. à seruitijs fuit ortum. Lentulus quidam Capuæ, homo apprimè locuples, magnam familiam in gladiaturæ usum, unde non tenuis illi quæstus erat, alebat. Magna eius familiæ pars erant Galathæ, & Threces. Horum multi ob sæuitiam lanistæ fugam meditati fuêre. Re indicio prodita, DCCC & duo fugam fecerunt, reliquis metu supplicij retentus. Florus libro 3. capite 20. tradit Spartacum, Chrysum, Oenomaum, effracto Lentuli Ludo, cum 70 & amplius eiusdem fortunæ uiris erupisse, seruisq; ad uexillum, & auxilium uocatis, breui decem millia hominũ & amplius coisse. Spartacus hic Thrax fuit natione, audacia, uiribus, gladiatorijsq; lateribus longè omnium princeps. Cùm hìc quondam uenalis Romam produceretur, tradunt quidam draconem ad dormientis caput contractum in spiram apparuisse. Quam rem saga mulier conspicata, prædixit id ostentum formidabilem hominis potentiam aliquando portendere, sed quæ infœlicem haberet exitum. Primum Vesuuium, ut aram iuris (sicut Florus ait) occupauit, quod ad decem millia fugitiuorum undiq; confluxêre. Inde ex agris spe rapinæ non parua multitudo egregiè armata illi se coniunxerunt. Et arma partim è proximis uicis petiuere: partim uiatoribus passim surripuerunt. Montem inuadunt undiq; abruptum, præterquam ab una parte quà in summum cacumen per anfractus erat ascensus. Hìc illis unicũ primum studium erat, ut corpora armis munirent: clipeos nonnulli uimineos fecerunt. Hinc latrocinijs omnes uias infestare: prædari deniq;. Claudius, siue Clodius (ut Florus) tumultuosè ex agris cõtractis multitudine trium milliũ armatorum, primus huc acurrit, qui occluso angusto aditu montis, certam conceperat spem breui illius seruilis multitudinis apprimendæ, & sedendo fame in potestatem redigendi. Sed spes eum sua fefellit. Spartacus non paulò callidior, nocte suis author extitit, ut uitigineis funibus contortis sese è rupibus demitterent, & ita à tergo stationem Romanos inuaderent. Cessit Spartaco suum consilium fœliciter: cæsis fugatisq; Romanis, castris eorum comeatu refertis, potitur. Hæc fama uictoriæ non solum fugitiuorum, uerumetiam magnam uim ingenuorum undiq; se huc agglomerauit. Mittitur à Senatu P. Vatinius cum duobus legatis, cum exercitu: iterum uincuntur. Rursus Cosinius, siue Cossius: agitur in fugam amissis omnibus impedimentis. Vatinius ingenti prælio uictus, equum etiam, & lictores amisit. Habebat tum in armis Spartacus septuaginta millia armatorum, ut par uideretur opibus Romanis: & affluebat indies maior, atque maior colluuies sceleratorum hominum. Senatus pudore motus, ciuitatem hactenus inuictã, huic feci, cæsis fusisq; prætorijs, & consularibus copijs cessisse, maioribus uiribus Consules mittit, qui ad Garganum montem profecti, Chrysum (alij Crisum uocant) ex Spartaci Ducibus unum obuiam habuere, triginta millibus peditum instructum. Vincitur cum exercitu Chrysus, & occumbit ipse. Spartacus nuncio cladis accepto, dum per Apennini iuga ductat utrunq; exercitum Consularem insequentem à tergo, & à fronte insequentem, uicit, trecentos Romanorum captiuis Chryso immolatis iter Romam uertit. Verum de hac pugna bis per omnia uariant Plutarchus, & Appianus. Thuriũ inde (Florus Thoram scribit) concessit: occurrit ei M. Licinius Crassus, præmisso legato, ut sine certamine uestigio inhæreret. Sed qua fuit temeritate, descendit in aciem, & fusus fuit. Crassus per Lucaniam progressus, hostem ad mare usque secutus fuit. Duobus prælijs, (uariant in hoc authores) altero matutino, altero circa uesperam, uiginti millibus cæsis: uel ut Liuius, triginta quinq; profligatus fuit. Vt cætera in pauca contraham, Spartacus non con-

a Vetus cod. legit. Et Scythis uictor remeasset oris.
b al. aruis.
c al. hęc & circa.
d al. dices.
Vetus codex discent.

tentus fuit uicorum, & uillarum uastatione, sed Nolam etiam, atque Nuceriam, Turios, & Metapontum populatur. Reuocatur ex Hispania Pompeius à patribus, ubi bellum Sertorianum iam esset confectum. Spartacus eius aduentu cognito, Brundusium iter intendit, fossa, quam Crassus in Chersonesso Rhegini agri duxerat, quam ille occuparat, superata. Verum ubi accepit Lucullum quoque ex Asia reuocatum, illic esse, tum rebus desperatis, omnem uim in Crassium conuertit. Ibi atrocissima pugna Spartacus post incredibilem suorum cædem, uulnere in fœmore accepto, in genua concidit: altero poplite demisso, nonnihil obiecto clipeo hostem distinuit. Cuius casu cætera multitudo, cum magna strage in fugam uersa, in proximos montes se abripuit. Ibi rursum instaurato prælio, ad unum omnes cæsi fuerunt exceptis sex millibus, quos omnes Crassus in crucem sustulit. Laus igitur confecti Seruilis belli penes Crassum fuit.

Simili causa.] *per speciem latrocinij ut ille manu seruorum contracta. Cæsarem Spartaco, eius exercitum seruorum manu comparat. Nam Spartacus fugitiuus rapinis, & latrocinijs cum facinorosorum fece Italiam uastarat. In iure Ciuili, causa cadere is dicitur, qui plus petit. Cicero libro primo de Orator. Ridens, & stomachans Scæuola, cùm Hypseus maxima uoce, plurimis uerbis à M. Crasso prætore contenderet, uti ei, quem defendebat, causa cadere liceret. Cn. autem Octauius homo consularis non manus longa oratione recusaret, ne aduersarius causa caderet. Reprehendit Ci A cero duos Oratores, qui iuris ciuilis ignorantia, quidnam esset, causa cadere, ignorarent. Quintilianus libro septimo, Nam est etiam periculosum, cùm si uno uerbo sit erratum, tota causa cecidisse uideamur.*

Te quoque si superi.] *Spartaci uicti, & Sertorij debellati laudem insolenter sibi uendicat Pompeius, ad quarum rerum titulos, & Cæsarem se adiecturum minatur. Cæterum, quem de ultimis rebus Spartaci, & Crassi gesta fuerunt, paulò diuersus à Plutarcho proditus fuit. Valet in torquendo dex.] Laudat se à uiribus corporis, quibus præter ætatem ualeat: & confirmat milites collatione ducum, & utriusq; exercitus. Depilli exercitato, qui authoritate polleat, fœlix in rebus gerendis, peritus rei militaris: postremò, in quo summa sit uirtus: quæ quatuor in summo imperatore requiruntur, ut Cicero in oratione pro lege Manil.*

Duim miles in illis.] *Quemadmodum Dux non à uiribus, sed prudentia, quàm ætas adfert, & militaris B rei artibus iudicatur, ita miles non tam ab ætate, quam uirtute censendus est. Cæsar cum suis militibus iam decem prope annos in Gallia cõsenuerat qua pueata in Italiam redierat. Videtur tamen eleuare milites Cæsarianos, quasi exercitatos, cùm exercitus eius ex robore ueteranorum fermè constaret.*

Quò potuit ciuem populus perducere? liber
Ascendi, supraq; nihil, nisi regna reliqui
Non priuata cupit Romana quisquis in urbe
Pompeium transire b parat. hinc Consul uterq;
Hinc acies statura Ducum est. Cæsar ne Senatus
Victor erit? non tam cœco trahis omnia cursu,
Teq; nihil Fortuna pudet. multis ne rebellis
Gallia iam lustris, ætasq; impensa labori
Dat animos? Rheni gelidis d quod fugit ab undis,
Oceanumq; uocans incerti stagna profundi?
Territa quæsitis ostendit terga Britannis?
An uanæ tumuêre minæ, quod fama furoris
Expulit armatam patrijs è sedibus urbem.

a Vetus cod. post liber habet interrogat. sic & alius cod. b Vetus cod. cupis, paras. c al. est. deest.

Quo potuit ciuem.] *Epiphonesis in amentiam Pop. Rom. qui Cæsaris potentiam in suam seruitutem armarunt se quidem insciêdisse ad gloriæ usque fastigium, ac supra se nihil nisi dominationem reliquisse: et Cæsarem ad dominatum aspirare, qui se conetur superare.* Nisi regna.] *nisi regnum, enallage numeri.* Non priuata.] *Ego ad summum perueni: ergo qui me superare contendit, dominatum affectat. Cæsar id studet, ut me superet, relinquitur ergo, eum ad tyrannidem aspirare.*

Vetus uterque cod. legit sine inter rogat. ut & ea, quę sequũtur. usq; ad An uanæ. d al. quos fudit.

Hinc Consul.] *Confirmat suorum animos à sua, Cõsulum, & Senatorum authoritate, qui à sua parte stant. Sequitur itaque argumentum à facili, Cæsarem breui uictum iri.* Vterq; Calid. *Lentulus, & Marcellus, de quorum posteriori alibi dicetur.* Cæsar ne.] *Obiectio, quam refutat, à fortunæ prouidentia, quam dicit tam cæcam non fore, ut id fieri patiatur. Mirè uariant codices uetusti, manu scripti à recentioribus. Veteres habent, paras, & cupis, ut multis alijs in locis ostendimus, & alijs in locis ostendetur.*

Teq; nihil Fortuna.] *Aduersio ad fortunam, cuius nutu huc rerum peruentum sit. Aduersio.*

Multis ne rebel.] *Causas quærit, quamobrem Cæsar arma in patria induerit. Constat multos annos, quos periphrastice multis quinquennijs circumscribit, Galliam Pop. Rom. infestam fuisse, & multas minarias ab ea profectas. Lustrum quinque annorum tempus est: & meretricia domus lustrum uocatur.*

Rheni gelidis.] *Calumniatur res gestas Cæsaris. Etenim decimo die, pôte, quo Rhenum mira celeritate iunxerat, absolutato, exercitus fuit in hosticum transmisisse, Cæsar Sicambros, statim inuasit, præsidio utrinque ad pontem relicto. Qui dum ponebatur pons cum liberis, & uxoribus in syluas secesserant. Quorum fines Cæsar ferro, & igni populatus, digressus fuit in fines Vbiorum, qui socij erant Pop. Roman. Paucis interiectis diebus Sueui, qui omnem imbellem multitudinem in syluarum solitudines ablegarant, in unum locum collegerunt pugnandi consilio, si Romanus imperator ad se uenisset. Ratus itaq; Cæsar satis Romano nomini, quod super Rheno, Germanos partum clade ultus fuisset, partim in fugam belli fama compulisset. duodeuiginti diebus trans Rhenum hæsit: inde copias omnes in Gallias rescisso post se ponte, duxit, ne Germanos in Galliam irrumpere uolentibus aliquando usui esset. Eloconsilium Pompeius hoc loco fugam appellat.*

Oceanumq; uocans incer.] *Gallici maris & æstuaria Britannica Oceanum nominat maris incerti, ob perpetuam reciprocationem: & constat in his bellis ad duo lustra Cæsarem hæsisse. Cæsar priusquam copias in Hyber-*

A in Hyberna dimitteret, ſtatuit cum exercitu in Britanniam traijcere. Cauſſa inferendi belli Britannis erat, quod ſatis compertum haberet, ab ijs auxilia Gallis tranſmiſſa fuiſſe, qui oram Oceani accolunt, quos ipſe bello domuerat. In littore Britannico diu certatum fuit cum inſulanis, ad naues uſque occurſantibus. Dubio inde certamine hoſtibus paululum ſubmotis, dõnec alij ſuper alios in littus euadentibus, ſubmotis, Britanni loco pulſi ſunt. Hi miſſis ſtatim ad Cæſarem legatos, pacem exorarunt, datis obſidibus, quos impetrauerat. Naues, quibus equites uehebantur octodecim, in inſulæ conſpectu tempeſtate diſiectæ, & oppreſſæ, poſt longam iactationem, ægrè Gallicum littus tenuerunt. Inde plena luna maior Oceani uis Gallicas naues propè omnes afflixit. Quæ clades, quòd nulla eſſet materia ad farciendas naues, uehementem perturbationem Cæſarianis attulit. Inſulanorum principes per aduerſa hac calamitate, iterum in Cæſarem conIurant. Etiam legionem ſeptimam, quæ frumentatum ierat, inſigni clade affeciſſent, ui Cæſar puluere ex caBſtris conſpecto, cum ſtationarijs cohortibus maturè laborantibus adfuiſſet. Plures inde dies fœda tempeſtate coorta Romanos in caſtris continuit. Interim hoſtes copijs auctis recenti prælio Romanos repetunt: diuerſatur acriter, fundũtur, fugantur{que} Britanni cum inſigni clade. Atque ita afflicti iterum de impetranda pace ad Cæſarem miſere: quia impetrata duplum obſidum numerum, ut imperabatur, tradiderunt. Quibus acceptis in Galliam rediit. Atque hunc in modum Cæſar oſtendit terga Britannis, ſi modo oſtendit. Confecto Teutonico bello, repetiuit Britanniam, quam

Heu demens.] Diſſoluit falſam Cæſaris exiſtimationem, tranſit{que} ad ebuccinationem rerum à ſe geſtarum, quæ magnificè uehit; & mirum in modum dicendo C amplificat, quod poteſt, ut agnoſas magnum oſtentatorẽ factorum ſuorum: ſi modo τὸ μέτριον perſona ſeruat poëta. Por rò heu, non eſt hoc loco dolentis uox, ſed exclamãtis per contemptum. Non te fugunt] Antitheſis, non fugiunt te, ſed me omnia ſequuntur. Atque hinc orditur enumerationem rerum geſtarum ſuarum: primum quidem à bello piratico, quod paucis diebus confecit.

Pirata.] Operepretium fuerit piraticum bellum paulo alterius à primi. Cilicum motibus repetere, rem plane memorabilem. Haud multo pòſt, quàm Pop. Rom. cum Mithridate terra, mari{que} bellare cœpit, è ſuis ſedibus euagati fuerunt Cilices. Hi paruo initio mare latrocinio infeſtare adorti, paulatim dulcedine rei allecti, & Mithridatis opibus adiuti omnia maria latiſsimè infeſta reddidere: hæc maximè occaſione adducti, quod ea tempeſtate res Romana ciuilibus armis eſſet toto fermè orbe implicita, ut ne domeſticis quidem malis, nedum externis mederetur. Cilices Romanorum incuria freti, non ſolum nauras prædati ſunt, ſed & urbes diripuerũt, & inſulas. Hoc ſucceſſu creſcentes, quæſtuoſo latrocinij cõmercio multos in ſocietatem attraxerunt. Habebant multis in locis præſidia, & ſtationes maritimas. Hoc aſſiduo quæſtu in tantum creuerunt eorum opes, ut auratis nauium rudentibus, ac malis uterentur, purpureis uelis, & remos æris loco argento præmunirent. Iam 50. urbes paſsim ab his tenebantur, & mille amplius piraticæ naues littora circumquaq; infeſtabãt. Sed ne Aſylis quidem ac templis parcebant, quorum præcipua referuntur, Clarium, Didymeũ, Samothracium, telluris Fanum, in Hermione, Aeſculapij in Epidauro, Neptuni in Iſthmo, Tænaro, & Calabria Thraciæ, in Actio, & Leucade, Apollinis: Iunonis in Samo, Argis, & Laconia: præter iſta alia diripuere. Ab his piratis Cæſar fuit captus: Sextilius item, & Belinus prætores urbis, & matronæ aliquot nobiles. Sed & P. Clodius in eorum poteſtatem uenit ille, à quo Cicero poſtea in exilium actus fuit. Cùm iam nihil toto mari tutum eſſet. Aulus Gabinius rogationem

Britannis.] Inſulæ eius forma triquetra eſt fermè, ut Sicilia, triginta circiter millibus paſſuum: Tranſitus ab Icio portu (Calecum hodie uocatur) in inſulam. Eo latere, quo Galliam ſpectat, ab oſtijs Rheni, ad Pyrenæi arcta ex aduerſo prætenditur. Ab Icio, unde Cæſar ſoluerat, trecenta & uiginti ſtadia. ut modo dictum eſt. Alij paulò diuerſius. Plinius à Geroſiaco Morinorum gentis latere proximum traiectum prodidit, quin quagenũm millibus paſſuum. Quondam Albion Inſula dicta fuit, hodie Anglia, ab Anglis Saxonum gente, quæ ſub Valentiniano illo, qui ex Conſtantio & ſorore Honorij Placidia natus imperauit, eam inſulam ingreſſa tenuit. Quidam arbitrantur, Anglos in totum Germanos eſſe origine: & notum eſt Scotos inde ortos. Circuitus Britanniæ habet uicies centum millia paſſuum. Ad Occidentem ſolem Britanniæ, Hiberma adiacet, dimidio minor inſula, pari ſpacio ab ea diſtans, quàm illa à Gallia. In medio traiectu, inſula Mona eſt. Cæſar Britanniam uidit magis, quàm uicit, idq; ob eius magnitudinem. Poſtea Claudij Imperij armis propius innotuit. Ad poſtremum Veſpaſiani ductu Romano Imperio tota adiecta fuit.

Vanę tumuêre minæ] inefficaces, & ſine uiribus, quaſi tuo aduentu territi urbem deſeruerint ciues, cùm mea ſigna ſint ſecuti, & Conſularem maieſtatem quod pro Cæſare eſt, id ad ſe attrahit. Nam plures propè Cæſarem, quàm Pompeium ſequebantur.

Heu demen, non te fugiunt, me cũcta ſequuntur.
Qui cum ſigna tuli a toto fulgentia Ponto
Antè bis exactum, quàm Cynthia conderet orbẽ.
Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit,
b Anguſta{que} domum terrarum in ſede popoſcit.
Idem per Scythici profugum diuortia ponti
Indomitum regem, Romana{que} fata morantem
Ad mortem Sylla fœlicior ire coegi.
Pars mundi mihi nulla uacat, ſed tota tenetur
Terra meis, quocunq; iacet ſub ſole, trophæis.
Hinc me uictorem gelidas ad Phaſidos undas
Arctos habet, calida medius mihi cognitus axis
Aegypto, atq; umbras nuſquam flectente Syene.

a Vetus cod. medio fulg.

b Vetus cod. Auguſta{que}. Item, & alter cod. in quo: ſiue in, legitur.

tionem tulit ad populum, ut maris imperium Pompeio deferneretur, à Gaditano freto, ad Syriam, & Pamphiliam: ab Hellesponto, ad Lybiam & Aegyptum. Pompeius 15 ex Senatorio ordine legit, quibus suo arbitrio legatorum nomine uteretur: sumpsitq; tantam ex ærario pecuniam, quanta satis erat ad alendam classem. Quin ad hoc bellum, reges, dimastæ, & socij Pop. Rom. auxilia, pecumas, & commeatum misere. Et ne quà hostibus pateret effugium, circa omnes oras maritimas singulos legatos cum certo nauium numero disposuit: ipse cum sexaginta lectis nauibus, Tyrrheno mari, Siculo, Sardoo, Libyco, prius lustratis, quod quadraginta diebus perfecit, in Ciliciam, quæ ora prædonum erat, iturus prius Romam diuertit: inde Ionium emensus Athenas uenit. Athenis in Ciliciam traiecit. Hîc multi piratarum supplices se dediderunt. Recepit inde Coracesium, & alia obscura quædam loca, quæ piratæ cum uxoribus, ac liberis insederant. Hi uno nauali prælio fracti, quod sub Pompeij accessum fuerat commissum, tandem in potestatem uenerunt. Appianus ne pugnatum quidem scribit. Dedita feruntur uiginti millia hominum. Piraticæ naues captæ 306. Bellum breue quadraginta dierum & ineruentum.

Ponto mari.] Nam naues 270 instructas eduxerat.

Ante bis.] Duobus mensibus Lunaribus. Luna uiginti & septem diebus, & horis sex lunarem mensem efficit. Angustaq.] Pompeius prædonum turbam procul à mari ablegatam partim Solis urbe in Cilicia, per id tempus à Tygrane propè in solitudinem redacta, partim Dymis oppido Achæorum collocauit. A nouo hac colonia Solensium urbs Pompeiopolis appellata fuit.

Idem per Scythici profug.] Idem Pompeius Mithridatem regem Ponti, quem hoc loco indomitum regem uocat, graui bello uicit. Confecto bello Piratico, cùm adhuc esset Pompeius in Cilicia, accepit per literas è Roma, rogatione Manlia, suadente Cicerone, Mithridatici belli prouinciam plebiscito sibi decretam, id quod omnes copias, quæ per id tempus in Asia erant, suo imperio adiectas esse. Nouæ sub hac rogatione prouinciæ illi additæ sunt, Phrygia, Lycaonia, Galatia, Cappadocia, Cilicia, Colchis, & Armenia, Pompeius tanti imperij nuncio accepto, femur suum percussisse dicitur, ac cum gemitu pronunciasse: heu infinita certamina: quanto satius fuisset, ignobilem nasci, si à militari cura nunquam discedendum sit. Præstaret, ut tanta exoneratus inuidia, in agris cum uxore, ac liberis tranquillè in secessu, & otio consenescerem. Cæterùm accepto exercitu à Lucullo cum magna contentione, Gallacia Mithridatem expulit, quam statim post discessum Luculli occupauit. Tendentem regem ad Euphratem cursu est assequutus, compulitq; ad pugnam. Habebat Mithridates in castris, triginta millia peditum, & duo millia equitum. Quibus fermè omnibus cæsis cum tribus tantum euasit. Alij eum cum scutatorum globo ad Inorem uenisse scribunt, unde à thesauro suo sex millia talentorum in milites reliquos distribuit. Inde iter in Armeniam tendit. Pompeius, qui Mithridatem in Colchidem usque fuerat sequutus, ulterius hostem insectari desijt. Hîc cognito Orazem, & Tocum reges, alterum Iberum, alterum Albanorum, cum septuaginta millibus hominum super Cydnum amnem sedere: eos assequutus ubi profligasset, ad deductionem compulit Iberibus superatis ad Caspium mare stetit. Axit iter: ac mox in Tygranem omnem bellum auertit. Taurum transgressus Antiochum primum, inde Dorum Medorum regem, qui cum Tigrane socia arma iunxerat, uicit. Bellum sub ista in Iudæam transtulit contra Aristobolum: mouitq; castra ad Hierosolymam. Quæ accepta cum regia pecuma, cum diuinis humanisq; omnibus regressus fuit in Syriam, quò Mithridates legatos miss, ad impetrandam pacem, tantum petens, ut ex omnibus gentibus, quæ 22. erant, paternum solum regnum reinqueretur, & quidem tributarium. Responsum fuit pacem quidem impetrari posse, si ipse Tigranis exemplo ueniret, ut pro se supplex deprecaretur. Hoc responso motus rex, bellum renouare conatur. Expugnata arce, in qua quatuor Mithridatis filij erant, sequuta fuit Cheronesi defectio, & omnium circa Pontum locorum.

Idem per Scythici.] De Scythia alibi multus à nobis habitus est sermo. Romanaq; fata.] perpetuum uictoriarum cursum renouantem, quod subinde rebellaret. Ad mortem.] Mithridates omnium gentium auxilijs destitutus, ad Gallos fugere in animo habuit, ut cum his iuncta societate Italiam inuaderet cùm audiret Pharnacem filium longè charissimum ad Romanos defecisse. Habuit Mithridates in capulo ensis uenenum, quod ad omnem usum præiens circumferebat, quo mixto duabus filiabus prius extinctis, ipse eo sæpius hausto eximi nequiuit, quod antidotis, & medicamentis ab inuente ætate assuetus aduersus domestica fraudes & insidias fuisset. Quare Bithynum unum ex Celtarum ducibus, qui ibi fortè aderat, precibus ad se contudiendum ferro compulit ne uiuus in hostium potestatem redactus in triumphum Romam abduceretur. Sic perijt Mithridates, cognomento Eupator.

Sylla fœlicior ire.] Alluxit ad Syllæ fœlicitatem, qui hunc ad uenenum, aut aliud quoduis mortis genus cogere non ualuit, sed facta cum eo pace, Romam cum exercitu rediit. Pars mundi.] Alia propositio uniuersalis, quam in partes diduxit, κατὰ μέρος. Trophæis.] Erat enim τροπαῖον, signum eo loco erectum, ubi hostes in fugam uertissent, παρὰ τὸ τρέπω, uerto, τὸ τροπαῖον. trophæum, tenui in aspiratam uersa. Quocunq; so.] Sub quocunq; mundi climate, quacunq; plaga, quam Sol perlustrat. Phasidos undas.] Ad Septentrionem sua signa tulisse se iactat. Nam cùm Mithridatem in colchidem usq; sequutus fuisset, eum ulterius persequi desiit. Est autem Phasis amnis Colchidis Maximus, & clarissimus, de quo alibi Lucanus Colchorum, qui rura ferat diuissima Phasis. Quo nomine etiam urbs iuxta fuit Plinio. Strabo tradit fluuium centum, & uiginti priùs ibi ingi, antequam in Pontum perueniat. Adeò enim magnus est, ut hinc inde magnum fluuiorum numerum accipiat, quorum præcipui, & nauigabiles sunt, Glaucus, Hippus, Cyaneus. Quamuis Ptolemæus Hippum, & Cyaneum seorsim in Pontum influere dicit Valerius Flaccus de Phaside.

Magnus ubi aduersum spumanti Phasis in æquor
—— Ore ruit.

Strabo. Φᾶσις ὁ ποταμὸς ἐξ Ἀρμενίας λέγεται ῥεῖν διὰ μέσου, τοῦτο ἴσμεν, καὶ ὑπὸ πλοίων, καὶ ἐξ οἰκισμῶν ἐπ' αὐτὸν ἐκ τῶν πλαγίων ὁμοίως ἐμβάσεις πόλεως. id est, Phasis amnis ex Armenia

A Armenia defluens recipit, Hippum, & Glaucum: egredituŕq; in Pontum, prope eiusdem nominis urbem. Iniectionem tradit Plutarchus, ἐν τῷ περὶ ποταμῶν. Pompeius dilapso ex Colchide Mithridate, pro magno duxit negotio, omnia de Iasonis in eam terram accessu arguenta perdiscere. Multi auriferi fontes è Caucaso fluunt. Locorum accolæ pelles in imagine uada demergunt: aurum uelleribus implicitum legunt: unde de aureo uellere tanta fabulandi materia poëtis præbita fuit. Sulpitius, Phasidem ultra ostia Tanais, in Pontum fluere dicit: quod, inquit Glareanus, corruptum puto: nam lõgè quo minus restitui possit, in caussa est, quod non citatorem, unde ea descripsit, quod ferè solet. Hæc Glareanus. Arctos.] Per Arctum, hoc est, ursam, plagam Septentrionalem indicat cui subiecta est Phasis, cum Colchide, aliisq; Ponticis nationibus.

Calida Syene.] Septentrioni opponit plagam meridionalem, ubi etiam tutor pueri regis Ptolemæi à Senatu datus fuerat, & sub Sylla antea adolescens circa eam mundi plagam res magnas cum exercitu gesserat.

Vmbram nusquam flectente Syene.] Amplificatio expeditionis suæ per eas terras. A' fine Aethiopiæ, insula Syene Aegypti ditionis incipit: quousq; & Aethiopicum limitem ingressus Strabo Amasenus totam eam regionem perlustrauit, temporibus Augusti. Nomen habet à Syene Daëti filio. Inter oppida Aegypti interioris, nulla est post Thebas, Syene clarius, casu magis, quàm uirtute. Nam cùm ab Astrorum peritis apud ueteres terra secundum latitudinem in septem partes, quas climata dicerunt, divideretur, (Appianus propter neotericam tamen observationem in nouem secat) ab urbibus, aut fluminibus, aut regionibus, aut insulis, aut montibus illustrioribus climatibus sua nomina muenerunt. Est autem clima spatium inter duos parallelos conclusum, in quo ad semihorum mutatur horologium. Ab æquatore, utrinq; ad polos perpetuo dies fiunt æquales. Climatum nomina hæc recensentur. Dia Meroës: dia Syenes: dia Alexandrias: dia Rhodon: dia Romes: dia Pontos: dia Boristhenes: dia Rhipheon: die Daniae. Iisdem nominibus etiam recensentur meridionalia climata, præfixa præpositione ἀντι, hoc est, contra, ut, anti dia Meroës: anti dia Syenes. Itaq; parallelus Caneri propè terris imminet: qui cùm Solem sustinet radijs perpendiculariter decussatis, hora meridiei nullam corporibus umbram reddit, sed absumit. Atq; hinc Syenen nullam umbram flectere dicit Lucanus, ubi Sol primum punctum Caneri tetigerit: secus fit in ascensu, & descensu. Eo nomine Thebais ueteribus celeberrima facta fuit. Plinius lib. 2. cap. 72. Simili modo tradunt, inquit in Syene oppido, quod est supra Alexandria, quinq; millia stadiorum Solstitij die medio nullam umbram iaci: puteumq; eius experimenti gratia factum, totum illummari. Ex quo apparêre, Solem illi loco supra uerticem esse: quod etiam in Italia, supra flumen Hypasin fieri tempore eodem. Onesicritus scripsit. Hæc Plinius. Medium Axem exponit Sulpitius, meridiem. Die enim Solstitiali, qui in primum punctum Caneri incidit, linea meridionali nullam sibi sol reddit umbram secus cùm oritur, & cum uergit ad occasum. Macrobius, rem quidem, inquit, attigit Lucanus, sed turbauit uerum. Non enim nunquam flectit, sed uno tempore. Sed calumnia uerius est Macrobiana, quam sincerum iudicium. & expositio loci huius cùm poëta de Solstitiali puncto tantum loquatur. ut modo dixi.

Occasus mea.] A' Meridie ad Occasum magnat, hoc est, in Hispaniam. Hîc à Perpenna Sertorio occiso, ipse in hostem profectus Perpennam

Occasus mea iura timet, Tethymq; fugacem
Qui ferit Hesperius post omnia flumina Bætis.
Me domitus cognouit Arabs, me Marte feroces
Heniochi, notiq; erepto uellere Colchi.
Cappadoces meâ signa timent, & dedita sacris
Incerti Iudæa Dei, mollesq; Sophenæ:

al. timent.

cis nuncio cognouit Mithridatis interitũ. Plutarchus eum in Arabiam tum fuisse tradit, Iosephus in Iudæa, cùm in Aristobolum moueret. De Arabia Fœlici, Deserta, & Petræa alibi dicetur

Heniochi, notiq; erepto uellere.] Mithridates ubi comperit Tigranem iuniorem à patre ad Colchos defeciisse, & percussoribus sua præmia esse proposita, in Armeniam iter intendisset, per Colchidem & Dioscoros, per Heniochos ad Bosphoros penetraturus. Erant Heniochi à Græcis oriundi. Nam ut Dioscurias, ita oppidum Heniochi, Castoris, & Polluci in eas terras aduentum coarguunt. Terra, & ipsa gens ab his nominata est. Hos Aristoteles carne humana uesci arbitratur. Ptolemæus Heniochos in Sarmatiæ Asiaticæ Chersoneso collocat, quæ Tauricæ opposita est, inter Cercetas, & Suantolchos. Apud Strabonem uariè ponuntur, id quod etiam annotauit Glareanus. Apud eorum montes Araxes fluuius oritur, si uerus est Solinus, quod negatur à multis. ἡνίοχοι, à Græcis dicuntur. Colchi.] extima regio est ad occasum, & nobis proxima, non historia modo, sed fabula Medeæ & Iasonis, & expeditione Argonautica aurei uelleris ergo celebrata. Is tractus auri, metallíq; diues est, Veteres

perculũ fuit à seruitijs Pop. Ro. motum. Tethymq;.] Bætis fluuius ex Tarraconensi agro demissus, per hanc fere mediã, sicut nascitur uno amne contra Gades decurrit. Inde ubi nõ longè à mari magnum lacum fecit, quasi ex uno fonte, inquit Mela geminus oritur: quantusq; simplici alueo uenerat, tantus singulis effluit. Tum alter sinuatusq; ad finem prouinciæ inflectitur, & ad radices Mariani montis in Gaditanum fretum infunditur. A' Bæti ipsa regio Betica olim dicta fuit: hodie regnum Granadæ. Inter multa oppida, Corduba & Hispalis, coloniæ quondã Romanæ, maximè illustres sunt: Quà uerò meridia fronte in Oceanum excurrit, Lusitania est. Aua fluuio à Betica discreta. Ibi oppidum Vlisippo: præter quod Tagus haud procul inde in occidentalem & ipse effunditur Oceanum, medius inter Anam, & Dorium amnes.

Arabs, me Marte feroces.] Transit ad ortum. Scribunt Pompeium apud Scipionem fuisse, cum ex Pharma

Colchos Aegyptios origine fuisse crediderunt, atque in his terris consedisse, cùm Sesostres Aegyptiorum rex armis, & opibus potens Europam inuasisset, & Scythiã tentasset, & parte exercitus relicta in Aegyptum rediret, Valerius Flac. libro 4. Argonauticõn, ubi Iasonem fingit templi picturam admirante, Cunabula gentis, inquit,

„ Colchidos hic, ortusq; tuens, ut prima Sesostres
„ Intulerit rex bella Getis, ut Clade suorum
„ Territus hos Thebas patriumq; reduxit ad amnem.

Phasidis hos importat agris, Colchosq; uocari Imperat. Celebratur Colchi linificio, non diuerso admodum ab Aegyptiaco, quod Sardonium appellatur à Græcis, & ab Aegyptijs inductum. Inter mediterranea oppida, ut Surium, ita inter maritima, Dioscuriat emporium adeò celebre fuit, ut Romani 130. interpretibus negotia Dioscuriadegesserint, ob tam dissonas linguas gentium, quæ illo confluxerã. Sita est, ut Strabo testatur, Colchis, inter Moschicos, & Caucasios montes. Idem etiã tradit Heniochos, Achæos, & Zygios sicrilem admodũ terram colere. Latrocinijs Ponticum mare infestare leuibus admodum nauiculis, quas in humeros fustollunt, & in syluis abscondunt, quod mare importuosum sit, & montes Caucasios transeat.

Cappadoces] παππαδόκην ποτ' ἔχιδνα δάκεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ πάτβιε γευσαμένη φόνου & ioβόλου, hoc est, Cappadoces aliquando uipera mala momordit: sed & ipsa interijt, uenenoso sanguine gustata. Sunt qui Cappadociam, quæ à Cappadoce flumine nomen sortita est, Minorem Armeniam uocent. Alij Armeniæ partem esse existimant. Nam occasum uersus ab Euphrate minor Armenia panditur, qua parte Cappadociæ limitibus terminantur, quam à Septentrione Pontica regio: à meridie Cilicia, & Imaus mons claudit. Reliquam uerò Cappadociam, Scordiscus minori Armeniæ subtrahit: superiorem Antitaurus terminat. Quæ hinc trans Melam amnem, ad Euphraten, Comagenen, & Ciliciæ montana panduntur, à Ptolemæo ad minorem Armeniam referuntur. Itaq; bello Mithridatico confecto, Ariobarzani Cappadociam concesserunt Pompeius. Cappadocum mores, parum sincera, quod uulgò ueteribus fuerit iactatum, τρία κακὰ κακῶν πάντων, ut Cretum, Cilicum, & Cappadocum.

Iudæa.] In Iudæa contra Aristobolum duxit Pompeius, quo capto, dedita fuit & Hierosolyma, & templum magna clade hostium expugnata: primisq; omnium Faustæ Syllæ dictatoris filius in illud irrupit. Captum autem fuit Sabbatorum die, quo Iudæi omni humano opere feriati agunt. In huius expugnatione duo, & uiginti hominum millia cæsa traduntur.

Incerti Dei.] Imò ueri, & certi, cuius aram sibi uisam Athenis Paulus testatur in Actis, cum inscriptione, Ignoti Dei.

Molles & Sophenæ.] Cùm autem Syria latè liteatque alijs nominibus appellãtur. Nam Syria Cælecitur, & Mesopotamia, Damascene, Adiabene, Babylonia, Iudæa, & Sophene. Palæstina uocabatur, quã complegit Arabes, & Iudæam, inquit Plinius & Cælesyrian Phœnice, & qua recedit intus, Damascena: ac magis etiã meridiana, Babylonia. Et eadem Mesopotamia, inter Euphraten, & Tigrim, quaq; transit Taurum. Sophene citra uerò eum Comagene. Idem paulò pòst, libro 6. capite 9. à Sophenis tradit iuga Ceraunia ultra adiacentes. Molles Sophenas, opinor, uocat, propter luxum Asiaticum.

Cappadoces.] Quin & illud annotandum diui Macedones cùm Cappadociam in duas Satrapias diuisam Persis accepissent, in regna distinxerunt: in minorem Cappadociam, quæ Taurum spectat, quam propriè, Cappadociam nominarunt: & in alteram Ponticam. Cæsar post obitum Archelai, unà cum Senatu decreuit ut ea prouincia esset. Cappadoces antea Leucosyri dicti fuêre: postea nomen mutatum, fuit ab anno, ut paulò ante dictum est.

Armenius] Sub primum Pompeij in Armeniam accessum, iunior Tigranes ad Romanos defecit, nulla publica, aut priuata fide interposita, in illius conspectum uenit: à quo clementer acceptus, incredibile dictu, quanta munificentia in Romanos fuerit usus. Sex millibus talentorum, hoc est, bis mille milibus, & bis octingentis milibus Pompeio datis, quinquagenas drachmas militibus donauit: legatis, & turmarum ducibus dena millia. Pompeius hac profusa largitione multo amicitior factus, patri filium in graciam reconciliauit: cui etiam regnum Sophenes, cuius modo meminimus, & Gordienes per legatos deditum restituit. Atq; postmodum ea minor Armenia nuncupata est. Duas Armenias faciunt scriptores: maiorem, & minorem: Maior ab intimis fauibus Euxini, & Caspij sicut in Austrum progressa, à Septentrione montes Moschicos habet: & ex Hiberia uenientem amnem Cyrum excipit. Ab Ortu Caspio mari, & montibus Caspijs, è Media exporrectis excipitur. Occasum claudit Euphrates. Ab Euphrate uerò Occasum uersus minor Armenia incipit, & ea parte contigua est Cappadociæ, quam à Septentrione Pontice gentes contingunt. A' meridie Cilicia est, & Amanus mons. Ipsa regio ut mercatoribus longè maximè frequentatur, ita opibus Asiaticis supra modum pollet. Ab Occasu Pariedri, & Scordisci latus leuiter claudunt. Iugum Tauri à Cilicia descendentis superiora eius Occasu brumali fuit. Oppida habet Nicopolim, quam condidit Pompeius, Theodosiam, Sebastiam, Comanam, & Chrysen. Tradunt receptissimi scriptores, Armenios in bello Scytharum, & uetustitu uti, Scytharum, inquam, qui hodie Tartari dicuntur, quorum armis aliquandiu paruerunt. Litteræ Armenijs, à cæteris gentibus diuersæ, & quæ Armeniæ dicuntur, Mons est Ararath, in quo post diluuium arca Noah subsedit, cuius uertex perpetuis niuibus riget, quamobrem inaccessibilis. Prodiunt in summo uertice nigrantem quandam speciem apparere, quam uulgus eius regionis uetustam illam catastrophi arcam esse arbitrantur. Alij in Gordiæi montibus Armeniæ arcam desiliutam tradunt. Sed uotibus אֲרָרָט lumen sacrum Genes. capite 8. habet חַרֵי אֲרָרָט hoc est, super montibus Ararat, quod Latinus interpres

Armenios, Cilicasq; feros, Taurosq; subegit.
Quod socero bellum, præter ciuile reliquit

A turpret uertit, *super montibus Armeniæ*. Græca transfatio legit quoque ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ ἀραράτ, in montibus Ararat, sed repetito articulo τὰ, ut ostendatur singularis montis altitudo.

Ciliciaq; soros.] *Cilicia media est inter Phœnicem, & Pamphiliam ad meridiem, quà Cyprum perlego obuersa spectat, & tota mõtanis clausa est, nisi ubi mare ad meridiem montibus includitur. Ad Septentrionem, Cappadocia, terris quibusdam minoris Armeniæ: ab Ortu, Syria ab Occasu Pamphilia, & Tauro sequestro dirimitur. Ad meridiem, Isicum habet sinum, ad Issum oppidum usque. Quo quidem loco angustia: per Amanum montem Syriam aperiunt. Portæ Amanicæ, & Pylæ, Syriæ etiam portæ scriptoribus dicuntur: quod portis perinde ut Caucasiæ, & Sarmaticæ claudi queant. Occasum uersus, ad Anemurium promontorium, & amnem Melam horrenda montana eam exasperant, in quibus Ciliciæ portæ alicubi sunt periculoso Alexandri Magni transitu celebratæ. In Cilicia Pompeius piratas domuit.*

Taurosq; subegit.] *Synecdoche, hoc est, Tauri montis accolas. Primùm Lycia à Lyco Pandionis nominata, & infestata Chimæræ ignibus, Sydæ portu, & Tauri promontorio ingentem sinum claudit. Taurus ab Orientalibus littoribus exurgens in uastã altitudinem attollitur. Inde dextro latere ad Septentrionem, sinistro ad meridiem uersus recto, & perpetuo iugo in occidentem procurrit: & magnarum multarumq; gentium, quà modo dorsum, modo brachia proiecit, terminus. Vbi terras diremit, exit in pelagus. Eodem nomine totus, quà orientem spectat, dicitur. Deinde Hæmodes, & Caucasus, & Paropamisus. Mox Caspiæ Pylæ, Niphates, & Armenicæ Pylæ: & ad nostrum mare rursum Taurus. Atq; ita bifariam Asiam intersecat in longum, initio à Mycale Ionica sumpto ad extremos Indos usque, latitudine nonnunquam trium studiorum. Quod sortitaque concludit Cæsarem nullum bellum, nisi Ciuile moliri, cũ ipse suis armis totum orbem domuerit, neq; usquam gens sit ulla, armis debellanda amplius.*

B Verba ducis nullo.] *Orationem põ. preij in speciem magnificã partes nullo plausu, nulloq; acclamatione prosequutæ fuerant, quod is nondum ad pugnam satis instructus esset: siue quod in extrema Italiæ, quò omnes undique ex notis delectibus conuenire iussi erant expeditior nauigatio in Macedoniam esset: & ob id uisum fuit reuocare signa, & Brundusium contendere.* Nec matura.] *Amphibolũ utrũ petunt classica promissæ pugnæ, an nõ. Nec petunt Classica pugnæ: uel sic, petũt classica, nõ matura ad pugnã. Sed illud rectius, nõ potuisse pugnandi copiã, nondũ maturã ad conflictum. Et notum Ciceronis camillum est, qui cùm in castra Dyrrachina paulò serius uenisset reliquis, interrogatus cõtemptũ à Pompeianis, cur tardius adesset, respõdit quod maturè satis ueniret, quod nihil parati ad bellum inueniret.* Senfit & ipse metum Magnus.] *Hic uerti, manu in membranis Italicis characteribus scripto. Caussa est, cur ne Pompeius ipse quidem pugnæ copiam poposcerit, quod trepidarit.*

Placuitq; referri.] *Retro Brundusium duci cohortet.* Pulsus ut armentis primo cert.] *A' comparatione sumpta à natura tauri, ab armentis pulsi, trepidationem Pompeij subijcit. Constat tantum aggregari cum uaccis, & cum ijs in eisdem pascuis agere, coitus tempore iam appetente: sed tum pessimè illi conuenire cum taurorum armentis, & bellum inter se gerere, cùm alijs temporibus optimè inter ipsos conueniat, & ijsdem pascuis utantur.* Secreta petit.] *Secessum, & abditas siluarum solitudines, in quibus iram exercens, quod uiolentus fugerit, arboribus cornibus incursat, & ea tentat, quid ualeat.* Necredijt in pastus.] *in pascua, unde fugerit.* Cernice recepta.] *uiribus ceruicis rursum collectis, quippe cui omne robur in ceruice, ac cornibus situm sit.* Tori.] *pulpa ceruicis, cuiusmodi est densitas carnis in collo ceruicibus, & brachijs. In toris uires maximè esse creduntur in animantibus.*

Sic uiribus impar.] *applicatio rei. Ad eundem modum Pompeius cum uideret se inimicis uiribus imparem reliquit Cæsari Italiam, & per Apuliam Brundusium petiuit. Sic Cæsar. Pompeius his rebus cognitis, quæ erant ad Corfinium gestæ, Lucerna proficiscitur Canusium, atq; inde Brundusium copias omnes ex nouis delectibus ad se cogi iubet: seruos, & pastores armat his equos attribuit: ex ijs circiter trecentos equites conficit.*

Verba ducis nullo partes clamore sequuntur,
Nec matura petunt promissæ classica pugnæ,
Senfit & ipse metum Magnus, placuitq; referri "
Signa, nec in tantæ discrimina mittere pugnæ "
Iam uictum fama non nisi Cæsaris agmen.
Pulsus ut armentis primo certamine taurus
Syluarum secreta petit, uacuosq; per agros
Exul in aduersis explorat cornua truncis:
Nec redit in pastus, nisi cùm ceruice recepta
Excussi placuere tori, mox redita uictor
Quoslibet saltus comitantibus agmina tauris
Inuito pastore trahit: sic uiribus impar
Tradidit Hesperiam, pfugusq; per a Appula rura
Brundusij tutas b conscendit Magnus in arces:

In uetustiss. codice hi duo uersus desiderantur. Senfit & Signa.

a Vetus cod. habet, Inuiso & per Appulia regna.
b al. cõsedit.

Appula rura.] *Post Togatam Galliam, statim sequuntur Italici populi: Picentes, Ferentani, Dauni, Appuli, Calabri, Salentini, unde promontorio cognomen. Tria Appulorum genera recenset Plinius. Ab Hydrunto, inquit, Soletum desertum, deinde Fratuerium, portus Tarentinus, statio militum Lupia, Balesium, Cœlium, Brundusium. L. M. pass. ab Hydrunte. In primis Italiæ portu nobile: ac ueluti certiore transitu, sicuti longiore exciente Illyrica urbe Dyrrachio C C. XX. M. pass. traiectu. Brũdusio conterminus pediculorum ager 9. adolescẽtes, totidẽq; uirgines ab Illyrijs 23 populos genuere: Et mox: Hinc Apulia, Dauniorum cognomine, à duce Diomedis socero, in qua oppidum Salapia, Annibalis meretricio amore inclitum: Sypontum, Vria, amnis Cerbalus: Dauniorum finis, portus Agasus, promontorium montis Sargani, à Salatino, siue Iapygio C XXXIIII. M. passuum ambitu: Gargani portus: Garnæ, Larus Pantanus, Flumen portuosum Frento, &c. Cæterùm Apulia cãpestris est, & tota calida, & ob id pecori alendo hibernis mẽsibus idonea qua maximè. Feracissima hordei, tritici, uini, & olei. Quin & lana Appula laudatissima,*

& quæ in Italia Græci pecoris appellãtur. Appulæ breues mihi, nec nisi penulis celebres. sed circa Tarentum, & Canusium summã nobilitatem habent. Brundusij] Vltra promontorium, quod Apæninus facit, Isthmo peninsulæ Calabricæ oppositum Brundusium est, ex cuius portu in Epirum oppositum commodissimus traiectus est. Et Brũdusio trans mare duplex nauigatio est, authore Strabo. Altera in Epirum, & Ceraunia, altera Dyrrachium longior: ac maior superiori: portuosa ipsa urbe, sed multi portus excipiunt, adeò ut ipsa species cerui cornibus assimiletur, unde etiam illi nomen est, totus locus una cum urbe capiti ceruino assimilis est: cur Messapiorum lingua Brũdusium, caput ceruinum apppellatur. ἡ μεσαπίων καλουμένη, βραχυτέρα, ἡ κεφαλὴ τῆς ἐλάφου καλεῖται, inquit.

a al. quondã. b al. Creta profu. c al. arcum. d al. sulcum. e al. qui. f al. laxas. in uetusto exemplari.

Vrbs est.] Descriptio urbis Brunduſij ab origine gentis, & eius conditoribus, à uetustate, qualitate, situ, usu, et adiacentibus locis, ac natura portus, marisque Hadriatici æstu, ac uiolentia. Antequam ad explicationem huius loci perueniamus, operæpretium non contemnendũ fecero, si ueteram historiam, ut à scriptoribus historiarum prodita est, altius ab origine repetã, omisso narrationibus fabulosis. Theseus tertio tributi tempore, querelis ciuium suorum aduersus patrem perpulsus fuit, cur extra sortem Minoi se dandũ obtulerit. Collaudata ab omnibus ciuibus populari indole, & fortitudine adolescentis, cum neq; precibus, neq; lacrymis paternis ab instituto abduci ualeret. Conscensa naui patrem hortabatur, ne suã uitam pro deplorata haberet, sed certam spem conciperet, quin periculi magnitudinem uel ingenio, uel uiribus corporis uinceret. Pater his uerbis Thesei in spem futuri successus erectus, cùm ab initio nautis nigra uela in mœroris argumentum dedisset, quibus Cretam peterent, addidit & alba, ut si secunda fortuna omnia succederent, ijs in Atticã renauigarẽt. Simonides punicum fuisse ait. Nauis rector fuit Masyadas Pherecles: uel, ut Philochorus, Nausithous Salamnius. Tradunt Theseo prius Delphis sacrificanti oraculo responsum fuisse, fœlici euentu Veneris beneficio eum usurum. Omissis hîc, quæ de Labyrintho, & Minotauro prodigiosè fabulantur poëtæ, Taurus re uera uir fuit gladiatorio corpore, ac uiribus, & singulari ferocia, quique in certaminibus uincere assueuisset. Hic morum insolentia, & credita stupri consuetudine cum Pasiphae multa apud insulanos, & regem flagrabat inuidia. Instabat certamen, in quo nemo audebat cum homine congredi. Theseo petenti facilè id concessum fuit. Superauit Theseus Taurum. Aderat spectaculo Ariadna, quæ tacitis oculis perlustrata Thesei forma, uni ei optauit nubere. Minos, ut maiori ignominia Taurum notaret, Theseo obsides restituit, & in perpetuum tributum Athenienſibus remisit. Citatur à quibusdam Clidemus historicus, qui prodidit, Theseo in Cretam nauigandi causſam fuisse. Dædali fugam, quẽ Minos secutus, cùm in Siciliã diuertisset, ibi morbo fuerit consumptus. Sunt qui Dædalum non Athenas sed in Siciliam naui delatum prodiderunt. Rursum alij eum in Italiam prouectum, ac circa Cumas in campis Phlegræis consedisse. Rediit Theseus incolumis, sed nimia lætitia occupatus Aegei patris mandata non obiuit. Nam cum ijsdem uelis, quibus soluerat, ex alto in terra cursum tenuit, & ducis amissi spe-

Vrbs est Dictæis *a* olim possessa colonis,
Quos profugos *b* Creta uexere p æquora puppes
Cecropiæ, uictum mentitis Theseа uelis,
Hanc latus angustum iam se cogentis in *c* arctum
Hesperiæ, *d* tenuem producit in æquora linguã,
Hadriacas flexis claudit, *e* quæ cornibus undas,
Nec tamen hoc arctis immissum faucibus æquor
Portus erat, si non uiolentos insula Coros
Exciperet saxis, *f* laxas q; refunderet undas.
Hinc illinc montes scopulosæ rupis aperto
Opposuit natura mari, flatus q; remouit,
Vt tremulo starent contentæ fune carinæ.

cies præberet, pater senex nigra carbasa conspicatus, & deteius uita actum arbitratus, è specula in subiectum pelagus se præcipitẽ dedit, unde mari Aegæo nomen datum uidetur. Caterùm Maro quoque refert, Dædalum in Bstatur, Dædalum in Italiæ ora post fugam consedisse, ac cõsecratis alis fuit, Phœbo angustum templum dedicasse, cum rerum Cretensium monumentis. Verba poëtæ sunt Aenei. 6.

Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos,
Chalcidica q; leuis tandem superastitit arce.
Redditus his primum terris tibi Phœbe sacrauit
Remigium alarum posuit q; immania templa

Vrbs.] Brundusium. Dictæis.] Cretensibus, à Dicte oppido Crete. Antonomasia. Strabo Geogra. libro decimo testatur Homeri ætate. Cretam ἑκατόμπολιν, hoc est, C. urbium fuisse, cùm Troianis temporibus ne magna tantum habuerit: & in Iliade δεκατόμπολιν uocet. Quam quidem pugnantiam sic Didymus conciliat. ὐχ ὁρισμένως ἑκατὸν πόλεις, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ πολλάς. Cæterùm omnium scriptorum testimonijs C. urbes habuisse constat, quarum Plinius 40. enumerat libro quarto, capite duodecimo, quas nouit etiam Mela pauciores, & eas quidem notissimas, Gnosum, Cortynam, Lyctos, Lycastum, Holopyxon, Phæston, Cydoniam, Manæthusan, Dictynam, Cretam hodie Candiam uocant: maior est Cypro, minor Sicilia, aut etiam Sardinia. Cæterùm fertilitate, ubi conualles sunt, & nobilitate omnibus par. Media iacet inter Atticam, & Cyrenaicam Africæ utrinque bidui nauigatione. Ab occasu eam Ionium, ab ortu Carpathium mare abluit, à Septentrione Aegæo, à Meridie Libyco clauditur. Forma oblonga, retortis lateribus, inter ortum æstiuum, & occasum ita porrecta, ut altero fastigio in Boream, altero in notum transuersa recedat, angusta magis, & longissima ad orientem, ubi contra Rhodum Sammonio promontorio attollitur. Ab occasu in duo promontoria retusior excurrit: quorum Austrinum ex aduerso Phycunti Cyrenaicæ πρωμήτωπον Græci dicunt, à specie frontis Arietinæ: alterum contra Peloponnesum, Gimarus uocatur. Nusquam latior L. M. passuum, cùm longa sit, C C L X. M. qui numerus 40. millia Germanica efficit. Ammibus duobus maximè rigatur, Oaxi, & Lethæo. Regnasse in ea insula Iuppiter existimatur

Æstimatur non solum, sed & sepultus. Fuit & Gnosius Rhadamanthus, uir tanta iustitia, & integritate, ut poëtæ illi etiã tribunal apud inferos tribuerint. Minos primus Cretensibus leges dedit, cur Plato eum Iouis discipulum uocat, in libello, qui Minos inscribitur. Plura de Cretensibus, qui uolet cognoscere, legat commentarios nostros in Aeneida. Vergil. Profug. Colo.] Colonos Athenienses uexerunt in Italiã, uel Dædali, uel aliorũ duce. Cecropiæ.] Athenienses, à Cecrope primo Atheni sium rege, qui primus ibi maris, ac fœminæ coniunctionẽ instituit. Vetus Græcia eum biformem fuisse fabulata est. Etenim cùm Theseus patris mandata oblitus esset, ut si fortuna usus esset secunda, alba uela expanderentur (ut Simonides putat) punica, nigra uela mentiebatur eum uictum. Siue igitur in reditu Athenas à Theseo: siue à Dædalo: siue à Minoë: siue ab Arcadia, quam in Naxo insula, super inducta Aegle reliquerat abscessit, huc transmissi coloni fuerunt, siue à quocunque certè huc tum eos è Creta deductos constat. Quin Barion oppidum circa eam regionem, Iapyx ab Iapyge Dædali filio dictum fuit: unde Iapygiæ is tractus appellationem sumpsit. Hanc latus angustum iam.] A' forma. Loquitur poëta (ut Glareanus) de duobus cornibus quæ Brundusium efficiant portum, quem Strabo, aut multos continere portus. Porrò lingua est promontorij non celsi species, sed molliter in planum deuexi. Sed & instrumentum est cochlearis formæ. Verum hoc interest, quod cochlear cauitatem habeat, lingua uerò plana sit & longa, in linguæ speciem exiens.

Constrictis in.] Constringentis se in formam arcus. Salutius Vergilium in descriptione portus Carthaginem sibi primo Aeneid. ad hunc portum Brundusinum respexisse dicit. Sed plurium opinio est delineatam esse ad portum Anconensem, quem Itali solent præstantissimum toto orbe, adeoq; unum appellare. Verba Vergilij sunt.

"Est in secessu longo locus, insula portum
"Efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
"Frangitur, inq; sinus scindit sese unda reductos.
"Hinc atq; hinc uastæ rupes geminiq; minantur
"In cœlum scopuli, quorum sub uertice latè
"Aequora tuta silent, &c.

Constringit hic portus se in arcus similitudinem, ac proïcit promontoriũ in Hadriaticũ mare. Est hic portus tutissimus, & uno ore multi, tranquilliq; concludunt, simbus intus recepti. Speciem cornuum cerumorum repræsentat, unde urbem nomen habere diximus. Ipse enim locus, una cum urbe, capiti ceruino admodum similis est. Hinc fit, cur Brundusium caput ceruinum appelletur. A' Brundusio in aduersum littus duplex nauigatio est: una in Cerauniam, & Epirum: altera Dyrrachium, sed priori maior 4. M. stad. Vtraque frequentatur maximè quod urbs eo modo situ sit ad traïciendum in Illyrium, & Macedoniam. Flexis.] Curuatis cornibus. Nam ut Strabo ait, σὺν γὰρ τῇ πόλει περαλὴς μάλιστα ἐλάφου προσέοικεν ὁ τόπος, βρέγματι μὲν ἡμιν ἐοικὼς τὴν ἐλάφου κεφαλήν, id est, una cum urbe ipse locus uehementer capiti ceruino adsimilis est: ipsa autem urbs caput cerui appellatur.

Portus erat.] esset, enallage modi. Non esset portus, insula obiecta exciperet uiolentos Coros suis scopulis. Corus, siue Caurus Græcè, ἀργέστης, occiduus uentus, qui aduersus Aquilonem ab occasu solstitiali flat. Lapsas q; ref.] Illisas scopulis reïceret in littus Illyricum, in Ioniũ, & Adriaticum. Hinc illinc.] Virinq; montes naturâ opposuit in modum arcus, aut cornuum cerumorum potius, quibus uentos exclusit, ut tranquillo portu classis in statione subsistat. Tremulo.] non concitato ui uentorum, sed laxo fimo. Oppositum est Brundusium Isthmo peninsulæ Calabricæ.

Graphicè situm, & naturam maris Ionij, & usum portus Brundusini describit. E' porta Brundusino, in Ionium, & Aegarum, & Cassta, aclata patet nauigatio Corcyra.] Auersio ad insulam Corcyram. Corcyra contra Epirum iacet, circumflua mari Adriatico, licet illic Ioniũ, & Siculũ concurrant: Ptolemæus tamen illud Pelagus non tantũ quod ab ortu Siciliæ immittat sed & à parte meridiei Adriaticũ uocat. Aeolia dicitur à ueteri oppido, item Adriaticum, & Adrianũ Ciceronis. Adriatici maris ingens sinus est, qui Venetias usque, & Tergestum euagatur. Cæterum, Corcyra patet in longitudinem M. CXVIII. M. pass. insula Homerica Odyssea illustrata, & Vlyssis hospitio decantata. Hodie nautarũ uulgus, Corfinum appellat. Corcyrenses opes aliquãdo mari polluerãt. Sunt hi Corinthiorũ coloni quondam Græcorũ omniũ ditissimi, & nauticæ rei gloria illustres, propter Phæacis, qui Troianis tẽporibus, eã insulã tenuerant. Strabo, ἦν γὰρ τὸ παλαιὸν εὐτυχὴς ἡ νῆσος, καὶ δόξα ναυτικὴν πολέμου εἶχεν, ἀλλ' ὑπὸ πολέμων τινῶν, καὶ τυράννων ἐφθάρη, καὶ ὕστερον ὑπὸ Ῥωμαίων ἐκακώθη, διὰ ἐπανῆλθεν, ἀλλ' εἰς ἐσχάτην ἀπορίαν καὶ ἐρημίαν πεσοῦσα, ἐξ ἐνδόξου πόλεως καὶ πλουσίας ἐκλήθη. hoc est. Corcyra olim maximè floreb at opibus, & re nautica illustris fuit: sed bellis quibusdam & à Tyrannis euersa fuit. Postea a al. Epidaũ iterum à Romanis in libertatem uindicata non magnam sanè laudẽ cõsequuta fuit, sed per uirulentum uisum in eam parœmia iactata fuit, Corcyra libera nunc, cæca ubi libeat. Initio Scheria dicta fuit. Illyris.] Illyris æqua cum Dalmatica terra amplitudine, & pari montium iugo à Pannoniis Boream uersus, & ortum finita, occidua, & meridiana mari Adriatico cingitur. Dardani sunt Illyriorum cognati; utraque gens à Polyphemo, & Galatea ortum duxit. Tres filij ex his prognati fuerunt, Illyrius, Celtus, & Gallus, unde Illyrij, Celtæ, & Galatæ. Ex Illyrio, Achilles ortus, Autarieus, Dardanus, Medus, Taulantius, Perrhebus. Aequorum singulis singulæ gentes originem traxerunt. Græci eos Illyrios esse arbitrati sunt, qui supra Macedoniam, & Thraciam è Chaonibus, & Thesprotis ad Istrum usque fluuium sederunt. Strabo Illyricum describens, & eius fines, ὑπερμεγέθη inquit, ἰλλυρία πᾶσα ἔστιν ὄρεσιν, καὶ ψυχραῖς, καὶ νιφοβόλοις, ἅλις τε προσαρκεῖν, καὶ μᾶλλον, ὥστε καὶ τῶν ἀμπέλων σπάνιν εἶναι. ταῦτα δὴ τὰ χωρία πᾶσαν νέμονται κατέχουσι. πρὸς νότον μὲν μέχρι Διαλαχτίων, καὶ Ἀρδιαίων. πρὸς ἄρκτον δὲ μέχρι τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ. πρὸς ἕω δὲ, συναπτουσι

Hinc latè patet omne fretum, seu uela ferantur,
In portus Corcyra tuos: seu læua petatur
Illyris Ionias uergens a Epidamnus in undas
b Hinc fuga nautarum est cùm totas Adria uires,
Mouit, & in nubes abiere Ceraunia cumq;
Spumoso Calaber perfunditur æquore Sason.

a al. Epidaũ
b al. Huc. & Hac.

συνάπτεται τῇ Ἀπ' ἄκρας τὰ ὄρη τὰ τῶν μακεδόνων, καὶ θρακῶν. id est, Illyria circumiacens tota montana est, & frigida, & niuibus altior. Septentrionalis uerò, multò magis, ut uinearum nulla sit copia. Hæc loca Pannonij tenent. Ad Austrum uerò, usque ad Dalmatas, & Ardiæos patet. Ad Septentrionem usque ad Istrum amnem. Ad ortum, Scordiscos attingunt, hac ad Macedonum. & Thracum montes. Epidamnus Illyris.] Epithetice, in Illyrij ea parte sita, qua uergit ad amare Ionium. Epidamnus, Dyrrachium. In ea inquam, Macedoniæ ora collocata fuit, quà terra Ionio mari abluitur, à Corcyrensibus colonis à Phalio Corinthio deductus habitata. ut Thu lib. 1. Epidamnus ab Epidamno quodam Barbarorum rege nomen urbi indiũ arbitratur Appianus. Quod (Dyrrhachium) nonnulli, inquit, Epidamnum arbitrantur esse: huiusmodi nominis opinione ducti. Rex quippe Barbarum Epidamnus urbem supra mare condidit, quæ ab ipso nomen assumpsisse creditur. Huius ex filia nepos Dyrrhachus ex Neptuno genitus, ut quidam perhibent, portum urbi adiecit qui Dyrrhachiũ appellatur. Deinde cùm fratres aduersus illum bellum gererent Hercules ex Erythia rediens, pro telluris parte in eos depugnauit. Quamobrem Dyrrhachij Herculem ueluti telluris eorũ ex parte incolam fuisse autumant. Dyrrhachium nõ utiq; inficiãtes, uerũ ad Herculem tãquam ad Deum per peius inclinantes Ferunt quoque ea in pugna Ionium Dyrrhachi filium ab Hercule per errorem interfectũ fuisse: Herculem corpus tumulantem in mare proiecisse, ut cognomen illi imponeret. Procedente inde tempore, Phryges quosdam è Phrygia redeuntes, regionem, & urbem occupasse: deinde Taulantios. Post illos Illyrium genus: post Taulantios aliam Illyriorũ gentem, Liburnos accessisse, qui finitima quæque citis nauibus inuaderẽt: et ob id à celeritate nonnullas à Romanis naues Liburnicas dici, cum quibus primum ad pugnam ueherentur. Huc usque Appianus. Cæterùm postea Romani Epidamni uocabulum, ut ominosum auersati, Dyrrhachium urbem appellare maluerunt. Huc.] in portum Brundusium.

Illyris Ionias uergens.] Illyris, inquit Sulpitius Europæ regio est quæ terminatur Italia, Germania, Macedonia, Thracia, Epiro, & mari Hadriaco. Nemo nescit, inquit Glareanus, Illyridos terminos alios esse, quàm describit hic Sulpitius, quippe quæ nusquam uel Thraciam, uel Germaniam attingat. Verùm in his commentarijs quæ ad Geographica, attingunt, multa lubentes silentio transimus, solliciti duntaxat ubi quæ de poëtæ huius sensu. Hoc autem loco, Illyris adiectiuè positum pro Illyricæ. putamus. Vt sit sensus. Seu læua petatur Illyris Epidamnus uergens in Ionias undas. Badius autem post uergens participium ponit coniunctiuum ue, ut sit sensus. Seu læua petatur Illyris, ue, pro uel Epidamnus uergens in Ionias undas. At Latini illud ue, non solent tertio ponere loco: quare priori stabimus sententiæ. Hactenus Glareanus. Cæterùm Epidamnus anno M CCCC. & XCIX. à Pazaite Turcarum Imperatore Venetis adempta fuit, celebris tum Christianis institutionibus. Multa exemplaria diuersa Epidaurus hoc loco legunt. Ab Isthmo enim ad Scylleon Epidaurij sedes tenent. Aesculapij templo toto orbe celebres. & Troczenij fide amicitiæ Romanæ scriptoribus celebrati. Hic portus Saronì ut, oppida Epidaurus, & Troezen. Cæterùm quia castigata exemplaria Epidaurus habent, nihil temerè imi

tandum est, quanquam in uetusto codice in membranis scripto, Epidamnus repperi. In nubes ab Ceraunia.] hoc est, nubibus obduci, & tegi uidentur. Montana, quæ Epirum finiunt, Acroceraunia dicuntur Ptolemæo. Acolunt Chaones, & Thesproty. Ibi Tomarus mons est, à cuius radicibus centum fontes scatent Theopompo Ceraunia, & Chaones principium sunt sinus Ionij, & Epiri: à crebris fulminibus, quibus summa eorũ iuga ob immensam altitudinẽ feruntur, dicta. Vocantur ijdem montes, ut dixi Acroceraunia ob eandem rationem. Calaber Sa.] Calabria peninsula est quã alij Salentinã uocant, (quanquã ibi Salentini quoq; sunt) alij Messapiã dixerũt. Frontem extima ad ortũ spectans, Salentinũ habet promontoriũ. Calabria ab optimarum rerũ prouentu nomẽ habet, & in Ionium excurrit. Hinc in orã Macedoniã, ut Dyrrhachiũ & Apolloniã expeditus est traiectus, L. M. passi. quæ Pyrrhus Epirotarũ rex, atq; inde M. Varro bello Piratico sub auspicijs Pompeij ponte iungere cogitauit Salentino promontorio ab occasu diuersum est Lacinũ, à Lacinio latrone dictũ. Itaq; ultra promõtoriũ, quod Apenninio latrone dictũ. Itaq; ultra promõtoriũ, quod Apenninus facit, Isthmo peninsulæ Calabricæ oppositũ est Brundusiũ. Calabri hospitiis Xenia in figurã prouerbialẽ abierunt, rusticana, leuia, quæq; onerent accipientem magis, quã iuuent: aut, quæ cõtempta, nec usui danti figura donantibus suis affatim apponere. Inde saturos, quæ reliqua essent, bellariorum loco iubere secum auferre. Quæ si recusassent, porcis obijciebant. Horatius in Epistola, ad Mecænatem libro primo Epistolarum.

Non quo more pyris uesci Calaber iubet hospes,
Tu me fecisti locupletem, uescere sodes,
Iam satis est, at tu, quantum uis tolle benignè.
Non inuisa feres pueris munuscula paruis.
Tam teneor dono, quàm si dimittar onustus.
Vt lubet, hæc hodie porcis comedenda relinques.

Sason Ca.] Sason insula est cõtra Calabriã, media inter Iapygiam, & Ceraunios montes Epiri. Calabrũ Sasonem dixit ἐπιθετικῶς, quod Calabriæ, & Iapygiæ ex aduerso sita sit. Strabo, ἄ τις μέσον πῶς ἱδρῦσθαι τὴν Ἰαπυγίαν, καὶ τῶν περαννίων τῆς ἠπείρου. In Ionio mari, inquit Plin. ab Orico mille milia pass. Sasonis, insula, piratica statione nota. Fœminino genere extulit Strabo cũ Lucanus Calabrũ Sasonem, masculino dicat. Glareanus pauca diligentiùs hunc locũ excutit. Strabo, ait, lib. 6. ἐν δὲ τῷ τῶν λευκῶν εἰς ὑλῶντα πωλίχνην, φάσιν ἐν ἐπέκεινα τὴν θέρ δ' εἰς βρεντέσιον ν. οἱ δὲ ἴσοι, καὶ εἰς σάσωνα τὴν νῆσον, ἣ τῆς μεσὰ πως ἱδρυται, τῆς τε ἰαπυγίας, καὶ τῶν περαννίων τῆς ἠπείρου, id est, ex Leucis uerò ad Hydruntem oppidulum, stadia C. L. Hunc autem Brundusium usq; quadringenta sunt stadia, totidem ad Sasona insulam. quæ eius quidem interualli, quod Epiro, & Brundusio interiacet, media est. Hæc Strabo. Quo in loco, pro, Quadringẽta perperam in uulgatis Strabonis codicibus legitur quadraginta. At Ptolemæus Sasona aliquãto Epiro propiorẽ facit, quã Brundusio. Porrò uariè inclinatur hoc nomẽ Ptolemæus τ σσα Τῆς σασωνος. Strabo ὁ σάσωρ τῆ σάσωνος. Plin. ad finem prorsus lib. 3. Sasonis in nominatiuo protulisse uidetur. Omnes hi fœminino genere. At hic poëta, Calaber Sason, inquit, masculino genere, & humilem Sasona, lib. 5. Huc usq; Glareanus. Est autem Saso, teste Strabone lib. 7. principium sinus Ionici ἡ ἀρχὴ τῆ ἰονίε κόλπε, καὶ νῆσο & σάσω.

Ergo

A Ergo ubi nulla.] *Postquam sensit Pompeium Cæsarem se consequi, & à tergo iter fugæ intercludi,*

Cn. Pompeium filium *natu maiorem eũ mãdauit. Brundusio ad contrahenda toto orbe auxilia misit. Breuis quidem, sed graphica enumeratio est gentium à se deuictarum, ut agnoscas ipsum Pompeium.*

Neclicer.] *Et cũ uideret se bellum in Hispanias transferre non posse, ubi suos duces Petreium, & Afranium cum exercitibus duobus habebat, quod Cæsar cum numerosa classe mare superum, & inferum teneret: simul quod Alpes mediæ interiacerent.*

Medie Alpes.] *à difficili. Nam à Tergesto in Boreã humani altitudine Alpium iuga rursum attolluntur, quæ in occasum tendentia in Veragros & Sedunos usque protendantur. Hinc in Austr ũreflexa Ligusticum pelagus excipiunt, ea fronte, qua Varum amnem hæ prouinciæ parte fundunt. Et mare Ligusticum à meridie & occasu terrar cõgreet circa Alpes. Deinde, qua prouincia arminis Cæsaris tenebatur, nusquam in Hispanias transitus patebat. Martem, pro bello posuit, per Metonymian.*

Res relictas à tergo, Italiam dicit, & Græcia.

Natum cui firmior ætas.] *Cn. Pompeium filium natu maiorem dicit. Nam Sex. Pompeius minor erat. Cn. enim postea à Cæsare in Hispania uictus, ubi cum L. equitibus acie excessisset, Carthejam profugit. Inde ad mare dilapsus, cum naues, quas in eum euentum instruxerat, conscendisset, consociauit pedem, ut Oppius scribit, laxauit. Dictus Gadibus abeuntem sequutus, cum forte aquatum in litus una cum nautis exiuisset, ex improuiso naues eius occupauit. Statim fugam meditatus, duobus uulneribus grauantibus, in speluncã, in quam se proripuerat, interfectus fuit: & caput ad Cæsarem delatum.* Mundi iubeo tentare.] *propositio mandatorum. Est occasio ad Catalogum auxiliarium copiarum, quem libro sequenti recensebit. Enumerat aliquot populos à se bellis diuersis uictos.* Euphraten.] *Per Euphraten Syriam intelligit, & Armeniam. Oritur Euphrates in Periande monte maioris Armeniæ, non procul à Tigridis fonte & per Assyriam primum, inde Babylonem deuolutus in rubrum mare (ut quidam tradunt) effunditur: sed prius per Tauri angustias 12. millium interuallo campestria Syriæ alluit. Atque hinc diu recta in Austrum usq; mox uelut Tigris alueum uestigaturus procurrit. Ad ultimum ad uicum Masicen duobus alueis scinditur. Læuo latere Seleucia præterita, & multis pass. M. emensis in Tygrim irruit: dexterò uerò, in meridiem uersus Babylonem*

Ergo ubi nulla fides rebus post terga relictis,
Nec licet ad duros Martem conuertere Iberos,
Cùm mediæ iaceant immensis tractibus Alpes,
a Tunc sobole b ex tanta natum, cui firmior ætas,
Affatur, mundi iubeo tentare recessus,
c Euphraten, Nilumq; moue, quo nominis usq;
Nostri fama uenit, quas est uulgata per urbes
Post me Roma, ducem: sparsos per rura colonos
Redde mari Cilicas: d Pharios hinc cõcute reges,
Tigranemq; meũ: nec Pharnacis arma relinquas,
Admoneo: nec ru populos utraq; uagantes
Armenia, Pontiq; feras per littora gentes:
Rhiphæasq; manus, & quas tenet æquore denso
Pigra palus Scythici patiens Mæotica plaustri.
e Sed quid plura moror? totos mea nate per ortus
Bella feres, totoq; urbes agitabis in orbe
Perdomitas, omnes redeant in castra triumphi.
Et uos, qui f Latios signatis nomine Fastos,
Primus in Epirum, Boreas agat, inde per arua
Graiorum, Macedumq; nouas g acquirite uires,
Dum h paci i stat tẽpus hyems, sic fatur, & omnes
Iussa gerunt, soluuntq; cauas à littore puppes.

mediã euagatur. Vrbs quondam diuisa fuit, quæ nunc uasta solitudo est, per quam labitur: nec multò post fossis in riuos deductis, paludibus absorbetur Plinio. A diuerso latere Tygris in eadem Armenia limpido fonte ortus nõ intersecat, ut Euphrates, Taurũ, sed subter lapsus eo latere, ubi Assyria se explicat, emergit.

Nilumq; moue.] *hoc est, accolas Nili totam Aegyptum. ut per Euphraten Armeniam, & reges intelligit. Horum reges ad auxilia mihi ferenda concita, quos sub Imperium Pop. Rom. traxi. Ad Euphraten enim, & Aegyptum, cuius regis tutor datus fuerat à Senatu usque imperij fines promouerat.* Quo nominis usq.] *hoc est, quousq; extendi pomœria Imperij Rom. & nominis mei & urbis fama peruenit.* Sparsos per rura.] *Nam piratarum magnam turbam procul à mari ablegerat: eosq; partim Solis, quã urbem nomine mutato deste Pompeiopolim nuncupauit, partim Dymis Achæorum oppido collocarat. Hos nunc in belli societatem acciri imperat, ut classe instructi res mari contra Cæsarem gerant.*

Pharios.] *Aegyptios, à Pharo insula tenui contra Nili ostia. Nomen fortuita creditur, à Menelai nauclero, ibi ab aspide extincto, & sepulto. Tradunt authores, in Pharo Alexandrum Macedonem nouam urbem condere statuisse, sed cum magnæ urbis capax non esset, contra insulam in littore Aegyptiaco urbem Alexandriam posuit. In Pharo ingentis altitudinis turris fuit postea extructa, è qua nocte ignes erigebantur, ad quos nautæ cursum suũ mari dirigerent. Hæc cõditio fuit Ptolemæi Philadelphi. Nonnulli hanc turrim inter orbis miracula connumerare ueluerunt. Ab hac turri, omnes turres, unde lumina nauigantibus eriguntur, quidam Pharos uocant.* Tigranemq; meũ.] *Si iuniorem intelligit, è Sopheno, & Gordiene auxilia cõtrahere imperat. cui patri in gratiã recõciliato ea regna dederat Pompeius quæ postea regio minor Armenia appellata fuit. Si patrẽ innuit, è maiori Armenia res colligendas monet. Etenim post singularẽ senis munificentiã in Imp. & exercitũ Romanũ, ei maiorẽ Armeniã restituit Põpeius: adiecerat & Syriæ eã partẽ, quæ ad Euphratẽ sita est, unde Tigranes Antiochũ expulerat. Hũc meo iudicio suum Tigranẽ hoc loco uocare uidetur. Sed quia iunior, cũ adhuc in castris Romanis uersaretur, de patris cæde cõsiliũ captasse delatus erat, Põpeius eũ in uincula cõiectũ ad triumphũ custodiri iusserat postea Rómæ cũ Aristobolo interfectus fuit. Ergo Tigranẽ patrem (ut dixi) maioris Armeniæ regẽ. Suũ Tigranẽ uocat. Vale. Max. lib. 5. cap. de humanitate, & clemẽtia. Hæc L. Pauli, inquit, humanitas admonet me, ne de Cn. Pompeij clementia taceam. Regem Armeniæ Tigranem, qui & per se magnã*

a al. Tũ.
b al. è.
c al. Euphratem.
d al. Parthos in uetusto cõdice.
e al. Et.
f al. Latio. in utroq; uetusto cod.
g al. exquirite, uetusto cod.
h al. pacis.
i al. dat. in utro cod. uetusto.

se magna cũ P.R. bella gesserat, & infestissimũ urbi nostræ Mithridatem Ponto pulsum uiribus suis protexerat, in conspectu suo diutius iacere supplicẽ passus non est: sed benignis uerbis recreatum, diadema, quod abiecerat, capiti reponere iussit: certisq; rebus imperatis in pristinum fortunæ habitum restituit: æquè pulchrum iudicans, & uincere reges, & facere. Meum.] *quem in regnum restitui, qui meo beneficio regnat, quem uictum regem rursum feci.* Pharnacis.] *filij Mithridatis. Hic omnium gentium suarum auxilijs destitutus, ad Gallos se recipere decreuerat, ut socijs armis cum his coniunctis Annibalis exemplum secutus in Italiam irrumperet. Hæc meditantem defectio filij Pharnacis in regni successionem destinati ab ea expeditione auerterat. Adolescens ita existimabat, fore ut à patre alienatus facilius ueniam à à Romanis consequeretur. Alij regni paterni cupiditate id factum fuisse. Rursum nonnulli, ut patris animum ab Italica expeditione auerteret. Cæterùm scirpo capiti circumducto diadematis loco, à transfugis, & militibus, qui in castris erant, magno plausu rex salutatus fuit. Pompeius confecto bello, cùm alias gentes ob fidam societatem in eo bello, liberas esse dedisset, alias rursum in prouinciæ formã redegisset, & quasdam etiam in regna distribuisset, ut Tigrani Armeniam: Ariobargani Cappadociam: Antiocho Comageno Seleuciã: ita Pharnaci Bosphorum concesserat.*

Nec cu populos.] *hoc est, in maiori, & minori Armenia, quarum limites paulò antè descripsimus. Armeniam (ut dixi) Tigrani tradiderat. In minori etiam Armenia, eo loco, ubi Mithridatem uicerat. Nicopolim Pompeius condiderat, ut in Ponto Magnopolim, in ea sede, ubi Eupatoria à Pop. Rom fuerat diruta.*

Pontiq.] *gentes, quæ circa littora maris Pontici, & Euxini habitant. Cæterùm paucis uerbis totum Mithridatis regnum indicat, omnesq; eas gentes, quæ illius imperio Pontico paruerant. A' Colchide enim usque ad Heracleam Bithyniæ, quicquid urbium, & terrarum interiacet, possederat.* Rhiphæasq; manus.] *Scythicas gentes. Scythia enim hinc ponto, Asiæq; inde Rhiphæis montibus ab humeris insertis, mox longè lateq; ad ortum euagata innumeras gentes finibus parum notis inclusas complectitur: de quibus alibi prolixè nobis habitus est sermo.* Mæotica pal.] *Hoc nomen accepit à Mæotis populis, qui per eam oram ad Tanaim usq; sedes habent. Quartus Europæ sinus ab Hellesponto incipit, & Mæotide ostio finitur, uastum mare, quod præiacet Asiæ, littore Cherronesi ab Europa porrecto expulsum: angusto meatu irrumpit in terras interuallo. 7. stadiorum Europam ab Asia dirimens: Primas angustias Hellespontũ uocant, qua Xerxes facto ex manibus ponte traduxit exercitum. Extenditur inde tenuis Euripus ad urbem Priapum Asiæ. Hæc Alexander Macedo traiecit. Inde expatiatur æquor, ac rursum in arctum cõtrahitur, & Propontis appellatur: angustiæ Thracius Bosphorus D. passuum. Hac Darius Xerxis pater copias suas ponte transportauit. Deinde uastum mare Pontus Euxinus, quondã ἄξεινος dictus, longè in ortum, & Septentrionem refugientes terras inuadit: sed uastissimè euagatur ad ortum. Quà uerò ad occasum Europam uadit, contractior est. Medio uerò flexu iungitur ostio Mæotici lacus Cimerius Bosphorus quod os appellatur. Ipse lacus Mæotis excipit Tanaim ex Rhiphæis montibus defluctem finem Europæ, atque Asiæ. Peninsulæ inter Pontum, & Mæoticum Lacum, hodie Caffa nomen est. Accolæ Mæotidis sunt Mæotæ, Valli, Serbi, Arethi, Zingi, Pseuij. Deinde circa Tanaim, innumeræ gentes, quas Plin. recenset lib 6. cap. 7. Quidam ausi fuerunt contendere, Paludem Mæotin sinum esse Oceani Non est enim septem ulnis profundior. Septem mill. passuum circuitu patet. Hiems accolas contrahere iubet. Pompeius.* Patiens Scyth. plau.] *Ob frigus plagæ Septentrionalis, cui subiecta est. Adeo ea gelu induratur, ut uehicula onerata per eam agantur. Mirum id mirum, cùm id in nostro mari Austrino uidemus fieri. Vlterius Sarmaticæ gentes latissimè in ortum extenduntur, quæ Asiaticæ appellantur, trans Tanaim & Mæoticam paludem. Europea Sarmatia, altera à meridie terminum Danubium habet: à Septentrione, Oceanum: ab ortu Tanaim, Mæoticam paludem, & Pontum. Hic Tartari, Moscouitæ, siue Mosci, extremæ Sarmatiæ accolæ, quos ueteres Hamaxobitas dixerunt, submoti in Septentriones: Poloni cœlo non inclementi degentes, terra fertili. Ibi Rutsi, rigido cœlo assueti.* Sed quid plura.] *Enumerationem in compendium contrahit, ut per totum orbem Imperij Ro. regibus, Dynastis, prouincijs, & liberis populis denunciet bellum Populo Rom. esse: & auxilia equitum, ac peditum suo nomine ijs imperet.*

Perdomitas.] *cum aliorum, tum ipsius Pompeij armis. Atque hinc fit, cur addit: omnes redeant in castra tri. hoc est, mihi auxilio omnes eæ gentes sint, de quibus Imperatores triumpharunt.* Per ortus.] *per totum Orientem, & Asiaticum orbem.* Et uos.] *Auersio ad Consl. quos in Epirum, inde in Macedoniam, & Græciam, ad confirmandas uires præcedere iubet. Est autem periphrasis Consulum. Fasti dies erant apud Romanos, quibus apud prætorem fari tria uerba licebat, do, dico & abdico. Nefasti, his diuersi, quibus ea fari non licebat.* Ouidius.

Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur,
Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Hinc libri Fastorum dicti sunt, in quibus singulorum annorum res gestæ descriptæ erant. Ouid.

Sacra recognosces, annalibus eruta priscis,
Et quo sit merito quæq; notata dies.
Inuenies illic & festa domestica uobis,

Sæpe tibi pater est, sæpe legendus auus.

Initio, libri Pastorum solis Pontificibus, & sacrorum regi noti erant: postea Cn. Flauij scribæ opera inuitis patribus in omnium noticiam peruenerunt. Et Fastæ nundinæ lege Hortensia, quibus rustici, nundinandi caussa ex agris in urbem ueniebant, ut lites componerent.

Latios sign.] *Sic omnia typis impressa exemplaria habent. Annis enim Consulum nomina in Fastis præfixa erant, ut, C. Cæsare, & M. Bibulo Consl. & Sequens annus Consules habuit. M. Tullium Cicer. & C. Antonium. Sequenti anno creati Consl. M. Crassus, & Cn. Pompeius. Ad eum modum signabantur anni. Sed duo diuersi codices uetustissimi manibus exarati legunt. Latio, non Latios. ut referatur ad nomine.*

Primus Boreas.] *Vbi primum Boreas spirare experit. Trans Achelopum amnem Epirus sita est, quam mons Pindus à Macedonia disterminat ad Aquilonem: à Meridie mari Ionio & ab occasu eodẽ mari, sed in Adriam modicè flexo, Pyrrhi regnum quondam illius, qui bellum Pop. Rom. intulit. Epiri gentes celebres fuerunt, Triballi,*

A Triballi, & Molloſſi. Nulla ſui parte lata Epirus eſt. ſed crebriſſimbus abluitur, quorum primus, & maximus eſt, Ambracius, ab oppido Ambracia, in intimo receſſu. In huius extimo & arcuato flexu Neapolis eſt, monumentum uictoriæ Actiacæ, de Antonio, & Cleopatra nauali pugna uictis. Montes Epiri altiſſimis iugis in Ionium excurrunt: qui Epirum terminant, Acroceraunia dicuntur. Circa Epirum accolunt, Chaones, & Theſproti.

Macedumq́.] pro Macedonum. A meridie Acroceraunijs, & Pindi montibus ſeiungitur Macedonia, quà Theſſalia, & Magneſia à ſinu Maliaco, & Sperchio amne Græciæ coniunguntur.

At nunquam.] Miſſo Pompeio ad Cæſarem redit, & eius celeritatem in perſequendis inimicis plurimum hæret, priuſquam narrationem cõtinuet, in perſonæ deſcriptione, ab ingenio inquieto, & impatienti otij.

Generiq́.] Pompeium incredibili celeritate ſequitur. Cn. Magius præfectus fabrum Pompeij ex itinere deprehenſus, ad Cæſarem reductus fuit, quem ad Pompeium cum huiuſmodi mandatis remiſit: Quoniam ad id temporis uſq; colloquendi facultas non fuiſſet, ſe ad eum Brunduſium uenturum. intereſſe Reipub. & communis ſalutis, ſe cum Pompeio colloqui, neq; longo itineris ſpatio idem perfici, cùm per alios ferantur conditiones, ac ſi eorãm de omnibus diſceptetur. Elit datis mandatis cum ſex legionibus Brunduſium profectus peruenit: quatuor ueteranis, & alijs duabus, quæ ex nouo delectu confectas in itinere compleuerat.

Sufficerent.] Collatio Cæſaris, cum ingenijs aliorum Ducum. Sed Cæſar.] in rebus perficiendis celer, non tulit Italiam ſibi communem eſſe cum Pompeio, ut ne eum quidem tulerit in mari.

Romam capi.] Addam & hoc de Roma parergon, niſi ad præſeas inſtitutum non pertineat Dionyſius Halicarnaſeus lib. 1. Romanarum antiquitatum tradit, magnam dubitationem eſſe, de tempore conſtitutione urbis, & conduore. Quoſdam contendere, à ſocijs Aeneæ urbem conditam fuiſſe: nonnullos mulierem Troianam nato Romo conditam eam condidiſſe. Non deeſſe à Romo Aneæ ad Cæſarem annos mille & centum, quibus incenſis eam condidiſſe. Non deeſſe à Romo Aneæ filio conditam eam, & poſt quindecim ætates à Romulo

a At nunquam patiens pacis, longæq́ quietis
Armorum, ne quid fatis mutare liceret,
Aſſequitur, generiq́ premit ueſtigia Cæſar,
Sufficerent alijs b primo tot mœnia curſu,
Rapta, tot oppreſſæ depulſis hoſtibus arces:
Ipſa caput mundi bellorum maxima merces
Roma capi facilis: ſed Cæſar in omnia præceps
Nil actum, cùm quid ſupereſſet agendum,
Inſtat atrox, & adhuc quãuis poſſederit omnem
Italiam, extremo ſedeat quod littore Magnus
Communem tamen eſſe dolet: nec rurſus aperto
Vult hoſtes errare freto, ſed molibus undas
Obſtruit, & latum deiectis rupibus æquor.

a al. Ac. communis aliorũ ſcriptorum opinio eſt, à Romulo & Remo fra b al. tot pritribus poſitam fuiſſe, mo. & Remum à fratre ſuiſſe occiſum, aut certè iuſſu fratris. Atq́ hæc quidẽ libuit obiter adijcere.

Sed mol.] Cæſar repperit Cõſules Dyrrhachium profectos cum magna parte exercitus, ſed Brunduſij remanſiſſe Pompeium cum 20. cohortibus. Neq́ Cæſar certi quid cognoſcere poterat obtinendi, ne Brunduſij cauſſa ibi remanſiſſet, ut eò facilius Adriaticũ mare in extremis Italiæ partibus, regionibuſq́ Græciæ in poteſtatem haberet: atq́ ita in utraq́ parte bellum adminiſtraret: an potius nauium inopia ibi reſtitiſſet. Itaque Cæſar exitus Brunduſini portus præcludere conſtituit, & quidem hoc pacto. Qua fauces erant anguſtiſſimæ ipſius portus, molem, atq́ aggerem ab utraq́ parte littoris iecit: quia in illis locis peropportunè mare erat uadoſum. Et cùm longius progreſſus agger aqua contineri nõ poſſet, rates duplices quoquo uerſus pedũ 30. eregione molis collocabat. Has quaternis anchoris ex quatuor angulis diſtinebat, ne fluctibus mouerentur. Inde alias deinceps pari magnitudine iungebat rates, quas terra, atque aggere contegebat, ne aditus, atque incurſus ad defendendum impediretur. A fronte, & utroque latere cratibus, & pluteis protegebat. In quartâ quaque earum turres binorum tabulatorum excitabat, quo commodius ab impetu nauium, incendijſq́ defenderet. Obſtruit.] obiectis circa fauces portus molibus, intercludere conatus fuit.

Cedit in.immẽ.] Cæſar opera, de modici eas ſcribit ſic ſatis ſucceſſiſſe, niſi quod, ubi longius progreſſus fuiſſet, agger altiore aqua communiri non poterat, ea Lucanus infinita, & caſſa fuiſſe canit. Amplificat altitudinem maris, omnes rupes, & ſaxa abſumentis, & quidem nullo momento.

Montesq́ miſcet.] hyperbole, quam comparatione multò magis amplificat. Maris Aegæi.] Aegeum mare quidam ab Aegæo, patre Theſei in eo ſubmerſi dicium putant: uel à capris, αἰξὶ ἀγὸς, caprarum inſula, ut cuumat Apollinij ſcholiaſtes. Eſt enim ea Neptuno ſacra in qua neminẽ dormire poſſe contendit, propter phantaſmata, Nicocrates. Sunt rurſum alij, qui id pelagus Aegæus nuncupatur, authore Pherecyde. Lycophronis interpres, ὅτι Αἰκὴν ἀγὸς κυμαίνεται, inquit. Athos.] Mons eſt, trans Strimonem amnem contra Lemnum inſulam, quem Xerxes rex Perſarum continenti abſcidit, adeoq́ eſt altus, ut creadatur altius aſſurgere, quàm unde imbres decidunt. Videtur id ueriſimile, quia de aris, quas in uertice ſuſtinet non abluitur cinis, ſed manet eo aggere, quo relinquitur. Non promõtorium, ſed totus mons eſt, & toto dorſo procedit in pelagus, qua continenti adhæret, inquit Pomponius, à Xerxe in Græcos tendentem perfoſſus, tranſnauigatuſq́, & factus freto nauigabili peruius. Ima eius tenent paruæ Pelaſgorum coloniæ. In eius ſummo fuit oppidum Acroathon, in quo aiunt ætatem dimidio lon-

Cedit in immenſum caſſus labor, omnia pontus
Haurit ſaxa uorax, montesq́ immiſcet arenis.
Vt maris Aegæi mediàs ſi celſus in undas,
Depellatur c Athos, nullæ tamen æquore rupes
Emineant, uel ſi conuulſo uertice Gaurus
Decidat in fundum penitus ſtagnantis auerni.

c al. Eryx, in ueteribus cõdicibus.

giorem, quàm in aliis terris habitantium esse: unde à diuturnitate eos Macrobios uocant. Quæque urbes sunt à continenti cum suo monte è Xerxe abscissæ, ut Dion, Holophyros, Acroathon, Thyssus, Cleone. De huius montis altitudine & illud addendum duxi, quod umbram suam spargat ad 300. uel (ut Plutarchus) DCC stadia, authore Stephano. Apollonius primo Argonauticῶν.

» ἦρι δὲ νισομένοισιν ἄθω ἀνέτελλε πολωνὴ
» θρηικίη, ἣ λόσον ἀπόπροθι λῦμνον ἐόσην
» ὅσσον ἐς ἠνέσιον κεν ἔὺγοι & ὄλυμπος ἀνιόσαι
» ἀκροτάτη κορυφῇ σκιάει, καὶ ἐς ἄχρι μορίνης.

id est, interprete Erasmo.

» Solis ad exortum uada falsa secantibus alto
» Vertice sese ostendit Athos, mons Thracius is qui
» Disiitus à sacra tanto discrimine Lemno,
» Quantum alata die ualeat transmittere nauis.
» Hanc tamen aërij contingit uerticis umbra.
» Quin longinquam etiam pertingit aduscp Myrinen.
» Huius montis altitudo etiam prouerbio locum fecit:

Athos celat latera Lemniæ bouis: ubi quis officit, aut etiam molestus est, aut alicuius gloriam obscurat, aut obsistit. In Lemno enim bouis simulachrum fuisse tradunt, ex candido factum lapide: id Athos longo inde interuallo disiitus, ob prodigiosam altitudinem umbra sua obseruat. Sophocl. citante Scholiaste Theocriti.

» Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνιάς ἄλος. id est.
» Athos adumbrat terga Lemnij maris.

Quin idem mons, ut Aetna, in molestiæ, tædijcp paræmiam cessit, teste Lucilio apud Gell. libro decimo sexto capite undecimo, tantam maris altitudinem, inquit poëta, obruere adortus fuit, quantam neque Athos mons Thraciæ, quamuis celsus, aut Eryx in Sicilia, aut Gaurus imo lacus Auerni fundo demersus comperet ut ne rupes quidem summo mari extaret. Vetustissimi codices legunt Eryx, qui Siciliæ mons est, templo Veneris Erycinæ, & sepulchro filij Erycis memorabilis, qui ab Hercule in pugna cæstibus interemptus fuit.

Gaurus] Plinius libro tertio capite quinto, tractum Campaniæ describens, hinc fœlix illa Campania est, inquit. Ab hoc sinu incipiunt uitiferi colles, & temulentia nobiles succo per omnes terras inclito, atque (ut ueteres dixêre) summum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setum, & Cæcubi obtenduntur agri. His iunguntur Phalerni, & Calemi, Deinde consurgunt Massici, Gaurani, Surrentinicp montes. Hæc Plinius. Est & Gaurus insula in freto Siculo, in Africam uersa.

Auerni.] Lacus in sinu Baiano. Auernus lacus, quasi ἄορνος, id est sine auibus, quod superuolantes aues necet. Maro Aeneid. 6.

» Spelunca alta fuit, uastiscp immanis hiatu
» Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumcp tenebris:
» Quam super haud ullæ poterant impunè uolantes
» Tendere iter pennis, talis sese halitus atris
» Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat:

Vnde locum Graij dixerunt nomine Auernum. Hunc Lacum & proximum Lucrinum Cæsar purgauit, syluarum densitate adeò obductos, ut exhalans per angustias Sulphureæ aquæ odor teterrimus superuolantes aues conficeret: quare Maro Auerna sonantia syluis uocat Aeneid. 3. Adeò duo illi lacus fuerunt uicini, ut magnis tempestatibus interdum coniungerentur. Cæsar, ubi repurgasset, facto portu Iulio mare in utrunque immisit. Hic postea, modo unda Iulia, modo opus Iulium appellatum fuit. Sunt authores, qui tradunt Herculem post Phlegræam pugnam inter Misenum, & Puteoles aggerem M. pass. opposuisse mari, in Auernum restagnanti, quà Ibericas boues egit. Id opus Octauium Cæsarem fluctibus propè deiectum X X. M. seruorum manu munisse instaurasse constat hyberno tempore. Alij Agrippæ hoc describunt. Hinc obiectu molis commodius Lucrinus enauigari poterat, quē modico ostio excipiebat Auernus, septus quinq; stadiorum ambitu, sed supercilio undiqueB duo. Huius aquā quamuis lympidā profunditas cæruleā effecit. Hic Vlysses magicis sacris operaturus profectus ereditur, ubi inferorum uaticinia ædebantur: futiscp opimio defunctos inde euocari solitos: adeò, ut à fonte proximo, qui in mare funditur, tanquam Stygia aqua arcerent religiosè abstinerent. Ibi Cimmerios subterraneos specus pro sedibus habuisse quidam persuasum habuerunt: & commertia inter ipsos in cauernis abditis fuisse. Sed & aduenas oraculorum ergo se huc contulisse, & abiisse diuinationis mercede. Adhæc, proditum est, hos occultata latrocinia exercere solitos, neque unquam solam aspicere: noctu hiatum ingredi. Lycophron Auernum uocat λίμνην ἄορνον, id est, stagnum, siue paludem Auernam. Quem locum interpres illustrans, ἄορνον δὲ εἶπε διὰ τὸ μὴ ὄρνεις λίμνη, inquit, περὶ αὐτὴν πετᾶσθαι, οὐδὲ τοὺς ὄρνιθας περιεσθιομένους, ἔχει δὲ, ὡς φασί τινες, οὕτω τὸ ὕδωρ ὥστε καὶ νυκτὸς ἀναθυμιᾶσθαι. ἐπεὶ καὶ δι' ἄορνος, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν φαύλην τοιαύτην παρέχεσθαι, διὰ τὸ μὴ λίγεσθαι, καὶ μιγάλην, καὶ ὁ μὲν λυκόφρων λέγει τὴν ὀλίγην C τὴν ἄορνον, καὶ ἕτεροί τινες περὶ τὴν ἡ τοιαύτην φασὶν εἶναι τὴν θεσπρωτίδα ὀφείλειν δὲ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχειν διὰ τοῦτο, ἐπεὶ δὲ λέγουσι γενέσθαι κατὰ τὸ ἔαρ, id est, Lacus Auernus astructus, coërcitisq; in circumferentia undique est, tanquam circulo quodam. Habet enim aquam (ut quidam aiunt) cæruleam. Vocatur autem Auernus, quod nullæ aues circa eam uolare possunt, quod caliginosa sit, & iuxta magna. Posrò Lycophron paludem uocat Auernum: & nonnulli alij circa Eridanum lacum calidum, & tetri odoris, quem nullum animal degustat, gustato illico moritur. Illic aiunt ea esse, quæ de Phaetonte prodita sunt. Hactenus ille.

Ergo ubi nulla.] Professequitur Cæsaris diligentiam, & studiū in perficiendo opere cæpto. Vincula.] hoc est, catenis exitū præpedire, ut sequenti uersu ipse poëta exponit. Cæterùm quod Cæsarem nulla catenarum fit mentio sed ex roboribus rates cōficere. Tales fama canit.] ab exemplo amplissimi Cæsaris opus. Cōserit & Xerxes Persarum

a al. immersis,

Ergo ubi nulla uado tenuit sua pondera moles,
Tunc placuit cæsis innectere uincula syluis,
Roboraq; immensis latè religare catenis.
Tales fama canit tumidū super æquora Xerxem
Construxisse uias, multum cum pontibus ausus
Europamq; Asiæ, Sestonq; admouit Abydo,
Incessitq; fretum rapidi super Hellespontī:
Non Eurū, Zephyrumq; timens, cū uela, ratesq;

A Persarum regis monstroso conatu, cùm pontibus iungeret Hellespontum, ut mox narrabitur. Mulrum cùm pon.] Suprà ostendimus primas angustias inter Europam, & Asiam, quà cursus est ex nauibus ponte Xerxem numerosum exercitũ transportasse. Fuit hic Xerxes Darij filius, ex Athosa filia Cyri. Xerxes Persarum lingua bellatorem signat: ut Artaxerxes, magnum bellatorem.

Europamq; Asiæ.] Xerxes ubi Sardis processisset, ea deuceatorem in Græciam miserat, qui terram sibi, & aquã peterent ab omnibus eius gentis ciuitatibus, exceptis Lacedæmonijs, & Atheniensibus, à quibus ob simile negotium caduceatores sui in puteo conditi fuerant. Prætera mandauit, ut circa Sestum, & Abydum, quà utrinque Latus septem stadiorum interuallo distat, pons Euripo imponeretur. Qui ubi iam præfectus fuit, subita ui pelagi statim disijt. Id uerò ubi Xerxi nunciatum fuit, per indignationem B dementia, quasi uerò brutum, & sine sensu elementum ea animaduersione constringi, & coërceri potuisset. Neque uerò id satis erat, compedes in imum uadum demisit. Fama item est, missum ab eo fuisse satellitem, qui Hellespontio ob sæuitiem, & iniuriam acceptam stigmata inureret, constat certè illius imperio colaphos mari impactos, & increpitum quod Xerxem nihil comeritum ita læsisset: sed futurum, ut uellet, nollet, ab ipso rege pedibus transiretur, atq; ob id, iure illi à nullo sacrificari. Accedit & illud barbaræ uanitatis exemplum: qui pontem fuerant fabricati, ex remo sunt supplicio affecti.

Pontibus.] Pons duplex inde mari impositus fuit, ferentis, & septuaginta quatuor triremibus, & biremibus tenaci nodo connexis. Codices inde lignorum in latitudinem ratis adæquati, nauibusq; instrati sunt, & supernè connexi. Mox & materia congesta, munitis utrinque lateribus, ne iumenta, & equi maris aspectu terrerentur. Hyemem totam his operibus perficiendis exegit. Iam ineunte uere, cùm ad mare descensurus esset, magno ostento rex territus fuit, sed sereno cœlo se de improuiso subtraxit, & nox repentè secuta fuit. Magi de ostento consulti responderunt quoniam Sol ad Græcos pertineret, & Luna Persarum esset, Græciæ statum citra omnem controuersiam defecturum.

Sestonq; admonit Abydo.] Vrbem Thraciæ in ora Hellespontici maris, uel (ut Strabo) Propontidis, obiacens Abydo, inter quas septem stadiorum spatium medium est: uel (ut qui plurimum tradunt) octo. Vtraq; urbs cùm alijs rebus, tum Musæ poëmatis de amore Heri, & Leandri pernobilitata est. Abydenus Leander fuit, in Sesto nata Hero, ad quam cùm ille nando properaret, fluctibus oppressus fuit. Quod puella exaduerso conspicata è turri se in subiectum Pontum præcipitauit, uel (ut alij scribunt) in littore mœrore contabuit. Incesitq.] hoc est, init super fretum rapidi Hellesponti. Cùm uelà rates.] Xerxes classico Artabonis post insomnium multò magis ad bellũ accensus, ratus numen sibi propitiũ iam in gerendo bello futurũ, montẽ Athon copijs naualibus quæ ad Eleuntẽ in statione erãt. in Isthmo à cõtinenti abrũpere imperauit. Quinq; urbes, quas supra enumerauimus, sunt cũ monte ab ora cõtinentis euulsæ, ita ut Euripus duarũ triremium capax sit factus. Sic ora pr.] Applicatio laboris, operisq; Cæsariani. Ad eundẽ modũ fauces portus utrinq; nemoribus in uadũ coniectis, duorum brachiorum specie arctantur. Turres.] Nam in quaq; parte ratium turres binorũ tabulatorũ excitabat Cæsar, quo cõmodius (ut ipse scribit) ab impetu nauiũ, & incendijs defenderet. Aduersus scalas, sambucas, exostras & tollemones usui erant balistæ, onagri, scorpiones, arcubalistæ, & fustibali, & fundæ. Balista fumbus, neruis, & chordis tendebatur, quæ, quantò brachia prolixiora habebat, a al. ne buc. tantò spicula longius b deducat in torquebat, & uiolentius. Quæ quamuis arte mechanicâ tẽperabatur, & ab exercitatis dirigebatur, quod cunq; percussérat, penetrabat. Vt tempora tandem.] Omnibus rebus pulchrè paratis, Pompeius omnes silentio naues conscendere iussit, simul expeditos ex sagittarijs euocatis, & funditoribus raros in muro, & turribus disposuit, quos certo signo reuocare cõstituit.

Neu littora.] A signis futuræ fugæ ex urbe. Tria hinc constat in urbibus, & in castris per signa obseruari solere, quãdo tacitè fugiendi consilium capiebatur: nec clamor nautarum fugam proderet: ne horarum spatia buc-

Pompeius.] Ad diuersum Pompeij stationem inter hæc transit, quarantione, quo silentio nocturno, ex Lucano constat, militibus in naues impositis, ac refracta hostium catena per medias Cæsarianorum stationes in altum abierit.

Compressa ora.] Vt uidit fauces sibi præclusas, quo minùs in apertum mare exirent, magnas onerarias naues, quas in portu Brũdusino deprehenderat, raptim adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, easq; multis tormentis, & telorum omni genere oneratas, ad opera Cæsaris appellebat, ut rates suprà memoratas perrumperet, & opera utrinq; ductæ dirutum fuit. Discussêre.] Suo loco in mari disturbarunt. Balista.] Atq; hoc ipsum est, quod Cæsar dicit. Fundis, sagittis, reliquisq; telis pugnabatur.

Pompeius tellure noua compressa profundi
Ora uidens, curis animum mordacibus angit,
Vt referat pelagus, spargatq; per æquora bellum,
Sæpe noto plenæ, teretisq; rudentibus actæ
Ipsa maris per claustra rates fastigia molis
Discussere salo, spatiumq; dedêre carinis:
Tortaq; per tenebras ualidis balista lacertis
Multifidas iaculata faces, ut tempora tandem
Furtiuæ placuere fugæ, ne littora clamor
Nauticus exagiter, a neu buccina diuidat horas:
Neu tuba pmonitos b pducat ad æquora nautas,
Præcepit socijs. Iam cœperat ultima uirgo
Phœbum laturas ortu præcedere Chelas,
Cùm taciti soluere rates, non anchora uoces
Mouit, dum spissis auellitur uncus arenis:
Dum iuga curuantur mali: dumq; ardua pinus
Erigitur, pauidi classis siluêre magistri:

cinis diuiderentur: ne nautæ signo tubæ ad naues deducerentur. Iam cœperat pl. uir.] *Primùm explicabimus uerba poëtæ, deinde quod reliquũ erit enarrabimus Trã sit igitur, ad duplicem chronographiã tẽporis autumnalis, & matutini, quo fugam parabat Pompeius, & soluit portum. Ab ingressu Solis in primam partem Libræ quæ æquinoctium circa medium Septembris constituit.*

Vltima uir.] *Vltima uirginis signi Zodiaci pars, quã excipit Libra, qua dicitur Chelæ pendetq; à prima Scorpionis parte. Sunt tantum stellæ quatuor, quarum duæ sunt priores in eius cornibus, uehementer lucidæ, totidem obscuræ quæ Libræ tribuuntur quas Chelas appellamus. Ita Chelæ ab æquinoctiali circulo premuntur, ut eum tenere planè uideãtur. Ipse uerò Scorpius pedibus Ophiuchi subiectus extrema cauda circulum æquinoctialem cõtingere uidetur. Virgo infra pedes Bootæ sita capite postremam partem Leonis, dextra circulum æstiuum leuiter radit: inferiorem partem corporis supra eorum, & hydræ caudã tenet, Erigone dicta inter Leonẽ, & Librã cernitur.* Phœbum La.] *sub auroram, siue potius unà cum aurora, paulo antè exortum solis Cæsarianorum stationes perrupit, ubi soluisset. Duo potissimum hoc loco à uera historia poëtã transuersum agunt: mensis, & diei tẽpus, quo soluere oram Pompeius. Appianus lib. 2 de bello ciuili. Exercitu, inquit, ita q; nauibus quàm properè, ad eum allato, circa uesperam classem soluit, sortioribus ad tutelam urbis derelictis, qui demum nocte increbrescente, prospero delati uento ad illum peruenerũt. Sic Pompeius uniuerso exercitu in unum comparato, derelicta Italia in Epirum transfretauit.* Ita q; non mane, sed uesperi soluit classem. Cæsar lib. primo, de bello ciuili. *Pompeius sub noctem, inquit, naues soluit. Ergo non sub auroram. Quid si non ista in Septembri, sed in Martio gesta circa Brundusium doceamus? Cic. lib. 9. ad Atticum Gaudere ais te, manssisse me, & scribis in sententia te manere mihi autem superioribus literis uidebare non dubitare quin cederem ita, si & Cn. bene comitatus conscendisset, & Conss. transissent. Hæc Cic. circa Nonas Martij Epistola 3. A' Brundusio nulla adhuc fama uenerat: & erat hic dies 7. Id quo die suspicabamur, aut pridie Brundusiũ uenisse Cæsarem: nã Cal. Aprl. mãserat. Sed si Posthumũ audire uelit, persecuturus erat Cn. Trãsisse enim putabat eõrectura tempestatũ, ac dierũ. Epistola 4. Cæsarẽ breui tẽpore ad urbẽ adfuturũ. Accidit hoc statim postfugã Pompeij Brũdusio. Eadem epistola. Scripta iam epistola Capua literæ sunt allatæ hoc exemplo. Pompeius mare transit, cum omnibus militibus quos secum habuit. Hic numerus est* A *hominum millia 30. & Coss duo & Trib. Pl. Senatores, qui fuerant cum eo, omnes cum uxoribus & liberis conscendisse dicitur ad 3 Non. Mar. Ex ea die fuêre Septentriones uenti, naues, quibus usus non est omnes aut præcidisse, aut incendisse dicunt. Rursum alibi lib. eodem Matius, & Trebatius Ciceroni Imperatori. S. Capua eũ exissemus in littore audiuimus Pompeium Brundusio ad 16. Cal. Aprilis, cum omnibus copijs, quas habuerat, profectũ esse. Cæsarem postero die in oppidum introisse, concionatum esse, inde Romam contendisse, uelle ante Cal. esse ad urbem, & pauculos dies ibi commorari, deinde in Hispanias proficisci. Hæc Cicero uariat numerus dierum quidem sed tamen in eodem mense Mar. Lucius Florus eum nocturna fuga euasisse etiam scribit, non matutina. Ex* B *Cæsaris sanè commentarijs, ait Glarea. atq; ex Ciceronis ad Atticum epistolis (ut alios fileam authores) satis hoc liquere potuit, nempe hoc anno post comitia, initio Ianuarij habita bellum hoc cœptum: in Februario Ariminum, ac alia loca capta à Cæsare: in Martio Brundusio excessisse Pompeium: deinde reditum Romam à Cæsare, ac in Hispanias itum ea æstate, & Massiliam oppugnatam: sequente deinde anno in Pharsalicis campis ciuiles intonuisse procellas.* Nona ancora.] *à signo alti silentij in fuga Pompeij.* Iuga mali.] *Iugum polysemum. sc. Iugum montis, eius procliuitas, & supinitas prona, ut in collem eluunt: hinc Deus Iugantinus, qui iugis præsidet. Iugum rusticum instrumẽtum, quo colla animalium currum, uel aratrum trahunt. Apud ueteres iugũ erat, sub quod ignominiæ causſa hostes uicti mittebantur, fixis in terra duabus hastis, quibus tertia superimponebatur. Iugum in uineæ, cùm aliquot perticis, aut arundinibus terra desixis, aliæ superimpositæ illis illigantur, in quibus uites coniungũtur. Vsurpatur pro pari, ut iugum aquilarum, boum, cuniculorum, & similium. Adde, & lignum esse, quo texto res telum conuoluunt. Iugum etiam dicitur, quod boues uno die exarare possunt. Ad hæc, tabulæ nauium, in quibus sedetur, quæ & transtra dicuntur. Præterea, lignum transuersum, unde lances in Libra dependent: à cuius similitudine Lucanus hoc loco antennas, in magnis,* C *& onerarijs nauibus transuersas uidetur appellare.*

Pauidi magistri.] *gubernatores nauium Pompeianarum, metu Cæsarianarum, quæ ui pertumpendæ erant silentio uespertino, aut certè à uespera, prima noctis face, rem administrabant, ne nautico clamore prodirentur. A' uerisimili.*

Strictaq;.] *Extremum conatum nautarum oculis subijcit in explicandis, euoluendis q; utilis, & uelorum alis. Sunt qui hic diducunt, pro deducũt, legunt, ut pro, explicãt, accipiatur, cùm deducere sit ex alto deorsum ducere. Recensẽt præterea plura signa nocturni silentij.* Dux.] *Pompeius, auersio ad fortunam, à Pompeij tacitis uotis, ut quando omnino Italiam sit amissurus, saltem tutò eam amittat, quam eius iniquitate retinere non potest.* Vix fata.] *A' difficili in amittenda Italia sine periculo. Nam remorum impulsu inter enauigandum, & fluctuationem maris tot nauium eremigatione, non potuit non uehementer agitari.* Cariuarum permistis son.] *nauium pars pro toto: sed frustra eum per omnes moras prohibere conatus fuit Cæsar.*

Strictaq; pendentes deducunt carbasa nautæ,
Nec quatiunt ualidos, ne sibi let aura, rudentes,
Dux etiam uotis, hoc te fortuna precatur,
Quam retinere ueras, liceat tibi perdere saltem
Italiam, uix fata sinunt, nam murmure uasto
Impulsum rostris sonuit mare, fluctuat unda,
Totq; carinarum a permistis æquora sulcis.

a al. permixtis.

militũ iniurijs, adeoq; Pompeij ipsius contumelijs

Ergo hostes.] *Brũdusini Pompeianorũ*

Ergo hostis portis, quas omnes soluerat urbis
(Cum uato conuersa fides) murisq; recepti:

A meliùs moti. Cæsaris rebus faucbant. Itaq; cognito Pompeij discessu, oppidani, qui totum id intenti fuerant, concursantes de tectis, & muris Cæsarianis significabant. Nullum reliquit Cæsar moræ locum, quin extemplò scalas expediri, & milites armari iuberet. Quare poëta cum fato fidem mutasse dicit, cùm fides fortunam sequeretur. Cum fuga Pompeij Brundusini fidem mutarunt.

Murisq; recepti.] Pompeius milites in muris collocarat, custodiæ caussa. Hos eo signo, quod conuenerat, reuocabat: qui notis itineribus illico ad naues decurrerunt. Interim milites Cæsariani illatis scalis muros ascēderunt. Et ut circumspectius in urbem penetrarent, modò fossas cauerent. Substiterunt paulisper, atque inde longo itinere circumducti, ad portum peruenerunt. Ibi duas naues, cum militibus, quæ ad Cæsaris molem adhæserant, scaphis, lintribusq; deprehendunt, & deprehensas excipiunt. Per cornua.] A cornibus ob similitudinem & formam Brundusium, et portus nomen habet, ut paulò ante ex Strab. satis demonstratum est. Heu pudor, ex.] Exclamatio in fugam Pompeij, quam uictoriæ portiuncula Cæsari fuisse canit. Angustus limes.] Appianus tradit fortiores ad tutelam urbis relictos, qui demum non decrescente, prospero delati uento ad Pompeium peruenerunt. Sic Pompeium uniuerso exercitu in unum comparato (ut paulò antè ostendimus) relicta Italia, in Epirum transferasse. Angustus limes.] Descriptio rem angustiarum, per quas naues in apertum mare decurrebant, illustrat collatione Euripi Euboici, qui inter eam insulam, & Bœotiam aduersum medius interluit, propemodum æquans longitudine littus Atticum & Bœoticū. Mediæ illæ angustiæ Euripum habent, qui suo impetu, & æstu reciproco septies uno die fluit, refluitq;. A quo proverbium inconstantiæ manauit: Euripo inconstantior. Euboium clarissimæ sunt, Chalcis, & Carystos, quarum posterior olim etiā marmore nobilitata fuit.

Cætera classis.] Carina propriè est nauis concauitas, adeoq; pars media inter puppim, & prorā, & trabs infima, quasi fundamentum nauis. Erant & Carinæ Romæ ædificia in modum carinarum structa. Vergil.

» Pasimq; armenta uidebant.

» Romanoq; foro, & lautis mugire carinis.

Carinis.] Duplex hic à Grāmaticis colligitur expositio: una, quod classis sit duabus magnis nauibus spoliata, & minimè infimis: idq; synecdochicè, pars pro toto: alterā ut acceipiatur, illas fugæ præcipitis studio mutilatas fuisse, id quod arguit cōparatio nauis Argus. Pagasea.] Quidā Pegasæa legunt, cùm eius uocis prima syllaba extendatur. πήγασος & πηγασαῖος. Cæterum Pagasa.

Præcipiti cursu flexia per cornua portus
Ora petunt, pelagusq; dolent contingere classes,
Heu pudor, exigua est fugiens uictoria Magnus.
Angustus puppes mittebat in æquora limes,
Arctior Euboica, quæ chalcida uerberat, unda,
Hic hæsere rates geminæ, classisq; paratas
Excepere manus, tractoq; in b littora bello
Hic primum rubuit ciuili sanguine Nereus.

Cætera classis abit summis spoliata carinis.
Vtc Pagasea ratis peteret cum Phasidos undas,
Cyaneas tellus emisit in æquora cautes:
d Rapta puppe minor subducta est montib. Argo,
Vanaq; e repercussit pontū Symplegas inanem,
Et statura redit. iam Phœbum urgere monebat
Non idem Eoi color ætheris, albaq; nondum
Lux rubet, & flammas propioribus eripit astris,
Et iam Pleias f hebet flexi iam plaustra Bootæ
In faciem puri redeunt languentia cœli.

a al. per littora.

b Vetus cod habet littore

c al. Pegasea.

d Vetus cod. Rupta.

e al. Vanaq;.

f al. habet.

M pass. & nusquam amplius discreta. Latera sua pandit, nec minus XX. contrahit: ambitu CCC. LXV. M. pass patet. Olim etiam Chalcodotis dicta fuit Ephoro, & Aristidi: Chalcis, Callidemo, ab ære, ibi primum reperto. A poëtis Asopis, sed & Abantias uocatur. Euboeam appellatam credunt à matrona quadam heroicæ indolis: uel (ut Strabo credit) ab antro littorali, Aula bouis dicto, in quo Io Epaphum enixa existimatur. Vt igitur ad Euboicum mare redeamus, ita in angustum est coactum, ut duo ab utraq; Euripi parte fieri portus uideantur in orasibi inuicē cōuersi. A Sulpitio, cùm ibi res gereret, eū Atalo aduersus Philippū, animaduersum fuit, mare ibi non septies uno die statutis horis huc, & illuc cōmeare, uerum montiū propinquitate subitis uētorū flatibus alterutrius pelagi concitari fluctus: Porrò Chalcis, cuius hic mentionem facit poeta, quamuis in ea insula sita est adeo arctò interscinditur freto, ut ponte continenti iungatur & terra aditum faciliorem habeat, quàm mari. Tam proxima Bœotiæ est, unde olim motu terræ fuit abscissa, perinde ut Cyprus à Syria: Sicilia ab Italia: Belbicus à Bythinia: Leucosia à Syrenum promontorio. Sed ut ad institutum redeamus, hanc semitam Brundusinam arctiorem fuisse dicit ea parte freti, quæ Chalcidem Euboicam alluit.

Hic hæsere ra.] *Hæc ad istium modum à Cæsare referuntur.* Diuisq; naues cum militibus, quæ ad moles Cæsaris adhæserant, scaphis, lintribusq; deprehēdunt: deprehensasq; excipiunt. Manus.] *Ferreos uncos, harpagones, quos etiam lupos uocant.* Tractoq; in litto.] *Vetustissimus codex habet in littore, conserto prælio tumultuario cū Pompeianis deprehensis in nauibus.*

Nereus.] *Mare metonymia Nereus Oceani filius, & & Tethyos mari præsidere creditur à poetis.*

Demetriat postea dicta, Thessaliæ oppidū est unde sinus Pagasicus, siue Pagasæus dictus fuit. Hinc Minyæ Colchidē petentes Argo nauem soluisse, memorantur. A Minyis, manis Minyeus, in eadē Thessalia Orchomenus antea dictus.

In hac ora sinus Pegasei, Hercules cùm ex Argo naui aquatum exiuisset, ab Iasone & Minyis relictus, ut aiunt, Aphete locus à re dictus inde creditur Herodoto. At Strabo prodidit, non quod Hercules ibi relictus, sed quod Argonautæ ex eo littore in Pontum dimissi essent, loco nomen factum. Sed plures eum in Bithynia subsedisse memorant, Pegasea Argo.] *Thessalica Argo, Apollonij enarrator lib 1. Argon.* παγασοσὰι, *inquit,* ἀκρωτηρίον μαγνησίης, ὀνομάσθη ἤ ἀπὸ τῦ ἑνὶ πεπήχθαι

τὴν ἀργὼ ὁ δὲ ναύψιος, ἀπὸ τῆ ναυαῖς περιῤῥῆξαι τοὺς τόπους. ἐπὶ δὲ τῇ τῶν ἀχαιῶν ἀπόλλωνος ἱερόν, id est. Pagasæ promontoriũ Magnesiæ nomẽ traxit, quod in eo compacta fuerit Argo nauis. Vel, ut Scepsius, quod ea loca fontibus undiq; rigentur. Est & Apollinis Pagasæi templũ. Et Aphete Minyæ soluerãt. Is locus haud procul à Pagasis abest. Peteret.] Cũ Argo nauis Argonautas Colchos ueheret, per Phasidis ostiũ in intima Colchidis peruenêre. Est enim is amnis omnium in eo tractu clarissimus, simul & maximus. Plin. & Mela aiunt eius nomine oppidum etiam illic esse. Hic Phryx, templum, & lucus, fabula uetere pellis aureæ nobilis. Hinc orti montes lõgo se iugo, donec Rhipheis cõiunguntur, exporrigunt, qui altera parte in Euxinum Mæotida, & Tanaim: altera in Caspiũ pelagus obuersi Ceraunij dicũtur. Porrò Phasidem impetuosum amnẽ esse satis indicat Valer. Flaccus.

„ Magnus ubi aduersum spumanti Phasis in æquor
„ ——Ore unit. Eundem hũc suprà Lucanus diuisima Colchorũ rura secare dixit. De Colchis alibi quædã anno cautimus, & suo loco, ubi iustior occasio se obtulerit plura dicturi. Cyaneas.] præter Phasim uastissimũ amnem, qui CXX põtibus iungitur, antequã in Ponti ueniat, præcipuos fluuios, eosq; nauigabiles recipit. Glaucũ, Hippũ, & Cyaneum. Ptolemæus tamen Hippũ, & Cyaneũ seorsim Pontum ingredientes facit. Mela tradit, contra Thracium Bosphorum, duas modicas esse insulas, paruo distãtes spatio, aliquãdo dictæ, & creditæ cõcurrere, quæ Cyaneæ & Symplegades dicuntur. Interpres Orphei

Namq; illæ aduersis uentorum flatibus actæ,
„ Occursuq; graues alludunt saxa gementi.
„ Hic strepitus late pelago cœloq; gementis
„ Præcipites resonant præruptis fluctibus undæ.
„ Cyaneæ propter colorem dictæ sunt, ab aliis Planctæ Petræ; quasi erraticæ, quas ueteres uiuas, & animatas putauerunt. Dionysius Afer.
„ μανέας ὅτι μὴ θ' ἁπλᾶς εἰν ἁλὶ πέτρας
„ πλαζομένας κυανοχαιτέων ἐπ' ἀλλήλῃσι φέρεσθαι.
„ Hic sunt Symplegades arctæ (Rhemnius.
„ Panditur hic Ponti pelagus Titanis ad ortus
„ Quod petit obliquo Boream Solemq; meatu.
„ Hinc atq; hinc medio percurrunt æquore colles.

Nos ex tempore ad hunc modum.

„ Fabula Cyaneas errantes æquore uasto
„ Ingentes inter sese concurrere Petras.
„ Murmure cum magno, ferunt,

Cæterũ locorũ natura præbuit authoribus, maximè poëtis fabulandi materiã. Duo sunt scopuli ad exitum Põtici maris, M. pass. & 500. ab Euripo. 14. ab ostio Has ob eã caussam cõcurrere inter se fabulati sunt, quod paruo inter se interuallo discretæ ex aduerso intrãtibus geminæ cernãtur. Paulatim inde deflexa acie, coeuniũ speciẽ præbeãt.

Argo.] Apollonius Rhodius credidit nauẽ Argonautarũ Argo nommatã, ab Argo qui eã fabricatus fuerat. Pherecydes, ab Argo Phryxi, & Calciopes filio. Nauis in ora Magnesiæ instructa fuit ad Pagasas. unde Poëtis periphrasticè, Pagasea ratis uocatur. Stadijs 20. ab Iolco distat locus Pindarus ad Demetriadem urbem, Pagasis finitimam. Argo nauem cõpactam canit. Ea longarũ nauiũ prima fuisse traditur, & mare ingressa, atque à celeritate nomen sortita: fuitq; facta ex arbore cone, simili robori, quæ ferat uiscũ, quæ nec aqua, nec igni possit corrũpi, ut nec Viscus. Itaq; Cæsaris opera, & angustias medias maris cũ Cyanæis: classem uerò Pompeij cũ Argo naui ipsum cum Argonautis corfrt. Rapta puppe.] Vetustissimus codex legit, rupta puppe. Porrò quẽadmodũ Cyaneæ partem nauis rapuere furentes, narrat Valer. Flaccus lib. quarto Argonauticõn.

Omnibus extemplò sæua sub imagine rupes
Cyaneæ, propiorq; labor, quando ad fore, quaq;
Parte patent stant ora metu, nec fessa recedunt
Lumina, diuersas circum seruantibus undas.
Cùm procul auditus sonitus insanaq; saxa,
Saxa nec illa uirit, sed præcipitata profundo
Siderei pars ussa poli, dumq; ocyus instant
Ferre fugam maria ante ratem, maria ipsa repente
Disijcere, aduersosq; uident defendere montes,
Omnibus, & gelida rupei formidine remi.
Ipse per arma uolans, & per iuga summa carinæ
Hortatur, supplexq; manus intendit Iason.
——Hæc ubi fatus
Et paulò pòst.
Corripit abiectli remumq; locumq; Phaleri
Et trahit, insequitur flammata pudore iuuentus.
Vnda laborantes præceps rotat, ac fuga Ponti
Obuia, miscentur rupes. iamq; æquore toto
Cyaneæ iuga præcipites illisa remittunt.
Bis fragor infestas cautes aduersaq; saxis
Saxa dedit flamma expresso bis fulsit in imbri
Sic ubi multifidus ruptis è nubibus horror
Effugit, & tenebras, nimbosq; intermicat ignis,
Terrificiq; ruunt tonitrus, elisaq; nocte
Lux dirimit. pauor ora uirum. p tuor occupat aures.
Haud secus impleuit Pontum fragor: effluit imber
Spumeus, & magno puppem procul æquore uexit.
Aduerte Deijs defixaq; numina Ponto,
Quid scopulis præclusa ratis, quid dura iuuentus
Expediat. pendet magnis fauor ortus ab ausis

Cætera prolixiora sunt, quàm ut hic adscribãtur, quibus naturã Cyanearũ furentium in Argo heroica mole state prosequitur. Symplegas.] Petra Cyanea. scopulus ille cõcurrens, de quo diximus. Iam Phœ.] Multis uerbis periphrasticè aurorã appetentẽ describit, à signis antecedentibus orientẽ. Sed semper lectorẽ meminisse oportet, quod suprà monuimus, Pompeiũ nõ sub aurorã sed ueris tempore: nõ in Septembri, sed in Aprili soluisse. Nouidẽ coi c.] Nõ luteus, nõ croceus color: unde ab Homero ῥόδον ἠριγένεια ἠὼς appellatur. id est, aurora crocea uestem amicta quẽ colorẽ tũ imitatur cũ parũ quidẽ diei apparet, sed noctis tamen nonnihil supereſt. Mox accedente die ῥοδοδάκτυλος ἠὼς dicitur, id est roseis digitis illustris. Alba nood.] Quæ Solẽ iam iã emersurũ antecedit, cuius accessu propiore stellæ obscurãtur, quarũ lucem flammas hoc loco nominat poëta per similitudinẽ. Pleias heb.] Ad signo diei appropinquantis, quo tẽpore stellæ incipiũt obscurari. Pleias, pro, Pleiades, ex una reliquæ omnes Pleiades intelligũtur synecdochice. Pleiades 7 stellæ sunt in cauda: uel ut alij (quod uerius) in capite Tauri, sed nõ plures quã sex uideri possunt: septima obscura est. Pleiades dictas credũt, quod ex Pleone Oceani filia, & Atlante prognatæ dicantur. Sunt qui easdẽ Hyadas dictas existimant: alij quinq; tantum eo nomine censeri putant, quæ Aratus in Tauri fronte sparsas ait. ——ἑπτὰ δὲ καὶ αὐταὶ
πάντοτε γιγάασι, τὰ κέρε ἐπὶ ταύρεϊ μετώπῳ
πάσῃ βιβλήκασι. id est.
Non adeò incelebres Hyades sunt, utpote frontem
Quæ sunt per Tauri dispersæ.
Has etiã Succulas Latini uocãt, à Græca uoce ὗς, sue siue ὑπὸ

Ἀ πὸ τοῦ ὕειν. hoc est, à pluendo, quod pluuium signum sit, ut Hœdorum exortus, & Arcturi. Sed ut ad Pleiades reuertamur, ita distinguūt autores inter has, quæ & Vergiliæ dicuntur, & Succulas, siue Hyadas, ut has in fronte Tauri, illas in cauda collocent, author est Plinius, lib. 2. cap. 41. Aratus.

" ἐπτὰ φορεῦσι δὲ πάντες μετ' ἀνθρώποις ὑπ' ἠέρ[λ]αι,
" ἐξ ὁπόσαι περ ἴσασι ἐπόψιαι ἀφραλυσίῃσι,
" ἠὲ μέν πως ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἠμὲν ὀπίσσω
" ἐξ οὗ γενεῆθεν ἀνείρετο, ἀλλὰ μάλ' αὖτως
" ἔφατο, καὶ [λ]ᾶας ἦν πάντα ὑπαὶ ῥόδλυμον καλέου[λ]αι
" ἀλλυδόν, ἀτρόπητε, πελαιοτάτ' ἠκέστητε,
" καὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα, καὶ οὐδενὶ μᾶλλον,
" ἠρι, φαεσιμβρίαι, ἶσοι δ' ἀλλήλῃσι φανεῖσαι,
" οὐδ' ὁπόσαι, καὶ θῆρες, ὑπὸ χθονὸς ἀχλυόεσσαι
" σκιδνάμεναι ἐπέλευσιν ἐπερχομένοιο ἀχόρου. id est,
in interprete Germanico Cæsare.

" Sidera communem ostendunt ex omnibus ignem
" Septem tradantur numero, sed carpitur una,
" Deficiente oculo distinguere corpora parua.
" Nomina sed cunctis seruauit fida uetustas,
" Electra, Alcyone, Cebenoque Tygete,
" Et Sterope, Meropeque formosaque Maia.
" Cœlifero genitæ si uerè sustinet Atlas
" Regna Iouis, superosque, atque ipso pondere gaudet.
" Lumine non multo Pleias certauerit astris,
" Præcipuo sed honore ostendit tempora bona.
" Cùm primùm agricolam uentus superimminet astris,
" Et cùm surgit hyems portu fugienda peritus.

Pleades, inquit idem, Græci à pluralitate, Latini, eò, quod ueré oriantur, Vergilias dicunt. Sed his missis ad rem redeamus. Vergiliæ priuatim ad fructus pertinent, ut quarum exortu æstas incipiat occasu hyems, messes, uindemiæ intra se complexæ. Ergo in Autumno Sole cum Chelis oriente, uergunt Pleiades inter Arietis caudam, & fictionem corporis auriga in occasum. Increbrescente autem rore, hebetantur Pleiades. Plaustra.] Aratus.

ὅσσα δὲ μὴν ἁμάξης ἔχεται

Duæ ursæ, quæ polum complectuntur, simul currũt ac rotantur, eóque dicuntur Plaustra. Harum minores ultima stella caudæ Polus uocatur, quam Bootes ex interuallo obseruat, sequiturque. Qui uerò circulus à priore Maioris ursæ pede describitur, circulus Arcticus nominatur. Et quæ signa intra hoc spacium clauduntur, neque ortum norunt, neque occasum, sed totam noctem nobis cernuntur.

Bootes.] Arctophylacis. Aratus.

" ἐξ ποδὸς δ' ἑλίκης φέρεται κλάονθι ἐοικὼς
" ἀρκ[τ]οφύλαξ, τὸν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι βοώτην
" ὄψὲ δ' ἀμαξάων ἐπαφώμενος ἔλκετ' ἄρουρα. id est,
" Pone Helicen fertur, similis qui plaustra gubernet.
" Arctophylax, quem mortales dixêre Booten.

Nanque Vrsæ apparet propius contingere plaustrum. Arctophylax Græcè, custos Vrsæ, qui & Arcturus appellatur quod plaustrũ, siue septentriones insequatur, quasi illis succinctus. Cicerò.

Arctophylax uulgò qui dicitur esse Bootes. Arcturus tamen propriè primæ claritatis stella est intra pedes Bootæ. Fabulantur hunc Arcadem fuisse, & Iouis filium, de cuius nomine postea Arcadia dicta fuit. Hunc Lycaon Pelasgi filius dicitur membratim secuisse, & Ioui comedendum apposuisse, uolẽs experiri, num Deus esset. Iupiter Lycaonis domum fulmine percussit, & Lycaonẽ in lupũ uertit. Arcadẽ in cœlũ transtulit, iussitque esse Bootem. In dextra manu quatuor habet stellas, nunquã occidentes: in capite unam lucidam: in singulis humeris, singulas: in singulis mamillis, claras singulas: sub dextra mamilla, obscuram unam: in dextro cubito, claram unam: inter utraque genua, claram unam & eam quidem magnã, quæ Arcturus uocatur, ut modo dixi. Cum Tauro, Gemini, Cancro, & Leone occidit. Quoniam autem omnes cœlestes iniuriæ ac tempestates à sideribus oriri creduntur, & à maiori ui intenduntur cum Plenilunio, horridã sidera sunt Arcturi, Orion, Hœdi. Plin. li. 18. ca. 28. Arcturi occasus matutinus incidit in tertiũ Idus Maij. Hãclenus de Boote, qui Arctophylax & Arcturus appellatur. Ergo dies appropinquãs propiores stellas obscurat.

Maioresque.] Hæret in periphrasi temporis matutini.

Latent.] Iuxta illud triuiale: maius lumen obscurat minus. Sole iam iam oriturο, solari lumine abscondantur.

Lucifer.] φώσφορος, à Græcis dictus, eum mane Solem præcedat, & diei prænuncius oritur. Infra Solem meat: estque sidus alterno meatu uagum, Veneris appellatum annulũ Solis & Lunæ suis cognominibus. Nam præueniens, & ante matutinum exortẽ, Lucifer uocatur, diem annuncians, ut alter Sol. Contrà ab occasu uesperi refulgens, Vesper dicitur à Latinis: à Græcis ἕσπερος, & lucem prorogans, & quodammodo Lunæ uicem reddens. Plinius scribit, hanc eius sideris naturam Pythagoram Samium primum præuidisse Olympiade uicesima secunda, aut circiter. Cæterum, quod ad magnitudinem attinet, superat omnes stellas, & signa, & planetas, extra Solem & Lunam, & quidem tanta claritate, ut eius uniꝰ radijt umbræ reddantur, id quod mirum, si Plinio fides sit habenda. Hinc b al. damnatur. scriptoribus de nomine magna fuit controuersia. Alij enim Isidis stellam: nonnulli Iunonis: aliqui Matris Deûm uocauerunt. Quin & Physici illud addunt, omnia in terris huius ui generari, id quod mirum uidetur. In alterutro enim exortu cùm omnia genitali rore conspargat, non solum terræ concepiut implet, uerum etiam animantium omnium naturas extimulat. Quod uerò ad eius cursum signiferum permeat tricenis, & duodequinquagenis diebus. Nunquam à Sole longius absistit, quàm quadragenta sex partibus, authore Timæo. Nonnulli Lu-

Maioresque latent stellæ, calidumque refugit
Lucifer ipse diem. pelagus iam Magne tenebas,
Non ea fata ferens, quæ cum super a æquora toto
Prædonem sequerere, mari. Lassata triumphis
Destituit fortuna tuis: cum coniuge pulsus
Et natis, totosque trahens in bella penates
Vadis adhuc cingens populis comitantibus exul.
Quæritur indigenæ sedes longinqua ruinæ,
Non quia te superi patrio priuare sepulchro
Maluerint. Phariæ busto b damnatur arenæ:
Parcitur Hesperiæ, procul hoc ut in orbe remoto
Abscondat fortuna nefas, Romanaque tellus,
Immaculata sui seruetur sanguine magni.

a al. æthera.

ciferum Auroræ, & Cephali filium esse tradunt. Et quia formæ præstantia reliquos omnes facilè superabat, cum certasse cum Venere Eratosthenì: atq; ea de caussa Veneris stellam appellari. Magne.] Pathetice auertit orationem ad Pompeium, cuius gratia præmusit temporis matutini descriptionem periphrasticam.

Non ea fata.] Affectus monet collatione præsentium rerum, & pristinæ fœlicitatis, cùm piratas toto mari persequeretur. Prędonem sequere mari.] Prædones, numerus pro numero: synecdoche: siue enallage numeri. Habuerat enim bello Piratico, CCLXX. nauium classem, instructam equitibus, & peditibus. Hos ita partitus fuerat, legatis prouinciarum. Tiberio Neroni Iberiæ oram usq; ad columnas Herculis tuendam tribuerat. Gallicum mare, & Liguslicum, M. Pompeio. Libycum, Sardoum & Corsicum Lentulus Marcellinus obtinuerat, unà cum P. Attilio. Italiæ oram. L. Gellius, & Cn. Lentulus, Siculum & Ionium. Plocius, & Terentius Varro. Peloponnesi, Atticæ, Eubœæ, Thessaliæ, Macedoniæ L. Cinnam præfecerat. Aegeum mare cum insulis, & Hellesponto cesserat L. Cullio, Bithyniam, Thraciam & Propontidem, cum Bosphoro L. Piso tutatus fuerat. Lyciam, Pomphiliam, Cyprum, Phœnicem, Me- A tellus Nepos Horum singulis certum numerum nauium Pompeius tribuerat. Ipse cum 60. lectis nauibus, Tyrrheno mari, Libyco, Sardoo, & Siculo perlustratis, bellum Piraticum 40. diebus confecerat.

Destituit] Deseruit nunc te. Cum coniuge.] uxore Cornelia, ac Cn. Pompeio, & Sexto liberis.

Vadis adhuc.] adhuc magnus, & clarus hoc nomine, quod sub tuis auspicijs, senatus, & numerosus exercitus militet. Exul] Pathos à conditione. Sedem longinquam, in qua Italica clades fiat, quæritur, ut ad Pharsalum: & Aegyptus, ubi ipse sit perituru. Addit aliolo giam, ne Italia toties ab ipso seruata tanti uiri eladem ob oculos cernat, cum omnino in fatis sit ipsi pereúdum esse. Damnantur.] Legitur & damnatur. Si legas damnantur: solum Aegyptium destinatum est à superis Pompeij sepulchro: ut Phariæ arenæ sit nominandi causs: tellus Aegyptiaca destinata est busto Pompeij. Sin damnatur, ipse Pompeius damnatur arenæ Aegyptiacæ, ad moriendum, Ipse eo fato trahitur, ut in Aegypto cadat. B

FINIS LIBRI SECVNDI.

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS POETÆ CLARISSIMI, DE BELLO CIVILI, LIBER TERTIVS.

CVM COMMENTARIIS ACCVRATIS ERVDITISSIMIS D. LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII.

ARGVMENTVM IN TERTIVM LIBRVM M. Annei Lucani, per SVLPITIVM.

TErtius exponit fugientis somnia Magni
Atq; ut Trinacrias est Curio missus in urbes.
Brundusio reditum describit Cæsaris: inde
Prædanti fiscum, cui uult obstare Metellus.
Hinc populos, Magnum qui sunt in bella secuti
Vtq; iter accelerans Hispanas Cæsar in oras,
Massiliam fidam uexat terraq; mariq;.
Moxq; abiens Bruto uictori bella relinquit.

PRopulit ut.] Quemadmodum Maro Aeneã inter nauigãdũ Carthaginis mœnia subinde respicientẽ facit, ita Lucanus Pompeiũ soluto portu Brundusino, Italiã, quã describit, respectantẽ intro ducit. Quin et totum exordium ad imitationẽ Homericã, & Vergilianã deliniauit. Homer. lib. Iliad 2. de Ioue & cæteris reliquis.

» ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἔθελε, νῆ
» ἀνέμοιο ἰπποκροτάφοιο
» ἴθυσ' ἀπόπροθι νηός,
» διπλῆ δ' ὄκ ἔχε νύκτα
» μετ' ἀνδράσι, id est.
» Numina per cœlũ,
& mortalia corpora,
Cterrat

» Lenibant somno curas, sed Iuppiter ullũ
» Haud uidit somnũ.
Maro Aeneid. 4. De Didone.
» Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
» Corpora per terras, syluæq; & sæua quierant
Aequora, cum medio uoluuntur sidera lapsu.
Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæq; uolucres, &c.
At non infœlix animi Phœnissa, nec unquam
——Soluitur in somnum.

Ad eundem modum erudita imitatione Lucanus, omnes nautæ prorsum mare Ioniũ obtuebantur. solus uerò Pompeius nusquam oculos ab Italia deflectebat. Dum patrios.] Pathos à loco. Italicos, quos iam deseruerat. Tectũq; ca.] quod cacumẽ dicit. statim ut exiit, mõtium cacumina, ut numerus singularis, pro pluratiuo sit positus.

PRopulit a ut classem uelis cedẽtibus Auster
Incumbens, mediumq; rates tenuere profundum,
Omnis in Ionios spectabat nauita fluctus:
Solus ab Hesperia non flexit lumina terra
Magnus, dum patrios portus, dum littora nunq;
Ad uisus reditura suos, tectumq; cacumen
Nubibus, & dubios cernit uanescere montes.

a In uetusto cod. protulit

Dub.] accõmodatè ad sensum cõmunem. Nauigio discedentib. decedere mõtes, & rarescere uidẽtur ita, ut ad ultimũ nequeas dinoscere, nubẽs ue cernas, an montiũ cacumina: urbes, terræq; recedunt, inquit Maro. Item & Augusti rarescunt claustra Pelori.

Inde sopori.] Dilatat poëticè narrationem fictio somnio põperij, idq; imitatiõe Homeri, Vergilij, & aliorum. Nestor Homerici Iliad 2. somnio nũ uanitatẽ coarguere uolens, si quis reliquorum Græcorũ, inquit, somnium narraret, refellẽ, ut uanũ, ac falsum refutaremus

Inde soporifero cesserunt languida somno
Membra ducis, dire dum plena horroris imago
Visa caput mœstum per hiantes Iulia terras
Tollere, & accenso furialis stare sepulchro,
Sedibus Elysijs, campoq; expulsa piorum
Post bellum ciuile trahor uidi ipsa tenentes
Ad Stygias, inquit, tenebras, manesq; nocentes
Eumenidas, quaterẽt, quas uestris lãpadas armis.
Præparat innumeras puppes Acherontis adusti
Portitor, in multis a laxantur tartara pœnas.
Vix operi cunctæ, dextra properante sorores
Sufficiunt: lassant rumpentes stamina parcas.
Coniuge me lætos duxisti magne triumphos:

simul, & auersaremur. Nunc uerò quoniam rex uidit, qui omnium Græcorum facilè præstantissimus est, quam armemus iuxta somnij fidem, uniuersum exercitum. Cæterum re uera somnijs non est habenda fides, quod ab incerta, & cõmoda cuiuslibet interpretatiõe

a al. lassantur.

eorum

Fortuna est mutata thoris, semperq; potentes
Detrahere in a cladem fato damnata maritos,

a Vetus cod. habet fato cladem.

eorum ambages pendeant: unde non solũ in errorẽ, sed etiam in incredulitate pronus lapsus est. Inter omnia genera somniorum, quæ à Physicis recẽsentur, quatuor maximè sunt discernenda. Primum uulgare est, conueniens naturæ, & omnibus ex æquo cõmune, quoties dormientib. ea occurrunt, quibus uigilantes occupati fuerunt. Iudicibus lites,, aurigæ somnia currus, ut ait Claudianus & Theocritus. πᾶσα χύσις ἅρπας μαντεύεται, ἰχθὺς ἁγωγὸς.

Etenim humorum uel redundantia uel defectus spiritus excitat imaginationẽ. In uitioso phlegmate somniant se natare. Crassus humor, ac crudus in epialte causſa est. cur thorax. adeoq; totum corpus premi existetur, sed nihil habet certi. Secundum genus est, adumbrans futura euenta allegorijs quibusdam: sed nõ est diuinum, neq; habet causſam perspicuam satis in agitatione humorum, et exuberantia, sed sunt meræ naturæ rerum præsagæ, quas φύσεως λαλιὰς, καὶ ἐνθουσιάσεις, καὶ ἐνεργείας uocant. Hoc ut plurimum aliquid signat. Quemadmodum alius alio ad pugnam est propẽsior, aut ad cursum expeditior. Huius generis fuit somnium Ciceronis de Octauio, quem nondum uisum somnabat reipub. principem futurum. Huius generis fuit Syllæ. Luculli & Augusti somnium. Sed quia coniecturis tantum nitiur, propter ambiguitatem interpretationis, qua excelsi uiri sæpe falluntur, ei fidem habere prohibemur. Pompeius posterior prælio cum Cæsare congressurus in somno monitus fuit, ne prælium detrectaret. Deinde cum præsentem uictoriam sibi polliceretur, putabat Romæ sibi in Theatro sedẽti à frequenti concione applaudi. Errabat in interpretatione somnij. Applausus erant exhortationes Lentuli, Domitij, Ciceronis, & aliorum, qui postridie certam uictoriam pollicentes, & exhortantesq; ad pugnam, eum inani spe erigebant ad fortiter dimicandum. Tale erat somnium Darij de exercitu Alexandri, adeoq; de ipso Alexandro habitu Persico incedente. Sed quantum errabat in interpretatione ipse sensit postea. Ita Hamilcar Pœnorum Dux putabat se Syracusis cœnare. Quo somnio animatus postridie conuocato exercitu in concionẽ ad expugnandam urbem infœliciter captus in urbem introductus fuit. Itaq; cœnauit in urbe quidem, sed diuerso euentu, ac fortuna, quam sibi fuerat pollicitus. Homericus Agamemnon ab Iride monitus fuerat, ut exercitum uniuersum in campum educeret, futurum ut eo die Troia caperetur. Cecidit de spe. Desiderabatur Achilles cum Myrmidonibus. Atque hæc quidem sunt somniorum ludibria. Tertium genus est diuinum, quod à Deo, aut angelis obijcitur. Continet enim non res friuolas aut plebeias, sed publicas, de administrationibus regnorum. Imperiorum Ecclesiæ. Huic cum habenda fides est. Huius generis fuit illud Iacob. Iosephi, Pharaonis, & Nabugodonosoris. Hoc certum est, propter testimonium diuinum. Quartum genus planè ἄθεον est, cuiusmodi sunt spectra, ut Cassij & Bruti. & similia uenificarũ somnia, fanaticorumq; hominum ab impuris spiritibus profecta. Ad hoc genus fortasse præsens somnium retulerimus. Cætera de somnijs hoc loco persequi, odiosum nimis foret: cuiusmodi sunt ista: cur animantib. somnia obijciuntur, quæ somnia liceat coniectare, matutina somnia cur uera: quæ ratio somniorum iuxta Democritũ: & id genus alia de somnijs, de quib. fortasse alio loco dicturi sumus.

Nũc ad institutã com-
mentationẽ reuocetur
stilus. Inde sopor.] Compositum se quieti Põponius, & quidẽ profundæ: nam eum soporem esse contendunt Grãmatici, ut sopitus dicatur, qui sensum sui amiserit, ut propemodũ in extasi positus uideatur. Imago] Spectrum, siue umbra Iuliæ obitus. Furialis.] Furiæ indignatæ similis. latæ per quietem.

Sedibus Elys.] Exordiũ ductũ à narratione, quod per bellũ Ciuile, è Campo Elysio, quæ sedes piorũ animorum est, in ima Tartara sit deducta. Etenim Cæsar pater cum Bibulo Consul, anno iam exacto fermè, priusquã Consulatu abiret, cæperat cogitare, ut nouis affinitatibus suas opes confirmaret. Itaq; Calpurniam L. Pisonis filiam, sibi in Consulatum successuri uxorem dixerat: Iuliam filiam suam Cn. Pompeio collocauit. Erat is tum facilè princeps ciuitatis. Quã rem Cato indignè ferens, clamabat, nuptiarum Lenocinio rempub. prodi, maximè quod Cæsar paulò antè Pompeij affinitatem recusasset. Socero tum, ac genero suffragantibus, ex omni prouinciarum numero Galliam cum Illyrico sibi potissimum delegerat, B quod inde idonea triumphorum materia præberetur. Mox Gallia Comata per Senatum accessit. Postea Cæsar in Britannia res gerente soluturoq; inde, Iulia decessit tè rebus humanis, & quidem subita animi consternatione ijs comitijs, in quibus Pompeius, & Crassus magna ciuium contentioue consulatum obtinuere, coniugis uestem intuita humano sanguine madidam, atque ex campo domum temere allatam, grauius aliquid uiro accidisse arbitrabatur. Subito itaq; metu perculsa, cùm uterum ferret, abortum fecerat, ac paulò pòst decessit. Cuius morte statim Pompeij animus fuit à Cæsare alienatus. Visa itaq; fuit Iuliæ mors prima causſa discordiæ inter patrem, & maritum, inter quos nefarium bellum ortum fuit. Hæc de causſa dicit se ex amœno piorum prato in damnatorum abyssum traductam, quod belli Ciuilis causſa exiterit.

Elysijs, campoq;] Campo Elysio, domicilio animorum beatorum, quo soluti corpore demigrare dicuntur. C Seruius Elysium dictum putat, ἀπὸ τῆς λύσεως, hoc est à dissolutione. Alij πεδίον ἡλύσιον, ἀπὸ τῆς ἐλεύσεως, hoc est à delatione. quod qui piè uixerunt eò commigrare dicantur, ἔλυσις enim, profectio est, & iter. Suidas Elysium ita describit. ἠλύσιον ἱερὸν περὶ τὴν ἄδην. οἱ δὲ πεδίον ἐρῆμον ἀνύδρου. οἱ δὲ τὸ κενεῶνα ἐρῆμον ἀνύδρου. οἱ δὲ ψυχρόν. τάδε τοιαῦτα ἐγὼ ἀδήλως ἔχω χωρίον, ἢ πεδίον. τάδε τοιαῦτα δὲ καὶ ἀδηλούσης καλεῖ δὲ καὶ ἐνυπνίσια. πολλαχοῦ δὲ καὶ ἀμπελῶνα φησι τὸ κατάσκαφεν χωρίον καλεῖν, hoc est, Elysium delubrum est apud inferos: alijs in Aegypto: nonnullis in Lesbo: rursus alijs regio, siue campus tegulis instratus. Sunt autem huiusmodi loca inaccessa. Vocat & Enelysia. Polemon author est, Athenienses eo nomine locum effossum appellare. Idem Suidas paulò pòst. ἠλύσιον πεδίον, ἐν ᾧ οἱ πάρ' ἕλλησι λίνακοι αὐλίζονται, μετὰ θάνατον. ἐκεῖσε ἐλεύσεσθαι οἱ δὲ κολάσεως ἄξιοι ἐν τῷ νυκτῷ, καὶ τῷ μενοι. οἱ δὲ ἀπελεύσονται. ποταμοὶ δὲ εἰσὶ, πυριφλεγέτων τε, ἀκεανός τε, στυγὸς τε, ἀχέρων τε, ὁ μὲν ψυχρότατον, ὁ δὲ πεπυρωμένον τατον. id est, Elysius campus est, in quo apud Græcos iusti homines agunt, qui post mortem illuc emigrant. Qui uerò puniri meruerunt, in Corytum, & Pyriphlegetõtem demergũtur, quorũ Cocytus frigidissimus, Pyriphle-

A Periphlegeton uerò, calidissimus est. Didymus Odyss. 4. domicilium quidem esse heroum scribit, sed ita dictũ ab Eleutheri cuiusdam religiosissimi uiri filio Elysio. sic quod ibi corpora maneant ἄλυτα. Est autem locus in insulis beatorum animorum, quas aliqui fortunatas uocant. Veteres certè Campum Elysium esse existimarunt in medio inferorum: sed à Philosophis in insulis fortunatis collocatur. Fuerunt, qui dicerent esse circa Lunarem globum, ubi purissimus est aër. Hinc illud apud Maronem Aeneidos 6. Vbi de Elysio loquitur: Aëreis in campis, inquit. Nec defuêre, qui hunc campum in Hispaniis posuerint, in quarum subterraneis Plutonium habitare crediderunt, propter admirabilem in eo tractu fœcunditatem metallorum. Quin & Homerus opum eius prouinciæ gnarus, in ijs locis Elysium pratum finxit, sedem pijs dicatam, in quam Proteus uaticinator, Menelaum migraturum. Gorgias apud Platonem plura de Elysio philosophatur. Ad Stygias te.] Damnatorum sedem, à palude Styge periphrasticè.

B Vidi ipsa tenentes.] *Imitatione Vergiliana.* Vidi ipse furentem. Cæde Neoptolemum id quod Vergilio familiare. Eumenides.] *Furias, Megæram, Alecto, & Tisiphonen,* quas Suidas κατ' ἀγαθοειδῆ ἀλληγορίαν uocat. *Has autho* ret tradunt nomina sua in Oreste mutasse, actum primũ dicato apud Athenienses uicisse, ijs furna oue litata. Philemon comicus θεμένας θεάς, diuersas esse ob Eumenidibus prodidit. Citatur à Suida illud Sophoclis: οὐ γὰρ ποθ' ὧδε δύσποτμος ἐφάνην οὐδ' ἐν κακοῖσι, in Oedipo Coloneo. Hinc nata fuit parœmia ἄλλαι δ' ἀλλαχῶ κεῖνται, quod aliũ aliis appellationibus Eumenidas appellẽt. Alia inquit nomina apud alios pulchra censentur, apud nos uerò hæc quod eas Eumenidas κατ' εὐφημισμὸν nominemus, Etymologici eas Erinnyas dictas autumant, quod quasi in terra degant ἐν τῇ ἐρᾷ: siue quod ἀράς. hoc est, execrationes absoluant: siue ἐν τῷ ἐρίζειν ποιοῦσαι, quod uehementia quadam, & impetu animos excitent. Erinnyes, quasi ἐριδόνυσς, sponsæ contentionum, & certaminum. τισιφόνης, παρὰ τὸ τίειν, à puniendo, quod fontes horribili pœna excarnificet. Megæra. παρὰ τὸ μισεῖν. odisse, quod malos oderit. Alecto ὡς, ἄλυτος & εὐσταθὴς ἐνδιατρίβουσα, quod circa uindictã non sit cessatrix, & segnis. Caterũ Erinnyes esse easdem, quæ uocantur Semnæ Deæ, multorum tenet opinio, & Semneum, locum religione augustum: siue quod in accessa, & secreta loca uocent Semna.

Sorores.] Parcæ, fatales Deæ Atropos, Clotho, Lachesis: quod penes has omnium mortalium ratio consistere existimatur. Antiphrasticè ita dicuntur, eò quod nulli parcant. Et quia uita humana initium habet, progressum, & finem, una gestare colum, altera nere, tertia stamen abrumpere fingitur. Has uolunt omniũ rerum ordinẽ, & metam constituere. μοῖραν uocant: & Lycophrõ γηραιὰς πορὰς nũcupat, earũq; opus λινεργὸν πλοῦτον. Varro tradit ueteres trib. Parcis Romana nomina fecisse: à pariendo nono, atq; decimo mense. Parca, inquit, cõmutata una litera, à partu nominata est. Cesellius Vindex in lectionibus antiquis, tria, inquit, nomina Parcarum sunt. Nona, Decima, & Morta. Versum hunc Liuij poëtæ antiquissimi citat ex Odyssea, Quando dies aduenit, quem profata Morta est: Quo loco, Mortem pro Parca accipit. Itaq; Parcæ non sufficiunt operi lenificij: indicat enim tantã hominum uim ad cædẽ distinatam. Parcæ.

Quaterent.] à signis instantis cladis. Lactant.] defatigantur rũpendis flammibus Parcæ: unde colligitur horrenda clades: ex præcedentibus sequentia. Coniuge me.] Quàm diu Iulia illa illi nupta fuerat nullos egerat triumphos, sed ne posti interitum quidem, nonnullos antea. Toris.] per secundas nuptas.

En nupsit.] Iulia perinde hæc loquitur Pompeio, ac si adhuc in humanis ageret, cum ea defuncta uxor Cornelia, non pellex: quamuis Massurius eam pellicem esse dicat, quæ pro uxore est, cum non sit. Nupta antea fuerat Crasso iuueni, qui cum patre à Parthis interfectus erat, Mortua Iulia, eam Pompeius sibi in uxorem adiunxerat. Hanc sub initium belli Ciuilis, Mytilenen abiegarat, ut procul ab armorum conspectu & terrore, utcunq; alea caderet, puella elegante forma abesset.

En nupsit tepido pellex Cornelia busto.
Hæreat illa tuis perbella, per æquora signis,
Dum non securos liceat mihi rumpere somnos:
Et nullum uestro uacuum sit tempus amori:
Sed tenear Cæsarq; dies, & Iulia noctes.
Me non Lethæa coniunx obliuia ripæ
Immemorem fecere tui, regesq; silentum
Permisere sequi. ueniam te bella gerente
In medias acies. nunquã tibi Magne per umbras
Peiq; meos manes e generum non esse licebit
Ad Abscindis frustra ferro tua pignora, bellum
Te faciet ciuile meum. sic fata refugit.
Vmbra per amplexus trepidi e dilapsa mariti.

Tepido busto.] Statim à funere, tempore 10. mensium luctus posposito. Busto suas exequias dicit adhuc recentes. Sequatur illa tua auspicia, modo mihi liceat tuum somnũ irrequietũ interrũpere. e. Nullum tem.] Nullum spaciũ uobis uacuũ, ut uacetis amori: adeo Cæsar meretur ut pater te exercebit interdiu, et ego noctu. Lethæq ri] Quãuis umbræ apud inferos è Lethe longa potant oblitia earum rerum, quibus in uita consueuerunt, me tamen nunquã tui caput obliuio. Est enim Lethe. λήθη, oblitionis fluuius apud inferos, ex quo umbras bibere poëtæ fingunt, ut eorũ quæ in uita perpetrarint omniũ obliuiscantur. Maro Aeneid. 6.

Lethei ad fluminis undam
Securos latices, & longa obuia potant.

Tradũt scriptores ad d Vetus cod. Abscidis. e al. delapsa
speçum Trophonij Lethen fontem esse, cuius aquam, antrum ingressuri hauriant, ut rerum actarum omnium irrepat obliuio. Rursum alius proditur, qui memoriæ sit dicatus, & dicebatur ut sumpta inde aqua recordarentur omnium, quæ uidissent.

Regesq; silen.] quibus in mortuos imperium est, quæ rationes, & Vergilius umbras silentes prius dixit.

Pignora, bellum.] Affinitatis ius, & quos uixeris, semper uocabere Cæsaris gener, tu meus coniunx. Quare addit, per Ciuile bellum futurum, ut sibi resistatur. Indicat eum hoc bello periturum. Trepidi.] Pauidi terriculamento somnij.

a En in uetè ris cod.
b Vetus cod. pectus.
c In ueteri cod. generoq;.

Ille, Dei

Ille Dei.] *Fato Pompeium raptũ ad pugnam ostendit. somno diro, quãuis uano terreri potuisset, eo contempto, fortior ad pugnam se instruxit, ait poëta.*

Aut nihil]*Dilemmate colligit mortem contemnendam esse.*

Ille, Dei quamuis cladem, manesq; minentur,
Maior in arma ruit, certa cum mente malorum.
Ecquid, ait, uani terremur imagine uisus?
Aut nihil est sensus animis à morte relictum,
Aut mors ipsa nihil. Titan iam pronus in undas
Ibat, & igniferi tantum dimerserat orbis,
Quantum deesse solet Lunæ, seu plena futura est,
Seu iam plena fuit, tunc obtulit hospita tellus
Puppibus accessus faciles: legêre rugentes,
Et posito remis petierunt littora malo.

Epicuri assertio est. arbitrandum mortem ad nos nihil pertinere. Bonum omne, ac malum in sensu esse priuationem sensus, mortem esse. Vnde colligebat, mortem nihil ad nos pertinere, & eam cognitionem perficere, ut quod sit mortale, fruatur uita, non ambiguum tempus adijciens quidem, sed tamen immortalitatis desiderium adferens. Nihil, inquit Epicurus, in uita mali est ei, qui apprehendit in priuatione uitæ, nihil esse mali: uanus ergo est, qui mortem se terrere sèq; adeò timere dicit. Acerbissimum malorum, & horrendum maximè, mors nihil ad nos: quoniam quàm diu nos sumus, mors non ad est: cùm uerò mors adest, tum nos nihil sumus. Itaq; nec ad uiuos, nec ad mortuos pertinet. Multi extiterunt, qui mortem malorum maximum esse dixerunt: rursum, qui ut requiem acerbarum rerum atq; ærumnarum in uita eam expetiuerunt. Hæc Epicurus. Animis.] *Quid sit animus, aut ubi, aut unde, magna olim inter philosophos dissentio fuit. Alijs cor animus uidebatur: unde excordes, uecordes, socordes dicuntur. Empedocles animum esse censebat sanguinem cordi suffusum: alijs pars quædam cerebri, aut cordis uisa fuit animi principatum tenere. Nonnulli in corde, quidam in cerebro animi sedem esse asserebant. Zenoni Stoico animus ignis uidebatur. Platoni animus immortalis, eiusq; initium constare numeris, Aristoteli entelechia. Protagoræ sensus. Xenophani spiritus. Democrito mens.*

Aut mors ipsa.] *Sunt qui mortem discessum animi à corpore esse dicant. Epicurus nullum censet fieri discessum, sed ut ẽo dẽ, unà cum corpore interire. Qui aũt discedere censent, inquit Cic. alij statim dissipari, alij diu permanere, alij semper. Quin & illud addatur, quod Apuleius scribit, animũ humanum in quodam significatu dæmonem, quàm diu sit in corpore constitutus, appellari. Vnde Vergilianum illud natum. An sua cuiq; Deus sit dira cupido?*

Titan iam.] *Omisso exortu matutino Solis, subiecit occasum sequentis diei, quo solaris globus dimidius sub aquis depressus uidebatur, ducta collatione à globo Lunæ diuiduo. Proinde hic locus ita accipiendus est, ut expergefactus Pompeius totum diem nauigarit, atq; unà cum occasu Solis portum Dyrrachium tenuerit.*

Pronus in undas.] *Non solum inclinatum, pronum significat, uerumetiam interdum uicinũ, ut Vergil. Venetis uocarit. Prona petit maria, hoc est, littori uicina.*

Titan sol.] *Titan creditur Solis frater fuisse, teste Pausania, ac circa Asopum fluuium habitasse: uir sagax, & temporum anni obseruator diligentissimus: unde Solis frater dictus fuit.* Orbis igniferi.] *tantum globi solaris. quantum Lunæ semiplenæ, aut diuidua est uidere.* Hospita tellus.] *Dyrrachina.*

Legere rudentes.] *Collegere nautæ funes nauibus, ac positis uelis, & malis, remis incubuere. Sic Pompeius, inquit Appianus, exercitu in unum comparato derelicta Italia, in Epirum transfretauit. Posito malo, dixit, pro depositis malis.*

[a] Vetus cod. habet somnij.

Cæsar ut remissas.] *Traducto Dyrrhachium, uel (ut Appianus) in Epyrum Pompeio, reddit ad Cæsarem poëta, etiã tum in littore sedentẽ cum exercitu, ubi classis Pompeiana è conspectu ablata fuit.*

[a] Vetus cod. omissas.

Cæsar, ut a emissas uenti rapuêre carinas
Absconditq; fretum classes, & littore solus
Dux steterit Hesperio non ullum gloria pulsi
Lętificat magni, quæritur, quod tuta per æquor
Terga ferant hostes, b neq; enim iam sufficit ulla
Præcipiti fortuna uiro, nec uincere tanti
Vt bellum differret, erat, tum pectore curas
Expulit armorum, pacíq; intentus agebat,
Quoq; modo uanos populi conciret amores.
Gnarus & irarum caussas, & summa fauoris
Annona momenta trahi, nanq; asserit urbes
Sola fames, emiturq; metus, cum segne potentes
Vulgus alunt, nescit plebs ieiuna timere.

[b] al. nec.

Absconditq;.] *Videntur enim naues abeuntes è conspectu interuentu medij maris abscondi. Medium enim tumidum est, adeoq; ipsa tellure altius, id quod ratione geometrica facilè ostenditur.*

Dux so.] *Cæsar solus stetit in littore Italico, circa Brundusium.* Quæritur.] *Indignatur fortunæ, quod hostes tuti discedant, & sine certamine in pacatum abeant.* Terga.] *qui ita fugiant citra ullum pugnæ momentum. Neq; eo successu quidem Cæsar impatiens moræ contentus fuit, ut etiam pugnandi de summa rei copiam sibi dari optaret potius, quàm quod uideret Pompeium à se ex Italia pulsum. Terga ferre, & uertere, fugere est in re militari.* Fortuna.] *Nulla fœlicitas, nulla fortuna quamuis secunda Cæsari satis erat, præcipitanti semper, & nũquam cunctanti in rebus agendis. Neque cunctabundus uincere.] Non tanti ducebat unam uictoriã de hostibus, ut bellum extraheret, ad defatigandos hostes, exhauriendosq; pecunias, quæ neruus belli est.*

Pacíq; intentus.] *Cæsar in recepto Brundusio, undòq; eò naues contrahi iussit. Et quamuis uehementer probabat, ijs contractis abeuntem Pompeium secqui, & mare transire, priusquam se ille transmarinis auxilijs confirmaret, tamen rei moram, & temporis longinquitatem timebat. Et iam Pompeius omnibus nauibus collectis præsentem facultatem sui insequendi ademerat. Reliquum igitur erat, ut ex remotis Galliæ, & Piceni regionibus, simul & à freto naues expectaret: uerum id quoque propter anni tempus, & longum, & impedium uidebatur. Cæsar, inquit Appianus, (digresso Pompeio) animo dubius, quid prius ageret, quóue in loco bellum orditetur,*

A ordirettur, omnem armorum apparatum quocunq; ex loco ad Pompeium deferri intuens, ueritus insuper Pompeij exercitum in Iberia, morantem copijs refertum maximè, ac pro tempore instructum, ne ipsi Pompeium persequenti à tergo insurgeret, primum in Iberiam transire statuit, omnesq; copias suas in partes quinque distribuit. Iliam quosdam ex suis Brundusij, alios Hydrunte, nonnullos Tarenti ad Italiæ custodiã iussit permanere: partem Qu. Valerio misit, ut Sardiniam frumento abundantem occuparet. Quoq; modo.] Vt populi animos, qui à se alienati uidebantur, sibi conciliaret, aliqua beneuolentia. Non ignorabat hominum animos facile conuerti in famę largitione annonæ, quæ metum excutit. Est autem annona alimonia non solum frumentaria, uerumetiam aliarum rerum. Cic. putaram annonam macelli cariorem fore. Metus.] obedientia.

Curio.] Curionẽ propræt orẽ misit Cæsar in Siciliã frumentatum cum tribus legionibus: simul ut ea recepta, illicò in Africam transmitteret. In Sardiniam Valerium legatum cum legione una, quam M. Cotta obtinebat, illam Cotto. Cotta insula pulsa, Sardi ulrò imperio Cæsaris cesserunt. Cato in Sicilia ueteres longas naues reficiebat, & nouas ciuitatibus imperarat. Qui accepto Curionis aduẽtu, multa de Pompeio quæstus, qui imperatus graue bellum suscepisset, sine ullo certamine insulam reliquit. Cotta in Africam fugit. Partem copiarũ, ait Appianus, Quinto Valerio misit, ut Sardiniam frumento abundantem occuparet. Asinius etiam Pollio in Siciliam delatus, ad quam Cato antea præmissus fuerat, eum ab eo peteret, utrum Senatus, an Populi mandato in potestate haberet, demissum esse, ait. Ad quæ Cato, hoc solum inquiens, ut subditis parceret, cũ eo nolle contendere, in Corcyram ad Pompeium enauigauit. Siciliam cum tribus legionibus misit, quam insulam Cato obtinebat. Fuerunt Sicani Hispanici generis gens, quæ cùm Latium teneret, à Ligutibus pulsa in Siciliam traiecit, & insulam humano cultui aptam Sicaniam appellauit, cùm antea à Trinacria à triquetra figura fuisset dicta. In tria promontoria excurrit, quorum unum, quod Septentrionẽ spectat, Pelorus: Pachinus brumali ortui dicitur, obuersum: Lilybæum, Austro obiectum. Postea Siculi insulam occuparunt, à quibus accepit nomen, quod adhuc retinet. Fuerunt Siculi, authore Dionysio, Italiæ quoque accolæ, qui cùm ab Oenotris, mox ab Aboriginibus, & Pelasgis Latio, & ea Italiæ parte exturbati essent, quæ postea Magna Græcia dicta fuit, in Siciliam transmiserunt. Sed quia uariæ de Siculis, & Sicanis fuerunt opiniones, nimis longũ foret eas omnes hic recensere, & tædiosum. Aut scidit.] Contra Brutium agrum Sicilia panditur, creberq; aliquando Italiæ cõmens fuisse, & interfuso mari Plinio postea uel terræ motibus auulsa, admissumq; illud fretum, quod 7. stadiorum spatio medium interest. Ipsa insula insignis semper fuit frequentia, ac uetustate oppidorum, annium commoditate, memorijs rerum gestarum, victoriisq; Pœnorum, Romanorumq; alternis. Mediæ ter.] Italiæ, & Siciliæ partẽ. Reperant con.] Vt rursum coniungantur promontoria: hoc est, ne frons illa asperrima Apennini in Siculum fretum porrecta, & infreti littore nomẽ adhuc retinens Rhegium ab abrum

Curio Sicanias transcendere iussus in urbes
Quà mare tellurem subitis aut obruit undis,
Aut scidit, & a medias fecit sibi littora terras.
Vis illic ingens pelagi, semperq; laborant
Aequora, ne rupti repetant cõfinia montes:
Bellaq; Sardoas etiam sparguntur in oras:
Vtraq; frugiferis est insula nobilis aruis.
Nec plus Hesperiam longinquis messibus ullæ,
Nec Romana magis complerunt horrea terræ,
Vbere uix glebæ superat, cessantibus Austris.
Cum medium nubes Borea cogente sub axem
Effusis magnum Libyæ tulit imbribus annum.

pendo cũ Peloro Siciliæ cõmutatur. Bellaq; Sardo.] Bellum a al. ac med.
quoque in Sardiniam transfertur, quo Cæsar Valerium legatũ misit, ut dixi, quo accepto, M. Cottam ex insula deiecerunt. Occidua magis Sardinia est, & ipsa inter maximas mediterranei maris insulas habetur, forma oblonga, in Austrum magis, quàm Sicilia porrecta. Distat ab Africa ducentis millibus pass. à Septentrione Hetrusco mari haud magno interuallo à Corsica, distincta est. Orientale latus C. LXXXVIII. M passuũ: Occidentale, C. LXX. M. passuum. Vtraq; frugife.] Quantum Sardiniæ habitatur, fertile est, & frequẽs. Oppidorum clarissima sunt, Calari, & Sides. Calaritani accepto Valerij aduentu, Cottam oppido eiecerunt. In hac insula nascitur herba, qua uescentes ridendo moriuntur: unde prouerbium. Risus Sardonius. Veteres tamen authores Sardiniæ cœlum pestilens, ac triste crediderunt. Sicilia adeò fertilitate, & frumenti copia semper cõmendata fuit, ut supra Italiam, etiam croco, & melle abundarit: & ob eandem fertilitatem Cereri, & Baccho ueteribus consecrata fuit, & horreum Pop. Ro appellata. Pecora, lanæ, pelles, aliæq; diuitiæ affatim inde proficiscuntur. Iusula.] Laus insulæ utriusque ab ubertate, cùm frumenti, tum aliarum rerum: quæ tantò crescit magis, quantò Italia illustrior est, quam omnium rerum fœlicitate abundare dicit. Horrea.] hoc est, nullæ terræ plus frumento in Italiam inferunt, quàm Sicilia, & Sardinia. Cæterum Sicilia aliquot prouerbijs locum fecit: Siculæ nugæ, siue gerræ, de re Leuicula. σικελίζειν, Siculissare, pro tetricum, & austerum esse: uel (ut alij) de improbis, & uafris. σικελὸς θάλασσαν, id est, Siculus mare, subaudi, subinde prospectat: de eo, qui denuo sollicitatur ad subeundum periculum, σικελὸς ὀμφανίσεα. Siculus Omphacissat, de ijs, qui quantumlibet uilia tollunt furto, σικελὸς στρατεώτης. Siculus miles: iocus in mercenarium, & peregrinum militem. Quin & Sardinia præter herbam Sardoam, cuius modo memini, etiam prouerbio locum fecit. Sardi uenales, de contemptis, & improbis, ob frequentes paludes, cœlum ibi triste est, & pestilens. Hinc illud Cic. lib. 7. in Tigellum Sardum, quem patria sua pestilentiorem esse dicebat. C. Cæsar Iudæos exosus, eos in Sardiniã militatum ablegauit, ob aërem pestilentem, quo corrumperentur. Martialis quoque significans omnibus in locis homines morti destinatos, Nullo fata loco (inquit) possis excludere, cùm mors

Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

Erat Tibur oppidũ modicũ haud procul ab urbe Roma saluberrimi cœli. Austris.] *Austris ut humidis non sæuientib. Austrinis dieb frugis pcius matureſcũt, ſed celeriùs. Cõtrà, illa ſunt noxia frigora quæ Septentrionibus, aut præpoſteris fiũt horis. Borea flãte, nõ arandũ eſt fruges nõ ſerendæ, neq; ullũ ſemẽ iaciendũ, quin & Auſter in Africa frigidus eſt, & in modũ Boreæ frendat, quod torridã zonã nõ penetrauit. Rurſum Boreas illic nebuloſus eſt, & iuxta tepidus, ac proinde pluuius ſentiuur. Itaq; nubes in medium cœli, hoc eſt, zonã torridã, ut quidã exponũt, cogẽte Borea, magnũ prouentũ annonæ ſentit Libya, quibus terra alioquì calidiſſima perfunditur. Verba Macrobij ad ſcribam de Auſtro, cur ad nos is calidus perueniat, cùm initio ſit frigidus, ex ſecũdo cõmentariorum in Somniũ Scipionis. Sciendũ eſt aũt, inquit qui per hũc ad noſtrũ cardinẽ uenit, id eſt, Auſter, ita in origine ſua geliduſ eſt, ut apud nos cõmendabilis eſt blãdo rigore Septentrio. Sed qui per flãmã torridæ zonæ ad nos cõmeat, admiſtus igni caleſcit: & qui initio frigidus (Boreas) caliduſ peruenit. Neq; enim uel ratio uel natura pateretur, ut ex duob. æquo preſitis rigore eardinibus, diſſimilis tractus flatus emitteretur. Nec dubiũ eſt, noſtrũ quoq; Septẽtrionẽ ad illos q Auſtrali adiacẽt, propter eãdẽ rationẽ caliduſ peruenire, & Auſtrũ corporib. eorũ gemino aure ſuæ rigore blandiri. Borea c.] Nõ quod in ſiticuloſa regione Libyes, aut ſub torrida zona Largus imber tũ, aut aliquis cadat, ſed quod terra largius humectetur rore noctuno, quo tempore effuſa pluuia, & Sardoa, & Sicula rurà utiliter rigãtur, & perfunduntur. Magnũ an.] Vberem annonã frumentariam, & ditem meſſem: alioqui magnus annus dicitur, quem Sol meatu ſuo partium CCC. & LX. conficit, diſcrimine anni parui, qui Lunaris eſt.

a Vetus cod. ductor habet
b Vetus cod. ſubactis legit
c cod. uet. mixta.
d al. nec.
e al. non.

Hæc ubi ſunt.] Cotta è Sardinia ad iſtũ modum iectus, quod oẽm prouinciã cõſentire intelligeret, in Africã profugit. Cato è Sicilia digreſſus in Lucanis, et Brutijs per legatos delectũ ciuium Romanorũ habebat, atq; inde equitũ peditũq; certũ numerũ ciuitatib. Siciliæ imperabat. His reb. perfectis cognito Curionis aduentu, inſulã ſine ullo certamine reliquit. Tunc ag.] Cæſar ut reliquũ tempus à labore intermitteretur, milites in proxima municipia deduxit.

Hæc ubi ſunt prouiſa Duci, tunc agmina uictor
Non armata trahens, ſed pacis habentia uultum,
Tecta petit patriæ, proh ſi remeaſſet in urbem
Gallorum tantum populis, Arctoq; ſubacta.
Quam ſeriem rerum longa præmittere pompa,
Quas potuit belli facies, ut uincula Rheno
Oceanoq; daret, celſos ut Gallia currus
Nobilis, & flauis ſequeretur emiſta Britannis?
Perdidit & qualem uincendo plura triumphum?
Non illum lætis uadentem cœtibus urbes,
Sed taciturn uidere metu. non conſtitit uſquam
Obuia turba Duci, gaudet tamen eſſe timori
Tam magno populis, & ſe nec maller amari.

Tecta petit.] Atq; inde cũ togatis turmis, quæ pacis ſpeciẽ præ ſe ferebãt, Romã contendit. Proh ſi.] per indignationẽ exclamat, quod cũ parte copiarũ ad urbẽ fuerit profectus, optatq; eum potius moturũ fuiſſe in externos hoſtes, à quib. iuſtã triũphandi materiã expectare potuiſſet, eũq; aliã rerum faciẽ eum in Italia uiſurũ fuiſſe Omniũ ordinũ plauſu ſublimis in triũphali curru in urbem ingreſſurus, & more maiorũ exceptus, in Capitoliũ deductus fuiſſet, nec ullus armorum metus ciuitatẽ perculiſſet. Gallorũ.] Hos longo bello deuicerat Cæſar. Arctoq;.] Populis Arcto ſiue Septẽtrioni ſubiectis. De Germania, & Britãnis loquitur. Sed Cæſar uictis Gallis, Britãnos uidit magis quàm uicit, ut alio loco à nobis eſt memoratũ. Sed poſtea Claudij Imp. armis in totum patefacta regio, plenius innotuit, & Romano Imp. ductu Veſpaſiani adiecta fuit. Nec tamen eius victoria ad Caledoniã ſyluam peruenit apud quam ea inſulæ pars iacet, quæ minor, & ſecũda Britãnia olim, hodie Scotia appellata eſt. Hãc ut remotiorẽ à littore Gallico, & quondã à feris populis habitatã, ita ſerius deuictũ conſtat. Finito bello Ciuili, inter quinq; triumphos, primũ Gallicũ egit, & eum quidẽ clariſſimũ omniũ de Britãnis uerò minimè, niſi quis Britanniam uictoriã ſub Gallica cõplecti uelit. Sequentem Alexandrinũ, deinde Ponticum: huic proximum Africanũ: nouiſſimũ Hiſpanienſem, quenq; diuerſo apparatu et inſtrumento. Gallici triumphi dic uelabrum præter uehẽs, axe fracto curru penè excuſſus fuerat, oſcendiſq; Capitoliũ, 40. elephantis dextra, lauaq; Lychnos geſtan- tibus. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium uirorum prætulit titulũ. VENI, VIDI, VICI, ſignificantem nõ acta belli perpetrati, ſed celeritatis argumenta. Proinde ſimet dochicè per Arction ſubiectam intelligit Septentrionalet populos ab eo domitos. Britannos & Gallos: nam Germanos non bello, ſed prælijs tantũ uicerat. adeò ut decimo adhuc poſtea uincerent, ut Tacitus ait his uerbis. Quam ſeriem.] ominatio de triumphis, & gloria militari ſi tum non ut hoſtis, ſed ut ciuis, ut Imperator urbem ingreſſus fuiſſet. Rhetoricatur poëta. Facies.] Quæ ſpectacula totius Italiæ, ad triumphos ſpectandos excitæ: quas urbes deleuiſſet, quas arces excidiſſet: quos reges ante currum egiſſet: quæ ſpolia hoſtibus detraxiſſet, quæq; ſolebant. Vincula Rhe.] Sulpitius exponit quia pontem in eo conſtruxerat Rectè fortaſſe. ſed quia addit Oceano, intelligit Rhenũ accolas ſubactos, ipſam Britanniam in parte ſuperatam, Celſus currus.] triumphales, in quibus Imperator præcedentibus, ſequentibuſq; ornatis, ductis autem currum nobilibus captiuis ſublimis ſedebat. Iam epitheticè Britãnos, Flauos uocat, à colore capillitij, ut poëtæ, nunc hos tonſos, alios intonſos nominare ſolent. ut Homerus κομόωντας-ωντας ὑγκομόωντας, tantum ἀκαρηκομήτας. Eſt autem propriè ſlammis color exuiridi, ruſſo, & albo concretus. Sic flauentes comæ dicuntur. Sic frondes olearum dicuntur flauæ à Vergilio: & aqua flaua à Pacuuio & flauum puluerem idem dixit.

Cedo tamen inquit, lymphis flauis flauum puluerem.] ab iniucundo & turpi, quod tacito metu eum Italiæ urbes uadentem Romam ſpectarunt. Gaudet ta.] ut ad Cæſarem, non aliẽ obuiam turbam referatur.

Iamq; &.] Hodæ- Iamq; & præcipites ſuperauerat Auxuris arces, portã Cæſaris è Brun- duſio

A dusio ad urbẽ graphi cè describit, & oratiõ narrationẽ amplificat. Præcipites.] sublimes arcet Auxurie. Auxuris.] A Circeijs Põtina palus

Et quà Pontinas scia diuidit uda paludes,
Quà sublime nemus, Scythicæ quà regna Dianæ,
Quaq; iter est Latijs ad summã fascibus Albam:
Excelsa de rupe procul a iam prospicit urbem,
Arctoi toto non uisam tempore belli:
Miratusq; suæ sic fatur mœnia Romæ.

est, quẽ locum 24. urbiũ fuisse Mutianus ter Cõsul prodidit: dem flumẽ Vfens, supra quod Tarracina oppidum est, lingua Volscorũ Auxur dictũ: ibi olim fuerũt Amyclæ à serpentibus uastatæ. Mox lacus Fundanus, Caieta portus. Fortunæ oppidũ, antiquã Læstrygonũ sedes. Quidã uolunt Auxur nomen sortitum, quasi ἄνευ ξυρῆ, sine nouacula, quod Iuppiter puer ibi cultus fuisset, barbamq; ibi deposuisset. Pontina p.] Pontina palus ad Circeios est, quæ quõdã 24. urbiũ fuit, ut modo retulimus ex Mutiano: inde dicta, quod pontonib. traijceretur. Hinc urbs Pontia nomẽ traxit: & Pontia insula: & Romæ trib. Pontia. Erat hæc Põtina palus circa uiã Appiã quæ Brundusium usq; inde Cæsar Romã petiuit, lapidibus strata est,

B quondam latrocinijs infesta. Iuuenalis.

Armatæ quoties tutæ custode tenentur,
Et Pontina palus, & Gallinaria pinus.

Pontina Palus in Volscis est, distans ab urbe XLM. pass. Strabo etiã in Cãpania fuisse tradit, eamq; Cæsar siccasse, cõfecto ciuili bello, destinarat: quod cportuna latrocinijs esset, ut author est Sueto. Hæ paludes ante ea tẽpora aliquando à Cornelio Cethego Consule, cui ea prouincia euenerat, corriuatis multisariã aquis, fuerunt exiccatæ, atq; ijs ager factus. Sublime ne.] Ibi assurgunt nemora iuga. Scythicæ quà.] Antequã lo. ũ monstremus, ubi Diana Scythica hoc est, Taurica in his regionib. cul ta fuit, libet altius historiã repetere, unde ea è Scythia in hãc Italiæ partẽ fuerit profecta. In primis de Scythia alicubi fuisse annotatũ est: constatq; Scythas à Scytha Herculis filio dictos Herodoto: licet Plin. dicat, Scythen Iouis filiũ fuisse, inuctorẽ arcus, & sagittæ. Gaudẽt Scythæ Pierisq; cæde humanã, quorũ aliqui centesimũ quemq; ex C capitibus immolãt, sanguinẽq; eius bibũt, quẽ primũ ceperit. Magno probro datur, hominẽ non occidisse. Si qui homicidæ partẽ fortiũtur. Sunt tamen Thraciæ populi, Sarmatis finitimi, quorũ regio Taurica dicitur. Taurici moribus ipsi immanes sunt, eoq; nomine infames, quod soleant aduenas pro uictimis ad aras cædere. Cùm aũt Agamemnon in Aulide Bœotiæ, in cuius portu exercitũ habebat, ad Troiã iturus, per ignorantiã ceruã Dianæ immolasset, irata Dea uctos sustulit, ne transmitterẽt Græci. Reuersa Clitẽnestræ è Græcia excitur, arte Vlyssis, ut in ea sponsum regi fuit, sanguine humano Dianã placandam. Vxor Clitẽnestra Græcorũ Iphigeniã filiã per speciẽ nuptiarũ Achillis secũ adduceret. Subtrahitur cædi puella: suppositaq; est puella in Tauris fuit, idq; uoluntate numinis, ablataq; ceruã. Tauri ea uento, ubi à Thoante sacris Dianæ præfecta fuit, cui humanis sacrificare hostijs mos erat. Post multos annos, cùm Orestes matre, & Aegysto patruele cæsis, exul regno pulsus esset, interfecto item Pyrrho, ob præreptã sibi Hermionen coniugem, ad insaniã uersus, à Pylade Strophi filio, & amico in Tauricã ductus fuit, ut ad arã Dianæ eo ritu sacrificaretur: Sed cùm ab immani ea gente captus, mactãdus, ut aduena ad arã Dianæ duceretur, ab Iphigenia sorore agnitus, & seruatus fuit, quæ breui nacta occasionẽ, cæso rege Thoante, cũ fratre fugit, surreptoq; Dianæ simul achro, & infasce lignorũ abscondito (unde Fascelidem eam dixerunt) in Italiam uenerunt, collocauerũtq; statuã Dianæ Fascelidis Ariciæ, haud procul à Roma, extructo simul templo uisendo, quod sylua ambiat: cui etiã lacus in modum pelagi æstuãs adiacet: quò religionis ergo ingens hominũ uis confluere solebat. Hinc mendici à populo subsidia, & necessaria orantes in cliuo Aricino sedebant, quà in templum conscendebatur. Fuit autem Aricia ab Archilo Siculo condita, nominataq; à puella Attica Aricia, ab Hippolyto adamata, qui ea loca cum Diana habitasset. Itaque sublime nemus, & regnum Scythicæ Dianæ. Ariciã uocat. Etenim Aricinæ Deæ sacerdos, Rex dicebatur, cur ab authorib. Rex Nemorẽsis appellatur. Valer. Flaccus in Argonau. Immitis Aricia Regi. Martialis.

Quà Triuiæ nemorosa petit dum regna uiator. "

Quin & illud memoratu dignum, quod id sacerdotium obtinere solebat, ut author etiã Strabo est, fugitiuus aliquis, & qui eum sacerdotem ipse eiusdem sortis, pugna superatum, in cæsi locum sufficiebatur. Ouid. lib. Fasto. 3.

Regna tenent fortes manibus, pedibusq; fugaces "
Ille fugitiuus sacerdos institutus gladium tenebat, insultus obseruans, ad defendendũ se strenuè paratus. Ariciæ Albã longã adiungit, quæ in eo quoq; tractu fuit. Strabonis uerba de religione Nemoris Dianæ Aricinæ adscribam, τὸ δὲ ἀρίστιμόσιον ὀναλδοι νέμος, ἐν τῷ ἐμ ἀρίσιᾳ ἱερᾷ πέφυκε ἴσης ὁδὸν τῆς ἐν ἀρικίᾳ, ἀναβαίνουσιν εἰς τὴν δ' ἀρικίαν τὸ ἱερόν. λέγουσι δ' εἶναι ἀφοσιώματα τῆς ταυροπόλου· ἡ γάρ τις βαρβαρικὴ πρᾶτει, ἡ συνθικὴν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος. καθιστᾶσι γάρ ἱερέα τὸν γενόμενον ἀεὶ τοχείᾳ τοῦ ἱερομένου πρότερον ἀμπέτης ἀνὴρ ξιφήφης εὖ ἐχὼν, καὶ περιστὰς, πᾶν εἰς τὰς ἐπιθέσεις ἕτοιμος ἀμύνεσθαι. Cæterum Albam longã in eo tractu fuisse paulò antè dixi. Oppida, inquit Plin. Abellinũ, Aricia, Alba Longa. His pulchrè explicatis, libet nonnihil de Diana philosophari, quæ iucũda scitu occurrãt. Plin. meminit cuiusdã luci consecrati Dianæ in Latio, in colle agri suburbani, qui Corne sua tempestate fuerit dictus, ueluti arte tonsili, & fagei nemoris. Apud Argiuos circa locũ Delta appellatũ, templũ quondã Dianæ fuit Pithus, quod ferunt ab Hypermestra conditũ, cum in iudicio patrem reiecisset, à quo infestabatur, quod Lynceo pepercisset. Prope Tiasum ad Cletã fuit Dianæ Corythalliæ templũ, in quod nutrices deferebant pueros mortuos mares, singulari genere conuiuij, non dissimili illi, in quo capra immolari, & alia non admodum magni precij poni solebant. Pausanias author est, in Agra, Dianam esse Agroteram, & eiusdem templum, quod ibi Dianam à Delo profectam uenatam fuisse contenderent. Ad summã Albam.] Albam Longam, quò Conss. Rom. cum omni nomine Latino ad Latinas ferias celebrandas se recipere solebant. Has instituerat Tarquinius Superbus, qui Latinis populis author exiterat, ut in monte Albano commune Romano P. socijq; Latinis louis templum conderetur, quò annuæ feriæ omnibus populis indicerentur, atque ibi extorum partem singuli libarent, atque ex immolata hostia suam quisq; partem acciperet. Septem, & 40. urbes tum eius sacri fuerunt participes factæ, & feriæ Latinæ nuncupatæ. Dubitatur, an quia eas Latini

a Vetus cod. conspicit habet. & itẽ alter uetustior

celebrarunt: an quod Iuppiter ipse fuerat Latialis dictus. Summam] Alba in dorso exporrecti montis fuit sita. Latijs fas.] Consf. Roma signũ pro signato. De rupe.] è sublimi mõte in subiectã cõualli iacentẽ. Arctoi.] Gal. A lici, Germani, & Britannici, qui Septentrionales populi sunt, aduersus quos bella ad decem annos gesserat.

Tene Deũm.] Ad imitationẽ Vergilianam expressus hic locus est. Vt enim Aeneas è summo colle Carthaginensium studia circa nouã urbem prospicit, & admiratur, ita Cæsarẽ Lucanus è summa rupe Romam subiectã despectantem. Aeneas miratur urbis molẽ, magalia quondam, miratur portas, & strata uiarũ ut alij muros ducunt, moliuntur arces: subuoluunt saxa: exclamat in Pœnarũ fœlicitatem. Lucanus facit Cæsarem mirãtem mœnia urbis, quam intra decennũ non uiderat. Miratur Cæsar tantã urbem, rerũ caput, Deorũ sedẽ à ciuibus desertam. Mouet affectus, perstringit aduersarium. Omnatur bene, quod externi hostes in hoc ciuili bello cõtra non consocient arma. Rursum urbi gratulatur, quod fortuna ei pepercerit, cùm habeat ducem tam timidum, ut ea relicta, ex Italia cũ Senatus magna parte fugerit. Non ullo.] A turpi, quod fugerint nondũ præmio uicti. Neq; uerò urbẽ solum, sed totam Italiam reliquerint. Dij melius.] urbi prospexerunt, & Pop. Ro quod populorũ Orientaliũ furor nunc nõ in Italiã & urbem irrũpat, ut olim Cimbri, Teutoni, & Amburones, adeoq; Gallisefere. Sarmata uel.] Duplicem Sarmatiã faciunt authores, unam Asiaticam, quæ trans Tanaim, & Mæoticã paludem in ortum euagatur: alterã Europeã, cuius termini sunt, à Meridie Danubius, à Septentrione, Oceanus: ab Ortu, Tanais, Mæotis, Pontus: ab Occasu, Germania. Sũt qui Iazigas, et Dacos sic parãt, sed malẽ, cùm in cõfesso sit hos quondã inter Sarmaticas gentes numeratos fuisse. Intus gẽtes belicosæ, & uariæ Bastarnæ, qua spectant Germanos: qui Tanaim, Roxolani, & Hamaxabitæ sic dicti, quod incertis sedib. uagantes, curribus res, opesq; secum circumferrent. Omnes in unuersum Scythæ Sarmatæ sunt. Ad Oceanũ Borealẽ Prutemi terrã fœtilẽ tenent lingua, cultu, & institutis Germani. Supra quos ad ortũ, & Septentrionem Liuoni, in occasum Dantiscum. Poloniæ magna Sarmatiæ pars est. Moschi siue Moscuit in Septentriones submouentur, & Poloniæ cõterminant. C. ferè miliariũ spatio à Vuilna Viterius in ortũ excurrũt Tartari gens immanis ac crudelis. Sũt & Sarmatæ Rutenorũ populi longè in Septentrionẽ à Poloniæ cardinibus Moscouiã prætercurrẽtes. Hæc satis dicta sunto de Sarmatia Europæa. Pannonio.] Hungaria. Dupliceẽ ueteres Pannoniã fecerunt, Superioreẽ, & Inferioreẽ. Mons Cetius Pannoniæ principiũ est, ab Alpibus in Septentrionẽ rectà portrectus, ad Danubium usq; procurrit. Quà uerò ortum uersus in plana sese explicat, & uiuentis amœnitatis constitutus cernitur, summã

Tene Deũm sedes non ullo Marte coacti	
Deseruere uirũ pro qua pugnabitur urbe:	
Dij melius, quod non Latias Eous in Oras	
Nunc furor incubuit, nec a iũctus Sarmata uelox	a al. iuncto.
Pannonio, Dacisq; Getes admistus habenti	
Tam pauidũ tibi Roma Ducẽ fortuna pepercit,	
Quod bellum ciuile fuit. sic fatur, & urbem	
Attonitam terrore subit. namq; ignibus atris	
Creditur, ut captæ rapturus mœnia Romæ,	
Sparsurusq; Deos, fuit hæc mensura timoris.	

iugum, et occiduũ latus densæ syluæ occupãt. A Meridie parte Norici pertingitur. Quà uerò in ortũ Brumalẽ & Sauũ excurrit ad Alpes usq; progreditur. Vrbes clarissimæ sunt, Vienna, Neostadium, Amnes, Arrabo, quo supe rior finitur Pannonia. Vlterius uersus Meridiem fluunt Drauus est, haud à Tridentinis Alpibus exortus, utrunq; Pannoniã perfluit. Inferior Pannonia Arrabone fluuio B ab occasu terminatur. ab Ortu Danubio: à Meridie Alpiũ iugis excipitur: per mediũ Illyricũ à Septentrione in meridiẽ uersis. De Pannonia hactenus: omissis descriptionibus urbiũ celebriũ, ac fluuiorũ, ad cætera properãdũ est. Dacisq;.] Plinius lib. 4. Dacas Getas à Romanis dictos cõtendit, finitimos Iazigibus populũ belliciosum, & quendam tanta belli gloria eminentẽ, ut Romani eis omnia tributa penderẽt: sed Traianus hac re uires, opesq; eorũ augeri ueritus, Decibalũ eorũ regẽ bello aggressus uicit, & totã Daciã in prouinciæ formã redegit. Vrbes condidit, & colonos deduxit: ponte lapideo Danubiũ fine ullo, uix rãdi operis admiraculũ usq; iunxit, quẽ Hadrianus Imp. statim demolitus fuit, ne barbaris transitus in Mœsiã depopulandã pateret. Amissa fuit Dacia rursum sub Gallieno Imper. Strabo author est, ueteres quosdã Getas discretis sedibus, à Dacis diuersos habitasse, genteq; esse eandẽ, ut Daci mediterranea Germaniã uersus, & finitimos Istri uiciniores tenerent, qui olim Dani uocati fuissent. Getæ uerò in Pontũ Orientales magis essent. Hinc fortasse fuit effectum, ut quos uetustissimi scriptores Dacos, C eos priscos Gothos dixerint. & quidem à Getis diuersos, quod mediterranei essent, cũ Getæ ad mare habitẽt. Sic fatur.] Allusum ad id quoq; quod eodẽ loco sequitur. Aeneas ait, & fastigia suspicit urbis. Sic & Lucanus. Sic fatur, & urbem Attonitam terrore subit. Ignibus atris.] Creditur, eum ferro, & incendio urbem deuastatum & direptum uenire, quæ fuit causa terroris publici. Rapturus, direpturus urbem, simplex pro composito, id quod hostile est. Mœnia.] ipsam Romã. Sparsurus.] Dispersurus simulachra Deorum.

Velle putãt.] Causas publici timoris ordine cõmemorat, hãc primum existimationem omnium animis infedisse, Cæsarem ea omnia perpetraturũ fuisse quæcunque potuisset, Syllæ exẽplo: sed præter spem om-	
Velle putant, quodcunq; potest: nõ b omina festa,	b al. omnia.
Non fictas læto uoces simulare tumultu,	
Vix odisse uacat. Phœbea palatia complet	
Turba patrum, nullo cogendi iure Senatus,	
E' latebris educta suis, non Consule sacræ	
Fulserunt sedes: non proxima lege potestas	
Prætor adest, uacuaq; loco cessere curules:	
Omnia Cæsar erat. priuatæ curia uocis	
Testis adest, sedere patres censere parati,	
Si regnum, si templa sibi, iugulumq; Senatus	

nia euenere. Omnia.] In gerendis, & auspicandis rebus, aut spicia publicè consule re mos erat, quæ festa omina uidetur uocare. quæ nunc neglecta fuerunt, aut contempta: sed ne simulare quidẽ uacabat. Sine, omina

Exiliumq; petat: melius, quod plura iubere
Erubuit, quàm Roma pati, tamen exit in iram
Viribus an possent obsistere iura, per unum
Libertas experta uirum: pugnaxq; Metellus
Vt uidet ingenti Saturnia templa reuelli,
Mole rapit gressus, & Cæsaris agmina rumpens
Ante fores nondum reseratæ constitit ædis.

A omma festa, secunda auguria, siue lætas ominationes: siue acclamationes lætas, quas simulare nõ erat otiũ.

Vix odisse uacat. Phœbea..] Vix tantũ otij est, ut uacet odisse Cæsarem: uix præ nimio metu odio sensus relictus fuit, tantus terror hominũ animos inuaserat. Phœbeia] Apollinis Palatini simulachri memini Plin lib 36 ca. 5. Suetonius scribit, in Palatio antiquius fuisse tẽplũ Apollinis, quod postea fulmine conflagrauit. Aruspices cũ affirmarẽt desiderari, Augustus restaurauit, addita porticu, & bibliotheca Græca, & Latina. Quo in loco iã senex Senatũ sæpe habuit, & decurias iudicũ recognouit. Sulpitius exponit tẽplũ in Capitolio, in quo Senatus habebatur, quod postea ab Augusto Phœbo consecratũ fuerat. Cæterũ Cæsar Romã reuersus, Patres de repub. appellatos in curiã benignè, & perhumanè B affatus fuit: cuius orationis summa hæc erat. qua declarabat se non cõtra patriã bellũ sumpsisse, sed ut dignitatem suã tueretur, aduersus paucorũ iniuriã. qui suæ laudi inuidẽret se in discrimẽ maximũ adduxissent. nisi eorũ conatibus obuiã iuisset. Inde hortatus fuit totũ ordinẽ, ut secum rempub. administrandã susciperent. uisq; legati ad Pompeiũ de pace mitterẽtur. Addit super hæc se nullũ extraordinariũ honorẽ petiuisse, sed expectato legitimo tẽpore Cõsulatus, eo se fuisse cõtentũ, quod omnib. ciuibus patebat. Latũ à 10. Trib. Pl. ut sui absentis ratio haberetur, ingrãte, & sua cõsuetudine diecẽdo diẽ extrahẽte. Cõmemorabat suã patiẽtiã, & æquitatẽ, de dimittẽdis utrinq; exercitibus, inimicorũ iniquitatẽ, in recusando cõditionẽ qui omnia pmiscere mallẽt, quàm suũ imperiũ, & exercitũ dimittere. Super hæc exaggerabat iniuriã in ereptis legionibus, de uiolatis Trib. Pl. cõtumeliã à municipibus acceptã: denicq; omniũ actarũ iniuriarũ refricabat memoriã. Et tamẽ postulabat, ut legati ad Põpeiũ de cõciliãda pace mitterẽtur. Cæterũ triduo per irritas actiones cõsumpto, cùm nemo legationẽ recipere uellet, idq; metu Põpeij, C Cæsar longioris moræ impatiẽs, ærariũ reclusit, ut postea dicturi sumus. Sed reuera immodicus est poẽta in exagerãdis terroribus, ut est Cæsari, & Cæsarũ principatui ubiq; infestus, cùm illa Cæsaris perhumana denunciatio abundè satis esset ciuitati ad demendũ terrorẽ, se in amisso eorũ numero habiturũ, quicũq; neutrã partẽ sequutus fuisset, & domi se in otio cõtinuisset. Nullo iure.] Lucius Florus id solũ scribit, Cæsarẽ urbem penè uacuã metu ingressum seipsum cõsulẽ fecisse. Appianus aũt, Cæsar inquit, Romã delatus, populũ ueterũ calamitatũ recordatione, turbatũ quas sub Sylla, & Mario olim pertulisset, tumultuantẽq; magna spe, & pollicitationib. lenuit: hostib. humanitatẽ præferẽs, ac clementiã. Luciũ aũt Domitiũ à se captũ, cum pecunijs, ac necessarijs, suæ libertati redditum fuisse ait. Nullo iure.] Cæsar urbẽ ingressus patres in curiã uocauit, quod ius cogẽdi Senatus penes summũ magistratũ semper fuisset, hoc est, penes Consules, aut prætorẽ. Ipse Cæsar iam tum nullũ gerebat magistratũ. Consule.] qui nullus in urbe erat, sed uterq; cũ Põpeio fugerat, cui omne Imperiũ, ac ius gerendi belli detulerãt. Prætor adest.] Vnicus Prætor ex patribus creabatur, qui à præessendo nomen sortitus fuit, & urbanus appellatus, quod in urbe ius diceret. Penes hunc magistratũ adeo publici, et priuati iuris potestas fuit, ut uetera abrogare, ac noua cõdere facultas esset. Postea paulatim in tantũ creuit Prætoris potestas, ut honoris eius ergo, ius, quod ipse dixisset, honorariũ appellaretur Prætorum quoq; edicta, ait Iustinianus, non modicã obtinent iuris authoritatem: hoc etiã ius honorariũ solemus appellare: quod qui honores gerunt, id est, magistratus, authoritatẽ huic iuri dederunt. Hæc ille. Prætori regia insignia, & Consulares fermè apparatus: lictores sex, sella curulis, trabea, cæteraq; huiusmodi fuêre. Equis albis, trabeaq; candida utebatur: Confluente in urbem peregrinorũ multitudine, alter prætor creabatur, qui peregrinus dictus fuit. Post Consules prætor secundas tenebat. Primum cœptus fuit prætor creari, cùm uterq; Consul ab urbe cum exercitib. ad bellũ proficisceretur. Vacuaq; cu] Sellæ, in quibus maiores magistratus sedebãt, quando curru in curiã uehebantur. Hæ à curru, sellæ curules dicebãtur. Fuerunt & ædiles curules duo, à solio eburno ita appellati, qui & ipsi regijs insignijs utebantur, & ornati purpura curã sacrificiorum & ludorũ habebant. Fuerunt & alij duo ædiles, qui non utebantur curribus. Ad postremũ potestas ædilium currulũ in tantũ creuit, ut ad eos summa rerum, & Consularis Imperij maiestas uenerit. Proximã Consulari potestatẽ hîc prætură uocat. Omni Cæs.] Omnium magistratuum munera solus obibat. Priuatæ] Senatus præsens aderat, ad audiendũ solum, non Consulis, sed priuati hominis uocem, testis actorum Cæsaris. Si regnũ] Atq; ista quidẽ omnia metu, ut si diuinos honores sibi decerni popposcisset aut regium nomẽ, aut omnium cædem, senatus decreturus fuisset. Exit in.] Erumpit in iram. Aerariũ sanctũ, quod quia tardius aperiebatur à Tribunis, iussit effringi, censum, & patrimoniũ populi Romani, inquit Florus, ante rapuit quàm imperiũ. Appianus quibus dictis, inquit, publici ærarij claustra perfregit, obstantiq; in aditu Metello ex Tribunis Pl. mortem esse comminatus. Thesauros à nemine cõtactos usq; in illã diem, multitudinibus rapere concessit. Hos olim execratione proposita publicè cõditos fuisse memorãt, ut nisi Celtico insurgẽte bello, à nullo promerentur. Verum Cæsar Celtas à se deuictos asserens urbem ab execratione liberam se reddidisse ait. Orosius lib. 6. Cæsar, inquit, Romã uenit, negatamq; sibi ex ærario pecuniam fractis foribus inuasit, protuliq; ex eo auri pondera, &c. Sed de prætio, & æstimatione postea diligentius sumus dicturi. Pugnaxq;] Subiectus fuit Metellus Trib. Plin. ab inimicis Cæsaris, qui legationem, reliquasq; res, quascunque Cæsar agere institueret. Saturnia tem.] Aedem Saturni à Tullo Hostilio cõditam post tertiũ triũphũ, ob id apud Romanos ærariũ sanctius esse uoluerunt, quod per eã tempora, quib ipse Italiã incolebat ferant in eius regno nulla furta fuisse admissa, siue quod eo regnante, nihil cuiquam fuisse priuatum: neq; fas erat, aut signare solum, aut partum limite campum, atq; hinc factum credunt, cur ærarium sanctius penes illum locatum fuisset apud Ro. Itaq; L. Metellus Trib. Ple. cùm Cæsari obstare conaretur, ne id fieret, iratus Cæsar, an ignoras, inquit, adolescens, difficilius esse mihi dicere, quàm facere.

Vsq; adeò.] *Exclamatio in execrandam auri famem, qua nihil nõ nefarij sceleris mortales audent perpetrare, allusum est ad eam ecphonesim Vergilianam lib. 3.*

» *Quid non mortalia pectora cogis*
» *—Auri sacra fames?*

Vsq; adeo solus ferrum, mortemq; timere
Auri nescit amor: pereunt discrimine nullo
Amissæ leges, sed pars uilissima rerum,
Certamen mouistis opes, prohibensq; rapina
Victorem clara testatur uoce Tribunus.
Non nisi per nostrum uobis percussa patebunt
Templa latus, nullasq; feres nisi sanguine sacro
Sparsas raptor opes, certè uiolata potestas
Inuenit ista Deos, Crassumq; a in bella secutæ
Sæua Tribunitiæ uouerunt prælia diræ.

a al.ad.

Pars uilis.] *Apposito Quare pulchrè, & sapienter opes uocat Phocydides mortalium impostu ram, principē malorum, corruptricē uitæ humanæ, & omnia diminuentem. Atq; utinam, inquit, aurum mortalibus nō esset amabile exitium. Tui caussa pugnæ latrocinia ac depræda tiones concitantur. Infesti parentibus, hostes liberi, fratres Germanis. Phocylidis uerba sunt.*

» ὦ φιλοχρυσοσύνη μιαιὴ καὶ κακόητας ἀπάσης.
» χρυσὸς γὰρ λόγος ἐστὶ, καὶ ἀργυρος ἀνθρώποισι
» χρυσὸς καὶ πάντων, ἀρχηγὸς βιοφθορος, πάντα χαλέπτων.
» εἴθε σοι μὴ βροτοῖσι γενέσθαι κτῆμα τοθεινόν.
» σοῦ γὰρ ἕνεκα μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε.
» ἐχθρὰ ἢ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφεὸς ἠδὲ συναίμοις.

Pereunt.] *Patres à statu patriæ, quasi Cæsar extra discrimen, omnes leges ciuiles, senatusconsulta, plebiscita per tyrannidē oppressisset.*

Nullo discri.] *Contēptis omnibus P. R. legibus, nullius habita ratione: nullos ordines, nullos magistratus respexerit.*

Tribunus.] *L. Metellus Tribunus Plebeius qui quod potuit obsistebat, ne in ædem Saturni irrumperet.*

Testatur] *se illum prohibere templo Saturni, ne uiolaret sacros thesauros.*

Tribunus.] *Emphaticè, quasi dicat, ille magistratus plebeius, cui tanta erat potestas sacrosanctia, ut ne Consules quidem ei oppedere auderent. Cum omnes magistratus Consulibus parerent, soli Tribuni Plebis ad parendum non tenebantur. Et quia ab initio pleb. Tribunitiam potestatem sacrosanctam esse uoluit, hinc Metellus sanguinem suum sacrum uocat. Hac igitur potestate Metellus aduersus Cæsarem uti uoluit.*

Mouistis] *Auersio, quæ magnam habet ad mouendos affectus uim.*

Inuenit ista Deos.] *credebant Deos præsentes uindices adesse, si qs eā potestatē uiolasset.*

Crassumq;.] *execrationes Tribunitiæ secutæ sunt Crassum in prælio Parthico, ubi dedit pœnas. Ab exēplo terret Cæsarem, ne refringat ærariū. Non aliter tibi aduersus rempub. ituro diras execrationes obnuncio, quàm feci Crasso. Crassus, ex Consulatu Syriam & prouinciam sortitus, cùm maiora animo concepisset, quàm ætas pateretur, (sexagenarius ferme erat) & iam insolenter nulla de futuri belli ratione, & cuentu iactitaret, discessus hominis uulgò suspectior esse cœpit, maleq; ominabatur. Ipse interim se arma Romana ad Bactros, & Indos usq; deuictis Parthis propagaturū minabatur. Multi eū ad Parthos iturū remorari conabantur. Sed omnium maximè Trib. Pl. Atteius, qui identidem in omnibus concionibus clamabat, indignum, & à dignitate Populi Romani alienum esse, eat gentes bello petere, quæ uel fœdere Populo Romano iunctæ essent, & amicitia, uel à quibus nulla iniuria orta esset. Sed cùm Pompeius, & multi alij eiusdem factionis conniterentur, ut retineri non potuerit, Atteius, uel (ut quidam scribunt) Arteius, certo loco constitit, quā Crassus ad bellum iturus esset, cùm iam conuenisset, is diras, & horrendas execrationes illi obnunciauit, inuocans seua quædam, & ignota, inaudita q; Deorum nomina ultorum iniuriarum. Quibus sprætis, inquit Appianus, Crassum demum in Parthia profligatus est, cum filio eiusdem nomine, uniuersoq; exercitu. Nam ex C. milium millibus, uix decem millia in Syriam fuga euasisse referuntur, quæ copiosè in Parthico ab Appiano commemorantur. Florus lib. 3. cap. 11. tradit à Metello Crassum hostilibus diris deuotum. Dum Parthico inhiat auro strage XI. legionum, & ipsius capite multata est. quod Trib. Pl. Metellus exeuntem ducem hostilibus diris deuouerat.*

Tribunitiæ uouerunt præl ia.] *Fuerunt, qui pertinuisse suasum habuerunt, Tribunitiæ potestatis fuisse huiusmodi diras, & qui ab ijs deuotus esset, cum omnino aliquam calamitatem adire oportere: id quod hoc loco ærarij exemplum Crassi secutus, qui in suo, & Pompeij tertio consulatu, duo millia pondo auri è Capitolio lotuis solio rapuisset, à Camillo ibi condita, atque ob id à plerisq; existimatum, duo M. pondo collata fuisse. Sed ut ad Atteij execrationes redeamus, olim in fœderibus, quò minus ea uiolarentur, adhibebāt non solum premissa, & dextras, uerumetiam execrationes, et diras in caput eius, quicunq; non staret pactis.*

b al.nec.

Detege.] *Certat cum Cæsare intrepidus, & periculi securus. inter media arma.*

Deserta.] *fuga ciuium metu armatorum tuorum.*

E' nostro.] *ego resistā, ne mihtes tui impij in Deos, & in patriam sceleris sui stipendia ferāt è nostro ærario.*

Pacis ad.] *Inopia pecuniæ non cogit te ad diripienda impiè ut spolia, quæ olim pax longa congessit, & in usum necessarium in ædē Saturni cōdidit, & ad hunc usq; diem intacta, & inuiolata seruauit.*

Victos.] *Cæsar his uerbis Metelli ira accensus fuit.*

Detege iam ferrū, b neq; enim tibi turba uerēda est
Spectatrix scelerum, deserta stamus in urbe.
Non feret è nostro sceleratus præmia miles.
Sunt quos prosternas populi, quæ mœnia dones,
Pacis ad exhaustæ spolium non cogit egestas,
Bellum Cæsar habes. his magnam uictor in iram
Vocibus accensus uanam spem mortis honestæ
Concipis, haud, inquit, iugulo se polluet isto
Nostra Metelle manus: dignum te Cæsaris ira
Nullus honos faciet: te uindice tuta relicta est
Libertas: non usq; adeo permiscuit unus
Longus summa dies, ut non, si uoce Metelli
Seruentur leges, malint a Cæsare tolli.
Dixerat, & nondum c soribus cedente Tribuno
Acrior ira subit, sæuos circumspicit enses,

c al.foribus nondum.

Permiscuit.] *Typus non ita omnia pertur bauit. Prouerbiales hyperbolæ sunt. Summa imis permiscere: sacra prophanis: mare cœlo:*

cælo: terram cælo: cæ
lũ terræ miscere, pro
eo quod est, omnia
perturbare, & nihil non tentare, obuia passim apud om-
nes bonos authores. Iuuenalis.

» Clamet licet, & mare cælo
» Confundat, homo sum. Horatius.
» Miscebis sacra profanis.

Liuius. Quid tandem est, cur cælum, ac terras misceant.
Idem, Quid est, quod cælum terræ, & terram cælo mi-

Oblitus simulare tõgam: tunc Cotta Metellum
Compulit audaci nimium desistere cœpto.

secent? Acrior ira.] *Vehementius cœpit incandescere.* Tunc

Cotta.] *Quis hic Cotta fuit, qui Metellũ cõpulit ab audaci cœpto desistere, haud liquet, nisi fortasse aliquis Tribunus, qui in hoc certamine paulò fuerit æquior, ne res ad cædem perueniret. Nam alius Cotta Sardiniæ præfectus à M. Valerio ex insula eiectus in Africam profugerat, ut paulò antè dictum est, quam prouinciam Tubero sorte obtinere debuerat.*

Libertas, inquit, populi.] Sanior est Cottæ oratio, monentis uictis inter arma, uictori parendum esse, nisi imclementius quid experiri uelint. *Libertas, inquit, tum in dominatu amittitur, cum contumax, & resistens pareas: si uerò lubens feceris imperata, tum simulachrum, & imaginem libertatis retinere uideris.* Tot rebus.] *A maiori ad minus ducto argumento.* Multis iniquis rebus paruimus: ergo in hoc uno uelimus, nolimus Cæsari parendum. Decreta fuit Cæsari prouincia Gallia in decennium: Crassus nobis inuitis in Parthos, contempta execratione, est profectus. Pareamus hac in re Cæsari, ut eam, quam adhuc habemus quantam, quantam libertatem, si non integram, certè eius aliquam imaginem retineamus. Venia hæc.] *Partim quod puduit, partim quod per metũ nõ ausi fuerimus obstrepere, pro-*

Libertas, inquit, populi, quem regna cœrcent,
Libertate perit, cuius seruaueris umbram,
Si quicquid iubeare, uelis: tot rebus iniquis
Paruimus uicti, uenia est hæc sola pudoris,
Degeneris q; metus, nil iam potuisse negari.
Ocyus auertat diri mala semina belli.
Damna mouẽt populos, si quos sua iura tuentur,
Nõ sibi, sed domino grauis est, quæ seruit egestas.

pterea iustior nobis uenia erat apud posteros. Ocyus auertat diri mala semina bel.] *Auferat ocyus Thesaurum sacrum, aurum, & argentum, factum, & infectum, denique quantum est pecuniarum in numerato. quæ planè nihil aliud sunt, quàm belli semen, & malorum irritamenta: quasi uerò huius ærarij caussa bellum fuerit conflatum.* Si quos sua iura tuentur.] *Liberi populi, & libertati assueti, & suis legibus uiuentes, quibus ab iniuria asseruntur, si qua damna accipiunt, quibus libertatis iura labefactantur, mouentur, & irritantur quidem, sed domino periculosa est egestas populi, qui ei iam cœperit seruire. Seruitus in egestate ab egenis non sentitur, neque ipsis egentibus perinde grauis est, ac molesta, atque dominis, quibus seruiunt.*

Protinus abducto patuerunt templa.] Abducto Metello illico templum reclusum fuit, & thesauros à nemine contactos, inquit Appianus, usque in illam diem, malitibus rapere concessit. Tunc rupes Tarpeia.] *Stridore cardinum resonuit saxũ Tarpeium. Ita enim fores erant factæ, ut sine crepitu, ac sine stridore, quia ferreæ, aperiri nequirent, ut eo fures si qua tentarentur se proderent. Est autem hyperbole stridoris cardinum. Explicabo paulò copiosius id, cuius supra leuiter feci mentionem. Hoc fanum dixit Tullio Hostilio, cùm de Sabinis tertiũ triumphasset, ex uoto consecrasse. Varro tamen libro sexto, de Sacris ædibus, prodit ædem Saturni ad forum, L. Tarquinium faciendam locasse: & T. Largium Dictatorem postea Saturnalibus dedicasse. At Aul. Gell. scribit, Senatum decreuisse, ut ædes Saturni fieret, eiq; rei Furium Trib. Militum præfecisse. Habebat aram, & ante se cœnaculum. Ibi Græco ritu capite operto, res diuina fiebat: primo à Pelasgis, postea ab Hercule ita iam factam putant. In summo fastigio ædis Tritonis cũ*

Protinus abducto patuerunt templa Metello,
Tunc rupes Tarpeia sonat, magnoq; reclusas
Testatur stridore fores: tunc conditus imo
Eruitur templo multis non tactus ab annis
* Romani census populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perses, quẽ uicti præda Philippi,
Quod tibi Roma fuga Pyrrhus trepidante rei q;,
Quo te Fabricius a regi non uendidit auro:
Quicquid parcorum mores seruastis auorum,
Quo i dites Asiæ populi misere tributum,
Victoriq; dedit Minoia Creta Metello,
Quod Cato lõginqua uexit super æquora Cypro.
Tunc orientis opes, captorumq; ultima regum,
† Quæ Pompeianis prælata est gaza triumphis,
b Egeritur, tristi spoliantur templa rapina:
Pauperioq; fuit tunc primum Cæsare Roma.

bucinis impositi erant. Tarpeia.] *Arx Tarpeia fuit in æditiore loco, è regione Palatij, in iugo collis, qui initio Saturnius, mox Tarpeius,* * usque † *nouissimè à capite humano prodigiosè ibi simo inuento, Capitolinus dictus fuit.* Tunc cond.] *epiphonema reptionem.* Ab annis mol.] *Sulpitius interpretatur, à Secundo bello Punico.*

Hi uersus ab hoc signo non leguntur in antiquissimo codice

a al. regni.

b antiquus codex habet egreditur.

Glareanus diligenter Sulpitij, & Badij expositionem excutiens, cùm tamen, inquit, in Sequentibus uerbis fit mentio Fabritij, & belli cum rege Pyrrho, & parcorum auorum, qui utique longè ante Secundum bellum Punicum fuere. quasi non, & primo bello Punico Carthaginenses bis multati à Rom. apud Polybium legantur: semel duobus millibus, ac ducentis, mox rursum mille additis. Dein propter Sardiniã, rursus mille, ac CC. talẽtis. Lubens hic dissimulo eiusdẽ Sulpitij allegationes ex Plinio, de ærario Roman cùm quo tẽpore ille hæc scripsit cõmẽtaria, pauci, imò uerius nulli rẽ pecuniariã antiquã illã, ac uerè Romanã intelligerẽt. Nec eũ locũ Budæus lib. 2. de Asse, cùm multũ, ac diu luctatus esset, perfectè

explicuit, quod ipse quidē ingenuè fatetur, tantū abest ut ego sententiā meam interponere uelim. Hæc Glareanus. Quem Punica b.] Enumerat populos, ac reges, qui bellis deuicti ærariū illud per Impp. Rom. ditarūt. Punica bel.] Primo bello Punico ad XX. annos 3. M C C. Euboica talenta argenti pependerunt. Herodotus Euboica talēta ualere nouē millia, quingenta, & quadraginta tradit. Ea summa maior est summa Atticorū talentorū. D. X. Secūdo bello Punico X. millia talentū argenti in quinquaginta annos, æquis pēsionibus, nisi tertiū Punicū bellū interuenisset, persoluissent. Tertio bello Punico, quantū auri, argēti, & statuarū fuerit in ærariū illatū, non traditur. Perses.] Macedoniæ rex, cui ob iniurias in P. R. bellū indictū fuit, qué L. Aemylius Paulus cū exercitu in Macedoniā profectus uicit, & uniuersam Macedoniā in prouinciæ formā redegit, ipsum q regē in Samothracia, cū uxore, & liberis captū in triumpho ante currus duxit Romā. Nullus unquam Romanus Imperator præ se tulit prædā Triduo nanq triūphatū fuit. Illata uasa circiter C C C. quinquaginta argētea ducentarū ac quadraginta librarū quorū singula quaterni uiri subnixi, argenteis numis referta gestabāt. Alia deinceps multitudo lōgo ordine crateres argēteos, phialas, calices ornatissimos prætulerūt. Et qui ista omnia ferrent, ad tria millia fuerunt. centū X X. pueri aureas & argēteas pateras ferebāt. Sub hæc uasa L X X X IIII. pari pōdere, quo priora illa præcipua, aureis numis plena. Inde X. talentorū phiala. pretiosissimis gēmis distincta. Antigonia inde uasa, Selencia, Thericha, & quæ Persei fuerāt, ex auro omnia. Aureæ coronæ C C C C. quas honoris causſa Græciæ ciuitates Aemylio dederāt. Victi præda Philip.] Regis Macedonū, q pater Persæ fuit, quē prius P. Sulpit. Cōſul, inde Q. Titus Flaminius ad Cynocephalas prælio uicit: hic pacem petiuit, et impetrauit. Græciæ simul libertas reddita fuit. Pseudophilippum Metellus Macedonicus uicit. Pyrrhus.] Epirotarum rex, qui à Curio magno prælio uictus, sexto anno quàm in Italiā irruperat auxilio Tarentinis, Tarentū profugit, mox in Siciliā: deinde in Epirū rursum traiecit. Statum in Macedoniā irruit. ad postremū Argos occupauit, ubi ab aniecula de tecto tegula pcussus periit. Quātam pecuniā reliquerit P. R. non proditur, quod equidē sciam. Quo te Fab.] qui à Pyrrho rege multo tentatus auro fuit, ut patriam desereret, hoc unuersum prædā P. R. fuit. Parcorū auo.] Quicquid ex frugalitate ueterū Romanorū fuerit relictū hoc uniuersum in ærarium erat congestum. Victoriby de.] Primū antes Asiæ populos inuit, Antiochum potentissimū regum, Mithridatē, Ponti regem, quorum ille à L. Scipione, hic à Pompeio superatus ad mortem cōpulsus fuit. Reliquit Attalus socius, et amicus P. R. his hæreditatem uniuersam, Romanis. Fuit & Aristobolus multatus grandi pecunia. Eadē tēpestate, qua Lucullus Mithridatico bello distinebatur, in Creta quoq bellatum à Rom. fuit: quæsita belli materia magis, quàm data. Crimini datū fuit Cretēsibus, quod Mithridatis reb. impensius studerēt, & occultè fauerent. Primus M. Antonius insulā inuasit, sed parū fœliciter, plerisq nauibus ab hoste intercepti. Addita victis fuit ignominia: captiuos antemnis alligatos triumphali uelificatione præ se egerūt. Q. Metellus Procōſul, bello per manus ab Antonio accepto, insulā igni, & ferro depopulatus fuit. Gnosum, Lyction, Erythræū, & ipsam urbiū matrem Cydonē ui cepit. Atque ita insula triennio pacata, Cretici cognomentū reportauit. Insulani ad Pompeiū tum in Asia contra Mithridatē ductantē missere, qui illi deditionē facerēt: A missusq ab eo est Antonius Legati nomine. Plutarchus L. Octauiū scribit. Eam Metellus iniuriā haud ferēdam ratus, legato ad irritū redacto, ipse multo infestius Cretenſis adortus fuit, multoq acerbius uictoriam exercuit. Confecitq bellū, nihilq ex eo malus, quàm Cretici cognomentū reportauit. Huius Metelli frater sub idē tēpus Balearesnauali prælio uicit, qui & ipsi cū Cilicib. mare infestabant, unde & Balearici cognomentū assumpsit. Sulpitius, Q. Metellū Macedonicū, inquit, accipimus, qui Philippum superauit, & Achæos bis prælio fudit, & à uictis Creta, Creticus dictus est. Hæc Sulpitius, inquit Glareanus, niserè cōfundens, cū ipsos uiros, tū historiā rerū gestarū: quippe qui eundē credidit Metellū Macedonicū, de Creticū, quod à uero lōgè alienū est. Atqui res ita habet. Q. Cecilius Metellus Macedonicus Cōſul fuit anno ab V. Con. 611. Creticus uerò, an. 686. distantia 75. anni. Porrò de Macedonico Florus libro 50. In Liuij Epitome, ac deinde in aliquot libris. Nā is est, qui Philippū in Macedonia uicit, cū Achæis ad Thermopylas acie cōſlixit: de Andrisco triūphauit. Celtiberos cecidit: ultimū Cæsar fudit. Cretico uerò idē Florus lib. 98. ac duob. cōmuo sequentib. Is à Creta deuicta, ut ille à Macedonia, cognomē meruit. Ac de hoc nūc loquitur Lucanus, nō de Macedonico. Ex hisce liquet, quàm cæca sit historia, absq tēporū ratione, & quàm facilè quis errare queat, qui eam rē negligit. Philippum pro Pseudophilippo dixit Sulpitius: quem Pseudophilippū, nō Metellus Creticus, sed Macedonicus uicit. Contrà, Cretā Creticus uicit Metellus, nō Macedonicus. Et quis unquā dixit, Q. Metellus Macedonicus Creticus? adeo nihil refert quid scriptis prodamus. Quod Cato.] Clodius Ciceroni diē dicturus, Tribu. Ple. factus, author populo extitit, ut M. Cato in Cyprum mitteretur, aduersus Ptolemæū Cypriū, cuius regnū, & fortunæ rogatione Clodia fuerant publicatæ, quod ipse à Piratis captus, ab eo nō fuerit redēptus: simul, ut exules Bizantium reduceret. Ipse Canidio in Cyprū præmisso, Ptolemæum hortabatur, ut sine cōtentione publico decreto cederet in præsenti, fore pollicitus, ut neq honorū neq pecuniarum expers færet: authorē P. R. futurū, ut ei Veneris Paphiæ sacerdotiū cōcederetur. Hæc Cato mādata per Canidiū Ptolemæo dedit, ipse interim Rhedum nauigauit, ut ea, quæ ad prouinciā obeundam opus essent, maturè cōpararet. Ptolemæus accepto Romanæ ciuitatis in se decreto, uenenū hausit. Quo nuntio permotus Cato, Brutū Seruiliæ sororis filiū in Cyprū misit, ipse reducti Byzantiū exulibus, cōpositoq ciuitatis statu, mox eū in Cypū secutus fuit: ubi summa diligētia ad 7. millia talentorū corrāsit. Veritus uir prudēs longissimā nauigationē, ingentē uasorū uim coēgit, capaciū, duorū, & ampliue talentorū, quib. longiores funes erant innexi, subera capitib. alligato, ut si naufragiū fieri cōtigisset, ubi argentū dimersum esset, inde dicio proderetur. Hanc pecuniā è Cypro Romā allatā in ærariū intulit. Florus li. 3. ca. 9. Poētius Cato, ingt, Cyprias opes Liburnis per Tibertinum ostiū inuexit, quæ retulit ærariū P. R. quàm ullus triūphus impleuit. Hæc illatius ærariū P. R. quàm ullus triūphus impleuit. Hæc ille. Certè Senatus Catoni prætura extra ordinē, decreuit: simul, ut ludos ueste purpurea spectaret. Cùm tantum argenti per forū portaretur, P. R. spectans admiratus fuit, eius magnitudinem. Victima gaza.] Persicum uocabulum est gaza, pro diuitijs. Cum de Mithridate triūpharet Pōpeius, currui prælata fuerūt aurea, & argētea uasa, & mul-

à multa alia, materia pretiosiore: & inter ea duo millia ex Oenyte lapide mirè splendidè fabricata, quæ in Mithridatis supellectile reperta fuerunt. Sunt, & argenti, auriq; fuit à Pompeio de Mithridate, & omnib. terris à Mæoti palude usq; ad mare rubrũ, ab eo subactis. Pauperiorq;] Exclamatio in uacuũ reipub. ærariũ. Cæterũ, quanti fuerit æstimatũ aurũ, & quanti argenti huius sanctioris thesauri, quem Cæsar deripuit, operæpretiũ est expendere è claris & probatis authoribus. Orosius lib. 6. Cæsar, inquit, Romã uenit, negatamq; sibi ex ærario pecuniã fractis tribunis mulcta, protulitq; ex eo auri pondera, IIII. M. C. XXXVI. Argenti põdera, D. C C C C. Sed uariãt autho res. Plin. loquens de ærario opulento P. R. Auri in ærario fuere, inquit, Sexto Iulio, & L. Aurelio Coss. septẽ annis ante Punicum bellum tertium pondo XVI. XX. DCCCX. argenti XXII. LXX. & innumerato LX II. LXXX. CCCC. Sexto Iulio, & Lu. Martio Consulibus, hoc est, belli socialis initio, auri XVI. XX. DCCC. XXIX. C. Cæsar primo introitu urbis ciuili bello suo exærario protulit laterum aureorũ XV. argenteorum XXXV. & innumerato HS CCCC. Nec fuit ab his temporibus respubl. locupletior. Intulit, & Paulus Aemylius Perseo rege Macedonico deuicto, è Macedonia præda HS II. III. à quo tempore P. R. tributũ pependere desiit. Hactenus Plinius. Budæus li. 2. de Asse, quanquam Plinianam lectionem non satis diligenter explicuit (multis eruditis uiris) Plinianam lectionem multis mendis obsitam ad hunc modum ex uetusti exemplaris fide, & aliorum obseruatione ita restituit, ut liqueat quàm diues habuerint Romani ærarium. Auri, inquis, in ærario P. R. fuere septem annis ante bellum Punicum tertiũ pondo D C C. M. X X V I. Argenti nonaginta duo millia: & innumerato trecenties, & septuagies quinquies. Item Sexto Iulio, L. Martio Consulibus, hoc est belli socialis initio, auri pondo octoginta millia, X L V I. Et paulò post. Intulit & Aemylius Paulus Perseo rege uicto è Macedonica præda sestertium ter millies. Mentionem Cæsaris ad istum modum restituit Budæus. Protulit laterum aureorum quindecim, argenteorum XXXV. millia, & in numerato HS quadringenties. In harum summarum æstimatione ineunda, in singula pondo centenos aureos solatos statuendos esse arbitror. Quia in tanta copia euri, necesse est, partem fuisse mediocris notæ, utpote, quod esset cõflatũ è uasis, & supellectili: sic fit, ut singula centenamillia, centies cẽtena millia aureorũ ualuerint. Argenti autẽ nonaginta duo millia denario multiplicata, nõgenties; uiginti milib. coronatorũ æstimantur. Et trecenties, et septuagies quinquies sestertiũ, nongẽtis quadraginta circiter millib. Sed uix uerisimile est, septies plus auri quàm argenti fuisse. Quod si uetustum exemplar uerum esse aliquis existimauerit, sic legendũ erit fortasse. Pondo sedecies septingenta, argẽti nonagies bis octuaginta quinque millia, (quanquã in uetusto uicies bis LXX. CCCC. legatur) & innumerato, sexagies bis octuaginta quinq. Hæc summa immensa est omnino: quippe sedecies centena millia, & septuaginta pondo intelligo: quæ cẽties multiplicata, millies, & sexcenties centena aureorũ millia ualent. Argẽti autẽ summa, nonagies bis, decies multiplicata, nõgenties uicies centena, præter numeratã pecuniam. Quæ utrũ ad sestertia, an ad aureos referẽda sit, mihi nõ liquet: quare nihil statuo. Si tamen uetustii numeros sequi placeat nõ uideo quomodo XXII. LXX. CCCC. aliter legere possumus, quàm uicies bis, septuaginta millia, quadringẽta: quæ summa argẽti ad nummũ relata, ducenties uicies septies centena, et quatuor millia coronatorum efficit. Idem sentio de eo, quod sequitur Belli socialis initio, auri põdo XVI. XX. DCCC. XXIX. Quod si nõ mẽdosè legitur, utiq; sic interpretandũ est. Sedecies uiginti millia, octoginta, undetriginta, hoc est, sedecies centena uiginti millia. Centena enim antiquũ subintelligẽda relinquere solebant eo modo, quo in his uerbis: quadringẽties sestertiũ, pro quadringenties centena millia sestertiũ. Et hactenus nimis quàm eruditè Budæus. Itaq; ex his facile est colligere, quàm grãde fuerit æs, quod Cæsar ex opulentissimo ærario sustulit. Si quinque enim millia laterũ aureorũ inde absitulit, ut minimũ centum, & quinquaginta millia auri pondo effecerũt, singuli lateres decem pondo reddiderint. Atq; hinc colligũtur perspicuè aureorũ solutorum centies, quinquagies centena millia. Quod si huic summæ argẽti æstimatio addatur simulq; id, quod in numerato inuentũ fuit, excrescet in summã. Hoc ærariũ ita ad fæces exhausit Cæsar, ut meminerimus etiã anteà Pompeio pecuniã deprõptã fuisse in usum belli. Iam uerò nec illud hoc loco prætereundũ duxi. Aerariũ hoc Ro. ex uectigalib. etiã, & tributis cõstitisse. Triũ generũ uectigalia fuerũt: ex agrorũ cultu, ex mercium traiectu, & ex pascuis. Ex agrorũ cultu, uectigalia, decimæ: ex mercium traiectu, portorium: ex pascuis, scripturæ appellabãtur. Adde his, & salarium. Templa.] uel Saturni ædẽ intellige, uel aliam etiã. Pauperiorq;] ecphonesis in paupertatem. P. R. postquam Cæsar compilauit ærarium.

Interea totũ] Transitio à Cæsaris reb. ad catalogũ populorum, qui Pompeij arma secuti fuerũt, cũ illa Cæsar in urbe gereret. Estq; attẽtio ad catalogũ Populorũ, qui arma Pompeio, & auxilia submiserunt. Orditurq; à Græcia, quæ proxima est Epiro, Dyrrhachio, & Macedoniæ. Phocaicas.] A Phocide incipit, statim Peloponesum ingressurus: reuisetq; eius regionis urbes aliquot celebres. Secũdũ Altidam, Megaris fuit, clarissima pars Græciæ. Deinde Locri, qui cognominãtur Ozolæ: post hos Phocis: mox Bœotia,

Interea totum Magni fortuna per orbem
Secum casuras in prælia mouerat urbes:
Proxima uicino uires dat Græcia bello,
Phocaicas Amphisa manus, scopulosaq; Cirrha.
Pernasusq; iugo misit desertus utroq;
a Bœoti coiere duces, quos impiger ambit
Fatidica Cephisus aqua, Cadmeaq; Dirce,
Pisææq; manus, populisq; per æquora mittens
Sicanijs Alpheus aquas tunc Manala b liquit
Arcas, & Herculeam miles Trachinius c Oetam.

a Vetus exẽplar, Bœotiã legit.

b al. linquit in uetusto exemplari.

c al. Oeten.

unde Homerus sui catalogi exordiũ duxit. Phocidis uicinæ, Orchomenioru oppidũ Cirrha est, portus Chaleon: à quo intersum VII M pas. libe rũ oppidũ Delphi sub mõte Pernaso clariss. oraculo Apollinis. Horũ oppidorũ hic memi nit. Ibi fõs Castalius, amnis Cephisus, per fluẽs Delphos, et Amphissã immunis. Deinde in intimo sinu angulus Bœotiæ alluitur. Strabo Phocidis dũas maximè insignes urbes tradit, Delphos, et Elateã quarũ altera propter uetustissimũ oraculũ Apollinis: altera, quod ad Cyphum Parnassum

rhæbicũ montẽ, & urbẽ sita sit. Parrhæbi occidentalẽ tra ctũ mõtis Olympi circa Macedoniã colebant. Itaq; è Græ cia poëta auxilia deducturus pulchrè initiũ sumit à uicinis Macedoniæ regionibus, & urbib. Phocaicas] Pau sanias dictos Phocenses scribit, à Phoco Ornithionis filio Corinthio una ætate priùs, quàm Aeacides Phocus eò ue nisset, à quo Phocenses nomen sortiti fuerunt, à Delphis stadijs 20. In Phocide Anticyra est, quam Pausanias Cy parissum uocat, qui scribit, montes supra Anticyrã, diuer sas habere rupes, & ferre elleborum utriusq; generis, ni grũ ciendæ aluo, album, uomitui prouocando natum, cu ius radicis usus in medicinis sit. Rursum Strabo ait, hoc tradi de Anticyra, in Oetea, ad sinũ Maliacum laudatissi mum nasci helleborũ: uerum in Phocide singulari artifi cio parari ad medicamina. Hinc multos Anticyrã petere ualetudinis recuperandæ caussa. In Phocica ista, quidam etiam tradũt inueniri semen, Sesami simile, quo tempere tur helleborus. Stephanus & alij Geographi Phocæã, ur bem Ioniæ faciunt, unde denominatiuum deducitur Pho cæus, & Phocaëus, & alteram in Mycala Cariæ, diuersas ab hac Bœotiæ, à qua φωκεῖς, ἡ φωκικοί. Itaque hac in parte Homerũ secutus est Lucanus, ut paulò antè memi ni, qui à Bœotia catalogũ nauium incepit, hic à proxima Phocide regione. Quoniã aũt Phocæenses in Ionia quon dam patriã cõmuni consilio reliquerũt, adacti deuotioni bus & execrationib. certis, ne quis unquã de repetẽdo pa trio solo cogitaret, iuxta Dianæ oraculũ Aristarcha Du ce, Galliã Narbonẽsem petiuerũt, ubi florẽtissimã urbem Massiliã condiderunt. Historiæ meminit Herod. lib. 1. & Strab. li. 4. Vnde in prouerbiũ abijt, Phocẽsiũ execratio, de iureiurãdo multis uinculis astricto. Horat. Epo λῶρ 1.

» Fortè quid expediat communiter, aut melior pars
» Malis carere quæritis laboribus.
» Nulla sit hac potior sententia Phocæorum
» Velut profugit execrata ciuitas.
» Agros atq; lares patrios, habitandaq; fana.
» Apris reliquit, & rapacibus lupis
Sequitur inde execrationis ritus, & formula.
» Sed iuremus in hæc, simul imis saxa renarint
» Vadis leuata, ne redire sit nefas
» Neu conuersa domum pigeat dare lintea, quando
» Padus Matina lauerit cacumina.
» In mare ceu celsus procurrerit Apœninus,
» Nouaq; monstra iunxerit libidine.
» Mirus amor iuuet ut tigres subsidere ceruis.
» Adulterentur, & columbæ miluio.
» Credula nec flauos timeant leones,
» Ametq; falsa lenis hircus æquora.
» Hæc, & quæ poterunt, reditus abscindere dulcet,
» Eamus, omnis execrata ciuitas.

Olim enim in fœderib. ne uiolarentur, adhibebant non so lũ promissa, dextras, & sacrificiũ, uerumetiã execrationes in caput eius, qui nõ staret pactis. Phocensiũ amolitio, qui cõsultãt de relinquẽdis molestijs. Phocensiũ desperatio, de studijs, & insanis cõsilijs, uel ubi reb. desperatis ad extre ma cõsilia sit uentũ. Sed de Phocæa, & Phocæensib. hoc eodem lib dicturi sumus copiosè. Amphis.] siue Am phissa. Phocydis fuit oppidum, ab Amphisa Macarei. Cirrha scopu.] Pausanias Cirrhã ueteri nomine Cris sam fuisse dictã scribit quo & Homerus usus fuit, cũ dicit πρὸς κρανέ ξαθὴν. Plinius utrũq; oppidũ distinguit. Vl tra, inquit, Cirrhæi Phocydis cãpi, & oppidũ Cirrha. Ac mox oppidũ Crissæ. & cum Bulensibus, Anticyra. Cirrha ad rupẽ sita fuit. Parnasos utr.] ὀπόφυρος, id est, bi uertex hic mons est, unde à Persio, biceps dicitur: ob incre dibilem amœnitatem sacratus Musis. In hoc Pytho urbs erat, quæ similiter Musis dedicata fuit, sacra Apollini, cu ius eo in loco celeberrima toto orbe taberna fuit. Huius Apollinis Pythij oraculo nullũ uerius, nullũ certius toto orbe apud barbaros tũ tẽporis habebatur. His reddentis præerat mulier sacerdos, quæ Phœbo, Phœbus dicebatur Pythia, quæ afflata Phœbo, reddebat responsa quidẽ, sed ambigua, quæ consultorẽ incertiorẽ dimittebãt, quàm ue nerat. Ipsa urbs Pytho à sciscitãdo nomẽ accepit, παρὰ τὸ πύθεσθαι potiùs, quàm à Pythone serpente interfecto ab Apolline, quẽ Delphimẽ quidã appellarunt, unde Del phos oppidũ appellatũ eredunt. A Pythio, Pythia certa mina instituta fuerũt: unde struxit Pindarus sua certamina Pythia. Cætera, quæ de Apolline Pythio, & Delphi ne scribũtur, quod parerga essent, omittẽda duco. Vcto que iugo.] Diximus Parnassum duos uertices, siue iuga habere, quorũ alterũ Tithoreũ, alterũ Hyampeũ dictum fuit. In utroq; iugo, aut circa oppida fuerunt Cirrha, & Pytho. Habet Parnassus speluncas sacras multas, quarũ una Corycion est sacrũ nymphis. Cilicio illi homonymũ. Occiduũ latus Aetoli Ozolæ, & Doriẽses: Aetoli ad Co racẽ montẽ Aetoliæ habitãt, ad ortũ uerò Phocẽses tenẽt. Bœoti colue.] Thebanos Bœotios dicit. Supra Phocidẽ à latere oriẽtis, Bœotiæ is sinus est ut cõtra celeberrimum portũ Aulidensem Euboeæ: ab extremo Sunij promõtorij excursu ad Thebas ferè usq; exporrecta iacet. Supra eã lidem, Hyria fuit tẽporib. Troianis. Scolus infra Platæas ad ripã Asopi uisebatur: quod oppidum prouerbiũ fecit teste Strabone li. Geogra. 9 neq; præterm sit Eustathius in Bœotiã Homericã ἐὺς σκῶλον μάτ' ἐὼν, ὀ ἰόντ, μάτ' ἄλλῳ ἔπεσθαι. id est, ad Scolon ne profiscaris ipse, neq; alterũ comitaberis, quod sita esset sub monte Cithærone, loco inamœno, inculto, aspero, simulq; infrugifero. Hoc monemur abstinendũ esse, à cõuictu alicuius. aut loco, un de nihil sperandũ est, uel uoluptatis, uel emolumenti. Ea regio Parosopia dicta fuit, ubi Mænades Pentheũ dila cerarunt. Trans Ismenũ, Thebæ sunt, & Opus. Faticica Cephi.] Cephisus amnis est. smueso flexu inter Phocidẽ labẽs, & Delphos, quos præterfluit. Oritur iuxta Lilæã, à Delphis X. M. pass. influitq; in Copaidas aquas. Cæterum septẽ Cephisos numerãt: hãc Phocidis in Attica, Salami ne, Sicyone, Seyro, Argis, & eius nominis fontẽ Apollo niæ, circa Dyrrhachium, in maris Hadriatici ora. Etsi hoc minurũ, nõ omittendũ tamẽ est: in Cephisso literã u. ubiq; geminari, cũ apud græcos tũ apud Latinos. Cephis sum ob id fatidicũ aqua sacra uocat, quod ex Phocidis mõtibus, ubi Delphicũ erat deflueret. Strabo ὀνομάζεσθαι ποταμὸς ἐν τῶν φωκικῶν ὀρέων ἄρχεται ἐκ λιμνῶν, ἐν τῇ πόλεως, καὶ εἰς τὴν πεδιάδα λιμνῶν ἐκδιδοὺς, ἐν τῇ ἡ παρνησσὸς, ἡ ὄλπεως, ἐν τῇ ἑλικῶνος ῥεῖ ὕστερος, εἰς τὴν αὐτὴν ἐκβάλλουσι λίμνην, περὶ πόδων ἀλίαρτον. Ama bit.] Epicephisios dicit. q in ripa fluminis aut circa ha bitãt. Cadmæaq;] Thebæ Bœotiæ, haud procul ab Op ante uersus Euripã. Has Cadmæas uocat, ab arce The bana, quæ à Cadmo primũ iuxta Oraculũ in colle ædifi condita Thebarum appellationẽ accepit. Dirce præter fluens, Thebarum est, ut Onchestus. De his Thebis Plu. Nec cedẽtes Athenis, inquit, claritate, quæ cognominan tur Bœotiæ Thebæ, duorum numinum Liberi, atq; Her culis, ut uolunt patria: & Musis natale in Helicone ne more assignant. Datur & ijs Thebis salus Cithæron, amnis

fl. amnis Ismenius: præterea fontes in Bœotia. Oedipodia, Psammate, Dirce, Epigranea, Arethusa, Hippocrone, Aganippe, Gargaphæ. Fuerũt plures Thebæ quas in præsenti nõ enumero. Pisæq; mo.] Relicta Phocide, & Bœotia, transit in eã Achaiæ orã maritimã, quæ ab Ionio pulsatur. Ostra Zacynthũ, & Strophadas insulas. Ingressuro Peloponnesum è Megaris, relicta Corintho in faucib. Isthmi, Asopus amnis occurrit, & Sycion, Inde Achaia: in litore Pataræ: ulterius Elis: mox Pisæ à Pisa Endymionis filia dictæ, regia Oenomai regis, Olympicorũ certaminũ memoria inclitæ. Fuerunt, qui sacri certaminis Olympici Originẽ ad Pisenses referrẽt propinquos admodũ Elidi, & Olympiæ ubi ea certamina celebrabãtur quinquenna lia: & ob id eos solos immunes Troianæ expeditionis fuisse. Censebãtur enim sacri Olympio Ioui, cui id ludicrũ peritæteris. ũ institutũ esset. Fuit intra Pisæorũ terminos Olympij Iouis tẽplũ. ad 300 circiter stadia ab Elide: & ante templũ lucus, oleo agresti ustitur, in stadiũ ludorũ caussa paratũ erat, quod Alphæus amnis, de quo mox diceturi sumus, ex Arcadia decurrens præterfluebat. Et Triphyliæ perimet ad agros Pisæos: unde ipsum etiã Iouem Triphyliæũ nõnulli dixerũt. Alij Originẽ agonũ Olympicorũ ad magnũ Herculẽ referũt. Quidã scribunt Troia nis tẽporib. neq; coronã huius sacri certaminis fuisse, neq; usquã mentionẽ iniecerit. sed dixerit solum, celerrimos equos ab Augea Elcorũ rege, cũm ad ludorũ præmia missi essent, fuisse abactos. Quod si de Olympiacis certaminibus dixerit, fuerint necesse est ante Troianũ bellum. Alphæus.] Oritur hic amnis in Arcadia, iuxta uicũ Aseã, ubi Eurotæ fontes sunt: unde nomẽ habet, quod illius aquã nepote Solis, id est, Heliade in eo submerso. Pausanias in Arcadicis, scribit Alphei fontes esse ad Phylacum, & hinc auctum alij fontanis aquis in cãpo Tegeatico demergi, & rursum iuxta Aseã oriri, cõfunditq; cum Eurota in Laconia. Ibi flutim ab origine terram subit, & abscondit aquas. Post magnũ inde spatiũ iterũ erũpũt, quorũ hic in Pisatida rapitur. Eurotas uerò in Laconicã. Porrò in Alpheũ eũ alij aliquot amnes, tũ Celadon, & Erymanthus mõti cognominis influũt: ac lõgo tractu is p Arcadiã, & Pisatidẽ diuagãs, subinde aquis auctor, iuxta Olympiã in mare Siculũ eruoluitur. Initio Stymphelus dictus fuit, ut author libelli, q; Plutarchi titulo circũfertur, περὶ ποταμῶν. Strabo, ὁ Ἀλφειὸς, inquit, ποταμὸς ὢν ἀλλαβὼν τὴν ἐπωνυμίαν, ἢ ἐρῦναν θὼν ἢ ἄλλως ποταμὸς, καταδὺς διὰ τῆς γῆς πολὺν διανήχεται τόπον, εἶτα ἀναφαίνεται πάλιν ἀναβάλλει εἰς τὴν οἰκείαν ἐπωνυμίαν. Fabulam idem de subterraneo meatu esse existimat, quam tamen Maro non ita reiecit, ut etiam affirmet cum dicit, lib Aeneid. 3.

" Alpheum fama est huc Elidis amnem
" Occultas egisse uias subter mare, qui nunc
" Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis.

Neq; uerò dixit temerè ferri Alpheum subter mare, & cum Arethusa in Sicilia commisceri. Transtulit enim ad uerbum propè hoc oraculum.

" ἐρευνᾶν τὰς πάτρας ἐν ἀρχαίᾳ πόντῳ
" βρυαχὴς κλύδωνος, ἵν' ἀκραὴ φθέγμα βλύσει.
" μισόμισθον ἀκταῖς εὑρεῖα εἶσι χρηδόσαι. Χωρ.

dicit, quasi πλημμύρησαν. uel ὑ πορρύη. Erumpit enim statim in Ionium, & in Elide, ubi abierit in fontem, patefactis meatibus subterraneis, in Siciliam emigrat. Quare idem poëta alibi.

" Sic tibi, cùm fluctus subterlabere Sicanos,
" Doris amara suas non intermiscеat undas.

Sed & in Chalcide Euboeæ Arethusæ aquæ fuerũt. Cæterũ fabula de Arethusa Sicula refertur apud Ouid. lib 5. Metam. Idẽ narrat Pindarus, quod Maro, ipsum secutus. Huius rei creditur Timæus author, hoc argumento addu ctus, (ut creditur) Poculũ Olympiæ in Alpheũ deiectum, casu'ne an cõsilio, incertũ, ac postea in Arethusa repertũ fuisse. Adhæc in Olympiacis obseruatũ, ob celebrẽ totius Græciæ in eũ locũ cõuentũ, sordidis in amnẽ dilabẽtibus, ipsum fontẽ ad Syracusas turbidum fluxisse. Sed fides rei abrogatur à multis scriptoribus, uel hoc argumẽto, quod Alpheus, cum in mare euoluatur, nec ullus sit circa mare hiatus, in quẽ effusus subterraneare posset. Adde, quod nec eo impetu mare ingrediatur, ut aquas potabiles in Siciliũ per tantã pelagi uastitatẽ, secũ peruehere posset. Tunc Mar.] Arcades quoq; miserũt auxilia Põpeio. Arcas inquit Sulpit. Arcadiæ populus, qui & in Attica Peloponneso est, & præsertim mediterranea tenet. Hæc ille. Glarean: eũ locũ reprehẽdẽs, ut rectè, in Achaia, inqt, erat Peloponneso potius legẽdũ, nõ in Attica, quanquã Attica etiã Achaia dicitur apud Ptolemæũ: Peloponnesus tamẽ nunquã Attica nominatur. Quis aũt nescit Arcadas etiam apud Homerũ Peloponnesi mediterraneã possedisse? Hæc Glareanus. Ab ora maritima Pisarũ & Alphei, orũ ex Arcadia ducẽtis, in eandẽ, quæ umbelicus est Peloponnesi ad ortũ uersus trãsit Lucanus. Mœnalia Arcadiæ montes sunt celsi, unde poëtæ epitheto pastorale eius regionis mutuare solẽt, quẽadmodũ poeta Menalios rursus dixit, Arcadicos siue bucolicũ carmẽ. Colũt Arcades umbeluũ firmè Peloponnesi, in Argolide Mediterranea eius, inquit Plinius, Arcadia maximè tenet, undiq; à mari remota. Initio Drymodis, mox Pelasgis nuncupata. Hactenus ille. Sed mox de uarijs eius nominib. dicetur. αὐτόχθονας eos in Peloponneso esse, hoc est, nõ alunde profectos, unà cum Cimmerijs, author est Herod. lib. 2. Et quia omniũ mortaliũ se primos iactitarunt, adeoq; ante Lunã fuisse. πρὸ σελήνου dicti fuerũt, quasi luna antiquiores. Apollonius li 4. Argonauticõ, ἀρχαδίης, ἣ πρόσθε σελήνοιο λάσιον ναῖον. Multæ fuerũt huius gẽtis appellationes. Pelasgi, à Pelasgo γηγενῆς, id est, terrigena, qui unus ibi insignis fuisset, dignusq; unus initio, qui regno præficeretur. Creditur hic mãsuetiori uiuendi cultu mortales ibi imbuisse, cũ nihil morib. à beluis differrẽt. Tunicas pelliceas reppe rit. Docuit uesci glãdibus, qui initio uehemẽter delectati existimãtur. Glandes erãt faginæ, nõ quernæ. Vnde à Pythia uate, in quodã oraculo βαλανηφάγοι dicti fuerũt, ut in Clio, Herodotus. Postea Lycaones nominati sunt, à Pelasgi filio Lycaone, quẽ fabulãtur poetæ in lupũ mutatũ. Fuit hic Lycaon Cecropi Atheniẽsi æqualis. Lycaone reb. humanis exẽpto, Arcades nominari cœperũt, ab Arcade nepote Lycaonis. Ita tẽporib. regnorũ nomina mutantur. Fuit Arcas Lycaonis nepos, ut dixi, ex filia Caliſto, quæ postea in cœlũ trãslata, & Vrſa facta creditur. Ab huius filio Azane, Azanes etiã nũcupati sunt ut in Oraculo ἄζηνες, ἀζᾶνες βαλανηφάγοι. Atq; hæc quidẽ de uarijs Arcadũ appellationib. Regio bona, & ex parte mõtana est, maximè media, qua ad Laconiã in Austrũ uergit. Qua uerò Corinthũ spectat, humano cultui apta est. Dionysius author est, Arcadas omniũ primos Ionio emenso in Italiã colonos misisse. Hinc Oenotrũ fuerunt, cum

Aborigini-

Aborigínibus decem, & septem ætates ante Ilij excidium, cum Peucetio fratre in Italiam classe traiecisse. Fuit is Iouis Lycaonis filius, à Phoroneo quintus, qui omnium primus in Peloponneso nauigarit. Fuerunt Arcadibus pascua, pecori pascendo apta, ac supra modum fertilia: certè equis, & asinis, equarum suppositoribus, Arcadicum id genus excellunt semper. Montes decãtatissimi sunt, Pholoë, Cyllene, Lycæus, Mænalus, cuius hoc loco poëta meminit, Parthenius, Lampheus, & Nonacris, ex cuius rupe scatet aqua admodum gelida, in speciem roris collecta, at potantibus mortifera. Vasa circunq; generis ui pestiferi liquoris aguntur in rimas. Hoc uenenũ genere Alexander ab Iolla sublatus creditur, delati in Assyria ungula equina, quod nulla alia materia potuerit tueri. Arcades propter locorum commoditatem rem pecuariam maximè exercebant. Spartiatæ oraculo quodam decepti Arcades lacessere aliquando ausi fuerunt. Ex Delphis retulerant, fore, ut Tegeatem agrum fune metirentur. Lacedæmonij, tum armis, tum funibus in pugnam progressi, & Spartani cum Tegeatibus congressi, uicti, & suis funibus uincti hostilem campũ metiti sunt. Vincula in Eleæ Mineruæ templo ad suam usque ætatem pependisse, testatur Herodotus. Dixi initio Arcades Mediterranea Peloponnesi tenere: in huius Isthmo sita est Corinthus, utrinq; pulsata æquoribus: ad ortum, Aegæo, siue Pelasgico sinu: nam Creticum mare Australius est: ab Occasu Ionio. A Corintho, Epidaurij maritimi fuerunt contra Saaminẽ insulam. Inde sinus Argolicus, & reliqua ora Argolidis. Finitimi his undequaque Lacedæmonij, quos Messenij excipiunt. Ad mare Ionium Methone est, hodie Medona dicta & Pylus, & Cyparissias. Suprà à diuersa parte Isthmi, ubi Lechæum promontorium fuit, Corinthus Sicyonem uicinam habuit, in ultimis cardinibus Argiuorum. Vlterius Aegialus Achaiæ fuit. Contra Echinadas insulas Elæi tenuêre uersus occidentem: inde Messenij, Olympia, ostium Alphei, & inter Alphæum, & Elidem, Pisæ. Atq; horum omnium populorum, qui marginem Peloponnesi habitarunt, medij sunt Arcades, undique à mari exclusi, quare rei naualis imperiti habiti, ut contrà Cretenses gnari fuêre: populus bello natus foris in ferendis auxilijs, sed qui per se nihil ualuerit: unde prouerbio locus factus, ἀρκάδας μισθοῦσθαι. id est, Arcadas inuitari, de ijs, qui nõ sibi, sed alijs laborauit. ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, βοᾶσιν ex oracvlo. ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγαν μ' αἰτεῖς, βοᾶσιν δώσω. id est, Arcadiam me orat, magnum petit, haud dabo quaquam, Arcadicum germen. Ἀρκαδικὸν βλάστημα, de grandibus, & ignauis, quod ea gens ob stuporem malè audierit. Quod uerò ad ritus, & moras gentes attinet, uetus eorum mos erat, usque ad trigesimũ ætatis annum in studijs Musicæ exerceri, adeò, ut eam ignorare, probro daretur. Persuasum habebant, agrestes, & ingenia ferocia studijs id genus mitescere. Regio mõtosa est, ut dixi, in cuiusmodi locis asperiora ingenia, propter tristiciam cœli, & duriora frigora, nasci oportet. Trachinius miles.] Trachin, siue Trachis, urbs sub mõte Oetæ fuit, ita ab asperitate appellata. τραχύς. Oeta à tergo Doridis est mons, ubi inconspectu est, Herculis interitu celebris. Est autem is mons ab ortu in occasum porrectus, hoc est, à Thermopylis in Ambracium usq; sinum, ubi Acarnania expãditur, recto tractu. Montana scindit, à Pataasso ad Pindum, uergens ad Thermopylarũ angustias, qua parte in summam assurgit altitudinẽ. Sulpitius, Strabo ait inquit, Oetã Herculeã, montẽ inter Thessaliam, & Macedoniã Glareanus, longò aliter, inquit, Strab. lib. 9. de Oeta, qui eum ad Thermopylas extẽdit, ac Pindũ. Duas uerò iam dictas regiones ad Septentrionẽ habentẽ, non inter eas iacentẽ. Hæc ille. In huius Oetæ summo itinere ille. In huius Oetæ summo ingo pyra oraculi iussu constructa, eiq; uiuus, & sentiens Hercules impositus fuisse memoratur. Itaq; quod is ibi interierit, Herculeã Oetã mõtẽ nũcupat. Trachin urbi, subiecta Heraclea, ab Hercule dicta fuit, testante Plinio.

Thesproti.] *Hij quoque populi misere copias auxiliares Põpeio. Vt ab extremo Græciæ tractu inchoëmus, eũ Aetoli tenẽt, distincti Acheloi amnis ostijs ab Acarnania, quæ ferè prima Epiri pars est. Naupactus in Aetolia in amœnissimi sinus recessu sita, hodie Lepanthum dicitur, occidua magis, & interranea Calydon, circa Acheloum, utraq; hodie Turcicæ ditionis, quondam Venetorum, sed eo tempore ijs adempta, cùm in Macedonia Dyrrhachium, in Peloponneso, Methonem (hodie Modonam) amiserunt. Trans Acheloum Epirus, Pyrrhi regnum: ab Aquilone, Pindo qui finis Macedoniæ, ac Thessaliæ est terminatur, à Meridie, mari Ionio: ab occasu eodem mari sed in Adriam deflexo, alluitur. In Epiro gentes sunt olim celebres, at nunc Turcarum incursu ferè uastatæ, ut Molossi, & Triballi. Crebris sinibus ad Austrum pulsatur, quorum maximus est Ambracius, ita dictus ab Ambracia urbe in intimo recessu, uersus Acarnaniam sita. In huius extimo flexu quà Acheloum spectat, Nicopolis est, monumentum Actiacæ uictoriæ ab Augusto positum, quod circa eam regionem Antonium, & Cleopatram nauali certamine superarit. In extrema ora Epiri, è regione Corcyræ Butrotũ fuit, Vergiliano carmine celebratum. Qua parte montes in Ionium altissimis iugis excurrunt, Acroceraunia*

Thesproti, Dryopesq; ruunt, quercusq; silentes
Chaonio ueteres liquerunt uertice Sellæ.
Exhausit totas quamuis delectus Athenas,
Exiguæ Phœbea tenent naualia puppes,
Tresq; petunt ueram credi Salamina carinæ.

uocantur, quod crebris fulminibus ob immensam altitudinem feriantur. Iuxta hos montes colunt Chaones, deinde Thesprotij, & Acarnanes. Ibi Tomarus mons, è cuius radicibus C. fontes erumpere dicuntur. Dryopes.] Dryopes etiam Epiri populi sunt. Plinius lib. 4. cap. 7. Hellas eadem Thessalia, inquit, & Dryopis semper à regibus cognominata. Sed idem in præfatione eiusdem libri, Epiros, inquit, in uniuersum appellata. Aeroceraunia, Epiri, inquit, incipit mõtibus: in ea primi Chaones, à quibus Chaonijs incipit mõtibus: in ea primi Chaones, à quibus Chaonia: dein Thesproti, Antigonenses, locus Aornos, & pestifera auribus exhalatio, Cestrini, Perrhebi, quorũ mons Pindus, Cassiopei, Dryopes, Sellæ, Hellopes, Molossi, apud Iouis Dodonæi templum, oraculo illustre, Tomarus mons C. fontibus circa radices Theopompo celebratus. Horum populorum Epiri aliquot hic recenset poëta inter auxilia. Ruunt.] *properant ad castra Pompeij.*

Quercus silentes.] *Metonymia. Diximus Sellas esse Epiri populos, ut Hellopes, & Molossos, apud quos Dodonæi Iouis templum uetustum fuit, in quo reddebantur oracula,*

A oracula ut iam mox dicetur. Sellam montem, & urbẽ fuisse produnt apud Dodonæos, id quod perspicuè etiã poëta hic testatur, cùm ueteres Sellas in uertice Chaonio sedem habentes, quercus silentes liquisse dicat. Sed excutiendum. quas hic uocat quercus silentes. Pausanias Dodonam Thesprotidis, Stephanus Molossidis urbem fuisse scribit, cui astipulatur Strabo, Plinius, Mela. Homeri scholiastes lib. 2. Iliad. Pausaniæ accedit, qui dicit eam urbem Septentrionalem Thespratiæ esse. χωρίον ἐν ἀρχῇ μαντεῖον τῆς θεσπρωτίας, ἱερὸν Διὸς, ἔνθα τὸ ἐκ τῆς ἀρχῆς μαντεῖον τῆ Δωδωναίᾳ Διὸς. Hanc dictam puellam, à Dodone nympha Oceanitide: nonnulli à Dodone Iouis, & Europæ. Hic templum fuit, Iouis Dodonæi oraculo celeberrimũ Herodotus in Euterpe testatur, hoc inter omnia Græciæ oracula fuisse antiquissimum, de cuius origine, quid narret, nõ pigebit adscribere. τάδε Δωδωναίων φάσιν οἱ προφάντιες δύο πελειάδας μελαίνας ἀποπτάσθαι ὑπὸ Θηβαίων τῶν Αἰγυπτίων ἀναπτα μένας, τὴν μὲν αὐτέων ἐς Λιβύην, τὴν δὲ παρὰ σφέας ἀπικέσθαι. Β πίνω ὡς χρεὼν ἦν μαντήϊον αὐτόθι Διὸς γενέσθαι, ἡ δὲ, ἡ σοφὲς ἐν τύτῳ ποιῶσαι, τὴν δὲ ἐς τὰς Λιβύας ὀιλεῦσαι τὰς Λιβύας ποιέειν. ἔφη ἡ τῦτο Διὸς, id est, Duae fuisse coloris columbae uno tempore ex Aegypto deuolarunt, quarum una in Africam altera ad ipsos (in Epiro scilicet) uenerit. Hæc fago insidens humana uoce loqui cœpit, in eo loco Iouis oraculum condi oportere. seq; interpretem futuram, fore ut ea, quæ ibi prodita essent, certò euenirent. Pari ratione eam, quæ in Libyam delata fuit. Ammonis oraculum aiunt Afros condere iussisse. Est enim & hoc ipsius Iouis. Huc usq; Herodotus. Idem author eodem loco multa annotauit, de sacerdotibus Dodonæorũ, et columbis, quæ hoc loco non opere est referre. Sed inter cætera duas Barbaras mulieres quæ Thebis sacerdotio fungerẽtur, eecinisse oracula, quæ ob stridorem à Græcis columbæ dictæ fuissent: inde colũbas responsa dedisse petentibus diuulgatũ. Has Phœnices inde deuexerant. Mirum nì impuri spiritus fuerint, qui uno tempore C ea specie Africæ, & Europæ insidiati sint, & maioribus tenebris, quàm erant contecti, inuoluerint. Ab hoc dæmone, è fago, siue quercu faticinante, cum multi alij mortales, tum Alexander Molossicus deceptus fuit. Et extitebo oraculum tandẽ perijsse: & Plutarchus adducit in libello peculiariter ea de re edito. Eustathius existimat non columbam sed quercũ ipsam fuisse, quæ cõsulentibus futura prædixerit. Thrasibulus huiusmodi historiam refert. Deucalion, post memorabile illud diluuiũ suæ tẽpestatis, cum uenisset in Epirũ, oraculũ cõsuluit in quercu. Reddito ei à colũba responso diuino, collectis undecũq; ijs, qui à diluuio superfuerãt, locũ eum incolere cœpit. Vlyssem apud Hom. lib. Odyss. 14. in hospitio Eumæi subulci, huius Dodonææ quercus inter alia fabulæ de se ludibria inijcit.

„ ——τὸν δ' ἐς
„ Δωδώνην φάτο βήμεναι ὄφρα θεοῖο
„ ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βυλὴν ἐπακύσῃ,
„ ὅππως νοστήσει θ' ἁπάνης ἐς πίονα δῆμον.

Quem locum explicant Didymus hanc historiã refert ex τῆς Δωδώνης & ἔτι τὰ πέλας. ὑφάλεσθο νόμην καλλίγηυ, ἡ ἄρξας ἐς τὴν σφετέραν αὐλὴν ἐφύλαασεν. ὁθεν φάσιν τὸν Διὸς πότην ζητεῖν παρὰ τοῖς ποιμέσι τὰ πεπλεμμένα πρόβατα, μὴ ἐυρόντα ἢ ἐρωτᾶν τὸν θεὸν τίς ἐστι. τόδε πρῶτον φάσι τὴν δρῦν φωνὴν ἀρεῖναι, ὅτι τῶν ἀκολυθούντων νέοτας. ἐξετάσοντα τὸ λέγειν ἐυρεῖν παρὰ τῷ ποιμένι νεωστὶ β. σπάσαντα τῷ χωρίῳ. ἀκόλυθι ἢ λέγουσαι οἱ ποιμένες, ἦν ἢ τὸ ὄνομα μαρδύλας, τῦτον ἢ λέγεται προσοργισθέντα τῇ δρυῒ βελῆσαι αὐτὴν ἐκκόψαι νύκτωρ. θελειάδην ἐκ τῦ φλέχας ἀναπύψασαν ἐπιτάξαι, μὴ τῦτο δρᾶν. τὸν δὲ ἀμελήσαντα ἐπιμηνίσαι τὸ μὴ θύειν τοῦ ἱεροῦ τῦτο τὸ ὕδωρ ὁ μὴν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τόλμημα μηνύσαι αὐτῷ τὰς ἠπείρωτας, ὅθεν καὶ λαβόντας δίκην ταύτην εἰσπραξέσθαι τὰς αὐτᾶ ὑπομονὰς τοῦ μάντιν προάγειν. Dodonides nymphæ septem stellæ appellantur, in capite Tauri, quæ et Pleades, & Atlantides dicuntur à nonnullis. Circa hanc, quam dixi, quercum, fuit fons erat, Iouì Dodonæo, qui cùm frigidus esset, & faces immersas extingueret, ut alij, procul admotas etiã accendebat. Quercum istam fatidicam Sophocles πολυγλωσσαν nuncupat, id est garrulam, & loquacem. Pausanias in Arcadicis, inter alias diuersas arbores, diuersis dijs consecratas, quæ diutissimæ floruerint hanc quoque recenset. Dodonæum æs optimum, perinde, ut Corinthiũ celebratur. Cæterum Δωδωναῖον χαλκεῖον. Dodonæum æs, apud Græcos, & Latinos in prouerbium cessit, de homine improbæ, et importunæ loquacitatis: Erasmus ex probatis authoribus paræmiæ originem ostendit. In Dodona duæ fuerunt columnæ sublimes, in quarum altera, peluis ærea, in altera pensile pueri simulachrum flagellum æreum manu tollentis, erat. Quoties uentus uehementius flasset, fieri solebat, ut scutica impulsa crebrius lebetem feriret. Is autem percussus tinnitum reddebat, multum temporis durantem. Suidas tradit oraculum Dodonæum lebetibus æreis undiq; septum fuisse, ita continuum collocatis, ut inuicem contingerent. λέβητων γάρ φησιν ὅτι τῷ Διὸς μαντεῖῳ ἐν Δωδώνῃ λέβητα ἐν κύκλῳ περιέθηκαν. τῦτος δὲ ψάλιν ἀλλήλοις, καὶ περιδέντος τοῦ ἑνὸς ἥκειν Διαδοχῆς, πάντας ὡς διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τῆς ἠχῆς περίοδον. ἀριστοτέλης ἢ ὡς πλάσμα διελέγχων, δύο φασὶ σήλας εἶναι, καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου, λέβητα, ἐπὶ θατέρου δὲ παῖδα κρατοῦντα μάστιγα, ἧς τὰς ἵμαντας χαλκέους ὄντας σεσμένους ὑπ' ἀνέμου. τῷ λέβητι προσηρέειν. τὸν δὲ τυπτόμενον ἠχεῖν. Hac quoq; ratione, & Iuppiter Dodonæus fuit dictus. παρ' ὅσον ἐν Δωδωνῃ τῆς θεσπρωτίδος ἐτιμᾶτο. Idem author est, mulieres fatidicas in quercu tibi uaticinari solere. ἐν ᾗ ἵστατο δρῦς, ἐν ᾗ μαντεῖον ἦν γυναικῶν προφητίδων, καὶ εἰσιόντων τὸν μαντευομένων, ἐκινεῖτο λέβης ὁ δρῦς ἠχοῦσα. αἷς ἐφθέγγοντο, ὅτε τάδε λέγει ὁ Ζεὺς, καὶ ἀνδριὰς ἵστατο ἐν ὄψει ῥάβδον κατέχων, καὶ παρ' αὐτὸν λίβης ἵστατο, καὶ ἔπαιεν ὁ ἀνδριὰς τὸν λέβητα ἐξ οὗ ἦχος τις ἐναρμόνιος ἀπετελεῖτο. De horum lebetum tinnitu Ausonius.

Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni. Strabo. „ χαλκῆον ἦν ἐν τῷ ἱερῷ ἧχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντος κρατοῦντος μάστιγα χαλκῆν ἀνάθημα κορινθιακὸν, ἡ ἦν μάστιξ ἡ τριπλῆ, ἀλυσιδωτὴ, ἀπηρτημένης ἐχυσακέξ αὐτῆς ἀστραγάλους, οἱ πλήττοντες τὸ χαλκεῖον ἀνεχῶς ὁπότε ἀωροίνητο ὑπὸ τῶν ἀνέμων μακρὸν ἦχος ἀπειργάζοντο, ἕως ὁ μετρῶν τὸν χρόνον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἦχος μέχρι τέλους, ἡ ἐπὶν. ἀφιστεῖτο, ὅθεν ἡ ἀφορμὴ

λέχθη, ἡ περιεργαίνων μάτην. Illud uero non prætermittendum est, quod Plutarchus existimat æs Dodonæũ torqueri posse in fordidos, & quãuis pusilla de re querulos.

Silentes.] Has ob id silentes uocat, quod desierãt tum oracula reddere. Et Strabo, qui Augusti temporibus claruit, indicat tandem periisse. Sellę.] Hos circa Dodonam populos fuisse ostendimus, et urbis nomen. Hinc figuratè eos quercus silentes reliquisse dicit: hoc est Dodonã. Misere igitur, & Dodonæi Auxilia, ut hic sit contextus: Veteres Sellæ in uertice Chaonio, liquerunt quercus silentes. Chaonio.] Chaonia in Epiro principium est sinus Ionij, à Chaone Troiano fratre Heleni appellata, antè Molossis dicta. Verg. lib. 3. Aeneid. Chaoniamq; omnem Troiana Chaone dixit. Exhausit.] Omissa Epiro in Atticam migrat, hoc est, ad Athenienses, atq; ostendit Athenienses delectu habito iam exhaustos ciuib fuisse, tum bello Persico tum ciuili, Syllæ & Marij, & ad postremum hoc tempore, id quod partícula quamuis, ostendit, eosq; nauales copias misisse: ut solum tres Salaminiorum naues in portu Pyræo Athenẽsium remanserint. In Pyreo naualia erãt Apollini cõsecrata: arx Mineruæ Areopagus Marti. Exiguę.] Modicæ naues relictæ fuerunt in naualibus Athenarum. Naualia sunt, in quibus stant, & cõficiuntur naues. Phœbea.] quod ea Phœbo dedicata essent, ut modo memini, propter studia literarũ, quibus præsidet, quanquã non Pireum, sed Tænarum reuera Phœbo dedicatum erat. Tresq; pet.] Cur tres naues, relictæ in naualibus petunt uerã Salaminẽ dici, paulò aliùs historia repetenda est. Cùm olim inter Atheniẽses, & Megarenses internecino propè bello de iure insulæ Salaminis diu certaretur, Solon oraculi monitu, noctu cũ 500 expeditis in insulã nauigauit, & in insidys post promontoriũ quod Eubœã spectat, insedit. Megarenses, rumoribus allatis, sed incertis excitti, quod hostes haud procul abessent, nauẽ speculatoriã præmiserunt. Eam Solõ in potestatẽ redegit, & lectissimis iuuenibus Megarico ornatu instructis dedit, qui quasi rumores inanes fuissent de Atheniẽsibus, ut Megarienses in urbẽ annauigarent. Ipse terrestri itinere mœnia adortus, quantũ hominũ in urbe fuit, in se excitit. Atq; ita hostibus terrestri prælio intentis, ij, qui in naui erant, & pacati specie præ se ferebant, improuiso appulsu urbẽ occuparunt. Attulit ea res nõ parum gloriæ Soloni. Interim tamen Megarẽses aque pertinacites perdurabant in obsidione insulæ, donec postulatis utriusq; ciuitatis clades, res in Spartanorũ iudicium fuerit tracta. ubi de iure insulæ disceptatum fuit, in quo plus splẽdoris Soloni parũ fuit. Dicitur in Salamine uenerãda usus Homeri testimonio, quod est huiusmodi Ex Aiacis filios olim ab Atheniensibus ciuitate fuisse donatos, & ab ijs insulã Atheniensibus uicissim donatam. Additum præterea aliud argumentũ fuit, quod Salaminij Atheniensiũ morem secuti defunctorũ ora ad occidentem inter condendũ uerterent, non adortum, ut Megarenses. Et quod primariũ fuit, ac præcipuũ, quod ab ipso Pythio Apolline, Atheniensium caussa adiuta fuisse, eius oracuio Salamis Ionica appellata esset. Atq; his argumentis Atheniẽses Salaminẽ obtinuerũt. Tresq; pe.] Tres erant Triremes Athenis, sed usui publico destinatæ duæ, quarũ una Salaminia uocari solebat, quæ euocatos ad iudiciũ subueheret: altera Paralus ueheret, sed Theoris eos uehebat, qui uoti, aut religionis ergo Delphos, aut alio quopiã proficiscerẽtur. Salaminia nauis παλαιὰ παροιμία, prouerbiũ de præueloci dictũ. Celebratur maximè nauale prælium aduersus Xerxẽ Persarũ regẽ ad Salaminẽ cõmissum. Bacchus apud Aristoph. in Ranis, uolens se ostendere bellicarũ rerũ imperitũ, ac remi ducendi ignarũ, ὁ ναυμάχος se appellat. Plut. in uita Pericl. nauẽ robustã, in qua extremũ sit præsidiũ ut in triarijs, Salaminiam uocat. Est & Salamis oppidũ Cypri in amœnissimo sinu littoris orientalis situ: hodie Famagusta dicitur. Micyllus ad hunc modũ exponit. Quanquã delectus iã antè exhaustus esset Athenas, tamen hoc tempore tres naues Pompeio easdem misisse, cupientes ut credatur, has quoq; ueram Salaminem esse, hoc est salutem, ac libertatem suam in his nauibus, atque armis, perinde ut olim bello Persico in classe, qua circa Salaminem hærebat in quam Athenienses, relicta urbe ex oraculo se contulerant, fositam esse. Sic Micyllus. Salami, id est: insulam potius quam nauem. Beroaldus dicit alluisum, ad iudicium, quo Salamis Atheniensibus adiudicata fuit. De Salamina naue, quæ fuerit, diximus. Poëta historiam significat. Tres naues Salaminiorum mansisse in portu Pyræo, quæ testarentur Salaminem esse ueram, non ambiguam iuris Atheniensium semper.

a al. armis.
b al. Gnosus & Gnososq;.
c al. Oricõ in uetusto. co.
d al. testãtes in uetu. cod.
e al. Colchus
f al. Abyrtus.

Iam dilecta.] Cretẽses populi centum auxiliares copiat Pompeio submiserũt quam à peritia iaculandi, addita etiam collatiõe describit. Supra Sporades Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, ait poëta: hodie uocãt Candiã maior Cypro, minor Sicilia est, & Sardinia, sed omnib. fertilitate, & nobilitate par. A' Græcia Orientalior est, quã Peloponesus, media inter Attiã, & Cyrenaicã Africæ bidui utrinq; nauigatione. Ab Occasu. Ionio: ab Ortu, Carpathio: A' Septentrione Aegeo, situ Cretico ab ea dicto abluitur, ut ad Meridiem Africo. De forma, & situ alibi multa retulimus. Ab Homero ἑκατόμπολις dicitur. hoc est, in qua C. urbes colerẽtur, id quod etiã testatur Maro. Centum urbes habitãt magnas uberrima regna, cùm Homerus in Odyssea nouẽ tantùm urbes nominet. Iam dilecta Ioui centenis uenit in a arma
Creta uetus populis, b Gnossiasq; agitare phare-
Docta, nec Eois peior Gortina sagittis. (tras,
Tũc qui Dardaniã tenet c Orithõ, & uagus altis
Dispersus syluis Athamas, & nomine prisco
Encheliæ uersi d testantur funera Cadmi (das.
Colchis, e & Adriacas spumans f Absyrtos in un

Dilecta.] quod in ea Iupiter natus, educatus, & sepultus esse ditus fuerit eius item sacra à Corybãtibus, & à Dactylis Idæis instituta essent. Centenis.] Amplificatio à numero certo, pro incerto. Alluit ad C. magnas urbes. Gnossius.] Sic enim dicitur, Gnossius, pro γνώσιος, tenui in mediam mutata, quondã prima Cretæ urbs, adeoq; Minois regia insignis, quem Homer. lib. Odyss. 7. ingentem uocat.

Cortyna.] quæ & Gortyn, & Gortys, opulenta, & celebris urbs cãpestris in Creta, quã Strabo sua tempestate sine mœnibus fuisse scribit. Nec eois.] Parthicis collatione excellẽtium sagittariorũ Gortinæ laus crescit. Constat Parthis armorũ Scythicũ morẽ fuisse: libros sagittare

A tare docuisse, & equitare, ut quisq; opibus polleret ita ad bellum aut magnũ, aut paruũ instruxisse equitatum. Pugnandi commune ignari fuerunt, ut expugnandarũ urbiũ imperiti. Dimicant equis procurrentibus, refugientibusq; Signum in pugna non æra, sed tympano accipiũt. In præliis intolerabiles essent, nisi breuis admodum eorum impetus foret. Medio pugnæ ardore certamen eximprouiso deserunt. Mox è fuga in pugnam redeunt, adeò ut cùm te uincisse credas, tum præcipuum instat discrimen. Loricæ plumatæ equitũ munimenta sunt, ut & equis, quibus utuntur in bello. Eois.] hoc est, Parthicis. Non cedunt Parthis iaculandi peritia Cretenses. Quemadmodum Parthi à quinto usq; ad 24. ætatis annum, discunt equitare, & ita culari, sic Cretenses in ea arte exercẽtur à puero. Sunt & æqualibus, terrestribusq; prælijs, ad insidias, rapinas, nocturnos insultos, & omnium insidiarum genera promptissimi: sed prælio legitimo cõgressi, timidi, pauidi, & inutiles. Adeò rei nauticæ studium exercuerunt, ut in prouerbiũ abierit, de eo, qui dissimulet nosse id, quod scit: Cretem mare nescit. Strabo lib. 10. scribit, Cretenses omnia nauigandi usu, & peritia maritimarum rerum principatum tenuisse. Et quia mendaces habiti fuerunt, cũ ob aliã, tũ propter Ioue apud ipsos natũ, educatũ, & sepultũ, in prouerbiũ cesit. Cretizãdum cõtra Cretensem, contra mendacem menda ijs agendũ. Cretensis sacrum subaudi facit: quoties res quæpiã turbulentè ac per tumultum fit. Curetum os, cùm quis nimis afflatus loqui uidetur. Creterasit cum Aeginæa, in improbor, qui mutuis inter se fallacijs agunt. Dardaniam Orithon.] Sulpitius exponit, possessam à Dardanis, idq; propter Helenũ, uel quod Dardani Illyrici eam tenuere. Hæc Sulpitius. Non est legendum Orithon, sed Oricon, ut habent duo peruetusta exemplaria adorandæ antiquitatis. Est autem Oricum oppidũ conditum à Colchis in ora Macedoniæ, unde ini tium Epiri. Distat à Salentino promontorio 85. M. pass. Colchi, ut dixi, qui ad Medeam missi fuerant, Oricõ condiderant. Situm erat loco plano iuxta mare, Panormum uocarunt, stationibus omnibus commodum. Ceraunia iuxtà sunt, & sinus, cuius os cõmune Adriæ, & Ionio est. Hanc ob id Dardaniam uocat, propter ¶ Helenum uatem Troianum, filium Priami, qui ibi cũ Andromacha Hectoris regnauit. Stephanus Oricon in sinu Ionio collocat. Hecataeus portum Epiri uocat. Hinc Mara. Oriciam Terebinthũ dixit. Butrotus urbs inquit, in Oricus portus. Vagus Ath.] Athamanes innuit Aetoliæ populos, synecdoche, numerus singularis pro plurali. Strabo eos in Epiro ponit, in cardinib. Illyricis Epiotæ sunt, inquit, & amphilochi, & alij superius degẽtes, & qui contingũt Illyricos montes, Molossi & Athamanes, Aethinges, Nymphæi & Oresiæ, asperã regionẽ incolẽtes. Stephanus, Athamania, regio est, inquit Illyriæ: uel ut alij, Thessaliæ ipsa gens Athamanes, Vlm. lib. 4. cap. 8. author est, Athamantẽ, montem fuisse Phthiotidis syluo quondam opere topiario spectabilis, Buzigeus, Donaesa, Bermius, Daphissa, Chimerion, Athamas. Stephane. Ad historiã transeamus. Ino Cadmi filia, cùm Athamãti Aeoli filio nupsisset, eiq; Learchũ, & Melicertẽ pepe risset, cùm uideret ab insano patre in uenatione Learchũ cæsum se cum Melicerte è Scyronis saxo præcipitem dedit. Neptunus ambos in Deos marinos mutauit: Ino in Leucotheam, Melicerten in Palæmonẽ, in cuius honorem tradit Plutarchus Isthmiacos ludos à Theseo institutos, quos alij crediderunt in Scyronis memoriam institutos fuisse, quod ab eo fuisset expiatus ob arctissimum consanguinitatis uinculum. Fuit Scyron Emochæ sororis Ethreæ filius. Idem Theseus Simde, et Phæa occisis, Scyronem in Megarensi agro ex eminenti petra præcipitauit, à cuius casu, Scyronia saxa nuncupata sunt. Alij produnt ui mortales coactos, ei pedes abluere, inopinato calcis ictu in subiectum mare deturbari solitos. Huic famæ diu obstiterunt Megarenses, affirmantes Scyronem, neq; latronem fuisse, neq; cuiquam iniuriam intulisse sed iusticiæ & æquitatis tenacissimũ fuisse, cuius filia Endeis cum Aeaco nupsisset, Telamonẽ, & Peleum postea enixa fuit. Sed ad Tyrãnum Athamantẽ, cuius caussa in hanc digressionẽ incidimus. Aristonides artifex cùm exprimere uellet Athamãtis furorẽ, Clearchũ filium præcipitare uolentis, et præcipitato illo residentis pœnitentiã, ferrum, et æs miscuit, ut rubigine per nitorem æris relucente, expri meretur uerecundiæ rubor. Plinius tradit, herbam Meu, non nisi à medicis in Italia seri, & ijs quidem paucis admodum. Et ex duob. eius generibus, nobilius Athamanti cum esse, tanquam ab Athamante inuentũ, & reperiri in Athamãte, Ex Athamania Epiri, auxilia adfuerũt. Encheliæ.] Ἔγχελυς siue ἔγχελυς, anguilla. Fabulãtur Cadmum, quod Draconem Castalij fontis interfecisset, unà cum Hermione Veneris, & martis filia, uxore, à Marte in Draconem fuisse in Illyria conuersum. Quidam Cadmi progeniem ita digerunt. Genuit ex Hermione Semelen, quæ icta fulmine subito abortu Bacchum edidit. Fuerũt Cadmo præter Semelen filiæ, Ino, Anthenoë, & Agane, Hæc Echioni nupsit, cui Pentheum Thebarũ regem peperit, Anthenoë ex Aristeo Atheonem. Ino Melicertam, & Learchũ ex Athamante, omnes ex æquo tũ cõiugio, tũ partu infœlices. Ex Cadmo Polydorus procreatus fuit: ex quo Labdacus: Labdacus Laiũ genuit: ex quo Oedipus Thebarũ rex. Quæ uerò produntur de Terrigenis, in quos Cadmus incidit, Palæphatus circumiectarum gentium accolas fuisse arbitratur, qui in Cadmũ subito conspirarunt, atq; idcirco è terra erupisse crediti fuerunt, & Sparti nominati. Sed fabulam libet adscribere. Cadmus Agenoris post raptũ sororis Europæ, cùm in Bœotia desedisset, & iam Thebis ædificatis, quosdam sociorum misisset, qui ad sacrum aquam adferrent, nec ijdem redirẽt, ipse profectus, offendit eos à serpente iuxta fontem stabulante deuoratos. Quem summa cum admiratione conspicatus, uocem audiuit, fore, ut ipse quoque in serpentem, (fortasis anguillam) transformaretur, id quod in extrema senecta ei accidisse ferunt. Nam ipse unà cum uxore in serpentem cõuersus creditur. Itaq; serpente eo interfecto, iuxta oraculum acceptum, eius dentes sæuit, è quibus, armati homines nati fuerunt, qui statim se mutuis uulneribus confecerint, exceptis ijs, qui se Cadmo adiunxerant. Extat fabula lib. Metamor. 3. apud Ouidium. Fulgentius fabulam ad literarum inuentionem refert, quas ipse è Phœnicia in Græciam intulit, authore Herodoto in Terpsichore. Hyginus eum illas ex Aegypto in Græciam portasse, ait, quas Euander ex Arcadia profugus in Italiam transtulit, quasq; Carmenta eius mater mulier fatidica in Latinas commutarit. In Aegyptum Mercurius eas primus tulerat. Hinc Ausonius in Aenigmamate literas Cadmi nigellas filias uocat. Aut adsit interpres tuus,

Aenigmatum qui cognitor
Fuit meorum, cùm tibi
Cadmi nigellas filias
Melonis albam paginam:
Notasq; furnas sepiæ,
Cnidiosq; nodos prodidit.

Herodot. lib. suprà citato, Phœnicas eos, inquit, qui Cadmo duce uenêre in Græciâ, literas uernaculas, & patrias, hoc est, Phœnissas ostendisse primitijs Græcis aiunt, sed fluxu ætatis, cum uoce notæ quoq; sensim mutatæ fuerût. Primi ijs Ioues usi fuerût. Quare etiâ Phœniciæ sunt appellatæ. Herodotus Cadmeas se quoq; uidisse scribit literas in templo Apollinis Ismonij, Thebis in Bœotia cælatas in tripodib. quibusdâ, de quib. citat tria Epigrâmata. Orationis solutæ Cadmum inuentorẽ tradunt. Plin. lib. 5. Miletus, inquit, non fraudãda ciue suo Cadmo, qui orationẽ prosaicã primus instituit. Sed idem aliter scribit lib. 7. Prosaicã orationẽ cõdere Pherecydes Syrius instituit, tẽpore regis Cyri: historiã Cadmus Milesius. Idẽ author est, à Cadmo 16. tantũ literas allatas fuisse. A. B. C. D. E. G. I. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Atq; his Palamedẽ Troiano bello adiecisse. Θ. Ξ Φ. X. Ac totidẽ post eum Simonidem Melicum Z H. W. Ω. Enchelię] Enchelias, siue Encheleas Plinio in Epiro fuisse cõstat, ubi transformatus dicitur. Colchis &c.] Tota ea regio Istri plena est monumẽtorum expeditionis Colchicæ. Etenim Istri à Colchis oriundi dicuntur, & ab Aeeta rege missi, qui Argonautas, & ipsum Iasonẽ filiæ raptorem sequerẽtur. Hi ad famã Hostis sequuti ex põto Istrũ ingressi sunt, ex Istro in Sauũ, obseruatis fugientiũ uestigijs, naues per mõtium iuga in Atriã transuexerunt. Hoste non inuento in Chersoneso, haud procul ab Aquilegia regis sacrificiã ueriti, an lõgioris nauigationis tædio incertũ, cõsederunt: sęq; à fluuio Istro quẽ maximè nauigarant, Istros pro Colchis dixerunt. Plinius hac in re astipulatur Trogo, qui Polam urbem quæ in ea terra est, ait, Colchorum esse oppidum. Colchinium dicit haud dubiè, quod est in Dalmatia, aliqui in Illyrico, aut Liburnia. Mirè torquet se hoc loco Micyllus, de Colchide, ut epitheticè cõiungatur cum Absyrto, uel ut Colchus Absyrtus legatur. Cæterum Absyrthus, quamuis Colchidis amnis est, indicat tamen aliquã nominis in ora Illyrici, ubi inter alia Medeæ monumenta Absyrtides insulæ uisuntur. Clare, inquit Plin. ante ostia Timaui calidorum fontium, cum æstu maris crescentium, iuxta Istrorum agrum, Cissa, Pullariæ & Absyrtides, Graijs dictæ à fratre Medeæ ibi interfecto Absyrto Et lib. eodem cap. 22. In Illyrij sinu inter cæteras insulas, Absyrtium etiam recenset. Et Lucanus eundem fluuium quasi digito monstrat, cum dicit, Absyrtium spumare in Adriatico mare.

Et Penes[a] quã rura colunt, quorumq; labore
Thessalus Aemoniam Vomer proscindit Iolcon.
Inde[b] Lacessitum primo mare, quàm rudis Argo
Miscuit ignotas temerato littore gentes:
Primaq; cum uentis, pelagiq; furentibus undis
Composuit mortale genus, fatisq; per illam
[b] Accessit mors uana ratem, tũc linquitur Aemus
Thracius, & populũ Pholoë mentita biformem.

[a] Vetus cod. habet Penei sine &. [b] al. Lacessitum &

Et Penes] Recurrit in Thessaliã, quæ nõ solum memorabilẽ illam expeditionẽ Argonautarum, sed etiã materiã scribendi prodigiosas fabulas, authoribus dedit. Penei.] Peneus, πηνειὸς. defluit per tempe è mõte Pindo per mediam Thessaliã. Lapithas, & Perhebos excipit in ipso cursu Euroto quẽ Homerus Titaresiũ uocat. Disterminat Macedoniã ad Septentrionem, Thessaliam ad Meridiem. Euroti flumina fontes oriuntur è Monte Citario qui Olympo contiguus est: Olympus Macedoniæ est, Ossa Thessaliæ, ut Pelion. Plinius eum oriri scribit, ad Gomphos, & inter Ossam, & Olympum nemorosa ualle defluere, 500 stad. ac dimidio eius spatio nauigabilem, & (ut dictum est) eũ locũ tempe appellari. Ipsum Peneum uiridibus calculis esse clarum, amœnũ gramine circa ripas, & cantorũ auium concentu. Addunt quidam, recipere oleũ, modo supernatante, authore Homer. Iliad. 2. Effunditur angusto meatu in sinum Thermaicum. Tradunt quidã Thessaliã, quod continuis sit montib. circundata, olim lacũ fuisse, antequam Peneus exitum fuit adeptus. Terræmotib. sequutis: uel, ut nõnulli aiunt Neptuno, siue Hercule potius autore Ossa ab Olympo diuulsa, abruptiisq; littoribus, ea regio ficca relicta fuit. Ouidius.

„ *Est nemus Aemoniæ, prærupta quod undiq; claudit*
„ *Sylua, uocant tempe, per quæ Peneus ab imo*
„ *Effusus Pindo spumosis uoluitur undis.*

Seneca montes ab Hercule diuulsos canit.

„ *Emitte tecum diruis qualis iugis*
„ *Præceps citato flumini quærens iter*
„ *Quondam stetisti saxa, cum uasto impetu*
„ *Patuere tempe pectore impulsus tuo*
„ *Hue monti, & illuc recidit, & rupto agere*

Nouæ cucurrit. Thessalus torrẽs uia. Illud eũt nõ prætereũdum est Lucanum in posteriori syllaba Peneî synæresin fecisse. Huius clarissimi descriptione ostendit, ex Thessalia auxilia quo que profecta fuisse. Iolcon.] Thessalia annexa est Magnesia, cuius fons est Lebethra. Stephanus Iolcũ oppidũ in Thessalia collocat, ab Iolco Amyri unde cãpus Amyricus Lariss æorum. Iolcus in littore maris Aegæi est, expeditione Argonautarũ clara, quã Aemoniã uocat uel ab Aemo monte Thraciæ, qui altissimis iugis cam à Macedonia diuidit, ac recto cursu ad Pontũ usq; excurrit: uel ab Aemonio, quæ eadẽ Thessaliæ est, à qua amne Peneo separatur. Aemonia alijs, atq; alijs nominib. diuersis temporibus nominata fuit, & quidẽ à suis regibus. Pelasgica Argos, Hellas, Thessalia, Dryopis. Ibi genitus traditur rex Græcus, à quo Græcia: ibi Hellen, à quo Hellenes.

Inde Lacef] Ab historia Argonautarũ narrationem dilatat. E' Magnesia, & Iolco primũ mare nauib. tentatum est cœptũ fuit, cùm Argonautæ heroes, qui & Minyæ dicti fuerunt, ductu Iasonis Colchos aurei uellaris rapiendi caussa peterent. Lacessitum dixit, protentatum remis.

Quum rud.] Eo nomine nauis, qua uecti fuerût, fuit appellata. Recte rudis Argo. Creditur hæc nauis prima fuisse, quæ mare intrarit: & prima rerum inuenta ferè ruditia sunt, quæ temporib. paulatim excoluntur, & ad postremum absoluuntur, ut amplius nihil, uel ad formã, uel ad elegãtiã, uel firmitudinem addi queat. Apollonius credit Argonauem appellatam ab artifice, qui illam fabricatus fuit Pherecydes ab Argo Phryxi, et Calciopes filio. Hãc tradunt lõgam fuisse admodum, & premam. Sunt tamen qui ferant Danaum, cùm eum Argyptus persequeretur fecisse nauem, atq; nominasse Danaidem. Variant autho-

ret de

A res de cauſſa expeditionis. Quidã tradiderunt Iaſonem æmulatione rerũ Perſei accenſum, diu agitaſſe animã qua potiſſimum uia celebre nomẽ apud poſteros relinqueret, atq; interim materiã à domeſtico odio oblatam. Erat & Peliæ patruus, cum egregia iuuenis indoles ab initio ſem per ſuſpecta fuerat: atq; ob id animo ſollicitus quærebat aliquid, quo famæ parandæ titulo eum procul domo able garet, unde huic, q̃ periculo obijceretur, ſi nõ re, certè ſpe cie nomen aliquod pararetur. Datus fuerat à patre Aeſo ne Iaſon Chironi inſtituendus, eaq; lege fratri Peliæ Iol chi imperio ceſſerat, ut tantiſper penes illũ ſumma rerum eſſet, quoad Iaſon filius maturus regno reuerteretur. Peli as libidine imperãdi ductus, oraculo monebatur, caueret uultũ regni, et uitæ exitiũ, ei occurreret, q̃ altero pede nu dus ad ſe rediret, quali habitu Iaſon poſtea domũ reuer ſus, Peliæ patruo occurrit, qui ad Empeũ amnẽ, cũ torrẽ tiore ſolito flueret, radando luctatus, alterũ calceũ in flu minis alueo amiſerat. Itaq; cùm oraculũ, tum imperandi libido ſenẽ ad inſidiandũ iuueni impellebant. Alij opinan tur eum ueritũ, ne Aeſon Iaſonis pſentia fretus regnũ ab B eo repeteret. Igitur ſe eo metu liberauit: nam Iaſoni per ſe ſatis incitato ad gloriam cõſequendam, author extitit, ut in Colchidẽ nauigaret: ſatis ſe habere cõpertum, ma gnam auri uim in ea terra ſeruari, quod Thebanus Phry xus eò ſecũ detuliſſet. Eum Athamantis filium fuiſſe, qui Cretheĩ, ex quo pater Iaſon prognatus eſſet, fuiſſet fra ter inde gloriam, & famã immortalẽ, adde, & diuitias eũ reportaturum. Se uerò nauẽ noua forma, eamq; expedi tiſſimã paraturum, quò tutius, celeriusq; eò penetraret. Neq; defuturos ex Græciæ iuuentute & famæ, & gloriæ comites. His accenſus Iaſon fuit, nauiſq; in ora Magne ſiæ 20. ſtad. ab Iolco inſtructa, & à re loco nomẽ factum fuit. Pagaſæ, παρὰ τὸ πήγνυμι, figo, ut Strabo, & Cal limachus arbitrati ſunt. Alij à fontiũ propinquitate. Pin darus ad Demetriadẽ Pegaſus finitimã, Argo cõpactam ſcribit. Ea lõgarum nauiũ primã mare fuit ingreſſa. No men putat Diodorus naui datum, à celeritate. Apollonius Minyas heroes illos uocat, qui ſacra naui fuerunt in Col chide profecti, ac fuiſſe primores Græciæ uiros, ac circa Iolcum habitaſſe. Soluerũt ex Aphete haud procul à Pa C gaſis, ac uarijs caſibus iactati Colchidem tandem tenue runt. Temerato litto.] Multas gentes in ipſo curſu na uigationis uiolarũt Argonautæ: expugnatum Ilium fuit ab Hercule ob non redditos equos à Laomedonte rege pro ſeruata Heſione: ſiue quod hoſpitio prohibitus fuiſ ſet. Alij prædæ cupiditate Herculem in Phrygiam profe ctum credunt. Heſione Thalamoni ceſſit, & ab eo abdu cta fuit. Phinei hoſpitium Boreadũ hortatu, cæſo rege, unà cum multis Barbaris in ipſo littore uiolarunt. Amy cum Bebryciorum regem ex prouocatione Pollux interfe cit: Colchidem aureo non ſolum uellere ſpoliarunt, ſed Medeam regiam filiam ſecum abduxerunt. Itaq; mi ſcuerunt ignotas gentes temerandis hoſpitijs. Com poſuit.] Cõmiſit inter ſe. Primaq;] Metonymia. Ipſi

Argonautæ primi gentes humanas cõmiſerunt inter ſe, ut alia ex alijs bella ſererentur: raptus raptum: uiolato iu ris hoſpitalis uiolationẽ traheret Telamon Heſionen ab duxit: Iaſon Medeam rapuit: Paris eorum exempla ſecu tus, Helenen marito Menelao præripuit. Atq; ad iſtiũ mo dum per hanc expeditionem Argonauticam bellis, & ra pinis mortale genus compoſitum fuit. Mors una.] *Vna moriendi ratio per hanc fatalem nauem inuecta fuit.*

Tunc linquitur.] *Deflectit è Magneſia in Thraciam. Magneſiæ Mygdonia proxima: inde Biſaltia: ulterius mons Aemus, montium omnium altiſſimis iugis in cœlũ excurrens in eo tractu, diuidit Thraciam propè mediã. Ab Adriatico oritur, ubi Scardus mõs incipit, à quo Scar dona. Media Pœonia, & ipſa excelſa: poſtea Orbelus: ad poſtremum Aemus uaſtius extenditur. Thracia à Septen trione Aemi iugis. ab Ortu parte Euxini, & Boſphoro: deinde Propontidis ora, ac Cherſoneſo, quam Thraci am nominant: ab Occaſu Brumali Neſti, ſiue Neſti am nis oſtijs, & montanis ab Orbelo excurrentibus. Adhæc Aegæo mari terminatur. In huius ora extrema Helle ſpõti, ſiue Boſphori clariſſima urbs eſt, Bizantiũ olim di cta poſtea à Conſtantino Magno Cõſtantinopolis appel lata. Ibi Adrianopolis Turcarũ regia, antequã illa cape retur. Clariſſimi amnes Thraciæ, Neſſus & Hebrus.*

Pholoe.] *Mõs Arcadiæ ut Cyllene. Lyceon, Mænalus. Parthenion.* Populũ bif.] *Pholon, & alios Centauros biformes finxerunt: priori corporis parte humanã poſte riori equinã referentes. Præſtãtiſſimorũ Centaurorũ no mina ſunt hæc. Chirõ, Eurytus, Amicus, Grynous, Rhœ tus, Oeneus Lycidas, Medõ, Piſenor, Thãnas, Mermeros, Pholus, qui Herculẽ hoſpitio excepiſſe dicitur. Hos Pelij mõtis accolas fuiſſe tradunt authores à quib. omniũ pri mum tradita fuit ratio domicãdi ab equis. Verũ accidiſſe aiunt, ut cùm fortè circa Peneum amnẽ in equis ſedantes aquarentur, & equi potantes ora flumini immerſa habe rent, eam procul ſpeciẽ ſpectantib præbuêre, quã in Cen tauris poſtea figurãdis credula expreſsit uetuſtas. Nomẽ ijs inditum creditur, παρὰ τὸ κεντέω, id eſt, pingendo e quos, calcaribus aut quaſi, centũ armati, ut quidã exiſti mant. His proximi fuêre populi ad Othryn montẽ Lapi thæ, à Lapitha Apollinis filia nominati, agreſte hominũ genus. Sed ad Centauros redeundũ. Hos putãt, & ueriſi mile eſt, ex Arcadia profectos, & ad Peliũ cõſediſſe ab ini tio in Theſſalia. Hinc dixit Lucanus Pholoẽn mentitam populum biformem. Neq; uerò ſolum mons eſt, ſed oppi dum Arcadiæ Pholoë. Et apud Maronẽ lib. 5. Aeneid. de ſerua.*

——*Creſſa genus Pholoë.*

Micyllus, dicit dubitandũ hîc, cur poëta hũc inter Theſſa los, & Thracenſes numeret. Sed in catalogo nullum ſeru uat ordinem, ſed pro libidine diuagatur poëta. Mentita.] *pulchrè mentita: nam falsò feruntur biformes fuiſſe. Sed fabulæ locus datus fuit, quod equis inſidentes, cùm ora flumini immerſa haberent, tales apparuerint, Itaq; è Thracia in Arcadiam migrauit.*

Deſeritur Strimon.] Deſeritur Strimon, a tepido committere Nilo
Biſtonias conſuetus aues, & barbara Cone
Sarmaticas ubi perdit aquas, ſparſam'q; profũdo
Multifidi Peucen unum caput b abluit Iſtri.
Mœſiæ'q;, & gelido tellus perfuſa Caico
Idalis, & nimium glebis exilis Arisbe.
Quiq; colũt Pythanen, & quæ tua munera Pallas

Strimon ex Aemo de currens in Thracia per Philippos in Ae gæũ funditur. Borea le latus Thraciæ clau dunt montes, Aemus, Rhodope, et Orbelus, Occiduũ, amnis Stri mon ad urbem Hædo nidem, initio Palæſti num dictũ, à Palæſti no Neptuni filio Stry mõ à Strymone Mar

a Veſus cod. rapido legit.

b al. alluit.

Lugent damnatæ Phœbo uictore Celenæ:
Quà celer, & rectis descendens Marsya ripis.
Errantem Meandron addit, mistusq; refertur.
Passaq; ab auriferis tellus exire metallis
Pactolon, quà culta secat non uilior Hermus.
Iliace quoq; signa manus, perituraq; castra
Ominibus petiere suis: nec fabula Troiæ
Continuit, Phrygisq; ferens se Cæsar Iuli.

tis, & Helices filio. Et memoratis montibus, celebratis Liberi patris sacris, & Mænadum cœtu, oritur: longeq; ortus, & tenuis, alienis subinde aquis fit amplior, & ubi haud longè à mari lacum fecit, maiore, q̃ uenerat alueo, erũpit. Vltra Nessus fluuius, & ipse ex Hæmo labens, inter q̃ eum, & Strimonem urbes sunt, Philippi, Apollonia, & Amphipolis ultra Strimonem. Inter Strimonem & Athon, turris Calarnea, & portus Caprullon, urbs Acanthos. Oesyma. Inter Athon, & Pallenen, Cleona & Olynthus.

Tepido commit.] Vetustus codex legit rapido, quod epitheton mihi uidetur celeberrimo amni magis cõuenire. Mira res est, quod iuxta Strimonem, & Nilum tribulus excipiatur in cibis, in uadum inclinatus, folio ad effigiem ulmi, pediculum longo. Cæterum aues sub hyemem è Thracia Nilum propter frigus petunt, ubi cœlum temperatius est: rursum sub æstatem ob inclementiorem æstum, relicto Nilo Thraciam repetunt. Grues innuit maximè: qua ratione Vergilius grues Strimonias nuncupat. Bistonias.] Threicias: antonomasia Bistonum stagnum Thraciæ, & gens est. Barbara Cone.] Insula Cone obscura est ad ostium Istri parum celebris scriptoribus, cuius situm plurib. uerbis describit, ut eam ceu digito lectoribus monstret. Ister diu Danubius est labens per immania magnarum gentũ in Germania. Deinde aliter appellantib. accolis, Ister fit: acceptisq; aliquot amnibus ingens iam et eorũ, qui in nostrum mare decidunt, solum Nilo minor, sed totidem quot ille ostijs, sed tribus tenuibus reliquis nauigabilib. in Pontũ effluit. Glareanus hunc locũ discutiens, de Cone, neq; id nominis apud ullũ ueterũ autorẽ reperio. Ad Danubij, siue Istri ostia Ptolemæus Achillis insulã Leucen dictã ponit. Plinius uerò duas insulas alterã Sarmaticã, alterã Conopõ dictã ait. Porrò poëtæ sensus hoc loco nõ minus difficultatis habet, cuius' nam casus sit, unũ caput, nominãdi ne, an accusandi: Nominandi quidẽ casu cõuincit, quod Cone si quidem insula est, nõ alluit, uel abluit (utrũq; enim exemplaribus legitur) Peucen. Verũ si sic in nominatiuo legemus, illud, quod ait, Sparsam profundo, lectorem turbat, quod quidã exponendũ putarunt: Sparsam profundo, id est, semotũ à mari, quippe, quæ fluminis, non maris insula est. Badius ἀπὸ τοῦ ἀπεξῆς sic exponit, Peucen, unũ caput, in accusandi casu. Hæc Glareanus. Micyllus itẽ restatur, locũ paulò obscuriorẽ esse. Nam de Cone inquit, aliàs nihil, quod quidem ipse uiderim, traditur. Sulpitius pro ea insula accipere uidetur, quæ à Plinio Sarmatica dicitur, ad tertium Istri ostium, quod Calostoma uocant: sed repugnare uidetur, quod statim sequitur.

——Sparsamq; profundo
Multifidi Peucen unum caput abluit Istri.

Peuce enim ad primum ostiũ eiusdem fluuij sita est, ut idẽ Plin. autor est, lib. 4. cap. 12. Sarmatica tamen & illa, de qua hic poëta meminit, uideri potest, propterea, quod mox sequitur, Sarmaticas ubi perdit aquas, siue ea Cone, siue alio nomine appellata fuit. Hactenus Micyllus.

Multifidi.] Septem ostijs Pontũ intrantis. Plinius sex ostijs eum in Pontũ euolui autumat, cuius de Istro uerba adscribam. Ortus hic Istri in Germaniæ iugis mõtis Arnobæ, ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis ubra Alpes millibus: ac per innumeras lapsus gentes, Danubij nomine immenso aquarũ accessu, & unde primũ Illyricum alluit, Ister appellatur 60. amnibus receptis, medio fermè numero eorũ nauigabili, in Pontũ sex uastis fluminib, euoluitur. Hæc Plin. Multifidi Peu.] Primum ostium Peuces appellatur, mox ipsa, Peuce insula, cuius hoc loco Poëta memmit. Secundũ ostium, Nacaestoma. Tertiũ Calostoma iuxta insulã Sarmaticã. Quartũ Pseudostoma. & insula Conopon. Quintum Borrostoma. Sextũ Spireostoma. Singula ora tantũ sunt, ut prodatur 40. M. pass. uinci in mare, dulcisq; intelligi haustũ. Mœsia.] Mœsia Pãoniæ iungitur, et ad Pontum usq; cũ Danubio euagatur. In Mœsia sunt Dardani, Celegni, Trimachi, Mœsi, Thraces, & Põto cõtermini Scythæ. Duplex Mœsia est, Superior, & Inferior. Superior, mox à cõfluente Danubij & Saui: à meridie Macedonijs montibus: ab ortu amne Ciabro finitur, cuius ager, quia amne Dardano rigatur, eximiè fertilis est, Bosna hodie nominatur, siue Bosima ut inferior Seruia. Interhabitus superioris oppida, celeberrimum est, Sinderonia, sedes admodum nuper regũ Bosinæ: nũc Turcarũ, qui tunc Mœsiã sub suum ius redegerunt. In Sauí, & Danubij confluente Taurunum iacet, quod in ora Pannoniæ collocat Plinius, Bellogradũ dictũ uulgò, quod Solimannus Turcarum Imp. anno 21. supra 1500. expugnauit. Inferior Mœsia, monte Aemo in Angustium deuertitur. Huius gentes sunt Triballi: & ipsa amnibus rigatur partim in Istrum, partim in Euxinum defluentibus. Sed latissima est, quã Ponto pulsatur. Hodie tota hæc regio Bulgaria appellatur, & ipsa Turcicæ ditionis. Mysia.] Sed quia poëta Caici mentionem subijcit, Idalij, Pytanes, de Mysia Asiatica loquitur. Est autem Caicus fluuius clarissimus Mysiæ, antea Astræus dictus, ab Astræo Neptuni filio, & inter Pytanem, & Eleam in Eleaticum sinum excurrit, praterlapsus Pergamum per campum fœlicẽ, Caici dictum. Mysia.] Proxima Ioniæ in Asia Mysia est nominatum. Aeolis dicta, ex quo ab Aeolis habitare cœpit: et quã Hellespõtũ attingit, Troas fuit. Prima enim ciuitas est Elaeo, dem Pytane, haud procul inde Caicus fluuius est. Ab ostio terminatur Hellespõto, & mari Argeo cõtra Lesbũ, à qua Lesbũ mare nomẽ habet, & cõtra Chiũ. Ab Austro Ionia clauditur: à Septentrione Phrygia, in qua Troia fuit. Quoniã aũt, teste Strab. li. 12. Phrygũ, Bithynorũ, Mysorum, Dolonũ, Mygdonũ, et Troianorũ fines ita fuerunt circũscripti, ut eos adamussim dijudicare neutiquã fuerit facilè. De Mysis tamen, & Phrygib. prouerbiũ iactatum fuit, & quidem uersibus iambicis trimetris.

χωρὶς τὰ μυσῶν, καὶ φρυγῶν ὁρίσασθε.
τὰ δὲ Δ' ὁρίσαι χαλεπόν. id est, interprete Erasmo,
Sunt separati Mysiorum termini
Phrygumq; : sed finire perquam est arduum.

De rebus nimiũ dissidentibus. quod hi populi nõ satis uidelicèt suas sedes tutati fuêre, sed subinde alienæ alió pulsi terminos incertos reddiderunt. Mysorum præda in eos, qui impunè à quibuslibet læduntur, ac diripiuntur.

Olim

A Olim Mysi finitimorum incursibus inde uexabantur, quo tempore Telephus eorũ rex peregrè agebat. Mysorum ultimus nauigat. locus prouerbialis de eo, qui frustra laborat. Ab oraculo sumpta prouerbij origine. Græci peste laborantes oraculo monitũ fuerũt ut ad ultimũ Mysorum nauigarent. Ambigentes quid sibi uellet oraculum, tandẽ phum referũt, cui post interẽptos auunculos cõsulenti Pyret, ueniẽti in Teuthraniã, ultimã Mysorũ partẽ, ibiq; eius regionis principatum obtinuit: nam antiquitùs homicidæ cogebantur solum uertere. Alij scribunt eum nõ ob auunculorum cædẽ fugisse, sed ut matrẽ quæreret, quam in Teuthrania inuenit. Mysorum postremus, in summè despectũ. Mysi adeò contẽpti fuêre, ut in prouerbium abierint. Itaq; auxilia ex Asia narraturus, orditur à Mysis. Strabo libro Geogra. 12. Asiæ principium ab ora maritima usq; ad Ioniam ad istũmodum describit. A' Cyzico & regionibus, quæ ad Æsopum sitæ sunt, ac Granicum, usq; ad Abydũ, B ad Illum, & Troadem speciant. Inter hæc Ida sita est. A' Lecto usq; ad Caicũ, & ea, quæ Caua dicũtur, Assus promontoria est, & Adramyttium, olim Pedasus, Atarne, Pitane, & Elæaticus sinus, cui Lesbos insula obiacet. Cætera loca deinceps sequuntur, Ioniæ sunt. Idalis tell.] Oppidum Troadis, exponit ad Idã, diuersum ab Idalo mõte Cypri, à quo Venus Idalia nũcupata fuit. Variarunt ut in alijs locis, ita & in Troade urbiũ nomina. Mucyllus nõ recipit eã expositionẽ. Omnabonus, inquit, pro gentili accipit, et cum subaudiri uult, tellus cõtigit, ut sit, tellus Idalis, quæ sub Ida iacet. Est enim Ida in cõfino Troadis, & Mysiæ, ut & Plinius testatur lib. 5. cap. 30. Ego tametsi pro certo affirmare loco nihil possum, Omnaboni sententiã magis probo. Nã quod Sulpitius addit, etiã Plinũ Idalẽ uocasse oppidũ in Troade, id falsum uidetur: nã Plin. Idã ũ inter Cypri oppida recenset. poterat aũt & Aeolis pro Idalis legi. Hæc Mucyllus. Glareanus, & ipse Aeolis pro Idalis legendum putat, uidelicet per quã regionẽ Caicus fluit. Et sic intellegũt Aeolis. Ac deinde Idalis inferãt, ac per se legũt. Atqui hi, neq; cuius regionis sit Idalis, neq; cuius oppidi nomẽ explicãt. imò (ut aor) expliceare nõ possunt. Hactenus Glareanus. Glebis exil. Arisbe.] A' sterilitate loci describit Arisben. Extra sinũ sunt littora Rhœtea, & promontoriũ Rhœteũ, habitata tribus maximè oppidis. Rhœteo, Dardano, & Arisbe. In diuersa parte fuit sigæũ promontoriũ, quorũ hoc Achillis tumulo, alterũ Aiacis sepulchro nobilitatũ fuit. Cæterũ Arisba inter Percoten, & Abydũ fuit, ab Arisba Teucri filia, ut quibusdam placet.

Quibꝫ colunt Pit.] De Pitane aliquo modo diximus, quod Caicus inter Eleã decurrat, & Pitanen. Hæc Arrhesilan Græciæ dedit, clarissimũ Academiæ antistitẽ, qui nihil docendo, disputãdoq; affirmabat. Iam uerò, quod ad Pitanen, ita sita est. Initiũ Aeolidis à Phocea: sumitur directã flumen est, Caistrus, qui è Mysia lapsus inter Pitanas Phrygiæ urbes connumerat. Oppida celeberrima, inquit, præter iam dicta, Ancyra, Andria, Celenæ, Colossæ, &c. Quondã oppidũ fuit iuxta Mæandri ostium, à quo haud procul Pelta est. In Mæandrũ influit Marsyas amnis, delapsus ex Hidriade regione. Lycus fluuius item interfluit, ex proximo monte ortus, tamdiu Marsyas dictus, quoad oppido Xanthiorũ infusus, & inde euolutus, maioribusq; aquis auctus, Lycus nominari incipit. Marsyas hic cum Phœbo tibiæ cantu certasse dicitur, quo certamine uictus, excoriatus extẽplo fuit. Herodotus author est, Marsyæ pellem Celenis in utris speciẽ suspensam sua tempestate fuisse, quæ ab Apolline ei detracta diceretur. Hæ sunt Celenæ illæ, ubi Xerxes cum omni exercitu à Pythio quodã Atygis filio summa liberalitate exceptus fuit. Rex hominis liberalitatẽ miratus, suscitabatur, ecquis hic Pythius esset. Vbi Celeniũ esse, & secundũ se omniũ ditissimũ cognouit, pro magno negotio habuit, hominẽ appellare. Erat is à Darij expeditione in Scythiã multis mortalibus natus. Dederatq; ei dono auream platanum, & uitem auream. Xerxes hominem ad se accersitum interrogauit, quantum prouinciarum possideret. Haud, inquit, te celabo, regum omnium, qui uiuunt, maxime. Vbi accepi te ad mare uenturum, cùm uellem tibi pecuniam ad bellum dare, omnis argenti, & auri subducta ratione, compert argenti mihi esse, bis mille talenta auri uero quadragies centũ mẽa nummum Daricorum, septem millibus minus, quæ omnia ad belli huius usum dono tibi do: nam mihi uictus ex mancipijs, & agricolis abundè suppetit. Cui hilari uultu Xerxes Ego inquit Lyde hospes, ex quo Persidem egressus sum, neminem adhuc hactus sum, qui in meum exercitum tali hospitalitate fuisset usus, & tantum auri dono ultro obtulerit. cur ego tuum ceu te meum facio hospitem. Et ne adsita quadragies cẽtena quid desit, VII. M. aureorũ nummum tibi de meo numerari iubeo. Tu hæc, & ea, quæ ad hunc usque diem possedisti, liberè habeto, talemq; te semper gere, neq; unquam te tuæ liberalitatis in regem pœnitebit. Theophrastus (ut ad Celenas redeamus) tradit Marsyæ fontem ad Celenarũ oppidũ saxa egerere. Vnde porrò huic amni nomẽ datum fuerit, tradit author libelli περὶ ποταμῶν, qui Plutarchi titulo inscribitur, cùm antea Mida à Phrygum regẽ diceretur. Hic Marsyas, inquit, denominatus est, hac de caussa. Marsyas ab Apolline in certamine cantus tibiæ superatus, detrecta pelle, è defluente sanguine Satyri nati sunt, & Marsyas fluuius illi cognominis, ut refert Alexander Cornelius lib. 3. Phrygicarum rerum.

Tua munera.] Auersio ad Palladem. Apuleius lib. 1. Floridorum scribit, Marsyam Hiegnidis cuiusdam filium fuisse illius, qui illis fæculis rudibus adhuc Musices unus cantus instituerit. Nam ante eum nihil aliud callebant, quàm stridenti Miserum stipula disperdere carmen ut ait poëta. Primus duas tibias uno spiritu animauit: primus læuis, ac dextris foraminibus, acuto sono, & graui bombo musicũ concentum miscuit. Itaq; Marsyas artem à patre doctus, cum Apolline in certamen descendere ausus fuit: à quo superatus, uelut ursus bipes corio execto, nudis, & laceris uisceribus relictus fuit. Iuuenalis Satyra nona.

Scire uelim, quare toties mihi Næuole tristis
Occurras fronte obducta, ceu Marsya uictus.

Pallas.] Hæc prima dicitur ex osse Cerumo tibias fecisse, & cùm ad epulum Deorum uenisset, & à Venere, & Iunone irrideretur, quod cæsia esset, & buccas inflaret, digressa inde in Idam, montem syluosum, uel ad Tritonem paludem, ubi cùm buccinando deformitatem oris in flumine uidisset, tibias abiecit, indeque precata fuit ei, quicunque illas primus reperisset. Eas

postea inuenit Marsyas, accidit'q; ei illa calamitas, quã ex prouocatione Musis iudicibus, uel ut alij, Mida arbitro, sibi accersiuit. Hyginus ait, eũ Scythæ, arbori alligatum ab Apolline traditũ fuisse, qui eũ mẽbratim dissecuerit, & reliquũ corpus Olympo discipulo sepeliẽdum reddiderit, & è sanguine flumẽ Marsyam dictum. Indiscriminatim scribunt Marsiã, & Marsyã. Græci tamen μαρσυαν malunt. Fulgẽtius lib 3. Mythologicω, exponit fabulam de Apolline, Mida, & Marsya. Extat carmen haud quaquã inelegans de Marsya apud authorem uariæ historiæ Chiliade prima. Mæandron adit.] hac descriptione locorũ à uicinis, ijsq; celebrioribus fluminibus diligẽter mõstrat regiones unde auxilia missa sint. Proximũ Hierapoli Themisonium est, celebre oppidũ: inde Apamea urbs Meãdri ripis imposita prius Celenæ dicta, tum Christi professione, tum cõuentu Asianorũ nobilis. E' Celenijs mõtibus Mæander oritur. Addemus aliqua de Celenis, propter Mæandrũ, quẽ ex earũ mõtibus, uel arce oriri tradũt. Liu. lib. 8. belli Macedonici, Celenæ inquit, quondã caput Phrygiæ fuit. Migratũ inde haud procul ueteribus Celenis, nouæq; urbi Apameæ nomẽ indutũ à sorore Seleuci regis: & Marsyas amnis, haud procul à Mæãdri fontibus oriẽs, in Meandrũ cadit. Famaq; ita tenet, haud procul Marsyã cum Apolline tibiarum cãtum certasse. Mæãder ex summa arce Celenarum ortus, media urbe discurrẽs, per Caras primum, deinde Ionas in sinum maris egreditur, quod inter Prienen, & Miletũ est, hucusq; Liu. Curtius lib. 3 nõ Mæandrũ, sed Marsyã intermeare Apameã, siue Celenas, ducit, appellãs eundẽ & Lycum. Plin. rursum author est, tribus amnib. in Mæãdrum effluẽtibus, Apameã circumfundi, Marsya, Obrima, & Orga. Mæandron.] Initio dictus fuit, Anabænon. Solus enim omniũ fluuiorũ proprijs fontibus ortus in se ipse recurrit. Erantem Mæand.] Huius amnis eiusmodi erat cursus, ut obliquo & flexuoso meatu, & errore, ut quondã Labyrinthus in sese recurreret. Hinc omnia obliqua, & inextricabilia, et flexuosa Mæandros appellare solemus Strabo. σπολιος ὡς εἰς ὑπερβολην, ὥστε ἐξ ἐκείνης τὰς σπολιοτητας ἁπασας μαιάνδρους λεγειν καλεῖσθαι, siue quod à Mæandro picturæ genere tortuosæ nomen indeptus fuerit. Vtitur prudentius metaphoricè in hymno ——O' tortuose serpens,

" Qui mille per Mæandros
" Fraudesq; flexuosas
" Agitas quieta corda.

Et pro picturæ genere apud Vergilium in 5 Aeneidos.

" Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
" Purpura Mæandro duplicit Melibœa cucurrit.

Sunt, qui huic fluuio nomẽ id indutũ credũt à Mæandro duce Carum in furorẽ uerso, eũ se in eum demersisse: siue quod ob stultũ uotũ immolasset filiũ Dijs: siue quod matri Deum Pessimunte consecrata dona multibus diuisisset.

Adit.] Miscetur Mæandro, & Marsyas amnis, ait Liu. haud procul à Mæãdri fontibus oriẽs, in Mæandrũ cadit.

Tellus.] Lydia. Pactolon.] Lydiæ fluuiũ, quæ mediterranea est, & Phrygiæ ab exortu solis uicina: ad Septentrionẽ Mysiæ: ad Meridiẽ, Cariã cõtra Rhodum emplectens: ab occasu Ioniam attingit. Hæc lõgè culissima totius Asiæ portio est, Cræsi regũ omniũ, qui fuerũ opulentissimi regno celebrata Herodoto. Cicer. in oratione pro Pompeio, hãc maximè Asiæ partem iudicare uidetur, cùm ait, Asia tã opima est, & fertilis, ut & ubertate agrorũ, & uarietate fructuũ, & magnitudine pastionũ, & multitudine earũ rerũ, quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. Inde luxus ille Asiaticus memoratus scriptoribus, quo Romam euersi fuerũt, ibi is urbem inuasit. Inter urbes celebrantur præcipuè Sardeis, in latere mõtis Tmoli, qui antè Timolus appellabatur, utribus consitus, ex quo Pactolus profluit, qui & Chrysorrhoa, quod aurũ et auri ramenta ejiciat. Sardeis antè Hydæ dictæ fuerunt. Inter flumina, quæ aurum uehunt, recensentur toto orbe clarissima. Tagus in Hispania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolus in Lydia, Ganges in India. Pactolũ Strabo ait, sua tempestate aurũ uehere desijsse, ante tot sæculi uel hoc uno nomine celebratum. Auriferis mœ.] Ergo Tmolus, unde exit, aurifodinas habet. Non uilior Hermus.] Quã Hermus fluuius rigat, & fœcundat agros, ibi non uilior est Hermus Pactolo. Caistrus, & Hermus Lydiæ amnes sunt quidẽ, se qui oriũtur in Lydia, cur cãpigant eũã, ac fœcundãt, haud secus, ac Pactolus. A' Smyrna Hermus campos facit, & in nomen suũ cooptat. Pactolus & Hyllus in Hermũ deuoluũtur, oriuntur'q; propè Sardes ex monte Tmolo. Hyllus ætate Straboms Phrygius dictus fuit. Culta..] agros, qui coluntur. Iliacæ manus.] Et Troiani miserunt Pompeio auxilia cõtra Cæsarẽ, licet ex sanguine Troiano esset. Troia in Phrygia est. Duplicem Phrygiã facit Geographi: maiorẽ inter Galatiam & Lydiã, longo flexu incedentẽ, donec ad Pamphylios Lycios, & Caras perimgat. Huius præcipuæ urbes sunt, Ancyra, Synnada, Apamea. Hierapolis, Cybira, Minorem, Troadi superiectã, & ad Galatas usq; progredientẽ, Troas urbis nomẽ est, & regiũculæ, cui Phrygia inseritur. In Troade Tros regnauit, ex quo Ilus, Assaracus, & Ganymedes geniti, quorũ natu maximus, cãpestria Troadis fortitus, Ilitũ cõdidit. Huius filius fuit Laomedõ, unde Priamus. Itaq; Ilienses suas copias misêre, quas suis fatis in extrema breui peritura se recepisse dicit, quod Cæsar generis C. sui originẽ ad Iulũ referret. Testatur id Maro lib. 1. Aen.

" Nascitur pulchra Troianus origine Cæsar "
" Imperium Oceano, famam qui terminet astris "
" Iulius à Magno demissum nomen Iulo.

Fabula Troiæ.] Verè fabula, quod omnia ea, quæ Homerus, & eũ secutus Vergilius, & nonnulli alij de Troiæ scripserunt, fabulis propiora sunt, quàm historiæ rerũ gestarum: nisi quod ea, quæ à Darete, & Dicty prodita fuerunt, speciẽ uerè historiæ præ se ferãt. Est igitur hic sensus. Gloria rerũ quondã ad Troiam gestarũ non cõtinuit Ilienses domi, quod Romam à se oriundi essent, & in primis Cæsar Iulius, quo minus in castra Pompeij & ipsi auxilia, sed malis auspicijs, etiam tum mitterent. Feroes.] iactitans se ab Iulo magno oriundum.

Accedunt Syriæ p.] In Syriã cõcedit, eiusq; aliquot populos re aliqua celebres commemorat. Syriæ breuis hæc, et compẽdiosa descriptio

Accedunt Syriæ populi, desertus Orontes,
Et fœlix (sic fama) Ninos, uentosa Damascus:
Gazaq; & arbusto palmarum diues Idume.
Et Tyros instabilis, pretiosaq; murice Sidon,
Has ad bella rates non flexo limite Ponti
Certior haud ullis duxit Cynosura carinis,

est. Ab Aegypto, & Arabia, qua in Syrbonin Lacũ uergit, qui circa Gazã in Syriacũ mare exit, Syriæ initium est. A' meridie, Arabia Petræa: ab Ortu

Phœnices primi (fi famiæ creditur) ausi
Mansuram rudibus uocem signare figuris:
Nondum a flumineos Memphis cõtexere biblos
Nouerat: & saxis tantum uolucresq́, feraeq́,
Sculptaq́ seruabant magicas animalia linguas.

A Ortu Brumali, deserta, & Palmyrenis soli tudinibus distermina- tur. Septentrionale la tus. Euphrates clau- dit: et citra eũ, Amani mõtis iuga, Ciliciam distermĩdit in Isicũ usq́ sinũ, quo Syria ergione Cypri finitur, & mare intrat. Occiduum latus Phœnicum mare alluit. Itaq́ Syriæ partes recensentur hæ, Palæstina, qua Arabiam contingit: Iudæa Cœle-Syria, Phœnice, Damascene, Decapolitana, Antiochena, & qua intus ad meridiem recedit, Babilonia, quæ & Mesopotamia inter Tigrim, & Euphratem: & ad Euphraten, Comagena. Fuit olim Syria terrarũ maxima, cui Syrus Apollinis filius nomẽ dedisse creditur. Hac ad istũ modũ paucis delmiata, excutiamus singulatim ea loca, quorũ hic poeta in Syria mentionem facit. Accedunt Syria

popu] In uniuersum proponit è Syria etiã copias auxilii admiscetq́ per occasionem locorum iucunda, & utilia scitu ex Antiochia ueniens oritur in Cœle, inter Libanum, & Antilibanum. Ipsam urbem mediam diuidit, iunctam ponti maximus sunt ditualiæ, quas statim ingenti ambitu muro cingit. Cõdita existimatur à primo Syriorum rege Seleuco, ampliata ab Antiocho, à quo nomen retinuerit. Itaq́ Antiochenſ submiserunt manus auxiliares ad bellũ.

Felix Ninos.] Ninum libri bibliaci Niniuen uocant, tum autem & Iosephus. Ninus Assyriorum rex bello adhuc Zoroastrem Bactrianorũ regem defunctus, & eo in aliud tempus dilato, ingentem urbem, & quãta ad eum diem nulla fuisset, condidit omnibus Asiæ populis ad id opus accersitis. Metatus fuit Aream CCCC. & amplius stadiorũ, in campis Aturiæ, quæ Syriæ pars est, inter quã, & Babelos medius decurrit Lycus amnis. Et opus ad exitum perductum fuit celerius, quàm credere est. Ipse muri ambitus mille, & quingentas turres in orbem complexus fuit. Mœnia centenos pedes alta, tanta latitudine, ut C uiorum primoribus noua deducta fuit colonia: cætera multitudo propè innumerabilis fuit, uberrimi agri partitione proposita eò sua sponte cõfluxit. Primus hic Ninus Assyriorum celebratur. Sub Nino natus fuit Abraham teste Eusebio. Propter agrorum ubertatem, & omnium rerum luxum, hic fœlix uocatur à poeta. Hanc Arbaces Medorum rex, post uictoriam de Assyrijs partam, Sardanapalo eximcto diruit funditus, data ciuibus incolumibus ciuitate. Quic quid ex omni præda reliquum erat in Hercyniam Mediæ contulit. Stetit Ninus urbs ab eo anno, quo à Nino condita fuit, ad Sardanopali ultimi regum Assyriorum interitum, annos M. CCCC. Ventosa Damascus.] Quã Syria contingit Arabiam, Palæstina uacatur, & Iudæa & Cœle, siue Cœlesyria, & Phœnice. Quã uerò recedit, Damascena: magis meridiana, Babylonia. Cæterum Damascus proximè Galilæam, & Libanũ mõtem, unde Iordanis nascitur sita est, urbs præter uetustatẽ, etiam D. Pauli conuersione celebrata. Hic lapis nascitur Alabastrites, qui ad uasa unguentaria excauatur, quod optimè, & incorruptè in eo unguenta seruentur. Idem La-

pis circa Thebas Aegyptias nascitur. Damascenus ager, & alia circumiecta loca pramos habent hominũ cultus, uel hoc argumento sortita credi duntur, quod is terrarum tractus, non solum non esset ijs uitijs, quibus Scythia, & Aegyptus, obnoxius, sed etiam climate temperatior: Aegypto ob uim aquarum antiquior cultus contingere non potuit: neque Scythiæ, quod ea mundi plaga perpetuis rigoribus damnata sit. Rigatur ager Damascenus fluuio Chrysorrhoa, qui è Libano decurrit. Ventosã uidetur uocare Damascũ, quod sita in patentibus campis undiq́ uentis sit exposita. Gazaq́.] Gaza in extimum Iudææ limitẽ ad meridiem procurrit. Gaza Iudeæ urbs uetustissima est Pomponio teste, & quæ ad tribum Iudæ pertineat. Gaza Persis ærarium signat, atq́ hinc nomen sortita est, quod Cambyses Aegyptijs bellum facturus, huc opes belli, & pecuniam contulisset. Iudæa quondam expugnata etiam celebris urbs fuit: fabuloso agro, nec admodum fertili. Portum habet celebrem, ab urbe stadijs 20. Gazam Constantinus Imperator Constantiam de suo nomine aliquando uocari uoluit. Iulianus iterum Gazam, sed maritimam appellauit. Hãc Alexander Magnus duobus uulneribus acceptis ui expugnauit, & quidem cum ingenti Arabum Persarumq́, qui in ea præsidio erãt strage. Idume] Hãc à copia palmarũ describit. Idumæa extrema Iudææ regio est proxima Casio monti, meridiẽ uersus, qua Arabiæ Petreæ altissima iuga attollũtur. Nabathæi origine quos per seditionẽ egressos, & Iudæis cõiunctos ijsdem legibus communes esse Strabo prodidit, Tertius regũ liber tamẽ tradit, eos in Arabia fuisse, & ad mare rubrũ submotos. Ab Hebræis passim tãtũ Edom dicũtur, qua uoce modicè deflexa à Græcis Idumæi dicũtur. Etenim post interitũ Isaachi, Israël, & Esau, ita tabernacula partiti fuerũt, ut Israhel Hebronẽ, Esau Seirum obtineret, quæ Edome dicta fuit. Additur ratio nominis. Esau adhuc puerũ inter æquales Edõ uocatum, quod eius gẽtis lingua russum sonat, unde & loco, quem postea tenuit, nomẽ sit inditum אֵדֹם rubescere. אָדֹם rubeus, russus, & rubicundus. Et in hac quidem sententia D. Augustinus est, de Ciuitate Dei lib. 16. Ea regio, qua parte maritima est, & Iudææ cõtermina est, supra modum fertilis est bonitate agri. Quà uerò ad meridiẽ, Arabiam spectat, & montibus Seir cingitur: & aspera est, & Petricosa. Palmarum diues.] Abũdat palmis Idumæa, quamobrẽ etiã Maro epitheticè palmã Idumæã nommat. Vrbes cõplusculæ recẽsentur sed inter eas tamẽ, quas antea Phœnices, & Palæstinẽses tenuissent. Marcsal, Rinocura maritima: & remotior aliquanto à littore, Raphia, Ad mare Gaza, & uicina Anthedon: mox Agrippas Ascalon, Agotus. Et Tyros inflab.] Iudæa, & Idumæa relictis reflectit in Phœniciã, & eius oram maritimã. Phœnicum gẽs olim literarũ inuẽtione in magna gloria fuit: et inter eos, Sidonij sideralis scientiæ, & Arithmetices inuentores traduntur, quiq́ certã nauigãdi rationẽ omnũ primi obseruatione Cynosuræ inuenerũt, Horũ inuentum itẽ est uitriaria cõflatio. Hic illa Tyrus est septingẽtos passus à littore olim remota, planeq́ insula antequã ab Alexandro Magno aggere magnis difficultatibus immisso cõtinenti annecteretur. Iosephus CCXL. annis ante templum Hierosolymitanum, conditam author est, ut eius uetustatem æstil-

a al. fluminẽ as. ut in uetũ stis codicib. duobus.

tem æstimemus etiam, Tyri mentio in Iosue sit. Huius rex Iromus, cædros, & abietes in Libano cæsas in ædificationem templi dono Salomoni misit honorarias. In primis purpuræ, & conchilij inuentione inter omnes mortales celebrata: & ob id à Romanis, & alijs regibus suis quibusq; temporibus Tyri libertate donati fuêre. Quin & uetus rei maritimæ studium multæ nobiles arguunt coloniæ, in diuersas orbis partes deductæ: ut Carthago in Libya, Leptis, Vtica, & extra terrarum confinia, inter Hispaniam, & Mauritaniam, Gades. Tyrij post multos annos diu Persicis armis uexati fuerunt, sed suam semper libertatem tenuere. Et quamuis opibus per magna bella exhausti fuerunt, pacatè tamen suum otium fouerunt. Cur inter finitimos clara, & insignis habita fuit: sed conspirationem seruorum ciuitas aliquando oppressa, ad summam calamitatem excidit, cæsis ad unum omnibus liberæ fortunæ hominibus. Huius iniuriæ seruorum ultor, Alexander Magnus omnes eos, qui bello superfuerant, crucibus affixit, Stratonis tantum progenie seruata.

Sidon] In littore Phœnices trans Libanum Sidon sita est, quondam nobilissima metropolis C C. stadijs à Tyro remota. Hic dixi uitriariam conflationem casu magis, quàm consilio inuentam. Eò arenæ beli amnis transuectæ in tersissimum uitrum conflatum fuit. Tyri Phœnicibus oriundi antiquis sedibus terrarum motu concussis è patria profecti primum assyrium stagnum, deinde littus maris proximum tenuerunt. Phœnicum lingua Sidon, piscem signat. Inde post multos annos Sidoni ab Ascalonitarum rege expugnati, nauibus Tyrum prouecti nouam ibi urbem condiderunt, ijs ferè temporibus, quibus capta fuit, haud procul à Lyci amnis ostijs, Berytus est post Sidonem, & ipsa maritimum oppidum, quam hodie Barutum nominant, emporium celebre: mox Biblus, & ipsa clara, & Tripolis, à trium urbium obtentu, Tyriorum, Aradiorum, & Sidoniorum.

Instabilis.] siue quod olim insula fuisset, priusquam ab Alexandro continenti immissō aggere, annexa esset: siue quod terræ motibus sæpe quassata fuerit: siue quod seruorum coniuratione Tyriorum res uario habitu, casibusque uarijs afflictæ essent.

Murice.] Clara Sidon inuentione purpuræ. Est autem murex ostrei species, ut conchæ purpura. habent liquorem, ac succum, quibus uestes purpureæ inde dictæ tinguntur. Purpuræ uiuunt annis septenis ut plurimum. Latent, ut murices, circa Canis ortum tricenis diebus. Vt purpuræ, ita & murices uerno tempore congregantur, ac mutuo attritu lenorem cuiusdam ceræ saliuant. Sed purpuræ florem illum tingendis uestibus expetitum in medijs faucibus habent: minimi liquoris est in candida uena, unde pretiosus ille bibitur. Viuas Tyrij capiunt, quia cum uita lucrum euomunt. Maioribus purpuris detracta concha auferunt, minores cum tarpetis frangunt, atque ita rorem eum excipiunt.

Has ad bellar.] Sidonij, ac Tyrij ad bellum Ciuile miserunt copias auxiliares nauigio. Naues has Cynosura non errabundo cursu, sed recto in Macedoniam, certius ullis nauibus duxit. Demonstrat ad utram ursam nauigant Phœnices, ad Cynosuram uidelicet, ut Græci ad Helicen nauigationis cursum dirigũt. Teste Arato. Et Germanicus Cæsar Arati locũ ad hunc modũ uertit.

» Certior est Cynosura tamen sulcantibus æquor.
» Quippe breuis totam fido se cardine uertit,
Sidoniamq; ratam nunquam spectata fefellit.

Est autem Cynosura Arctos minor, traditq; tam Aglaosthones unam fuisse è nutricibus Iouis ex nymphis Idæis, ut & Helicen, quas Iuppiter in cœlo collocauit, & Arctos dici uoluit à Græcis, à Latinis Septentriones. Phœnices.] Laus Phœnicum obiter attexitur: ab inuentione elementorum Agenor. & Phœnix ex Thebis Ægyptiacis profecti, in ora maritima Syriæ consederunt, ubi circa Tyrum, & Sidonem postea sunt rerum potiti: & ipsa terra nomen à Phœnice accepit. Cadmus è Phœnicia à patre Agenore ablegatus fuit, ad Europam quærendam, ueniitq; in Bœotiam, ubi Thebas condidit, quam urbem ita de nomine patriæ suæ appellare uisum fuit, quæ est in Aegypto: ut illæ Thebæ Aegyptiacæ, hæ Thebæ Bœotiæ dicerentur. Cadmus post aliquot annos è Bœotia profugatus in Atticam secessit, ibiq; positis sedibus Athenienses se admisceuit. Porrò Phœnices, qui cum Cadmo in Græciam uenerant, Gephyræi dicti fuêre. Cadmus, & alij cum multas alias ægregias artes, tum præcipuè literarum figuras, quarum nullus usus ad id temporis usque in Græcia extiterat, in eas terras inuexerunt. Et primi omnium Iones uicini accolæ eorum locorum illa tempestate mutuo commertio à Phœnicibus eas didicerunt. Apud Thebas Bœotias fuerunt in Apollinis Ismenij templo tripodes, quibus eiusmodi literæ insculptæ uisebãtur, ijs prope omnes similes, quibus Ioues usi fuerunt. At Diodorus multo uetustiorem originem literarum refert. Aethiopes primos literas inuenisse refert, quas Aegyptij eorum colonj ab ipsis accepere. eaq; mox ab ijs, qui in Syriæ ora consederunt maritima, in Europã delatas: à Cadmo in Græciam: è Græcia ab Euandro in Italiam. Manserunt uocem.] Vocabula, & dictiones rerum perpetuo manserunt scribere figuris elementorum, quorum inuentores primi ipsi extiterant. Nondum flumineas bi.] Nondũ Aegyptij norant papyrum, & chartas contexere, & in ijs literas rum notas pingere. Herodotus etiam tradit, Phœnices pelles, biblos appellare, quod inopia bibliorũ pellibus exprimis uterentur. Aegyptij papyri, quam hic flumineam bibliũ uocat, primi inuentores fuêre. βίβλος, papyrus iuncus, cõ ex, liber, bombyx, biblus, βίβλος per u. urbis nomen est. Nilus biblum gignit, siue papyrum, unde paginæ candidæ fiebant: Hinc flumineas, quasi Niloticas biblos dixit, ex iuncorum tenuissimis fibris, stragula uela, & uestes cõtexebantur, & ante chartarum usum, in palmarum foliis scribere solebant. Inde in quarundam arborum libris. Postea plumbeis uoluminibus publica monumenta: inde linteis priuata, aut etiam ceris utebantur. Nilus à ueteribus Latinis, qui Græcis dictionibus nondum assueuerãt, Melo dicebatur, ut testatur Festus Pompeius: & Seruius lib. Aeneid primo. Nilum Melonem, inquit, uocabant, & Atlantem Telamonem. Consimili ratione pro atramento in literarum formas lito, sepiam usurpauit Persius. Nigra quod infusa uanescit sepia lympha. Sepia enim piscis atrum liquorem fundit. Quin & calami probatiores, Cnidij dicuntur, ut suprà ostendimus in epigrammate Automedoniano ænigmatico.

—cum tibi
Cadmi nigellas filias,
Melonis albam paginam,
Notasq; furuæ sepiæ
Cnidiosq; nodos prodidit,
Saxis tantum.] Diodorus libro 4. Bibliotheces de significatione figurarum, uolucrum, ac ferarum quibus literarum

A literarum uice in saxis seu pendis utebantur Aegyptij. Ac cipiter, inquit, rem denotat citò peractam, quod auium omnium sit uelocissima. Transfertur & ad res domesticas, quæ uelociter fiant. Crocodilus malum signabat. Occupauit reliquis partibus, dextra manus passis digitis, libertatem, & auaritiam. Consimili ratione reliquarum partium corporis figuræ certam habebant interpretationem. Apuleius lib. XI. de Aureo Asino. De operibus, inquit, edyti, profert quosdam libros literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris huiusmodi animalium conceptis sermonibus compendiosa uerba suggerentes, partim nodosis, & in modum rotæ tortuosis, capreolatimq; condensis apicibus à curiositate profanorum munita. Hæc Apuleius. Sed & Tacitus lib. XI. historiarum. ubi de inuentoribus literarum disserit, Primi, inquit, per figuras animalium Aegyptij sensus mentis effinxerunt, & antiquissima monumenta memoriæ humanæ impressa saxis continentur, ac literarum semet inuentores perhibent: inde Phœnicas, B qui mari præpollebant, intulisse Græciæ memorant, gloriamq; adeptos tanquam repererint, quæ ab Aegyptij acceperant. In hæc quidem uerba Cornelius Tacitus. Ad istum modum animantium figuris Aegyptij res denotabant. Significaturi uim à Iustitia constringi, ciconiam sceptro imponebant: subijcicbant Hippocentaurum, quod animal sit Hippocentaurus iniustum. Huius generis sunt symbola illa, quæ posteriis temporibus quisq; ibi finxit, ut Anchoræ medium, siue temonem delphin complexus, Augustus, Vespasianus, & Aldus Manutius. Baculus crectus, cuius apici summo columba insideat, cui duo serpentes ita ab imo sursum uersus implicantur, ut geminis capitibus, & ijs quidem aduersis in summo emicent: quo monemur publicam utilitatem sectari, ut à columbina simplicitate non recedamus, & cum ea serpentium prudentiam coniungamus. Huiusmodi multa collegit Alciatus. Literas id genus Hieroglyphicas nuncupabant, quod ijs in rebus sacris mysteria signarentur. Extiterunt olim authores, qui Hieroglyphica scripserunt: inter quos citatur Chæremon. Aabæc, apud Aegyptios erant, qui Hierogrammates uocabantur, qui de rebus futuris uaticinia edebant. Atq; ex hoc genere unus extitit, qui regi Pharaoni, de Mosi mox nascituri dignitate, ac præstantia, prodigiosa uaticinatus fuit. Iosephus scriptum reliquit, Aegyptios non esse indigenas, sed ex Arabia egressos. Sunt rursum, qui eos Aethiopum colonos esse credant.

Memphis.] Aegyptus: à parte totum. Vltra Nilum uersus meridiem, Memphis iacet, regia quondam Aegyptiorum regum: à qua, stadiorum aliquot interuallo prodigiosæ altitudinis pyramides, inter orbis miracula quondam habitæ cernebantur: quas turres Plinius lib. 36. nihil aliud fuisse credit, quam stultam ostentationem pecuniæ regum. Quidã tradunt Mẽphim à Cambysis sorore: alij ab uxore nũcupata nil sed falsò: nam ab Ogdoo rege conditam multorũ testimonio constat: à cuius filia nomen factũ fuit. Ogdous antea Vohereus dictus fuit, teste Diodoro Siculo: Cairus hodie dicitur, ut Peluſiũ in ostio Pelusiaco, Damiata. Magicas linguas.] Philosophorum, sine sacerdotum & hierogrammatum, hieroglyphicas uoces & dicta. Bipartitus Aegyptij literarũ usus fuit: profanus, & sacer. ipsa regio Mosi ætate, Aeria dicta fuit.

Deseritur.] Reflexit in Ciliciam, & Armeniã, ac Taurimontium aliquot accolas receuisset, antequã in Indiam transit. Oritur Taurus ad coa littora et Chelidonio promontorio finitur: mõs altissimis iugis in cœlum excurrens, innumerarum gentium arbiter est. Vbi primum ab Indico mari se attollit, dextro latere in Septentrionem abit: sinistro in meridiem expatiatur. Mox ad Occasum se exporrigit, ac distrahit Asiam mediam. Et quà ad Septentrionem resilit, immensum iter quærit, cui quasi de industria rerum natura subinde æquora obijcit: hinc Phœnicium, inde Ponticum: illinc Caspium & Hircanum, & contra Mæoticum lacum torquetur. Ac licet inter hæc claustra collidatur, uictor tamen flexuosus euadit usq; ad Rhiphæorum iuga, multis, ac diuersis nominibus quacunq; incedit, ut nouus semper, ita & insignis. Primum Imaus: mox Edigus, Paropamissus, Circius. Chambades, Pharphariades, Choatras, Oreget, Orates: Niphates, Taurus, Perseaq; Tarsus. Tarsus Ciliciæ metropolis est sub Tauro, unde Cydnus delapsus eam perfluit, non magnus quidem, sed liquore memorabilis. Huius aqua tam dulcis est, ut Persarum reges, quàm diu intra ripas Persidis fluit, sibi solis ex ea aquam potum uendicarunt. Et cùm eundum peregrè est, in quam secum ferunt. Syri sua lingua Cydnum, candidum uocant, unde amni nomen inditum est. Leni ad-

Deseritur Tauricq; nemus, Perseaq; Tarsos
Corycium q; patens, exesis rupibus antrum:
Mallos & extremæ resonant naualibus Agæ:
Id q; Cylix iusta, a non iam pirata carina
Mouit & Eoos bellorum fama recessus,
Quà colitur Ganges, b qui toto solus in orbe
Ostia nascenti contraria soluere Phœbo
Audet, & aduersum fluctus impellit in Eurum.

hæc tractu è fontibus lapsus, puro solo excipitur, nec torrẽtes influunt, qui alueũ plaa al. iam nõ.
cidè manentis turbent. Atque ita, & b al. toto qui
incorruptus, & frigidus passim suis fontibus similis in Isicum siaum effunditur. Alijs ex alueo Choaspis oritur. Medetur neruorum doloribus, & podagræ. teste Strabone lib. 14. id quod Philostratus in libris de Apollonio etiam scribit. Tarsus olim adeò coluit philosophiam, aliaq; bonarum literarum studia, ut Athenas, & Alexandriam antecelleret, propemodum. Et qui philosophabantur, erant Tarsenses, teste Strab. Sed nulla re memorabili illustrior, quàm D. Pauli natali solo. Campestri loco sita est, Argiuorum opus, qui Io Inachi filiam quærentes cum Triptolemo his locis consedisse dicuntur. Hinc poëta eam Perseam uocat à Perseo Danaes filio conditore.

Coricium q;.] Ciliciæ asperi, & prærupti montis decem stad. cliuo ardui circuitu ita, præter quàm quod à mari ad meridiem inclusa sit, ut perpetuus iugorum ambitus in duo cornua reducatur, & theatri formam quodammodo repræsentet. Littus inter utrunq; montem, qui summum Taurum, ceu iugum sustinere uidetur, cum interiori planicie campestri pro scena sit, quam amnes, ut minimum duo distinguunt Pyrrhamus, & Cydnus. Littoribus obuersa iacet Cyprus. Corycium antrum.] Oppidum littorale, quà Pyrrhamum spectat, Corycum est, ut

est,ut ad Cydnum, Soli & Tarsus: de qua illud addam obiter, eam aliquando Parthemiam dictam fuisse, à Cydni filio. Adhæc, Crauiam, Hircam, & Antiochiam. Tarsum uerò à casu Bellerophontis. Græci partem pedis, ταρσὸν, uocant, quasi claudicantis Bellerophontis: siue quod Cilices Pegasum. Tarsum appellent. Sunt qui longius nomen referant,quod Taurus mons post mũdationem omnium primum emerserit, ταρσανθῆναι. arescere. In Coryco specus est,qui montem impositum,mari excauat. A summo uertice patet hiatu uasto. In hoc Iouis delubrum fuit, in cuius intimo recessu Tryphonis gigantis cubile impositũ accolæ persuasum habuerunt, circa Corycum,oppidum est,& nemus,Croceo quondam fœtu memorabile,quod omnium præstantissimum habebatur. Spirat fragrantissimè,ac colore plusquam aureo est:cuius succum aiunt conducere ad medelam. Hoc crocum de oppidi nomine Corycium dicitur: ut & portus Corycus, Strabo hunc montem in Pamphilia collocat, præcelsum,ac portuosum: atq; eam ob caussam piratarũ insidijs oportunum,quos ab eo monte Corycæos uulgò uocabant. Hi tectam insidiandi rationem excogitarant. Dispersi per portus omnes Coryci montis negotiatoribus se miscere solebant,ut quiq; fortè appulerant auscultantes,quid rerum,aut mercium aduecherent: & quo nauigare destinassent: deniq; quo tempore decreuissent soluere. Quæ ubi cognouissent, piratis nunciabant, cum quibus societatem latrociniorum iniuerant, simul & exercebant. Atq; ita ex insidijs mercatores in mari adorti spoliabant. Quæ res ubi mercatoribus suboleuit, pleraq; occultabant,ac dissimulabant insidiarum metu. Sed cùm ne tum quidem laterent,omnia sub odorantibus Corycæis,in prouerbium abijt, Corycæus auscultauit,de re dissimulata quidem,sed deprehensa tamen. Suidas paulò diuersam rationem huius prouerbij adducit. Corycũ Pamphiliæ esse promontorium, cui subiecta sit urbs Atalia. Eius urbis ciues ne à prædonibus diuexarentur, qui se in promontorij arcem subinde recipiebant,per àlios portus dissipati subauscultabant,qui appuliſſent, & quo tenderent, eaq; prædonibus nunciabant. Idem Suidas citat Ephorum,qui scribit Corycæos conuenas fuisse, qui oppidulum condiderunt sub cacumine Corycì, mari imminentis,finitimos Myonesso hos solitos negotiatoribus appellentibus se immiscere, quasi & ipsi fuissent negotiatores. Deinde quæ cognouissent,Myonesijs renunciabant, qui nauigãtes de improuiso adoriebantur: prædam ablatam, aut pretia, quibus negotiatores se redimebant, cum Corycæis partiebantur. Stephanus quoq; author est,Corycum mõtem altum esse,sed finitimum Teo Ioniæ, cui subiectus sit eiusdem nominis portus, quo loco & ipse mentionem facit de Piratarum insidijs,et prouerbio. Quin & comici Corycæum quendam poëticum Deum fingunt omnia audientem, & subauscultantem. Nos Corycum Ciliciæ promontorium esse teneamus non cum Lucano modo,uerumetiam plærisq; Geographis. Pomponius Ciliciam describens. Non longè hinc,inquit, Corycos oppidum,portu,saloq; cingitur, angusto tergore continenti annexum. Supra specus est nomine Corycius, singulari ingenio, ac supra quàm describi facilè possit, eximius. Grandi namq; hiatu patens, montem littori appositum, & 10. stadiorum clino satis arduũ,ex summo statim uertice aperit. Tunc altè demissus, & quantum demittitur, amplior uiret lucis pubentibus undiq;, & totum se nemoroso laterum orbe complectitur: adeò mirificus, ac pulcher, ut mentes accedentium primo aspectu consternat: ubi contemplati durauêre, non satiet. Vnus inde descensus est angustus, M. quingentorum passuum per amœnas umbras,& opaca syluæ,agreste quiddam resonantis,ruit hinc atq; illinc fluitantibus. Vbi ad ima peruenium est, rursum specus alter reperitur, ob alia dicendus. Terret ingredientes sonitus cymbalorum diuinitus, & magno fragore crepitantium. Deinde aliquandiu perspicuus, mox & quo magis subitur,obscurior,ducit aufos penitus, alteq; quasi cumulo admittit. Ibi ingens amnis ingenti fronte se extollens,tãtummodo se ostendit: & ubi magnũ impetum breui alueo traxit,iterum demersus abscẽditur. Intrà spatium est,magis, quàm ut progredi quispiam audeat. Totus autem augustus, horribile,& ideò incognitum. Totus autem augustus, & uerè sacer,habitariq; à Dijs,& dignus,& creditus. Nihil non uenerabile,& quasi cum aliquo numine se ostentat. Alius ultrà est,quem Typhonem uocant,ore angusto, & multum(ut experti tradidêre) pressus,uelob id assidua nocte suffusus, neq; unquam perspici facilis: sed quia aliquando cubile Typhonis fuit,& nunc demissa in se, continuo festim exanimat.natura,fabulisq; memorandus. Duo deinde promontiora sunt. Sarpedon, finis regni aliquando Sarpedonis,& quod Ciliciam à Pamphilia distinguit. A nemurium. Inter quæ ea sunt Celendris, & Natidos Samiorum coloniæ. Sed Celendris Sarpedoni propior. Hactenus de Coryco. Mallos.] Oppida Ciliciæ, inquit Plinius,Mallos, Magarsos,& intus Tarsos. Sunt & Malli Indiæ populi,in quorum oppidi expugnatione graniter pericliatus fuit Alexander. Aegæ.] Idem cap.eodem 27. lib.5. Flumen Chlorus,inquit, Oppidum Aegæ liberum. amnis Pyrrhamus. Celebratur in historijs Rhosensis concio, & Argæa Ciliciæ, antè Aesculapij fano culta, mox Christi oraculis celeberrima. In hac Ciliciæ Pilæ sunt, quæ Ciliciæ dicuntur,ubi fudit,fugauit Darium Alexander. Tunc Issus fuit urbs celebris,nũc ne minima quidem. Inter Cydnum & Pyrrhanium iacet promontorium Anemanoides. In Cydno Alexander hostilibus deiectis,lucido aquarum nitore, & placido fluminis allapsu captus, media æstate fessus æstu nudato corpore in conspectu agminis cùm lauaret,subito horrore in frigidissimo amne mẽbra eius diriguerunt,ut ministri uitali propè calore destitutum in tabernaculũ detulerint. Pyrrhamus Isso prior, Mallon præterfluit. Cydnus ultrà per Tarsum exit. Deinde Soli urbs,olim à Rhodijs,& Argiuis possessa:mox à piratis, bello piratico finito, quò eos traduxit Pompeius, à quo Pompeiopolis nominata fuit. Iuxtà in paruo tumulo, Arati poetæ monumentum fuit, in quod iacta saxa dissiluerunt. Cilix.] Piratarum sedes Cilicia fuerat,id temporis, cùm Pompeius eos toto mari persequeretur, ut alia nobis loco est demõstratum. Cilices nunc ad bellum prompti fectos dicit iustis nauibus,hoc est non myoparonibus,non prædatorijs nauibus, quibus mare infestum reddere soliebant. Monit & eoos.] Relicta Cilicia,& omnibus mihoris Asiæ populis in maiorem Asiam egreditur, atque à Gange usq; præsidia deducit, quem à prodigioso eius meatu obiter describit, ut eius accolas monstret, qui belli fama exciti arma induerũt. Qua colitur Gan.] Omnium fluuiorum toto orbe maximus est Ganges, Chlaros inditio dictus fuit. Ganges non ex Imao,sed ex Hemodis montibus conceptus,ubi uno alueo diu lapsus fuerit,fit omniũ longè maximus: hinc XIX. fluminibus auctus, ijq; ma-

gna

gna ex parte nauigabilibus, uastus incedit, alicubi lacus uerius, quàm fluuius latitudine. C. stadiorum: & quando fluit angustissimè, X.M. passuum patet, nec minore altitudine, quàm X X. pass. & ibi mare ingreditur, in 7. ora dispargitur. In Austrum primũ cursum intendit: ubi attigit cãperum urbem peruenit. Inde in Austrum rursus deflexus in mare ruberum, siue Erythræum effunditur Straboni, sed uerius in Oceani Indici sinum Gangeticũ contra Taprobanam. Alij hunc incertis fontibus, ut Nilum rigantem uicina oriri credũt. Indus ex monte Paropamiso ortus, multa clara flumina admittit, Cophinem, Acesinem, & Hydaspen: & Gangen magnitudine propè æquat. Vbi aliquot sæpe magnis flexibus cinxit iuga, iterum rectus, & solus descendit, donec dextrorsum, ac læuorsum diducẽs se duobus minimum ostijs longè distantibus mare ingreditur. Quæ India inter hos amnes media est, mercium diuitijs & omnium terrarum illius ora fertilissima, ut etiam hyeme ipsis fructus proueniant, atq; omnia grandiora, procerioráq; gignantur, quàm in alijs regionibus. Soli Indi propè omnium gentium suis cardinibus' nunquã emigrasse dicuntur, idq; ob id accidisse creditur, quod nulli terrarum fertilitate, atq; ubertate glebæ cedant. Nam emigrationes, & sedium imitationes propter domesticas seditiones non susceptæ, nec multitudinis exuperantis necessitate adactæ, nulla alia de caussa fieri solent, quàm ut meliora cultioráq; occupant. Contraria soluere Phœbo.] Quod in Eurum contendat aduersus solem. Quã enim in Oceanum Indicum influit, meridiem spectat. Eurus ab Oriente uerno siue æquinoctiali flat, ut interdum indiscriminatim Eurus, & Notus pro eodem uento accipianur. Gellius (quoniam inter notum, & Eurum interest) euro notum eum mixto nomine à Græcis appellari tradit. Plinius tamen uentum, qui ab Oriente uerno spirat, Eurum à Græcis uocari dicit. Itaque miraculi simile ducit, quod Ganges cõtra Solem orientem in Oceanum exeat, cùm reliqui amnes uel à Sole auersi, uel in Septentrionem, uel in Austrum cursum teneant. Sed & Ister aduersus Solem labitur. Nascentem Phœbum, orientem solem uocat.

Hic ubi Pellæus.] Celebrat obiter Gangis nasitatem, à quo dicit Alexandrum cõfessum, se post Asiam domitam, uicturn fuisse, cùm eum non transiret: positis ibi aris, seu monumentis expeditionum suarum Soluti regnum restituit. Inde ad Hypanim progressus fuit postremum omnium fluuiorum, qui Indum ingrediuntur, qui 15. numero traduntur, quibus auctus in tantũ augetur, ut C. stadia ab una ripa ad alteram pateat latitudo. 50. ostijs in Eoum mare euoluitur. M. stad. Aristobolo. M. DCCC. Nearcho inter se distãtibus. Regio, quæ inter Hypanim, & Hydaspen, cuius mentionem mox faciet, media est, IX. complectitur gentes, quarum ciuitates ad V. M. recensentur. Tetenderat hic castra Alexander. Phegelis hic in fidem receptus, rogatus ab Alexandro fluuium, ille ò rex, ultra Hypanim 11. dierum solitudinẽ uastam occurrere dixit primum. Sequi inde Gangen omnium fluuiorum maximum. Vltra eum, Grammen, Gangaridum & Pharasiorũ regem in armis habere CC. M. peditum X X. equitum. II. M. quadrigarum. III. M. elephas. Alexander facilè omnia aspernatus, situm locorum, & uim fluminis tantum extimescebat. Atq; istud est, quod Lucanus dicit, se fassum uinci in magno orbe. Et milites sciebat non eundem habere animum, qui longo labore fessi militiam finiri optabant. Itaq; periclitaturus fuorũ misericordia pro cõcione animos, omnia minora esse aiebat, quæ de Gange acceperat, quàm fama ferret, ut in alijs periculis ad Granicũ, fauces Ciliciæ, Tigrim, Euphratẽ, & Hydaspẽ experti fuissent. Gangis latitudinem extimescendã non esse, qui quò latior flueret, eò esset lentior suo cursu. Deinde hostium, quadrigarum, elephantorumq; numerũ, quod ualeret, dicendo extenuabat: rursum amplificabat

Hic ubi Pellæus post Tethyos æquora ductor
Constitit, & magno uinci se fassus ab orbe est.
Quaq; ferens rapidum diuiso gurgite fontem
Vastis Indus aquis mixtum nõ sentit Hydaspem.
Quiq; bibunt tenera dulces ab arundine succos:
Et qui tingentes croceo medicamine crinem
Fluxa coloratis astringunt carbasa gemmis.
Quiq; suas struxêre pyras, uiuiq; calentes
Conscendere rogos, proh quanta est gloria genti
Iniecisse manum fatis, uitaq; repletos
Quod superest, donasse deis. Venere feroces
a Cappadoces, duri populus nunc cultor Amani
Armeniusq; tenens uoluentem saxa Niphatem.
Aethera tangentes syluas liquere b Coastræ.

maiores copias, ferociores gẽces, Scythas, Dacos, Sogdianos, ad uersus quos fœliciter toties pugnassẽt. Hæc cum mœstum silentiũ militũ sequeretur, Paonus unus omniũ nomine respondit, Macedonas paratos quidẽ regem sequi sed respiciẽda ora, & membra trunca militum, uulneribus debilitata. In ueteranis militibus nil præter nomen Macedonicum relictum: adeò uestes, & arma lõga militia mutata. Regis consiliũ non esse, uelle florentissimi exercitus reliquias Indicis beluis dilaniandas obijcere. Quod si omnino adhuc in India bellare uellet, cursum ad Eoum Oceanum flecteret, quæ terrarũ pars adhuc eius armis in tacta esset. Paonus hac oratione usus, & pluribus in eam sententiã, fletũ & miserabilem cõploratiõe senum circumstantium concitauit, qui uemã ætati implorabant. Victus his Alexander, ubi deferbuit ira, ex quadrato lapide 12. erexit aras in omne æuum monumentum expeditionis suæ. Pellæus.] Alexander à Pella urbe Macedoniæ maximè illustri duobus alumnis: Philippo Græciæ, & Alexandro Asiæ domitore. Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis, ait Satyricus. Post Tethyos æquo.] Post periculosam nauigatiõnẽ in Oceanum Eoũ, flumine classe ad CCCC. stadia progressa, cœpta fuit aura maris sentiri: deinde mare fluuio mixtum. Statim subitus Oceani æstus omnem terræ prospectum oculis ademit: magnoq; impetu torrentis in modum nauibus transuersim actis, milites perculsi fuerunt. Vbi iam dies inclinari cœpit, naues æstuaria reciprocatione in sicca tellure destitutæ. Ibi in fœda colluctatione ingens metus militum animos occupauit. Verum ubi fluctus post aliquot horas rursus omnia sibi uindicare aduertere, sublato metu intelligere cœperũt, Oceani eam esse uicissitudinem. Alexander cum paucis nauibus ad ostium fluminis

a al. non cultor.

b al. Coatræ, & Choatæ, & Cohatræ.

progressus, ad CCCC. stadia in altum enauigauit. Tum demũ uoti compos factus, sacrificium Diis eorum locorũ, atq; undarum fecit: atq; inde ad classem reuersus fuit.

Vastis Indus aquis.] Indus post Gãgen amplissimus est omnium fluuiorum. Mausolus initio dictus, ut meritò India ab eo nomẽ sit adepta. Oritur in mõtib. Armeniæ, & in ipso cursu multis flumnibus augetur: & in his 15. celeberrimis uel ut Plin. tradit, XIX. Duobus ostijs ad meridiem in mare, cui nomen dedit, decurrit. quibus insulam Patalenen cõplectitur. Produnt tam lato alueo interdum fluere, ut ad C. pateat stadia. Plinius nusquam locorũ latiorem L stadijs scribit: nec altiorẽ 15. passibus. De fertilitate eius terræ, quæ media est inter Indum, & Gangẽ, paulò antè dictũ est. Accesines amnis à meridie Hydaspi infusus, cum Indo confluit. Hæc flamina tantos suo congressu cõcitant fluctus, tantamq; oblimationem, ut tenquã ira to aliquo mari creantur. Hic Alexander magno, & periculoso prælio superauit Porum. Quicquid terræ inter Hydaspẽ, & Accesinem iacet, Pori imperio parebat, regio trecentis urbibus frequens. Ibi sylua erat propè Emodos mõtes, unde Alexander cædrũ abietẽ, & pinũ post uictoriã in nauale usum petebat. Plin. opinor, Hydaspen, Hydaspẽ, Hystaspẽ uocat. 4. alios claros omnes secũ efferentẽ, Idem tradit Indũ Sandum ab incolis appellari, atq; è iugis Caucasi mõtis, quæ Paropamisus dicuntur effusum aduersus ortũ solis. Contra Arrianus duobus ostijs in mare Indicũ ad Austrũ deuolui prodidit lib. 5. Anabasecõn, ac lutulentis aquis per ostia egredi perinde, ut ex 5. Estri efficere in India. Delta Δ ut Nilum in Aegypto, idq; Indorum lingua Patala nuncupari. Arriani uerba sunt. ὁδὸς Ἰνδὸς ποταμὸς ὅτι μεγίστη ἐστὶ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ποταμῶν, καὶ τὴν ἰσχάπιν, καὶ τὸν γάγγην, καὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν, καὶ ὅτι αἱ ναυσὶ πλεῖσται ἐπ᾽ αὐτῷ ἐπὶ πάσῃ τῇ ὁδῷ τὸ παραπαυόμενον, ἢ καὶ ἐπὶ πλεῖστον, καὶ ὅτι ἐς διάπλοον ἐς τὸν μέγαν θάλασσαν ἵησι πλατὺν Ἰνδὸς, ὡς ἐπὶ πόντον ἄνεμον, καὶ ὅτι δέξωνός ἐστιν ὁ Ἰνδὸς, καὶ αἱ ἐκβολαὶ αὐτῷ ἀμφότεραι τεναγώδεις, καθάπερ αἱ τοῦ Νείλου καὶ ὅτι δίπλοα ποιεῖ, καὶ αὐτὸς, ὥσπερ τῇ Αἰγύπτῳ ὁ Νεῖλος, καὶ τοῦτο πάταλα κικλῆσκεται ἢ τῶν Ἰνδῶν φωνῇ. Mixtum non s. Hydaspen.] Adeo per se Vastus est, & latus, ut ne Hydaspen, nec Accesinen Hydaspi à meridie infusum sentiat, magna aquarum modestia intrantes, hũc diuisum gurgitem dixit. Nam Hydaspes in Parthis ortus obliqua cursu Indiam petit. Quiq; bibunt.] Periphrasis saccari, quod dulces succos uocat. Gignit saccarum Arabia, sed laudatius India, teste Pli. mel est in arundinibus collectum gũmũ modo candidũ, dẽtibus fragile. Amplissimũ nucis auellanæ magnitudine est. sed tantum ad usum medicinæ. Onesicritus tradit in Hircaniæ cõuallibus, ficis similes esse arbores, quæ uocãtur Occhi, ex quibus defluit mel horis matutinis duabus. Tenerã arũdinem, cannam indicat, in qua colligitur. India tam pinguis est alicubi & tam feracis soli, ut in ea mella frondibus defluant: lanas sylua ferant: arundinum fissa internodia ueluti nauitas binos, quædam etiam ternos uehant. Et hinc auxilia deducũtur.

Et qui tingentes.] In India hæret, quam à moribus gentes periphrasticè describit. Væs. ferrum, uestis, purpura, ita & crocus in Arabiã aliunde inuehitur. Distinguit Arabas ab Indis, & Sabæis. Nam plurimarum rerũ prouentus & ipsa soli fertilitas efficit, ut uicinæ gẽtes Sabæis suas opes non inuideant. Gignit aurum uulgò optimũ habitũ: rursus magna dignitas gemmis Arabicis est. Hoc loco Cãbeã innuit, ubi puerorũ capillitia, et uestes tingunt, & lineas uestes zonis gẽmatis cingunt. Per carbasa lineas uestes indicat Strabo. τὰς ἐνδύσεις εἶναι λευκὰς χρῶνται. Quiq; suas ἢ θώρακας, καὶ στολὰς λευκὰς, καὶ παραπετάσεις. Quiq; suas ἢ In India ubi senectus, aut morbus incessit, procul à cæteris abeunt, mortẽq; in solitudine nihil anxij expectãt. Prudentiores, quibus ars, & studiũ sapientiæ cõingit, non expectant eam sed ingerendo semet ignibus, læti & cũ gloria accersunt. Atq; hos esse dicũt apud Gangarides in regione Partalis. Apud Indos sepulchra defunctorũ in nullo honore sunt. Quod ad mores attinet, carbasis talaribus corporibus utuntur, quæ diuersorum colorum gemmis distinguunt, & uinciunt. Hinc

Fluxa coloratis distinguunt carbasa gemmis.

Fluxa coloratis distinguunt carbasa gemmis. Vestiũtur lineis aquorũ hoc loco meminit poëta, ne quis existimet nauiũ uela significari. Strabo uocat παραπετάσματα. Vestiũtur lineis amiculis, quæ ignibus iniecta flãma rursum splendescũt nõ aqua mundantur. Barbas nutriũt, sed curiosè inficiũt, sed non uno genere, ut & crines, ut etiam Lucanus hoc loco mentionẽ facit. Soleas pedibus inducunt: caput lineis involuitur: inaures propendent elephantinæ si opulentiores sunt. Lacertis adhærent aureæ monilia maximè nobiliũ. Capillitiũ rarò attondetur: furti cõuictij magnũ supplicium est, literarũ eos in totũ rudes esse, quidã scripsiũ reliquerunt, & inter eos Megasthenes, quamobrẽ eos nullis scriptis legibus uti. Multa parsimoniæ exempla & argumẽta apud eos extãt: Raræ apud eos lites: neq; testibus, neq; consignationibus utũtur, sed rectæ, & sinceræ fide omnia geruntur, parum curæ est domorũ custodia: uini nullus, nisi in sacris usus: potus ex oryza, cibus hordeaceus. Cætera præterea, quod nimis longũ esset persequi. Vinisq; calentes.] His moribus sunt Nomades Indi, qui crudis carnibus uictũ uescuntur. Sunt itẽ, qui mactant seniores parentes, eorumq; carnibus uictitãt. ἀπίθανον. Prob quanta est.] Exclamatio per indignationẽ, in præposterã, & peruersam eius gentis gloriæ affectationẽ, ex uiolenta morte quæsitæ. Cũ enim iniussu Imperatoris ex his corporibus egrediuctamur, ipsi gloriosum, & immortali laude dignũ iudicant, sibi consciscere necem. Venere feroces Cap.] Cappadociam Scordiscus minori Armeniæ ab ortu adimit. Superiori Antitaurus terminat. Quæ inde ad Meiam amnẽ est, ad Euphratẽ, Comagenẽ, Ciliciæq; mõtana excurrũt. Cappadociæ à Plinio, & Strab annumerantur. sed paulò diuersius à Ptolemæo. Occiduũ latus Paphlagoniæ, ac Galatia finiunt. Lata regio, ac claris amnibus perfusa, quorũ celeberrimus est Halys, terminus quondã regnorũ Crœsi. Hic Thermodon in Euxinum funditur, qui à Plinio Cappadox nominatur, à quo regioni nomen inditum est, cũm Cappadoces antea Syrij, & Leucosyrij essent dicti. Hanc Asiæ partem in Satrapias Persæ rerum potiti distinxerunt. Macedones postea electis Persis, reges instituerunt, qui postea Antiocho deuicto, amicitiam, & societatem cum P. R. iunxerunt, & à Mithridatis iniuriis defensi fuerunt. Deinde stirpe regia deficiente propter fidem singularẽ, cũm eos S. P. Q. R. liberos, & sui iuris esse iussisset, negauerũt tandem se libertatem ferre posse: oraruntq; sibi regem dari. Eam rem mirati Romani esse mortales, qui seruitatem libertati anteponerent, permiserunt, ut quem uellent regẽ ipsi eligerent. Elegerunt illicò Ariobarzanẽ, uirũ belli, & pacis artibus clarũ. Hoc sublato è rebus humanis, ad Archelaũ regnũ peruenit, sub quo regnum

regnum Cappadociæ in præturas diuisum fuit. Archelao Romam à Tiberio, ob dissolutũ in scelera animũ, per dolũ euocato, regnũ in prouinciæ formã redactũ fuit. Clariores urbes sunt, Cæsarea, à Claudio Imp. dicta, aut certè ab Octauio Aug. Mazaca antea nominata: à qua incolæ Mazacent, et Mazacini: Comana Tyana, Apollonij Tyanei patria. Nazanzũ, Gregorij Nazanzeni natali solo, & episcopo celebre: Cucussum, ubi Chrysostomus exulauit & spectãs Euxinum Amasia, antea Eupatoria nũcupata, patria clarissimi Geographi Strabonis, postea à Pompeio Magnopolis uocata: Sebastopolis, Neocæsarea. Cappadoces moret, pro parũ pudicis. Tria Cappa pessima iactatum olim fuit ænigmatis uice, quo trium gẽtium mores notati fuerũt: Cappadocũ, Cilicũ, & Cretensiũ. Amant cult.] Prima Syriæ ora est Cilicia, flumen Diaphanes, portæ Amanicæ mõtis, cuius iuga disterminant Ciliciam in Isicum sinum, quo Syria finitur, immissa: Ibi angustiæ sunt, pylæ Ciliciæ dictæ in Syriã iter angustũ, uix 4. armatorũ capax, ubi mõtis dorsum, uiæ præruptæ, & aceliui immanet. Hac Alexãder, Arsano præfecto Ciliciæ metu, dilamentus, &c.] Suprà ostendimus, scriptores duplicem Armeniã facere, Maiorẽ & Minorem: quare hoc loco nõ est

Ignotum uobis.] Variat narrationem per auersionẽ ad Arabes, qui ultra sinũ Persicum in meridiem recedunt. Tres maximè sunt Arabiæ, Petræa, ab urbe Petra metropoli regionis ubi Areta regum maximus regnauit, sub aduentũ Christi Seruatoris. Meminit huius uetus Hebræorũ scriptura, uocatq; eam urbem Petram deserti. Sita est loco amœnissimo, præterfluente amnẽ irriguo quidem, sed undiq; uastæ solitudine, & montibus à Septentrione, & meridie cinctio. Quia de Caussa Petra Deserti cognominata fuit. Ab Oceano, Aegypto, medio fermè eius Isthmi, inter intimum Erythræũ, & Scyrbonim lacum, qui in Aegyptum mare, haud procul à Gaza excurrit finitur. Hæc terrarũ latitudo, non plus C. & XXV. M passuũ patet. Ab ortu, & Meridie montanis cingitur. Altera Fœlix Arabia est. Ibi Saba occurrit in qua thus Sabæum dictum est: ibi & Mecha, sepulchro Mahumeti insignis. Tertia Deserta Arabia dicitur, ampla, & uasta solitudinibus. Clauditur ab Occasu, Petræa Arabia, & montibus Idumæis: ultra quos ad Meridiem Petræa Arabia est. Ab ortu spectat Chaldæã, & sinũ Persicum: à Meridie. Fœlici Arabia cõstringitur. Porrò hæc Fœlix, siue Beata, peninsulæ forma ab his dubus secernitur: & inter duos sinus magnos in Meridiẽ tẽdit, extima fronte Orũ Brumalem spectãs. Fertilis regio, à qua diuitiarum insignium nomine tota Arabia celebratur scriptoribus. Pleriq; Arabum Nomadæ sunt, multusq; camelorũ usus, uescuntur lacte, & carnibus. Pluuius, quẽ scitia arris. Debæ pastores sunt, & auro abundant, quod inuglandium magnitudine inter glebas reperiunt. His proximè Sabæi sunt, diuites thuris, & myrrhæ, ac cinnami: Horum principem Casparum magnum fuisse, quidã credunt, qui de auro Arabico Senatori puero dona tulit. In ora huius terræ, & balsamum nasci quidam tradunt, calamum item, & palmam gratissimi odoris. Sabæorum plerig; omnes agriculturæ operam dant: legũt aromata,

consiliũ eadem repetere. Volucntẽ saxa Ni.] Occidu-
um Maioris Armeniæ latus claudit Euphrates, maximè
ab eo loco, quo Pontum ingressurus à Tauro in meridiem
proturbatur. Eos montes Paredros Pli. Moschos Ptole-
mæus uocat. Hinc ille amnis recta in Austrium, & Ama-
num montes progreditur, & se Armeniarum limitem con
stituit. Ab illo fluxu in Boream, & Hiberos, quod Arme
niæ reliquum est, Periedrus à Cappadocia, & Ponticis gẽ
tibus submouet. Niphatem.] Niphates mõs celsis iugis
sublimis, & niuosus, (nàm ἀπὸ τῶν νιφετῶν nomen ducit)
Meridianam eius oram ab Assyrijs, & Mesopotamia sepe
rat. Ex Niphate Tigris oritur, omnis suo cursu uiolentis-
simus, ac uelox. Est fluuius Armeniæ: uel (ut nonnulli pu
tant) Scythiæ. Hunc tanto impetu rapi dicit, ut saxa euol
uat. Ex Armenia etiam uenerunt auxiliares copiæ Pom-
peio. Coastræ.] Plinius describens Tauri montis arbi-
tri numerosarum gentium flexuositatem, simul & mon-
tes aliquot, inter eos etiam Choatram recenset, sed Coa-
stræ, ubi huiusmodi syluæ sunt, ad extremum Indiæ habi
tant. Vergilius Georgicõn lib. 2.

Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis, ubi aëra uincere summum
Arboris, haud ullæ iactu potuere sagittæ.

Ignotum uobis Arabes uenistis in orbem
Vmbras mirati nemorum non ire sinistras,
a Tum furor extremos mouit Romanus Orestas,
Carmanosq; duces, quorum b deflexus in Austrũ
Aether: non totam, mergi tamen aspicit Arcton.

negotiantur in Aethi
opia, eoq; nauigãt na-
uibus corio contectis. a al. Tunc:
Pro materia ligni, cin b al. Iam flẽ-
namomum, & cassiam xus.
urunt. Vrbes colunt
sine mœnibus: pacatè inter se uiuũt. Defunctorum cor-
pora stercore illis sunt abiectiora. Regium cadauer ster-
quilinijs sepeliunt. Nabatei omniũ continentissimi sunt,
quorum in opibus parandis mira industria commenda-
tur, sed maior intuendis. Qui rem domesticam minuit, dat
pœnas publicè inuicẽ honor illi defertur, qui parta auget.
Atq; horũ regia est Petra, & mõs Sina. Arabũ gentes plu
res referuntur à Plinio, Arabes, Scenitæ, Rhetani, Astitæ,
Antæi, Gnebadei, Masei, Orei. Ignotum.] Venerunt
enim ex Austrino orbe in Septentrionalem, in quo mirati
fuerunt corpora rerum nullas umbras in Austrum mitte-
re. Sinistras.] in Austrum. In sphærico mundo dicitur;
id quod medium est, in quod omnia deorsum suo ponde-
re deferuntur: superum, quod medio undiq; imminet. Rur
sum quatuor mũdi plagas ita partiuntur, ut Antica pars
orbis sit occidẽs, postica oriens, dextra Septentrio, sinistra
meridies. Atque hanc partitionem uidetur Cleomedes ab
Aegyptijs accepisse: atq; inde eam ad istum modum scri-
ptam reliquit. Cùm igitur Lucanus de Arabia loquatur,
notat eos intra tropicos sitos Canerum, & Aequinoctia-
lem, quibus præter umbras communes, hoc est, Orienta-
les, Occidentales, & Septentrionales, etiam Meridionales
sunt, & perpendiculares. Arabum capita ubi transierit
Sol, necesse est umbram in linea meridionali in Austrum
tendere. Habent Arabiæ illius eudæmonis clarissimæ ur-
bes gradus longitudinis, & latitudinis, ut Thebæ 69.
40. 21. 0. Muga emporium. 74. 30. 14. 0. Sa-
ma 75. 30. 11. 30. Mosche 88. 30. 14. 0. Cauana.
85. 0. 23. 0. Istriana. 80. 0. 25. 40. Badeo regia.
70. 0. 20. 13. Mecha quam dixi Mahumeti sepul-
chro nobilitatã. 71. 45. 22. 0. Saba. 76. 0. 13. 0.
Cæterùm Ouid. lib. 1. Metamorpho. ad eundem modum
distinguere cœli plagas uidemus.

» *Vtq́ duæ dextra cœlum, totidemq́ siniſtra*
» *Parte ſecant zonæ, quinta eſt ardentior illis.*

Marcus Varro lib. 6. de Lingua Latina, diuerſa ratione mũdi cardines diſtinguit. Quo circa cœlũ, inquit, quo tuimur, dictum templum: eius templi partes quatuor dicuntur: ſiniſtra ab Oriente: dextra, ab Occaſu: antica ad Meridiem: poſtica ad Septentrionem. Plinius item Varronis diuiſionem ſecutus, errantium ſiderum curſum, ait, mũdo contrarium agi: hoc eſt, à ſiniſtra in dextram præcipitari. Sed hæc partitio ad Romanos ex Thuſcorum diſciplina manauit, quam etiam Alcinous in lib. de Platonis doctrina comprobat. Apud Græcos ſcriptores inueniat, diu obſeruatum ſacrificandi ritum fuiſſe, ut cùm aras circuirẽt, eam circuitionem ab læua in dextram auſpicarentur, & quidem Zodiaci orbis quodam ſimulacro, cuius motui cõtrarius mundo eſt hoc eſt, ab Occaſu in ortum incedent. Mox à dextra in læuam curſitarent, qui motus mundi eſt naturalis. De duplici hac partitione ita eſt apud Galenũ Medicum, πυθαγόρας καὶ πλάτων, καὶ ἀριστοτέλης τὰ ἐξιὰ τοῦ κόσμου τέτταρα εἶναί φασι, ἀφ' ὧν ἄρχεσθαι τὴν κίνησιν, ἀριστερὰ δὲ, τὰ ἐσπέρια, ἔμπροσθεν δὲ, τὰ ἀξιὰ εἶναι. φασὶ καὶ τῶν θερινῶν τροπικῶν, ἀριστερὰ δὲ, τὰ κατὰ τὸν χειμερινὸν. *hoc eſt. Pythagoras, Plato, & Ariſtoteles dextras mundi partes eſſe dixerunt, Orientales, ut à quibus motus initium eſt: ſiniſtras, Occiduas. At Empedocles, dextra dixit eſſe eas, quæ ſunt circa tropicos æſtiuos, ſiniſtras, quæ ſunt circa Brumales. Hæc Galenus. Empedoclis ſententiam ſecutus eſt Lucanus, qui ſiniſtras mundi partes Auſtrinas dixit. At uerò ex Augurum diſciplina ipſi augures inter augurandum, dextras in Meridiem, ſiniſtras in Septentrionem proijciebãt. Itaq́, quorum Zenith eſt inter tropicum Caneri, & Æquatorẽ, eorum capita Sol bis quotannis tranſit, proinde duas habẽt æſtates, & totidem hyemes. Solſtitia quatuor, totidem umbras. Sulpitius Solinum citans umbras, inquit, quæ nobis ad Occidentẽ conuerſis dextræ ſunt illis ſiniſtræ. Mox Iani de Sacro Buſto uerba in medium adfert, inquit: Vadianus contra Camertem quibus hoc tamen nõ agebat Ianus, ut dextri, & ſiniſtri rationẽ redderet, qui indicare tantum uoluit ex autoritate Lucani, inter Æquatorem, & Tropicum habitantes, quorum in numero Arabũ pars foret, duplex umbræ Meridianæ genus habere. Porro neq́ hoc dictum, ac cuius umbræ proiectũ iſth:æc dextri, & ſiniſtri ratio potiſsimè referenda. Orienti ne Solis, an Occidentis. Atqui conſtat pleroſq́ ex nobis, qui ad Arctũ habitamus, paulò grandiori latitudine, cũ in Cancro Sol eſt, umbram habere ad meridiem: hoc eſt, in ſiniſtrã inclinantem ſicut & Arabes Sole ſcilicet Oriente, aut Occidente: quod cùm demonſtrari poſsit, multis probandum nõ eſt. Ad ſolã igitur Meridiei umbrã poẽtã reſpexiſſe docere debẽt, quã aut in meridiem, aut Septentrionem uergere, ſi catheto nõ incidit, neceſſe eſt cũ interim Orientis, & Occidẽtis umbra nõ rarò ita incidat, ut nec dextra ſit, nec ſiniſtra, quando ſuper illorũ uertices, ſiue Zenith Sol meat: & ut dixi, ad Septentrionem etiã remotis non ſolũ Arabibus ſiniſtra eſſe poſsit. Quæ nouiſſe interim mirè referebat ad Lucani uerſiculũ doctè explicandũ. Lubet ex eodẽ Vadiano quãuis paulò prolixiora ſunt, ſed quæ magnã eruditionem habeãt, cætera de umbrarũ ratione adſcribere. Camers, inquit, Vadi priorem Sulpitij expoſitionẽ, tum uerũ eſſe, tum poẽtæ ſenſui plurimũ conſonam ait: quod ſi permutto, hoc cõſequens nõ eſt, ut poẽtæ ſenſum accuratè explicet. Vt ne dicam interim, quàm lubrica ſit Soliniana lectio, quod mox docebo. Omnibonũ audiamus, qui ſic inquit. Nam his, qui habitãt in Oriẽte, cũ Sol ad Occaſum tendit, umbra ſiniſtrorſum uergitur: ſed habitantibus in Occidẽte, ſicut nos, cũ Sol tendit ad Occaſum, umbra dextrorſum uergitur ſicut apud Indos, ubi dicitur Malcum monte ſex mẽſibus in Auſtrũ, id eſt, in dextrã partem uergere umbrã, & totidẽ menſibus in Septentrionẽ &c. Videſ lector optimè, qua ratione dixerim ſicco pede hũc Lucani locũ ab interpretibus præteritũ, cũ dicere potuiſſem, non ſicco tantum ſed luxo & raro preſſum. Vmbram hic Auſtrinã dextrã uocat: Borealem ſiniſtrã, cõtra Lucani ſententiam. Præterea Orientẽ, & Occidẽtem ita indicat, tanquã Occidente Arabes, nos Oriente careamus, quaſi uerò referat in Occaſum ne, an in Ortum abeas umbrã mutaturus, cũ latitudo, hoc eſt, abſceſſus à tropicis, in alterutrum latus hoc umbrarũ genus, dexiri ſcilicet, & ſiniſtri uariet non aũt Orientis, aut Occidẽtis quorum utrumq́ Arabes cernũt. Nam qui extra tropicos, utrunq́ uident. Præterea umbræ genus: qui intra tropicos, utrunq́ uident. Præterea Arabes, inquit, populi ſunt Orientis, qui quia habitãt B in Oriente, ideo admirati ſunt, cũ uenirent in Occidentem, &c. Fateor Arabiã nõ paulo magis Orientalem eſſe, quàm minor Aſia, aut Theſſalia ſit, in quam Arabes uenirent. Sed quod in Septentrionẽ abijſſent. Neq́ noſtris in lucris ponus habere non potuiſſe: nomẽ cauſſa, quod in Occaſum, ſe Lucanus ſcribit. Conſtat tamen hos alterũ umbra genus: tum qui in Occaſum uergũt, ſed apud Syros, Medos. Bactros: quiq́ magis in Orientẽ prominẽt, Indos. Idem Arabibus uſu uenire poterat, cùm bona etiã Arabiæ pars noſtrã tantũ, id eſt, dextrã umbrã habeat. Adeò nihil ad hũc umbræ dextræ, ſiniſtræ ue rationẽ reſpectus Orientis, aut Occidentis facit. Porrò ſi quis intra Caneri tropicũ manet, & ex Arabia in Atlanticũ, in extimos Aethiopas, quã ab Occaſus latere Heſperij dicti ſunt, abeat, nihil illæ umbræ rationẽ mutauerat. Nimirũ, quod longitudinis uariatio nihil attineat, ſed ſola, ut diximus latitudinis. Quid igitur oportebat occidentẽ inculcare, ubi Septẽtrionis rectiùs memineris. Sed de his olim forteſſe nobis ſeorſim diſſerendi Occaſio dabitur: tantum ita ſors ferat, ut otiari à C profeſſionis moleſtia, & tãdiſper ad literas reuerti occupariſsimo mihi liceat. De Solino uideamus, cuius de umbris locũ doctè à Camerte explicatum lubricæ fidei ſuſpicatus ſum, & dubiũ eſſe dixi, quod ille tradidit, non etiã incuriæ notaui. Vmbræ aũt, quæ nobis dextræ ſunt, illis quoq́ dextræ ſunt, & ſiniſtræ eſſe nõ poſſunt. Eſt enim omnino diuerſum umbrarum genus, quod in Boream cadit ab illo, quod in Auſtrũ proijcitur, & umbræ, quas ipſi ſiniſtras habent tales ſunt, ut dextræ eſſe nequeant: Quæq́ & debent tales ſunt, ut dextræ eſſe nequeant: Quæq́ & dextras habent, tamẽ alio tẽpore habẽt, & diuerſo Solis poſitu. Huc accedit, quod ſiniſtrarũ umbrarum ita meminit Solinus, ut putare poſsis, non aliud Arabes umbræ genus, quã ſiniſtrũ habere, cùm nobis dextras tribuat, nec aliud interim innuat. Quod ſi Solini uerba hoc ſenſu accipiamus, ut Sole nobis ſiniſtro, illis interim dextro, umbras ipſas in Auſtrum uergentes habeãt, noſtris codẽ tẽpore in Septentrionẽ abeuntibus, quis nõ uideat uerè dictũ: ita tamen, ut diligentiæ ſit, non curioſitatis monuiſſe lectorẽ, ne aliud ſibi ex Solini uerbis, ſuiter perſuadeat: quãdo in ea priori Lucani loco, Omnibonus, doctiſsimus alioqui interpres lõgè à ſcopo aberrauerit. Proinde in Seruij loco, quẽ Camers citat, idem moneo. Sunt enim nobis cæſũ inuentibus

tibus sinistra, quæ & ipsis sinistra, rursum dextra illis, quæ & nobis dextra: ut simpliciter ille locus, nec accipi rectè, nec intelligi queat, sicut & illud Macrobij libro de Somnio Scipionis 2. ubi nunquã uere Solẽ fenestrã Septentrionemoti, qui 24. horarũ spatio elabente Orientalẽ, & Occidentalẽ umbrã, tum & dextrã Septentrionis, & sinistrã admittere. Sunt enim in nostro latere ad Septentrionẽ Australinã habent: ad quos si Arabes illi Pompeiani perue nissent, dextras in ignoto orbe agnouissent: quanquã impossibile Macrobius autumat. Ego ad demõstrandum id ipsum dubitantibus me offero, nec multis opus est, res ipsa certissima est, & cognitu facillima. Primũ omniũ hi, quibus aliquot saltẽ gradus Cancri. sub horizontẽ nõ mergũtur, latitudine ultra sexagesimũ gradũ ex pansa. spatio minimum 24. horarum, præsenti Sole fruuntur, nulla prorsus ingruente nocte: quo spatio uoluẽte Sole, cũ nobis media nocte horã efficit, apud illos supra horizontẽ extans umbrã proijcit in meridiem: estq; ea uere sinistra umbra, quã frequẽtius habẽt, quibus multi dies nulla nocte interepti luce coherent. Velut hodie de his, qui ultra parallelum Arctici summouentur, experientia deprehẽsum est. Cæterũ illud umbræ genus, quod sinistrũ est, à Sole meridiano, hoc est, ab eo pũcto meridiani, in quo, si Sol ipsi occideret, meridiẽ metirentur, habere nequaquã possunt, cũ eo tempore nostrũ latus terræ Solem semper à sinistris habeat: eoq; modo Macrobiũ intellexisse existimandũ est. Hæc ita sunt, libuit adscribere: tum quia utilissima, tum quia necessaria cognitu sunt & à nemine ante eum reddita.

Orestæ.] Populi sunt in Molossia. Etenim Orestes insania liberatus, cũ præ uerecundia cũ Hermione sorore, et filio Oreste fugeret, in has terras penetrauit, ubi gens ab imperio filij Orestæ dicti cœperũt, ipse morsu uiperæ in Arcadia mortuus fuit. Loco Orestion nomẽ fuit. Dicitur eti am fœminino genere, Orestis, & Orestias. Est & Oreste urbis nomẽ in Europa. Et Orestis, urbs in Orestis, in eminente monte supra Macedoniam, in qua Ptolemæus Lagi natus fertur, qui posteà primus in Aegypto post Alexandri mortem regnauit. Alia est Orestia in Arcadia, quam, ut ostendi, nonnulli Orestion nominant. Orestis idis, Macedoniæ pars. Orestæ.] Indiæ populi etiã sunt, quos hoc loco poëta etiã ad bellũ Ciuile cõũuxisse canit.

Tum furore extremos mouit Romano Orestas.

Strabo libro decimoquinto, Oretas Indicam gentem esse scribit, post Arbim Arianorum amnem. Hos Plinius libro sexto, capite secundo, ait, non Indorũ esse, sed propria uti lingua. Est & Oretus fluuius Siciliæ, haud procul à Panormo. Porrò illa Orestia urbs Arcadiæ, cuius modò memini, ita dimidia sui parte ab Orestis aduẽtu fuit appellata: tota urbs Megalopolis alioqui dicta erant, quã Arcades post Leuctricum bellum cõdidêre. Quin & alia Megalopolis Icariæ fuit, quæ nũc Aphrodisias, olim Legum urbs, quæ & Nino, Ninoè uocabatur. Quin & Iberiæ alia aliquando exiuit. Extremos Orest.] Orestæ inter Macedoniæ gentes numerãtur à Plinio, & alijs, cap. 10. libro. 4. Verum eum extremos uocet, ad ortum certum est, alios à Lucano significari in India si modo sint. Et uerisimile est, errorem peperisse, uocem furor, Orestes, Oritas, ut Sulpitius uel Oretas nisi quantitas primæ syllabæ refragaretur, cum apud Græcos per ω. scribatur ὠρείτας. Dionysius Afer.

ὠρείτας τ' ἀραβάτας, λινοχλαίνας ἀραχώτας,

id est, ut Rhemnius.

Ad partes rapidi quia uergunt lumina Solis "
Oritas, Arabasq; simul, Limq; Arachotas "
——Vtentes chlæmis. "

Nisi poeta per systolen primam syllabam contraxerit, quod nonnunquam poëtæ in magno poëmate facere solent. Et translatio Hispanica, quam mihi exhibuit inspiciendam nobilis uir & Doctus, miles D. Bernardinus, à Mendosa legit, Oretas, non Orestas.

Carmanosq; d] Ad Persicum sinum sunt qui inter Chenolophagos, & Arabiam fœlicem, in Oceanum Indicum influit, qua parte statim Erythræo mari Oceanus commiscetur. A Babylone uersus meridiem, inter duos amnes Susiana est, & ad sinũ usq; Persicũ extenditur. Vltra flumẽ Persis, ubi Persepolis: inde Australior Carmania, quæ ab Ortu montibus usq; ad Indũ amnẽ clauditur. Orã Meridianã tenẽt Chelonophagi: Indicus Oceanus alluit: ab Occasu Persico sinu & Perside finitur. Frontẽ maritimã aliissimũ promontoriũ cõtra Oceanũ stringit, ne Carmaniã inundet. Ibi paulatim cedentia littora iustũ sinum insulis aliquot distinctũ admittũt, peninsulæ forma euagatur contra Arabiæ Fœlices montes ut freũ mediũ, per quod in sinũ Persicũ uastum, & amplũ intratur, non amplius 5. M. pass. latũ sit. Extimum Carmaniæ sinũ tenent Chelonophagi, & Ichthyophagi, quod piscibus, & testudinibus proximo Oceano captis uictitent, & pecora itẽ piscibus pascant. Strabo. & Plin. tradũt, testudinũ tantam magnitudinẽ, ut singularum superficies casas habitabiles integãt, & cymbas, quibus nauigent inter rubri maris insulis. Mela libro tertio, capite 8. Ab his, inquit, quæ dixi mus ad sinum Persicum, ubi Chelonophagi morantur, deserta sunt. In ipso Carmani nauigantium dextra positi sine ueste, acfruge, sine pecore, ac sedibus. piscibũ cutẽ se uelant: carne uescuntur: præter capita, toto corporẽ hirsuti. Oppida propria sunt, Alexandria, condita ab Alexandro, à quo cultiores redditi fuêre, interdicto pertinaci esu piscium. Mediterranea metropolis est Carmania. Amnes clarissimos habet, Hyanen aurũ trahentem, Andanum, & Corium in sinum Persicum excurrentes. Longitudo, & latitudo grad. Carmaniæ 100. 0. 29. 0. Alexandriæ, 99. 0. 24. 20.

Quorum defl. in Au.] Ex gradibus longitudinis & latitudinis abundè liquet, quantum in Austrum recedunt.

Non totam.] Glareanus diligenter hũc locũ Astronomicũ expendẽs, & hic locut, inquit, à quibusdã notatus est, ut minimè uerus, quod Oritarũ, & Carmanorũ cælum in Austrinũ, latus trans æquatorẽ flecti crediderit, quod mihi non uidetur. Quia si ita longè in Austrũ submouisset hosce populos, sequeretur totã illis maiorẽ ursam mergi, cùm contrariũ astruat poëta. Deinde sequeretur, minorẽ prorsus nõ uideri nisi fortè duabus illis lucidis stellis quas χορευτὰς Græcis dictas scribit Higynus. Poëta aũt non totã tamen mergi aspicit Arctlon: de maiori utiq; intelligens Arcto, cùm minor prorsus illic nõ uideatur, ut iam diximus. Decepit illos Sulpitij cõmentarius qui ultra dimidiã partem torridæ zonæ hũc deflexum submouet, contra poëtæ, & sensum, & mentẽ. In eodem luto hæret Ioannes de Sacro Busto, unde, & Sulpitiũ hausisse puto. Atqui si Carmanorũ situ intelligamus ad Cãcri circulũ, aut citrà eum, ut Ptolemæus totã desertã Carmaniã citrà, alteram uerò plus dimidio citrà, nõnihil tamen eius etiã ultra tropicũ. Ibi nempe sub Cancri tropico, aut citrà item tropicum, Vrsa maior non tota occidit, sed prominet de capite

eius aliquid, quod poëta arguitè innuens.

Non totam mergi tamen aspicit Arcton, inquit. Quod si poëta hoc loco etiã de Oritis locutus uideatur, ut quibusdã placet, eadẽ erit ratio, siue extrema ad Austrũ Arachosiæ teneant, ut tradit Ptolemæus siue ad Arbitim urbem, quæ recta sub tropico Cãeri iacet, Ichthyophagi habitent. ut ex Plinio colligimus. Hæc docte, & uere Glareanus. Etenim eũ dicit Carmaniã aspicere Arctũ, addit nõ totã, quasi dicat, partẽ. Vrsæ illis apparere. Non negatio præposita signo uniuersali affirmatiuo, quis nescit, quod æquipolleat cõtradictoriæ particulari negatiuæ? uerò & illud manifestũ, & cuidẽs argumentũ est, poëtam id dicere, quod Carmania habeat latitudinis gradus 29. qui nõ ultra Caneri tropicũ excurrunt, aut certè modicè.

Lucet & exigua.] Glareanus ait, Arctophylacem impropriè uelocem appellari, siue totus occidat, ut ijs, qui circa Cãeri tropicum degunt: siue nõ totus, ut nobis. Sed quidam uelocem dictum autumant, quod Carmanis citius occidat, quàm nobis. Hæc ille. Declarat id particula, ibi referenda ad uelox, non ad uerbum lucet. Solent stellæ etiam uelociores uideri, & uelocius occidere, quò sunt remotiores in nostro horizonte. Lucet exig. uel.] modica noctis parte ipsis, nõ diu, quod breuis, eius sit meatus ab ortu ad occasum, cũ nobis supra uerticem propè diutius luceat. Bootes Arctophylax nuncupatur. Idem & Arcturus dicitur, & plaustri custos, quod plaustrum siue Septentriones sequatur ex interuallo, & quasi Septentrionibus succinctus sit. Aratus in Phænomenis.

» ἐξοπίσω δ' ἐχίνου φέρεται κέντρα βοώτεω
» ἀρκτοφύλακος, τόν ῥ' ἄνδρες ἐπικλείουσι Βοώτην,
» ἦ ῥα κατ' ἀκρήνου ἐπαφώμενον ἑλκέμεν ἅρμα·
» Fertur pone Helicen, ueluti qui plaustra gubernet
» Arctophylax, quem mortales dixêre Booten,
» Quod uicinæ ursæ uideatur tangere plaustrum.

Aratus Arcturum à Boote distinguit, ut Arcturus stella Lucida sub zona eius præ alijs obuoluatur. Verba eius sunt.

» ἀλλὰ μάλ' αὖτως ἀρκτοῦρος, ὑπὸ ζώνῃ δὲ ἕπεται,
» ἐξ ἄλλων ἀρκτίδων· ἐλίσσεται ἀμφαδὸν ἀγυιάς.

Huius manum sinistram circulus Arcticus includit, ita ut neque occidere, neque oriri uideatur. Ipse ab Arctico circulo ad æstiuum extenditur inclinatus in longum, ut dextro pede æstiuo imitatur, Humeros uerò, & pectus à reliquo corpore secet linea, siue circulus potius, qui per utrosque polos transiens, Arietem, & Chelas diuidat. Occidit cum Tauro, Gemmis, Cancro, & Leone. Serò occidere dicitur, quod actus à pedibus perueniat ad terram: exoriens citius, quam Chelæ apparet. Bootes Carmanis uelox est, & ijs, qui remotius ad Austrum submouentur, ut diximus, quod per totam noctem ijs non luceat: inuicem uobis piger quibus semper supra terram. In sinistra manu stellæ quatuor lucent, quæ nunquam occidere uidentur: in summa fronte una: in humeris habet singulas: in manibus singulas, quarum clarior, quæ in dextra conspicitur, in sinistra obscurior est. in dextro cubito, una clarior fulget, uerũ in zona lucet una cæteris illustrior, quã Arcturũ appellamus: sunt & in pedibus singulæ. Fabulantur hũc Arcadẽ Iouis filiũ fuisse, Lycaon Pelasgi filius cũ Iouẽ hospitio excepisset, infanté adhuc dissecuit membratim, & Ioui comedendũ apposuit. Hæc de caussa Lycaonis domũ incẽdit fulmine immisso, atq; eo loco, urbi cõdita fuit, et à mẽsa trapezus appellata est. Lycaonẽ trãsformauit in lupũ: Arcadẽ cõpactis rursum mẽbris, capræ rio cuidã alẽdũ dedit, qui iam ubi adolescẽs factus esset, cũ matrẽ per ignorantiã stupri tum obtulisset, & ambo ab incolis montis Lycæi ad supplitiũ de poscerẽtur, uterq; à Ioue in astra relatus fuit. Aethiopumq; sol.] Furor Romanus mouit etiã Aethiopes ad arma sumenda pro Senatu. Præmittamus aliqua de situ Aethiopiæ, de gẽtis moribus: deinde ueniamus ad ea q̃ præcipua sũt huius loci. Duplex Aethiopia est: una, quæ uocatur Aethiopia sub Aegypto: ad Oriẽtẽ Solẽ: ab rubro mari pulsatur: ad Septentrionẽ Libyæ, et Aegypto, iungitur: ad Occasum interiorẽ habet Libyũ: ad Austrũ alteri iungitur Aethiopiæ quæ maior est, & Hesperа dicitur, ipsi aũt Hesperi Aethiopes Atlantici cõsitam. sed grauibus bellis elisa fuerũt Plin. lib. 6. Aethiopiã uquit uicissim imperitãdo, seruiẽdoq; clara, & potens etiã usq; ad bella Troiana. Mẽnone regnãte, & Syriæ imperitasse eã, nostroq; littore, ætate regis Cephei, patet Andromedæ fabulis. Ad hũc modũ Plin. Inter multa celebria insulã habet mediamnẽ ubertate glebæ, & incredibili homũ frequẽtia nobilẽ, Meroen, quã Nilus primo suo ambitu cõplectitur, V. M. stadiorũ à Siene. Nili alueus tantũ latus stringit dexter Astusapes. Fuerũt ex Ethnicis scriptorib. qui crediderint mortaliũ primos fuisse, hac rõ: eclura usi, quod Aethiopia, propter sideris propinquitatẽ, omniũ prima intepescere cœperit, cũ ab initio solum fuisset uligino sum: atq; inde ex humoris, caloris q; temperie prima hominũ genus Præterea creditur Aethiopes ueri simi indigenæ omniũ mortaliũ, quod, ubi terra cœperit frequẽtius coli torridũ solum potuerit neminẽ ad cultũ sui inuitare. Adhæc deorũ cultum primũ apud eos institutum referũt. Hinc Homerus Iouẽ, & cœlicolas omnes ad solennes dapes in eas terras profectos canit Odyss. 1. Rursum transdũt ijs semper suã libertatem mãsisse incolumem adeò ut, Hercules, & Liber pater eam terrã solã intactã relinquerint. Duplex literarũ genus apud eos fuit: unũ sacrũ, sacerdotibus tantũ notum: alterum quod uulgò patuerit. Fuerũt aũt literarũ figuræ, haud quaquã tales, ut in syllabas redigerent, sed animalibus simules, membrũ item humanorum partib. uarijs artificũ instrumẽtis, ut à nobis de Aegyptijs suprà dictũ est, qui ab Aethiopibus elemẽta literarũ suarũ perinerũt. Sanctissimũ sacerdotũ iudicãt, quæ sanatico cursu circũferri uident. Regẽ suũ, ut numẽ uenerantur. Plures nudi agũt, ob sideris propinquitatẽ: tegunt pudẽda caudis ouillis: rarus pelliũ usus. Victus milliũ, & hordeũ: & potus inde cõficitur. Sunt etiã qui herbis uiclitent, & teniuq-

Lucet & exigua ſ. uelox ibi nocte Bootes,
Aethiopum q̃ ſolũ, quod non premeretur ab ulla,
Signifer regione poli, niſi poplite lapſo
Vltima curuati procederet ungula Tauri,
Qua q̃ caput rapido tollit cum Tigride Magnus
Euphrates, quos non diuerſis fontibus edit
Perſis, & a incertum tellus ſi miſceat amnes,
Quod potius ſit nomẽ aquis, ſed ſparſus in agros
Fertilis Euphrates Phariæ uice fungitur undæ,
At tigrim ſubito tellus abſorbet hiatu,
Occultos q̃ tegit curſus, rurſus q̃ renatum
Fonte nouo flumen pelagi non abnegat undis.

a al. incertum eſt.

& tenuioribus arundinum radicibus, lacte, & caseo. Meroe, de qua modo dixi, insula, metropolis fuit. Habent, & auri fodinas Agricolæ. Apud Aethiopes Macrobios Cambyses legati reos uiderint carbasis aureis uinctos in cinerē duci. Quidā Solē Orientem uenerantur: Occidētem diris execrationibus prosequuntur. Mortuos in profluentem conijciunt: alios in dolijs condunt: sunt quæ in uitreis conditos in annum seruant, & religiosè eos colunt. Viuunt Macrobij uulgo annos 120. Sunt & Aethyopes Troglodytæ qui ad mare usque rubrum extenduntur, Hæc de Aethiopibus paucā satis sunto. Quod non.] Solum Aethiopi cum nō premeretur ab illa parte signorum significri, hoc est, zodiaci, nisi ultima ungula Tauri procederat poplite lapso: quod quidem perinde est, ac si diceret, Aethiopiam fore citra Caneri Tropicum, aut ultra Capricor, nisi Tauri ultima regula procederet. Obscurè dictum ac ut est enim inquit, Aethiopia iuxta mediam torridam zonam, extenditurq; ab Oriente Hyberno, ad Occidentem hybernam, ut ait Solinus. Astrologi aliter hunc locum intelligunt: dicuntq; signa zodiaci in duas partes diuidi, in Cardinalia, & regiones. Cardinalia dicuntur Capricornus, Cancer, Libra, & Aries. Regiones uerò appellantur, intermedia: & sic Aethiopia cum sit sub Aequinoctiali, non premitur ab aliqua regione, sed tantum à duobus signis, Ariete, & Libra. Taurus ergo, contingit ipsum pede exporrecto æquinoctialem uersus: sic illi, quos quidem superiore oratione refutauimus, & multorum auctoritate. Sed quid opus, cùm à pedibus Tauri Septentrionalis signi, tangi non posiit. Itaq; ut melius cum ijs sentiamus, censemus, & Solinum & Plinium, & reliquos emendandos: & pro Oriente hyberno, apponendū, Oriente Verno. Hæc Sulpitius At Glareanus longè diligentissimè excutit hunc locum, & pensat, quasi in trutina, cuius uerba operæpretium est adscribere. Hoc uerò dictum, inquit, & uix intelligibili & falsum etiam fortasis, multos eximios torsit uiros, admiratos, qui fieri queat, ut Aethiopia sit extra signiferi Poli regionem, cum tota sub signifero posita sit, inter tropicos, adeo sub torrida zona: siue de ea, quæ proxima supra Aegyptum est, loquatur Aethiopia: siue de ea, quæ maximè ad Austrum est, Sed ante huius rei tractationem, libet uidere quosdam, qui quicquid apud poëtas legitur, ad uulgi etiam (ut frequenter fieri solet) opinionem dictum, omne hoc, aut μυθικῶς dictum, aut tanquam Apollinis oraculum accipiendum reuerentur uideri uolunt, ut si quis ei contradicat, is continuè uel arrogans, uel ineruditus, addo, stipes, asinus, plumbeus existimetur. Ego, ut inciuile puto optimis authoribus absque causa etiam in re prosana obstrepere, ita non audere, quod dubium est, in diuersutantium coronam adducere, inuidi hominis esse iudico. Quare non uerebor, adductis aliorum sententijs, quid ego de hoc loco sentiā, ostendere. Ioānes à Sacro Busto, (quem authorem de Sphera uocant) cùm de pūctis uerticalibus Heteroscioruin inter Cancri Tropicum, & Arctici circulum differeret, ait esse, qui Aethiopiā citra Cancro tangi, præter Taurū, qui ungulā extra zodiacū porrigat: quasi quisquam authorū Aethiopiam citra Cancri tropicum memoriæ prodiderit: aut quasi Taurus pedem uersus Septentrionē porrigat, cum totus uersus sit in Aequinoctialem circulū. Vnde reiecta hac opinione, ipse distinguit zodiaci signa in Cardinalia, & regiones. ut Cardinalia sint, in quibus Solstitia, & Aequinoctia contingunt: Cancri, Capricorni, Arietis, ac Libræ: regiones uerò reliqua octa signa. Aethiopiam igitur, sub nulla regione quidem esse, hoc est, sub nullis signis quæ non sunt Cardinalia, sed sub Ariete, & Libra duntaxat tangi tamen Tauripede, qui æquinoctialem circulum propè cōtingat, id sensisse poëtā. At hoc modo exigua sanè pars, aut nulla uerius erit Aethiopiæ, tum etiam alia signa, Regiones, inquam ut ille uocat, non Cardinalia, nō modo attingant æquatorem sed sub Aequatore sint, ut Virgo, & Aquarius. Nam de formis cœlestibus loquitur, non de 12. æquis zodiaci dimensionibus, quæ longè ab illis differūt, ut huius artis studiosi probè norunt. His atq; alijs argumentis motus Sulpitius, cùm hæc Ioannis signorū diuisio displiceret, locū optimè explicatū iri existimat, si Plinij locus lib. 6. cap. 30. non ita lōgè à fine emendetur: ubi Oriente Verno falsò legi ait, cū hyberno legi debeat, ad hunc modū. Sita est, inquit Plinius, Aethiopia ab Oriēte hyberno, ad Occidentē hybernū. Eadem Solinus, Plinij simia, cap. 43. Verū si sic legātur Plinij uerba, de maximè Australi Aethiopia (ut uocat Ptolemæus) intelligātur oportet: uerū ea prorsus sub torrida zona, & zodiaci signis iacet. Eam utiq; ab extima parte Boreali ungula Tauri tegerit: sed ipsa tamen sub alijs signis iacet. Nihil igitur plus hunc locū iuuerint Plinij uerba, quāuis Ioānis à Sacro Busto subtilis illa, & ficta diuisio signorū, in Cardinalia, & regiones. Quare cōueniebat, ut Sulpitius eū locum aliter declarasset, quū Ioānis opinionē reijceret, remittens nos ad Solini, & Plinij uerba, nihil hūc locū adiuuantia. Itaq; nos hunc locum inexplicabilē esse existimamus, nisi quis cōfugiat ad ueterē illū signorū diuidendorū modū, quo cōparatio fit ad terræ habitabilis partes, nō secūdum subiectionē (ut ita dicā) perpendicularē, qua sola torrida zona respōdet, sed secundū oēs triū partiū terræ habitabilis regiones, ut uidere est apud M Manilium, li 4. ca. 3. Cæterū ea cōsideratio (ut in annotationibus nostris in Metamorphoseon libros scriptis ingenuè professi sumus) quo fundamenta nitatur, ignoramus. Meminit eius lib. 2. Ouid. sub finem his uersibus.

Quæq; tuā matrem tellus à parte sinistra
Suspicit (indigenæ Sidonida nomina dicunt:)

Hanc pete. —— Hactenus Glarean. acutè pariter, & doctè, ut omnia. Agrippa existimauit terrā uniuersam Aethiopū, unà cū mari rubro in lōgitudinē patere, semel, & uicies 70. M. pass. in latitudinē, eum superiori Aegypto, duodeciesq; 97. M. pass. Rursus sunt, teste Plinio, qui eius latitudinē ita diuiserunt. A Meroë Syrbitum 15 dierum nauigatione: ab ea 12. ad Dabellos. Ab ijs ad Oceanum Aethiopicū, 6 dierū iter. In totū, ab Oceano ad Meroën. 725. M. pass. Inde ad Sienen quantum dictum est, Australis Aethiopia ab Oriēte hyberno, ad Occidē & hybernum exiēditur. Meridiano cardine syluæ hyberno maximè uirent: meridiana parte imminens mari mons excelsus perpetuis ardet ignibus. Aenocauma dictus à quo navigatio quatridui, ad promontoriū Hesperionceras. Mela lib. 3. cap. 10. ubi de moribus, uictu, & auibus huius gentis nōnulla disseruit. cæterum inquit, oras ad Eurum sequentibus nihil memorabile occurrit: uasta omnia, uastis præcisa montibus, ripæ potius sunt, quā littora: inde ingēs, et sine cultorib. tractus. Dubiū aliquādo fuit, essetne ultra pelagus, caperetne terra circuitū, an exhausta

fructu, sine fine Africa se extenderet. Verum si Hanno Carthaginensis exploratum missus à suis, cùm per Oceani ostia exisset, magnam partem eius circunuectus, non se mari, sed cõmeatu defecisse memoratum retulerat. Et Eudoxus quidam auorum nostrorum temporibus, cũ ad Lathyrum regem Alexandriæ profugeret, Arabico sinu egressus, per hoc pelagus (ut Nepos affirmat) Gades usque peruectus est. Ideo eius oræ nota sunt aliqua. Sunt autem trans ea, quæ modo deserta diximus, muti populi, & quibus pro eloquio nutus est, alij sine sono linguæ: alij sine linguis: alij labris cohærẽtibus etiam, nisi quod sub naribus etiam fistula est, per quam bibere auent. Multa huius generis, prodigiosa idem Mela refert.

Premeretur.] Taurus ad exortum signorum, ait Higynus, dimidia parte collocatur, ut incipere genu, ac defigere ad terram uideatur, caput eodem habens attentum. Genua eius reliquo corpore diuidit Circulus æquinoctialis. cornu sinistro (ut supra diximus) coniungitur cum sinistro pede eius, qui auriga appellatur. Inter huius finitionem corporis, & Arietis caudã, stellæ sunt, quos Vergilias nostri, Græci autem Pleiades appellauerunt. Hîc auersus occidit, & exoritur. Hæc Higynius.

Eius crurum geniculatio apparet. Aratus

ταύρου ἢ σπείσω ὅσσα περιφαίνεται ὄυλαξ. id est, Tauri crurum, quanta apparet geniculatio. Hoc uidetur significare Lucanus, Aethiopiam nusquã à signifero stringi, nisi ubi æquator circulus leuiter Tauri ungula cõtingitur circa 50. longitudinis gradũ: sub æquatore siue torrida zona potiur, & Troglodytæ sunt. Procederet.] Nisi à Tauri ungulis Aequinoctialis circuli margines contingerentur, ubi antea dixi, Meroën esse Metropolim: quæ longitud. & Latitud. habet 61. o. 16. 25. Cæterum quantum Aethiopiæ ultra tropicum hyemalẽ est, nullum signiferi signum habet, ut neque ij, qui intra Cancrum, & circulum Arcticum habitant.

Quaq; caput ra.] Pomponius lib. 1. cap. 11 scribens de Antiochia, olim diu potens, inquit, sed cum eam regno Semiramis tenuit, longè potentissima. Ex operibus certè eius multa insignia sunt. Duo maximè excellunt, constituta urbs miræ magnitudinis Babylon, ac sicces olim regionibus Euphrates ac Tigris immissi. Hæc Pomponius Mela. Duo amnes clarissimi sunt circa Babyloniorum & Chaldæorum fines. Tigris Persidi propior, Tigris ut natus est ita descendit, permeatq; usq; ad littora. Vlterior Euphrates immani ore, & aperto, non exit solum ubi oritur, sed uastè defluit. Neq; secat statim agros, sed diffusus in stagna, diuq; sedentibus aquis, siue alueo patulis piger meat: post ubi marginẽ rupit, tum uerò fluuius est, qui acceptis ripis celer, & rapidus per Armenios, & Cappadocas Occidentẽ petit: ac nisi Taurus mõs obsisteret, nostrũ mare intraret. Inde in Meridiẽ flexus, primũ Syros, tũ Arabas ingressus, nõ perdurat in pelagus, rerũ ingens modo, ac nauigabilis, inde tenuis riuus emoritur, nusquã manifesto exitu defluit, ut alij amnes, sed deficit. Hinc magnus Euphrates à poëta. Quaq; caput.] Oritur in Periarde, (quẽ quidam Moscicũ uocãt) monte maioris Armeniæ, haud procul à fonte Tigridis. Per Assyriã inde, & Babylonẽ lapsus in sinum Persicũ euoluitur (quidam rubrum mare scribunt) Plinius tradit eum oriri in Caranitide præfectura maioris Armeniæ. Lucius Mutianus, eũ nasci sub radicib montis, quem Capoten appellãt supra Simyram, 12. M. pass. atq; mitio Pyxiraten nominatum, In ipso cursu Armenia à Cappadocia excludit. Inde naA uigatur Pastonam, Melitenen Cappadociæ, Elegiã Armeniæ. Inde acceptis fluminibus, Lyco, Arsania, Arsano apud Elegiam occurrit ei Taurus, qui non resistit 12. M. pass. perforata latitudine. Apud Claudianopolim cursum ad Occasum, Solis flectit, ubi is illi à Tauro auferetur. Hîc uictus, & sibimet abscissus, expellitur in meridiẽ. A' cataractis iterum nauigatur. Inde Comagenen, apud Samosata: & inter alios clarissimos amnes Matyæ influit. Alluuntur oppida Epiphania, & Antiochia, ad Euphraten dicta, Zeugma nobile trãsitu Euphratis, à Samatis. Iuxta uicũ Masicen duobus alueis non amplius coturis finditur. Læua Seleucia præterita, multis passuũ milibus emensis, in Tigrim influit: dextra in Meridiem uersus Babylonem delabitur mediam: nunc solitudo est, quam perfluit. Nec multo pòst, fossis, in riuos dedactis paludibus immergitur, atque absorbetur. Ita Mutianus, Rapido cum Tigride.] Tygrim accolæ Phasim uocant. Oritur Tygris (ut compendio primum dicam, quod quidam tradunt) in Vxiorum montibus ac fermè 50 stadijs præceps per syluas ac saxa ruit. Mox camporum planicie acceptus, mitior ad 200. stadia euagatus Persico mari miscetur uno ostio. Vxiorum regio Susis finitima est: & longo tractatu in Persidem excurrit. A' ea leritate sua nomen sortitus est, natura uiolentissimus. Persæ sagittam Tigrim uocant.

Non diuersis fon.] Nam uterq; ex maioris Armeniæ montibus labitur, eo quo dixi pacto. Tigris Persidi propior est. Inter Persidem & maiorem Armeniam media est Mesopotamia: & poëtis familiare est, rebus, à proximis locis nonnunquam origines, & nomina mutare. Glareanus minus difficultatis habet, inquit, quod proximè sequitur, de Tigri & Euphrate. Ibi tamen egregiè quidam sudarunt, frustra, meo quidem iudicio, anxiè philosophati, cum poëta aliorum opinióes sæpe referat, & uocabula de industria obscuret: ut sunt: fons, Persidis, edit, & Tellus si misceat. In omnibus hisce est insignis obscuritas: porrò inde facilis expositionis elusio, mira sententiæ uariandæ occasio. Denique ingens quodlibet fingendi potestas. Itaq; primum. Si fons proprè profluuij origine accipiatur, Persis uerò impropriè pro Armenia: hoc est, regione, quæ quondam sub Persis fuit. (Nam ita insignis ille orator Bononiensis Philippus Beroaldus hunc locum exposuit) sensus esse potest. Quo fluuios Persis edit non diuersis fontibus, quia unius regionis, nempe Armeniæ maioris, etiamsi mille stadijs ipsorum distent fontes, ut uidere est apud Geographos, maximè uerò Ptolemæum. Si uerò impropriè fons pro ostio, (ut quidam autumant) accipiatur, Persis uerò propriè pro Susiana uicina regione ut sæpissimè fit apud poëtas, Ordo erit, Quos Persis, id est, ostio Susiana non diuersis fontibus, sed eodem fonte, id est, ostio ambos edit, id est, emittit, (Atque ita Badius exposuit) in mare Persicum. Illud autem, Si misceat, postum uidetur, postquam miscuit: ut sit dubitatiuè dictum, Si fortassis uerum dixerint, qui crediderunt Euphraten prius euanescere, neque Babylonem Tigri misceri. Si tamen ingreditur, ac ei misceatur, utrius sit nomen, illud uerò dubium esse. Hæ, & contimiles expositiones, adhuc frigidiores fieri possunt multò plures. Sed ego facilè crediderim poëtam unum horum duorum fuisse fontẽ putasse. Quod & author libelli de con-

& de cõsolatione Philosophiæ credidit. Tigris, & Euphrates uno se fonte resoluunt,

Et mox ab iunctis dissociantur aquis.

Apud plerosq; authores hæc de ijs duobus produntur fluminibus, diuersis fontibus eos oriri. Conuenire deinde sub Babylone, commixtos. Tigridis nomine in sinum effundi Persicum. Hinc usq; Glareanus. Itaq; uterq; in Armenia maiori, non in Perside oritur.

Incertum est.] Euphrates Seleucia præterita, ac non paucis pass. millibus emensis, in Tigrum influit, & dextra in meridiem actus Babylonem perlabitur: atq; ita incertũ est, num terra permisceat amnes, Tigris circa Nymphæum è cuniculis redditus, tam uicinum Arsaniæ, ut cùm eum innuměre, confluant, nec tamen misceantur. Leuior Arsania innatat, mox diuisus in Euphratem immergitur. Tigris ex Armenia multis claris auctus fluminibus, diuersa lustratis montibus Gordyæorum, circa Apameam Mesenes, circa Seleuciã Babyloniam diuiditur in duo alueos, quorum alter Meridiem, ac Seleuciam petit, alter ad Septentrionem flexus, campos Cauchas secat. Sub idaicos se fundit. Hæc copiosius persequitur Plinius libro sexto capite 27. Misceat.] Confundat, ut nesciatur, ubi in unum confluxerint, Tigris ne uocetur an Euphrates. Tigris certè nomen seruat, donec in sinum Persicum ruat. Quod potius sit nomen.] Dum ita commiscentur, & in Tigrim Euphrates influit, quo nomine appelletur reliquum.

Sed sparsos in ag.] Dum per cãporum planiciem funditur, eosq; rigat, quotannis excursu aquarum suarum, Nilum imitatur. Inter omnes quos habet Asia, clarissimus est Euphrates: post hunc Tigris, deinde Araxes. Euphrates numis quàm longè à fontibus excurrit. Tigris uelocitate uincit: Araxem uelut fertilitas commendat: at Cyrus omnes magnitudine superat. Itaq; Euphrates sua inundatione rigat proximos agros, perinde, ut Nilus Aegyptum. Phariæ undę.] Periphrasis Nili, clarissimi amnis Aegypti. Quemadmodum Nilus statis diebus quotannis magno aquarum incremento, sed non semper eodem per omnem spatiatus Aegyptũ, terram fœcundat, ita Euphrates rigat Mesopotamiam, & alias nonnullas Syriæ regiones. Porrò Nili incrementi aliæ ab aliis probatis scriptoribus caussæ proferuntur. Quidam Etesiarum flatibus, pelagi fluctu in aduersa ostia repulso, illa fluminis restagnatio sequatur: quod idem accidere Tiberi Austro, spirante persuasum quidam habent. Alij imbribus id adscribunt, qui in Aethiopiæ montibus circa solstitium cadunt, eorum Etesiarum flatu nubes in meridiem depellente. Sunt rursum, qui arbitrentur in sideris perpendiculariter illi incubantis emersu, suspendi humorem radijs solis, ut in siticulosa mundi parte, auidius alimenta arripientibus, atque ita diffusum amnem abundare. Ad eundem modum teste Plinio, meresci Euphraten. Sed & Tigris, nisi quod neuter limum deuehat, & aruis inducat, sed aquis solum uterq; fœcundus est. Id existimat Strabo fieri, ob niues eo tempore in montibus Armeniæ liquefactas, Statis diebus paulum differt, ac Mesopotamiam perfundit. Sole obtinente uicesimam partem Cancri: nmnui incipit in Virgine: ac Leone transgresso, in totum remeat in 29. parte Virginis. At Euphrates ob nmnias undas plerunq; damno est: quare accolis id unum curæ est, ut alueos cõminuant aggeribus, fossasq; quàm longissimè ab amne in plana deducant, iidem uallatas, ut cum usum fuerit, contineant meatibus obstructis: aut ijdem apertis, emittant.

Ac Tigrim subito] Descripta Euphratis natura, transit ad prodigiosum Tigridis ingenium. Medi (ut dixi) Tigrim sagittam uocant, unde à similitudine celeritatis sagittæ, non animantis, anim nomen factum. Plinius & Quin. Curtius indicant. Tigris in Arethusam Arsinum dictum à Plinio, influit, qui omnia illata pondera sustineat, ac nitrum nebulis exhalet. Transuectus, occurrente Tauro monte, in conspectu mergitur: subitoq; lapsus, ab altero eius latere rursum erumpit. Locus uocatur (ut Plinius ait) Zoranda. Vel hinc colligitur eundem esse fluuium quod demersa perferat. Deinde alterum transit lacum, qui Thesbidis, uel (ut alij) Thespitis appellatur: rursusq; in cuniculos mergitur: & post 25. M. passuum, circa Nymphæorum redditur. Atque illud est, quod Lucanus ait, Tellurem subito hiatu absorbere Tigrim. Idem & Strabo prodit. ὁ τίγρις διαῤῥεῖ τὴν δεσπίτην λίμνην, καὶ ὀλέθρου μέσην, εἶτα διαπερόσας, ἐπὶ θάτερον χεῖλος καὶ κατὰ γῆς δύεται, μετὰ ψόφου πολλοῦ. ἐπὶ πολὺν δὲ νηχθεὶς ἀφανὴς ἀπ' ὄψεως τοῦς γεωρύχοις ἐγγύς. Plinius addit, fuisse, qui Cobarim præfectum Mesopotamiæ, alueo manu facto, Euphraten in Tigrim abduxisse tradiderint, ne præcipiti cursu Babyloniam infestaret. Itaq; Tigris diuerso à latere in Armenia fonte cõspicuus orius, non findit Taurum, ut Euphrates, sed subter lapsus (ut modo dictum est) eo rursum latere, ubi Assyria est emergit. Illud diximus argumento esse, quod idem sit amnis, quod illic demersa, hîc egerat summaq; aquarum celeritate uectus, & quibusdam etiam locis uadosus, mox receptis amnibus auctus sæpe dispalescat, magnas insulas amplexus postremò in meridiem conuersus, haud procul à Ctesiphonte Euphraten recipit, & post longum cursum in sinum Persicum duobus ingentibus alueis exoneratur. Hæc uel obiter libuit repetere, quod de exitu eius nideam authores nonnihil uariare. Cæterùm tanta circa hos amnes fertilitas est agrorum, ut modici admodum, & exiles agelli cultiores centesimum fœnus reddant. Sed nusquam fœcũditas maior, quàm circa Seleuciam, terris inter ipsos amnes angustis, & uelut in mucronem fastigiatis. Rursusq; renatum.] In eo latere, ibi Assyria est, rursum emergit in amnem uastum.

Pelagi.] Post longum enim & anfractuosum cursum, in sinum Persicum deuoluitur, uno, uel (ut alij) duobus ostijs, per agrum Susianum lapsus. Sed quod ait. Tell. si misceat amnes: credit nõ misceri eos, et Tigrim absorptũ iterum enasci, nec abnegare undas suas sinui Persico, itaquam id Euphrates non faciat, sed in agros sparsus proxima irriget, atque ita euanescat. Fontes non ad ostia, sed originem referamus.

Inter Cæsareas.] Parthos neutri auxiliatos misisse dicit, quod

Inter Cæsareas acies, diuersaq; signa.
Pugnaces dubium Parthi tenuere fauorem,
Contenti fecisse duos, tinxêre sagittas

à Romanis armis nõdũ uicti, post cæsos nuper Crassos fuissent.

De Par-

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Includit gelido, uastisq; Hyrcania syluis.
Hinc Lacedemoniũ: a moto gens aspera freno
Heniochi, sæuisq; affinis Sarmata Moschis.
Colchorum quà rura secat ditissima Phasis.
Quà Crœso fatalis Halys, quà uertice lapsus
Rhiphæo Tanais diuersi b nomina mundi
Imposuit Ripis, Asiæq;, & terminus idem.
Europæ, c & mediæ dirimens confinia terræ.
Nunc d hũc, nunc illũ, quà flectitur, ampliat orbẽ,
Quaq; fretum torrens e Meotidos egerit undas
Pontus, & Herculeis aufertur gloria metis
Oceanumq; negat solas admittere Gades.

De Parthis superioribus libris dictum est. Et diuersa signa, arma, & castra Pompeij indicat. Sed res aliter habet Pompeianarum partium erant, propter amicitiam bello Mithridatico cum eo iunctam post casos Crassos. ut author est Iustin.

a al. moti.

b al. numina.

c al. Europæ mediq.

d Vetus cod. legit nunc huc. nunc illuc.

e al. Meotidas.

Pugnaces.] bellicosos. *Cæterum, Media, Parthia & Hircania, triangularem situ formam referunt. Media ab Occasu transuersa obliquè Parthiæ occurrit, & utraq; regna includit ita, ut à Caspio mari ad deserta Carmaniæ longo introitu ea complectatur, & Persiam à Parthis diuidat: Caspios ad Occasum habet. Lenæo, Pomponio, Cambysæ, & Cyro amnibus proximos. Parthorum regnum, ac tractum Caucasus montis ramis complectitur. Reliqua loca plana sunt, & alicubi squalent desertis: sed plana æstiuus calor, montana Brumale frigus nimbis maximè infestat. Itaque sub montanis æstate præcipua amœnitas inuitat, hyeme uerò clementius in planis locis cœlum est. Parthorum ad Meridiem uicini sunt Carmani, quorum regio ad Chelonophagos usque extenditur, qui littorales populi sunt Indici Oceani. A' Septentrione Hircani siti sunt, qui & ipsi, ut Medi Caspium pelagus contingunt. Ab Ortu Arijs cinguntur Parthi, quorum paulò pòst mentionem injiciet poëta. Ab Occasu Mediam habet. Parthia semper fuit, ait Plinius. in montium radicibus sæpius dictorum. Primi hoc nomine dicti fuêre, quod exules essent, quos Scythæ sua lingua Parthos uocant. Caput gentes Hecatompylos regia urbs, quam 133. millia pass. à Caspijs portis abesse, author est, Plin. Duodeuiginti Parthorum regna sunt, (ita prouincias diuidunt,) circa duo maria: rubrum à Meridie, Hircanum à Septentrione, è quibus 11. quæ superiora dicuntur, incipiunt à confinio Armeniæ, & Caspijs littoribus, pertinentq; ad Scythas, quare pulchrè cum illis statim hos adiungit. Cum Scythis ex æquo degunt. Reliqua septem regna, Inferiora dicuntur.* Dubium fauorem.] *quasi eorum nihil interesset, uter uinceret. Iustinus li. 42. multo aliter refert historiam, ut paulò antè leuiter memini. His itaq;, inquit, gestis, nõ magno pòst tempore Romanis inter Cæsarem, & Pompeium ciuile bellum oritur: in his Parthi Pompeianarum partium fuêre: & propter amicitiã cum Pompeio bello Mithridatico iunctam, & propter Crassi necem, cuius filium in partibus Cæsaris esse audierant, quem ultorem patris, uictore Cæsare futurum, non dubitabant.*

Contenti feciſſe duos.] *Vt Duo duces inter se committerentur, qui de principatu decertarent.*

Tinxere sagittas Scy.] *Ostendimus paulò antè 11. Parthorum prouincias ad Scythas pertinere, & cum illis ex æquo degere. Vlteriores Parthi circa deserta, Nomades dicuntur, quos hoc loco, errãtes Scythiæ populos nuncupat. Licet de Scythia alibi quædam retulimus, addenda duxi aliqua, ad huius loci explicationem. Scythia est longè, lateq; exporrecta ab Europa, cuius partem circa Tanaim perscribit, ad Aquilonem, & Ortũ, usq; ad incognitã terrã, hinc Pólo, et Asiæ, inde Rhiphæis mõtib. inserta: mox longissimè ad Ortum euagatur, atq; innumerabiles gẽtes finib. non ad modum notis complectitur. Quod poëta eos appellet errantes Scythiæ populos, in causſa est, quòd cum indigenæ Scytharum indiscretis carcinibus inter se agant, neque agrum colunt, neque tectum, neq; sedes habent ullas, sed per solitudines, & inculta uagãtur, armenta præ se agentes, coniuges, & liberos plaustris secum uehunt: & ubi nox eos opprimit, ibi figunt sedes, Agathyrsi hi sunt, & Sauromatæ, quia pro sedibus plaustra habent, Hamaxobitæ dicũtur. Scytharũ soli Melanchlæni humã Bnis cardinib. uescũtur. In sinu Carcinite, urbs est Carcinite quã duo flumina, Gerros, & Hypacyris uno ostio effluẽtia attingunt, sed fontib. diuersis lapsa. Gerros inter Bastidas, & Nomadas euoluitur, qui & ipsi ab errando pecorum pascentium more ita appellantur. Vagi Nomades, inquit, Pomponius pecorum pabula sequuntur. Scythis mos est, sagittas ueneno imbuere, ut tangentes letalia uulnera inferant. Ouid. lib. 1. de Ponto.*

Qui mortis sæuo gẽminent ut uulnere causſas
Omnia uipereo spicula felle limunt.

Armorũ mos Scythis, idem est, qui Parthis. Quos gurgite Bac.] *Dubiũ utrũ Bactriana dicat, an Scythas, diuersas à Bactris. Ea regio longè, lateq; in ortũ uagatur, & Aquilonem, quos Bactrus amnis claudit: à quo, authore Plinio Bactrũ oppidum, antè Zariaspe dictũ, nuncupatur. Sunt autem Bactriani à Scythis oriundi, ut tradit Trogus, Bactra totius gẽtis olim regia. Ipsum solum magna ex parte uastum, & nudum. Vnde Alexandri milites crudis carnibus in ea regione uesci coacti fuerunt, & quidem lignorum inopia. Bactriana à meridie montibus Caucasijs ab India, & Parapamisso separatur. Ab Occaſu, Ocho amne cingitur: ab ortu, Oxus includit: media ipsa Bactro amne secatur. Ipsi Bactri inhumano cultu, ac uictu degunt. à Persarũ ritib. lõgè alienissimi: uiuunt rapto, & in armis esse adsueſcunt. Parentes senio cõfectos gentili instituto fame conficiunt. Sed Caspij magis impiè agunt, qui eos canibus laniandos obijciunt. Frumenti illis magna copia, cuius grana tantæ esse magnitudinis ferunt, ut singula nostras spicas æquent. Condere illud solent fossis in terram ductis. Q. Curtius lib. 6. Bactrianæ terræ multiplex, inquit, & uaria natura est, alibi arbor, & uitis largos, muteq; fructus alit: solum pingue crebri fontes rigant: quæ mitiora sunt, frumento conseruntur, cætera armentorum pabulo cedunt. Magnam partem eiusdem terræ steriles arenæ tenent. Ac paulò pòst. Quà mitior terra est, ingens hominum, pecorumq; multitudo gignitur. Hæc ille. Vt ad Bactrum, & Bactrare deamus. Bactra, inquit idem, regionis caput, sita sunt sub monte Parapamisso. Bactrus præterit mœnia: is urbi, & regioni nomen dedit. Itaque ex hac Chorographia Bactrianæ uidere est, quam*

A quam Scythiæ partem periphrasti poëta uelit intelligi, ea, quæ inter Bactrum amnem, & syluas Hyrcaniæ media est, ubi Margiana. Hyrcania.] Siti sunt Hyrcani inter Parthyænen, & Caspium pelagus, populus bellicosus. Ab Ortu, Occasu, & Meridie Caucasi iugis claudi-tur. Ad Septentrionem, usq; ad Margianam, Caspij litto-ribus cingitur. Metropolis regni Hyrcaniæ amnis clarissimus Sibaris, siue Siobaris, ut Curtius: Stioberis, Diodoro. Qua parte Caspium mare Hyrcaniam contingit, Hyrcanum uocatur, sæuum, & importuosum, modi-cis insultat in conspectu sparsis. Pomponius libro 3. ca-pite 5. ubi de Scythia disserit, mare Caspium, inquit, ut angusto, ita longo etiam freto, primum terras, quasi fluuius irrupit: atq; ubi rectio alueo influxit, in tres sinus diffunditur: contra ostium in Hyrcanum: ad sinistram in Scythicum: ad dextram in eum, qui proprie, ac totius nomine Caspius dicitur: totum mare atrox, sæuum, & si-ne portubus, procellis undiq; expositum, beluis magis, quam cætera refertum, & ideo minus nauigabile. Ad in-B crementum dextram Scythæ Nomades (quos errantes uocauit poëta) freti littorribus insident. Et statim. Ad Hyrcanum, Albani, Moschi, & Hyrcani. Ac paulò post. Cyrus, & Cambises ex radicib. Coraxici montis uicinis editi in diuersa abeunt: perq; Iberos, & Hyrcanos diu, & multum distantibus alueis defluunt. Post non longè à ma-ri eodem lacu accepti, in Hyrcanum sinum uno ore per-ueniunt. Hucusque Pomponius. Cæterum Hyrcaniæ syluæ inter alia dira animalia, Tigres gignunt, quas Ma-ro epithetice inde Hyrcanas uocat. Sophronius scriptum reliquit, D. Thomam Apostolum Parthis, & Hyrcanis Christum prædicasse.

Lacedæmonij Heniochi] Colunt Heniochi Hi-beriam inter montes tergo, & Cirtum, siue Cyrum amnem, in Caspium mare decurrentem. In Colchica Dioscurias, hodie deserta, uerum olim adeo clara, ut in eam trecentæ nationes diuersarum linguarum conuenirent: ac postea Romani per centum & triginta interpretes sua mercemonia ibi exercuerint. Hanc conditam ab amphito, & Telchio Castoris & Pollucis auigiles multi existimant. Castor enim, & Pollux Διόσκαροι à Græcis appellantur, à quibus Heniochi orti creduntur. Græcè ἡνίοχος, auriga uocatur. Fuerũt Castor & Pollux Ledæ, & Iouis filij. Ergo Lacedæmonij, & à Græcis oriundi fuerunt. Mela Dioscoridem à Castore, & Pollu-ce Ponticum mores sis conditam prodidit lib. 1 cap. 21. ue-rũm Heniochi, Achæi, Zygij quoniam sterilem admodum colunt terram, teste Strabone libro 11. latrocinijs mare infestant. Habent cymbas uehementer leues, & exiguas admodum, quas humeris gestantes in proxima syluæ abstrudunt, quod ibi mare sit importuosum, & eò mons Caucasus excurrat. Cymbas ipsi Camaras uocant. Strabonis uerba sunt. ἡνίοχοι, καὶ ἀχαιοὶ, καὶ ζύγιοι, λῃστεύουσιν τὴν παντικὴν παραλίαν γῆν οἰκοῦντες, λῃστεύουσιν τὴν παντικὴν θάλασσαν, ἔχοντες πλοῖα πρῶρα μικρὰ δυνάμενα ἐν τοῖς ὤμοις αἴρεσθαι, καὶ ἐν ὕλῃ πρύπτεσθαι, διὰ τὸ ἀνίμενον εἶναι τὸν τόπον θαλάσσιον, κατεσκευασμένα, ὑπὸ τῶν παντάσσιν ἀκρωτηρίων. καλοῦσι δὲ αὐτὰ καμάρας. Idem Strabo libro eodem de Heniochis multo aliter scribit. Φησὶ δὲ ἀπὸ τῆς ἰάσονος τῶν ἡνιόχων. ὧν ἦρχον ἡνίοχος, καὶ ἀμφίστρατος, οἱ τῶν λεοσπύρων ἡνίοχοι, καὶ τενθρηνίδος ἀπὸ τούτων εἶναι ὀνομασθῆναι. id est. Aiunt quosdam ex Iasonis exercitu Phthiotas, Achaiam quæ ibi est, incoluisse: Lacones uerò Heniochiam: quorum Duces erant Rhecas, & Amphistratus. Dioscurorum aurigæ. Verisimile est, Heniochos inde nomen adeptos. Mithridates magnus ille rex Ponti à Pompeio armis, & castris exutus, audita Tigranis iuuenis ad Romanos defectione, & percussoribus suis proposita esse præmia, per Colchidem Dioscuriadem iter fecit per Heniochos ad Bosphoros penetraturus.

Sarmata affinis.] Alio loco retulimus duplicem esse Sarmatiam, à ueteribus distinctam: unam Asiaticam, quæ trans Tanaim, & Mæoticam Paludem in Ortum extenditur: alteram Europeam. Huius termini sunt à meridie, Danubius à Septentrione. Oceanus: ab Ortu, Tanais, Mæotis, & Pontus: ab Occasu, Germania. Gentes complectitur bellicosas, & uarias: Iazyges, Dacos, Getas, Prutenos, Rutenos, Liuonos, Polonos, Danos, Vualachos, Transyluanos, Hungaros, Bastarnas, Hamaxobitas, quos nostra tempestate Moscouitas appellamus, extremos Sarmatiæ Europeæ incolas. Constat aliquot argumentis eos non esse indigenas: lingua utuntur non dissimili Dalmaticæ Humanitate, & fide celebrantur: hommes procera statura, robusti, corporibus hirsuti, oculis ferè glaucis, uictu tenui cõtenti: potum ex melle conficiunt. Horũ metropolis Nogardia est, quã Magnam uocant, in qua Solstitio æstiuo umbræ ferè nullæ redduntur. Sol non aliè demersus crepusculum ac statim nulla nocte media diluculum efficit. Huius Sarmatiæ extremi sunt Moscouitæ. & ad Tanaim usq; euagãtur. In Mæotim influit Tanais. Mœtim ceu uasto sinu excipit Põtus Euxinus: ultra quem Colchi sunt, Albani, Iberi & Armenij. Atq; hos cõterminos Moschis pradicat. Hinc Strabo μεσχικὴν χώραν τριετῆ uocat. Colchorum quatu.] Phasim alibi ostendimus ex Armenia descendere, uagum ac uorticosum, ut 120 pontibus iungatur, antequam in Pontum ruat, acceptis Glauco Hippo. & Cyaneo flumimibus: quanquam Ptolemæus Hippum, & Cyanum seorsum Pontum ingredientes facit. Exit autem Phasis in Pontum iuxta urbem eiusdem nominis: undosus, ac uehement. Sulpit. diuisima rura interpretatur, ob aureum uellus. Quã Crœso fata. Halys.] Arrianus in Periplo Euxini author est, Halyn fluuium quondam terminum fuisse, Crœsi & Persarum regnorum, ac postea sub imperio Pop. Rom. fuisse. οὗτος ὁ ποταμὸς, πάλαι μὲν ὅρος ἦν τῆς πρόσω βασιλείας, καὶ περσῶν. νῦν δὲ ὑπὸ τῷ ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ. Additq; eum fluuium non è meridie, ut Herodotus existimat, sed ab Ortu in Euxinum descendere. ῥέει οὐκ ἀπὸ μεσημβρίας, ὡς λέγει ἡρόδοτος, ἀλλ' ἀπὸ ἀνίσχοντος ἡλίου, κατὰ τοῦτο δὲ ἐκβάλλει εἰς τὸν πόντον. Dirimit Lydorum imperium à Medico, qui in Armeniæ montibus ortus, per Phrygas, & Mantienos, mox inter Cappadocas, & Paphlagonas uago cursu lapsus in Euxinum deuoluitur. Adstruit hoc ipsum etiam Strabo libro undecimo. ὅτι ὁ ἅλυς ποταμὸς ὁρίζει παφλαγονίαν, καὶ καππαδοκίαν. Idem ὁ ἅλυς ὁρίζει καππαδοκίαν τὴν τῶν λευκοσύρων, καὶ παφλαγονίαν. διορίζει παφλαγονίαν. ὁ μὲν πόντος ἐν βορρᾷ, ὁ δὲ ἅλυς ἐξ ἀνατολῶν. ἡ δὲ φρυγία. καὶ γαλατία πρὸς νότου. ἡ δὲ βιθυνία πρὸς δυσμάς. ἡ δὲ λευκόσυροι ἀναπολιώτικοι εἰσιν

τῆ ἄλυϊ δ' ποταμῷ, παραβαλλόμενοι δὲ. Idem author est, ἄλυϊ nominatum, ἐκ τῶν ἁλῶν, ab areis, per quas labitur: & eius fontes esse ex magna Cappadocia Pontica. αἱ δὲ πηγαὶ αὐτοῦ ἐν τῆς μεγάλης καππαδοκίας τῆς ποντικῆς εἰσίν. Crœsus fretus oracvlo exercitum in Cappadocas, qui Cyri imperio tum parebãt, frustra Sandane Lydi generis homine dissuadente summa ope comparat. Erat aũt oraculum Apollinis κροῖσος δ' ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει. id est, interprete Cic. de Diui. Crœsus Halym penetrãs magnam peruertet opum uim. Cæterum prætextus belli erat ultio Astyagis. Inde exercitum ad Halyn fluuium admouit quẽ nihil cunctatus cum omnibus copijs transiuit. Hic floretissimo exercitu amisso, magno prælio uictus fuit: atq; ea stirs exutus uiuus in potestatem uenit. Fatalis igitur Crœso Halys fuit, id est, fato quodam exitialis. Qua uertice lapsi. Rip. Tanais.] in tres partes uniuersæ terræ cõtinens diuiditur: Ab Herculis columnis, nostro mari mediterraneo procurrente, & duobus amnibus clarissimis Nilo, & Tanai. Ab Occasu Gaditanum fretum intrantibus dextra Africa est: læua Europa: inter has in Ortum excurrent, Asia est. Tanais igitur, & Nilus Orbem in tres partes diuidunt. Hinc Nilus à meridie per Africã anfractuoso, ac uago cursu lapsus, in Aegyptiacum pelagus influit: inde à Septentrione Tanais, in meridiem decurrens, mediam ferè Meotida ingreditur, quæ mox à Tauricæ Chersonesi fronte mari Euxino miscetur. Ad Nilum itaq; Africa est ad Tanaim Europa: ultra quicquid est, Asia est. Artemidorus ulteriora Tanais incomperta esse existimauit, cùm idem circa Tanaim Sarmatarum gentes ad Septentrionem uersus degere fateretur. Alexander Magnus, & eius milites laxarte, quem Scythæ Silyn uocant, Tanaim putauere. Nomen fluminis inditum est, à Tanai primo Scytharum rege, qui laudis, & gloriæ ambitionis ductus, primus regni sui fines ampliare adortus fuit. Vexores enim Aegyptius & Tanais Scytharum rex primum omnium mortalium procul domo bellasse inter se dicuntur, quorum ille ex Aegypto in Pontum, hic ex Scythia in Aegyptum intulere sua arma.

Vertice Rhiphæo.] Vltra Tanaim, qui in Paludem Meoticam præter Moschos excurrit, Sarmatiæ Asiaticæ tribuitur ea Scythiæ pars, cuius incolæ Sauromatæ dicti sunt: ab Occasu, Tanai: à Meridie Colchide, Hiberia, & montibus Caucasijs submoti, à Buge amne, siue lacu potius (quia diximus supra Meotim Sauromatas esse) per oram ad Tanaim usq; sunt Mæotæ, à quib. lacus nomẽ accepit quorũ ultimi à tergo sunt Arimaspi: Mox Rhiphæi montes, & assiduo niuis casu pinnarum similitudine. Pterophoros appellatur regio, profectò pars mundi à natura rerum damnata, & densa mersa caligine. Rhiphæi montes à quibusdam etiam Alpes dicuntur, eiusq; accolæ Inalpini uocantur. Ab his Maronem Boream Alpinum appellasse quidam contendunt. In Rhiphæis Tanais oritur. Pone eos mõtes, ultra Aquilonem, gens fœlix colit, quos Hyperboreos dicunt, qui ætatem agunt ultra centesimum annum, qui multis fabulis celebrantur. Ibi creduntur, inquit Plinius, cardines mundi, extremiq; siderum ambitus semestri luce, & una die Solis auersi, non ut imperiti dixêre, ab Aequinoctio uerno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur ijs soles, brumaq; semel occidunt. Mela libro 3. Asiattico littore, inquit, prius Hyperborei, super Aquilonem, Rhiphæiq; montes sub ipso fide. A rum cardine iacent ubi Sol non quotidie, ut nobis, sed primum Verno æquinoctio exortus, Autumnali demum occidit: & ideo, sex mensibus dies, & totidem alijs nox ipsa per se continua est. Hæc Pompo. Cæterũ regio ipsa per se aprica est, & fertilis, fœlici temperie, nullisq; noxio flatui obnoxia, Domus ijs sunt nemora, Deorum cultus uirilium, gregatimq; nulla inter eos discordia, nec conflictantur ægritudine. Sepulturæ genus beatissimum his, si fenes ad satietatem opulati, è rupe in mare desiliant. Tanais long. & latitud. 67. 0. 54. 30. Diuersaq; nomina.] Quod quidem mihi aliud est, quàm quod disterminet Europam ab Asia: ut dextra orbis pars per Meoticũ lacum intranti Asia: læua Europa appelletur. Atq; ita diuersis ripis diuersa nomina indit Tanais: quod idem accidit Nilo, Asiæ, & Africæ disterminatori. Terminus.] Verum, sed nomina non dedit. Herodotus μεταμείψαντα. tradit Lydos dicere totam Asiam nominatam, non ab uxore Promethei Asia, sed ab Asia Nepote Martis, ἀπὸ τοῦ ἀσίου τοῦ νότου, τοῦ ἀένεω, à quo, & tribus Sardibus notum, cetur Asias. Europã nuncupatã constat, à nympha, Oceani, & Tethyos filia, siue potius Agenoris, quam Iouem in speciem Tauri transformatum rapuisse fabulãtur, quod tamen à prædonibus factum quidem opinantur, quorum nauis Tauri simulachrũ præ se ferebat. Nunchuncuillum.] Vltra Armiphæos surgunt Rhiphæi montes, è quibus Tanaim delabi demonstrauimus. Vltra eos iacet ora quæ spectat Oceanum. Vltra Arctlium parallelum in Septentrionẽ quæ terræ sunt, aut quæ ultra Arcticum in meridiẽ patent, propter intolerabile frigus, ob solis absentiam, inclementia cœli, alternatim infestatur. Quam rem opifex rerum omnium contemplatus, sic terrarum limites, & littora applicauit Oceano, ut ubi locus colendæ terræ non esset, idq; per cœli inclementiã, ibi uastius, ac latius pelagus expanderetur. Quod si præsentius extantiũ terrarum situ pariter, & formã intuemur, deprehendemus eam ab utroq; axe uelut cõtractis lateribus stringi: cõtrà illius longitudinem ab Ortu in Occasum quàm longissimè pandi: ut quò longius à cardinibus ad tropicos, hinc Caneri, illinc Capricorni recedatur, hoc uastius pandantur terræ: hinc Asia, illinc Europa. Et si rectè descriptiones tabularũ contemplemur, Tanaim obseruabimus, qui quo longius à suis fontibus in meridiem recedit cò uastius hinc Asiam in Ortum, illinc Europã in Occasum extendere. Europæ longitudinem Artemidorus, & Isidorus mensi à Tanai usque ad Gades 83. M. 14. pass. tradiderunt. Latitudinem Europæ, ab Italia ad Oceanum, 11. M. 50. esse Polybius prodidit. A' Trapeza promontorio Asiæ, ad Abydum oppidum maritimum Europæ, ubi Hellesponti angustiæ 7. sunt stadiorum, 10. M. Pass. Itaq; Tanais qua separat Europam ab Asia, ibi eas terras ampliores reddit. Quaq; fretum torrens.] Tanais ex Rhipheo monte deiectus, adeò præceps ruit, ut cùm uicina flumina, tum Mæotis, & Bosphorus, tum Põti aliqua brumali rigore durentur, solus æstus, hyememq; ferens, idem semper sublimis, & incitatus decurrat.

Fretum.] à Græcis πορθμὸς, mare, quod angusto aliquo meatu terras dirimit: quale illud est, quod Siciliã à Rhegio Italiæ abrupit: Gaditanum fretum Abylam à Betica auulsit. Fretum in introitu paludis Mæotidis est, Cimerius Bosphorus appellatum. Ouid.

Bosphorus, & Tanais separat, Scythiaq; paludes,

Bosphorus,

à Bosphori nomen ductum, à meabili transitu bouis prouerbium. Vnde, inquit Plin. nomen ambobus, per freti angustias. Vnde, inquit Plin. nomen ambobus, & tanquam in dissociatione germanicas concors. Alitum quippe cantus, canumq; latratus inuicem audiuntur. Vocis etiam humanæ commertia inter duos orbes manente colloquio, nisi cùm idipsum auferunt uenti. Mensuram Ponti à Bosphoro Thracio ad Mæotium lacum quidam fecere, XIIII. XXXVIII. M.L. *pass.* Eratosthenes, C. minorem. Agrippa à Chalcedone ad Phasin, X. M. Inde ad Bosphorum Cimmerium CCCLX. M. Hæc ille. Asiaticum Bosphori Thracij littus Chalcedon: Europæum Byzantium claudit. Itaq; cùm Pontum torrens fretum egerere undas Mæotidis dicat, Euxinum indicat, ea parte, qua Mæoticum lacum excipit, aut effundit potius. Lacus à populis Mæotis accolis nomen sumpsit. Verum ista paulo luculentius ostendamus. Vastum mare, quod Asiæ præiacet, & ab Europa Cherronesi littore VII. stadiorum spatio, Europam ab Asia diuellens: ubi porrecto expellitur, angusto meatum irrumpit in terras Sestus, & Abydus. Primas has angustias Hellespontum uocant. Hac Persarum rex Xerxes, constrato ex nauibus B ponte traduxit exercitū. Inde tenuis Euripus LXXXVI. M. pass. porrigitur, spatio ad urbem Priapum, qua Alexander transmisit in Asiam. Inde expatiatur æquor in ingentem amplitudinem rursusq; in arctum coit. Ibi Propontis uocatur, inquam ex Asia Ascanius fluuius deuoluitur. Mox angustiæ inter Byzantium, & Chalcedonem, Thracius Bosphorus angustiæ dicuntur, latitudine D. pass. Hac Darius pater Xerxis copias facto ponte in Europam transportauit. Tota ab Hellesponto ad has Bosphori Thracij angustias longitudo CCM. XXXIX. M. pass. Deinde uastum mare Pontus Euxinus, cuius hic mentio est se aperit, antea Axenos ab inhospitali ferita te appellatus peculiari inuidia naturæ, siue fine indulgen tia auiditati maris, ut ait Plinius. Et Strabo idem refert. ἐυξεινος νῦν πόντος ἄξεινος τὸ πρὶν ὀνομαζόμενος, διὰ τὸ πολυανθρωπότατα ἔθνη ἄγριά ἐν αὐτῷ οἰκεῖν, καὶ ξενοκτονεῖν τοὺς προσπλέοντας. Hic Pontus Euxinus longè refugiens terras occupat terras: magno littorum flexu, retro curuatur in cornua: ab his utrinque porrigitur & quidem in arctum Scythici formam. Medio uerò flexu iungitur ostio Mæotidi lacus Bosphorus Cimmerius: idq; Os uocatur, p quod C in Mæotin hic Euxinum fretum torrens aquarum ingentem uim egerere, & effundere dicit. III. M. D. pass. latitudine. Inter duos Bosphoros, Thracium, & Cimmeriū, directo cursu, D.M. pass. intersunt. Circuitu uerò totius Ponti, uicies semel, quinquaginta M. Quibus Cornelius Nepos, teste Plin. adiecit, CCC. M. L. Artemidorus uiginti nouies XIX. M. fecit. Agrippa. XXIII. LX. M. Mutianus XXVIII. LXV. M. Pomponius lib. 1. cap. 19. Olim, inquit, exolentium sæuo admodum ingenio Axenus, post commertio aliarum gentium mollitis aliquantū moribus dictus Euximus. Et Herculeis.] Antequam ad huius loci explicationem transeam, illud præmittam, in Euxino primum Mariandynæos habitasse urbem ab Hercule Argiuo conditam, ac datam, quæ ab eo Heraclea dicta fuit. Fama fidem adiecit, quod specus Acherusia iuxta sit, ad manes, ut aiunt Peruius: atq; inde extractum Cerberum existimant, ut ait Pomponius Torquatus. Hic locus multos Grammaticos, qui hunc uersum ita interpretati fuerunt, quod ab Alexandro in Euxino posite essent aræ, metæ expeditionis siue Asiaticæ, qua re nō

minus gloriæ Euxino, quàm Gadibus ab Hercule columnis cesserit. Sed longè aliam esse poëtæ mentem uersus insequens testatur. Herculeis metis.] *Terminis, qui sunt circa Gades. Terrarum origo est ab Occasu solis, & Gaditano freto, ubi Oceanus per fretum Herculeum in interiora maria irrumpit, quæ quod duos orbes diuidant, mediterranea appellantur: intranti ad dextram Africa est, læuam Europa. Patet Oceani in longitudinē X V. M. pass. patent: V. M. in latitudinem. A' uico Mellaria Hispaniæ, usq; ad Africæ promontorium Album, Liuius & Nepos latitudinis tradiderunt (ubi minimum) VII M. pass. ubi plurimum X. M. Frequentes ibi tæniæ canditantis uadi carinas territant: unde nonnulli eum locum hinc interni maris uocauêre. Deinde proxima claustra montes duo sunt, Abyla Africæ promontorium & Calpe Hispaniæ. Hæ sunt metæ laborum Herculis, quarum hoc loco fit mentio: quam ob causſam indigenæ eius columnas uocant: hoc est, Columnas Herculis creduntq; eas terras siue duo illa promontoria ab eo perfossa, & Oceanum ita in mediterranea admissum. Has angustias inde fretum Herculeum dixerunt, ac paulò ulterius, ubi Batis in Oceanum influit, mare Gaditanum à Gadibus insula obiecta, de qua pòst paulò dicturi sumus. Lucanus uult significare, maria interranea non à freto Gaditano nasci, quà Oceanus admirabili in mediterraneū infunditur, quam gloriam metæ Herculeæ sibi uendicarunt, sed à Ponto Euxino. Plin. lib 4. cap. 13. de insulis Ponti* Non est, inquit, omittenda multorum opinio, priusquam digrediamur à Ponto, qui maria omnia interiora illo capite nasci, non Gaditano freto existimauere, haud improbabili argumento: quoniā æstus semper è Ponto profluens nunquam reciprocatur ad eundem. *Et in ea quidem etiam sententia est Solinus. Idem lib. 11. cap. 67. multos credidisse Paludem Mæoticam, Oceani sinum esse, quam alij restagnationem discreti angusto sinu uoluerunt. Itaque uel hoc nomine aufert Euxinus hanc gloriam Herculis metis, quod omnia maria interiora ab ipso ceu fonte, non uerò à Gaditano freto effundantur. Quare omnis ea gloria ad Euxinum, non ad Gaditanum, siue Herculeū fretum spectat: licet fama addiderit: eum iunctos olim colles perpetuo iugo diremisse: atq; ita exclusum antea montium mole Oceanum admisisse ad ea, quæ nūc inundat. Glareanus & ipse in hanc sententiam citat Philippū Beroaldū. Poëta hoc loco (inquit Beroaldus) uoluit significare, maria omnia interiora à Ponto Euxino nasci, non à freto Gaditano, inde Herculi gloriā auferri, quod ipse fractione horum montium, nihil fecerit ad Oceanū introducendum. Hæc rectè Beroaldus ad mentem Aristotelis in Meteorologicis. Micyllus: uerbum aufertur, pro, minuitur, aut ex parte aufertur, exponit. Itaque hic locus de aris Alexandrinis ad Tanaim constitutis, nihil agit, sed de Ponto, unde interiora maria augentur, quod Hercules sua effossione ad incrementum aquarum mediterranei maris parum admodū effecerit. sed omne eam gloriam Pontus in se transferat.* Gades.] *In his oris, quibus anguli Beticæ perstringuntur, multæ sunt ignobiles insulæ, & nonnullæ sine nominibus. Sed Gades nobilissima omnium fretum attingit, & à continenti angusto spatio, & ueluti flumine abscissa est. Quà uerò terræ propior est penè rectam ripam agit: quà Oceanum prospicit, duobus maximè promontoriis edita est in altum, medium littus abducit. In altero cornu, urbem opulentam*

habet: in altero, templum Aegyptij Herculis, multis nominibus illustre conditoribus, religione, uetustate, & opibus toto orbe illuc congestis. Condiderunt id Tyrij: & ab Iliaca tempestate principia sumẽ. Ab Atlante, A Atlanticum pelagus: à Gadibus, Gaditanum fretum sem per fuit appellatum.

a al. Sithoniæ

Hinc & Si.] Addã & illud de Gadibus, quod insula ea LXXV M pass. lõga sit. Templum illud, quòd dixi Herculi cõsecratũ, ditissimũ, & eo sanctius fuit habitum, quod ejus ossa ibi cõdita magno cõcursu insulani colerẽt. Sidoniæ gen.] Quidã, Sithoniæ, legendum cẽsent. Sunt enim, ut Arimaspe, Septẽtrionales populi. Cæterũ de Sidoniis, & Tyrijs sæpe à nobis dictũ est. E' Cilicia deflectentib. per orã maritimã in meridiẽ, Phœnicia occurrit. Ab Amanis mõtibus, Hirrapus, & littorales urbes, Seleucia, Laodicæa, Tripolis, Berytus, Sidõ, in mari. Tyrus in Phœnicia, de quarũ pulcherrimis inuẽtis, quæ à scriptoribus prodita sunt, alibi diximus. Arimaspe.] Auersio ad Arimaspos Scythiæ Europeæ populos, quos ab habitu describit, qui auro in nodũ colligãt cæsariẽ. Vltimi gẽtis Scythicæ per orã paludis Mæoticæ, post Mæotas, à quib. lacui nomẽ datũ, sunt Arimaspi ab eorũ tergo. Mox assurgũt montes Rhiphæi. Pli. li. 7. cap. 21. Esse Scytharũ genera, inqt, & quidẽ plura, quæ corporibus humanis uescerẽtur, indicauimus. Id ipsum incredibile fortasse, ni cogitemus in medio orbe terrarũ ac Sicilia, & Italia fuisse gẽtes huius mõstri Cyclopas, & Læstrygonas, & nuperrimè trans Alpes, hominẽ immolari gentiũ earũ more solitũ, quod paulũ à mandẽdo abest. Sed & iuxta eos, qui sunt ad Septentrionem uersi, haud procul ipso Aquilonis exortu specúq; eius dicto quẽ locũ Gosglittoia appellant, produtur Arimaspi (quod diximus) uno oculo in frõte media insignes, quib. assiduè bellũ esse circa metalla cũ gryphis, ferarum uolucri genere, quale uulgò traditur, eruente ex cuniculis aurũ, mira cupiditate, & feris custodiẽtibus, et Arimaspis rapiẽtibus, multi sed maximè illustres, Herodotus, & Aristeas Proconnesius scribũt. Hucusq; Pli. Põponius Arimaspis singulos oculos esse fama ferri tradit Itaq; quia præripiũt aurũ gryphis, quãuis diligẽter custodientibus, poëta eos auro substringere comas dicit. Arimaspi, lingua Scythica, unoculi. Nã eorũ uoce ἄριμα, unum signat, & σπὸ, oculũ, authore Herodoto in Melpomene. Fortis Arius.] Aria una ex quatuor satrapijs citra Indũ fluuiũ: Gedrosi Meridiẽ spectãt, ad ostia fluminis Indi. mox Anachotæ interiũt intra duos amnes, & mõtes cõclusi: Parapamissadæ ad Septentrionem: ultimi sine Cophete fluuio omnia Ariorum sunt. Nysam siue Nyssam potius illic urbẽ pleriq; Indiæ adscribũt. Nec nõ & Merũ, Libero patri sacrũ, μηρὸν femur signat: unde fabulæ materia præbita fuit, eũ è Iouis semine editũ fuisse. Ibi Aspagonarũ gentes sunt, quarũ regio, uitis, buxi, pomorumq; omniũ, in Græcia nascentiũ fertilis est. Vltra satrapiã Gedrosiorũ, trans Indũ Taprobana insula in cõspectu est, quã multi alterũ orbẽ esse existimarunt, Antechthonũ appellatione. Verum Arachosij amne Indo, & fluuio eiusdẽ nominis claudũtur, quib. item oppidum est, eodẽ nomine appellatũ, à Semiramide cõditũ. At Ariana regio, de qua nũc agimus, æstu ambusta est, & desertis circũdata, & nõ modica opacitate interfusa. Cultores congregat maximè circa duos fluuios Tonderon, & Arosapen. Oppidũ colunt Artacacuã. Ibi Arius amnis Alexandriã præterlabẽs, ab Alexandro conditã, qui idem (Arius) in Ariũ lacũ demergitur. Ariana lõgitu. & latitu. gra. 110.0 | 36.0. Non

Hinc & a Sidoniæ gentes, auroq; ligatas,
Substringens Arimaspe comas: hinc fortis Arius:
Longaq; Sarmatici soluens ieiunia belli,
Massagetes quo fugit equo: uolucresq; Geloni.

opinor poëtã per Arios, Ariacas, Scythiæ populos significare, cùm sine certo ordine catalogus struatur. Massagetes.] Celeberrimi Scytharũ sunt Sacæ, Massagetæ, Dahæ, Essedones, Ariacæ, Rhimnici, Pesici, Amordi, Hissi, Essedones, Camæ, Camacæ, Enchatæ, Cotieri, &c. Massagetæ, Comari, Essedones, aliæq; enumeratæ gentes Scythicæ. Sacharũ regionẽ extremã in Scythiã conuerso Caucaso totã nemorosam, uberiorẽ pastu, quàm frugibus incolũt, Paruerunt aliquãdo Persis. Collimitium Persici regni, & Scytharũ iuxta laxarten fluuiũ, qui in Caspium pelagus deuoluitur, statuit Solinus. Cæterũ quidã Scytharũ accolas Massagetas faciũt quidẽ, sed illis perquã similes uestitu, ac uictu: quare fit, cur à plerisq; Scythæ credantur. Ex B equis pugnãt, & pedibus: utroq; genere pugnæ perè inscli sagittis, hasta, sangari, (eo nomine ferrũ quo accincti sunt, dicitur) aliisq; instrumentis, ac telis, Auro utuntur in baltheis, & ornatu capitis: aureos thoraces equorũ pectorib. inducunt. Ex auro fræna, & phaleras cõficiunt, æreis cuspides hastis præfigunt: eadẽ materia pharetras munit. Ferri autem, & argenti nullus apud eos usus est. Singulas uxores ducunt quidem, sed ijs cõmuniter utuntur. Quoties aliquis mulieris libidine ira hitur, suspensa ad currũ pharetra, cum ea sine uerecũdia eoit. Vbi quis admodũ consenuit, eum propinqui, & necessarij cõgregati cũ ouib. aliquot immolant: atq; ita humanis carnibus ouilla mixtis uescuntur. Id mortis genus apud eos laudatissimũ est. Morbo absumptos non edunt, sed sepeliunt, habẽtq; id in magno dãno, quare etiã eiusmodi quidã feris obijciunt. Non ferunt, pecoribus ex aquo, & piscib. uictitant, quos Araxes fluuius abunde suppeditat: potus lac est, unde Galactophagi quidã etiam dicuntur. Ex Dijs, unum Solẽ uenerantur. Soli maciant equũ. Insulare seminio exuti herbarum radicibus uiuunt: C uesles ex arborum libris, potus succus è pomis expressus. Apud Massagetas Cyrus Persarũ rex periit. Dixi ipsis pomum esse succum è pomis expressum: uescuntur et sanguine lacti mixto, id quod hic indicat poëta. Solucens ieiunia.] Vagantur per deserta, & siti propemodum enecti, incisis uenis equorum, sanguinem bibunt. Claudianus,

Et qui Cornipedes in pocula uulnerat audax
Massagetes.—

Diximus eos à multis inter Scythas numerari, Scythæ famis, æstus, & frigoris laborib. ferendis se assuefaciunt non solũ, sed & iumenta ad eũ modũ indurant, ut insueta pabula per longã famẽ petant, ut sæpenumero etiã folijs arborum, & corticibus saturentur. Hinc militiæ tempus minimo sumptu transigunt. Nec ferè gens est, quæ maiora spatia conficiat breui tempore, ut est uelocitas. Sed de Scythis satis. Volucresq; Geloni.] & ipsi Scythæ Geloni sunt. A' Taphris per continentẽ introrsus habitãt Anchetæ, apud quos Hypanis oritur fluuius: Neuri, apud quos Borysthenes: Geloni, Thussagetæ, Budini, Basilidæ, & cæruleo capillo Agathyrsi. Geloni interius habitant, bibuntq;

A bibuntq; & ipsi sanguinem equinum quidem, sed lacte mi
stum. Virgil. 3. Georg.
Bisaltæ quo more solent, acerq; Gelonus,
Cùm fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarum,
Et lacte concretum cum sanguine potat equino.
Nonnulli Sarmatarũ sunt, ut de Massagetis dictũ est, qui
cruda farina equo sanguine mista è cruris uenis aluntur.
Sũt qui pro uictimis homines immolãt: alijs mos est in bel
lo cruorẽ bibere, ex eius uulneribus, quem primũ interemerint. In extremis Scythiæ Sarmatæ etiam sunt, qui carne equa uescũtur, Hippophagi, sicut Galactophagi, & Anthropophagi, sicut hi humanis carnibus uiclitant.

Non cum Mem.] Epilogũ catalogi collatione hyperbolica Xerxis & Cyri Persarum regum contexit, qui cum innumerabilibus copijs in hostes mouerant. Memnonijs.] sic habet uetustior codex, non Mæonijs, Glareanus Mæonijs, quidam habent, inquit, sed non placet. Cæterum, nimia hyperboles licentia hic poëta utitur, de exercitus Pompeiani numero, qui non decimam Xerxiani exercitus habuit partem. Negatio autem hic initio posita durat in sequentia carmina. In septimo uersu, à nomine Tot, noua incipit sententia, nihil ad priora attinens. In eodem item uersu, pro participio missura, Antonius Sabellicus legit, mixtura. Sed potest & missura legi ad, ruinæ. Hæc ille. Memnonijs.] Orientalibus. Fuit hic Memnon Tithoni & Auroræ filius, Priami ex fratre Tithono nepos. Priamus enim, & Tithonus ἀμφιμήτορες fuere. hoc est, ex uno patre quidem Laomedonte, sed diuersis matribus: Priamus ex Leucippe Tithonus ex Steymo: uel (ut alij) Rhæo, quæ Scamandri credita fuit. Ex Tithono, & Aurora procreatus fuit Memnon, qui in bello Troiano res Priami fortiter iuuit, atque ab Achille cæsus fuit. Quidam Græcorum authores sunt, hunc Aethiopibus quidem imperasse, at nõ fuisse Aethiopem, sed ad Susa Persica, & amnem Choaspen omnibus illis populis præfuisse: & Susa à Tithono, sed uerius à Memnone, condita fuisse, iuxta Choaspen cum ponte, id quod etiam Strabo testatur: Plinius tamen à Dario Histaspis filio postam credit, cuius arcem Eleus fluuius circumeat. CCL. M. pass. à mari. Græcorum quidam scriptores produnt, Susorum arcem, Memnonium uocari: ipsos Susios, dici Cisios, à Cisia Memnonis matre, ut ab Aeschylo nuncupatur: Affirmat, & Plinius, Memnonem regnasse in Aethiopia, usque ad bellum Troianum. Huic ferunt nigram statuam dedicatam in Templo Serapis, Thebis Aegyptijs, quæ quotidiano Solis exortu, eius radiorum contactu crepitabat, ut eadem (uelut à nonnullis proditum est) surgente aurora, matrem salutare, decedente uerò, queri uideretur. Cornelius Tacitus lib. Annalium. 2. author est, Memnonis saxeã effigiem Solis radijs ictã, uocalem sonum edere. Sed & eiusdem sepulchrũ in agro Ptolemaidis prope Belum amnem ostenditur, sed uerius creditur in Ilio sepultus, ubi perijt. Quare omnibus annis eò ex Aethiopia aues conuolant, confligunt q; quas ob id Memnonias, siue Memnonidas dixerunt. Addunt classici authores quiddam magis mirum, hoc ipsum eas dem facere quinto quoque anno, stato die, in Aethiopia ad Memnonis regiã. Memnonis in sui nominis auem mutati fabula extat apud Ouid. Metamor. 13. Sed Ioannes Tzetzes tradit, eum ad Troiam quidem cæsum, sed domi

Non quũ a Memnonijs deducens agmina regnis
Cyrus, & effusis numerato milite telis,
Descendit b Xerxes, fraterni q; ultor amoris
Aequora cum tantis percusit classibus, unum
Tot reges habuere ducem: coiere nec unquam
Tam uariæ gentes cultu, tam dissona uulgi
Ora, tot immensæ comites c missura ruinæ,
Exciuit populos, & dignas funere Magni
Exequias fortuna dedit: cùm corniger Hammon
Mittere Marmaricas cessauit in arma cateruas.

sepultum fuisse. Carmen inscribitur περὶ φύλης τῆ ἐν ταῖς αἰγυπτίοις θήβαις μέμνονος.
ὁ μέμνων ποιῆς ἣν τιθωνῦ τῆ ἀθλιε φθιμένοις
ἐξ αἰθιόπων ἐπελθὼν ἐμμεμαχὼς πρὸ ὠυγένια.
ἀνήρητο τὴ μάχη μὲν χερσὶν ἐξ ἀχιλέως.
ἐν τῆ πατρίδι δὲ ἀπαχθεὶς ἐτάφη τῆ οἰνίαι, &c.

a al. Mæonijs.
b al. Perses, in uetusto cod.
c al. mistura.
d al. Marmaridas.

Proinde Memnonijs legendum, hoc est, Persicis, ac Susianis. Cyrus.] Cyrus cum tam numeroso exercitu non uenit aduersus Crœsum ex Perside, quam habuit Pompeius. Amplificatio. Cyrus uictor regnum Crœsi in Persas transtulit, cùm ibi regnatum esset annos quinquaginta supra ducentos. Cyrus.] Fuit hic Cambysis filius, qui Astyage auo Medorum rege è rebus humanis sublato, imperium ad Persas transtulit, de cuius prodigioso ortu & educatione satius est in totum silere, quàm pauca enarrare. Medorum imperio euerso per Cyrum in Lydia regnabat Crœsus. Hic oraculo dubio delusus, fore si bellũ Persis inferret, magnũ imperium subuerteret, ingenti studio in Cyrum arma comparauit. Et Lacedæmoniorum amicitia fretus, prior in Cappadocas, qui tum Cyro parebant, exercitum conscripsit, frustra dissuadente Sandane Lydo, quod periculosum illi foret, temerè in eam gentem mouere, cui aqua potus esset, & scortea uestis. Repudiatis salubribus monitis, ad Halym fluuium castra posuit, qui Lydorum Imperium à Medico dirimit, ortus in montibus Armeniæ per Phrygiam, & Mantienos inter Cappadocas, & Paphlagonas in Euxinum decurrit. Fama est, fuisse in castris Thaletem Milesium. Traductis copijs, adfuit Cyrus mox, cum ualido exercitu. sed numerosiore, quam Crœsus habebat. Pugnatum fuit diu ancipiti pugna. Crœsus reducto exercitu Sardis, auxilia ab Amasi Aegyptiorum rege accersit: inde à Labyneto Babyloniorum tyranno, ac postremò, à Lacedæmonijs. Cyrus post Crœsi discessum, priusquam is omnes copias contrahere posset, de improuiso Lydiam inuasit, & magno prælio Crœsum, uicit, ac cepit. Numerato ac milite.] Perses, hoc est, Xerxes. Nam uetustus codex manu exaratus, Perses legit. Xerxes Persarum rex duplex bellum, ut hæreditarium à patre accepit: Aegyptiacum, quod mirabili celeritate confecit: & Europæum contra Athenienses, & magnam Græciæ partem. In hanc bellum translaturus, ubi in Dorisci campum uenit, ibi copias recensuit: quibus per partes recensens, inuenit terrestri apparatu, myriadas centum, & septuaginta, qui numerus habet decies septies centum armatorum millia, atque numerum hunc tradit Herodotus, Trogus X. C. Millia fuisse scribit. Effusis telis.] Herodotus libro 7. scribit, qua ratione Xerxes recensuit suum exercitum

citum ad iſtum modum. σὺμπαντος δὲ τοῦ στρατοῦ, τοῦ μεσὸ τὸ πλῆθος ἐβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδας ἐξηρίθμησεν· ὁδὲ τόνδε ἦν τρόπον. συνηγάγοντο εἰς ἕνα χῶρον μυριάδας ἀνθρώπων. καὶ συναίξαντες τὰν πρῶμ ἐλίττα ἔχων περιέγραψαν ἰσοθὲς κύκλον, περιεγράψαντες δὲ, καὶ ἀπέντες τὰς μυρίους αἶμοι, περιέβαλον κατὰ τὸν κύκλον, ὕψος ἀνύκοντα ἀνδρὸς ἐς τὸν ὀμφαλόν. τοῦτον δὲ ποιήσαντες ἀλλύδις, ἐσεβίβασον ἐς τὸ περιοικοδομημένον, μέχρις οὗ πάντας τὸν τρόπον ἐξηρίθμησεν. *Sub eius signis erant, Perſæ, Medi, Hircani Aſſyrij, Chaldæi, Bactrij, Sacæ, Indi, Arij, Parthi, Choraſmij, Sogdij, Dadicæ, Pactyes, Vtij, Myci, Paticani, Arabes, Aethiopes, Pœni, Paphlagones, Lygies, Macieni, Mariandrini, Myſi, Bithini, Strimonij, Cappadoces, Phryges Lydi, Mimyæ, Moſchi, Tibareni, Macrones, Moſynæci, Colchi, Alarodij, Aſpires: & cum his gentes inſulanæ, è rubro mari accitæ. Atque hæ quidem terreſtres eius erant copiæ, habebantq; ſingulæ gentes ſuos duces. Omnium tamen copiarum imperium erat penes Mardonium Gobryis filium, & duos Xerxis patrueles Tritantechmen, & Smerdomenem. Triremes fuere mille. C C C. amplius, in quibus erant Phœnices, Cyprij, Cilices, Pamphilij, Lycij, Dares, Aſiatici, Cares, Iones, Aeoles, Helleſpontij. Harum nauium imperium habuere, Prexaſpes, Aſparthemit, Megabigus, Megabatis, Achemenes, & Arabignes. Fraternique ultor animo.*] *Agamemnonis periphraſis, qui cum ualidis copijs ad Troiam uenit, ad ulciſcendam, quam Menelaus frater à Paride acceperat, in raptu coniugis. Quod uerò ad numerum copiarum attinet quæ ad Troiam uenere cum rege Agamemnone, quidam produnt fuiſſe. C. XX. M. plus minus. Ioachimus Camerarius, uir ſummæ eruditionis, ac diligentiæ, annotationibus in libro ſecundo, Iliad. Homeri. Si enim, inquit, ponatur nauium numerus is, qui expreſſus eſt, in catalogo, M. C. LXXXVI. (tot enim de ſcriptis Homericis, quæ ad nos peruenere, colliguntur) cùm alij fecerint numerum hunc, M. C. LXVI. alij, M. C LV. niſi fortè ſcripturæ mendoſa extat, Thucydides ſcripſerit, πεντήκοντα γὰρ χιλίων, καὶ διακοσίων νεῶν τὰς μὲν βοιωτῶν, ἑκατὸν, καὶ ἑξήκοντα ἀνδρῶν. τὰς δὲ φιλοκτήτου ναυτικὸν ἦρχον, ἀνδρῶν, ὡς ἐκεῖ λοιπὸν, τὰς μεγίστας, καὶ πεντήκοντας. quamuis hic, ut fieri ſolet, numerum propinquũ ducentarũ nauium de illis C. LXXXVI. compleuiſſe uideatur. At Euripides. Χιλίαι τῦ φόλου maiore, incertoq; ex numero dixit in Oreſte. Si igitur uſque ad Philocteten, ſingulis ducibus attribuantur centeni uiceni pro numero nauium, quæ unumquenque illorum ſequuntur, poſtea uerò, quinquageni tantum, exibit numerus centenum, uiginti nouem M. ſexcentorum, & nonaginta de nauibus ſcilicet primum M. & VII. in quibus centeni, uiceni uehuntur. Deinde de nauibus C. LXXIX. in quas conſcenderent quinquageni tantum. Id autem ideo faciendum, quod Homerus in mentione Philocletis numerauerit ſocios quinquaginta, cùm antea de Bœotijs incipiens numerum poſuiſſet C. X X. Atque hæc computatio uidetur uera eſſe. Collegit enim πυγμαιῶν poëta eas naues in quibus uehebantur centeni uiceni. Atque hunc illis numerum præſcripſit. Item eas, in quibus uehebantur quinquageni, præſcripto & his numero utq; idem Thucydides quoque uidetur ſenſiſſe. Verum ſi tantummodo excipiendæ ſint ſeptem Philocletæ naues, in quibus L. uehebantur, reli-* A *quus iam nauium numerus ductus in C. XX. efficiet quadringentorum octuaginta. Quibus addantur ſocij Philocletæ CCC. L. eritq; omnium ſumma. C XL. M. mille. DCCC. XX. Qui numerus ſi maximè ad quindecim Myriades expleretur, unde quidem adhuc abſunt octo M. C C. LXXX. tamen ad quinquaginta millia, id eſt, myriades quinque, primum iam triplex eſſet: & longè à decuplice, qui hoc loco proponitur, abeſſet. Hucuſque Camerarius. Horum igitur trium regum collationibus egregiè amplificat numerum copiarũ Pompeij, cui Plutarchus, & Appianus tradunt adfuiſſe tantum, quinque & quadraginta millia peditum, & ſeptem millia equitum. Alij LX. M. Indorum, Quidam LXX. Sunt etiam qui rem in maius auxerunt, ter centum millia: rurſum qui utrinque in pugnam deducta quater centum millia meminerunt, quorum tantum tertia pars fuerit Cæſaris. Coiere nec unquam.*] *Addit aliam ſurperlationem, quaſi parum fuerit rem collationibus exemplorum amplificaſſe. Funere Magni.*] *pathos à ſuitæ cladis expectatione & euentu. Corniger Hammon.*] *Epilogo adnectit aliquot gentes barbaras, ut nihil ad amplificationem deſideretur. In Cyrenaica, quæ Marmaricæ Libyæ nomine à Ptolemæo libro 4. cenſetur. Hanc Marmaridæ populi, ſupra Cyrenas, & Parætonios latè tenuerunt. Et Plinius libro 4. Mareotim Libyam, poſt Catabathmon, Aegypto conterminam facit, in qua etiam Marmarides numerat. Ibi Marotis palus eſt. Cæterum Cyrenaica Catabathmo finitur, aliquando ab Aegypti regibus gubernata. Maritima à Magna Syrto ſatis culta ſunt, ſed quæ arborem ultra latitudinem X V. M. paſſ. à mari non ferant. Vlterior plaga in meridiem conuerſa, arenis, & ſolitudinibus ſqualet, in quibus tamen gentes aliquot ſparſim habitant Naſamones, Hasbytæ, Macæ: & uerſus Orientem, Hammanientes. Itaque à Mareotide, extremo littorum tractu, quantes Alexandria, & Aegyptus excipiunt, quatridui iter per deſertum ſabuloſum, & aquarum uſu prorſus deſtitutum, ad templum HAMMONIS eſt, clauſum denſo nemore, & multis fontibus aquarum irriguo, in quo mira ſemper temperies eſt, uerno tempori ſimilis. Hanc terram colunt Hammonij, quibus ad meridiem Troglodytæ finitimi ſunt. Sunt autem hij Aethiopes, qui ad Arabiam, & mare rubrum extenduntur: altera Aethiopia ad Occidentem, Hammonijs propinqua eſt. Hammonij medium nemus pro arce triplici muro circundatum habuere. Intimæ uerò munitiones tenuerunt tyrannorum regiam: alterum huic circumiectam regis coniuges, & pellices cum liberis habuerant. Poſtremam, & extimam ſatellites. Cæterum toto nemore ſparſim ignobilis, & ſine nomine hominum multitudo ac ſex habitabat. Fons Hammonis hic fuit qui medio die frigidiſſimus, noctu calidiſſimus exiſtit, mane tepidis fluxit aquis, & qui ueſpertinis horis meridianis incaleſceret &, ut dixi, poſt mediam noctem æſtuaret. Huius miraculi authores ſunt Pomponius Mela, Curtius, Plinius, Auguſtinus, Arrianus, Diodorus. Itaque Iuppiter apud Hammonios non ea forma colebatur, qua apud Græcos, & alias gentes. Vmbilico ſimilis ſmaragdo, & gemmis compactus. Hunc cùm reſponſum peterent ſacerdotes, nauigio aurato, multis hinc inde argenteis pateris pendentibus, geſtabant. Poſt, matronæ, & virgines*

A virgines inconditum carmen patrio more canentes, sic numen propitiari uatæ sequebantur. Et tamen omnes fermè authores negant, templum Hammonis apud Samonat, uel ædificijs, uel opibus insigne fuisse. Lucan. alibi:

» Ventum erat ad templũ, Libycis quod gentibus unũ
» Inculi Garamantes habent, stat corniger illic
» Iuppiter, ut memorant, sed non aut fulmina uibrans,
» Aut similis nostro, sed tortis cornibus Hammon.
» Templa, nec eois splendent donaria gemmis:
» Quamuis Aethiopum populis, Arabumq; beatis
» Gentibus, atq; Indis unus sit Iuppiter Hammon,
» Pauper adhuc deus est, nullis uiolata per ævum
» Numen Romano templum defendit ab auro.

Corniger.] Plinius libro 37. capite 10. tradit, Ammonis cornu inter sacratissimas Aethiopiæ gentes aureo colore arietini cornu effigiem reddere, ac promittere præ diuina somnia repræsentare. Africa Aethiopiæ subiecta lacrymam stillat Ammonii aci, in arenis suis: unde nomen ei factum ab Ammonis oraculo. Est Hammoniacum arbor, cuius naturam, & proprietatem describit Plin. libro 24. cap. 6. Herodotus in Euterpe, huius oraculi, & Dodonæi originem refert, Duæ fusci coloris columbæ uno tempore ex Aegypto deuolarunt, quarum una in Africam delata Iouis Hammonis oraculum condidit: altera in Epirum uenerat, & Dodonæ Dodonæũ instituit. Idem præter alia, tradit eas columbas duas mulieres barbaras fuisse quæ à stridore columbæ dictæ fuerunt. Sed de his alibi prolixè retulimus. Cæterum ad hoc Hammonis oraculum consulendum, num ipsius filius esset, Alexander Magnus longo, ac difficili itinere fuit profectus, ut Diodorus Siculus lib. 17. refert his uerbis. τὰ δὲ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον καὶ διὰ τῶν ἱερέων εἰσαχθέντος εἰς τὸν ναὸν, καὶ τοῦ θεοῦ μαντευσαμένου, ὁ μὲν πρεσβύτερος ἀνὴρ τῶν ἱερέων τὸν βασιλέα, προσειπὼν αὐτὸν, χαίρειν εἶπε παρὰ τοῦ πατρός. id est, cùm iam Alexander à sacerdotibus in templum introductus esset, obseruasseq; Deum uates, ætate reliquis natu grandior, ad eum accessit, & salue, inquit, ô fili, παρὰ τοῦ πατρὸς ἔσχες πρὸς ἡμῶν, id est, & hãc quidem salutationem à deo accepit. ὁ δὲ ἀπολαβὼν, Ἀλλὰ χαίρει μοι φησὶν ὁ πάτερ, καὶ τὸλοιπὸν πεπλήσομαι δόξης. Et inuicè accipio, inquit ô pater, & posthac dicar tuus. Sunt qui Hammonem forma arietina expressum fuisse tradãt: & Diodorus aureum ei templum fuisse scribit. Marmaricas.] Sic duo uetustissimi codices legunt, nõ Marmoridas. Ptolemæus author est, Marmaricæ Libyæ nomine censerim, Cyrenaicã, ad maiorem usq; Syrtim porrectã.

Quicquid.] Clausula epilogi paucis uerbis Africis lõgitudinem ab Occasu, ad Ortũ usq; siue Syrtes potius cõplectitur, quousq; Imp. Ro. in ea orbis parte patebat. Porrò totius Africæ longitudo est, XXXVII. XLVIII. M. pass. atq; hæc est media cõputatio ex omni uarietate prodentium. Latitudo, qua colitur, nusquam CCL. M. pass. excedit. At in meridiẽ recedẽs ita lata est, latitudinis, tantã ultrà tropicum Capricorni egreditur, quantũ intimus Hadriatici maris sinus à solstitiali Cancri circulo discedit. Occiduis Mauris.] id est, quantũ terræ mediũ est, inter Mauritaniã, & Syrtes uersus Aegyptũ, circa Cyrenaicã Pompeiũ sequutũ fuit. Terrarum Africa ad occasum principiũ est Mauritania. Mauri, & Armeniũ loca Libycis cõtigua sortiti ab ipsis locorũ indigenis, corrupta uoce Mauri, pro Mædis fuerũt nominati. Diodorus credit Cretenses fuisse, qui Herculẽ in Hispania res gerentem secuti fuerunt: ex cuius comitatu quidã in Africis ijs regionibus, quæ Hispaniæ obuersæ iacent, consederint. A Germanici Cæsaris filio in duas proumciat fuit diuisa Mauritania. Extimum eius promontoriũ Ampelusia nominatur à Græcis. Ibi præter alia oppida, ultra columnas. Herculis, Tingi oppidum est, ab Antæo Gigante conditum. Abest à Belone oppido Beticæ proximo traiectu, XXX. M. pass. Ab Ortu Mulucha amne terminatur. Quæ longissimè abit in Austrum, Atlante monte ungitur, inter quẽ & fretũ Herculeũ, latissimo littore pelago in Occasum obuerso, frequentib. simbus, et promõto rus distinguitur. Sed nusquã fertilior est, quàm à freto, & ltorib. illis, quæ mare Ibericũ alluunt à Septẽtrione. De bertate soli paulò pòst dicetur. Amnes habet nauigabiles, & præter Atlantẽ septẽ alijs montib attollitur, qui cõ tinẽter ordine positi, ob similitudinem, Fratres uocantur. Hoc loco, fretũ Gaditanũ, à Gadibus, dictum, duas orbis

Quicquid ab Occiduis Libyę patet arida Mauris,
Vsq; Parætonias Eoa ad littora Syrtes,
Acciperet fœlix ne non semel a omnia Cæsar,
Vincendum pariter Pharsalia præstitit orbem.

a Veros cod.

partes, Africã, & Europã distinctas Plinius asserit ex authoritate Graculæ cuius super omnidã circa has regiones habet.

genitii, Longitudinẽ illic esse, XII M. pass. nusquã Latius X M. pass. Inter Mellariã Beticæ, & Albũ promõtorium Mauritaniæ, nõ amplius V M. pass. latũ Illic duo promõtoria attolluntur, quorũ quod Mauritaniæ est, in Africa, Abyla, quod Hispaniæ, Calpe dicitur. Horũ ea forma est, ut aliquãdo cohæsisse uideri possint. Vnde eam persuasionẽ sparsum credendũ, illa aliquando iuncta fuisse. & ob Herculem montẽ perfossum, ac Oceanum in terras immissum: quare ob rei perpetratæ memoriã sempiternã, indigenæ illa promõtoria Herculis columnas dixerunt. Mirã sunt, quæ de Mauritaniæ ubertate, à quibusdam prodita sunt. ea tantũ parte excepta, quæ desertis adiacet. In ea uites sunt, quas duorũ hominũ complexus capere nõ potest: & racemos cubitales esse dicũt. Staphili, Hippomarathri, & Carduorum scapos duodenum cubitorum esse, enormi crassitudine calamos: Indicis similes, quorũ nodi VIII. capiant modiolos. Adhæc Asparagos uideri ibi haud minus prodigiosa magnitudine. Iphicrates author est, hæc ab Hesperijs Aethiopib. Bogũ regem uxori dono mississe. Circa Atlantẽ arbores cernas insigni proceritate, more enodi, folio cupressi. Sed omnium nobilissima est, citrus, quæ apud Romanos in magnis delicijs postea fuit. Libyæ.] Libyã Græci propriè uocant eã Africæ partẽ quæ intra Atlantiũ mare, & Nili ostia iacet (id quod non obscurè hoc loco coarguit poëta) Numidico, ac Balearico mari ad Septentrionẽ obuersa, & ad Meridiẽ Aethiopib. obsepta est. Sed Plinius, & alij nõnulli authores sunt, eam ferè regionẽ Libyã uocari, quæ ab Occasu, Aegypto imminet, eamq; tantũ prouinciã, quæ circũ Carthaginẽ est. Plin. lib. 5. cap. 6. Ea, inquit, quæ sequitur regio, Mareotis, Libya appellatur, Aegypto cõtermina. Sed Romani scriptores Græcos secuti, nunc Africã, nunc Libyam sine

discrimine usurpant. Paretonias Syrtes.] Paretoniũ, portuosum oppidum est, XL. fermè stadijs à Syrti maiori: quamobrem epitheticως, Syrtes Paretonias dixit Marmaridæ à Paretonij regione fermè ad Syrtim maiorem porrecti colunt. Pomponius lib. 1. Cyrenaicam describens, in littore, inquit, promontoria sunt, Zephyreon, & Naustathmus: portus Paretonius. Vrbes, Hesperia, Apollonia, Ptolemais, Arcinoe, atq; (unde terris nomen est) ipsa Cyrene. Eoa ad lit.] Orientalia, siue uersus Orientem.

Syrtes.] Sunt autem Syrtes, & Paretonij Mauritaniæ Orientales. Duæ sunt Syrtes in mari Libyco, contra portum Paretonium, dispares magnitudine, sed periculo pares, quarum una maior, altera minor uocatur. Intra uadosum, & reciprocum mare, æstu procellarũ exundante, incertis sedibus leniter subsidunt, ἀπὸ τῦ σύρειν, ab attrahendo quod modo arenis cõgestis sint uadosæ, rursum depulsis ui tẽpestatis, in præceps sint profundæ: quare ob incertas uices caueri non possunt. Nam quæ paulò antè loca erant uadosa, redduntur profunda. Contrà uerò breuia, & innauigabilia antè, mox nauigantur. Qua quidem uarietate reciprocante periculi atrocitas infamẽ reddidit eius littoris oram Pomponius, Syrtis sinus est, C. ferè M passuum, quà mare accipit patens: trecẽta, quà cingitur: uerum importuosus, & atrox, & ob uadorũ frequentium breuia, magisq; etiam ob alternos motus pelagi affluentis, & refluentis infestus. Super hunc, ingẽs pelus Tritonẽ recipit, ipsa Tritonis: unde et Mineruæ cognomentum inditum est, ut incolæ arbitrãtur, ibi genitæ. Et paulò pòst. Tũ Leptis, altera Syrtis: nomine, atq; ingenio par priori: cæterũ altero ferè spacio, qua debiscit, quaq; fluxũ agit amplior. Eius promontoriũ est Borium. Hæc Pompon. Syrtis maior circuitu est D C. XXV. M. passuũ. Distant inter se Magna, & Parua. C C L. M pass. Primo bello Punico, C. Seruilius Cepio: & Cn. Sẽpronius Consul Romana classe ad Lotophagorũ insulã delati, quæ Meninx dicitur, haud procul à minori Syrti, locorũ inscitia, in breuia deiecti fuerunt: ac subito pelagi refluxu, aquis defluentibus, in ficco hæserunt. Qui consilij inopes, ad desperationem penè redacti fuere. Mox reciproco æstu, ac fluxu maris ablatæ naues, multarũ rerum facta iactura, ui remorũ in alĩ peruenere. Longitud. & latitud. grad. Paretoniæ Syrtis mediũ. 30. o. 32 o. Magnæ Syrtis, 45. o. 30. o. Vincendũ orbem.] Nonnihil inuidiæ Cæsarĩ cõcitat, Tot enim popularũ, fuso, ac fugato hoste ipse uictor futurus erat. Pharsalia.] Campus Pharsalicus, in quẽ totus orbis conueniret. In his Põpeius ultimo prælio superatus fuit à Cæsare, Pli. lib. 4. ca. 8. describẽs Thessaliam, Oppidum Pagasa, inquit, idem postea Demetrias dictum: Trica, Pharsalici campi cum ciuitate libera, Ab his campis siue oppido, pugna Pharsalica dicta fuit.

Ille ubi.] Post longam catalogi populorũ seriem, qui tota Asia, et Europa auxilia Põpeio miserũt, redit ad intermissam narrationẽ historiæ Cæsar direpto ærario, Leptidum Aemyliũ urbi præfecit, Tribunũ M. Antoniũ Italiæ, & exercitib. circa eam collocatis: Curionem Catonis loco, Siciliæ imperare iussit: Quintum Sardiniæ: ad Illyriũ Caium Antonium misit: Licinio Crasso Galliã, quæ intra Alpes est, regendã tradidit: classem duplicem summa celeritate fieri mandauit, circa Ionium, ac Tyrrheniam. Classis præfectos iam pridem id cõstitutos delegauit Dolabellam, & Hortensiũ. Eo modo Italiam in accessibilem Cæsar Pompeio arbitratus, in Iberiã descendit. Ad hunc modum Appianus rem narrat. Itaq; relicta urbe Cæsar cũ exercitu profectus in Hispaniam magnis, & difficilibus itineribus ducebat: cui uenienti Massilienses portas clauserunt. Verba Cæsaris adscribam. Infectis ijs, quæ agere destinauerat, ab urbe proficiscitur, atq; in ulteriorem Galliam peruenit. Quò cum uenisset, cognoscit missum in Hispaniã à Pompeio Vibullium Ruffum, quem paucis diebus antè Corfinio captũ ipse dimiserat: profectum item Domitium, ad occupandum Massiliã nauib. actuarijs VII quas Sicilia, & Sardinia priuatis seruis, liberisq; colonis suis comparauerat. Præmissos etiam legatos Massilienses domũ nobiles adolescentes, quos ab urbe discedens Pompeius erat adhortatus, ne noua Cæsaris officia ueterum suorũ beneficiorum in eos memoriã expellerent. Quibus mandatis acceptis, Massilienses portas Cæsari clauserunt. Albicos barbaros homines qui in eorum fide antiquitus erant, montesq; supra Massiliã incolebant, ad se uocauerant. frumentũ ex finitimis regionibus, atq; ex omnib. castellis in urbem conuexerãt: armorũ officinas in urbe instituerant, muros, classem, portasq; refriebant. Euocat ad se Cæsar Massilienſiũ XV. primores, cũ his egit, ne initium inferẽdi belli à Massilienſib. oriatur: debere eos totius Italiæ potius authoritatem sequi, quàm unius hominis uolũtati obtẽperare: reliquaq;, quæ ad eorũ sanandas mentes pertinere arbitrabatur. Cuius orationẽ domum legati referunt. Hæc Cæsar. Itaq; ab ijs, quæ illi ex authoritate Senatus Massiliẽsis Cæsari renunciarũt, rursum pœta suã narrationem ducit. Superuolat Alpem.] Summã celeritatem Cæsaris in ducẽdo per Apœninum ac Ligurią ostendit. Phocais iuuen.] Massilienſis iuuẽtus, Massilia maritima urbs est, in ora prouinciæ sita ad Rhodanum, urbs Græca. Quo tẽpore Priscus Tarquinius Romæ regnabat, classis Phocensiũ Latini littoris orã legens, Tyberinũ ostiũ fuit ingressa, amicitiamq; cũ Romanis iunxit. Inde Phocæenses Tyrrheniæ, Liguriæq; oram præuecti, haud procul à Rhodani ostijs, remotiore sinũ, uelut angulo quodã maris Austro obuersam urbẽ cõdidere. Celebre deinceps eius gẽtis studiũ semper in P. R. fuit. Ferũt Massilienſes Roma à Senonib. capta publico luctu cladẽ ciuitatis prosecutos aurumq; in mediũ cõtulisse, ut ceterũ pondus ad se redimendũ Romanis præberetur. Sola Gallicarũ urbiũ Punicis tẽporibus, cũ in Gallia, Italiaq; bellaretur, in fide perpetua mãsit. Eandẽ fidẽ hoc bello ciuili, ad excidiũ propè usq; P. R. præstitit. Non fuit alia gens iustitiæ laudatior olim Massiliẽsiũ, in prouincia Narbonensi, de quib. hic agimus: si Ciceroni habẽda sit fides. In hac ciuitate Græcæ linguæ peritia, aliæq; præclarę artes, ita ab initio

Ille ubi deseruit trepidantis mœnia Romæ,
Agmine nubiferam rapto super euolat Alpem,
Cumq; alij fame populi terrore paurent:
Phocais in dubijs ausa est seruare iuuentus
Non Graia leuitate fidem, signataq; iura,
Et causas, non fata sequi: tamen ante furorem
Indomitum, duramq; uiri deflectere mentem
Pacifico sermone parat, hostemq; a propinquum
Orant, Cecropiæ prælata fronde Mineruæ.

a al. In neto Sto cod. forẽtem, non propin.

A ab initio excelluerũt, ut nõ solũ totã Galliã ijs imbuerent, uerũetiã eò è Roma mitterẽtur studiorũ caussa teste Stra bone: cuius uerba adscribã. ἡ μασσαλία πολις ἑλληνικὴ τὸν μεγίστην προῖκα ἔσχηκε, πρὸς τοὺς ἐγχωρίους εὐνομηθεῖσα, ὡς καὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐν τοῖς μάλιστα τοιούτοις ἐπαινεῖν, καὶ μιμεῖσθαι τὰ ἐν αὐτῇ νομιζόμενα. ἐφ' ᾧ καὶ πολεμίαν ἀπειλήσαντες ἐκπέμψαι τὸν Πομπήιον, οὐκ ἐποίησαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν Μασσαλιωτῶν πρεσβεύσαντα παρ' αὐτοὺς ἐπαινέσαντες ἀπέστειλαν. Massilia urbs Græca est: hæc usq; adeo erat cõtinẽs, & moderata, ut legẽ habe ret, ut maxima dos esset, aureorũ C. uestẽ, aureorũ quin que: muliebrẽ aũt mundũ, similiter aureorũ quinq;. Vsq; adeò literas, studia, & Philosophiã re ipsa excolebant, ut Romani studiorũ caussa, nõ Athenas, sed Massiliã profici scerẽtur. Vale. Max. li. 2. ca. de institutis Antiquis, multa scribit de disciplinæ Massiliẽsis grauitate, prisci moris ob rẽ, ne turpia spectãdo imitãdi licẽtiã sumerẽt. Multa lau datissimæ disciplinæ argumẽta idẽ author eodẽ libro re fert. Cæterũ Phocẽses, quorũ coloni non sunt Massiliẽses, B Græciæ populi sunt, medij inter Aetoliã ad Occasum, & Bœotiã ad Ortũ, quorũ sunt Anticyræi, & Delphi. Stra bo li. 1. scribit, Phocensiũ duas solũ ciuitates esse illustres, Delphos, et Elatiã. Ipsa regio Phocis dicitur. Sũt & Mas silienses in Libya, q luxus, & mollicies infamia notati fue runt, de quib. etiã prouerbiũ natũ est, nauiga Massiliam, ne naficijs, ut Thessali infames fuerũt. Sed de his alibi co uertamur. Isocrates in Archidamo caussam tõdẽdæ huius urbis Phocaensib. fuisse tradit, neq; refragatur ei Aristo teles, quod μεγάλου βασιλέως hoc est, magni regis Persa rũ Cyri, authore Herodoto lib. 1. (nã postea inter Phocen ses, & Phocaenses Asiæ in Ionia, siue Aetolia, populos di stinguemus.) dominationẽ fugiẽtes, in Narbonẽsem pro-

Semper in exter.] Oratio legatorũ de liberatiui generis est. In tres duo potissimum petunt: unum, ut sibi C liceat extra partes es se: alterum, ut exclu sis copijs, & signis Ro manis, ipse, & Pom peius urbem ingre diantur. Summa ora tionis est (ut Cæsaris uerbis utar) Massi lienses intelligere, P. R. in partes diuisum, neque sui iudicij, neq; suarum esse uirium di scernere, utra pars iu stiorem habeat causs sam. Harum partium principes esse, Cn. Põ pium, & C. Cæsa rem, patronos ciuitatis: quorum alter agros Volga rum, Arecomicorum, & Iluorum his concesserit: alter bello uictas Galliæ attribuerit, uectigaliaq; auxerit.

uinciam communiter commigrarint. Phocæenses in du bijs rebus positi, cũ cõmuni consilio de relinquẽda patria cogitassent, inuicẽ iureiurãdo adegerũt, additis deuotio nibus, ne quis unquã de repetenda patria cogitaret. Itaq; accepto à Diana oraculo, in Narbonensem Gallиã cõmi grarũt, ibiq; Massiliã condiderũt. Inter huius gentis insti tuta laudatissima, et illud refertur, ne ignaui, et otiosi uen tres in urbẽ reciperentur. Ab his ipsis Emporiæ prope mõ tes Pyrenæos in Hispania conditæ sunt. Sed de Phocæ ensibus Ioniæ postea dicturi sumus. Non Graia l.] *Laus Massiliensium à fide erga Po. Ro. id quod statim planius poëta reddit. Græcia olim leuitatis, ac perfidiæ nomine pessimè audiuit. Enripides in Iphigenia Taurita.* ψεύδη ἕλλας οὐδὲν οὐδέν. *id est, Græcia nequaquã nouit fidẽ. Alioqui Græca fides apud authores celebratur, pro certa, & minimè uana, perinde ut Attica fides Ausonius.*

Nobiscum inuenies παστενόπλια, si libet uti
Non Pœna, sed Græca fide.

Idem de Philone, uillico suo.

Mutuatur ad Græcam fidem.

Sed Plautus in Asinaria usurpauit de ijs, quæ præsenti pe cunia aguntur, nec uerbis, aut pactis Græca, inquit, mer camur fide, id est præsenti pecunia. Huic diuersa est, Pu nica fides: & Punica, inquit Liuius, religione seruata est fi des. Signata iura seq.] *pacta, & fœdera icta cum po pulo Romano: sequi item iustas belli caussas, non uictoriam sequi in bello Gallico.* Viri.] *Cæsaris, ij nempe, qui cum responso à Senatu ad eum remissi fuerunt.* Cæ cropiæ prælata f. Miner.] *hoc est, fronde oleæ. Quoniã autem Mineruæ inuentum fuit olea in nobili cum Neptu no certamine, urbs ei fuit adiudicata, dedicarunt; oleas in arce, quæ Moriæ dictæ fuerunt. Fuit apud ueteres olea uictoriæ signũ, quare ex ea trophæa cõstituebantur. Hũc ramum à supplicationis usu, Hiceteriã Græci uocabant, Oratores pacem petentes, oleæ ramum prætendebãt. Est eo enim ingenio, ut neq; cariem, neq; uetustatem sentiat.*

Semper in externis populo communia uestro
Massiliam bellis testatur fata tulisse,
Compressa est Latijs quæcunq; annalibus ætas,
Et nunc ignoto, si quos petis orbe triumphos,
Accipe deuotas externa in prælia dextras.
At si funestas acies, si dira paratis
Prælia discordes, lachrymas ciuilibus armis,
Secretum; damus, tractentur uulnera nulla
Sacra manu: si cœlicolis furor arma dedisset,
Aut si terrigenæ tentarent astra Gigantes,
Non tamen auderet pietas humana uel armis
Vel uotis prodesse Ioui, sortisq; Deorum
Ignarum mortale genus, per fulmina tantum
Sciret adhuc cœlo solum regnare Tonantem.
Addẽ quod innumeræ cõcurrunt undiq; gentes,
Nec sic horret iners scelerum contagia mundus,
Vt gladijs egeant ciuilia bella coactis.
Sit mens ista quidem cunctis, ut uestra recusent
Fata, nec hæc alius committat prælia miles:
Cui non conspecto languebit dextra parentẽ
Telaq; diuersi prohibebunt spargere fratres?

Quare eorum paribus beneficijs parẽ se quoque uoluntatẽ tribuere debere, & neutrum eorum contra alterũ iuuare, aut urbe, aut portu recipere. Hæc summa est uerborum Massiliensiũ. At poëta suã dilatat oratiõnẽ addit splendorem, amplificationes, & argumenta oratorũ more. Semper in externis.] *Exordiũ ductũ est, à libera cõmemoratione beneuolentiæ, & officiorum populi Massiliensis erga populũ Romanũ quorum simul testes citantur eorum annales. Est autem hic sensus, annales Italiæ, & populi Romani testantur, Massiliam in externis bellis communem fortunam, secundã, & aduersam cum P. R. semper tulisse.*

Et nũc ig.] *Si quos externos populos debellare uelis, de quib. triumphos accipe fidẽ, nos armis, & opib. te adiuuabimus. Plin. testatur, li. 3. ca. 4. hãc Massiliã Græcorũ Phocæensiũ Romanis fœdere iunctã fuisse.* Exteroa.] *Non profectò Ciuilia, quib. immisceri nõ est consiliũ, neq; adeo etiã nostris reb. consultũ. Atq; hinc argumentationẽ ducit.* At si disc.] *Diuersum opponunt: si in se mutuò arma sumãt discordes, petere, ut illud bellum geratur, siue ipsorũ auxilio. Quin profugũ uictis, et supplicib. ciuibus sumus daturi, eorũ fortunæ miserti, qui in partib. esse nolunt. Id enim uocat lacrymas, & secretũ, ubi tuti lateant. Lacrymæ cõmiserationẽ concitant.* Vulnera sacra.] *Impia nefaria, & detestãda, propter bella Ciuilia, sed nulla nostra manu.* Si cœlicolis.] *A maiori, ad minus. Si homines non auderent Ioui auxilia mittere aduersus Diuos: nec in Gigantum bello in partib. esse, multò minus in hac discordia in partes nobis trãseundũ est.* Sortisq; Deorum.] *Aetiologia, quare mortale genus in tali certamine nõ auderet prodesse Ioui.* Furor arma.] *Allusum ad fabulã Homericã li. Iliad. 1. Cùm Iuno, Neptunus, & Pallas in Iouẽ coniurassent, ut eum in uincula conijcerent, à Briareo Centimano, quem Thetis illi auxilio submiserat, solutus fuit.* Terrigenæ.] *Terræ filij quos fabulãtur uoluisse Ioui bellũ facere.* Nõ tamen.] *Si pietas humana nõ auderet Ioui socia arma mittere aduersus hostes suos, quod ipsorũ nihil referret, imò ne uotis quidẽ ei prodesse: multo minus Cæsarẽ auxilijs à se iuuari debere. Votis* prodesse.] *Precibus, & oratione iuuare.* Per fulmi.] *Quo uno sciunt homines Iouẽ regnare.* Adde quod.] *à non necessario. Cũ enim undiq; toto orbe ad arma concurritur, ut partib. adsint, non opus est coactis populis ad bellũ, cũ mũdus sat sceleratorũ hominũ habeat & ad bellũ concurrant, & sua sponte in ciuiliũ armorũ societatem cõfluant.* Sit mẽs ista.] *Optãt omnibus eam mentẽ, & animũ, ut detestentur hoc bellũ, & soli ciues Romani inter se belligerentur, ipsi funestæ tragœdiæ sint spectatores tantum, non autem actores.* Cui non.] *Causa, quare nemo externus huic bello debeat interesse, sed soli Romani inter se sint committendi. Horrendum uisu est, filium in patrem, germanum in germanum mittere telum. Si manus suæ stuperent ad hoc spectaculum: inutiles ad hoc bellum essent futuri.*

Finis adest re.] *Exclamatio in summam morũ corruptionẽ. Nihil sanũ fit, si uos non concedatis arma ijs, quibus fas cõmittere.*

Finis adest rerum, si non committitis illis
Arma, quibus fas est, nobis hæc summa præcandi
Terribiles aquilas, infestaq; signa relinquas
Vrbe procul, nostrisq; uelis te credere muris,
Excludíq; sinas admisso Cæsare bellum.
Sit locus exceptus sceleri Magnoq;, tibiq;,
Tutus, ut inuictæ [a] si fatum consulat urbi,
Fœdera si placeant, sit quò ueniatis inermes.
Vel cùm tanta uocent discrimina Martis Iberi,
Quid rapidũ deflectis iter? [b] non pondera rerum,
Visa manus patriæ primis è sedibus exul:
Et post [c] translatas exustæ Phocidos arces,
Mœnibus exiguis alieno in littore tuti,
Illustrat quos sola fides: si claudere muros
Obsidione paras, & ui [d] perfringere portas,
Excepisse faces tectis, & tela parati.
Vndarum raptos [e] aduersis fontibus haustus
Quærere, & effossam sitientes lambere terram.
Et desit si larga Ceres, tunc horrida cerni.
Fœdaq; contingi maculato corpora morsu.

a al. fatum si.

Nobis hæc.] *Propositio petitionis, quæ hæc est, ut Cæsar sine exercitu, sine infestis*

b al. nec.

signis in urbẽ ueniat; portas illi patere.

c al. tralatas.

Admisso Cæsare.] *hoc est, te recepto in urbem enallage personæ, tertiæ, pro prima.*

d al. confringere.

Excepti.] *Sit Massilia tuta, & exempta,*

e al. auersis.

sit expers societatis armorum. Vrbi.] *Si Romæ consultum relè fatum uenit.* Sit

f in uetus. cod. cernes, & item in altero.

locus.] *Sit urbs Massalia extra partes, quò pacati ueniatis, non infesti cũ aquilis, & signis militaribus.* Vel cùm tan.] *Occupãt, quod de laborioso itinere obijci poterat: ut quod utilius ei foret, Hispaniam peteret, quò iter intẽderit. Quod si faceret, Massilienses non ob futuros illi.* Quid rapi.] *Quoniã aũt in Hispaniã bellũ transferes, quare à recto itinere diuertis? qui nõ sumus ij, à quib. tua uictoria pendet? populis exigui momenti ad uictoriam?* Nunquã fœlicib. ar.] *Extenuant opes suas à perpetua infœlicitate in bellis gerendis, in quibus maiores sui ferè infœlicẽ exitum habuissent.* Exul manus patriæ.] *Quã autẽ patriã, quas primas sedes dicat poëta non uideo, & ipse magnis tenebris historiã ueram inuoluit, uno uerbo Phocidos, eius regionis Græciæ, quæ est inter Bœotiã ad Ortũ, & Aetoliã ad Occasum, cùm Massiliensium origo uetustior sit, & non à Phocensibus, sed à Phocæensib. Ioniæ, quæ in Asia est, profecta, ut postea ostendetur. Phocensium res tamen prius enarrabimus, ut poëtæ error, atq; inde Grãmaticorũ lapsus coarguatur. Phocensiũ uirtus in Græcia aduersus Thessalos maximè enituit, quib. uarijs cladib. ita afflictis, ut à 600. Phocensib. circa Pernassum mõtẽ tria millia una nocte confecterentur: & ciuitatẽ gãtis equitatu insidijs exciperẽtur. Et cum tota Thessalia ad barbaros Persas defecisset, soli ipsi Phocenses, ro rius Græciæ studium secuti, in partib. mensere. His ira rũ stimulis moti Thessali authores Xerxi fuerunt, ut per Doridẽ, & Meliẽses in eos duceret, ita futurũ rati, ut barbarorũ multitudine eorũ res breui obruerẽtur. Paucis Phocensiũ captis, quel Pernassi iuga insederãt, uel ad Locros Oxolas confugerãt, agrisq; eorũ fœda populatione uastatis urbes direptæ sunt, & incensæ. ut ne sacris quidẽ parsum sit, hortantibus Thessalis. Vrbes maximè, quæ deletæ fuerunt, hæ sunt, Drimo, Charadra, Grochum, Teithronium, Amplucea, Neon, Triteæ, & nonnullæ aliæ. Hostes Phocensium quosdam per monter fugientes insecuti, ceperunt, & inter eos, mulieres, quæ stupris supra humanum modum uexatæ, miserè perierunt. Pacnopæorum, & Daulierum oppidis, & alijs Phocensium locis incensis, ad Delphos diripiendum processerunt. Rursum cùm Phocenses aliquot annis post, Thebanorum arbitrio grãdi pecunia damnati essent, agris, conciuibus, & liberis priuarentur, desperatione adacti, Philomene quodã duce, Delphici Apollinis templum, aure, & pecunia spoliarunt. Interim Phocenses regis Philippi*

Antibus in deditionem recepti, adeo crudeliter cũ ijs egit, ut non liberi parentibus, non uxores uiris, nõ simulachra deorũ templis relinquerentur. Captiuos modo huc, modo illuc transferẽdo incredibili sæuitia ille uexauit. Gens ea uastata diuturnis reliquias in Gallias cõmigrasse. Et post transf.] Non Phocidos, sed Phocæensium Ioniæ, quorũ urbs Phocæa erat in Asia, unde ab Harpago Cyri præfecto tempor. Prisci Tarquinij pulsi, eo, quo suprà retulimus casu Romã uenerunt, & cũ Romanis Tiberinũ ostiũ ingressi amicitiã iunxerunt, ut suprà initio catalogi meminimus. De horũ Phocæorũ reb. Herodotus in Clio refert. Longè uerò pòst, ut paulò antè cõmemorani à Xerxe, Phocensiũ in Græcia ciuitates dirutæ fuerunt. In unũ tempus aliquot urbium conditiones inciderunt regnante Romæ Tarquinio Prisco. Perinthus in Propontide fuit cõdita, quæ Heraclea pòst multas ætates fuit appellata. Camarina in Sicilia à Syracusanis: & Massilia in ora Galliæ. Glareanus hunc locum eruditè pensiculans, constat scribit, intelligens eam in qua Delphi sunt, ut memini Phocæenses inquit à Xerxe pulsi sint ex Aeolide, cùm longè antea pulsi sint. Sed ut lector etiã hunc locum à Roma nitatũ intelligat, hæc, & ad rem pertinentia, & multa tum lucis historiæ adferentia annotare placuit Phocæa Asiæ urbs est. Vnde denominatiuũ φωκαεύς, Phocæus, trisyllabũ. Latinè Phocæenses tetrasyllabon. Ab hac urbe uenere Massilienses in Galliam Narbonẽsem, pulsi ab Harpago Cyri præfecto, ut ex Herodoti lib. 1. habetur, longè ante Xerxis in Græciã aduentũ, quippe Olympiade quinquagesima octaua, cùm Xerxes Athenas uenit de quinquagesima octaua, cùm Xerxes Athenas uenit Olympiade septuagesima quinta. Spatium intermedium annorum 68. plus minus, quod propter Sulpitij expositionem apposuimus, qui Phocæenses à Xerxe pulsos existimauit. De hisce Phocæensibus est adagium, φωκικόν ἀρὰ, id est, Phocæensium execratio, de qua oppidò eleganter Epodõ lib. Ode 16. Flaccus.

» Nulla sit hac potior sententia Phocæorum
» Velut profugit execrata ciuitas

Vbi uel synæresis, uel diphthongus propter uocalẽ sequentem breuis, ut sæpe apud poëtas tum Græcos fieri solet. In Græcorum authorum exẽplaribus, φωκαεύς, uel, φωκεύς, item φωκεῦσι, pro, φωκαεύς, & φωκαεῦσι, reperias librariorum errore. ut uidere est apud Strabonem. Hæc de ea urbe unde Massilienses originem traxere. Phocensis uerò regio est, non urbs, uel oppidum: & Græciæ, non Ioniæ, uel Aeolidis. Deniq; in Europa, non in Asia. proxima Bœotiã, in qua regione Delphi oppidũ, Apollinis oraculo melytum. Vnde denominatiuum φωκεύς, uel, pluraliter, siue φωκεῖς. Item φωκικός, & adagium, φωκικὸν ἀπόνοιας, id est, Phocensium desperatio, longè alia origine, ut eleganter ex Plutarcho narrat Erasmus. Hinc Latinis maxima erroris occasio, ut multos Romanorũ, uel non attendisse, uel ignorasse hoc discrimen existimẽ, quod ueri similius est, qua erant superbia, omnino non curasse. Equorũ numero est in primis hic poëta.

Exustæ, Phocidos arceis, inquit hic. Et lib 5.

Massiliæq; suæ donatur libera Phocis.

Nisi quis putet hæc duo nomina, Phocea, & Phocis, eiusdẽ esse urbis in Aeolide, atq; ita existimasse Lucanũ, quod equidẽ nescio. Aulus Gell. li. 10. cap 16. ex Iulio Higyno, ait Massilienses ex terra Phocide fugatos. Iustinus autem lib. 37. ait, Capto Aristonico, Massiliẽses pro Phocensib. conditoribus suis legatos Romã misisse, quod illorũ urbẽ, bello contra Aristonicum gesto, Senatus Romanus deleri iusserat. Ex quo loco satis indicat, se loqui de Aeolide in Asia, non de Græcis in Europa. Aristonicus enim Asiam inuaserat, non Græciã. Vnde idem lib. 44. Ex Asia eosdẽ uenisse planè asserit. Phocæenses porrò, in Phocenses, omissa media diphthongo facilè corrumpi poterat quod in Græcis quoq; accidisse paulò antè attestati sumus. In Liuio lib. 5. ab Vrbe Cond. falsò legitur in plerisq; codicib. Massilienses erãt hi, nauib. à Phocide profecti, pro à Phocæa, cũ de ijsdẽ loquẽs, ubi de Emporijs lib. 4. decad. 4. A' Phocæa, inquit, non à Phocide. Sed de his nimium progressi sumus, eo proposito, uel lector semel admonitus, in posterioribus eadem à nobis dici potuisse sciat. Sed omissa consultò, ne, eadẽ res toties inculcaretur. Hactenus eruditè, ut omnia, Glareanus. Illustrat.] Laut gentis à fide, in qua etiã perseuerarant antea, in Phocæe. Si clauderet muros.] *Argumẽtantur à difficili ad terrendũ Cæsarem ab obsidione. Docent difficulter se superari posse à signis tolerantiæ in rebus angustis: ut etiã de salute desperantes extrema quæq; in defendẽdo se sint toleraturi. Terrent ab exẽplo Saguntinorum, quos decretum est imitari.* Vndarum rap. hau.] *Auersis fontibus id est, amotis fluminibus, et ipso Rhodano, ait Sulpitius. Atqui, inquit Glareanus, Rhodanus non est, tam prope Massiliensium urbem, ut aquam inde haurire necesse habeant, etiamsi eius ostia in ipsorum fuerint imperio: Verum illud paruum. Quæ tertio inde uersu sequũtur, neq; Sulpitius, neq; Badius rectè legerunt. Nam pro uerbo attingere, ipsi nomen corpora legerunt. Vnde Sulpitius exposuit. Parati sumus uideri maculenti, Badius autem ita. Tunc sumus parati, corpora scilicet nostra cerni horrida, & fœda contingi morsu. Philippus Beroaldus hæc rectè legit, hoc sensu. Tunc sumus parati attingere maculato morsu, tum quæ fœda sunt contingi, tum quæ horrida cerni. Figuratus sermo, ad Græcam formã adiectiui cum infinitiuo Hæc ille. Sed in ueterib. exemplaribus diuersis, non cerni, sed cernes legitur, quæ lectio multum lucis huic loco adduxit. Tunc ô Cæsar cernes corpora abominando morsu nostro, fœda, atq; horrida contingi.* Ceres.] *Frumentum, metonymia. Commemorant horridum exemplum Saguntinorum in arctissima obsidione, quod constituũ est sequi, si desit frumẽti copia.* Maculato mor.] *execrãdo.*

Nec pauer.] *Ad extremã desperationẽ redacti, Saguntinorũ consiliũ pro libertate sequemur. Sagũtũ Zacynthij admixtis quibusdam Rutulorũ ab Ardea, condidêre in Hispania. Condita adeo breui creuit, tum terrestribus, tum maritimis opibus, ut omnes ultra liberũ populos nummis celebrita-*

Nec pauer hic populus pro libertate subire
Obsessum Pœno gessit quod Marte Saguntum.
Pectoribus rapti matrum, frustraq; trahentes
Vbera ficca fame, medios a mittentur in ignes.
Vxor, & à charo poscet sibi fata marito
Vulnera miscebunt fratres, bellumq; coacti
Hoc potius ciuile gerent.

a al. Veteris exemplaribus optimis, ut omnes ultra liberũ populos nummis celebritate, & dex mittuntur legit.

te, & opulentia anteiret. Obsessa ab Annibale cùm fideliter in fide societatis Ro. & pertinaciter permanerent, nobilissimi quique curia egressi, omne aurum, & argentum ex publico, & priuato in forum contulêre, eóq; in ignem repente excitatum coniecto, in eandem ipsi se flammam coniecerunt. Mox ubi hostes in urbem irruperunt, multi se, & filios ædibus incensis concremarunt: alij armati pugnando conciderunt. Fuit hic exitus Saguntinorum, qui tam infœliciter socialem fidem usq; ad extremũ uitæ tutati fuêre. Sed de Phocæensium execratione: de aliorũ Phocensium, desperatione, & amolitione, adagijs suprà dictum est. Fruſtraq; trah.] *fruſtra fugentes præ nimia fame igne consument, ut Saguntini olim fecerunt.* Poſcet fata.] *poſcet mortem, ne in potestatẽ ueniat. Elisio.* A *riæ meminerunt. Cic. in Philippicis. 2. Liuius. & Valer. Max. Hi quoniam longa Pœnorum obsidione ac fame eò redacti fuerunt, ut ciues extructo in medio foro igni, quic quid erat auri, & argenti, id uniuersum collatum in eum cõijcerent: seq; suosq; liberos eodẽ præcipitarẽt, ne in hostiũ potestatẽ uenirent, ut modo dixi. Hinc Saguntina fames in prouerbium abijt, de extrema fame. Ausonius.*

Iam iam peresam, iam Saguntina fame

Lucanicum liberet.

Hoc potius.] *exclamatio pathetica, hoc se habituri ciuile bellum, ubi inter se, rebus desperatis ad Saguntinorũ exẽplũ sæuire cœperint, et cruẽta clade mutua ecciderint.*

Sic Graia.] *Masiliensium legati ad istũ modũ dixerunt.* Vana mouet.] *Oratio Cæsaris: qua minatur se deleturum Masiliam, si excludatur.* Fiducia.] *quod uideãt nobis iter esse in Hispaniam, eóq; nos properare.* Quãuis Hes.] *quãuis cursus nobis est in Hispaniã,* a al. rebellãt. *uacabit tamen in medio itinere delere fundibus Masiliã.* Hesperium axem.] *in Hispaniã: in occiduã mũdi plagam, in qua Hispania est. Axis alioqui siue ἄξων, græcè, mundi dicitur, eius dimetiens, circa quã uoluitur. Extrema axis, poli mũdi, siue uertices nominãtur, definitore Proclo. ἄξων καλεῖται τὸ νόημα, ἡ διάμετρος αὐτῆς, περὶ ἣν φέρεται, τελὸς πέρατα τῆ ἄξονος, πόλοι καὶ γοντται τοῦ κόσμου. In eandem sententiã definitur axis ab Hygino, sed pluribus uerbis. Dimensio, inquit, quæ totius ostenditur sphæræ, est, cùm ex utrisq; partibus eius ad extremam circumductionem rectè, ut uirgulæ perducũtur, quæ dimensio à compluribus axis est appellata. Huius autem cacumina, quibus maximè sphæra nititur, Poli appellantur: quorum alter ad Aquilonem, Boreus, alter oppositus Austro, Notus est dictus. Et Aratus, interprete Germanico Cæsare.*

Axis stat, motus semper uestigia seruans.

Veutus.] *Duobus similibus ostendit, bellis suas uires crescere: unũ ductum à natura uentorũ, alterum ab ingenio ignis: quorũ uterq; deficiente materia, uires suas amittit: suppeditata uerò, quo maior copia, eò uiolẽtius illas exercet.* Gaudete cohor.] *Excitat per auersionẽ militum animos spe diuitiis prædæ.* Sed si solus eam.] *Obtulerant legati, & Cæsari, & Pompeio urbẽ, sed inermibus, & dimisso exercitu utriusque, id quod specie honestum erat. Ludit Cæsar eã benevolentiæ specie, & inuertit collusione uerborum ironicõs, & interpretatur, qui id acceptat, & opponit inutile.* Dabitis pœ.] *Minatur pro exclusione exclusionẽ sine potius exidium.* Quàm Duce me.] *hoc est, nihil uitius esse populi, quã mea signa, & partes sequi.* Vallata.] *circundata iuuenũ armatorũ multitudine, qui per stationes ad muros defendẽdos dispositi erant. Cæsar lib. 1. belli Ciuilis. Masiliẽses Cæsari portas clauserũt. Albicos barbaros homines, qui in corũ fide antiquitùs erant, montesq; supra Masiliã incolebant, ad se uocauerãt, frumentũ ex finitimis regionibus, atq; exomnibus castellis, in urbẽ conuexerãt. Armorum officinat urbe instituerãt: classem, & portas reficiebant. Euocat ad se Cæsar Masilienſiũ XV. primos, cũ his agit, ne intiũ inferẽdi belli à Masiliensib. oriatur. Debere eos totius Italiæ authoritatẽ sequi potius, quàm unius hominis uoluntati obtemperare. Et paulò pòst. Cuius orationẽ dãmũ legati referunt: atq; ex authoritate hæc Cæsari renunciant. Intelligere se diuisum esse P.R. in duas partes, neq; sui iudicij, neq; suarũ esse uirium, discernere, utra pars iustiorem habeat causſam. Principes uerò esse earũ partiũ Cn. Pompeium, & C. Cæsarem patronos ciuitatis: quorũ alter agros Volgarum, Arecomicorum, & Iluorum publicè his concesserit: alter bello uictus Gallias attribuerit, uectigaliaq; auxerit: quare paribus eorum beneficijs, parem se quoq; uoluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum iuuare, aut urbe, aut portubus recipere. Cum hoc responſo utrinq; discessum fuit.*

Haud procul.] *Cæsar Masiliẽsium militijs permotus, Legiones tres Masiliã perduxit, turres, uineasq; ad oppugnationẽ urbis agere, & nauelõgas duodecim facere Arelate instituit. Mouit Cæsarem, quod statim*

—Sic Graia iuuentus
Finierat, cum turbato iam prodita uultu
Ira ducis, tandem testata est uoce dolorem.
Vana mouet Graios nostri fiducia cursus,
Quamuis Hesperiũ mundi properemus in axem,
Masiliam delere uacat, gaudete cohortes,
Obuia præbentur fatorum munere bella.
Ventus ut amittit uires, nisi robore densæ
Occurrant syluæ, spatio diffusus inani:
Vtq; perit magnus nullis obstantibus ignis,
Sic hostes mihi deesse nocet, damnumq; putamus
Armorum, nisi qui uinci potuere, a rebellent.
Sed si solus eam dimissis degener armis,
Tũc mihi tecta patẽt: iam non excludere tantum,
Inclusisse uolunt: at enim contagia belli
Dira fugant, dabitis pœnas pro pace petita,
Et nihil esse meo discetis tutius æuo,
Quàm Duce me bellũ. Sic postquã fatus ad urbẽ
Haud trepidam conuertit iter. tunc mœnia clausa
Conspicit: & densa iuuenum uallata corona.

Haud procul à muris tumulus surgentis in altum
Telluris, paruum diffuso uertice campum
Explicat, hæc patiens longo munimine cingi
Visa Duci rupes, tutisq; aptissima castris.
Proxima pars urbis celsam consurgit in arcem:

sim à colloquio Domitius naub. Masiliam uenit, & ab ijs recipitur urbi præficeretur, & summa belli administrandi ei permissa esset. Huius imperio classem quoquouersus dimiserũt: onerariæ naues, quæ ubiq; possunt, deprehendũt. & in portũ deducũt: & clauis earũ, aut materia, aut armamentis instructis ad reliquas armandas, reficiendasq; utuntur. Quod frumẽtum inuentũ fuit, in publicum contulerunt. Reliquat merces, & cõmeatus ad obsidionem urbis referuntur. Tumulus.] Masilia tribus partibus mari alitur: quarta pars, quæ aditũ habet, à terra, quæ ad arcem pertinet, loci natura, & ualle altissima munita difficilè habebat oppugnationẽ. Explicat campum.] locampum, nõ admodũ magnũ. Hæc patiens.] Primum duab. ex partibus uineat, & turres ad oppidũ agere instituit: una erat proxima portui, & naualibus: altera ad eã partẽ, qua aditus est ex Gallia, et Hispania, ad id maris latus, quod spectat ostiũ Rhodani. Lõgas 12. naues celeriter fecerat, quib. Deciũ Brutũ præfecit. C. Treboniũ legatũ, ad oppugnationem Masiliæ reliquit. Interea C. Fabium legatum cum tribus legionibus in Hispaniam præmittit,

Par tumulo, medijsq; sedent conuallibus aruæ.
Tunc res immensõ placuit statura labore,
Aggere diuersos uasto committere colles.
Sed prius ut totam, quà terra cingitur, urbem
Clauderet, à summis perduxit ad æquora castris,
Longum Cæsar opus, fontesq;, & pabula campi
Amplexus fossa: densas tollentia pinnas
Cespitibus, crudaq; extruxit brachia terra.

& celeriter Pyrenæos saltus occupare iubet, q tũ ab Afranio præsidijs tenebantur. Reliquas legiones, quæ lõgius hyemabãt iussit subsequi.

Longo munimine.] Interea dum Cæsar in Hispania res gerit aduersus Duces Pompeianos, adhæc opera circa Masiliam perficienda, C. Treboniꝰ magnam hominum, & iumentorum multitudinem ex omni prouincia euocabat, hos uimina, & aliam materiam comportare iussit. Inde aggerem altum octuaginta pedes excitauit, ut facilè esset è castris, & superioribus omnibus locis prospicere ea, quæ in urbe gerebantur. Consurgit in arcem.] Ea enim urbis pars, quæ ad arcem pertinet, tumulo altitudine æquatur. Diuersos colles.] Arcis, & castrorum coniungere. Itaq; inter arcem, & tumulum depressa iacent, & humilia arua, id quod poëta dicit, in medijs conuallib. Sed prius ut totam, quà terra.] Atque ita terra aditus in urbem, & ex urbe exitus intercluſus prohibebat oppidanos omni pabulatione, & frumentatione. Brachia terra.] incuruos aggerum fluxus, brachiorum in modum curuatos, idq; cruda, ac recenti terra & cespitibus herbulis, ductos ad mare usq;.

Antequam ad operã pergat parandã ad oppugnationẽ urbis, præmittit laudes Massiliensium, à pertinaci fide erga P. R. cõstantia, & fortitudine: quod cum omnia apparari à Cæsare, & Cæsarianis ad oppugnationem uiderent, nihil trepidarunt, sed multo mutuem acrius ad impetum hostium, & oppugnationem ingruentem se armarunt. Graiæ urbi.] Masiliæ, periphrasis: & memorandum dixit: pro, memorabile. Vna.] sola longa obsidione, non expugnatione, nam ui capta non fuit. Quantum est.] Non parui æstimandum, quod hostem distulerint, & fata retardarint, cùm omnino in Cæsaris potestatem ueniendum esset, idq; necessitate fatali. Quodq; uirũ.] Quod cùm fortuna, ut ita dicã, omnino Cæsari orbis imperiũ traditura esset, aliquot dies hic eum perdere uoluisset. Tũc omnia la.] Descripturus opera Cæsaris, siue C. Treboniꝰ ad urbem,

Iam satis hoc Graiæ memorandum contigit urbi,
Aeternumq; decus, quod non impulsa, nec ipso
Strata metu, tenuit, flagrantis in omnia belli
Præcipitem cursum, raptisq; à Cæsare cunctis
Vincitur una mora, quãtũ est, quod fata tenẽtur,
Quodq; uirum toti properans imponere mundo
Hos perdit fortuna dies: tunc omnia latè
Procumbũt nemora, & spoliantur robore syluæ,
Vt cùm terra leuis mediam, uirgultaq; molem
Suspendunt, structa laterum compage ligatam
Arctet humum, pressus ne cedat turribus agger.

hoc est, turres, & alia opera, quæ excitabãt, summatim docet, quã tum arborũ, in ijs regionibus, & in syluis fuerat excisum, & in castra perlatum. Vt cùm terra.] A' causſa. Ab utroque latere aggeres obijcit, & lignorum strues, trabes item grandiores, quæ mediam molem distinerent, & quibus terris cohercita superimpositas turres, & earũ moles sustineret. Molem.] rerum congeriem superimpositam, hoc est turrium, et tabulatorum. Arctet humum.] Cohibeat terram, ne fidat, ac defluat, Tanta huc lignorum uis fuit undique conquisita, & comportata, ut postea, cum Masiliensium perfidia pars turris concidisset, atque inducijs mox uiolatis, rursum ignem operibus intulissent, omnibus arboribus longè latèq; in finibus Masiliensium excisis, nix quicquam esset reliquum, quo damnum sarciretur.

Lucus erat.] Amplificatio narrationis, à descriptione Luci, quẽ Cæsar, opera excitaturus ante urbem exemdi iussit. Hunc describit, à qualitate, religione ignoti Dei, à diro sacrorũ ritu, horrorum arborum. Hæc

Lucus erat longo nunquam uiolatus ab æuo
Obscurum cingens connexis aëra ramis,
Et gelidas altè submotis solibus umbras.
Hunc non ruricolæ panes, nemorumq; potentes
Syluani, Nymphæq; tenent, sed barbara ritu,
Sacra Deũm, structæ diris altaribus aræ,
a Omnis & humanis lustrata cruoribus b arbor,
Si qua fidem meruit superos mirata c uetustas,
Illic & uolucres metuunt insistere ramis
Et lustris recubare feræ, nec uentus in illas

mirum in modum dilatat poëticè à fuga ferarum, & auium. & omnis diris, quæ inferis conuenunt. Lucus erat.] Cur autem ueteres tantopere arbores admirati fuerũt, ut inde lucos Dijs consecrarint, non temerè

a al. omnisq;.
b al. arbos.
c al. potestas.

Incubuit syluas, excussaq; nubibus atris
Fulgura, non ullis frondem præbentibus auris,
Arboribus suus horror inest, tum plurima nigris
Fontibus unda cadit, simulacraq; mœsta Deorum
Arte carent, cæsisq; extant informia truncis.
Ipse situs putriq; facit iam robore pallor
Attonitos, non uulgatis sacrata figuris.
Numina sic metuunt, tantum terroribus addit,
Quos timeant, non nosse Deos, iam fama ferebat
Sæpe cauas motu terræ mugire cauernas,
Et procumbentes iterum consurgere taxos:
Et non ardentis fulgere incendia syluæ.
Roboraq; amplexos a circumfulsisse Dracones.
Non illum cultu populi propiore frequentant,
Sed cessere Deis, medio cum Phœbus in axe est,
Aut cœlum nox atra tenet, pauet ipse sacerdos
Accessus, dominumq; timet deprændere luci.

merè fuisse quidã arbitrãtur. Cùm enim post omnia herbarum genera, quibus primum Diis litatum fuit aliquandiu, & arbores ante animalium creationẽ ab opifice Deo factæ essent, eas cõtendunt, numinum templa diu habitus fuisse, & rusticos innocuos aliquam eximiæ formæ, ac speciei Deo eõsecrasse. Inde plãtasse lucos, in quibus propter altum, & secretũ silentium, simulacra rudia, & informia, nullo auro, nullo ebore splendentia adorarint. Prisci theologi persuasum habebant. Deum silentio adorandum, id quod cùm alij poëtæ, tum Maro non uno loco testatur. Hinc fida silentia sacris, inquit. Fuit inde eò progressa res, ut numinibus suæ quibusque arbores sacræ haberentur: & apud plerosque Indos numinum loco colerentur. Hinc Syluanos, Faunos, & Satyros, syluis, perinde ac cœlo attribuerunt. Hos lucos cædere, & ferro uiolare, nefas erat, impium, ac piaculo dignũ. Obscurum.] opacum densitate ramorum, ac proinde propter abominandum Genij in eo loco cultum. Atra enim & furua Platoni & inferis dicata sunt: Panes rusticolæ.] ostendit qui Dij, & quo ritu barbaro in eo luco colebantur. Alioqui Panes erant Dij agrestes, in quorum tutela rusticorum res esse credebantur. Pan ouium custos, ait poëta: ut Syluani Fauni, Dryades, & Hamadryades syluarum erant. Sed barbara ritu.] Horum sacrorum meminit poëta in primo, cum ait:

Et uos barbaricos ritus, moremq; siniſtrum
Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis.

Barbara sacra, dirum sacrificandi ritum dicit, quo humanam hostiam pro salute, aut in periculis cõstituti, mactabant equites, Druidarum ministerio adiuti. Illic.] in eo luco. Iam uerò inter altaria, & aras hoc differentiæ statuunt. ut altaria sint superorum, aræ uerò, & superorum, & inferorum. Aras dictas uolunt, quasi ansas, quod manibus à sacrificantib. tenerentur. Tango aras, inquit poëta, mediosq; ignes, & numina testor. Enumerat prodigiosa argumenta, & signa, quæ abominandam eius luci religionem testata fuerunt. Aues fugiunt eum locum, nec in ramis illic insistere uolunt. Nec feræ ibi suas latebras habent. Ventus declinat lucum, simul & fulgura. Non ullis,] Lucus igitur ille sine frõdib. est, quod propter densitatẽ ramorũ Solis radij penetrare nequeãt. Arboribus suus horror.] Sua religio, aliquã latè patet significatio uocis, horror. Nigris fon.] Fontes nigram aquam fluunt, & emittunt. Situs.] sed squalor, quo arbores sunt obductæ. Neque deorum simulacra consuetis formis sunt expressa, sed nouis, & insolitis. Tantum.] ecphonesis in caussa terroris, quã uisentibus incutiunt, Terroris proficiscitur exignorantia Deorum illorum, qui eo luco colerentur. Erant autem hij, de quibus multis in primo libro discriminis, Teutates, Hesus & Taranis. Sæpe cauas.] Commemorat monstra, quæ ex illis, & auribus in eo luco obijciantur: cuiusmodi sunt, mugitus terræ: taxorum procumbentium erectio: incendiũ syluæ illesæ flamma: dracones arboribus implicati. Taxos.] funestas arbores, & tristes. qualitatẽ est & cupressus. Taxus gracilis est, tristis, dira, & nullo succo quidem, sed sola baccifera. Mas noxio fructu: letale uenenum præcipuè eius baccæ habent in Hispania. Vasa uiatoria inde uinis facta in Gallia mortifera fuisse compertum est. A Græcis σμίλαξ uocatur Sestio. In Arcadia tam præsentis ueneni est, ut si qui subra dormiant, aut cibũ capiant, statim moriãtur. A taxo, quidam toxicum appellarum credunt. uenenum, quo sagittæ inficiuntur. Quod si clãuus taxo infigatur, innoxiã esse compertũ est. Fumus taxi, mures necat. Conuenit igitur taxus luco tam tristi, & detestãdo, ac barbaris sacris infami. Medio cũ Phœ.] Adeo formidabilis hic lucus est, ut nemo ausit ad eum propius accedere, relinquantq; Dijs habendum, & incolendum: adeo ut ne sacerdos quidem luci, ausit uel noctu, uel media luce meridiana ingredi, & præsidem loci deũ ibi uidere. Medico cum Phœbus in axe est, periphrasis meridiei. Sacerdos.] Druidarum aliquis: siue equer sacerdotis minister, siue alius quispiam. Druidæ omnium mortalium congressum, & consuetudinem declinabant, ne polluerentur. Horum erat in immani illo ministerio equites adiuuare. Religiosissimi omnium erant equites, quorum id muneris erat. Dominumq;] præsidem luci, quicunq; ille fuit. Sed Druidæ ipsos lucos incolebant, quod & Lucanus testatur lib. 1.

—Incolitis lucis.
Nemora alta remotis

a al. circumflexisse.
al. circumfluxisse.

A Luci descriptione, continuat mandatum imperatoris, ut hunc lucum excindant, & quamuis sacrum contempta religione barbara, demoliãtur. Cũ enim superiori bello Gallico omnes ferè syluæ circà essent excisæ, solus hic lucus, quod religione sacer esset, in-

Hanc iubet immisso syluam procumbere ferro
Nam uicina operi, belloq; intacta priore
Inter nudatos stabat densissima montes.
Sed fortes tremuere manus, motiq; uerenda
Maiestate loci, si robora sacra ferirent,
In sua credebant redituras membra secures.

ci sacrati deo, nescio cui. Caussa, cur militares manus nõ fuerint ausæ securibus arbores inuadere.

tactus manserat. Imo missio.] iussit militibus, hanc syluã securibus sternere. Nudatos.] syluis spoliatos superiori bello. Maiestate.] religione lucis.

Implicitas

Implicitas magno.] Primus Cæsar securi lucum aggredi iussus. Inde milites ad exemplum imitandũ cohortatur: transferturq; simul omnem impietatem, si qua admitteretur in se.

Bipennem.] A bipennis securum appellatam etymologici uolunt, quæ utrinq; aciem habeat.

Credite.] Transfert communem noxam in se, ne quid territi quererentur bipennibus arbores ferire.

Implicitas magno Cæsar torpore cohortes
Vt uidit, primus raptam uibrare bipennem
Ausus, & aëriam ferro proscindere quercum.
Effatur mersо uiolata in robora ferro.
Iam nec quis uestrum dubitet subuertere a syluã,
Credite me fecisse nefas. tunc paruit omnis
Imperijs, non sublato secura pauore.
Turba, sed expensa superorum, & Cæsaris ira.
Procumbunt orni, nodosa impellitur ilex.
Syluaq; b Dodones, & fluctibus aptior alnus,
Et non plebeios luctus testata cupressus,
Tunc primum posuêre comas, & fronde carentes
Admisere diem, propulsaq; robore denso
Sustinuit se sylua cadens: gemuere uidentes
Gallorum populi, muris sed clausa iuuentus
Exitat. quis enim læsos impune putaret
Esse Deos? seruat multos fortuna nocentes,
Et tantum miseris irasci numina possunt.

a a. syluas.

b al. Dodónis, in utroq; uetust. cod.

Orni.] Enumerat aliquot species quibus genus coëligit, omnes arbores eas demolitas fuisse. Sunt autẽ orni, arbores omnium maximæ, quæ in montibus nascuntur, Germanicè Hagenbusch. Ilex.] Ilicis duo maximè genera sunt, apud probatos autores. Quæ in Italia nascuntur, nihil foliis ab oleis differũt, aut parum smilax à quibusdam Græcis dicta: glans eius breuior est, & gracilior. Hanc Homerus libro Odyssææ 11. ἄκυλον uocat, ubi refert, quemadmodum Circe ijs, quos ex Vlyssis socijs in porcos mutarat, ilicea glãde & cornus fructum proiecit. Hunc eandem esculo quidam credunt. Ilicis folia non decidunt, eaq; quibusdam etiam pro subere est.

Syluaq; Dodones.] alias in duobus diuersis uetustis codicibus, Dodonis: sed quantitas refragatur: quasi dicat, quercus aut fagos potius, quales sunt in sylua Dodonea. Dodone in Molossorum regione est, inter eas quæ sunt in Epiro. Hic Iouis Dodonæi templum oraculo celebre uisebatur: hic fons, sacer ideo fuit, quod cum sit natura frigidus, & faces immersas extinguat, ut cæteri, hic ubi sine igne procul admouentur, accendit. Hic altera columbarum, de quib. in Hammone retulimus, quera cui suecut Herodotus scribit) fago insidens, reddebat oracula. ἐξ μέσης δέμνιον ἐπὶ φηγὸν αὐδᾶσχεθαι φωνῇ ἀνθρωπίνῃ. Itaq; cum poëta syluam Dodones procubuisse dicat, fagos, aut quercus intelligit. Dodonam urbem dictam credunt, à Dodona nympha Oceanitide: nõnulli à Ioue, & Euterpes filia: Homerus Odyss. 4. huius quercus Dodoneæ in hospitis Eumæi meminit,

» τόφρα δ' ἐς Δωδώνην φάς βήμεναι ὕψορι θεσπὶ
» ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ὑπακοῦσαι,
» ὅππως νοστήσειε θοὴν ἐς πίονα δῆμον

Ab hoc Dodona Athlãtides stellæ, quæ & Pleiades, Dodonides dicuntur. In Dodona duæ fuerunt sublimes columnæ: in una pelluis ærea in altera pensile pueri simulachrũ flagellum æreum tenentis manu, erat. Quoties autem uentus uehementius flasset, fieri solebat, ut scutica impulsa crebrius lebetem feriret. Is autem percussus tinnitũ reddebat multum temporis durantem. Suidas tradit ex quodam Dæmone, Iouis Dodonæi oraculum lebetibus æreis undique septum fuisse, ita coniunctum collocatis, ut inuicem contingerent. Verba Suidæ non pigebit adscribere. Δήμων γάρ φησι, ὅτι τὸ τῆ Διὸς μαντεῖον ἐν Δωδώνῃ λέβησιν ἐν κύκλῳ περιείληπται. τούτους δὲ ψάυειν ἀλλήλοις, ὑπὸ προνοίᾳ τοῦ ἐθέντος, ἠχᾶν ἐν διαδοχῆς πάντας. ὡς διὰ πολλοῦ χρόνου γίνεσθαι τῆς ἠχῆς περίοδον. Hâc quoq; ratione Iuppiter Dodonæus dictus fuit. Hinc æs Dodonæum cùm apud Græcos, tum Latinos in prouerbium abijt, de homine importunæ loquacitatis: uel in sordidos, uel quantumuis pusilla de re quærulos. Alnus.] ab usu ligni eius. Alnus recensetur à Plinio inter eas arbores, quæ neq; semẽ, neq; fructum ferant: quamobrem inter infœlices, & quæ religione damnatæ sunt. Plin. lib 16. cap. 18, tradit alnũ nõnisi in aquosis prouenire, ut salicem, populũ, filer. Alni lignum creditur aquis corrumpi, nunquam posse.

Et non plebeios.] Cato de Cupresso sæpius, & uerbosius, quàm de reliquis arboribus scribit. Arbor natu morosa est, fructu superuacua, odore uiolenta: adeò, ut ne umbra quidem sit gratiosa. Vnde Diti sacra fuit, & pro funebri signo ante domos nobilium poni solebat. Fundit picem, neque folia illi decidunt, neque cariem sentit, aut uetustatem. Folia tusa, semina à uermiculis uindicant. Iam quod funeribus, nobilium familiaris fuerit, opinor inde factum, διὰ τὸ ἄσηπτον εἶναι, hoc est, quod cariem nõ sentiat. Quin & Thucydides prodidit, è cupressa arcas fieri solere, quib. ossa eorũ, qui in bellò ceciderant, conderentur, simul, & efferrentur. Quoniam autẽ cupressus succisa non regerminat, sacra Plutoni fuit, & funeribus adhiberi consueuit. Maro libro 3. Aeneid.

——Stant manibus aræ
Cæruleis mæstæ uittis, atraq; cupresso.

Quis enim.] Caussa, cur iuuentus ex ea re uoluptatem ceperit, quod speraret deos Romanorum impietatem uindicaturã. Seruat,] Exclamatio in impietatem hostiũ ex affectib. profecta, quasi uerò deus impijs passim parcat.

Vtq; satis cœsi.] Arbores excisæ in castra, & ad opera conuehuntur. Raptis annum.] Quia cùm iuuencæ plaustris subiungerentur, anni proiuentus iacturam senserunt cessantibus aratris, agricolæ.

Vtq; satis cœsi est nemoris, quæsita per agros
Plaustra ferunt, curuoq; soli cessantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis.
Dux tamen impatiens hæsuri ad mœnia Martis
Versus ad Hispanas acies, extremaq; mundi
Iussit bella geri. stellatis axibus agger.
Erigitur, geminasq; æquantes mœnia turres

Versus ad Hisp.] Cæsar Decium Brutum nauibus ad Massiliam adductis præfecit: C.

cit: C. Trebonium ad oppugnationem urbis reliquit. Atque hæc dum administrat, C. Fabiũ legatum, cum tribus legionibus quæ Narbone circumq; ea loca hyemandi causſa diſpoſuerat, in Hiſpaniam præmiſit, ac celeriter Pirenæos ſaltus occupare iuſſit, qui per id tempus ab Afranio legato præſidijs Pompeianis tenebantur. Reliquas legiones, quæ longius hyemabant, ſubſequi iuſſit. Ipſe non multò poſt cum equitibus nongentis, quos ſibi præſidio reliqueret, in Hiſpaniam fuit ſecutus.

Stellatis axibus.] Cæſar itaq; cum uerteret ſe ad acies Hiſpanas & extremam plagam mundi, iuſſit Tribonio, ac Bruto, ut circa Maſſiliam bellũ gererent interim. Ipſe circa urbem bellum trahere diutius uoluit. Cæterũ ſtellatum, ut ſtelliferum proprium cœli epithetum eſt, maximè cùm claro, & ſereno ſtellæ luceãt, & conſpicuæ ſint. Ligna ſtellarum in modum compacta, uel fixa, ſtellata dicuntur, cuiuſmodi ſpeciem etiam in rotis uidere eſt. Axis propriè teres lignũ eſt in curru, circa quod rota uertitur in modiolo, habetq; nomen ab agendo, quod rota circa illud agatur moueaturq;. Nonnunquam pro toto curru accipitur. Iuuenalis.

Dignus Aricino qui mendicaret ad axes.

Sed per iter lon.] Hæ turres duæ ad altitudinẽ murorum erectæ, ita paulatim procedebant, ut nemo cauſſam motus uidere potuerit. Turres ambulatoriæ erãt, quas hoc loco deſcribit poëta, quarum fundamenta erãt, non in ſolida terra, ſed in rotis, quas axes ſtellatos hoc loco uocat Lucanus. Hæ turres ita promouebantur, ut ſua ſponte procedere uiderentur, αὐτόματα, à Græcis dicuntur, quæ ſe funibus, ac neruis latente cauſſa agunt. Et νευροβατα, funibus ſe mouentia: & in funibus ambulantes, νευροβατει. Et in mechanicis, νευροσπαστα, imagũculæ, quæ neruis quibuſdam & fidiculis occultis mouentur, perinde ac ſi uiuerent. Tales præſtigiatores & circulatores νευροσπάστας appellantur. Et ars ipſa νευροσπαστικὴ. Itaq; cauſſam motus turrium ad muros uſq; latentem uocat. Iuuentus.] Maſſilienſis, cui maior inerat uis, & tamen, cùm uideret eas moles nitendo procedere, credidit terræ motu id factum, quo uentus luctando conatur erumpere, adeò, ut etiam murarentur muros nõ corruere, & pari ratione ſaltem non quati, & nutare.

Illinc tela.] è turribus ambulatorijs coniiciuntur tela in arcem. Taurenta caſtellum Maſſilienſium dicebatur.

Graio ferro.] Telis Maſſilienſium. Tantus erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus, tantaq; multitudo tormentorum, ut eorum uim nullæ contextæ uiminibus uineæ ſuſtinere potuerint. Nam maximis baliſtis, oſſeres, & 12. pedum altitudine defixi cuſpidibus dein ſi fuerant. Cæterum baliſta eſt tormentum, quod funibus neruis, & chordis tenditur, cui quanto brachia ſunt proliziora, tanto ſpicula torquet longius. Quod ſi arte mechanica temperetur, & ab exercitatiſſimis baliſtis, ſaxa, & contingit, penetrat. Hæc dicit poëta uſos oppidanos in oppugnatione aduerſus opera Romanorum. Et Cæſar ipſe teſtatur, tormentorum uim nullas uineas ſuſtinere potuiſſe. Operepræcium hoc loco fecero, ſi quales fuerint turres illæ ambulatoriæ adijciam, ex Vegetij libro 4. cap. 17. Erant autem turres, inquit, quæ machinamenta dicuntur ad ædificiorum ſpeciem, ex trabibus, & tabulatis compacta: & ne hoſtium incendio corrumperentur, diligenter crudis corijs, & centonibus communiebantur, quibus pro ratione latitudinis addebatur altitudo. Nam interdum tricenos pedes in quadrum nõnunquam quadragenos aut etiam quinquagenos latæ erant. Proceritatis earum tanta fuit, ut non ſolum muros, ſed etiam turres hoſtium ſuperarent. His multæ rotæ arte mechanica ſubiectæ erant, quarum lapſu uolubilis tanta moles mouebatur. Ab his præſens periculum erat ciuitati, ſi ad murum admouerentur. Multas habebat ſcalas, & uarijs artibus conabantur irrumpere. Infrabebat Arietem, cuius ui, & impetu muri ſubruebantur. Circa medium, pontem habebat ex duabus trabib factũ, & uiminibus ſeptũ, quem ſubitò prolatũ inter turrim, & murum conſtituebant, per quem è machina hoſtes in ciuitatem decurrebãt, occupabãtq; muros. In ſuperioribus turrium harum partibus conſtabant contati, & ſagittarij, qui urbis defenſores miſſilibus, & contis è muris detrudebant. Hoc maximè pacto urbes capiebantur.

Turbine.] Hinc diſcrimini occurrebat uirtus militaris, ſi eruptione facta ex urbe, globus armatorum ui hoſtes fugent, & opera direptis corijs corrumpant. Si non audent portis exire, maiores baliſtas magno turbine, malleolos, uel phalaricas cum incendio deſtinant, & perruptis corijs, & centonibus intus flammam condant. Malleoli ubi adhæſerint, omnia conflagrant. Phalarica ualido ferro præfigitur, haſtæ in modum: inter tabum, & haſtile, ſulphure, reſina, bitumine ſtuppiſq; conuoluitur, oleo infuſo, quod incendiarium uocant. Hæc baliſtæ impetu deſtinata, & ligno fixa machinam turritam frequenter incendit. Turris huius ambulatoriæ ad muros Maſſilienſium admotæ diſerta deſcriptio eſt apud Cæſarem libro ſecundo de bello Ciuili.

At ſaxum] Deſcribit uim ſaxi è baliſta emiſſi, cum amplificatione hyperbolica, ductis à caſu, rupis exeſæ iniuriæ uetuſtatis, quam uenti procella abrumpit, præcipitatq; illa ſua ruina omnia obuia proterit, & cominuit.

a al. Sternit cunctar. in uetuſt. cod.

At ſaxum quoties ingenti uerberis ictu
Excutitur, qualis rupes, quam uertice montis
Abſcidit, impulſu uentorum adiuta uetuſtas,
Frangit & cuncta, ruẽs, non tantũ corpora preſſa,
Exanimat, totus con ſanguine diſſipat artus
Vr tamen hoſtiles denſa teſtudine muros

Vr tamen hoſtil.] Itaq;

Tecta subit uirtus armisq; innexa priores
Arma ferunt, galeamq; extensus protegit umbo.
Quæ prius ex longo nocuerunt tela recessu,
Iam post terga cadunt, nec Graijs flectere iactum
Haud facilis labor est, longinqua ad tela parati
Tormenti mutare modum, sed pondere solo
Contenti, nudis euoluunt saxa lacertis.
Dum fuit armorum series, ut grandine tecta
Inocua percussa sonant, sic omnia tela
Respuit, at postquam uirtus incensa uirorum,
Perpetuam rupit defesso milite cratem
Singula continuis cesserunt ictibus arma.

Galeamq; extensus protegit umb] *Scutum supra caput eleuatum, eos à saxorum cadentium iniuria defendit. Vmbo propriè est media clipei pars, unde umbilicus dictus, cuiuslibet rei medium.*

Ex longinquo uo cauerunt.] *Procul, sine longo interuallo. Nam Massilienses satis erant ad torquenda tela ex interuallo è mœnibus instructi.* Mutare modum.] *Rationem iactandi.* Euoluunt saxa lacer] *Præcipitant è muris in subiectos Romanos ac deuoluunt tantum saxa nudis brachijs.* Dum fuit armorum ser.] *Quàm diu arma, & scuta inter se coniuncta testudinis in modũ hæserunt, non sunt læsi Romani, sed perinde sonuerunt deiecta saxa, ut tecta illæsa grandine cadenti percussa.*

Vt grandine tecta] *à simili, ac si dicat haud aliter oppidani imbrem saxorum deijciebant in subiectos Romanos, quàm cùm grando sine uiribus, uerberat tecta ædificiorum.* Respuit ac postquam] *Sic promota testudo oppidanorum tela sustinuit, ac contempsit.*

Virtus incensa.] *Vbi uerò Massilienssium animi inflammari cœpere, tandem cratem ad dorsum testudinis perpetuis ictibus euicerunt, ut disiunctim armati cesserunt ictibus telorum.* Defesso mili.] *Defessis militibus Rom. synecdoche.*

Tunc adoperta leui procedit uinea terrâ,
Sub cuius pluteis, & tecta fronte latentes
Moliri nunc ima parant, & uertere ferro
Mœnia, nunc aries suspenso fortior ictu
Incussus, à densi compagem soluere muri
Tentat, & impositis unum subducere saxis.
Sed super, & flãmis, & magnæ fragmine molis
Et fudibus crebris, & adusti roboris ictu
Percussæ cedunt crates, frustraq; labore
Exhausto fessus repetit tentoria miles.

Tunc adoperta.] *& testudine ad uineas, & plureos traducit Cæsarianos, deinde ad Arietes.*

Vinea terra.] *Veteres uineas dixerunt, quas nunc milites barones, & militari uocabulo, causias uocant. E' lignis leuioribus machina colligebatur, lata pedes 8. alta 7. longa 16. Huius tectum munitione duplici, tabulatis, coriijsq; contexebatur. Latera uimmibus septa erant, ne telorum, saxorumq; impetu penetrarentur. Extrinsecus ne iniecta flamma incendio corrumperentur crudis, ne recentibus coriijs, aut centonibus operebantur. Et cũ id genus plures factæ essent, coniungebantur ordine, sub quibus obsidentes tuti ac tecti ad subruenda penetrabant murorum fundamenta. Cæsar descripta turri, & musculo, quem à turri lateritia ad hostium turrem perducerent, hoc opus, inquit, omne tectum, uineis ad ipsam turrim perficiunt, subitoq; inopinantibus hostibus, machinatione nauali, phalangis subiectis, ad turrim hostium admouent, ut ædificio iungatur. Quo malo perterriti subitò oppidani, saxa quàm maxima possunt, ueribus promouent, præcipitatoq; muro in musculum deiiciunt. Porrò plutei erant, qui ad similitudinem absidis contexebantur è uimmibus: cilicijs, uel coriijs contegebantur, terniq; rotulis, quarum una in medio, duæ in capitibus ponebantur. In quamcunque partem uolebant, admouebantur ut carpenta. Quos hostes, cum murit admouerent, eorum munitione protecti, sagittis aut fundit, aut immissilibus oppidanis de propugnaculis protur babant, ut scalas admouendi, ascendendiq; commodior copia esset. Et agger è terra lignis erigebatur cõtra murum, unde tela torquebantur. Vbi ea pars turris, inquit Cæsar, quæ erat perfecta, tecta, atque munita est, ab omni ictu hostium, pluteos ad alia opera abduxerunt.*

a Vetust. cõdex impulsus legit.

Moliri nunc ima.] *subruere fundamenta.*

Nunc aries suspen.] *Testudo. Testudo de materiâ, ac tabulatis contexebatur, quæ ne eximeretur, coriijs, uel cilicijs, uel centonibus uestiebatur. Hæc intribisecus accepit trabem, quæ adunco præfigebatur ferro, quod falx dicebatur, quod incuruata fuit, ut de muro extraheret lapides: aut si caput ferro uestiretur appellabatur aries: uel quod haberet frontem durissimam ad subruendos muros, uel quod in morem arietis recorderet ad rẽ cipiendum cursum cum impetu infestiorem, & uehementius muros feriret.* Suspenso.] *Liberato in muros.*

Impositis sa.] *hoc est, unũ saxũ è coaceruatis ui extraheret. Cõplures inquit Cæsar, iam lapidib. ex eo, quæ sub erat, turri, subductis, repentina ruina pars eius turris con-*

cidit, pars reliqua consequens procũbebat. Sed super.] Supernè è murit, ignis, saxa, frequenter sudes deiecta in Romanorum opera, quæ ex tabulatis, & cratibus cõpacta erant, compulerunt obsidentes Romanos in castra.

Summa fuit.] Vni cum Masilienſiũ uotum fuit, in mœnia subruta deijcerentur: alioqui stratis muris, capta fuerat ciuitas.

Summa fuit Graijs, starent ut mœnia, uoti,
Vltro acies inferre parant, armisq; coruscas
Nocturni texêre faces, audaxq; iuuentus
Erupit, non hasta uiris, non letifer arcus,
Telum flãma fuit, rapiensq; incendia uentus.
Per Romana tulit celeri munimina cursu,
Nec, quamuis uiridi luctetur robore, lentas
Ignis agit uires, tæda sed raptus ab omni
Consequitur nigri spaciosa uolumina fumi.
Nec solum syluas, sed saxa ingentia soluit.
Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes.
Procubuit, maiorq; iacens apparuit agger.
Spes uictis telluris abit, placuitq; profundo
Fortunam tentare mari, non robore picto.
Ornatas a docuit fulgens tutela carinas,
Sed rudis, & qualis procumbit montibus arbor,
Conseritur stabulis naualibus area bellis.

Vltro acies inf.] Hoc illud est, quod Cæsar scribit, interiecto aliquot diebus, inquit, nostris lãguentibus, atq; animo remisis subito meridiano tempore cùm alius discessisset, alius ex diutino labore in ipsis operib. quieti se dissidet, arma uerò omnia

a al. Ornatus
al. Ornus.

reposita, contecta q; essent, portis se subito eruumpunt, secundo magnoq; uento ignem operibus inferunt. Hunc sic distulit uentus, ut uno tempore agger, plutei, testudo, turris, tormenta q; flammam conciperent, & prius hæc omnia consumerentur, quàm quemadmodum accidisset, animaduerti posset. Hactenus ille. Sed hæc Cæsar refert accidisse postquam supplices pacem petiissent, orassentq; Cæsaris aduentum expectandum. Vltro acies] Vltro irrumperunt in castra Romana. Teda sed] Reddit rationem, cur opera celeriter ignẽ conceperint. Tæda arbor est, de genere laricum, piceo succo abundans, liquidior tamen quàm picea. Huius pix liquida maximè in Europa coquitur muniendis naualibus, & ad alios diuersos usus. Sed tæda flammis in primis, & lumini sacrorũ erat gratissima. Hinc faces in nuptijs fiebant, quæ nouis nuptis præferebantur. Hæc montes maximè amat, ut omnes illæ, è quibus resina profluit. Itaq; ab omni tæda, ab omni face. Nec solum syluas.] Amplificatio incendij. Romana repentina fortuna permoti, arma, quæ poterant, arripiebant: alij ex castris sese incitabant: hebatq; in hostes impetus, sed muro sagittis, tormentisq; fugientes persequi prohibebantur. Illi sub murum se recipiebãt, ibiq; musculum turrimq; incendebant. Ita multorum mensium labor, hostium perfidia, & ui tempestatis puncto temporis interijt. Agger] Tentabant hoc idem oppidani postero die, eandem tempestatem nacti, et quidem cum maiori fiducia, circa alteram turrim atq; eruptione aggerem expugnarunt, multumq; ignem intulerunt.

Spes uictis tellu ab.] Spes urbe potiundi terra à Romanis abiecta fuit. Placuit igitur fortunam mari, & nauali certamine experiri. Non sequitur ordine historiam à Cæsare seruatam. Quo pacto oppidanorum parte turris strata, Masilienses supplices pacem petierint. Inde refulit poëta, ut interiecto diebus aliquot perfidè portis eruperint, & operibus intulerint ignem: quod quidem ipsum, ut postero die tentarunt, retulit Romani proximi dici cosa admoniti, omnia tamẽ ad defensionẽ tuta sum parauerũt. Quare muliit interfecit, reliquos re infecta in oppidum repulerunt. Trebonius multo maiori studio militum ea quæ amissa erant, administrare, & reficere instituit. Nam ubi tantos suos labores, & apparatus malè accidisse uiderunt, inducijq; per scelus uiolatis suam uirtutem irrisui fore, perdoluerunt, quod unde agger omnino comportari posset, nihil erat reliqui, omnibus arboribus longè, lateq; in finibus Masilienſium excisis, & conjectis, aggerem noui generis, atque inauditum ex lateri. ijs duobus muris, senũm pedũ crassitudine, atque eorum murorum contignationem facere instituerunt, æqua ferè latitudine, atq; ille congestus materia fuerat agger. Vbi autem spatium inter muros, aut imbecillitas materiæ postulare uideretur, pilæ interponuntur, transuersaria signa injciuntur, quæ firmamento esse posint. Et quicquid est contignatum, cratibus consternitur, cratesq; luto integuntur. Sub tecto miles dextra, ac sinistra muro tectus, aduersus plutei obiectũ, operi; quæcunq; usui sunt sine periculo supportat, celeriter rei administratur, diuturni laboris detrimentum, solertia, & uirtute militum breui reconcinnatur, &c. Ex omnibus his, & superioribus unam oppugnationẽ terra pro suo commodo fecit poëta. Placuitq;] Transitionem parat ad nauale certamen, quia terra non successerat. Non robore picto.] Non pictis nauibus ad ostentationem, & hodie nauæ, deorum aliquem, in cuius tutela esset, in nauibus pingunt. Quamobrem addit fulgens tutela. Minerua aliquem tutelarem, uel Apollinem, uel Mineruam, uel Neptunum, uel Castorem, sed nauibus rudibus, & impolitis, ut ex arboribus montanis, asseres scindantur. Conseritur stab.] compingitur in modum aræ, stataria, præparat lectorem ad sequentem statim transitionem, ad pugnam naualem.

Et iam turrige] Omissa apparatus, & studij naualis, narratione, deducit classes in mare Cæsar Massilienſium iniurijs permotus, quod Domitiũ in urbem recepissent

Et iam turrigeram Bruti comitata carinam
Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis,
Stœchados arua tenens, nec nõ & Graia iuuentus
Omne suum faris uoluit committere robur:
Grandæuosq; senes mistis armauit ephœbis.
Accepit non sola uiros, quæ stabat in undis
Classis, & emeritas reperunt naualibus alnos.
Vt matutinos spargens super æquora Phœbus

se exclusso, tres legiones Massiliã adduxit, ac præter turres ac uineas, quas ad oppugnationem urbis egit, naues longas xx. Arelate fieri iussit, quibus paratis, & armatis summa

A summa celeritate dies bus 30, è qua die materia excisa fuerat, adductisq; Massiliã, D. Brutum præfecit. C. uerò Treboniũ ad oppugnationem urbis reliquit. Contra Massilienses usi L. Domitij consilio, 17. longas naues expediuerunt, quarum undecim erant tectæ. His adiecerunt magnum numerum minorum nauigiorum, ut tanta nauium multitudine, Romana classis terreretur. Huc accesserunt magna uis Albicorum, ac sagittariorũ, quos præmijs, ac splendidis pollicitationibus huc inuitarunt. Et L. Domitius poposcit naues, quas colonis, & pastoribus, quos secum adduxerat, compleuit. Ad istum modũ egregiè instructa classe, magna fiducia naues Cæsarianas petiuerunt, quibus præerat D. Brutus. Turrigeram.] Nauẽ B tè 12. longas naues Arelate mira celeritate factas, quibus Brutus præfectus fuerat. De Rhodano alibi diximus, quẽ tradunt à Rhoda oppido nomen accepisse, ac rapere se ex alpibus, per lacum Lemannũ. Ab hoc non procul abest fossa Mariana, & Cãpus lapideus. Ferunt circa hæc loca Herculem appulisse, ubi Albion & Bergius Neptuni filij cùm eum transitu prohibere conarentur, deficientibus telis patrẽ Iouem orasse, ut sibi tela subministraret, stato nomen factum. Cæterũ Arelate in mediterraneis fuit, colonia Sextanorum, inquit Plinius, unde colligere est, à Rhodano fuisse paulò longius. Stœchados] Insulæ sunt tres ab ora Ligurum, ad Massiliam usque dispersæ, ita aliquando appellatæ, quod ordine iacerent. τοῖχοι. ordines in acie & τοιχὲς ἄεσα oleæ, ordine cõsitæ. Sunt autem insulæ illæ maximè Massilienſium littori appositæ. Plinius li. 3. cap. 5. Tres sunt Stœchades, inquit, à uicinis Massilienſibus dictæ, propter ordinem, quas item nominãt singulis uocabulis, Proten, & Mesen, quæ & Pomponiana uocatur, tertia Hypæa. Naues Cæsaris ad insulam, quæ est contra Massiliam, stationes obtinebãt. Erat multo inferior nauium numero Brutus, ut dictum est.

a ali. Vt

b al. in uetusto cod. ęquora.

Robur.] Massilienses uoluerunt omnes uires suas in unius pugnæ euentũ nauale committere. Nec detrectabat pugnam Brutus, nam ad eas naues, quæ fuerant factæ Arelate per Cæsarẽ, captiuæ Massiliensiũ accesserant sex. Atq; has superiorib. refecerat diebus, atq; omnibus rebus instruxerat. Ephœbis.] iuuenibus ἀπὸ τῆς ἥβης, pubertate, & ætatis flore. Signat & pubẽ in maribus, & fœminis. Emeritas.] etiã naues per uetustatẽ inutiles, quas reficiũt, et cõscendunt. Metaphora sumpta est à Militibus ueteranis quib. uocatio à militia 60. ætatis anno cõcedebatur. Alnos.] materia pro ipsis nauibus. Vt mat.] In sequentis matutini temporis descriptio, quo pugna cœpit: à natura Solis claro cœlo Orientis, quo tẽpore positis uẽtis mare trãquillũ erat, ut remis incumbendũ esset. Mare enim pacatũ maximè nauali pũlio aptũ est. Quare differè dicit, mare æquis fluctib. iacuisse, ad pugnandũ cõmodè. Mouit ab.] Prolepsis: atq; inde studiũ remigãtiũ & cœuntiũ, hypotyposi oculis subijcit. Tonſ] remis actæ.

Cornua Roma.] Deducit classem Romanam è stationeinsulæ Stœchados, quæ est contra Massiliam. Brutus numero nauium Massiliẽsibus erat C inferior, ut paulò antè memini: sed rursum Cæsar ei classi ex omnibus legionibus fortissimos uiros antesignanos, & Centuriones attribuerat, qui ultro id muneris depoposcerãt. Hi sibi manus ferreas, & harpagonas parauerant, simulq; magno numero telorum, pilorum, & tragularum se instruxerant, Cornua dextrum, & læuũ dicit, ut in stataria pugna terrestri. Validiq; triremes.] Naues, quæ triplici remorum ordine utrinq; propelluntur. Triremis inuentor fuit Amocles Corinthius, ut autor est Thucydides: Biremem inuenerunt Erythræi. quadriremem Carthaginenses: quinqueremem Nesichthon Salamis: sex ordinum Zenagoras Syracusanus: deciremem. Nesigiton: duodecim ordinum nauem Alexandrum instituisse tradunt. Quasq; quater surgens.] Quadriremem dicit. quæ quaternis ictibus mouetur, cuius inuentores Carthagmenses fuisse ostendimus. Plures pinus, Sublimiùs remos exponit.

Cornua Romanæ classis, ualidæq; triremes,
Quasq; quater surgens extructi remigis ordo
Commouet, & plures quæ mergũt æquora pinus
Multiplices cinxere rates. hoc robur aperto
Oppositum pelago, limata classe recedunt,
Ordine contentę geminо creuisse Liburnæ.
Celsior at cunctis Bruti Prętoria puppis,
Verberibus senis agitur, molemq; profundo
Inuehit, & summis longè petit æquora remis.

Hoc robur aperto.] Itaq; hæ naues in duo cornua diuisæ in formam semilunæ promouebantur: quãobrem addit, Liburnas cõtentas fuisse hoc ordine processisse. Liburnæ naues dictæ fuêre à Liburnijs, ac Liburniæ parte Dalmatiæ. Diuersis temporibus diuersæ prouinciæ plurimũ mari ualuerunt, unde diuersa etiam nauium genera inuenta fuerunt. Pugna Actiaca, cùm Augustus auxilijs Liburnorum adiutus cum Antonio congrederetur, experimento didicit Liburnorum naues ad uictoriam cæteris aptiores fuisse. Ad harum nauium similitudinem, postea Romani alias concinnarunt, easq; eodem nomine appellarunt. Liburnæ maximè contexebantur, & cypresso, et pinu domestica, siue syluestri larice, et abiete. Aeræi claui huc magis, quàm ferrei erant idonei. Ferrei enim celeriùs rubigine consumuntur, quàm ærei, qui in aqua suam materiam illabefactatam seruant. Liburnæ remorum habent singulos ordines: binos paulò minores: idoneæ mensuræ ternos, uel quaternos, interdum quinos remigum gradus habent. In Actia. o prælio, etiam senorum, & amplius ordinum fuerunt. Macrobius Liburnis scaphæ exploratoriæ adiungebantur, quæ uicenos propè remiges in singulis partib. habebant, quas Britanni pyctas uocant. Per has superuentus fieri, & naues aduersariorum intercipi, & speculandi studio aduentus, uel consilia earum deprehendi solent.

Prætoria puppi.] Nauis imperatoria, in qua præfectus

fectus Brutus uehebatur. Hæc sex ordinibus remorũ agebatur. Sic prætoria cohors, porta prætoria, à dignitate prætoris. Verberibus.] Sex remorum ordinibus. Hanc A dicit poëta præcessisse.

Vt tantum.] *In huius naualis pugnæ descriptione artificiosè eum ordinem seruat, qui in hoc certaminis genere solet spectari. Magna remorum uiolentia impelluntur naues: inde postquam propemodum sunt coniunctæ magnis clamoribus utrimq; sublatis inuicẽ inuadunt. Postquam, inquit, classes tam propinquæ fuerunt, ut uno ictu remorum potuerint conjungi, ingens utrimq; clamor sublatus est. Tonsæ remi uocantur, uel quod ijs mare tundatur (quanquam literatura repugnat) & fluctus decutiãtur: uel quod ferro tondeatur. Tonsa oliua, quæ minutis frondibus compta est & quasi à tonsore composita. Tõsæ ualles, & montes, cùm syluis suis spoliantur.*

a al. puppem.
b al. mediũq.
c al. deductis
d al. quotiẽs.
e Zephyr. æstus.
f al. Euris Zephyris.
g al. repugnat.
h al. æquore.
i al. repulit.

Vt tantum medij fuerat maris, utraq; classis
Quod semel excussis possit transcurrere tonsis,
Innumeræ uasto miscentur in æthere uoces:
Remorumq; sonus, premitur clamore, nec ullæ
Audiri potuere tubæ: tunc cœrula uerrunt,
Atq; in transtra cadunt, & remis pectora pulsant.
Vt primum rostris crepuerunt obuia rostra:
In *a* puppim rediere rates, emissaq; tela
Aëra texerunt, *b* uacuumq; cadentia pontum.
Et iam *c* diductis extendunt cornua proris,
Diuersæq; rates laxata classe receptæ. (nãt.
Vt *d* quoties *e* æstus *f* Zephyris, euris q; *g* repug-
Huc abeunt fluctus, illuc mare: sic ubi puppes
Sulcato uarios duxerunt *h* gurgite tractus,
Quod tulit illa ratis, remis, hæc *i* rettulit æquor,
Sed Graijs habiles, pugnamq; te capescere pinus,
Et tentare fugam nec longo frangere gyro.
Cursum, nec tardè flectenti cedere clauo.

Innumeræ uoces.] *Primum magnis utrimq; clamoribus concurritur, ut apud Maronem.*

Exoritur clamorq; uirũm, clangorq; tubarum.

Remorũq;.] *Amplificatio clamoris in primo congressu.*

Tunc cœ.] *Inde summo studio remis incumbunt, ut rostra rostris illidantur, & puppes inde puppibus cõmittantur.* Emissaq;.] *Postea amplificat telorũ coniectus.*

Vt quoties.] *à simili oculis subijcit concursum nauium. Æstus præter notam significationẽ, etiam uehementem, & impetum, & fluctationem maris signat, qualem uidere est quoties uentorum ui fluctus agitantur.*

Sed Graijs.] *Hoc ipsum Cæsar quoque testatur. Ipsi, inquit, Massilienses, & celeritate nauium, & scientia gubernatorum cõfisi, nostros eludebant: impetuq; eorum excipiebant: & quoad licebat, latiore spacio ducta longius acie eirc cũuenire nostras, aut pluribus nauibus adoriri singulas, aut remos transire arrẽtes detegere, si possent, contendebant. Cùm propius erat necessario B uentũ, ab scientia gubernatorum atq; artificij, ad uirtutẽ montanorũ cõfugiebant. Nostri quod minus exercitatis remigibus, nunq; peritis gubernatoribus utebantur, qui repentè ex onerarijs nauibus erant producti, neq; dum armamentorũ nauicabulis cognitis, tum etiam grauitate, & tarditate nauium impediebantur. Factæ enim subito, ex humida materia non eundem usum celeritatis habebant. Itaq; dum locus cõmunis pugnãdi daretur, æquo animo singulas binis nauibus obijciebãt. Hæc Cæsar. Inde Romani manus ferreas iniecta & retecta utraq; naue, diuersi pugnabant, et in hostium naues transcendebant. Hinc magno numero Albicorum, & pastorum interfecto, partem nauium depresserunt, nonnullas cum hominib. ceperunt, reliquas in portum cõpulerunt. Captæ, & depressæ naues Massiliensium sunt nouem. Pinus.] habiles naues ad lacessendũ pugnam, ut dictum est materia pro re confecta.*

At Romana ratis.] *Bruti classis inquit, præbuit speciem pugnæ stataria, ac pedestris terra, quamobrem dum locus cominus pugnandæ daretur, æquo animo singulas binis nauib. hostium obijciebat.*

k al. terratis.
l al. Acinfig.
m al. Ac.
n al. rostris.
o al. Remi.

At Romana ratis stabilem præbere carinam
Certior, & *k* terræ simile bellantibus usum.
Tunc in *l* signifera residenti puppe magistro
Brutus ait, pateris ne acies errare profundo?
Artibus & certas pelagi? iam confere bellum
Phocaicis, mediasq; rostris oppone carinas.
Paruit, obliquas & præbuit hostibus alnos.
Tunc quæcunq; ratis tentauit robora Bruti.
Ictu uicta suo percussa, & capta cohæsit.
Astm alias manicæq; ligant, teretesq; catenę,
Seq; tenent *n* remis, *o* tecto stetit æquore bellum.

Ratis.] *Ex una omnes naues Romanas intelligit, quarum singulas dixt binas hostium debellasse.* Pateris ne.] *Bruti oratio breuis ad gubernatorem, quod non recta in Massilienses naues medias sua rostra dirigat.* Artibus.] *pugnas cum mari: Hortatur gubernatorem ut in hostium naues transuersus proram rostratam dirigat, naui pugnam detrectet, unde hostibus animi crescerent, & suæ res in apertum discrimen deducerentur.* Phocaicis, rostris.] *Massiliensium nauibus medijs immitte rostratas proras. Alnos. Ioãteria, pro ipsis nauibus, ut & robora. Quæcũq; nauis Massiliensium tetigit prætoriam Bruti, illi illisa cohæsit, & capta extemplò fuit.*

Iam non.] *Iam nõ amplius pugnatur eminus, neque ictus ex*

Iam non excussis torquentur tela lacertis,
Nec longinqua cadunt iaculato uulnera ferro.
Miscentur q; manus, nauali plurima bello

Astalias.] *Alias hostium naues iniectis manibus ferreis, & cathenis retinuerũt. Manicas hìc harpagonas uocat, qui item, & ferreæ manus à Cæsare uocantur. Centuriones manus ferreas habebant, atq; harpagones, ut paulò antè dictum est, magnumq; numerum pilorum, & tragularum, atq; alia id genus tela habebant, quibus se instruxerant aduersus Massilienses.*

interuallo telorum coniectu insiguntur, sed communi conser-

Enſis agit, ſtat quiſque ſuæ de robore puppis
Pronus in aduerſos ictus, multíq; perempti
In ratibus cecidêre ſuis: cruor altus in *a* undas
Spumat, & obducti *b* cõcreto ſanguine fluctus,
Et quas immiſsi traxerunt uincula ferri,
Has prohibent iungi *c* cõſerta cadauera *d* puppes:
Semianimes alij uaſtum ſubiêre *e* profundum
Hauſerunt́q; ſuo permixtum ſanguine pontum:
Hi luctantem animam lenta cum morte trahẽtes
Fractarum *f* ſubitò ratium periêre ruina,
Irrita tela ſuas peragunt in gurgite cædes.
Et quodcunq; cadit fruſtrato pondere ferrum,
Exceptum mediſs inuenit uulnus in undis.
Phocaicis Romana ratis uallata carinis
Robore *g* deducto, dextrum, læuuḿq; tuetur
Aequo Marte latus, cuius dum pugnat ab alta
Puppe Tagus, Graiũq; audax *h* ampluſtre retẽtat,
Terga ſimul pariter miſsis, & pectora telis
Tranſigitur, medio concurrit pectore ferrum,
Et ſtetit incertus flueret quo uulnere ſanguis,
Donec utraſq; ſimul largus cruor expulit haſtas,
Diuiſit́q; animam, ſparſit́q; in uulnera letum.

a ferũ manibus res agitur. Vulnere.] ictus accipiuntur. *Acrem cõ ſtructũ hypotypoſi ſubiecit, in quo utrunque multi cecidêre.*

Vincula ferri.] *Harpagones. Atq; iniecta manu ferrea, ait Cæſar, & retenta utraq; naue diuerſi pugnabant, atq; in hoſtium naues tranſcendebãt: et magno Albicorum, & paſtorum numero interfecto, partem nauium deprimũt, nonnullis cum hominibus cepiunt: reliquas in fugam compellunt.*

Has prohibent.] *Sub iſta, amplificatio ni admiſcet diuerſos effectus.* Pontum.] *ſalſam aquã maris: totũ pro parte.*

Fractæ.] *uel quæ colliſæ oppreſſæ fuerũt: uel depreſſæ hauſtæ ſunt.* Irrita tela.] *quæ à nauibus aberrarunt, & in corpora natantiũ ceciderunt, id quod à poëta ſequenti uerſu planius redditur.* Phocaicis Romanis.] *Romana claſſis circundata nauibus Maſſilienſium ita utrunq; cornu, dextrum, & læuum defendit aliquamdiu, ut neutro ſe inclinaret victoria, ſed æquo Marte ſtaret pugna.* Tagus.] *Romanus miles Maſſilienſis nauis amplu ſtre retinere conatus, interficitur. Eſt autem ampluſtre, ſiue apluſtre, & apluſtria ornamenta in naui, quod plus erãt, quam eſſent neceſſaria. Cicero in Arat.*

Nauibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra.

Primam ſyllabam in apluſtre, communem faciunt poëtæ ratione mutæ & liquidæ. Iuuenal. Satyr. 10.

—*Victáq; triremis*
Apluſtre, & ſum
mo triſtis captiuus in arcu.
Humanis maiora bonis creduntur. Silius *lib. 10.*
Et tranſtra, & mali lacerõq; apluſtria uelo.

Tranſigitur.] *Non tranſfigitur, ut nonnulla legunt exemplaria: repugnat quantitas antepenultimæ ſyllabæ.*

Terga.] *ſynecdochicõs, pluralis numerus pro ſingulari, id quod poëtis familiare eſt.*

a al. undis.
b al. concreſcunt.
c al. cõferta.
d al. poppis.
e al. iuſtum profun.
f al. ſubita.
g al. diducto.
h al. apluſtre.

Dirigit huc puppim miſeri quoq; dextra Telonis
Qua i nullæ melius pelago turbante carinæ
Audiuere manum, nec lux eſt notior ulli
Craſtina, ſeu Phœbum uideat, ſeu cornua Lunæ,
Semper uenturis componere carbaſa uentis.
Hic Latiæ roſtro compagem ruperat alni,
k Pila ſed in medium uenere trementia pectus.
Auertítq; ratem morientis dextra magiſtri.
Dum cupit in ſociam Gyareus erũpere puppim,
Excipit immiſſum ſuſpenſa per ilia ferrum.
Affixuśq; rati telo retinente pependit.

Dirigit huc.] *Ab enarratione cædis in uniuerſum, narrat particulatim, qui in eo cõflictu perempti fuerũt poëtarum more. Legẽ poëtarũ ſequitur, quæ in deſcriptionibus perſonarum, & cædium ſolet uarietate, tum proſit, tum delectet, præcipuè quãdo narrat, quomodo τὸν πλοῦτον τῶν ἐπέων ποιέεται ἀνδρῶν. Aut quoties refertur in pugna bonos cũ malis cadere, ſtrenuos ac fortes uiros imbellibus miſceri.* Dextra Tel.] *Hunc Telonẽ deſcribit à peritia gubernãdi nauẽ, & ſcientia præſagiorũ, è Solis, & Lunæ facie, habitu prædictione, præſentionẽq; tẽpeſtatũ.* Qua nu.] *Eſt aũt hic orationis contextus. Naues* nullã manũ, *turbato mari melius audiuêre, quã dextram* Telonis. *Audiuêre dixit, pro ſenſere uel paruere, ut meta phorica deflexione. Quæ corporis ſunt ad animũ trãſferũtur: aut quæ animati, ad inanimatũ, ut ab homine ad nauem.* Pelago tur.] *enallage generis actiui, pro paſſiuo: mari turbato tempeſtate.* Lux craſt.] *hoc eſt, nullus nouit ex aſpectu Solis, & Lunæ, ſequẽtis diei tẽpeſtatẽ in mari præſentire, ut carbaſa uel cõtrahat, uel componat, ſi uenti ingruãt.* Phœbũ.] *Siue Solẽ obſeruet, ſiue Lunã. Primũ omnũ. quod ad promiſsionẽ ſerenitatis diei craſtini ſi occidit ſol ſerenus, & oritur certiſsima fides eſt ſereni tatis. Itẽ ſpõdent nubes, ſi circa occaſum rubeſcãt. Tempeſtatis præſagia ſunt. Sol oriens pallidus, grandinẽ hybernam nunciat. Concauus orient, pluuias prædicit, & cum ante orientẽ rubeſcũt nubes, uẽtos, promittit Si nigræ rubentib. interuenerint, dabit pluuias. Si in ortu, aut occaſu contracti cernentur radij, imbrẽ ſignificabũt. Si in occaſu Solis pluat, aut radij in ſe nubẽ trahãt, aſperã in proximũ diẽ ſignificabũt tẽpeſtatẽ. Cũ ante exortũ nubes globabũtur, hyemẽ aſperã denũciabũt. Si circa occidentẽ cãdidus circulus erit, noctis lenẽ tempeſtatem minatur. Si ante exortũ radij ſe oſtendũt, aquã & uentũ dabunt. Si nebula circa occidentem fuerit, uehementiorẽ, aut etiã ſi candeat Sol. Seu cornua lu.] Colligũtur etiã præſagia è cornibus Lunæ, ſi ſplẽdens Luna oritur, & puro nitore fulſerit, ſerenitatẽ ſignat: ſi rubicunda uentos. In quinta, obtuſa cornua, pluuiã: erecta, & infeſta, uẽtos ſemper ſpõdẽt, quarta tamẽ maximè. Cornu eius ſeptentrionale acuminatum, atq; rigidũ, illũ præſagit uentũ. Vtraq; recta noctẽ uentoſam. Si quartã orbis rutilus cinget uẽtos & imbres præmonebit. Si quarto die Luna erit directa, magnã tempeſtatẽ præſagiet, niſi ſi coronã circa ſe habebit, & eã ſinceram, tũ non ante plenã Lunã hyemandũ oſtendet. Ingens uis talium prognoſticorũ eſt apud Plinium neque minor apud Aratum, Vergilium, & Varronem. Talium præſagiorum peritiam tribuit poëta Telonì, & quidem decorè. Prognoſticorum, & Aſtronomiæ rũ*

k al. Tela.

miæ rudis gubernator cũ periculo cursum nauigationis tenet. Talem fingit Maro suum Palinurũ in 3. Aeneidos.

Eplorat uentos, atq; auribus aëra captat,
Sidera cuncta notat tacito labentia cœlo.

Roſtro.] *nauis suæ.* Magiſtri.] *gubernationis nauis.* Gyareus.] *& ipse Masſilienſis.*

Stant gemini f.] *Vt Maro lib. 9 Homerum imitatus fuit apud quem Polypetes, & Leontes pro caſtrorum portis ſtant libro 12. intrepidi immotiq; Aſium hoſtem opprimentes, ita Lucanus imitatione Vergiliana geminos fratres fortiter res nauali prælio gerẽtes fingit. Vergilius Pandarum, & Bitiam introducit ultro aperientes portas, intra eas hoſtes irrupturos, excepturos. Hos ille fortes duos milites modò turribus comparat, modò arboribus, ad archetypum ſuum, æquiparat. Lucanus multus eſt, in affectibus concitandis, & amplificatione uehementum.* Gemini fra. gloria.] *Appoſitio: uel propter fœcunditatem, uel egregiam uirtutem in bello nauatam.* Eadem uiſcera.] *Idem uterus maternus ad diuerſa fata eos genuit. Hos Maſſiliẽſes gnauiter pro patria pugnantes facit* Viros.] *geminos fratres, de quibus loquitur, mors interſtinxit, ut forma diſſimiles eſſent: pallor, & liuor in mortui uultu, cicatrices, & alia ſigna.* Relictum.] *alterum ſuperſtitem parentes interno ſcendi ſublata difficultate, facilè nouerunt, cùm uehementer ſimiles eſſent, ut inter uiuos non dinoſcerent. Al*

» *luſum eſt ad illud Vergilianum:* —— *proles.*
Indiſcreta ſuis, gratuſq; parentibus error.

Ille dolor.] *ſuperſtites relictus frater, pathos à perſona.* Amiſſum fr. l.] *hoc eſt ſemper ipſe ſuperſtes parẽtentibus lugentibus amiſſum fratrem, eundẽ repræſentat forma.* Quorum alter.] *alter fratrum, qui pugnando periturus erat.* Pectore.] *qui legunt, pectine ſic interpretantur, ut in remis dẽtes, ceu pectines extent.* Iniectare.] *frequentatiuum pro perfecto: auſus iniecere manus in nauem Romanam, quam ictus ſupernè iniectus amputauit, ut præputata naui hæreret, & immoreretur.* Læua.] *Nam dextra deſtitutus ſiniſtram proiecit ad capiendam dextram, ne ab hoſte Romano interciperetur.* Hæc quoq;.] *ſimul & læua uno ictu ſublata fuit, unà cum lacerto, uſq; ad commiſſuram cubiti.*

Emerita iã.] *Sumpta metaphora eſt à re militari, in qua emeriti uocantur, qui ombus ſtipendijs defuncti, ad militiam non tenentur amplius. Ita mortem hoc loco emeritam uocat, qua deB functus extremè fuit.*

Effugien. anim.] *quantum erat uitaliũm uirtũ in defectos artus colligit.* Quæcunq; ma.] *Sic nonnulla exempla legunt, ut ſit ſenſus, ait Nicol. lus, cõtendit membra, quod eſt tolitũ*

quæcunq; reliqua habebat, toto ſanguine, quod eſt cõtinente pro uiribus. Sanguine pro uiribus poſito, tanquã cõtinente pro contento, per Metonymiam. Deficiente ſanguine etiam uires deficiunt. Defectis rob. mem.] *hoc eſt, omnibus ſuis uiribus deſtitutus, in nauẽ hoſtilẽ inſiluit, uel ſolo pondere ei uim illaturus, cùm alia ratione requiret. Lucanus quã fuerit Cæſari, & Cæſaribus ſemper infeſtus, cùm alijs multis, tum hoc loco uidere eſt. Etenim gloriam in hoc certamine nauali, quæ Cæſarianis debebatur tribuit Maſſilienſibus hoſtibus. Tranquillus in Cæſare, C. Acilius, inquit, nauali ad Maſſiliam prælio, iniecta in puppem hoſtium dextra, & abſciſſa, memorabile illud apud Gracos Cynigeri exemplum imitatus, tranſiluit in nauem, ſed bone obuios agens. Valerius Max. eum non Acilium, ſed Attilium uocat lib. tertio, cap. 2. de fortitudine. Nec Attilium quidem inquit, præterire poſſumus: qui cùm decimæ legionis miles pro Cæſaris partibus maritima pugna præliaretur, abſciſſa dextra quam Maſſilienſium naui iniecerat, læua puppim apprehendit: nec antè dimicare deſtitit, quàm captam profundo mergeret: quod factum parẽtum iuſta noticia patet: Hæc Valerius. In eandem ſententiam etiam apud Plutarchum eſt.*

Strage uir.] *Amplificatio ſtragis, cùm dicit nauem cadaueribus cumulatã, & trãſuerſis ictibus quaſſatam, ſolutus eompagibus tandem deſediſſe.*

Foros.] *Fori in nauibus ſunt tabulata, per quæ nautæ diſcurrunt: à ferendo, quod eorum diſcurſus ferant.* Ferrea d.] *Periphraſis harpagonis, inſtrumenti munitis ferreis uncis.* Raptis cadit un.] *hoc eſt, non ita ut in uulnere ſolet fieri, ſed omnibus propè uenis ruptis, unde effluxit ſanguis.*

Strage uirûm cumulata ratis, multoq; cruore,
Plena per obliquum crebros latus accipit ictus.
d At poſtquam ruptis pelagus cõpagibus hauſit
Ad ſummos repleta foros e deſcendit in undas
Vicinum inuoluens contortò f uortice pontum,
Aequora g deſcendunt merſa diducta carina:
In q; locum puppis cecidit mare, multaq; ponto
Præbuit h illa dies uarij miracula fati.

Sunt qui hos exiſtimant uerſus à Lucano recitatos fuiſſe, cùm inciſis uenis à Nerone, uituli calore paulatim ſe deſtitui

d al. Sed poſt
e al. deſcẽdit.
f al. uertice.
g al. diſcedũt
h al. ille.

Ferrea dū a puppis rapidos manus inserit uncos
Affixit Lycidā: mersus foret ille profundo,
Sed prohibent socij, suspensaq; crura retentant,
Scinditur auulsus: nec sicut uulnere sanguis
Emicuit lentus, ruptis cadit undiq; uenis.
Discursusq; animæ diuersa in membra meantis
Interceptus aquis nullius uita perempti
Est tanta dimissa uia: pars ultima trunci
Tradidit in letum, uacuos uitalibus artus.

Et patulæ narres, a sudor rubet, omnia plenis

Membra fluunt uenis, totum est pro uulnere corpus.

Vacuos uitalibus artus.] exenteratos, ut cor, pulmonem, epar, & ea, quæ sunt

a al puppi.

Se destituī sentiret. Alij secus sentiūt, nempe eos uersus eum recitasse, qui libro nono extant dicti à milite quodam percusso, cuius uerba hæc sunt.

» Sanguis erant lachrymæ quæcunque foramina nouit,

» Humor, ab his largus manat cruor, ora redundant,

Qua pulmo ia.] Tumidum pulmonem uocat, propter spiritus ineluctos, unde illi proficiscuntur. Circa præcordia animus diu luctatus fuit. Tu lerunt.] pro abstulerunt: enallage figuræ.

Qua caret hoste ratem.] Diuersam nauit partem, & ab hoste auersam.

Vasto iactare pro fundo.] non potuit in mare proijcere.

Sed clauso perière mari.] intra carinam conclusi, hausti fuerunt. Tunc unica diri.] Ecphonesis in miserabilem & tragicam faciem præsentis calamitatis.

Iuuenem fixere carinæ.] confoderunt rostris nauiū natantem. Discessit medium tam uastos] Discerptum fuit pectus medium tam ualido ictu rostrorum.

At tumidus, qua pulmo iacet, qua uiscera feruēt,
Hæserunt, ibi fata diu, luctataq; multum
Hæc cum parte uiri uix omnia mēbra tulerunt:
Dum nimium pugnax unius turba carinæ
b Incumbit prono lateri, uacuamq; relinquit,
Qua caret hoste ratem, congesto pondere puppis
Versa caua texit pelagus, nautasq; carina:
Brachia nec licuit uasto iactare profundo,
Sed clauso periēre mari: tunc unica diri.
Conspecta est leti facies, cùm forte natantem
Diuersæ rostris iuuenem fixere carinæ:
Discessit medium tam uastos pectus adactus,
Nec prohibere ualent obtritis ossibus artus,
Quo minus æra sonent, elisso uentre per ora
Erectat saniem c permixtus uiscere sanguis.

Permixtus uiscere sanguis.] permistis cum sanguine intestinis. Viscera interiora animalū sunt, ut cor, iecur, pulmo, præcordia, ilia, & reliqua omnia, quæ pelle conteguntur. Et inter hæc sunt, quæ Dijs sacrificari solebant, & quibus Aruspices futura præsentiebant. Hinc uiscerari, populo carnes distribuere: & uisceratio in solenni sacrificio, uel in funere nobili. Tum in Albano, inquit Gellius, uisceratio Latinis data: uiscera tum Aduerbium per uiscera. Ennius. Dissipat uiscera tum membra.

b al. incubuit, in uetusto cod. & reliquit.

c al. permistus.

Postquam inhibent remis.] Vbi nauet remis retraxerunt, ac rostra reduxerunt.

Pars maxima turbæ.] pars maxima eorum, qui uehebantur. Cùm facto naufragio natantibus brachijs excussi in mare, ne mergerentur, & quod poterant obluctarentur, ad auxilium fociæ nauis enatarunt.

At illi.] Socij Massilienses. Robora cum uetitis præn.] nauet Massiliensium sociorum suorum. Materia pro re confecta.

Impia turba super medios.] quod popularium manus præputarent, quibus destituti, deciderunt in subiectū mare, & hausti fuerunt Truncos.] corpora succisis brachijs in mare reuoluta Trūcus & adiectiue accipitur.

Iamq; omnis fusis.] alij codices, omni legunt. Iam

Postquā inhibēt remis puppes, ac rostra recedūt,
Deiectum in pelagus perfosso pectore corpus
Vulneribus transmittit aquas. pars maxima turbæ
Naufraga iactatis morti obluctata lacertis
Puppis in auxilium sociæ concurrit: at illi,
Robora cum uetitis prænsarent e altius ulnis,
Nutaretq; ratis populo peritura recepto,
Impia turba super medios ferit ense lacertos,
Brachia linquentes Graia pendentia puppe,
A manibus cecidere suis, non amplius undæ
Sustinuere graues summos in gurgite truncos,
Iamq; f omni fusis nudato milite telis,
Inuenit arma furor, remum contorsit in hostem
Alter, g at hi tortum ualidis h apluſtre lacertis,
Auulsasq; rotant excusso remige sedes,
In pugnam fregere rates, fidentia pessum
Corpora cæsa tenent, spoliantq; cadauera ferro.

omnibus telis utrinq; nudati erant, cùm furor præsentia arma offerret, remos, amplustria transtra, & quātum asserum in nauibus obuium erat, telorum uice habebatur, ijs se in extremis iam morte ob oculos posita, defendere parabant. Nudato milite telis.] Synecdoche, ex uno omnes intelligit. Inuenit arma furor.] Furor arma ministrat, ait Maro. Auulsasq; rotant excusso remi.] Transtra periphrasticè innuit, in quibus remiges sedent. Apluſtre.] quid apluſtre, siue amplustre sit, alibi ostendimus. Sulpitius, existimat poëtā hic abusum uocis proprietate. Sidentia pes.] nouè dixit, fidentia pessum, quemadmodū ire pessum usitatè dicitur. Et sedes, trāstra uocat. Cadauera.] Corpora mortua.

d In uetusto cod. reducūt alius uet. co. remi, & hic in margine habet. reducunt

e al. arctius, in uetust. codice alter quoque cod.

f al. omnis

g al. hic in uetc. cod.

h al. amplustre.

Multi inopes.] Diuersa à superiori

Multi inopes i telis iaculum letale reuulsum
k Vulneribus traxere suis. & l uiscera læua

amplificatio ardentioris pugnæ, ac cladis.

i al. teli.

k al. Vulnera læsa.

l al. uisceribus, in uetus. cod.

Telorum

Oppreſſere manu, ualidos dum præbeat ictus
Sanguis, & hoſtilem cùm torſerit, exeat haſtam.
Nulla tamen plures hoc edidit æquore clades,
Quàm pelago diuerſa lues. nam pinguibus ignis
Affixis a telis, & tecto ſulphure uiuax
Spargitur, ac faciles præbere alimenta carinæ,
Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.
Nec flammas ſuperant undæ, ſparſiſq; per æquor
Iam ratibus, fragmenta ferus ſibi uendicat ignis.
Hic recipit fluctus, extinguat ut æquore flammas:
Hi ne mergantur, tabulis ardentibus hærent.

Telorum inopia, inquit, iacula fuerunt, ab hoſtibus accepta, quæ è uulneribus exa al. *tædis, traxerunt, & in hoſtes retorſerunt.*

Viſcera læua.] *Obturarunt læua manu uulnera, & inteſtina.*

Diuerſa lues, nã pinguib.] *Alia amplificatio à ſparſo igne per naues, quem diuerſam luem, & contagionem hic uocat metaphoricè.*

Affixus telis, & tecto ſulphure.] *Quidam hic tædis legunt. Telis picata, ac reſinata cum ſulphure ſtuppa affixi concepta flamma, in hoſtium naues, aut urbes emiſſis, horrendum incendium, & propè inextinguibile excitauit. Quod ſi tædis, legas, intellige pingue eius arboris, de genere Laricum natura.*

Ignis ferus.] *Pulchrè uiuax, nam in ipſo curſu, ac uolatu, Flamma uiolentior fit, ac maior.*

Nec flammas ſuperant undæ.] *Aqua non euincendiario, inquit, ſtupa, ſulphure, & bitumine obuoluta, & ardentes ſagittæ per baliſtas in hoſticarum nauium alueos infiguntur, unctasque cera, & pice, & reſina, tabulas, tot fomentis ignium repetè ſuccendunt. Hactenus* Vegetius.

Hic recipit fluctus] *Omnes de ſalute ſua fuerunt ſolliciti: hic aquam marinam pro uirili hauſit ad reſtinguendum incendium: pix & reſina affuſa aquæ ſæuitiæ multò magis: ille correpta tabula repanda, & ea quidem ardente euadere conati fuerunt. ut in naufragio fieri ſolet.*

Mille modos inter leti mors una timori eſt,
Quà cœpêre mori: nec ceſſat naufraga uirtus.
Tela legunt deiecta mari, ratibusq; miniſtrant,
Incertasq; manus ictu languente per undas
Exercent: nunc rara datur ſi copia ferri,
Vtuntur pelago: ſæuus complectitur hoſtem
Hoſtis, & implicitis *b* gaudẽt ſubſidere membris,
Mergentesq; mori. pugna fuit unus in illa
Eximius Phoceus, animam ſeruare ſub undis
Scrutariq; fretum. ſiquid merſiſſet arenis,
Et nimis affixos unci conuellere morſus:
Adductum quoties non ſenſerat anchora funem,
Hic tibi *c* comprenſum penitus deduxerat hoſtẽ
Victor, & incolumis ſumas remeabat *d* in undas,
Sed ſe per uacuos *e* credit dum ſurgere fluctus,
Puppibus occurrit, tandemq; ſub æquore mãſit.

Mille modos inter leti mors una timori eſt, Quà cœpêre mori: nec ceſſat naufraga uirtus. *anaſtrophe, inter mille mortis genera ſolum mortem timent.* *Tela legunt deiecta mari.*] *colligunt tela fluitantia in mari, & ſuggerunt inter ſe.*

b al. gaudet. *Subſidere membris.*] *gaudent mergi, ut incendium effugiant.*

Pugna fuit unus in illa.] *ad ſingularia exempla tranſit, & primũ quidẽ ad Phocẽſem, hoc eſt Maſſilienſem quendam, cuius eximia uirtus ubi aliquamdiu emicuit, tandem hominem perdidit.*

Scrutaturq; fretum, ſi quid merſiſſet.] *Hunc ab urinandi peritia deſcribit, qua è fundo aliquid repetere, anchoras ſub aquis ſoluere, uel funem innectere facilè cum urinatorem celebrem, quem poſtea à beluis marinis deuoratum ſua impoſtura: perdidit infœliciter. Vnde paræmia Glaucus guſtata herba in mari habitat, de eo, qui cùm pericrit, tamen uulgò, creditur uiuere.*

c al. compreſſum. *d* al. ad undas. *e* al. dum credit.

Non perdere letum.] *Vnica fuit cura, non inultum mori, quæ res morienti aliqua ſolatij portio eſt.*

Hi ſuper hoſtiles iecerunt brachia remos,
Et ratium tenuere fugam: non perdere letum
Maxima cura fuit, multus ſua uulnera puppi
Affixit moriens, & roſtris abſtulit ictus.
Stantem ſublimi Tyrrhenum culmine proræ
Lygdamus excuſſæ balearis tortor habenæ
Glande patẽs, *f* ſolido fregit caua tẽpora g plũbo.
Sedibus expulſi poſtquam omnia *h* rupit
Vincula, procurrunt oculi, ſtat lumine rapto
Attonitus, mortisq; illas putat eſſe tenebras.
At poſtquam ſenſit i membris cõſtare uigorem,
Vos, ait, ô ſocij ſicut tormenta ſoletis,
Me quoq; mittendis rectum componite telis.
Egere quod ſupereſt animæ Tyrrhene, per omnes

Stantem ſublimi Tyrrhenum.] *Tyrrheni Romani militiis, & Lygdami Maſſilienſis pugnam deſcribit.*

f al. ſolito. g al. ferro in uetuſto cod. *h* al. prorũpit *i* al. neruis *bit.* *Balearis torſenſit, ut in tor habenæ.*] *Baleares inſulæ ſunt in mari Iberico, contra litora Tarraconenſia, paruo interuallo inter ſe diſtantes, olim Maiores, & Minores dictæ Pomponio: hodie uocibus corruptis, Maiorica, & Minorica appellantur, ditionis Hiſpanicæ, ut Siachader, Gallicæ. Baleariũ inſularum incolæ fundarum uſum primi inuenîſſe dicuntur, & ita peritiſſe exercuiſſe*

Bellorum casus, ingentem militis usum
Hoc habet ex magna defunctum parte cadauer,
Viuentis feriere loco. sic fatus in hostem
Cæca tela manu, sed non tamen irrita mittit,
Excipit hæc iuuenis generosi sanguinis Argus,
Qua iam non medius descendit in ilia uenter,
Adiuuitq; suo procumbens a pondere ferrum.

credũt, παρὰ τὸ βάλλειν, à iaciendo: aut certè à Baleo Herculis comite. Glande perens, solido fre.] Glandes etiam plumbeæ dicuntur: & diminutiuè, & glandulæ. Sedibus expũlsi, postquam.] orbibus, aut finibus suis eiecti. Strat lumine rapto.] usu ablato.

a al. pectore.

Egere quod supereſt animæ.] Hortatur Tyrrhenus ſeipſum ad uindicandam iniuriam.

Cæca manu.] incerta manu: ſiue ipſe cæcus torſit manu telum in hoſtem. Arctus.] Maſſilienſis iuuenis uulneratur: ergo teli iactus non fuit irritus, ſed certus, quanquam à Lygdamo aberrauit.

Strabat iam ui.] Admiſcet paternæ pietatis in filium memorabile exemplum.

Non ille iuuentæ.] laudat patrem à uirtute, & militaribus artibus in ætate iuuenilâ, ſed iam exhauſtas uiribus ſpecimen tantum, & exemplum priſtinæ uirtutis erat, nõ miles. Sæpe cæ.] à ſigno exhauſti roboris. Artus.] filij ſui Argi. Nox ſubit. atque.] hoc eſt, mors paulatim obrepit.

a Strabat iam uictæ diuersa parte carinæ
Infœlix Argi genitor, non ille iuuentæ
Tempore Phocaicis ulli cessurus in armis:
Victum æuo robur cecidit fessusq; senecta
Exemplum non miles erat, qui funere uiso
Sæpe cadens longè senior per transtra carinæ
Peruenit ad puppim, spirantesq; inuenit artus.
Non lachrymæ cecidêre genis, nõ pectora tundit,
Distentus toto riguit sed corpore palmis.
Nox subit, atq; oculos uastæ obduxêre tenebræ,
Et miserum cernens agnoscere desinit Argum.
Ille caput labens, & iam languentia colla
Viso patre leuat: uox fauces nulla solutas
Prosequitur, tacito tantum petit oscula uultu,
Inuitatq; patris claudenda ad lumina dextram.

a al. diuersa uicta iam. al. ueteres Stabat diuersæ victa iã parte cari.

Vt torpore sen.] Vbi desijt senex animo desistui, ac recepit à dolore uires.

Parenti.] hetero superſonæ tertia pro prima. Letum.] Vt occuparet mortem ſi lij præcipiti ſaltu in mare. Feſtinantem animam.] Properantem mori. Morti nõ uni.] Non enim ducebatur fatis uirũ eſſe in una morte ad maturandam necem. Itaq; filij mortem ſua antecurrere ſtuduit. Nõ uni.] Rectè Micyllus, nam duplici morte ſe tradidit, adegerat gladium capulo tenus in uiſcera, inde ſe in mare præcipitem dedit.

b al. Nerdũ. c al. merſi in uetuſtis cod. d al. Præcipiti letũ ſaltu. aliàs. Præceps & lætum gaudens præcedere nati. al. letũ producere.

Vt torpore senex caruit uiresq; cruentus
Cœpit habere dolor, non perdam tempora, dixit,
A' sæuis permissa Deis, iugulumq; senilem
Confodiam, ueniam misero concede parenti,
Arge, quod amplexus, extrema quod oscula fugi,
b Nondum destituit calidus tua uulnera sanguis,
Semianimisq; faces, & adhuc potes esse superstes,
Sic fatus, quamuis capulum per uiscera c missi
Polluerat gladij, tamen alta sub æquora tendit
d Præcipiti saltus letum præcedere nati,
Festinantem animam morti non credidit uni.

Inclinant iam fata.] Epilogus pugnæ nauales. Victoria inclinabat, & uicti medi tabantur fugam. Conſtat epilogus affectibus uarijs, à miserabili facie urbis Maſſiliæ, in quo ingens luctus uirorum, ac mulierum ortus omnia miſcebat.

Inclinant iam fata ducũ, nec iam amplius anceps
Belli casus erat, Graiæ pars maxima classis
Mergitur, ast aliæ mutato remige puppes
Victores uexêre suos naualia paucæ
Præcipiti tenuere fuga: quis in urbe parentum
Fletus erat, quantus matrum per littora plãctus,
Coniunx sæpe sui confusis uultibus unda
Credidit ora uiri Romanum amplexa cadauer,
Accensisq; rogis miseri de corpore trunco
Certauere patres. at Brutus in æquore uictor
Primus Cæsareis pelagi decus addidit armis.

dimiſſus à Cæſare fuit, homo ignauus, & minimè belliceſus, qui poſtea in pugna Pharſalica perijt: alter Ducum erat L. Naſidenus qui à Pompeio cũ claſſe nauium XVI. poſt primam pugnam nauale Domitio, & Maſſilienſibus auxilio miſſus fuerat.

Fata ducum.] Micyllus Maſſilienſium Ducum fata intelligit, & rectè. Erant enim Pompeianarum partium duo præcipui, L. Domitius, qui Corfini captus, &

Nec iam ampli.] aleâ pugnæ nõ erat amplius dubia, ſed Romani in confeſſo uictores Maſſilienſes in fugam agebant. Graiæ pars max.] pars maxima Maſſilienſium

sium nauium mergitur. Etenim Romani uictores in hostium naues transcendebant, magnoq; numero Albicorum, & pastorum trucidato, partem nauium depressserunt: partem cum ipsis hominibus ceperunt, reliquas in portum compulerunt. Naues Massilienſium depressæ, & captæ maximè fuerunt nouem. Atque ita quidem fuit prior pugna naualis, in qua Domitius ad istum modum à Bruto uictus fuit. Posteà iterum mari dimicatum fuit, aucta Massilienſium classe. L. Nasidio cum sedecim nauibus Massiliam à Pompeio missо, ut paulò antè ostendi. Et Brutus priori classi aliquot adiecerat. Et hæc naualis pugna spectabatur æquo ab oppidanis, & castris Tribonianis. Massilienſium matronæ, ac uirgines è muris manibus ad cœlum sublatis, uictoriam suis precabantur. Ad hæc, multæ ante aras, & simulachra deorum cum lachrymis hoc ipsum orabant. Massilienſes multò ferocius, quàm Nasidiani prælium ingressi, atrox certamen intulerunt. Nasidius rursum, ubi duas Massilienſes naues fortuito inter se concursu circa Bruti nauem afflictas uidit, statim pugna excesiit. Massilienſes suis destituti diutius Romanos non sustinuerunt. Quinque eorum naues sunt depressæ, quatuor A captæ: cæteræ toto mari sunt dissectæ: aliæ in diuersum fuga ablatæ sunt. Ex his duabus pugnis naualibus poeta unam struxit pro suo commodo. Naualia Massilienſium dicit, non Romanorum.

Quis in urbe parentum.] Cætera, quæ sequuntur, ad affectus concitandos parata sunt, ab habitu animorum, & gestibus. Matrum per littora planctus.] à sexu. Nam matronas diximus, ac uirgines, sublatis ad cœlum manibus uictoriam suis precatas fuisse: alias idem ad aras & simulachra Deorum orasse.

Coniugis sæpe sui confusis uult.] Vxor amplexa Romanum cadauer, credidit mariti corpus fuisse, quod per aquam, unde eiectum fuerat, dinoscere nequiuerit: ut certamen inter parentes esset, de corporibus suorum, cùm cremanda rogis imponerentur.

At Brutus in æquore uictor.] Brutus nauali prælio uictor, Cæsari, qui tum ad Ilerdam in Hiſpania aduersus Afranium, & Petreium duces Pompeianos bellum gerebat, omnem rem nuntiari iussit. B

FINIS LIBRI TERTII.

M. ANNEI

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS POETÆ CLARISSIMI, DE BELLO CIVILI, LIBER QVARTVS.

CVM COMMENTARIIS AC EXPLANATIONIBUS eruditissimis D. LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII.

ARGVMENTVM IN QVARTVM LIBRVM M. Annei Lucani, per SVLPITIVM.

CAstra Ducis castris ad Celsa quartus Ilerdam
Confert in tumulo, qui penè est obrutus imbri,
Enatat hinc Cæsar, Sicoris diducit & undas:
Petreiq; fugam sequitur uicinia, pacem
Incipit, at subita Petrei cæde repellit:
Qui mox esuriens ueniam, uitamq; precatur.
Pugnat in Adriaca post hæc Antonius unda:
Vulteiusq; cadit, Libyæ te Curio mactat.

Ad Massiliam ita pugnatum fuit. Hic relicto Bruto in obsidione, ad bellum Hispanicum transit poëta. Cæsar tribus legionibus ad Massiliam relictis, cum pari numero in Hispaniam ire perrexerat, iussis legionibus, quæ non longo interuallo sequebantur, suis uestigijs instare. Sic inquit, Cæsar. Dum hæc pa-

na. At regna graui iam dudum saucia cura.

Ducibus momenta.] *belli imperatoribus res magni ponderis daturum. Est autem momentum, quod uires, & profectus præbet, ut quid fiat. Innuit reliquum belli ciuilis è uictoria, belli Hispanici suum exitũ habiturũ.*

Iure pari.] *Afranius, Petreius, & Varro duces Pompeiani æquato imperio Hispaniã obtinebant. Aduentu Vibullij Rufi qui à Pompeio missus in Hispaniam fuerat. Afranius, Petreius, & Varro, quorum unius cum tribus legionibus Hispaniam citeriorem obtinebat: alter à saltu Castulonensi, ad Anam fluuium, cum duabus: tertius ab Ana Vectonum agrum, Lusitaniamq; pari numero legionum tuebatur, ita inter se officia partiti fuerunt, ut Petreius ex Lusitania per Vectones cum omnibus copijs ad Afranium proficisceretur: Varro cum his legionibus quas habebat, omnem ulteriorem Hispaniã tueretur. Quibus rebus ita paratis, equites, & pedites to-*

At procul extremis terrarũ Cæsar in oris
Martem sæuus agit non multa cæde nocentem,
Maxima sed fati Ducibus momenta daturum,
Iure pari rector castris Afranius illis.
Ac Petreius erat: concordia duxit in æquas.
Imperium commune uices, tutelaq; uulli
Peruigil alterno paret custodia signo.
His præter Latias acies erat impiger Astur,
Vectonesq; leues, profugiq; à gente uetusta
Gallorum, Celtæ miscentes nomen Iberis.
Colle tumet modico, leniq; excreuit in altum
Pingue solum tumulo, super hũc fundata uetusta
Surgit Ilerda manu, placidis perlabitur undis
Hesperios, inter Sicoris non ultimus amnes,
Saxeus ingenti, quem pons amplectitur arcu
Hybernas passurus aquas: at proxima rupes
Signa tenet Magni, nec Cæsar colle minore
Castra leuat, medius dirimit tentoria gurges.
Explicat hinc tellus campos effusa patentes
Vix oculo prendente modum, camposq; coercet
Cinga rapax, uetitus fluctus, & littora cursu

At procul extr.] *At transitionis particula quartum librum orditur, & quidem imitatione Vergiliana.*

tius Lusitaniæ à Petreio, Celtiberis, Cantabris, Barbarisq; omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperati fuerunt. His ad istum, quem dixi modum coactis. Petreius summa celeritate per Vectones ad Afranium contendit: atque ibi communi consilio bellum ad Ilerdam, propter loci opportunitatem aduersus Cæsarem gerere constituerunt. His præter.] præter Italicas cohortes, legiones ex Hispanis, & barbaris omnibus conscriptæ erant. Habebat legiones tres Afranius, ut dixi, Petreius duas: præterea cohortes ad octoginta, & cetratæ ulterioris Hispaniæ: equitum item utriusq; prouinciæ ad quinque millia. Cæsar legiones in Hispaniam præmiserat, ad sex millia auxilia peditum: equitum tria millia, quæ ex omnibus superioribus bellis habuerat: & parem numerum ex Gallia, quem ipse peiuerat. præcipuè ex omnibus ciuitatibus nobilissimum & fortissimum quemque euocauerat. Postremo cohortes optimi generis hominum ex Aquitanis, ac montanis, qui Galliam prouinciam attingunt.

Astur.] Gentes Hispaniæ, quæ oram habitant borealem Gallici sunt: & Celticum promontorium, quod uulgò finis terræ dicitur. Dein Celtici, à Celtis orti, de quibus iam mox dicetur: mox bellicosissimi Cantabri. Astures, Varduli: & in Pyrenæum inclinantes Vascones. Ex Agrippa tradit Plinius, Lusitaniam cum Asturia & Gallicia patere longitu. XL. M. passuum latitud uerò. D. XXXVI. M. Asturia in XII. populos diuiditur. Plinius testatur uniuersam prouinciam sua tempestate diuisam fuisse in conuentus septem. Carthaginensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Clunensem, Asturum, Lucensem, & Bracatum. Idem author prodidit, uicena millia auri pondo singulis annis Asturiam, Galliciam, & Lusitaniam præstare, ita ut plurimum Asturia gignat. Vrbs ibi magnifica fuit Asturica. Huic Asturcones, equi tolutarij, qui molli alternoq; crurum explicatu incedunt ueluti currentes, id quod arte facere existimatur. Hoc genus equorum Asturia olim gignebat. Martialis.

» Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit ungues,
» Venit ab auriferis gentibus Astur equus.

Hinc apud Silium, Panchaten ex Asturia adductum hortatur Iberus, ad extimulandum equum Lamponem ad cursum. Cū Asturibus postea, deuictis Cantabris, Augusto bellum fuit, quibus domitis uniuersa Hispania pacata fuit. Vectonesq; leues.] In ea ora primi Bastuli sunt: post eos intus recedunt Metusani, Oretani: & ad Tagum statim mentionem attexit, & Atrebaci. Tertium Pompeianorum Ducum paulò antè demonstratum est, ab Ana fluuio agrum Vectonum, & Lusitaniā obtinuisse. Profugiq; à gente uetusta.] Superioribus libris annotauimus Galliam Comatam, Transalpinam dictam fuisse, ac in tria populorum genera diuisam, quos amnes maximè illustres distinguunt. A' Sequana ad Scaldam Belgicam dictam: unde Belgis nomen. A' Sequana, ad Garumnam, Celticam, unde Celtæ illi appellantur: & Hispani finitimi à Pyrenæis iugis, usque ad Iberum amnem, Celtiberi dicuntur: generali uocabulo tamen Græci Hispaniam Iberiam uocant. Hanc regionem Galli Celtæ prouincia relicta, salius Pyrenæos transgressi coluerunt: unde uoce ex utraque gente composita Celtiberi dicti fuerunt. & A ipsa regio Celtiberia. Hi populi quondam omnes Hispanos immanitate superarunt, quorum regio magna ex parte inculta, aspera, & amnium aluuionibus diu uastata iacuit, sed postea paulatim ad mansuetiorem cultum redacti fuere. Hic Tarraco colonia Scipionum opus, ut Carthago noua Pœnorum & urbs clariores, Cæsar augusta, Valentia, Barcino, Toletum, & Segontus. Vlterius ad Septentrionem Cantabri sunt è quorum iugis amnis clarus Iberus ortus, primum in ortum solis egreditur, tandem alueo in meridiem flexo, mediam Tarraconensem rigat, & in mediterraneum, fluit, nempe in Balearicum, inter Pithiusas, & Maioricam insulas. A' Cantabris, Oceanus Septentrionalis alluens, Cantabricus nuncupatur. Augustus Cæsar postremos omnium Cantabros, & Astures Iberorum uiolentissimos bello adortus fuit: quorum Cantabri multo ad iniurias ferociores erant. Cùm autem sub Belgicæ mœnibus ductu Furnij dimicaretur, Cantabri prælio uicti, in montem Vinnium eminentissimum concesserē, rati citius eò Oceanum, quàm arma Romana ascensura. Ipse Augustus inde Cantabros monte deduxit, deductos ad obsidendos coēgit, quosdam etiam sub corona uenadidit.

Colle tumet modico.] Bellum Hispanicum describturus præmittit descriptionē loci, ad quem propter eius oportunitatem bellum fuit. Describit autem oppidum Ilerdam à colle proximo, in quo Afranius & Petreius castra habebant, ab amnibus præter labentibus, quorū alter ponte iunctus erat, & à pinguedine soli.

Super hunc.] collē, distabat ab Ibero Ilerda XX. M. passuum, circa Ilerdam Sicoris fluuius labebatur, qui sub accessum Cæsaris iunctus erat haud uno loco ponti-bus. Sicoris non.] Sicoris in Pyrenæis iugis ortus labitur præter Ilerdam, & lōgius deuectus in meridiem lābitur Ibero miscetur. Vetusta.] imitatione Vergiliana. ille dixit libro tertio Aeneidos, templum structum uetusto saxo. Fuit Ilerda alioquin uetus oppidum ad Sicorim. Hesperios.] Hispanos à suo, Sicoris inter Celtiberos Hispaniæ fluuios connumeratur.

Saxeus ingenti.] Fabius Cæsaris legatus tentatis finitimarum ciuitatum animis per literas, & nuntios, in Sicore flumine duos effecerat pontes, quatuor millia passuum inter se distantes. Per hos pabulatim mittebat, quod ea omnia, quæ citra flumen erant, superioribus diebus consumpsissent. Idem Pompeiani exercitus duces eadem de caussa faciebant, & crebro equestribus prælijs concertabant, sed leuia non admodum magni momenti. Quem.] Sicorim nempe, magno fornice ab occasu urbis Ilerdæ, ut uidetur.

Proxima rupes.] Inter Ilerdam, & proximum collem, ibi duces Pompeiani castra habebant, planicies erat trecentorum passuum circiter. atq; in hoc ferè medio spacio erat tumulus paulo editior, quē si Cæsar occupasset, & munuisset, ab oppido, & ponte, & omni commeatu, quem in oppidum contulerant, se intercluisurum aduersarios confidebat. Itaque hac spe legiones tres castris eduxit, atque acie locis idoneis instructa, unius legionis antesignanos præcurrere, atque tumulum cum occupare iussit. Qua re cognita, cohortes Afranij, quæ in statione pro castris erāt, breuiore itinere, ad eundem locum occupandum

A occupandum extrusi fuerunt. Medius dirimit.] Sicoris fluuius dirimit utraque castra.

Explicat.] spatiosus campus, in quem longè, latequè prospectus erat hinc inde, quem oculis uix quisquam perlustraret. Excurrit enim usque ad Pyrenæos montes extremos Cantabricum sinum uersus, hinc Sicori, illinc Cinga fluminibus cohercitus.

Camposq; coercet.] Cinga ex ijsdem, cum Sicori iuxta Pyrenæis ad Septentrionem dicijcitur, & in Iberum ad XX. M. passuum ab Ilerda influit, occiduus, relicto ad ortum Sicori, ibiq; nomen suum amittit. Hispani hodie prima litera mutata, Ringam, opinor appellant.

Vetitus fluctus.] Nam in ipso cursu Ibero celeberrimo omnium totius Hispaniæ amnium miscetur, uetuíq; nomen amittit, perinde ut Mosella, ubi Rheno fuerit cõfusus. Qui præstat.] qui infinitis partibus præstantior est in Hispanijs, auersio. Iam non in Oceanum, sed in Balearicum mare, Iberus à Septentrione è Cantabricis iugis mediam in latum Hispaniam, qua ferè angustissima est, percurrens, auctus Cinga ad meridiem, deuoluitur.

B Medius dir.] Henricus Glareanus asserit non esse horum hoc toto opere, qui lectorem magis suspensum teneat atq; à neminè hactenus, quod sciat, tractatum. Itaq; libenter eius explicationem hic adscribemus. In utroq;, inquit, ut ut torqueamus uerba, quatuor ingentes difficultates sese nobis hic offerunt. Prima de urbe Ilerda, in utra parte Sicoris fuerit, ad ortúmne, an ad occasum; hoc est, citráne Sicorim, an ultra. Secunda, de fluminibus Sicori, & Cinga, uter magis ad ortum, uter magis ad occasum: nam utrunque à Septentrione in meridiem fluere ferè conuenit inter omnes. Tertia, de lapideo ponte Ilerdæ, in quam partem ierit, occiduámne, an orientalem. Quarta, quomodo Gallica auxilia Cæsarem sequi iussa Pompeiani inuadere potuerint ex Ilerda, Cæsare adesse ei nequiuerit, cum citra Sicorim adhuc esset. De prima dubitatione, unde ferè aliæ deinceps pendent, breuiter dicam, quod sentio. Mihi quidem uideri Ilerdam citra flumen Sicorim fuisse, ac ea omnia, quæ Cæsar initio sui ad C. Fabium aduentus egit, ac ita esse citra Sicorim. Afranij etiam castra citra

C flumen, & urbem fuisse aliquo spatio, ita ut inter ea, ac urbem tumulum illum, de quo quinque horis pugnatum scribit Cæsar, ac quem Afraniani tandem obtinuerunt, fuisse intelligamus. Verum si hæc sit uera opinio, quid dicemus igitur ad propositum iam Lucani carmen?

Medius dirimit tentoria gurges.

Mihi sanè uix explicabilis uidetur locus, nisi συνεκδοχικῶς, intelligatur, ut aliqua Afraniorum pars ultra flumen fuerit. Habuerunt enim pontem lapideum in sua potestate. Cæsariani autem duos ædificauerunt pontes ad papulandum duntaxat: & erant temporarij, ita ut nulla Cæsarianorum castra in altera ripa fuerunt: nisi quis fortasse & hoc in Romana historia, ut pleraque alia, uariarũ contendat. Sed cui potius credendum, quæri, qui historiam ei gesit & scripsit. Primum ut aduenit Cæsar, ipse inquit, ad C. Fabium relictis in eius castris sex cohortibus præsidio, ac ponte, qui interierat, refecto, postero die omnibus copijs triplici instructa acie ad Ilerdam profectus est, ubi nouis constructis castris tumulum inter urbem, & Afraniana castra medium inuadit. In quo quidem duorum exercituum concursu nulla prorsus mentio est alicuius fluuij, aut superati, aut transiti. Vnde satis cõstat, omnia hæc citra Sicorim esse acta. Neq; Cæsarem transisse Sicorim, donec Afraniani in Celtiberiam abire festinarẽt, post inquam inundationem, & tam item nouo facto ponte per Sicorim, quo tamẽ in traductione totus exercitus usi non sunt, propter nimis magnum circuitum non sanè oportunum festinationi, sed diuiso in aliquot fossas Sicori flumine, ac uadoso facto, cum equites transissent, tum incredibili audacia, & pedites altos transire. Sed hæc de Ilerdæ situ. Nunc de fluminibus Sicori, & Cinga dicendum: ubi lector primum admonendus uidetur, ut etiam, atque etiam consideret, quid sibi hæc Cæsaris uerba uelint, &c. Castra enim ut suprà demonstratum est, cum essent inter flumina duo Sicorim, & Cingam, spatio millium XXX. neutrum horũ transiri poterat, necessarioq; omnes his angustijs continebantur. Hæc ille. In nostris commentariorum codicibus hoc adeò lib. ubi hæc tractatur historia, nulla ante mentio fuit, duorum horum fluuiorum simul nominatorum. Sicoris quidem seorsim meminit, sed castrorum inter duo flumina non item. Vel igitur Cæsaris in tanta rerum difficillima, cura oblitus est eorum, quæ antea scripserat, uel existimabat hoc se scripsisse, quum non scripsisset, quod sæpe usu uenit, uel denique aliquis defectus libri iniuriâ temporum accidit, quod hercle in 3. huius belli deinde lib. iterum atque iterum accidisse sanè constat, ut in annotationibus nostris obiter non semel ostendimus. Cæterùm in uulgaribus Hispaniæ tabulis ita pinguntur, ut Cinga sit magis occiduus, Sicoris orientalior. Et ex hoc adeò poëta idem satis certum est, quippe qui Cingam in Iberum fluere asserat qui est magis occiduus. At Cæsar transito Sicori Iberi deinde mentionem facit, nullam uerò Cingæ. Videtur igitur Cinga supra Octogesam Iberum influere. Quare in magna illa inundatione cùm citra Sicorim fuerit Cæsar, & ad occasum habuerit eum, quodnam flumen ab ortu eum cingebat? Si igitur Cinga non erat, & qui magis ad occasum Sicore, necesse est aliud fuisse flumen. Et si in tanta inundantia etiam ignobiles torrentes negotium facessere possunt. Quapropter nisi Cæsar subinde mutauerit castra, quod tamen non meminit, locus mihi inexplicabilis uidetur. Et planè in Cæsaris commentarijs ita res est dubia cùm legas, ut iam Ilerda citra Sicorim mox ultra credas, ita & ipsum Cæsarem nunc citrà, nunc ultrà. At id magis urget cum Cæsar pro tumulo conflixit, nullius in medio fieri mentionem fluminis, cum castra utrorumq; starent opposita, & milites utrinque concurrerent, ut certè lectorem non possit nõ non turbare, quod poëta hic dicit. Medius dirimit tentoria gurges, maximè cum ipse continuò eum pro tumulo conflictum subiungat. Quanquã & hoc quisquam cauillarit, cum Cinga, & Sicoris à Septentrione in meridiem fluant, ac sub Ilerda Iberum influant. Quid prohibuerit Cæsarem (siquidem inter eos conclusus erat) recta sequi fluminum tractus ad fontes, septentrionem uersus, præsertim equitatu, quo longè potentior erat Pompeianis. Sed id fortasis nimis argutum. Ad tertiam progrediamur dubitationem, in utra parte fuerit pons ille saxeus, hibernas passurus aquas, ut inquit Lucanus. Sed ex Cæsare (quantum nos conijcere possumus) uidetur ab occasu urbis Ilerdæ fuisse. Nam Afraniani in Celtiberiã abire festinarent, & adhuc Ilerdæ subsisterent, duabus auxiliaribus cohortibus (inquit Cæsar) Ilerdæ præsidio relictis, omnibus copijs Sicorim transeunt, & cum duabus

legionibus, quas superioribus diebus traduxerunt, castra coniungit. Hæc ille. Post hos iam Cæsar per flumen iam uadosum factum equitatum mittit, qui equitatus cum in conspectu legionum Cæsaris cum nouissimis Afranio-rum confligerent, traducti milites assequuti sunt celerri-mè hostes. Hæc omnia ipse Cæsar diligentissimè de-scripsit. Ex quibus liquet (ut puto) satis clarè pontem illum ad occasum urbi fuisse. Sed enim hic nunc quarta subit dubitatio, quæ non minus sollicitum tenet lectorem. Quo pacto, cùm inundarent omnia, & Cæsari concluso fluminibus, magni comitatus (ut ipse inquit) ex Gallia uenirent, ea inuadere potuerint Afranium, Cæsar au-tem defendere nequiuerit. Neque uerò quis hoc illa sol-uet, pontem illis fuisse saxenni, qui in oriente quoque iter aperuerit, cùm Cæsar citra Sicorim esset, ad idem inquam latus. Hic quid respondeam, non habeo inuenio. Sed fieri potest, ut Cæsar aliquanto plus ad Septentrionem se-derit, uiæ uerò publicæ, quæ plerunq; in locis aquosis sub-struuntur, fuerint in Afraniorum potestate, ut quæ ad op pidum ducebant: atq; ita factum, ut Afranianæ cuneo tes, tum pedites Gallia auxilica inuadere potuerint, non etiam Cæsar ea defendere. Hæc quàm erudite, ut multa alia explicata sunt à Glariano. Nunc ad poë-tam redeamus.

Prima dies.] A topographia trãsit ad narrationem: ostẽdit, post aduentum Cæsa-ris in castra unum tan tum diem ab armis ces
a al. perstant. b al. obtexit. satum fuisse, ut in bel lorum feriis fieri assо-let. Spectan. d. u.] Pompeiani enim du-ces cum quinq; legio-nibus castra fecerant, & præter has legiones Romanas, habebant in armis, ut modo me-mini, auxiliariorum cohortes LXXX. & equitum quinque mil lia. Fabio erant legio nes tres, & totidẽ, quæ ex longioribus hiber-nis fuerant subsequu tæ, auxilia peditum e quitũ tria millia. Ipse Cæsar parem nume-rum ex Gallia petiuerat, præter Aquitanos, Montanos q;, bellicosissimum hominum genus, quod Galliam attingit. Adhæc biduò pòst cum nongentis equitibus in Hispani-am uenit, & castris Fabij se coniunxit: simul pontem ex-emplo, qui tempestate fuerat interruptus noctu refici ius-sit. Piguit sceleris.] fingit causſas cunctationis, à turpi. Prono tunc Cæsar.] hoc est prono in occasum die, cœpit Cæsar sua castra cingere fossa. Etenim Cæsar postquam aduertit per Afranium stare, quo minus acie decerneretur, ab infimis radicibus mõtis, intermissis pas-sibus, CCC C. aut circiter, castra facere cõstituerat, & ne in moliendo opere milites exterrerentur repentino hosti-um incursu, aut opere prohiberentur, uallo illa muniri ue tuerat, quod emmere, & procul uideri necesse erat, sed à fronte contra hostem pedum XV. fossam fieri iussit. Pri-ma interim & secunda acies, ut ab initio constituta erat, in armis perseuerabat Post hoc, opus occultè tertia acies moliebatur: atq; ita omne opus primis fuit perfectum, quã Afranius intelligeret, castra à Cæsare muniri.

Præstant a.] hoc est, antestant ne ab Afranianis Cæ sarianorum studium, & labores obseruauentur. Ho-stemq; fe.] Afranium, quod omne opus prius esset perfe-ctum quàm is intelligeret à Cæsare castra muniri.

Consertis ma.] prima & secunda acie, quæ ab initio

Prima dies bellí cessauit Marte cruento:
Spectandasq; Ducum uires: numerosaq; signa
Exposuit, piguit sceleris, pudor arma furentum
Continuit: patriæq;, & ruptis legibus unum
Donauere diem. prono tunc Cæsar olympo
In noctem subita circundedit agmina fossa,
Dum primæ a præstant acies, hostemq; fefellit,
Et propè consertis obduxit b castra maniplis.
Luce noua collem subito conscendere cursu,
Qui medius tutam castris dirimebat Ilerdam,
Imperat, huc hostem pariter, terroreq;, pudoreq;
Impulit, & rapto tumulum prior agmine cepit.
His uirtus, ferrumq; locum promittit, at illis
Ipse locus, miles rupes oneratus in altas
Nititur, aduersoq; acies in monte supina
Hæret, & in tergum casura umbone sequentis
Erigitur, nulli telum uibrare uacabat.
Dum labar, & fixo firmat uestigia pilo,
Dum scopulos, stirpesq; tenent, atq; hoste relicto
Cadunt ense uiam, uidit lapsura ruina
Agmina dux, equitemq; iubet succedere bello,
Munitumq; latus læuo producere gyro.
Sic pedes ex facili nulloq; urgente receptus
Irritus, & uictor subducto Marte pependit.

in armis perseuerabat. Post utramque aciem opus occultè perfice-batur. Maniplis.] pro manipulis, sinecope. Est autẽ manipulus, præter notam signifi-cationem, contuberni-um militum. quadra-nibus coniunctis pari-ter pugnabãt. Decem constabat militibus, qui sub uno papilione degebant, quibus qui præerat, decanus, siue caput contuberny no minabatur.

Luce noua.] Iund cum solis exortu. Sub uesperum Cæsar legi ones intra hanc fos-sam reduxit, atque ibi sub armis ea nocte cõ-quieuit. Et postero die omnem legionem intra eandem fossam continuit. Tertio demum de castra illo communiuit, & reliquas cohortes, quas in superio-ribus castris reliquerat, tum autem & impedimenta ad se traduci iussit. Collem.] Inter oppidum Ilerdam, & proximum collem, in quo Petreius, & Afranius castra ha-bebant, planicies media erat, trecentorum circiter pas-uum. In hoc medio spatio tumulus erat paulò editior, cuius occupandi cupidus Cæsar, si eo potitus fuisset, om-nia iniquiora Pompeianis Ducibus erat facturus. In hunc locum legionem unam subito immisit, contractoq; ibi præ lio, copias omnes in aciem eduxit: fuitq; uarie eo die intra Ilerdam, & tumulum dimicatum: & utrinque aliquot pe-dites ceciderunt sed plures uulnerati sunt.

Huc hostem.] pro hostes Pompeianos. Cæsar sperãs aduersarios & ponte, & oppido, & omni commeatu se in-tercluſurum, legiones tres ex castris eduxit. Et cùm iam aciem in locis idoneis instruxisset, unius legionis antese-gnanos præcurrere, & tumulum memoratum occupare iussit. Afranij cohortes, quæ in castris erant, ea re cogni-ta, per compendium ad eundem locum occupandum ce-leriter emittuntur. Fuit aliquamdiu prælio decerta-tum, sed quia Afraniani priores tumulum occuparant, Cæsariani retro in castra pulsi fuerunt.

Supina acies.] Quod in ipso uisu relabi credeban-tur: ac

A tur: ac nisi à sequentibus, & hærentibus tergo sustẽtari fuissent, casum retrorsum minabantur: Vmbone.] clipeo. Propriè tamen umbo est, media clipei pars, quasi umbilicus, medium rei cuiuslibet. Maro in secundo Aeneid. diserte addidit, clipei.

Et summo clipei nequicquam umbone pependit.

Erigitur.] Sustentantur clipeis eorum, qui à tergo in summũ cõnitebantur. Vacabat.] spatiũ uacuũ erat, ad telum torquendũ in aduersum hostẽ, quod à præcedentib. impedirentur. Et addit multas impedimenti causſas: cũ diceret eos utubasse, uestigia hastis fixis sustentasse, relicto horum manibus scopulos, & arborum stirpes, ne relaberẽtur, Pilo.] pila uocabantur missilia, quibus utebatur pedestris exercitus, ferro subtili trigono præfixa, pedali lõgitudine, siue unciarum nouem, quæ scuto fixa non poterant ipsum hastile pedum quinq; erat, & semis: postea spiculum fuit appellatum. Ad huius ictum maximè exercebantur milites. Erat & aliud pilum, sed minus, ferro triangulo, unciarum quinq;, trium pedum hastili, & semis, quod B id temporis uerriculum, postea uerucum cœpit appellari. Cædunt ense.] hoc est, ferro amputando uirgulta, ac ramusculos uiam sibi aperiunt. Cæsar omni acie perterrita, cohortatus suos legionem nouam subsidio duxit: hostesq; insolenter insequentes suppressit, egitq; in fugam: ad postremum, ad muros Ilerdæ compulit. Interim nouæ legionis milites dum damnum acceptum sarcire studeni, fugientes insequuti in locum iniquum tracti fuêre, succeſſe runtq; sub montem, in quo Ilerda erat. Et cùm inde se recipere studerent, è superiori loco ab Afranianis premebantur. Præruptus, inquit Cæsar, locus erat, utraq; ex parte directus, ac tantum in latitudinem patebat, ut tres instructæ cohortes eum locum explerent: & neque subsidia à lateribus summoti, neque equites laborantibus usui esse possent. Ab oppido autem decliui fastigio uergebat, in longitudinem passuum quadringentorum, hac nostris erat receptus, quod eò incitati studio inconsultius processerant. Equitemq; iub.] Steterant equites Cæsaris in locis inferioribus, cum ab utroq; latere in summum iugum conniterentur, atq; inter duas acies perequitantes suis tutiorem pariter, & commodiorem receptum darent.

Victor.] author Cæsar est, Afranianos tumulum, pro quo pugnatum erat, magnis operibus muniuisse, in eoq; posuisse præsidium. Diremptο prælio victor dubius fuit, dubiaq; victoria.

Hactenus armorum discrimina: cætera bello
Fata dedit uarijs incertus motibus aer.
Pigro bruma gelu, siccisq; Aquilonibus hærens
Aethere constricto pluuias in nube tenebat.
Vrebant montana niues, camposq; iacentes
Non duraturæ conspecto sole pruinæ,
Atq; omnis propior mergenti sidera cœlo
Aruerat tellus hiberno dura sereno.
Sed postquam Vernus calidum Titana recepit,
Sidera respiciens dilapsæ portitor Helles:
Atq; iterum æquatis ad iustæ pondera Libræ
Temporibus uicere dies: tunc sole relicto
Cinthia quo primum cornu dubitanda refulsit,
Exclusit Boream, flammasq; accepit ab Euro,
Ille suo nubes quascunq; inuenit in axe,
Torsit in occiduum Nabatheis flatibus orbem:
Et quas sensit Arabs, & quas Gangetica tellus
Exhalat nebulas, quicquid concrescere primus
Sol patitur, quicquid cœli fuscator Eoi
Intulerat Corus, quicquid defenderat Indos,
Incendere diem nubes Oriente remotæ:
Nec medio potuere graues incumbere mundo,
Sed nimbos rapuere fuga: uacat imbrib. Arctos,
Et Notus, in solam a Calpen fluit humidus aer.

Hactenus ar.] Huc usq; pugnam ad Ilerdam commemorauit.

Fata de.] Fœda intemperies, per biduum, tugisq; è cœlo pluuia lapsa omnem regionem inter Sicorim, et Cingam latè inundauit. Ea res effecit, ut fluminibus uastè redundantibus, Cæsar in subitũ discrimen adductus, quod omnis euagandi facultas pabulatoribus esset adempta, itineribus diluuio aquarũ misesit, & põtibus uĩ, & impetu fluminis abruptis. Hanc Sicoris restagnationẽ poëta describurus mire copia uarias causſas inundationis addit amplificationibus refert. Pigro Bru. gel.] metonymia, ex efficiẽte effectũ intelligit, à tẽpore, quo restagnatio orta fuit. Frigus acre erat, per quod aer austerior nubibus obductus in pluuiam se non soluebat. Vrebant.] Secunda causſa, mõtes passim uiribus profundis obsiti erant, & prata congelato rore. Vror tam frigoris, quàm caloris esse potest: hoc loco frigoris est: & apud Vergilium.

Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Non dura.] oriens uel uerno tempore suo calore pruĩ nã glaciẽ, ac niues dissoluit Iamq; om.p.] Tertia, Hispaniæ occiduæ plagæ, ubi sidera occidunt, & mergi Oceano uidentur. Et hibernum serenum, frigus hiemale uocat.

Vernus por. Hell.] periphrasis Arietis, quẽ Sol 12. Martij ingreditur. Cũ in sphæra inter signa nullum primũ, aut postremum sit, Aegyptij tamẽ Arietem primũ esse uoluerũt. Aiunt eo die, quo mũdus creatus fuit, Arietẽ in medio cœli collocatũ fuisse. Et mediũ cœli mũdi uertex habetur, iure Arietem primũ censeri debere. Addũt causſam, quamobrẽ singula signa singulorũ planetarũ ditioni dedicata sint. Cãcer possidebat Lunã, cũ nascente mũdo Aries mediũ cœli uerticẽ obtineret: post hũc Leo tũ sole emergebat: hinc Virgo cũ Mercurio: mox Libra cũ Venere: sub hæc Mars cũ Scorpione: Sagittarius cũ Ioue: Capricornus cũ Saturno. Hinc Astrologi suã Astrologiã, dominos, & planetarũ domos postea struxerũt. Hanc eãdẽ ob causſã, Aquarius, qui Capricornũ sequitur, Saturno datus fuit: Ioui, qui ante Saturnũ erat, Pisces: Aries Marti, qui Iouẽ præcedebat: Taurus Veneri: Gemini Mercurio. Martiũ primũ mẽsem anni apud Romanos in honorẽ patris sui uoluit esse Romulus. Hebræi annũ suũ inchoant ab Aequinoctio Autumnali mensis תִּשְׁרִי Tesri, quem ipsi uocant רֹאשׁ הַשָּׁנָה caput anni. Sunt inter Iudæorum Rabbinos, qui eo Aequinoctio mundum creatum existiment. Certè inde ducunt temporũ supputationes. Moses uerò legislator, ubi eduxisset, Isra-

d al. Calpem.

set Israhelē ex Aegypto, uoluit Nisan mensem anni primū esse qui nobis Martius est, quod in eo euasissent seruitutē Aegyptiacā: à quo etiā digerunt festorū ordines, Atq; hoc argumento multi cōijciunt, ipsos Astrologos præsentiones prædictionesq; rerū futurarum, & fatorum pronunciare à Solis ingressu in primū punctū Arietis. Arabes Leoni creationem tribuūt. Qui porrò cōditionem mūdi in Martiū conijciūt, hac cōiectura nituntur: quod tū herbæ pubescentes è terra succrescāt geminare uites, frōdere arbores incipiūt, & rerū naturæ noua facies, posito senio, ad mirabile sui spectaculū animos, mentes, & oculos cōuocet. Qui uero illā autūnali Aequinoctio tribuā hanc rationē adducūt, quod maturis omnib. fructib. cū inclusis seminibus opus diuinū absolutissimū fuisse uideatur, Vernus.] Cum Sol. Cosmice Arietem ingressus, cū eo oritur, & occidit. Non grauabor adscribere, cur quidā ueteres crediderint, Arietem primū locū inter Verna signa sortitū Quemadmodū hoc animal posteriori corporis parte, debile admodū censetur: ut priori robustū, eadē ratione Sol ingressus posteriorē partē Arietis tepet uerius, quā calet. Vbi altius ascenderit, intēditur calor, accipitq; uires. Aliā physicam caussam adducūt, quā studio, nē lōgior sim, prætereo. Cali dū igitur Titanē, hoc est, Solē cū uocat, ostēdit ei iā altius Arietē ingresso, uires esse quæsitas. Portitor.] Aries in Aequinoctiali circulo situs est, capite ortū respiciēs. Et cū occidat à primis pedibus oriēs caput infra Deltoton, hoc est, triangulū tenet. Pedibus propè Pistricis caput premit. In capite habet stellā unam: in cornibus tres: in priori pede unam: in ceruice tres: in interscapilio quatuor in cauda unā: sub uentre unā: in lumbis tres: in posteriori pede unā: Omnes sunt quartæ, & quintæ magnitudinis, extra duas in cornu, quæ sunt tertiæ. Respiciens.] hoc est, capite auerso semper respicit. Dilapsæ Pherecides.] & Hesiodus authores sunt, Arietē in cœlo collocatū, propter Phrixum & Hellen Athamātis, & Nebulæ filios. Hi cū nouercam occidere uellent, à Libero patre insania agitati fuerunt. Cū iam in sylua uagarētur, mater fertur eis aurata pelle Arietē adduxisse. Inter traiiciendū Helle delapsa in Pōtū à Neptuno seruata creditur, & ei puerum Pæonem genuisse. Phrixus ab ariete Colchos usque uectus fuit, ad Aeten regē. Hic ille Arietē matri cōsecrauit, & mactauit. Fabulantur hūc arietem natū ex Neptuno, & Theophane quadā, quā à se adamatam in insulam Chrinnissam seduxerat. Vbi in Arietem mutatus cum puella consueuit, ex qua Aries Chrysouellus dictus, prognatus fuit Nigidius tradit, hac de caussa, hūc arietem, in cœlū translatum, & principem signorum esse, quod cùm Liber exercitum in Africa duciaret, laboraretq; aquæ inopia, aries subito ex Arena prosiluit, duxitq; Liberum una cum exercitu eò: ubi magna aquarum erat copia. Liber uolens Arieti beneficium remetiri, eum Iouem Hammonem appellauit, cōdito magnifico templo eo in loco, ubi aqua monstrata fuerat. Locum scribunt ab Alexandria abesse nouem dierum itinere. Ab arena Hammon dictus fuit. Inde pro dato beneficio locum inter sydera consequutus est. Auerso capite respicit Taurum. Aratus.

» ἠέτοι, παρὰ θυίοισι θεὸς τετάχαται ἐσθλὸς ἀέλλης.
» αὐτὰρ ὃ καὶ πρηστῆρα διωκόμενος περὶ κύκλα,
» ὄφρα μὲν ἀφαυρότερον τροχάει πυροειδὲς ἄρηϊ.
» αὐτὸς μὲν γάληνος, καὶ ἀνέρι ἐσθλὸν ἐοικὼς
» ῥιπτάζεσθαι, ζώνην δ' ἄρ' ὁμῶς ἐπιτειμήσειε

Ἀνδρομέδης, ὀλίγον γὰρ ὑπ' αὐτὴν ἐψαύσῃς.
Μετόπισθε δὲ τρίβις μέγαν οὐρανὸν, ἔχπιες ὄμβρου
Inde subest Aries, qui longè maxima torrens
Orbis, & ad finem spatijs non tardior horam
Peruenit, & quando grauiore Lycaonis Arctos
Axem uel tutor, quem tanto gratior ille
Distantis cornu properat contingere metas.
Claráne non illi est facies, nec sidera possunt
Officiat si Luna sua uirtute nitere.
Sed quærendus erit zonæ ratione micantis
Vt Chelæ candens, ait balteus Orionis.

Dilapsæ.] ex Ariete in Pontum, qui ab ea Hellespontus dictus creditur. Sunt qui tradunt hunc Arietem, non animal cornutum, sed nauem fuisse, in qua uectia naufragium fecerit. Enarrator Apollonij libro secundo Argonauticōn. λέγεται γάρ ὅτι τὴν ἔδρας καταστόσας ἀγονιῶντι τῷ ῥηξῆνορι κατὰ λαὸς βούλευσεν ἐφθέγξατο θεσπέσιον αὐτὸν ὁ ἠρὶς διακόσιον αὐτὸν εἰς τὴν σανίδιον. τοῦτο δὲ αὐτῆς ἢ ἀλιπλάνδη ἐμελλε κακὸν γενέσθαι τοῦ ὑὸς λυσσῆς μελλομένης. ὅτι δὲ ἄλλα σεμνὸ ἠρὶς καὶ ἑκάστοις φησὶν ἔνιοι δὲ φασιν αὐτὸν ἐπὶ ἡμέρας σκάφος πλεῦσαι. Acusilaus & δὲ ἐν χρεὼν φησι ῥηξῆνορα γενέσθαι, καὶ συμπλευσάναι αὐτῷ εἰς πολχούς. Διὸ καὶ μεμνῆσθαι τὰ περὶ τῆς τοῦ ἠρὶς θυσίας αὐτόθι. hoc est. Aiunt delapsa Helle, cùm periclitaretur Phrixus, ex Iouis uoluntate Arietem eum confirmasse, ac dixisse, se saluum ipsum deducturum in Scythiam: idq; magno malo Alcimedæ futurum, quod filium eò ablegasset. Porrò autem quod Aries uoce humana fuerit locutus, author est Hecatæus. Nonnulli aiunt, eum in naui Ariete nauigasse. Dionysius autem in Secundo. tradit Arietem Phrixi nutritium fuisse, atque unà cum eo nauigasse Colchos. Atque etiam ob caussam fabulæ materiam præbitam de sacrificio Arietis in eo loco. Atque iterum æquatis ad iustæ pon.] Vrunque Aequinoctium indicat, Autumnale, cum sol ingressus Libram noctem diei æquet horis & Vernum, de quo dictum est, Sole tenente primum punctum. Hunc circulum æquatorem cùm Sol perambulat, dies sunt toto orbe terrarum æquales, id quod bis quotannis contingit. Vnde Aequator etiam dicitur, quod noctem diei artificiali æquet duodenis horis, æquè distans ab utroque polo. Eum uocant cingulum primi mobilis, hoc est, nonæ sphæræ. Ergo quibus suum Zenith est æquator, bis uident quotannis Solem sua capita transire, in principio Arietis, & Libræ, quæ ipsis duo alta Solstitia dicuntur. Inuicem Sole tenente Capricornum, & Cancrum, totidem ima habent Solstitia, quod tum Sol longissimè à capitibus eorum remoueatur. Cum igitur his perpetuum sit æquinoctium, quaterna habent, Solstitia, bina item hyemes, & totidem æstates. Circuli alię Solstitij, hoc est, æquinoctialis meminit Lucanus alibi.

Deprensum est hunc esse locum, quo circulus alti
Solstitij medium signorum percuiit orbem.

His umbræ modo sunt Septentrionales, modo Austrinæ, modo perpendiculares, ut in alto Solstitio.

Cinthia dubitanda refulsit.] Coniungit coitum Lunæ cum Solis ingressu in Arietem, quod tempus, quia Luna non est conspicua nostro uisui, interlunium, ab Astrologis, coniunctio appellatur. Dubitanda igitur, cùm suo exortu dubia est, & incerta, neque cornua apparent. Vicenis, & septenis diebus, & tertia diei parte permeat

A meat suum orbẽ. Nouissimã lunam, & primã eodem die uel nocte in nullo alio signo quàm Ariete cõspicere, paucis mortalium contingit. Ea natura Luna est, ut noctur humorẽ trahat & non auferat, cunctaq; suo humifico spiritu laxet. Quæ tiã in dulcibus aquis eius alimentũ est, sicut Solis in marinis. Cæterũ, quod ad huius loci explicationem attinet, interluniorũ dies tempestatibus plenos, & nauigantibus quàm maximè metuendos, non solum peritiæ ratio, inquit Veget. lib. 4. cap. 40. sed etiam usus ipsus intelligit. Excluſit.] Et humidus uentus auxit Lunæ uim humificã. Cùm aũt Boreas, qui & Aquilo, gelidus sit & siccus, ac sine pluuia terreus, flores ledit, & herbas. Ventus Septẽtrionalis Cardinalis, ut uocant, oppositus Austro, & ipse frigidus est ac siccus, terreus, Melãcholicæ naturæ, negatq; pluuiã, corrũpit herbas, fructus, & flores. Circius, siue Thraseas ab occasu septentrionali spirans, siue æstiuo solstitiali, terreus est, ac frigidus siccus, turbines, & procellas uentorũ concitat, nubesq; indurat. Subsolanus ab ortu Aequinoctiali prouenit, suauis, purus gignit nubes, corpora cõseruat, florem, & herbas extrudit è terra. Hellespõtius, qui Solstitialis æstiuus est, totus siccus. Fauonius, qui ab occasu Solstitialis oritur, laxat frigus, flores, ac frutices è terra prolicit, morbos parit, pluuias & tonitrua gignit. Eiusdem naturæ sunt, Africus, siue Libs, & Corus, qui & Argestes dicitur, à lateribus occiduis surgentes. Flãmasq;.] Omnia diuersa surgunt à Meridiana plaga. Auster, Græcè, νότος, calidus, humidus, & aereus, Sanguineus: fulmina induit, pluuiam largam, nubesq; colligit, morbos pestilentes spargit. Austro Africus, siue Libonotus, pluuias ité, & grauet morbos dat. Eurus uerò, unde Lucanus canit, Lunam ealorẽ ac uim suam accepisse, nubes densas mittit, & morbis infestat corpora animantium. Proinde erudite dictum est à Poëta Eurum ex Eois Plagis nubes in occasum coẽgisse. Nabatheis.] Orientalibus uentis. Nabathea, & Nabathei supra Syriam sunt, in parte fœli eis Arabiæ, cuius Metropolis est Petra, triũ dierũ spatio ab Hieric unte. Sita in loco plano, alioqui rupibus excelsis cinctã, intus commodissimè irrigua. Quidam contendunt Nabatheam à mari rubro ad Persicum extendi, & nomen accepisse, à Nabaoth Hismaelis filio: uel ut nõnulli arbitrantur, filio Iaphet, nepote Noah. Nabatheorum regnum tenuerat Aretha, cuius meminit D. Paulus. hinc profugerat Hircanus uim à fratre facinoroso hominẽ metuens, pater Herodis. Occiduum orbem.] In Hispanias. Porrò de Arabia, & Gange alibi effatim disseruimus. Primus sol.] Matutinus. Corus.] siue Caurus, quem Græci ἀργέστην nominant, aduersus Aquilonem flat. Libet hîc de uentis, & eorum situ aliquid uti liter annotare. Aliqui olim quatuor fecêre uentos tantũ, à quatuor cœli Cardinibus exorientes, in qua sententia Homerus etiã fuit, poëtarum maximus, & uetustissimus, Eurum Orienti, Zephyrum Occidenti, Notũ meridiei, Boream Septentrioni tribuens. Posteri octo addiderunt, quam diuisionẽ Seneca Varroni tribuit. Statim alij exorti fuerunt, qui quatuor primis, totidẽ adiecerint, ut singulis cœli cardinibus bini essent. Gellius Orientis lateri ob triplicis ortus rationẽ, tres uentos dedit: totidẽ Occasui oppositos. Cardinibus, hoc est, Septẽtrioni, & Meridiei, singulos, quod stati sint, donauit. Ventus qui ab Oriẽte Verno spirat, Eurus, siue Apeliotes dicitur Græcis, nostris uerò Subsolanus. Qui ab Hyberno Oriente uenit, Vulturnus Romanis dicitur: hunc Plin. Eurũ à Græcis dici adserit. Contrà Gellius Euronotũ uocari tradit, propterea, quod inter Notũ, et Eurũ intersit, Ventus, q. ab æstiuo Solstitiali Orientis meta proficiscitur, Aquilo Latinis. Græcis Boreas dicitur, quod suo uiolẽto flatu sonorus sit, παρὰ τὸ βοᾶν, à boando. Aquilo igitur, Vulturnus, Eurus, Orientales sunt, quorũ medius Eurus est. His tres contrarij occidui oppositi sunt: Corus qui Græcis ἀπὸ ζέφυρος, de quo nunc agimus, aduersus Aquilonem spirans: Fauonius Zephyrus Græcis, contra Eurum: Africus, λὶψ Græcè, cõtra Vulturnum. Meridies unũ Austrum, νότον Græcè habet, quod nebulosus sit, atq; humidus. νότος humor. Oppositi Septẽtriones, unũ quoq;: Septentrionariũ, Græcè ἀπαρκτίαν. Manilius lib. 4. Astronomicon, quatuor ꝑcipuos uentos duob. his uersibus complexus est.

Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab Ortu, «
Auster amat medium Solem Zephyrusq; profundũ. «

Alij qui cum Varrone uentos 12. statuunt, diuersum ordinẽ seruãt: de quib. optimè scripserũt, Seneca, Plin. & Gel. Foscator.] quod nubes inducat & pluuiã pariat, obscureatq; cælũ. Iotẽdere.] Inflãmarũt aërẽ, unde pluuiæ, & tonitrua nascũtur. Aratus.

πολλάκι δ' ἐχομένων νεφέων πρὸ πάροιθεν «
οἷα μάλιστα πόντιον ἐοικότα ἰνδάλλονται. hoc est «
Ante etiam pluuiam quàm largam fuderit aër, «
Haud raro apparent nubes, quæ uellera lanæ «
Disparsæ referant.—— Nubes cũ sereno cœlo feruntur, à quacũq; parte id fit, promittunt uentũ. Quod si eodẽ loco cõglobãtur, sole appropinquãte, discutiũtur. Si ab Aquilone id fiat, uẽtos, si ab Austro, imbres denunciãt. Calpẽ.] Hispaniã à parte totũ. Est enim Calpe promõtoriũ Beticæ cõtra Mauritaniã obiectũ Abylæ, ad fretũ Herculeũ, de quib. alibi nobis fuit fusior explicatio.

Zephyri.] Varro, et nonnulli alij sequuti, ad hunc modũ digerunt uẽtos, ut Austrũ, siue νότον in cardine Meridiei statuãt: à latere Orientis, Euronotũ: Occidẽtis uerò Libonotũ ponãt. Ab Arctico uenientẽ Boreã siue Aparctiã uocãt: lateralẽm uersus Occasum, Thraseam uocant: alterã ad Orientis latus, Aquilonẽ appellent. Ortui Aequinoctiali Subsolanũ tribuũt: q à latere ad Borã uenit. Cæciam nubes attrahentẽ, ab Australi a al. fluminã. uerò, Eurũ nominat. Qui ab Aequinoctiali exaduerso flat Fauonũ dicũt: cui proximus Libs à Brumali occasu: ab altero latere Corus.

Hæ cubi iam Zephyri fines, & summus Olympi
Cardo tenet. Tethym uetitæ transcurrere densos
Inuoluere globos, congestumq; aeris atri
Vix recipit spatium, quod separat æthere terram
Iamq; polo pressæ largos densantur in imbres,
Spissataq; fluunt, nec seruant a flumina flammas,
Quãuis crebra micent, moriũtur fulgura nimbis.
Hinc imperfecto complectitur aera gyro.
Arcus, uix ulla uariatus luce colorem:
Oceanumq; bibit, raptosq; ad nubila fluctus
Pertulit, & cœlo diffusum reddidit æquor.

Zephy.] Occidẽtẽ, & extremã Africæ partẽ

dicit & Tethym pro Oceano posuit, quem transcurrere nubes uetitæ fuerunt, sed constrictæ supra Hispaniam in globos densos hæserunt, horrendã minantes pluuiam. Quin & summum cœli cardinem uocat polum Arctícum, qua parte item Oceanum transire inhibitæ fuerunt nubes. Congestũq́.] *Vt quicquid spatij est supra Hispanias intra Oceanum Cantabricũ, Occidentalem, & Ibericum mare, atrũ aërem cõgestum, hoc est, nubes non caperet.* Pressę.] *Nubes coactæ in aëre dissoluuntur in largam pluuiam.* Spissatęq́.] *Condensatæ toto æthere pluuiam fundunt.* Moriuntur.] *Amplificatio pluuiæ, quæ in ipso casu etiam fulgura micantia extinxerunt: interemit impetu nimborum.* Arcus.] *Iris. gyro imperfecto, uariata coloribus uix ulla intermicante luce. Quemadmodum tempestates periculosæ nautis insequuntur fulgura ex Euro, & Austro, nonnunquam etiam è Zephyro, & Borea ita imminente pluuia interdum gemina apparêre solet in nubibus: tum aũt & cum pluuiã fulgura micare solent: Aratus in prognosticis.*

αὐτὰρ ὅτ' ἐξ ἑύρου, καὶ ἐπ νότῳ ἀφραπησιν,
ἄλλοτε δ' ἐπ ζεφύροιο, καὶ ἄλλοτε πρὸς βορέαο,
διὰ τότε τις πελάγει ἴνι δείδιε ναυτίλος ἀνὴρ,
μή μιν τῇ μὲν ἔχει πέλαγος, τῇ δ' ἐπ διὸς ὕδωρ,
ἤλατι καὶ τοσσάδε περὶ φερόπαι φορέουσαι.
πολλάκι δ' ἐρχομένων ὑετῶν νεφέα προπάροιθεν,
οἷα μάλιστα πόποισιν ἐοικότα ἰνδάλλονται,
ἤ δ' ἰνυοὶ ἑῆσσε διὰ μέγαν οὐρανὸν ἶρις.

Horum uersuum sententiam modo retulimus. Plinius tradit Arcus cœlestes nec pluuios, nec serenos dies cum fide portendere: & esse radium solarem cauæ nubi immissum, qui repulsa acie in solẽ refringatur: & uarietatẽ illã fieri mixtura nubiũ aëris, & igniũ. Nunquã apparet, nisi aduerso Sole, nec nisi dimidia circuli forma, nec noctu. Aristoteles tamen prodit aliquãdo tum etiam uisum, nec illud interim posse fieri nisi decimaquarta Luna. Ab æquinoctio Autumnali hyeme maximè apparent. Rursum ab Aequinoctio uerno crescente die non existere credit: nec diebus longissimis circa Solstitium æstiuum. Contrà bruma breuissimis diebus frequenter. Sole humili sublimes sunt: sublimi uerò, humiles: Occidente uel Oriente minores. sed in latitudinẽ diffusi: meridie exiles quidem, sed ambitus maiores: æstiuis dieb. circa meridiem non cernuntur. Post autumnale Aequinoctiũ quacunq́ hora: nec unquam plures simul, quàm duo. Circa solẽ arcum hunc semel apparuisse, miraculi uice habitum fuit. In quo loco arcus cœlestis deiecerit caput sua. & cũ à sic citate continuam immaduerit imbre, tũc emittit halitum suum diuinum à Sole cõceptum, cui comparari suauitas nulla possit. Arcus duplices præcipuè pluuias nũciant. In quocunque frutice curuatur, eadem suauitas relinquitur, quæ est in Aspalatho. Græcis ἶρις. Iris uocatur, de qua consilium est pluribus hoc loco disserere, quæ multum eruditionis sunt studiosis allatura. ὑπὲρ πᾶσαν ἶριν, *hoc est super omnem Irin, adagium dici solet, de ueste luculenta, filo splendido, & uario contexta ob uariegatam Iridis naturam, quæ quia admirabilis est, Plato existimat eam Thaumantis filiam creditam παρὰ τὸ θαυμάζω, admiror, quod multum admirationis inc*

tiat mortalibus ut nihil aliud, certè à nullis picturis co
lorum eius species exactè exprimi possunt. Vocatur, Arcus uarius: Arcus Dæmonis, hoc est intelligentiæ, quod in eo diuinæ clementiæ præsagia sint, mundũ aqua nunquam interiturum. Plutarchus Irin fieri putat per lineas rectas, aut flexas, aut refractas. Veteres Irin Lunaribus radijs fieri non posse arbitrati fuerunt: sed Aristoteles contendit contrà, Lunam tantum plenam, in occasu, uel ortu sita, & quinquaginta annorum spatio, & amplius uisam semel. Huic refragantur multi eruditi, quod uno & eodem anno nocturna bis uisa sit: tum autem in Aquilone Luna meridiana quidem, sed non plena. fruſtra diuersum asserente Plinio: cùm Aristoteles tantum plenilunio id fieri posse fateatur, iam & præsagia colligunt inde rustici. Si fuerit albo medius color rubeus, eam promittere fertilitatem. A meridie oriens ingentem aquarum uim dabit. Si circa occasum apparuerit, pluuiam portendit modicam, & dulcem: si ab ortu se exigat, serenitatem præsagit. Hæc satis de Iride dicta existimo, cùm cætera multa, quæ dici possent, de conceptu eius ex nube, de coloribus & eorum ratione, deq́ eius notionibus prolixiora forent, quàm gratum esset studioso lectori ad alia properãti. Irin Plato in Cratylo dictã tradit, ἀπὸ τῆ ἄρσεν, *hoc est, à dicendo: nam cùm nuncia Deorũ sit, mandata perfert, & sermone exponit, ut* ἔρ & Odyss. σ.

ἶρον δ' νέοι κίπλησαν ἀπαγγέλεσκε πιὼν ὅτε πέρ τις ἀνώγει.

Hæc ferè ad discordiam serendam mitti solet, ut Mercurius ad conciliandam pacem. Plura de Iride annotauimus utiliter studiosis in quarto cõmentariorum in Virg. quæ qui ea commentatione delectatur, inde illi petere licebit. Vix ul.] *docet in densa, & obscura nube ita arcũ apparuisse ut propè uix fuerit cõspicuus: quare solito qd pluuiæ uehementiores minatũ fuisse.* Occanũq́.] *Itaq́ diserte addit Oceani fluctus eũ attraxisse in nubẽ adeoq́ marinos fluctus, hoc est, nimiũ aqua cœlo miscuisse. Non obscurè tradit quid sit, & unde oriatur ille arcus. Quidã arcum humidã euaporationẽ in nubẽ transformatã esse uolunt, atq́ inde sensim eis μηχὰς φανίδας νοῆσαι. Posidonius definiuit esse, declarationẽ scissuræ solis, seu Clunæ in nubes rosida, cõcaua, et cõtinua ad imaginationẽ, uelut in speculo imaginatã magni orbis circũferentiam. Sunt qui hoc modo circũscribunt. Arcũ fieri Iridis, cùm sol aquosum aërẽ sua luce perstringit, siue per aëris propriã naturã, quæ lucis, & aëris propria est ex qua colorũ huius proprietates fiũt, siue oẽs, siue unico modo. Suidas* νέφος ὑγρότης κατ' ἔμπλωσιν ἡλίς πεποιημένης, ὅπερ τόξον, ἤ ὠγὰι ἀφ' ὑγρῶν νεφῶν ἀναπεπλασμένα. ἢ ἐνφασις ἡλίς τμήμαίος, ἢ σελήνης ἐν νέφει διεφθορότος, ποιητῇ, καὶ σαυτῇ πρὸς φαντασίαν ὡς ἐν κατόπτρῳ φαντασομένῃ κατὰ πύκλῳ περιφέρεσαι. Quæ diffinitio ad uerbũ est Posidonij. Aristot. lib. 3. μετεωρῶν, ut appareat iris, inquit, opus est nube præcluſa, priusquam altera nubes purpurescat, quod speculi similiter in nube concipiatur. Et cœlo dif.] *Amplificatio, haud absq́ allusione, cœlo mare permiscuit. de summa confusione, ac naturæ perturbatione.*

Iãq́ Py.] *Enumeratis operosè restagnationibus causis, earũ effectus, nũc cõmemorat. Et orditur à niuibus Alpinis Pyrenæorum montium,*

Iaḿq́ Pyrenæas, quas nunquam soluere Titan
Eualuit, fluxêre niues: fractóq́ madescunt
Saxa gelu, a tunc quæ solitis & b fontibus exic

a al. tnm.
b al. à fon.

montium, qui Galliã ab Hispania separãt. Tãta enim tempestas, inquit Cæsar, coorta est, ut nunquam illis locis maiores aquas fuisse constaret. Tum autẽ ex omnibus montibus nix profluit, ac summas ripas fluminis superauit. Pontesq; ambos, quos Fabius fecerat, uno die in terruptit, quæ res magnas difficultates exercitum Cæsaris attenduntur ab interno mari Gallico in Oceanum usque, à meridie ad Septentrionem extensa. Ad ortum Celtæ, qui Galli sunt, ad Occasum Iberos habent, & Celtiberos. Existimant quidam à crebro fluminum casu, quibus propter immensam altitudinem feriuntur ijs Pyrenæi nomen factũ. Poëtæ in his locis Pyrenen indigenã puellam ab Hercule cõpressam canunt. Ex his itaq; iugis aliisue mas niues calore solis liquefactas defluxisse dicit Lucanus. Nunquam sol.

Non habet unda uias, tam largas alueus *a* omnes
A' ripis accepit aquas: iam naufraga *b* campis
Cæsaris arma natant, impulsaq; gurgite multo
Castra labant, alto restagnant flumina uallo,
Non pecorum raptus faciles, non pabula mersi
Vlla ferunt sulci: tectarum errore uiarum
Fallitur *c* occultis sparsus populator in *d* agris.

Fractoq;.] *Glacies tot annos durata soluta fuit. Tunc quæ.] Neque aqua à suis fontibus delapsa potuit intra suos alueos contineri.*

a al omnis.
b al. campo.
c al. occultos
d al. agros.

Naufraga cam.] *Quasi naufragio facto in summa aqua totis campis fluitarunt. Cætera quæ sequuntur, sunt amplificationes restagnationis.* Non pecorum raptus.] *Non potuere facilè pecora abducere, quæ propter bellum finitimæ ciuitates longius remouerant.*

Castra labant.] *Castra, inquit, cum essent inter duo flumina, Sicorim, & Cingam spacio millium triginta neutrum horum transiri poterat, necessarioq; his angustijs omnes continebantur neque ciuitates, quæ ad Cæsaris amicitiam accesserunt, frumentum supportare, neque ij, qui pabulatum longius progressi erant, intercluſi fluminibus reuerti, neque maximi comitatus, qui ex Italia, Galliaq; ueniebant in castra peruenire poterant.*

Iamq;.] A' consequibus restagnationẽ. Vt enim in arcta obsidione certa, & pẽsens fames ẽmat oppidanos, ità restagnatio nem amniũ rerũ omniũ inopia statim insequuta fuit. Hanc dilucidè pariter ac copiosè amplificat, ut & admirabilem aliarũ rerum, & cladem & ratamitatẽ. Famem dicit cõmeatus inopiã. Tempus erat difficillimũ, quo neq; frumẽta in hybernis erant, neq; multũ à maturitate aberant, ac ciuitates exinanitæ, quòd Afranius penè omne frumentum ante Cæsaris aduentum Ilerdam conuexerat. reliqui siquid fuerit, Cæsar superioribus diebus consumpserat. Exiguam.] *Frustum panis, aut modicum frumenti: metonymia, inuenta.* Ceres enim posteà Triptolemus lõga nauì in Eleusim Atticæ delatus locorũ accolis triticisemen distribuerat, frumentũ sua sponte in agris ortum uitæ humanæ accõmodauit: monstrauitq; mortalibus eius seminis seruandi rationem, terræq; iterum mandandi. Commenta id iam antea ipsa fuerat, cùm eius filia ab Orco Molossorum rege ex Sicilia rapto abducta fuisset. Quã iniuria perpulsa creditur, tur frumenta in eius inuidiam succendenit. Indeuerò ea reperta, Triptolemò semen tradidit, ut utilissimum mortalibus inuentum toto orbe uulgaretur. Aegyptij Cererem eandem cum sua Iside esse credunt. Siculi certè primum Tritici usum sibi uendicant, quod ea terra Cereri sacra sit, suumq; inuentum esse affirmant. Et Atheniensis ad munus Siculis quàm Aegyptijs acceptum ferre malebant. Tulit & Ceres quasdam leges, ut mortales, iusticiæ, & æquitati

Iamq; comes semper magnorum prima malorum
Sæua fames aderat, nullo'q; obsessus ab hoste
Miles egit, toto censu non prodigus emit
Exiguam Cererem: proh lucri pallida tabes,
Non deest prolato ieiunus uenditor auro.
Iam tumuli, colles'q; latent, iam flumina cuncta
Condidit una palus, uasta'q; uoragine mersit:
Absorpsit penitus rupes, ac tecta ferarum
Detulit, atq; ipsas hausit, subitis'q; frementes
Vorticibus contorsit *e* equos, & repulit æstus
Fortior Oceani, nec Phœbum surgere sentit
Nox *f* subiecta polo: rerum discrimina miscet
De formis cœli facies, iuncta'q; tenebræ.
Sic mundi pars ima iacet, quam zona niualis
Perpetuæq; premunt hyemes, non sidera cœlo
Vlla uidet, sterili g non quicquam frigore gignit,
Sed glacie medios signorum temperat ignes.

assuescerent. Hanc eius soror Vesta inita, ædificandarũ domuũ ratione cõmenta fuit, quo & ipsa uitæ humanæ aliqd cultus adderet, & ornamenti. In Sicilia Ceretis statua, quæ currũ diciatur, olim uisebatur. Proh lucri.] *exclamatio in lucri auidos, & eos ipsos fame licos, quos uocat ieiunos ueditores.* Iamtum.] *Sunt aũt tumuli humiliores collieuli, adeoq; fragmenta*

e al. aquas.
f al. subtecta
g al. nec.

quædã mõtium, perinde ut promõtoria in mare excurrentia. Condidit.] *eõfudit, & obduxit una diluuio ac restagnatione omnia.* Absorpsit.] *demersit, ut sub aquis lateret, & secũ abripuit ferarũ latebras.* Frementes.] *hinnientes, à lequib. ad equos traducta metaphora.* Nec Phœ.] *Amplificatio caliginis obortæ, tãtæ inhorruerunt tenebræ, ut nulla rerũ discrimina apparerẽt.* Sic mun.] *à simili amplificat prodigiosam locorũ faciẽ.* Quã zo.] *frigida, & perpetuis propè noctib. horrẽs. Extremitates enim Septentrionalis, & Australis ppetua riget pruina.* Zonas, cingulos nõnulli, Martianus Capella, Fascias uocat: *sũt interualla quædã circulorũ, siue parallelorũ minorũ, hoc est, duorũ tropicorũ, Arctici, et Antarctici, quib. totũ illud inter polos, quicquid est latitudinis discernitur. Est aũt latitudo dimẽsio à Borea in Austrũ, apud Cosmographos: Lõgitudo ab ortu in occasum. Itaq; præter duos tropicos circulos, duo alij sunt, ut dixi, Arcticus nostri cœli, & Austrinus siue Antarcticus. Arctico circulo à duabus ursis nomen datum. Antiquitas credidit, regiones, quæ intra tropicos continentur, propter uehementẽ æstum habitare cõmodè non posse, ideoq; zonam perustam appellarunt,*

runt. Quæ uerò extra hanc panderentur, hoc est, à tropico Cãcri, usq; ad circulum Arcticum: & à tropico Capricorni, usq; ad circulum Antarcticum temperatas esse, & frequenter habitari. Vltrà Arcticum uerò, usq; polũ Septentrionalẽ: muicẽ ultra Antarcticum parallelum, usq; ad polum Antarcticũ, ob immane frigus, quo alternatim propter solis absentiam remotissimã infestarẽtur, omnia loca inhabitabilia. Adhæc ibi glaciãlem esse Oceanum existimarunt. Quarum rem summus rerũ optifex contemplatus, ita limites terrarũ applicauit Oceano, ut ibi locus non esset terræ incolendæ per cœli asperitatem, ibi pelagus latius panderetur. Atq; ita diligens terrarũ contemplator facilè deprehendit, eas ab utroq; axe ueluti lateribus contractis stringi: ab Ortu rursum in Occasum uastissimè procurrere. De zonis, Verg lib. 1. Georg.

» Quumq; tenent cœlum zonæ, quarum una coruſco
» Semper Sole rubeus, & torrida semper ab igne est.
» Quam circum extremæ dextraq; lævaq; trahuntur
» Cæruleæ, & glacie concretæ, atq; imbus atris:
» Has inter, mediamq; duæ mortalibus agris
» Munere concessæ diuũm.
» Et totidem plagæ in terra distinguuntur, quod in cœlo.

Ouidius lib. Metamor. primo

Totidemq; plagæ tellure premuntur,
» Quarum quæ media est, non est habitabilis æstu,
» Nix tegit alta duas, totidemq; inter utramq; locauit,
» Temperiemq; dedit, mixta cum frigore flamma.

» Cicero lib. 6 de repub. Cernis autem eandẽ terrã quasi redimitam, & circumdatã cingulis, è quib. duos maximè inter se diuersos, & ipsis uerticibus cœli ex utraq; parte subnixos obriguisse pruina uides: medium autem illum, & maximum Solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles quorum Australis ille, in quo qui insistunt, aduersa uobis urgent uestigia, nihil ad uestrum genus. Hic autem alter subiectus Aquiloni, quem incolitis, cerne quàm tenui

uos parte cõtingat. Omnis aũt terra, quæ colitur à nobis, angustata uerticibus, lateribus latior patet, quædã insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris: qui tamẽ tanto nomine, quàm sit paruus, uides. Hæc ille. Niualis.] siue Arctico, siue Antarctico polo subiecta, quæ ob perpetuam glaciem inhabitabilis est, media, quæ inter Tropicos est, inter quos Zodiacus circulus uertitur, solis ardore torretur. Perpetuæq;.] Nam sub polaribus zenith ad Aquilonẽ quib. est, illi horizontẽ habent circulũ æquinoctialẽ, ut eundẽ, qui sub antarctico sedes habent. Vnde eũ Zodiacũ intersecet in duas æquales partes, horizontẽ boreali, ab australi æqualiter diuidit. Itaq; quã diu sol uersatur inter primũ punctũ Arietis, & ultimũ uirginis, perpetuus his dies est, & nulla nox. Contrà his ipsi perpetuo adeoq; nox una est, à principio Libræ, usq; ad finẽ piscium. Et licet sex illi mensibus perpetua luce fruantur, propter absentiam remotissimam Solis tamen, ut hyeme intra circulum Arcticum, & tropicum æstiuũ agẽtibus, omnia obrigent pruina. Proinde perpetua hyeme eos premi recte dicit poëta, non autem perpetuis tenebris.

Non sidera cœlo.] Ne Vrsas quidem, aut certè tenuiter, à quibus ad uiginti tres gradus attollitur. Quam Cephei pedes, & genua, in quibus octo maximè stellæ lucent, intra circulum Arcticum protendũtur, & cauda Draconis, qui inter duas Vrsas collocatus uidetur, flexa, caput maioris attingere sua spira fortasse modicè uideri potest. Signorum.] Torrida zonæ, aut temperatarum, Glacialis zonam torridã, per quam spatiatur sol, suo gelu ita temperat, ut utrinq; zonas temperatas, & habitabiles relinquat: hinc inter solstitium æstiuum, & circulum arcticum: inde inter solstitiũ hyemale, & circulũ antarcticũ: ut in eã sententiã medij ignes accipiãtur. Itaq; frigida zona efficit, ut immoderato calore zonæ mediæ euicto, in medio temperata regio habitãda relinquatur.

Sic ô summe.] Auersione ad Iouẽ, & Neptunũ precatur, ut hæc facies cœli horrenda sit diuturna, ut mortalis curis bellorum ciuiliũ liberẽtur. Sic ô sũme, periphrasis Iouis. Sic sorte secun.] Nam in diuisione regni Saturni, ita imperiũ eius liberi partiti dicũtur, ut Iuppiter cœlum teneret: Neptunus maris imperium haberet: Pluto inferorum ditioni præesset: Iunoni regna orbis terrarum, & aër cederẽt. Tridentis.] Tridens sceptrũ Neptuno tribuitur, perinde ut flumẽ Iouis. τρίαινα, quæ fuscina dicitur. Et tu.] Vt nimbi perpetuo in aëre pendeãt, neq; remeent unquã eò unde sunt profecti, hoc est, ne in maria recurrant. Non hab.] Ne flumina suas aquas in mare deferant pronæ, sed relidant, & retro suo

a al. intẽdẽs.

Sic ô summe pater mundi, sic sorte secunda
Aequorei rector facias Neptune tridentis.
Et tu perpetuis a impendas aera nimbis:
Tu remeare uetes, quoscunq; emiseris æstus:
Non habeant amnes decliuum ad littora cursum,
Sed pelagi referantur aquis, concussaq; tellus
Laxet iter fluuijs, hos campos Rhenus inundet,
Hos Rhodanus, uastos obliquet flumina fõtes,
Rhiphæas huc solue niues, huc stagna, lacusq;,
Et pigras, ubicunq; iacent, effunde paludes:
Et miseras bellis ciuilibus eripe terras
Sed paruo fortuna uiri contenta pauore
Plena redit, solitoq; magis fauere secundi,
Et ueniam meruere Dei. iam rarior aer,
Et par Phœbus aquis densas in uellera nubes
Sparserat, & noctes uentura luce rubebant:
Seruatoq; loco rerum, discesit ab astris
Humor, & ima petit, quicquid pendebat aquarũ.
Tollere sylua comas, stagnis emergere colles
Incipiunt, uisoq; die durescere ualles.

cursu labi maria compellant. Potest uideri allusum ad prouerbium. Sursum uersus] errorũ fluminũ ferunt fõtes quoties præposterè aliquid fieri, legittimasq; rerum uices inuertit significamus. Horat. in Odis.

Quis neget arduis se
Pronus relabi posse riuos
Montibus, et Tiberim reuerti,
Cum tu coemptos undiq; nobiles
Libros Panætii, Socraticam & domum
Mutare locis ibe-
ris

Pollicitus meliora, tendit?

Concussaq;.] Terra motu agitata amnib. iter aperiat. Variæ produntur caussæ terræ motus à Physicis. Babylonij existimãt eum fieri, ut & hiatum, & cætera omnia siderum ui illorũ, quibus fulmina assignant: maximè antium

A. auium cum sole, & congruentium præcipuè circa quadrata mundi. Anaximander Milesius ferunt aliquando prædixisse Lacedæmonijs, ut urbem ac tecta fideliter cuncta monitiq; Taygeti eminent, magna pars euulsa fuit in formam puppis: ac præterea eam cladem ruina præsit. Pherecydes Pythagoræ præceptor terræ motũ præsensit haustu aquæ è puteo. Plinius uentos in caussa esse existimat. Nam terræ nunquam tremiscunt, nisi sopito mari, & cœlo adeo tranquillo, ut uolatus auium non pendeant, subtracto omni spiritu, qui uehit: nec unquam nisi posti uentos conditos, in uenas, & cauernas eius occultũ afflatu. Nihilq; aliud putat esse in terra tremorem, quàm in nube tonitruum. Neque hiatum aliud, quàm cum fulmen erumpit, incluso spiritu luctãte. Quin & nautæ natantes certissima coniectura præsentiunt, quoties fluctus subitò sine flatu intumescit. In naui recondita non secus tremunt, atq; in ædificijs omnia. Adhæc uolucres pauidæ sedent. In cœlo item tenuis linea nubis in longum spacium porrecta, interdiu, aut paulò pòst occasum B sereno præcedit. Est & in puteis turbidior aqua cum tædio odorit tetri. Laxet iter.] Aperiat, cuiusmodi terræ hiatus sunt, nihil aliud quàm terræ in profundum recessus. χάσμα. Græcè, hiatus. Alibi prosternuntur mœnia. alibi hiatu profundo hauriuntur, alibi egerunt moles, alibi emittuntur amnes, est ubi ignes, aut calidi fontes rebulliunt, fiuntq; hiatus aduerso flumini cursu. Solet hiatum præcedere, aut etiam comitari terribilis sonus, nõnunquam etiam murmur, mugitui similis: quamuis etiam sæpe sine motu editur sonus. Neq; uerò simpliciter quatitur unquam, sed tremit, & uibrat. Interdum manet hiatus, ea quæ absorbuit, ostendens, nõnunquam occultat ore compresso, & inducto solo, ut nulla uestigia extent, urbibus etiam deuoratis, & agrorum tractu hausto. Sed nulla æquè quatiuntur, atq; maritima, quanquam & montosa etiam interdũ. Autumno, ac uere crebrius mouentur. Galliæ, & Aegyptus minus: hîc æstatis caussa, illic hyemis obstat: & noctu sæpius, quàm interdiu. Sed signa futura alicuius motus C exist unt matutini, uespertinique: sed crebri luce pro

pinqua. Interdiu circa meridiẽ, & solis, Lunæq; defectu, quod tempestates tunc sopiantur: maximè cum imbrem æstus, aut imbres æstum sequuntur. Quin & inundationes maris fiunt cùm terræ motu, eodem infusi spiritu, aut residentis sinu recepti. Rhenus.] Coaceruatione brui omnes Hispaniæ campos optat rotis, aquis obruendos maximorum fluminum, ac montium, qui altissimis nitibus operi iacent. De Rheno alibi dictum est. Rhodanum quoque ostendimus fertilissimum Galliarum fluuium dictum à Rhoda Rhodiorum urbe quondam, & ex Alpibus raptum, per lacum Lemannum segnem deferre Ararim, nec minus seipsum torrẽtem Isaram, & Druentiam. Duo eius ora modica Libyca appellãtur: quorũ alterũ Hispaniense, alterum Metapinũ: tertiũ uerò quod amplissimum est, Massalioticum. In ostio Rhodani fuit aliquando Heraclea. Rhipheas.] Rhipheorum montium. Circa Rhipheos mõtes regio est, à pinnarũ similitudine, ex assiduo niuis casu, Pterophoros appellata pars mũdi à rerũ natura dãnata, & densa mersa caligine, & gelu septẽtrionali frigida. Põponius scribit assiduè cadentes niues adeo inuia omnia efficere, ut ultrà ne usum quidem intendentiũ admittãt. Hîc sunt, quib. sol ab æquinoctio uerno, ad æquinoctiũ autũnale oritur tantũ de quibus paulò antè diximus. optat inundatione aquarũ mersa Cæsare bellũ solutum iri. Sed par.] Sed fortuna cõtenta fuit tantũ leuiusculũ pauorem iniecisse Cæsari. & modicè aduersatã fuisse, cũ statim rursum ut propitia mater cœperit illi adblãdiri. Iam rarior.] Iam rarescebãt nimbi tenuiores, ut sol nubes, & aquas penetraret. Densas in uelle.] Si enim, ut Plinius ait, nubes si ut uellera lanæ spargentur multæ ab oriente, aquam in triduum præsagient. Hoc ipsum tradit Aratus quoque in prognosticis. quod nubes uelleribus similes appareant sparsæ sæpenumero sub pluuiam uenturam.

ωοὐλάμὶ δ' ἐρχομένων ὑετῶν νέφεα τῶν ἀραιὰ φοιτᾷ " οἷά περ ἠερίων ὠΐων ἐειδόμενοι. "

Noctes uen.] Est & illa certissima futuræ pluuiæ obseruatio, si sub ortum solis diluculo matutino cœlum rubescat inuicem si in occasu nube rubicunda tegatur.

Pẽdebat.] in urbib. adhuc librabatur. Tolle.] signa serenitatis aduẽtantis, & fidentiũ, defluentiũq; aquarum.

Vtque habuit.] Restagnatione flumi-
num Cæsar in subi-
tum rerũ discrimẽ fu-
it adductus, omni eua
gandi facultate pabu
latoribus adempta, iti
neribus aquarum di-
luuio infestis & ponti
bus aquarum impetu
abruptis. Vbi tenuit
hæc difficultas ali-
quot dies, per occasio
nem Afranius ex Cæ
sarianis nõ paucos, su
bita inũdatione à suis
exclusos, oppressit. Re
rum harũ fama Ro-
mã perlata fuit, atq;
inde ad Pompeium, haud sine amplificatione mali, iam

Vtque habuit ripas Sicoris, camposq; reliquit
Primum caua calix, madefacto a uimine paruam
Texitur in puppim, cæsoq; induta iuuenco
Vectoris patiens tumidũ b superenatat omnem:
Sic Venetus stagnãte Pado, fusoq; Britannus.
Nauigat Oceano: sic cum tenet omnia Nilus.
Conferitur bibula Memphitis cymba papyro
His c ratibus traiecta manus festinat utrinque
Succisum curuare nemus, fluuijsq; ferocis
Incrementa timens, non primis robora ripis
Imposuit: medios pontem distendit in agros.
Ac ne quid Sicoris repetitis audeat undis,
Spargitur in sulcos. & scisso gurgite riuis
Dat pœnas maioris aquæ, postquam omnia fatis
Cæsaris ire uidet, celsam Petreius Ilerdam
Deserit, & d Noti diffisus uiribus orbis
Indomitos quærit populos, & semper in arma
Martis amore feros, & tendit in ultima mundi.

uidelicet debellatum esse in Hispania. Cæsaris copias ferro, & fame propemodũ esse delatas, ipsumq; aquarum ui, & hostiũ uirtute obsessum esse, adeoq; ad extremã egestatem redactũ. Itaq; manus lætitia partib. oborta fuit.

a al. robore.

b al. superemicat.

c al. Iis.

Vtq; hab.] ubi uis illa aquarum paululũ remiserat, uimineis nauibus contextis, & curribus ad fluuium delatis partem militum occultè traiecit in aduersam fluminis ripam, qui ingentem numerum pabulorum parum cautè uagantium

d al. notis.

uagantium oppreſſere: atq; ubi pontes conſueta celeritate reparaſſet, mox omnium rerum copia ſequuta fuit.

Salix.] Saliginis uimmibus naues bubulo corio ſuper inducto contexit. Cæſoq; ind.] Circunducta bubulis tergoribus. Has naues curribus ad fluuium auexerunt.

Sic Venetus.] Comparationibus trib. Cæſarianorũ ſtudium in uehendis nauibus, traijciendisq; militibus commemorat. Stagnante.] Quoties Padus ſe effundit, nauigat Padus quondam Eridanus dictus fuit à Duce coloniarũ. Ex imis radicib. Veſuli mõtis exortus paruis ſe primũ fõtibus colligit: & aliquatenus exilis eſt, ac macer, mox alijs amnib. adeò augeſcit, ut per ſeptem oſtia ſe effundat, quorum unum magnum Padum appellant. Inde adeò citus proſilit, ut diſcuſſis fluctibus diu, qualem emiſit, undam agat, ſuumq; etiam in mare alueum ſeruet, donec eum ex aduerſo littore Iſtriæ eodem impetu profluens Iſter amnis excipiat. Eſt is fluuius, ut proditur, totius Europæ omnium fucilè maximus, circa oſtia ſua, excepto ſolo Iſtro. Chreſtoma, auctho. ἐκ τῶν τὸ πρέσβων, ἐκ τῶν ἄλπεων ῥεῖ, φασιμ, ὁ, τε ῥῆνος, καὶ ὁ ἴστρος, καὶ ὁ πάδος, καὶ ὁ ῥοδανὸς. id eſt, ex Alpibus defluit Rhenus, Iſter, Padus, & Rhodanus.

Britannus.] Hodie Angli dicuntur, qui olim Britanni. Inſularium regnorum longè clariſſimum, atque opibus pollentiſſimum. Nilus.] cùm Nilus ſua reſtagnatione totam perfundit Aegyptum, De Nilo dictum nobis abundè eſt alio loco. Conſeritur.] Contexitur Aegyptiaca cymba bibula papyro Alibi retulimus Memphim quondam regnum Aegypti regiam fuiſſe, ut hodie Cairum appellari. Papyro.] Hanc aiunt eſſe arbuſculã palluſtrem in Aegypto, cuius foliis contexantur cymbæ. Poſt Alexandri Magni victoriam, condita in Aegypto Alexandria, ab eo rege papyrus inuenta fuit. Fruticem naſcentem in paludibus Aegypti quidã eſſe aiunt: aut quie ſcentibus Nili aquis euagatæ ſtagnant, nec gurgitum altitudo duo brachia excedit. Ipſe frutex papyrum neutro, ſiue papyrus fœminino genere effertur. Obliquam habet radicem, laceribus triangulis, decem non amplius cubitorum longitudine: in gracilitate faſtigiatum, Thyrſi modo cacumen includens, nullo ſemine, nec alio uſu, quàm floris ad coronandos diuos. Huius radicibus incolæ pro ligno utuntur, & ex ipſa papyro, ut dixi mus, nauigia contexunt: ex libro uerò, uela, tegetes, ueſtes, funes, ſtragula, & alia id genus. Ex eo chartæ parabantur, diuiſæ acu in prætenues, & latiſſimas phylyras, quæ in eo meliores erãt, quo medio papyro propiores. Atque huic ſecundum ſciſſuræ ordines Hieratica dicebatur ſubtilior, religioſis tantum uoluminibus dicata, quæ poſtea per adulationem Auguſti, Auguſta, & à Liuia eius coniuge, Liuiana fuit dicta. Huic poſtea in epiſtolis ſcribendis authoritas relicta fuit. Ab Auſonio ἀνιγματικῶς, melonis alba pagina uocatur, uti literæ, Cadmi nigellæ filiæ: & notæ ſuruæ ſepiæ, atramentum. His ratibus.] Cæſaris uerba hæc ſunt. Cum in his anguſtijs res eſſet, atque omnes uiæ ab Afranianis militibus, equitibuſq; obſiderentur, imperat militibus Cæſar, ut naues faciant, cuius generis eum ſuperioribus annis uſus Britãniæ docuerat. Carinæ primum, ac ſtatumina ex leui materia fiebant, reliquum corpus nauium uiminibus contextum corijs integebatur. Has perfectas carris iunctis deuehit noctu millia paſs. à caſtris 22. mi liteſq; his nauibus flumen tranſportat, continentemq; ripæ collẽ improuiſo occupat. Fluuijſq; ſe.] Sicoris impetuoſi, ac uehementis. His nauibus militaris multitudo Sicorim traducta eſt. Incrementa.] Timẽs ne Sicoris augeretur, ac creſceret. Non primis.] Nõ deflexit paulos in extrema ripa, ſed ex utraq; parte pontẽ inſtituit in medios agros extẽdit. quẽ biduo perfecit, Spargitur.] diffunditur in ſulcos. Cæſar enim ne ſemper magno circuitu per pontem equitatus mitteretur, idoneis locis foſſas pedum 30. in latitudinem complures fecit, quibus partem aliquam Sicoris aduerteret, uadiumq; in eo flumine efficeret, atque ita amnis pœnas dedit maioris aquæ, iam extenuatus.

Poſtquam om.] Poſtquam aduertit Petreius fortunam Cæſaris commutari fœliciori ſucceſſo. Tendit.] in extremas orbis partes. Ciuitates ſtatim aliquot ad Cæſarem defecêre, à quibus ille peroportunè cõmeatu adiutus fuit, & cætera ita mutata ſunt. ut hoſtes quia interdiu non poterant, non niſi noctu frumentarentur: quibus difficultatibus Petreius & Afranius adacti ſuæ aliò ſuas copias transferre: duabus cohortibus ad Ilerdæ præſidium relictis, copias Sicorim traijciunt, & iter ad Iberum fluuium intendunt.

Nudatos.] Vbi uidit Cæſar colles ab hoſtib deſertos. Nam Põpeiani duces difficultatibus frumẽtandi adacti, relictis duabus cohortib. ad Ilerdæ p̃ſidiũ, copias Sicorim traiecerant, iterq; ad Iberũ amnẽ intenderãt: in Celtiberiam enim bellũ transferre cõſtituebant. Cæſar, qui in omnes occaſiones erat intentus, equitib. celeriter in hoſtẽ emiſſis, aliquãdiu extremũ agmen carpendo fuit remoratus. In illis locis. Pompeiani duces magna equitũ peditumq; auxilia expectabant, & bellũ in hyemẽ ducere ibi cogitabãt. Sed flu.] Cæſar cognito per exploratores, hoſtes ad Octogeſã oppidũ ad Iberũ caſtra uallo 12. pedũ munuiſſe, ſũmo labore militũ cõtinuato diẽ noctemq; opere in flumine auertendo huc iã rẽ duxerat, ut equites, licet difficulter, atq; ægrè fiebat, poſſẽt tamẽ, atq; aude rent flumen tranſire.

Nudatos Cæſar colles, deſertaq; caſtra
Conſpiciẽs, capere arma iubet, nec quærere pontẽ
Nec uada, ſed fluuiũ duris ſuperare lacertis
Paretur, rapuitq; ruens in prælia miles
Quod fugiens timuiſſet iter, mox uda receptis
Membra fouent armis, gelidosq; à gurgite curſu
Reſtituunt artus, donec decreſceret umbra
In medium ſurgente die, iamq; agmina ſumma
Carpit eques, dubijq; fugæ, pugnæq; tenentur.
Attollunt campo geminæ iuga ſaxea rupes
Valle caua media: tellus huic ardua celſos
Continuat colles, tutæ quos inter opaco
Anfractæ latuere uiæ, quibus hoſte potito
Faucibus, emitti terrarum in deuia Martem
Inq; feras gentes Cæſar uidet. Ite ſine ullo
Ordine, ait, raptumq; fuga conuertite bellum,
Et faciem pugnæ, uultusq; inferte minaces,
Nec liceat pauidis ignaua occumbere morte:
Excipiant recto fugientes pectore ferrum.

Pedites

Apedites tantũmodo humeris, ac summo pectore extarent, ut tum altitudine aquæ, tum rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur. Raputq;] hoc est, celeriter amnem ingressus est. Tyrones enim ex disciplina militari assuescunt mensibus natandi usum discebant, quod in bellis non semper pontibus flumina transirentur: sed sæpe cedens, aut sequens exercitus tranare cogeretur: tum autẽ, quod sæpe repentinis imbribus exundent torrentes. Cæterum quemadmodum flumina maiora transeantur, tradit Vege. lib. 3. cap. 7. de re militari. Quod fu.] In fuga transire non fuissent ausi. Prima luce ex superioribus locis, quæ Cæsaris castris erant coniuncta, cernebatur nouissimos hostium, prælio Cæsarianorum uehementer premi, ac nonnunquã etiam extremum agmen sustinere, interrumpiq; interdum inferri signa, Cæsarianos rursum uniuersarum cohortium impetu propelli: mox rursus conuersos insequi: totis deniq; castris turbari. Dolebant hostes ita è manibus dimittendum. Itaque Centuriones, & Trib. militum adibant, eosq; obsecrabant, ut per eos Cæsar certior fieret, ne labori suo, aut periculo parceret, paratos se esse, & audire etiam, eà transire flumen, qua transductus esset equitatus. Horum clamoribus excitatus Cæsar, etsi uerebat tanto, tamq; uasto flumini tam florẽtem peditatum obijcere, periclitandum tamen censuit: ac simul iussit infirmiores milites ex omnibus centurijs, quorum uires, aut animi eos labores sustinere non posse uidebantur, quos cum una legione præsidio castris reliquit, ac simul reliquas legiones expeditas castris eduxit: magnoq; numero iumentorum in flumine, suprà, infraq; constituto, traduxit exercitum. Horum militum pauci ui fluminis transuersi abrepti, ab equitibus excepti fuere, non uno quidem amisso. Hoc factum iudicat poëta, magnum & memorabile. Mox uda.] paulò pòst ex amne recepti animos & corpora refecerunt ne defessi prælio obijcerentur. Donec de.] ad meridiem usq; : tamdiu enim, donec sol lineam meridionalem attingat, decrescit umbra. Illam eo transgresso, incipit paulatim maior fieri, & extendi. Cæterum traducto incolumi exercitu, Cæsar copias instruxit, triplicemq; aciem ducere cœpit. Tantũ ibi fuit in militibus studium, ut sex millia ad iter, addito ad uadum circuitu, magnaq; fluminis mora interposita, eos, qui de tertia uigilia exissent, ante horam diei nonam consequerentur. Carpit eques.] Cæsar enim ex superioribus locis, quæ eius castris coniuncta erant, cernebat, à suo equitatu hostiũ nouissimos prælio premi, & carpi. Dubijsq; f.] modo propellebantur, modo rursus conuersos insequebantur: dolebantq; hostes ita è manibus elapsuros. Attollunt cam.] topographia, describit enim locum, in quem Cæsariani euaserunt, & tandem peruenerunt, tum autem quo hostes fuerunt potiti. Geminæ iuga (m.] appositio. Suberant enim montes, atq; à quinq; millibus passuũ itinera difficilia, & angusta excipiebãt. Inter eos montes Pompeiani se recipiebant, ut Cæsaris equitatum effugerent: simul ut præsidijs in angustijs, quas Lucanus hic fauces uocat, positis, illius equitatu itinere prohiberent: ipsi sine periculo Iberum copias traducerẽt; id quod illi omnibus modis erat faciẽdum. Anfractu.] ambitu. Sunt autem anfractus, uiarũ flexus, & quasi ambitus quidam. Quibus h.] quibus angustijs ubi Pompeiani potiti fuere, aduertit Cæsar in secessum bellũ trãsferri. Et feras gentes Celtiberos dicit. Ite sine ullo.] exhortoria oratio ad milites, ut subtractam pugnam iterum lacessant, conuertantq;. Quinq; millia passuum itineris campestris Cæsar ab hostium castris, quæ in edito loco erant, confedit, & saltũ, quà hostes ducturi erant, occupauit. Statim à campestri itinere, loca aspera, & montuosa excipiebant. Qui prior has angustias occupasset, ab eo hostem prohiberi nihil erat negotij. Et faciem pugnæ, multusq;.] iusti, & statarij prælij, non autem uelitationis.

Et in mon.] Certamen erat in celeritate positũ, utri prius angustias suprà dictas, & montes occuparent. Exercitũ Cæsaris uiarum difficultate retardabant, & equitatus Cæsaris insequens Afranij copias morabatur, cuius res in hanc necessitatem erat deducta, ut si prior montes, quo tendebat, occupasset, periculũ uitaret. Cæsar prior iter cœptum confecit, et ex magnis rupibus nactus planiciem, contra hostem suam aciem instruxit. Illic exiguo.] Cæsar præsidijs in montibus dispositis, omni ad Iberum intercluso itinere, quàm proximè potuit hostium castris, sua castra communiuit. Postquam spa.] Cæsar Afranianos in arido, ac sine aquatione aggressus, eos à fluminis aquatione arcuit. Ibi re in apertũ discrimen adducta, mutua utrinq; colloquia fieri cœperunt de militũ transitione ad Cæsarẽ agitatũ: & facilè omnia conuentura uidebantur, si Cæsar duces solum incolumitate donasset, quod ipsum eo benignè pollicito, ingens lætitia cõfestim sequuta fuit, haud aliter, quàm si iam pax confecta fuisset. Inde frequenter ultro citroq; ab utrisq; in altera castra itum fuit. Præterea multi, qui ordines ducebant, & Hispaniarum reguli, cum ijs, qui in Pompeianis castris militabant, ad Cæsarem transiuêre, eius occupaturi gratia. Adhæc Centuriones Cæsaris, & Tribuni ab Afrania mis comi-

Dixit: & ad montes tendentem præuenit hostem.
Illic exiguo paulum distantia uallo
Castra locant: postquam spatio languentia nullo
Mutua conspicuos habuerunt lumina uultus,
Et fratres, natosq; suos uidere patresq;,
a Deprensum est ciuile nefas, tenuere parumper
Ora metu, tantum nutu, motoq; salutarit
Ense suos. mox ut stimulis maioribus ardens
Rupit amor leges, audet transcendere uallum
Miles, b & amplexus effusas tendere palmas,
Hospitis ille ciet nomen, uocat ille c propinquũ:
Admonet hunc studijs consors puerilibus ætas,
Nec Romanus erat, qui nõ d cognouerat hostem.
Arma rigant lacrymis, singultibus oscula rũpunt:
Et quamuis nullo maculatus sanguine miles
Quæ potuit fecisse, timet. quid pectora pulsas?
Quid uesane gemis? fletus quid fundis inaneis?
Nec te sponte tua sceleri parêre fateris?
Vsq; eadeóne times? quem tu facis esse timẽdum?
Classica f dant bellum, sæuos tu neglige cantus.
Signa g ferat: cessa. iam iam ciuilis erinnys
Concidet, & Cæsar generum priuatus amabit.

a al. deprẽhensum.
b al. in ampl:
c al. propiũqui.
d al. agnouerat.
e al. ipse:
f al. dant.
al. de bello.
g al. ferunt:

nit cõiter inuitati in altera castra cõuenerant. Atq; ista quidem absentibus ducibus, qui ex castris uallũ ad aquã ducere cœperant, ut intra munitionẽ sine timore, & sine stationibus aquari potuissent. Et fratres.] Sed uerba Cæsaris adscribenda duxi. Quorũ, inquit, discessu liberã nacti milites colloquiorũ facultatem, uulgò procedunt, & quem quisq; in castris notum, aut municipẽ habebat, conquirit atq; uocat. Hæc ille. Atq; hoc est quod poëta dicit. Hospitis ille ciet nomen, uocat ille propinquum. Arma rigant.] Primũ, inquit, agunt gratias omnes omnibus, quod sibi perterritas pridie pepercissent, eorum se beneficio uiuere. Deinde imperatoris fidem quærunt, rectè ne se illi sint cõmissuri: & quod non ab initio fecerint, armaq; cũ hominibus necessarijs, & sanguineis contulerint, conqueruntur. His prouocati sermonibus fidem ab Imperatore de Petreij, & Afranij uita petunt, ne quod in se scelus concepisse, neu suos prodidisse uideantur. Quibus confirmatis rebus, se statim signa translaturos confirmãt. Legatosq; de pace primorũ ordinum centuriones ad Cæsarem mittunt. Interim alij suos in castra inuitandi caussa adducunt: alij ab suis abducuntur, adeo ut una castra iam facta ex binis uiderentur. Complures q; Tribuni militum, & Centuriones ad Cæsarem ueniunt, se q; ei cõmendant. Hoc idem fit à Principibus Hispaniæ, quos illi euocauerant, & secum in castris habebant obsidum loco. Iisdem suos hospites, hospitesq; quærebant, per quos quisq; eorum aditum commendationis haberet ad Cæsarem. Afranij etiam filius adolescens de sua, & parentis sui salute solicitus cum Cæsare per Sulpitium legatum agebat. Erant plæna lætitia, & gratulatione omnia, eorum, qui tanta pericula uitasse, & eorum, qui sine uulnere tantas res confecisse uidebantur: magnumq; fructum suæ pristinæ lenitatis omnium iudicio Cæsar ferebat: consiliumq; eius à cunctis probabatur. Hactenus Cæsar.

Rupit amor leges, audet transcendere.] Castrense lex cauebat capitis pœna, ne hostis cum hoste colloquia sererent. Nec Romanus.] ecphonesi concludit eos ceruationem. Hostem.] ueteres etiã hostem peregrinũ nominabant, quod suis legibus uiuens nobis æquus uideretur: & qui nunc hostis, perduellis: & hostes hodie, qui ex æqua caussa pugnam ineunt, ut Nonio placet: à uerbo hostire, & hostimentum, æquamentum. Armari.] concitat affectus, quos exclamationibus per indignationem suscipit, & quidẽ κατ' ἀναφορὰν ad ciues Romanos. Classica.] tubarũ cantus. Erinnys.] furia ciuilis, qua ciues in duas partes per discordiam discesserunt. Et Cæsar.] futurum aliquando, ut sine imperio Pompeiũ ameRoma ἄτονον γαῦρ.

Nunc ædes.] Id græcè inuocat Concordiam, ut quæ salus sit & conseruatrix perturbati mundi discordia ciuili, ut nunc pergat reconciliare partes. postquã huiusmodi ad eã prooemia cœpta sunt.

Nunc ades æterno complectens omnia nexu
O' rerum, mistiq; salus concordia mundi:
Et sacer orbis amor: magnum nunc sæcula nostra
Venturi discrimen habent. periere latebræ
Tot scelerum: populo uenia est erepta nocenti:
Agnouere suos. proh numine fata siniſtro
Exigua requie tantas augentia clades.
a Pax erat, & castris a miles permixtus utrisq;
Errabat, duro concordes cespite mensas
b Instituunt: & b permixto libamina Baccho.

a miles castris.
b al. permisto.

Aeterno compl.] Conseruat enim Concordia res humanas, status imperiorum, cùm discordia contrà omnia concidant, & dilabantur. Nexu.] fœdere, ac consociatione humana. Mistum mundum, perturbatũ imperium uocat. Venturi discr.] hoc est, nostra uerò tempora futurorum discrimen tenẽt, ut in posterum errorem non possint prætexere. Populo ue.] facultas adducendi ignorantiam in excusationẽ. Agnouere.] ratio quamobrem fatum excusandi se sit ipsis erepta. Proh numine.] exclamatio in fata quæ aduerso numine populo Romano tot, tantasq; clades, post tantillum pacis, statim cumularũt, Incusat Deos, ut eius eladet authores. Pax erat, &.] Redit ad historiam, undè digressus fuit. Vagabantur interim in utrisque castris utrique, haud alter quàm si pax conciliata fuisset. Quin & Afranius in castra se recepit, paratus eum casum, quicquid accidisset. Concorde.] Dilatat narrationem à signis recõciliationis. Sunt enim amicitiæ symbola mensæ communes.

Graminei Lux.] Addit poëta alia amicitiæ, & pacis symbola: focos, & ignes totis castris communes, ut erat anni tempus. Hos ignes uocat gramineos focos lucẽtes, hoc est, cespiticios splẽdentes. Locum enim in quo componitur ignis focum appellamus, qualis qualis est, siue lateritius, siue cespiticius. Iunctoq; cub.] aliud argumẽtum concordiæ: colloquia militũ in multã noctẽ extracta de anteactis malis, & periculis. Iucũda est præteritorũ malorũ recordatio, quorũ meminisse iuuat, ut ait poëta: quæ experiendo dura sunt, & grauia, iucunda uerò defunctis.

Graminei luxere foci, iunctoq; cubili
Extrahit insomnes bellorum fabula noctes:
c al. steterit. Quo primũm steterint campo, quo lancea dextra
Exierit. dum quæ gesserunt fortia, iactant:
Et dum multa negant: quod solum fata petebant,
Est miseris renouata fides, atq; omne futurum
Creuit amore nefas. nam postquam fœdera pacis
Cognita Petreio, se q; & sua tradita uenum
Castra uidet: famulas scelerata ad prælia dextras
Excitat, atq; hostes turba stipatus inermes
Præcipitat castris, iunctosq; amplexibus ense
Separat, & multo disturbat sanguine pacem.
Addidit ira ferox moturas prælia uoces:
Immemor ô patriæ, signorum oblite tuorum
Non potes hoc causſæ miles præstare Senatus,
Assertor uicto redeas, ut Cæsare certè
Vt uincare potes, dum ferrum, incertaq; fata,
Quisq; fluat multo non deerit uulnere sanguis

Bellorũ fa.] commodissima fabulatio amica de bello, & exactis periculis. Nec minus eruditè dixit, extrahit noctes insomnes: studio colloquendi totas noctes insomnes ducebãt. Etenim primum omnes

Ibitis ad dominum? damnataq; signa feretis?
Vtq; habeat famulos nullo discrimine Cæsar
Exorandus erit? ducibus quoq; uita petenda est?
Nunquã nostra salus, pretium, mercesq; nefandæ
Proditionis erit. non hoc ciuilia bella
Vt uiuamus agunt: trahimur sub nomine pacis.
Non chalybem gentes penitus fugiente metallo
Eruerent, nulli uallarent oppida muri:
Non sonipes in bella ferox, non iret in æquor
Turrigeras classis pelago sparsura carinas,
Si bene libertas unquam pro pace daretur.
Hostes nempe meos sceleri iurata nefando
Sacramenta tenent. at uobis uilior, hoc est
Vestra fides, quod pro caussa pugnantibus æqua
Et ueniam sperare licet. proh dira pudoris
Fœdera, nunc toto fatorum ignarus in orbe
Magne paras acies, mundiq; extrema tenentes
Sollicitas reges, cùm forsan fœdere nostro
Iam tibi sit promissa salus. sic fatur, & omneis
Concussit mentes, scelerumq; reduxit amorem.

Ibitis ad dominum?] *Impia, partim quod de pace conuenerat, quam disturbabat: partim quod ciues ad ciuium, hospites ad hospium cædẽ induxit.* Si parcitur.] *ea, quã modo dixi: & inermes, quod quiduis potius quàm pacẽ interruptũ iri, positis armis sperarent.* Iunctosq; am.] *pathos ab habitu.* Addidit ira.] *usus prætered fuit oratione ad milites, qua disuasit pacẽ, irritauitq; militũ suorum animos ad cædẽ nefariam.* Immemor ô pa.] *Flens Petreius re uera, ut paulò antè ex Cæsare retuli, manipulos circuibat, & singulos nominatim appellabat, concitando affectus, ne se, ne Pompeium ad supplicium traderent, obsecrabat, & obtestabatur.* Immemor.] *Deliberatiui generis oratio dissuasoria, ne pacem faciant cum hoste. Exordium ductum est ab exclamatione in indignitatem rei, qua acerbè suos ingratitudinis primum erga patriã, inde perfidiæ accusat, quod periuri relicto Duce Pompeio ad hostem defecerint. Etenim cum eos immemores uocat, ingratos intelligit. Nam qui beneficium non meminit, ingratus planè est. Sed & numero singulari, pro plurali συνεκδοχικῶς usus est.* Signorum.] *qui diuersa, hoc est, hostium signa, nostris relictis, nunc sequaris.* Non potes.] *Pompeij enim arma sequuti fuerant, ut reipub. libertatem tuerentur: patriam, senatum aras, & focos à seruitute uindicarent. Ergo hoc pacto fidem suam miles non potuit patriæ, neque senatui probare, ut reuersus dicatur senatus assertor, & uictor Cæsaris: sed præstare potes, ut uincaris.* Dum fer.] *quamdiu non deest ferrum, quàm diu euentus belli incertus est, quamdiu non deest sanguis, qui è sauciò corpore fluat. Hoc enim pacto satius est in libertate occumbere, quàm in turpi seruitute sub imperioso domino uiuere. Quare addit.* Ibitis ad do.] *à turpi argumentatur. Quid enim turpius, quid homini ingenio duriùs, quàm ex libertate sponte transire sub seruitutis iugum, & ad eum, qui à senatu hostis patriæ iudicatus sit, deficere? Damnataq; signa uocat, infesta patriæ, signa tyranni hostis iudicati.* Vtq; habeat.] *argumentum ab indigno. quid indignius, precibus obtinere à Cæsare, ut in seruitutem recipiantur, cùm natura omnia animantia libertatem optent: contrà, seruitutem detestentur. Sunt enim relatiua, dominus, & seruus, siue famulus.* Ducibus q.] *Nam milites à Cæsare impetrauerant, ut Petreio, & Afranio parceretur, quorum preces confirmarat. Iam & continuæ interrogationes indignitatem rerum coarguunt.* Nunquam n.s.] *Sic concludit nunquam futurum est, ut uitam pretio proditionis patriæ redimam, ut mortem etiam honestam turpi uitæ anteponam.* Non hoc ci.] *Reddit caussam ciuilium bellorum: aut ut pugnando moriantur, aut uictores suam libertatem retineant:*

a al. funera;

A omnes omnib. gratias habebant Afraniani, quod sibi perterritis pridie pepercissent, ut paulò antè retulimus. Quo primum ste.] *narratio amicæ cõsultationis inter se eam noctem. Refricabant, in quo cãpo primum fuissent cõgressi, quibus uirib. hastã torserint, quasq; res magnas gesserint.* Dum quæ.] *interim dum ista ad hunc modũ conferunt, reb. Afranio nuntiatis, ab instituto operis discessit, seq; in castra recepit, paratus ad eum, quẽcunq; casum fortuna daret, ferendũ æquo animo.* Negãt.] *inter se, aliqua hoc, uel illo pacto gesta esse, ut solent multa quib. fidẽ à Cæsare de ipsorũ uita impetrarunt.* Creuit B plerosq; nõ obseruãtes latere. Fides.] *erga suos duces, animo.* n.] *per hanc concordiã sequutũ fuit ingens nefas, hoc est, tetra cædes. Nam Petreius furens cũ prætoria cohorte, & densa cetratorum manu ad castra de improuiso aduolauit, & militũ colloquia diremit.* Postquã fœd.] *familiã: cum hac, & prætoria cohorte cetratorũ, barbaricq; equitibus paucis beneficiarijs fuit, quos suæ custodiæ causssa habere cõsueuerat, improuiso ad uallum aduolat, colloquia militũ interrumpit, nostros repellit ab castris. quos deprehendit, interficit, reliqui coëunt inter se, & repentino periculo exterriti sinistras sagis inuoluunt, gladioq; distringunt, atq; ita se à cetratis equitibusq; defendunt, castrorũ propinquitate confisi, seq; in castra q; recipiunt, & ab his cohortibus, quæ erãt in statione ad portas defenduntur. Quib. rebus confectis flens Petreius manipulos circuit, milites q; appellat, neu se, neu Pompeiũ absentem imperatorẽ suum aduersarijs ad supplicium tradunt, obsecrat. Fit celeriter cõcursus in prætorium, postulant, ut iurent omnes, se exercitũ, ducesq; non deserturos, neq; prodituros, neq; sibi separatim à reliquis cõsilium capturos. Princeps in hæc uerba iurat ipse, ad idẽ iusurandum adigit Afranium, subsequuntur Trib. militũ, centurionesq; Centuriatim producti milites idem iurant. Edicunt, penes quem, quisq; sit miles Cæsaris, ut producatur, producti palàm in prætorio interficiunt. Sed plerique quos ceperant, cælant: noctuq; per uallũ emittũt. Et mox. Cæsar milites aduersariorũ, qui in castra per tempus colloquij uenerant, summa diligentia conquiri, & remitti iubet. Sed ex numero Trib. militum, Centurionumq; nonnulli sua uoluntate apud eum remanserunt. Hæc Cæsar. Venum.] quasi per ista militum colloquia castra, & se uenum iri fuurum esset, ac non potius cõmunis salus ageretur hac cõciliatione concordiæ.* Famulas dex.] *hoc est, armauit familiã suã, cum qua, & prætoria cohorte cetratorũ, & barbaris paucis equitibus: tum autẽ & beneficiarijs suis, quos antea ad corporis sui custodiã delectos habuerat, ex improuiso ad uallũ aduolauit, ut paulò antè*

retineant. Trahimur.] hoc est, specioso prætextu pacis impetrandæ in seruitutem uidentes, uolentesq; deducimur. Præclara uox pax est, si non sequatur iugum, nunquam excutiendum. Non chalybem g.] à caussa finali armorum bellicorum: libertas tutanda, non pax petenda. Si pax anteferenda esset honestè libertati, profectò nihil opus esset ferrum, & chalybem effodere è uenis terræ: non oppida muris, & aggeribus cingerentur: non esset, cur equi ad bellum instruentur, & classes nauium concinnarentur ad certamina naualia. Chalybem.] Chalybes populi sunt proximi Paphlagoniæ, habentq; urbes clarissimas Amyson, & Synopen Cynici Diogenis patriam: amnes Halin, & Thermodontem. Secundum Halin urbs est Lycastlo: à Thermodonte campus, in quo fuit Themiscyrum oppidum, & castra Amazonum. quare Amazonum uocant. Tibarem Chalybas attingunt, quibus in usu, ac lusu summum bonum est. Plinius Chalybas in Africa collocat inter Troglodytas. Homerus certè Chalybas, quos ipse Alybas uocat, Paphlagonibus annumerat in catalogo eorum, qui Troianis auxilia tulerunt.

" αὐτὰρ ἀλιζώνων ὁ ἦλθε κὴ ἡγήτορες ἦεν χορ
" τηλόθεν ἐξ ἀλύβης, ὁθι ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη. id est, interprete Camerario.
" Dux Hodius, sed Halizonũ est, et Epistrophus. hi sunt,
" Cultores Alybes, argenti ubi origo remotæ.
" Scholiastes Bithyniæ populos esse dicit Chalybas, ἔθνος βιθυνίας.

Alybas Strabo postea Chalybas dictos tradit, ad postremum Chaldæos, Addit præterea, ἐν δὲ τῆς γῆς τὰ μέταλλα, νῦν μὲν σιδήρου, πρότερον δὲ κὴ ἀργύρου. Cuius abbreuiator, ὅτι οἱ ἀλιζῶνες οὗτοί εἰσιν, οἱ νῦν περὶ τὴν τραπεζοῦντα οἰκοῦντες χαλδαῖοι, οἱ πρὶν μὲν χάλυβες ἐκαλοῦντο. ἔτι δὲ πρότερον, ἄλυβες, ὡς ἔφη ὅμηρος, τηλόθεν ἐξ ἀλύβης. ὅτι δὲ πρότερον ἀλιζῶνες, κὴ γὰρ ὁ χρόνος ῥέων ἔωθεν τοὺς τῶν ἐθνῶν πλόους μεταχηματίζειν. σίντιες μὲν γὰρ ἔθνος θρᾳκικόν, τὸ πρὶν λήμνον ᾠκησαν. εἶτα σίντοι. εἶτα σαῖοι, ὡς ἀρχίλοχος. ἀσπίδα μὲν σαΐων τις ἀνέλετο, εἶτα σάπαι. νῦν περὶ τὰ ἄβδηρα πόλιν οἰκοῦντες. πάλιν βρύγοι, βρέγες, βρύγες, φρύγες, οἱ αὐτοί. πάλιν μαίονες, μήονες. οὕτως οὖν, χαλδαῖοι, χάλυβες, ἄλιβες, τηλόθεν ἐξ ἀλύβης, κὴ τὸ τηλόθεν προσπείμενον σημεῖον ποιεῖται τοῦτο, κὴ τἀλοιπά. hoc est, quia Halizones ij sunt Chaldæi, qui hodie circa Trapezontem habitant qui antea Chalybes dicebantur. Adhæc multo prius Alybes, ut ait Homerus. τηλόθεν ἐξ ἀλύβης, hoc est, procul ex Alybe. Tum autem & prius Alizones. Etenim tempus labens solet gentium appellationes detorquere, ut Sinties Thraciæ populus aliquando Lemnum habitarunt. Inde Sintimox Saij quemadmodum Archilochus, scutum Saiorum aliquis detraxit, postea Sapæ, qui hodie circa Abderam habitãt. Rursum Brygi, Breges, Bryges, Phryges, ijdem. Sic Mæones, & Meones ijdem. Ad eundem modum etiam Chaldæi, Chalybes, & Alybes, & cætera. Suidas item author est, Chalybes. Scythiæ gentem esse, apud quos ferrum effoditur. Cæterum Chalybes ærariam fabricam inuenisse existimantur, quod inuentum tamen alij Syclopibus tribuunt. Perottus Sepontinus enarrãs uersum Martialis, epigrammatum lib. 1.

Videbis altam Liciane Bilbilim
Equis, & armis nobilem.

Celtiberi, inquit, arma habent rei bellicæ aptissima, utpote aquarum temperamento obdurata. Nec apud eos probatur telum aliquod, quod non aut Bilbili fluuio, aut Chalybe tinctum sit. Quapropter & Chalybes finitimi huius fluuij appellati sunt, ferroq; cæteris præstare dicuntur. Si bene libertas unquam pro pace.] Si pace seruitutem mercaremur. Hostes nempe meos scelerati] collatione dissimilium, adeoq; æqui, & iniqui suos uiolati iuramẽti reos agit. Hostes in caussa iniusta fidem seruant, uos, qui senatus authoritatem sequimini, & libertatẽ patriæ ferro uindicatis, æquam caussam desertis, nulla neque fidei, neque iusiurandi habita ratione, ad hostes transitis. Proh dira.] Epilogus constat patheticæ exclamatione in detestanda pacis fœdera, quæ à militibus se absente cum hoste inita sunt. Magna pars acies, mundiq; extrema ten.] auersio per indignationem: quasi dicat. Interim dum tu Pompei futurarum rerum, & belli euentus ignarus tota Asia, & Africa reges ad socia arma coniungenda solicitas, hîc te in Hispania tui milites uiolato iureiurando produnt, & contra te & senatum arma induunt, aut tuam certè salutem omnibus pepigerunt. Concussit.] hoc est sua oratione omnium animos mouit, ac mutauit, ut rupta pace ad arma iterum concurrerent. Scelerumq; red.] belli, & nefariæ cædis ciuilis.

Sic ubi.] Comparatione ducta à natura bestiarũ, quæ cõclusæ intra caueas suas aliquandiu ferina natura posita mansuetiores iam factæ sunt, dicerũtq; magistri imperio parere, dilatat, ornatq; narrationem. Quod si fame confectæ leuiter iterum sanguinem degustent, insita ferina rabies recrudescit, ut uix rectori suo pareant. Itaque sic partes inter se conferuntur, ut milites cùm feris cõponat, carcerem castris comparet, rabiẽ, furoremq;, iræ militũ. Defuctę.] defuetæ à syluis, ubi assuetudine ingenitã feritatem dedicere, ac rabiẽ naturalẽ exuere. Carcere c.] in caueâ, & ferarũ receptaculo cõclusæ, aut simpliciter in occluso carcere. Cæterum carcer propriè est locus, in quo rei coërcentur, & custodiuntur. Est & carcer,

Sic ubi desuetæ syluis in carcere clauso
Mansueuere feræ, & uultus posuere minaces,
Atq; hominem didicere pati, si torrida paruus
Venit in ora cruor, redeunt rabiesq;, furorq;,
Admonitæq; tument gustato sanguine fauces:
Feruet & à trepido uix abstinet ora magistro.
Itur in omne nefas, & quæ fortuna deorum
Inuidia cœca bellorum in nocte tulisset,
Fecit monstra fides, inter mensasq; torosq;
Quæ modo complexu fouerũt pectora, cædunt.
Et quamuis primo ferrum strinxere gementes,
Vt dextræ, iusti gladius dissuasor adhæsit,
Dum feriunt, odere suos, animosq; labantes
Confirmant ictu: feruent iam castra tumultu:
Et scelerum turba rapiuntur colla parentum.
Ac uelut occultum pareat scelus, omnia monstra
In faciem posuere ducum, iuuat esse nocentes.

A carcer, siue careceres repagulũ siue septum in stadijs unde fit dato signo initiũ cursus in certamine ad metam. Maro.] Ruuntq; effusi carcere currus, ducta cõparatione ab equestri certamine ad nauale. Carceres, siue repagula illa, Græci βαλβίδας, ἀφετηρίας. & ὕσπληγγας uocant. Vnde parœmia nata est, ἀπὸ τῶν βαλβίδων, à carceribus, siue repagulis, pro eo quod est, ab exordio rei. Iuxta carceres tendebatur linea, cui insistebant in stadio cursuri. Ad metã.] à principio usq; ad finẽ: ac retrò, à meta ad carceres. Sed ad rem. Vultus po.] hoc est, deposuere truculentiã assuetudine parendi. Atq; hominẽ.] dicere longo tẽpore pati uerbera, ferre imperiũ hominis. Longa enim dies homini docuit parere leones, ut ait ingenios poëta. Si torrida p.] Si plusculũ cruoris fameli ac siccis faucibus hauserint, redit natiua appetẽtia, & ingenita ferina eruditas. Rabies enim canum propriè est furentium, & truculentus furor. Gustato sanguine admonentur feritatis suæ. Trepido magistro.] rectore suo, qui eos regit, & nutrit. Martialis.

Læserat ingratus placidi leo membra magistri.

B Cæca.] tenebrosa nocte, qua uisui rerũ discrimen adimi tur, & qua cædis nefariæ authores latere potuissent. Est autem hic sensus. Quæ per errorem fortuna hic fieri uoluit, postea non uoluti fuerunt ea perpetrare propter fidem in suos duces. Monstra enim propriè sunt, quæ præter rerum naturæ ordinem fiunt. Et monstrosa uocamus, quæ à natura absunt: & monstrosam libidinem sæuiendi in eos, cum quibus modo amicitiam, & societatem iunxerant. Mensasq; to.] pathos à loco. Cùm enim mensa, & lecti communis sacra sint, ut hospitalia iura ausi fuêre uiolare. Quam impietatẽ credebant Iouem ξένιον, grauiter punire suo fulmine. Additq; à gestibus alios affectus, quod ea pectora confoderunt, quæ paulò antè complexi fuerant. Iussa diffuasor.] Iusticiæ erat, parcere amicis, cognatis, & ciuibus, cũ quibus pax, et societas iam coiuerat, quos iam odere infestè. Labantes.] deficientes. Labantes legendum est, non labentes, ut Sulpitius Verulanis legit, exponitq; cadentes: cùm labi primam producat: Labare uerò, corripiat. Colla paren.] pathos à relatione personarum. Omnia mon.] capita cæsorum parentum, & amicorum, id quod contra naturam erat, ut facerent liberi. Iuuat esse.] epiphonema.

Tu Cæsar.] Auersione Cæsarem laudat ab insita clementia, quod inuicẽ non sæuierit in Pompeianos, quos deprædẽdit in suis castris. Reuerebatur superos quod à nefaria cæde, ueteri beneuolentia nõ mutata, abstineret. Nam milites aduersariorũ, qui in sua castra uenerant, conquiri summa diligentia, & remitti iussit. Qua benignitate multi Tribunorum militũ, et Centurionũ permoti fuere, ut in castris eius sua uoluntate remãserint, quos ea de caussa postea in magno honore habuit. Nam Centuriones, & amplioris ordinis Equites R. in Tribunitium restituit honorem. Quare uisus fuit postea in campis Pharsalicis, ad Massyliam, & in Aegypto deorũ beneficio uicisse, inquit poëta. In unC dis Maſ.] in mari Gallico nauali prælio, quo superauerat Massylienses. Nulla uictoria maior est uiro principi & magnanimo, quàm seipsum uincere. id quod hic fecit Cæsar. In armis Aema.] non fuit tibi fortuna maior in Pharsalicis campis, quàm hic, cùm à talione abstineres, & teipsum, tuamq; iram uinceres ratione. Quare caussa tua melior dicetur, qui Pompeianorũ, qui nefaria cæde tam atrociter contra fidei ius in tuos sæuierint, iniuriam non uindicarit. Phario æq.] mari Aegyptiaco contra Alexandrinos. Etenim incendio tectorũ reiecto Achilla Alexandriæ, statim Cæsar incensis hostiũ nauibus Pharũ occupauit. Fuit hæc insula Alexãdriæ obiecta, & ponte cum timenti annexa. Hic post multas difficultates tanta uirtute hostes, quorũ dux, sublato Photino, cum Achilla, Ganymedes erat, reppulit, ut fusi fugatiq; Alexandrini, X. quadriremib. amissis, trepidi in urbem se receperint. Deinde Phari uicus expugnatus fuit: ubi sexcentis Pharitis captis, præda militibus data est. Nec multo post acerrimũ prælium rursum circa Pharum insulam commissum fuit.

Tu Cæsar quamuis spoliatus milite multo
Agnoscis superos, neq; enim tibi maior in aruis
Aemathijs fortuna fuit, nec Phocidos undis
Massiliæ, Pharioq; nec tantum est æquore gestum.
Hoc siquidem solo ciuilis crimine belli
Dux caussæ melioris eris, polluta nefanda
Agmina cæde duces iunctis committere castris
Non audent, altæq; ad mœnia rursus Ilerdæ
Intendere fugam: campos eques obuius omnes
Abstulit, & siccis incluſit collibus hostem.
Tunc inopes undæ præruptæ cingere fossa
Cæsar auet, nec castra pati coniungere ripas,
Aut circum largos curuari brachia fontes.

Huic pugnæ ubi tres cohortes adhibitæ fuissent, iã Romani multa ui in littus irruperũt, cùm oppidani extransuerso inuecti hostiẽ ex mole ponti oppositã, quã Cæsariani occuparãt, subitaui deturbarent: alij ad pontẽ confugerũt: alij ad naues: & quicunq; in littore excluſi sunt, ab Alexandrinis obtruncati fuerũt. Cæsar quàm diu potuit, suos ex ponte hortatus fuit. Verum ubi uidit, fugam sisti nõ posse, proximam nauẽ repetiuit. Sed cùm ea esset impedita, & hostes urgerent, in mare desiluit, & enatando C C pasibus ad proximam nauim peruenit. Post uaria pericula, & mille difficultates, ad ultimum circa Pharum insulam hostes suos superauit. Hoc solo cri.] perfidia Pompeianorum, Petrei nempe, & Afranij, quos Duces nominat, qui non ausi fuerunt post perpetratam cædem castra castris cõmittere, sed fugam iniuerunt. Polluta nef.] Pulchrè nefanda, detestandæ cæde deprehensos, & pacis fide in castris uersantes subito adortus oppressit. Quare Afraniani multis difficultatibus circumuenti, sed in primis laboriosa frumentatione fessi, plures in diem in Cæsariana castra transibant. Altæq.] Etenim Pompeiani duces defectione, & laboriosa frumentatione permoti castra mouerunt, quibus abeuntibus Cæsar adeo ferociter institit, ut loco uehementer iniquo coacti fuerunt castra metari. Sed Cæsaris ipsius uerba præstat adscribere. Premebantur, inquit, Afraniani pabulatione, aquabantur ægrè: frumenti copiam legionarij nonnulli habebant, quod dierum uiginti duorum ab Ilerda frumẽtum iussi erant efferre. Cetrati, auxiliaresq; nullam, quorum erant & facultates ad parandum exiguæ, & corpora insueta ad onera portanda. Itaq; magnus eorum quotidie numerus ad Cæsarem perfugiebat. In his erat angustijs res, sed ex

Vt læti uid.] *Cæsar diu quæsitã occasionẽ cõplexus, uallo & fossa Pompeianos à Sicoris aquatione exclusit. Ad quod opus impediendum tertio demum die Pompeiani castris egressi in hostium cõspectu aciem instruxerunt. Nihil cunctatus Cæsar in apertum progredi, suos exaduerso in aciem direxit, sed pugna abstinuit, satius ratus sine cruore, quàm periculosè, & quidem cum multo sanguine uincere.*

Vt læti uid] *postquam uiderũt inopia omniũ rerum sibi mortem parari, aut deditionem necessariam faciendam esse, Circumuenti enim, ut diximus, erant uallo fossaq́, ceu mures intra mucipulam, quo eorum Cæsar remoraretur eruptiones, quod ea parte descensuros arbitrabatur.* Miles non util.] *In obsidione inutile auxilium equitatus est, quare, inquit Cæsar, illi & inopia pabuli adacti, & quo essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria iumenta interfici iubent. Equos non utile auxil appositio.* Tandemq́ co] *Nam tertio die ubi magna pars operis Cæsariani processisset, illũ impediendæ rei caussa, quæ ad munitionem pertinebat, hora circiter octaua signo dato legiones eduxerunt, aciemq́ sub castris instruxerunt. Atque hoc illud est, quod pœta dicit, casurus in hostem fertur. Et miles pro milites.* Vt effuso.] *Nam Cæsar, ut ipse testatur, statuerat non dimicare, nam necessariam deditionem obseruare, quàm prælio decernere malebat. Effusum passum, effusum cursum dicit.* Deuotos.] *obstinatos. Cæsar ubi uidit eos sub castris aciem instruxisse, suas legiones ab opere reuocauit, & omnem equitatum conuenire iussit, aciemq́ instruxit. Contra, inquit, opinionem enim militum, famamq́ omnium uideri prælio diffugisse, magnum detrimẽtum afferebat: sed ijsdem de caussis, quæ sunt cognitæ, quo minus dimicare uellet, mouebatur, atque hoc etiam magis, quod spatij breuitas etiam in fugam coniectis aduersarijs, non multũ ad summam uictoriæ iuuare poterat. Non enim amplius pedum millibus duobus ab castris castra distabant.* Tela tene.

Vt læti uidêre uiam, conuersus in iram
Præcipitem timor est, miles non utile clausis
Auxilium, mactauit equos, tandemq́ coactus
Spe posita damnare fugam, casurus in *a* hostem
Fertur, ut effuso Cæsar decurrere passu
Vidit, & ad certam deuotos tendere mortem,
Tela tene iam miles, ait, ferrumq́ ruenti
Subtrahe, non ullo cõster mihi sanguine bellum.
Vincitur haud gratis iugulo, qui prouocat hostẽ.
En sibi uilis adest contempta *b* luce iuuentus
In damno peritura meo. *c* nec sentiet ictus
d Incumbens gladijs, gaudebit sanguine fuso.
Deserat hic feruor mentes, cadat impetus amens,
Perdant uelle mori. sic deflagrare minaces
Incassum, & uetito passus languescere bello,
Substituit merso dum nox sua lumina Phœbo.
Inde ubi nulla data est *e* miscendi copia Martis,
Paulatim cadit ira ferox, mentesq́ repescunt.
Saucia maiores animos ut pectora gestant,
Dum dolor est, ictusq́ recens, & mobile neruis
Conamen calidus præbet cruor, ossaq́ nondum
Adduxere cutem, si conscius ensis adacti
Stat uictor, renuitq́ manus, *f* tum frigidus artus
Alligat, arcq́ animum subducto robore torpor,
Postquam sicca rigens astringit uulnera sanguis.

a al. hostes.
b al. inuisa luce.
c al. non.
d al. incumbet.
e al. miscendæ copia mortis.
f al. dum.

iam.] Oratio Cæsaris monitoria est, cuius summa est, ne in hostes procedant, sed castris moriendi consilio erumpant. Ecce rumq́ r.] *Si hostis cœperit impressionem facere, caue ferrum stringas. Addit caussam hanc, quod sine sanguine uelit uincere.* Vincitur haud gratis] *Nam qui desperatione adducti moriendi consilio clausis oculis Andabatarum more pugnant, & ferro ita uiam facere constituunt, ut uel occũbant pugnando, uel uincant, haud multi moriuntur, sed multo uictorum sanguine, quoties audiatur illa Aeneæ uox in secundo Aeneid. desperantis uictoriam.*

Moriamur, & in media arma ruamus:

Vna salus uictis nullam sperare salutem.

Necessariò morituris solatij pars est, supplicium aliquod de hostibus uictoribus sumpsisse, ut multo sanguine dicant uictoriam sibi steriſſe. Nunquam omnes, inquit, idem Aeneas apud Maronẽ, hodie morienur inulti. Elæ reputans Cæsar dux militaris, suos prudenter à prælio continet. Et quì de re militari præcepta tradunt, docent hostì uiam ad fugam relinquendam potius, quàm cogere ad pugnandi necessitatem. cum ad deditionem inclinatur. En sibi u.] *Prodit hostis è castris inopia omnium rerum adactus, ut pugnando, contempta uita, cadat.* Peritura m. d] *si pugnæ copiam feceris, multo meorum militum sanguine hostes cadent. Itaque statim suos moueat, ut tantisper prælio abstineant, dum hostium hic furor, rabies, & ardor subsederit. quo sua sponte se dedant, & pacis conditiones accipiant.* Sic defla.] *Ad istum modum Cæsar passus fuit minaces animos, & ad pugnã accensos deferueri, & lentescere, donec nox superueniens eos in castra compulit.* Lumina.] *donec post occasum sidera orientia noctem inuexerunt. Constat Cæsarem non nisi coactum prælium re uera commissurum fuisse: & acies ad solis occasum ita contentæ fuerunt: inde utrinq́ in castra discessum fuit.* Inde ubi nul.d.] *Vbi Cæsariani uidere pugnandi copiam sibi negatam, paulatim*

Vtrum resedit spiritus ferocia, quam rem uenusta comparatione illustrat. Ad istum, inquit, modū Cæsar passim fuit spiritus feroces hostium residere uetita pugna, haud aliter, quàm milites solent maximè animorum ferocia ad pugnam accendi conspecto post acceptum uulnus sanguine, & quamdiu cruciatus durat in recenti uulnere: tum autem quamdiu sanguis calidus non tardat neruorum uires. Verum ubi desijt uictor pugnare, & calori frigus succedit, paulatim mortis pigricies arrepit, & mors superuenit.

Iamq; inop. un.] Vbi iam utrinq; in castra discessum fuit, postridie Cæsar munitiones institutas parauit perficere. Afraniani interim tentabant uadum Sicoris si transire potuissent. Quod ubi Cæsar animaduertit, Germanos leuis armaturæ, equitumq; partem flumen traduxit, & in ripis crebras custodias dispposuit. Tandem Pompeiani omnibus rebus obsessi, equis quartum diem sine pabulo retentis, aquæ, ligni, & frumenti inopia adacti colloquium petiuerunt. Hanc aquæ inopiam graphicè non solum amplificat, sed studium in aqua querenda, & effodiendis puteis comparatione illustrat. Occultos latices, abstrusaq; flumina.] aquas sub terra in uenis depressas, eruere conantur, non rusticis instrumentis quidem, quæ desiderabantur, sed gladijs, quibus hactenus pugnauerant. Exemplam inopiam hac re coarguit. Abstrusa f.] expolitio synonimiæ. Premitur.] deprimitur, effoditur puteus excauati montis ad profunda campi, quæ fastigia hic nominat, propriè tamen altitudinem, & summitatē operis significat fastigium. Aliquando pro imo accipitur, ut hoc loco. Maro.

Et quæ sint scrobibus fastigia quærit.

Est autem hic sensus, eousque mons effossus est, ut puteī altitudo ad situm campestrem deficeret. Ilerda enim, ut totiēs iam dictum est in monte sita fuit. Non se tam penitus.] à simili, effodiendi studium, ac conatum amplificat. Penitus.] adeo intimè, tam altè: quare addit, tam longè luce relicta. Quo enim altius in profundissimos specus descendunt, qui aurum in uenis terrarum scrutantur, effodiuntq; hoc in tenebras tetriores mergunt. Scrutator pall.] Rectius pallor referendus est ad odorem sulphureum, quo enecantur, qui in auri, & metallorum fodinas apud Assyrios demittuntur ad metalla cruenda. Assyrij.] Assyria Transtigitana est, & maiorem Armeniam ad Septentrionem, ab Ortu Mediam, à Meridie Susianam spectat, & intercurrunt passim montium iuga. In Assyriam excurrit non solum Mesopotamia, sed etiam Chaldæa. Plinius libro 6. capite 26. tradit Mesopotamiam totam Assyriorum fuisse,

Iamq; inopes undæ primum tellure resossa
Occultos latices, abstrusaq; flumina quærunt:
Nec solum rastris, durisq; legionibus arua,
Sed gladijs fodere suis, puteusq; cauati
Montis ad irrigui premitur fastigia campi.
Non se tam penitus, tam a longè luce relicta
Merserit Assyrij scrutator pallidus auri.
Non b tamē aut tectis sonuerunt cursibus amnes,
Aut micuere noui percusso pumice fontes,
Antra c neq; exiguo stillant sudantia rore,
Aut impulsa leui turbatur glarea uena.
d Sic exhausta super multo sudore iuuentus
Extrahitur duris silicum lassata metallis.

extra Babylonem, & Ninum. Constat autem uarijs modis aurum mueniri, ut in flumnibus, Tago, Pado, Hebro, Gange, Pactolo. Et formicæ Indicæ aurum è cauernis egerūt, in regione Septentrionalium Indorum, qui Dardæ uocantur. Hoc aurū ab illis eruitur tempore hybernō. Indi æstiuo calore furantur, ubi propter uaporem formicæ in cuniculis sese condiderunt: quæ tamen odore solicitatæ prouolant, & crebro lacerant, quamuis præuelocibus camelis fugientes. Eruitur & à gryphibus apud Scythas. Tribus modis maximè mueniturr aurū, in fluminibus memoratis, quod in puteorum scrobibus effoditur, aut in ruinis montium. Quod puteis effoditur, canalicium uocant, alij canaliense, mhæretq; marmoris glareæ. sed quod in flummibus reperitur, optimum est. Plura apud Plinium legere est de auri effossione, de formicis aureum eruentibus libro 33. cap. 4. Non tamen.] hoc est, non inuenerunt aquam. Idem pollet uersus sequens. Percusso pu.] percusso saxo. Pumex is, qui in usu est corporum leuigandorū fœminis ac uiris, tum autem & libris laudatissimus habetur, qui è Melo, Scylo & Aeolijs insulis ad nos transmittitur. Antra.] perpetuæ sunt expolitiones. Glarea propriè minutissimos lapillos signat, qui in fluuiorum ripis, & maris littoribus reperiuntur. Alij glaream uocant terram duram, & sterilem siccamq;. Plinius lib. eodem, ubi de auro disserit. Hispaniæ montes aridos, & steriles esse scribit, in quib. nihil aliud gignatur, quàm aurū. Quare rectè glareā uocat eam terram. Quod è puteis foditur, marmoris glareæ inhærens, amplexum micas marmoris scintillat. Sic exhausta.] Ecphonesis in superuacaneum militū laborem circa effossiones puteorū. Lassata metal.] Metalla dicta quidā autumant, ἀπὸ τῆ μετὰ τὰ ἄλλα εὑρεθῆναι, quod alia post alia inueniantur. uel, ut alij, παρὰ τὸ μεταλλᾶν. ascrutando. Hinc metalli in re militari dicti sunt, quasi mercenarij. Sic exhausta.] ad istū modū uiribus destituta post magnum laborem. Metallis.] hæret in collatiōe, ut metalla fodiēdo altissimos puteos quæruntur, ad eundē modū fodiendo frustra puteos in duris silicibus, metalla inuenerunt quidem, sed non aquam.

Quoq; minus siccos possent.] Immo dicit est poëta in exaggerāda aquæ inopia, & siti intolerabili, & studio item quærendæ aquæ. Subduli è specubus subterraneis calorem aëris ferre non poterant, ut iam magis ac magis siti enecarentur. Auersio. Nec languida.] Addit amplius quidam ne siti perirent. Abstinebant à cibo,

Quoq; minus siccos possent tolerare uapores,
Quæsitæ fecistis aquæ, nec languida fessi
Corpora sustentant epulis, mensasq; perosi
Auxilium fecere famem, si mollius aruum
Prodidit humorē, pingues manus utraq; glebas
Exprimit ora super: nigro si turbida limo
Colluuies immota iacet, cadit omnis in haustus
Certatim obscœnos miles, moriensq; recepit.

Quas nollet uicturus aquas, ritu'q; ferarum
Distentas siccant pecudes, & lacte negato
Sordidus exhausto sorbetur ab ubere sanguis:
Tunc herbas, frondesq; terunt, & rore madentes
Distringunt ramos: & si quos palmite crudo
Arboris aut tenera succos pressere medulla.

ut ea inedia nonnihil si non leuaret, saltem non intenderet magis sitim. Si mollius ar.] Si inquit, qua terra mollior aliquid succulentiæ indicauit, eam ambabus in ora exprimebant guttatim, ut ea ratione nonnihil siti subueniretur. Si turbidali.] Colluuies à colluendo nomẽ habet, quod illuc elotæ sordes confluant, hanc è superficie collectam biberunt. Cadit omnis in ha.] totus exercitus confluxit ad sordes has hauriendas plenis manibus. Morientq;.] siti periens & iam morti proximus. Ritu'q; fer.] brutorum animantium more fugũt ubera pecorum lacte plena, quod una cum sanguine emulctum auidè potabãt. Tũc her.] Addit nouam industriã militum in quærendo liquore. Contuderunt in mortarijs herbarum, & arborum folia. quorum succum auidissimè hauriebant. Quin & ramos rore graues abscindebant: deinde uitis palmites nouitios, quos crudos. hoc est, nondum satle coctos, & induratos uocat, colligebant, unde succum exprimebant. Pressere.] simplex pro composito, id est, expressere frondium medullas.

O' fortunati fu.] a al. immixto
O' fortunati fugiens quos barbarus hostis
Fontibus a immisto strauit per rura ueneno:
Hos licet in fluuios saniem, tabemq; ferarum
Pallida Dictæis Cæsar nascentia saxis
Infundas aconita palãm, Romana iuuentus
Non decepta bibet, torrentur uiscera flamma,
Oraq; ficca rigent squamosis aspera linguis.
Iam marcent uenæ, nulloq; humore rigatus
Aëris alternos angustat pulmo meatus,
Resciss'oq; nocent suspiria longa palato.
Pandunt ora siti, nocturnumq; aëra captant,
Expectant imbres, quorũ modo cuncta natabant
Impulsu, & siccis uultus in nubibus hærent.

Studium militare circa humorem quærendum ad leuandam sitam excipit exclamatio quam ducit à comparatione, qua ex maiorib. exaggeratis cõiecturam relinquit de minorib. exaggerandis. Itaq; fœlices præ Afranianis eos fuisse dicit, qui hausta aqua fontana, aut fluuiali, quam hostis fugiens ueneno corruperit, extincti fuerunt. Mithridates magnus ille Ponti rex fugiens aquas ueneno infecit, ut Romanos insequentes, & tergo hærentes necaret. Idem traditur facilitasse Iugurtha, cùm fontes, & pabulũ corrumperet. Exẽpla ista postea Iuba Mauritaniæ rex secutus fuit. Sed & Aquilius Romani exercitus ductor in Asia cũ magno dedecore nomnis sui istud ipsum fecit. Saniem tab.] uenenum si Cæsar sparsisset in aquat, has ita corruptas, Afraniani scientes, uolentesq; bibissent. Ferarum.] Etiam feris uenenũ inest, ut in serpentibus, quorum magnum numerum collegit Nicander in Theriacis. Dictæis.] Cretensibus à parte totum. Nicander certè non in Creta, sed in Idæ altissimis iugis, ac uallibus, & fertilissimis locis peruijs nasci aconitum tradit in Alexipharmacis.

„ οἷόν τε ποφλαλιαγχὲς ἀῶθι θήρεσι πελώροις
„ ποτμὸν βαπτιλάσαντε, νόῃ αἰγανομῆες ἔθεντο
„ Ἴλυς ἐν κυνεμῇσι φαλαιρείης ἐνὶ βίβλοις
„ πολλάκι θηλυφόνου νόῃ πάμμορον.

Quem locũ interpres enarrant. ἰγέον, inquit, ὅτι ἡ ποφλαλις ἂν φάγῃ τὸ ἀκόνιτον, ἀναιρεῖται. νόῃ δ' πρότερον ἰώδιες ἐξ αὐτῆς, εἰ μὴ ἴχει πόπρον πλησιον ἀνθρωπείκν. ταῦτη γὰρ ἴχρηται ἀντιφαρμάκῳ. οἱ δν νομεῖς ἐξαπ]σοι τὴν πόπρον εἰς λένδρον τοσοῦτον ὕψος, ὅσον δ δύνατοι ἡ πάρδαλις πηδῆσαι φθάσαι. ὁρῶσα δν ἡ πάρδαλις τὴν πόπρον, ἅτε δὴ θαρρῆσα ἴχειν τὸ ἀντιφάρμακον, τρώγει τὸ ἀκόνιτον, εἶθ' ὁρμᾷ ἐπὶ τὸ χρῆσαθαι τῷ ἀντιφαρμάκῳ. δ φθάνει διὰ τὸ ὕψος, οὕτως ἐφαλλομένη, νόῃ πηδῆσαι λαβεῖν τὸ ἀντιφάρμακον, νόῃ εἰν δυνκμένη, ἤγδν μικ]αλαμβανδσα διὰ τὸ ὕψος, ἀτονεῖ, νόῃ ἤτω φθάνοντες αὐτὴν ἀναιρδσιν οἱ νομεῖς. id est sciẽdũ quod pardalis si ederit aconitũ, enecatur: neq; uerò prius inde comedit, quàm humanum simũ in proximo habeat. Hoc enim uice remedij utitur. Pastiores subtrahũt illud excrementũ in arboreẽ tantæ altitudinis, ut pardalis subsiliens id assequi nequeat. Pardalis cũ uidet simũ, eõ fidẽs se cõsequuturam remediũ, edit aconitũ: inde impetũ facit ad obtinendũ illud remediũ: & cùm ob altitudinẽ nõ assequitur saltu conatur corripere: id eũ nequeat, nẽpe propter altitudinẽ, deficit. Atq; ita pastoris eã occupãtes interficiũt. Dictæis sax.] Nicãder in Idæ iugis dicit. Et hic in dubiũ uocari posset, nũ de Ida Cretensi. quæ nũc Chrysomallus dicitur, an de illa Phrygiæ loquatur, nisi adderet interpres quatuor uertices eius recenseri Phalacron, Lecton, Sigeũ, & Gargarũ, quæ promõtoria sunt, & mõtes Phrygiæ. Hinc Lycophron puellas Phalacreas nũcupat in Cassandra, siue, obscuro poemate, quas eius enarrator Idæas interpretatur: indicãs ligna in eo promontorio cæsa, quib. Alexãdri naues cõpactæ fuere, recẽseq; quatuor promõtoria Idæ, Phalacrã, Lecton, Gargarũ, & Pergamon, Aconita.] Græci ἀκόνας, summas, & nudas cautes uocant, in quib. nascũtur herbæ ortæ è spumis Cerberi ab Hercule extracti ab inferis. Plin. li. 27. ca. 2. Narrauere, inquit, fabulæ, è spumis Cerberi canis, extrahente ab inferis Hercule, ideoq; apud Heracleã Ponticã, ubi mõstratur eius ad inferos aditus, gigni. Est aũt omniũ uenenorũ ocyssimũ. Hoc fuit uenenũ, quo interemptas dormientes à Calphurnio Bestia uxores M. Cæcilius accusator obiecit. Et tamẽ præsens remediũ est aduersus scorpionũ ictus, si detur in uino calido. Quin et scorpiones aconiti tactu torpescũt. stupẽtq; pallẽtes, & unci se fatẽtur. Auxiliatur eis elleborũ albũ, tactu resoluẽte, cediq; aconitũ duob. malis, suo, & omniũ. Diximus paulò antè aconitum pardalim, quã Pli. pantherã uocat, necare, atq; ob eã causam Nicander pardalianches loco paulò antè citato appellauit, & post eum Plinius, & alij nonnulli. Testatur idem Nicandrũ sequutus, pantheras statim liberari morte, gestu excrementorum hominis. Porrò quod è cautibus nascitur, idem Nicander eodem loco testatur.

ἐν δ' ἀκονκίοις—
Θηλείην ἀκόνιτον ἀνιβλαστησιν ὀξύνοιν. id est, in

h in altissimis petricosis locis aconitum pullulat. Gignitur, ut ex Plinio ostendimus in Heraclea, alij aiunt in Termione, nonnulli in Tanagra. Et Ouid lib. 7. metamorph.

Quæ qua nascuntur, dura uiuacia cautę
Agrestes aconita uocant. — hoc est, ἀπὸ τῆς ἀκώ
vas. Ouid. alicubi aconitum Hecatridem nominat, quod
ab Hecate repertum sit, siue quod uis eius ab illa omnium
i Nascentia saxis, inquit, — Infundas aconita pa
lam. At non Dictæis, sed Phalacræis, hoc est, Idæis Phry
giæ saxis. Dictæis.] Cretensib. Dictæum mons in Cre
te est, à quo Diana Dictynna dicta fuit, ut ab Ida, Idæa:
& Dicte nobilis eiusdem insulæ urbs. Cæterum monti
hodie Labyrintho nomen esse ferunt. Non decept.]
sed sciens, & uolens. Appianus libro 2. bellorum ciuilium
prodidit, cum Curio è Sicilia, in Africam exercitum por
tasset, Afros qui sub Iubæ imperio erant, omnes circa a
quas ueneno corrupisse. Has cũ milites haurirent. Curio
uis: mox ægrotare primum, inde oculis ceu nebula obdu
cta stupere, capitibus somno grauatis, cœperunt. Statim
sequutus uomitus fuit, tandem spasmus corpora afflixit.
Ad consimilẽ modũ multo antè Iugurtha Numidarũ rex
quà Metellum Rom. Imperat. uenturum sciebat, aquas, et
pabulũ iumentorũ ueneno corrupit. Ad has historias re
spexit poëta. Torrentur uis.] utuntur flãma intolera
bili sitis. Sicca rig.] sitientia quia pituita in linguis are
scit in spumam, id quod fit ferè in ijs, qui febri laborant.
Angustat pul. m.] stringit. Est autem pulmo spirãdi of
ficina, ut loquitur Plinius attrahens, & reddens animam,
idcirco spongiosus est, & fistulis inanibus cauus. Quoniã
autem pauca aquatilia pulmonem habent, ac cætera ani
malia ouà parientia perexiguum, spumosum nec sangui
neum, unde fit quod non sitiant, aut certè modicè. Re
sciffo q.] hoc est, siti exulcerato uices spirandi stringit.
Amplificat, quod potest, effectus sitis. Pandunt ora]
deducunt aperiuntq; orã præ nemia siti. Quorũ mo]
quam pluuiam copiosè suprà dilatauit, cùm Sicoris sua
inundatione omnes circa campos perfunderet. Siccis
in nub.] militum uultus erecti in cœlum, & nubes: quas
ob id siccas uocat, quod nullam pluuiam funderent.

B Quoq;.] multo uehemẽtius sitim amplificat, ab aspectu Sicoris, & Iberi. Aspectu enim irritatur magis ac magis edẽdi, bibendi appetitus. Ieiuniũ undæ, periphrasticè sitim uocat: & soluere, pro irritare, siue labefactare. Arentẽ Meroen.] Meroë insula est mediamnis Aethiopiæ sub Aegypto feracissima, & incredibili hominum frequentia nobilis, quam Nilus primo ambitu suo cõplectitur. Distat à Syene quinquaginta millibus stadiorum. A Meroë coloni Meroëni dicti sunt. Vrbs in Meroë uetustissima est Saba, quam postea Meroen denominauit Cambises in sororis suæ, uel, ut alij, matris memoriam. Distat ab introitu insulæ LXX millibus passuum, quæ regia Aethiopiæ fuit habita. Quare à Plinio Aethiopũ caput nominatur. Hæc est illa Saba, Austri reginæ sedes, quam Salomonis fama excitam cũ maximo comitatu, & donis plusquam regijs in Palæstinam uenisse Regum tradit historia. Meroë gradus longitud. C habet 61. 30. latitud. 16. 25. Recensetur Meroë primo loco inter climata mundi. Arentem.] ob intolerabilem æstum, ubi dies longissimus uario lucis incremento

Quo magis miseros undæ ieiunia soluant,
Non super arentem Meroën, Cancriq; sub a axe
Quà nudi Garamantes arant, sedêre: sed inter
Stagnantem Sicorim, & rapidũ deprensus Iberũ
Spectat uicinos sitiens exercitus amnes.

to est, XII. horarum æquinoctialiũ, et octo a al. axem.
partium unius horæ. Torrida æstu regio, ubi umbra bis in anno consumitur, ultra tropicũ Cancri quinq; grad. remota. Cancriq; sub ax.] sub torrida zona, ut diximus. Extrema enim ora Cancri principiũ est zonæ torridæ. Terræ, quæ frequenter habitantur, iacẽt extra cõtractũ zodiaci. Nudi Gara.] Ammonijs proximi sunt Garamãtes, quorũ oppida sunt, Matelgæ, Debris, & Garama caput Garamantũ, quæ omnia armis Romanis superata, & à Cornelio Balbo triũphata fuere. Plin. tradit ad Garamãtas iter adhuc inexplicabile fuisse, per latrones, q puteos harenis oprrirẽt, ac proximo bello, quod Romani auspicijs Vespasiani cũ Orensib. gessere, cõpendiũ uiæ quatriduũ deprehensum: atq; hoc quidẽ iter uocatũ, Præter caput saxi. Matrimoniorũ exortes sunt, & passim cum fœminis degũt cõmunib. Nulli certa uxor. Ex his, qui tã cõfuso parentũ coitu nascuntur passim, & incerti, quos profuis colant, formæ similitudine agnoscunt. His armenta sunt, quæ obliqua ceruice pascuntur: nam pronis in humum directa cornua officiunt.

Iã do. d.] Postridie hostes omnibus malis circũuẽti supplices pacẽ poposcere, Afranio, quẽ Cæsare cõgressus tantũ impetrauit, ut ipsi duces ab exercitu discederent, liberi; abirent. Hispani milites exautorati statim domũ remittebãtur. Romani, & Itali, cùm peruentũ esset ad Varũ fluuiũ, qui Narbonẽsem prouinciã ab Italia dirimit, sacramẽto soluerẽtur. Sed Cæsaris uerba adscribemus. Tandẽ, inquit, omnib. reb. obsessi, quartũ iam diẽ sine pabulo remanentis iumẽtis, aquæ, ligni, & frumẽti inopia colloquiũ petunt, & id si fieri posset, semoto à militibus loco. Vbi id à

Iam domiti cessere duces, pacisq; petendæ
Autor damnatis supplex Afranius armis,
b Semianimesq; trahens in castra hostilia turmas
Victoris stetit ante pedes, seruata precanti
Maiestas, non fracta malis, interq; priorem
Fortunam, casus q; nouos gerit omnia uicti:
Sed ducis, & ueniam securo pectore poscit.

Cæsare negatũ, & pedẽ si colloqui uellẽt, cõcessum est, datur obsidis loco Cæsari filius Afranij. Venitur in eum locũ, quẽ Cæsar deligit. Audiẽte utroque exercitu loquitur Afranius. Domiti.] omnium rerum inopia coacti, ac fracti. Damnatis ar.] bello nefario. Seruata p.] licet supplex adiret Cæsarem, interpretandum, dignitas, auctoritas, & maiestas illi seruata, & illabefacta relicta fuit. Fracta.] nõ reb. aduersis extincta fuit: nec inter lætã fortunã, & aduersam quicquã eius maiestati diminutũ est, sed omnia uicti ducis p se tulit. hoc est, officiũ exhibebat.

b al. Semianimes in castra trahens h. 4.

Si me.] Verba

Si me degeneri statuissent fata sub hoste,

Afranij ex Cæsarii commentarijs

commẽtariorũ primo præmittã, priusquam ad Lucani uerba explicanda transeã. Nõ esse, inquit, sibi, aut militibus succẽsendum, quod fidẽ erga imperatorẽ suum Cn. Pompeium conseruare uoluerint. Sed satis iam fecisse officio, satisq; supplicij tulisse, perpessos omnium rerum inopiã. Nunc uerò penè ut fœminas circumuẽtos prohiberi aqua, prohiberi ingressu, neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre posse. Itaq; se uictos confiteri, orare, atq; obsecrare. si quis locus misericordiæ relinquatur, ne ad ultimũ supplicium progredi necesse habeant. Hæc quàm potest demississimè, atque subiectissimè exponit. Hactenus Cæsar. Quum audiamus nunc Afranium apud poëtam nostrum perorantẽ. Si me de.] Oratio petitoria est generis suasorij: cuius propositio est, ut ducibus ignoscatur, quod seruata fide suo Imperatori, pacem concedat, & militibus liceat hac lege ab armis discedere, ne aduersus ipsum arma induant. Locos ducit ab utili, & honesto. Excusat factũ ab æquo & iure, quod fidẽ, quam diu potuit Imperatori Pompeio seruarit. Si me deg.] Exordium ducit à persona tum Cæsaris, tũ sua. Est autẽ hic sensus si caussa sibi in hoc rerum statu sibi dicenda esset corã alio obscuro, & minus claro Imperatore, quàm Cæsar sit, à quo uictus foret, posse sibi mortem inferre, ut Cato postea fecit, & cõplures alij. At nunc.] Reddit Cæsarem docilem, quare in colloquiũ progressus caussam dicat: ut uidelicet pacem petat ab eo, & salutẽ exoret. Dignum d.] ætiologia, quod credat Cæsarẽ dignũ esse, à quo salutẽ consequatur. Credere, pro, quod credã, heteroſis modi pro modo. Nõ par.] Cõsutatat, quod obijci potuit, se factionis Pompeianæ studio contra eum arma induisse, & quidẽ hostili animo. Caussæq; P.] officio, quod Imper. Pompeio debebatur ab honesto. Nil fa.m.] Cedimus fatali necessitati, ne cũ deo pugnare uelle uideamur, cui secus uti fũ fuit. Tradimus.] Narratio. Tradimus tuæ fidei exercitũ Hispanicũ, imò totã Hispaniã, & orientẽ apertimus: ac primitimus

a al. solũ mihi est orandæ caussa.
b orandæ magna.
c al. duces.
d al. Nec.
e al. des.

Non deerat fortis rapiendo dextera leto:
At nunc caussa mihi est orandæ sola salutis,
Dignum donanda Cæsar te credere uita.
Non partis studijs agimur, nec sumpsimus arma
Consilijs inimica tuis: non denique bellum
Inuenit ciuile b decus, caussæq; priori
Dum potuit, seruata fides, nil fata moramur.
Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas,
Securumq; orbis patimur post terga relictí.
c Non cruor effusus campis tibi bella peregit,
Nec ferrum, lassæq; manus, hoc hostibus unum
Quod uincas ignosce tuis: nec magna petuntur,
Otia data sessis, uitam patiaris inermes
Degere, quam tribuis, campis prostrata iacere
Agmina nostra putes. nec enim fœlicibus armis
Miscerí damnata decet, partemq; triumphi
Campos ferre tui: turba hæc sua fata peregit:
Hoc petimus uictos ne tecum uincere cogas.

te securũ esse omniũ periculorũ, quæ à tergo ab Hispanis, & Italis possent imminere. Non cruor.] Reddit victoriæ caussam, quare impetrabilior sit futura pax, & uenia. Nõ peperit sibi uictoriã hãc Cæsar sanguine, aut ullo labore militũ, aut suo aliquo periculo. Nã bella peregit, diuxit, pro eo quod est, bellum Hispanicũ finiuit, ac cõsecit. Hoc hostib.] Est autẽ hic sensus. Cũ tibi uictoria cesserit, nullo tuorũ uel labore, uel sanguine, debes id solum deo, quod dum hostes fumus, nõ læsimus, sed materiã uictoriæ tuæ præbuimus. Nec mag pet.] extenuatio petitionis à facili, proinde. Otia des. fes.] propositio petitionis, ut fessis militib. uacationẽ à bello cõcedat. Vitam p. in.] extenuationi petitionis admiscet affectus. Hoc interim ubi persuadens torũ exercitũ in campis fusum iacere. Neq; uerò decet uictricibus armis uicta, & ominosa miscere. Quare uictos & exautoratos domũ dimitte. Neq; decet rursum uictos cum uictorib. triũphare, cũ alioq; captiui in triũphis uincti ante uictorit currũ duci soleãt. Victos.] addit petitioni, ne uictos suos cogat Cæsar sub suis signis per reliquũ belli militare. Et per hunc modum duo Pompeiani duces cum suis exercitibus sunt à Cæsare subacti.

Dixerat.] Verba Cæsaris sunt. Ad ea Cæsar (inquit) respondit, nulli omniũ has parteis, uel quærimoniæ, uel miserationis minut conuenisse. Reliquos enim omneis suũ officiũ præstitisse, se, q etiã bona cõditione, et loco & tẽpore æquo, confligere noluerit ut quàm integerrima essent ad pacem omnia. Exercitũ suũ, qui etiã iniuria accepta, suisq; interfectis, quos in sua potestate habuit, conseruarit, & texerit. Illius denique exercitus milites, q per se de cõcilianda pace egerint, qua in re omnium suorũ uitæ cõsulẽdũ putarũt, sic omniũ ordinũ parteis in mse ricordia cõstitisse, ipsos duces à pace abhorruisse, eos neq; colloquij, neq; inducriarũ iura seruasse, & homines imperitos, & per colloquium deceptos crudelissimè interfecisse. Accidisse igitur his, quod plerunq; hominibus nimia pertinacia, atq; arrogãtia accidere soleat, ut eò recurrãt, et id cupidissimè petãt, quod paulò antè cõtempserint. Neq; nunc se illorum humilitate, neq; aliqua tẽporis opportunitate postulare, quibus

Dixerat: at Cæsar facilis, uultuq; serenus
Flectitur, atq; usum belli, pœnamq; remittit.
Vt primum iustæ placuerunt fœdera pacis,
e Incustoditos decurrit miles ad amnes,
Incumbit ripis, permissaq; flumina turbat.
f Continuos multis subitarum tractus aquarum
Aëra non passus uacuis discurrere uenis
Arctauit, clausitq; animam: nec feruida pestis
Cedit adhuc, sed morb. egens iam gurgite plenis
Visceribus sibi poscit aquas: mox robora neruis
Et uires rediêre uiris. ó prodiga rerum
Luxuries, nunquam paruo contenta paratu,
Et quæsitorum terra, pelagoq; ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ,
Discite quàm paruo liceat producere uitam,
Et quantum natura petat. non erigit ægros.
Nobilis ignoto g diffusus Consule Bacchus:
Non auro, myrrhaq; bibunt, sed gurgite puro
Vita redit, satis est populis fluuiusq; Ceresq;

e al. incustoditus.
f al. Cõtinuis
g al. diffusis.

à quibus adhuc augeantur opes suæ, sed eos exercitus, quos cõtra se multos iã annos aluerint, uelle dimitti. Neq; enim sex legiones alia de caussa missas in Hispaniã, septimãq; ibi conscriptã, neq; tot, tantasq; classes paratas; neq; summissos duces rei militaris peritos, nihil horũ ad pacandas Hispanias, nihil ad ũsum prouinciæ prouisum, quæ propter diuturnitatẽ pacis nullũ auxiliũ desiderarit. Omnia hæc iam pridẽ cõtra se parari, in se noui generis imperia cõstitui, ut idẽ ad portas urbanis præsideat rebus, & duas bellicosissimas prouincias absens in annos obtineat, in se iura magistratuũ cõmutari, ne ex prætura, & consulatu, ut semper, sed per paucos probati, & electi in prouincias mittantur. In se ætatis excusationem nihil ualere, quod superioribus bellis probati ad obtinendos exercitus euocentur: in se uno non seruari, quod sit omnibus datum semper imperatoribus, ut rebus fœliciter gestis, aut cum honore aliquo, aut certè sine ignominia domum reuertantur; exercitumq; dimittant. Quæ tamen omnia, & se tulisse patiente & esse laturam. Neque nunc id agere, ut ab illis abductum exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit, sed ne illi habeant, quo contra se uti possint. Proinde, ut esset dictum, prouincijs excederent, exercitumq; dimitterent. Si id sit factum, nocituram se nemini. Hanc unam, & extremam pacis esse conditionem. Id uerò militibus fuit pergratum, & iucundum, ut ex ipsa significatione potuit cognosci, ut qui aliquid uicti incõmodi expectauissent, ultrò inde præmium ouationis ferrent. Nam cùm de loco, & tempore eius rei controuersia inferretur, & uoce, & manibus uniuersi ex uallo, ubi constiterant, significare cœperunt, ut statim diimitterentur, neque omni interposita fide firmum esse possetem si in aliud tempus differretur. Paucis esset in utranque partem disputatum, res huc deducitur, ut ij, qui habeant domicilium, aut possessiones in Hispaniam, statim relinquãt, ut quis inuitus sacramento cogatur à Cæsare, caueatur. Cæsar ex eo tempore, dum ad flumen Varum ueniat, quãd quisq; eorum in bello amiserit, quæ sint penes milites æstimatione, pecuniam pro his rebus soluit. Hactenus Cæsar, quæ eò libentius adscripsi, quod multum lucis huic loco adferant, & incredibilis Cæsaris clemẽtia appareat in deuotos suos hostes, à quibus tot iniuriæ, tantaq; ignominia in se fuerat profecta. Hæc omnia à poëta prætermittuntur, qui affectando rhetoricum artificium exclamationibus, & locis communibus iuueniliter multa uerba fundit: & milites ad amnes confluentes fingit, quorum milites ex immodica bibendi auiditate absumptos cõmemorat, amplificãdo effectus ingurgitationis nimiæ. Faciliis.] placabilis, & qui exorabilior erat, quàm eius saluti cõducebat. Serenus.] placido & benigno. Vsum belli, domũq; quisq; suã faceret. Et cùm in uictos iure belli sæuire potuisset, remisit eis noxam, & impunitate donauit. Placuerunt f.] quæ paulò antè retulimus ex Cæsare. Iustã pacẽ, æquã dicit, ut ea omnib. militib. esset grata. Incustoditos.] Sicorim, & Iberũ. Cùm enim Africani antea uadũ Sicoris flumnis tentassent, si trãsire possent, Cæsar Germanos leuis armaturæ, equitũq; partẽ transmisit, & crebras in ripis custodias disposuit. Has nũc custodias perpetrata pace reuocauit. Amnes.] Sicorim, & Iberũ. Incumbit r.] hypotyposi bibentiũ auidissimè fluuialẽ aquã, gestus pronos subijcit. Miles.] συνεκδοχὴ, singularis numerus pro plurali. Turbat.] amplificatio. Venis.] asperis arterijs, & canali gutturis, cõstrinxit spiritũ, quẽ animã uocat. Feruida p.] periphrasis immodicæ sitis, cuius ardor potu extingui uoluit. Morbus ege.] Sitim innuit, quæ bibẽdo crescebat. Mox rob.] tandẽ militib. pristinus uigor, & amissæ uires redierẽ, ac restitutæ sunt corporum neruis. Vires u.] collusio. O prodiga.] Quoniã aũt ostendit naturã humanã paruo contentã esse, hausto nẽpe aquæ, exclamat tragicè in luxũ mortaliũ, qui ad delicata palata uarias ciborũ deliciar, et diuersa uini genera & gulæ instrumẽta inuenerunt, qualia multa à Macrobio in Saturnal. referũtur, notantur à Satyricis, recẽsentur à Plinio. Luxuries.] luxus ciborũ, & potus. Paratũ.] pro apparatu simplex pro cõposito. Ambitiosa.] auiditas exquisitarũ epularũ, quare addit, Lautæ gloria mensæ, hoc est, oppiparæ ac ambitiosæ, & ad gloriã ostentationẽq; instructæ ab Apicijs & Aesopis. Discite.] ex Aframanis quã exiguo, & tenui uictu, ac potu liceat uiuere, & naturæ orexi facere satis. Nõ erigit ægr.] reddit, qui natura paruo cõtenta est. Nõ reficiũtur ueteri uino, sed pura aqua. Bacchus pro uino, metonymia. Cõsule.] ut anni nomin. Cõsulũ sic etiã uetera uina, sub quib. in dolia cõdita erant, supputabãtur, & nomina eorũ incidebãtur. Volens igitur nimis quàm uetera significare poëta, addit ignoto, hoc est ignorato Cõsule. Nõ auro m.] à poculorũ splendidorũ generibus, nõ bibebãt ex aureis, nõ myrrhinis uasis, sed è cõcaua manu. Plinius in prologo lib. 33. luxuriẽ Romanorũ, adeoq; omniũ mortaliũ insectãs. Abiecta sunt, inquit, deinde hæc, & sordere cœpere, & auri, argẽtiq; nimiũ fuit. Murrhina, et Crystallina ex eadẽ Terra effodunus, quib. pretiũ faceret ipsa fragilitas. Hoc argumentũ opũ, hæc uera Luxuriæ æstimata est gloria, habere, quod statim posset totum perire. Primus Põpeius uictoria Asiatica, & piratis rediens murrhina in urbẽ inuexit, & sex pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicauit, sed quæ statim ad hominũ ũsum transiere, ab acis, escarijsq; uasis inde expetitis. T. Petronius cõsularis moriturus in Neronis inuidiã trullã murrhinã. C C C. sestertijs emptã fregit. Nero capidẽ unã C C C. sestertijs emit. Oriẽs nutrit murrhina, inueniũtur locis pluribus, maximè in Parthia & Carmania. Existimãt humorẽ sub terra densari, calore. Cæterũ murrhinæ nobilitate, & pretio plura inuenias apud eundẽ authorẽ cap 2. l. 37. Fluuiusq; Ce.] polysyndeton, & metonymia, in uocabulo Ceres, inuentrix pro re inuẽta. Myrrha.] Multis in locis Arabiæ gignitur myrrha, sed ex syluis laudata mittitur. Quin & Sabæi trãsitu rubri maris è Troglodytis petũt. Sed satiua syluestri præfertur, gaudetq; rastris, et ablaqueationibus. Arbor alta quinq; cubita, nec sine spina, caudice duro, & intorto, crassiore, quàm thuris. Cortex illi leuis est, & similis unedoni, scabrum alij tradidere, & spinosum. Fuere, qui è thuris arbore utrũq; nasci mẽtirentur. Bis inciduntur, à radice, usq; ad ramos. Sed priusquã incidãtur, sudãt stacten Aestiua melior. Nõ dant ex myrrha potiões deo, quod & apud alios nascatur. Regi Gebanitarũ, quartas eius partes pendũt. Non unum genus est, Troglodytica myrrha inter syluestres prima, proxima Erythræa, et Minæa. Tertia Dianitis 4. Collatia: qnia Sẽbracena, à ciuitate regni Sabæorũ mari proxima: 6. Duritis. Sed Troglodytica propter pinguedinẽ probatur.

De

De myrrha, plura qui uolet cognoscere, legat Plinium libro 12. cap. 15 & 16. Aegyptiacè Bal dicitur.

Heu miseri.] *Exclamat tragicè in infœlicitatem principũ, qui belligerãtur.* Tutus.] *In deditionem receptis condonabat admissa, & restituit præterea, qua erat clementia, à suis quæ penes ipsos erant, Afranianis amissa iussit.* Innocuus.] *illæsus miles Hispanus in suas possessiones dimissus fuit. Etenim cũ Afraniani aduerterent tantum militiæ superesse, pœnitere cœperũt, nõ antea uacationem militiæ postulasse, & Cæsari se dedidisse. Potuissent, inquit, superiores miserias, & incommoda effugisse, neq; peruemisse, ad omnium rerum penuriam, & inopiam. Neq; uerò frustra toties uota ad deos fudissent pro fœlici bello, quia exauditi non erant.* Tot dubiæ r.] *tot dubiæ pugnæ restabãt in Macedonia, Aegypto, Africa, Asia contra Parthos, rursum in Hispania ad Mundã aduersus liberos Pompei.* Labet] *nutet à secundis rebus, id quod incertum erat futurum.* Terras f.] *in ijs terris, quas modò commemorauit.* Sequendus.] *passiuè, Cæsarem ipsi cogerentur sequi, in tot incertos euentus præliorum.* Fœlix.] *eum fœlicem uocat, qui uacillante ruina mũdi rerum, scire potest, quo in loco fato defuncturus est: quo nomine possunt se consolari Afranium iam domum dimissi à Cæsare.* Prælia.] *à iucũdo, & periculorum securitate, quo uel uno nomine Afranianos fœlices prædicat.* Classica.] *litui, & cantus militares, qui æduntur ad pugnam. Est aliqua fœlicitatis humanæ porcio, in utramuis aurem dormire, & ad quietem pro arbitrio concedere, obleclare se familiaritate coniugum, & liberorum: redire in patriam, ad uxores, & liberos, neque deduci in colonias, in alienos agros, ut Syllani deducti fuerunt, ut ueterani Cæsaris milites postea spargentur emeritis stipendijs.* Colonos.] *Sunt autem coloni qui ex maioribus urbibus, abundante multitudine, tanquam examina quædã populorũ, ad minora oppida inhabitãda deducũtur. Cuiusmodi fuerunt Romanorum, Carthaginensium, aliarumq; clarissimarum urbium coloniæ. Sic Tyri coloniæ fuerunt, Leptis, Vtica, Carthago, & Gades extra terrarum confinia. Græci ἀποικίας uocant, ὡς ἄποικον, colonum. Vetustissimæ aũt coloniæ memorantur, quæ ex Noẽ pronepotibus, & ex ijs qui ab ijs orti fuerunt, quorum alij in alias terras demigrarunt occuparunt quæ diuersas oras. Quo factum, ut non solum gentes, & populi ab eorum nominibus sint appellati, uerumetiam urbes, quas ipsi condidissent. Horum exemplum deinceps aliæ in numeræ propè gentes sequutæ sunt. Coloni à colendo, hoc est, habitando nominantur. Quorum morem ad postremum Romani etiam sequuti, qui abundante in urbe multitudine ciuium, colonias deduxerunt. Postea Sylla pessimo exemplo defunctus bello ciuili militibus suis in inimicorum suorum agros, tanquam in colonias deduxit: et post eum Cæsar, ac tandem eo interfecto, idem à triumuiris rerum potitis facilitatum fuit. Fœlices Afranianos esse dicit quib. cessatione donatis hoc ipsum usu non uenit, sed contigit, in patriam ad uxores, & liberos remigrare, & quos fortuna securos deinceps omni militiæ labore, & molestia leuauit, & metu eladis liberauit.* Quod abest pauor.] *quod sint periculorum securi, tum à Pompeio, tum à Cæsare in prælijs futuris. Quod si legas, fauor, ut quædam exemplaria habent, erit tum hic sensus, quod neque in Cæsarem, neq; in Pompeium animum propensum habeant. Sed hoc codicius est.* Illesa.] *Cæsari suam salutem acceptam fere. Quibant, cuius clemẽtia in pacatum dimissi uocationem consequuti fuerant, quorum dux fuerat Pompeius, sub cuius auspicijs militarãt.* Sic prælia.] *ecphonesis è narratione collecta. Atq; ita spectabunt & bellum ciuile, et prælia ciuilia eo animo, ut uentris faueant,*

Heu miseri, qui bella gerunt, tunc arma relinquẽs
Victori miles spoliato pectore tutus
Innocuusq; suas curarum liber in urbes
Spargitur, ô quantum donata pace potitos
Excusis a nunquam ferrum uibrasse lacertis
Pœnituit, toleraſſe sitim, fruſtraq; rogasse
Prospera bella deos: nempe usis Marte secundo
Tot dubiæ restant acies, tot in orbe labores,
Vt nunquam fortuna labet succesſibus anceps,
Vincendum toties, terras fundendus in omneis
Est cruor, & Cæsar per tot sua fata sequendus.
Fœlix, qui potuit mundi nutante ruina,
Quo iaceat iam scire loco, non prælia fessos
Vila uocant, certos non rumpũt classica somnos.
Iam coniunx, natiq; rudes, & sordida tecta,
Et non deductos recipit sua terra colonos.
Hoc quoq; securis oneris fortuna remisit,
Sollicitus menti quod abest *b* pauor: ille salutis
Est autor, dux ille fuit: sic prælia soli
Fœlices nullo spectant ciuilia uoto.

Transit ab Hispanis rebus, ad ea quæ circa Illyricum inter C Antonium, Dolobellam, & Octauium Libonem à quo ille superatus fuit, & in potestatem uenit, gesta fuerunt sub id tẽpus, aut certè non multo priùs cùm Curione in Africa cæso, eius milites iussu regis Iubæ in Vticæ mœnib. constituti multitudine teloru confixi perierunt. Non eadem.] *Florus libro 4. ijsdem propè uerbis, quib. Lucanus eandem rem ad hunc modum refert. Aliquid tamen aduersus absentem Ducem ausa fortuna est circa Illyricum, & Africã, quasi de industria prospe-*

Non eadem belli facies per orbem
Constitit, in partes aliquid sed Cæsaris ausa est,
Quà maris Adriaci longas ferit unda Salonas,
Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.
Illic bellaci confisus gente Curetum,
Quos alit Adriaco tellus circumflua ponto,
Clauditur extrema residens Antonius ora,
Cautus ab incursu belli, si sola recedat,
Expugnat, quæ tuta fames: non pabula tellus
Pascendis submittit equis, non protulit ullam
Flaua Ceres segetem, spoliabat gramine campum
Miles, & attonso miseris iam dentibus aruo,
Castrorum siccas de cespite uulserat herbas,

a al. unquam

b al. fauor.

c al. proscrit.

Aspera eius aduersis radiarētur Quippe cùm facer Adria
tici maris iussit occupare Dolabella, & Antonius, ille Illy
rico, hîc Corcyræo littore castra posuissent, iam maria
late tenente Pompeio, legatus eius Octauius Libo ingen
tibus copijs classicorum circumuenit. Deditionem fames
extorsit Antonio: Missæ quoq; à Basilo in auxilium eius
rates quales inopia nauium fecerat, noua Pompeianorū
arte Cilicum actis sub mare finibus captæ, quasi per inda
gînem. duas tamen æstus explicāt: una, quæ Opiterginos
ferebat, in uadis hæsit. Hactenus Florus. Non ead.]
Non fuit fortuna Cæsari per totū orbem ita benigna, &
propitia, atq; fuerat in Hispania, uerū illi alicubi aduer-
sa fuit, ut in Adriatico mari, ad quam pugnam deseri-
bendam transitionē facit. Qua maris.] Primū deseri-
bit, notatq; locū Adriatici maris à proximo flumine, &
urbe, in cuius cōspectu propè in Adriatico cōflixêre.
Salonas.] Numero plurali, alij singulari Salonā insle
ctunt. Quidā in tertia inflexione declinant Salonē. Dal-
matiæ oppidū est, in littore situ colonia, ubi Iadera à flu-
uio fre dicta, ibi Narona, Tragurium, sinus Polaticus, &
Pola, quondā à Colchis habitata. Hîc Dalmatiæ aliquā
do natalia fuerunt. Præterea ultra Salonā, Sicum, mar-
more nobilitatum. Iam uerò, quod in mare in lōgum ex-
carrat, Lōgas Salonas dixit, ut poëta. & Liuius Albā lō-
gam, quod in dorso mōtis exporrecta esset. Iader.] Dal
matiæ fluuius, qui nō procul à Salonis in Adriaticū essū
dutur facitq; nomē oppido Iaderæ. Plin. lib. 3. cap. 22. ubi
Illyricū, & Illyrici orā describit, insulæ in eo sinu, inquit,
Absyrtium. Arba, Tragurium, Issa, Pharos, Paros antea,
Crexa, Gissa, Portunata. Rursus in continēte colonia Ia
dera, quæ à Pola 160. M passuū abest, &c. Et eiusdem lib.
cap. 22. Salonā coloniā ab Iadera oppido 222. M. passuū
abesse tradit, in descriptione Liburniæ. Et tepid.] mō
strat plagam in quam decurrit amnis. Illic bel.] primū
de Curetib. disseramus, deinde ea, quæ propriæ huius loci
sunt, discutiemus. Initio subit mirari, cur poëta primam
syllabam, in Curetum, cōtraxerit, cū ratione diphthongi
extendatur, κᾶρῆτες. Vergil. lib. 3 Aeneid.

» Et tandem antiquis Curetum allabimur orit.

Et apud Martialem.

» Curetes texere Iouem crepitantibus armis.

Homer. Iliad. 9 de Acarnanibus loquens,

Κουρῆτες τ' ἐμάχοντο, καὶ αἰτωλοὶ μενεχαρμαι.

Quidam arbitrantur Cretensis Iouis (nam tres fuisse Io
uei, autor Cic. est, lib de natura deorū, duos Arcades, ter
tium Cretēsem) liberos fuisse Curetes qui eius furus, ubi
terrat quinquies paragrasset, honorificè procurarūt, se-
pulchrūq; regia magnificentia illi extruxerūt, & quidem
eū inscriptione huiusmodi. IVPPITER SATVR
NI FILIVS. Qui inter Curetas, & Corybantas di
ferimen statuunt, astruunt Curetes Danaidis nymphæ
Cressæ, & Apollinis liberos fuisse. Corybantes uerò Tha
lici differmen facitunt inter κουρῆτας, & κόρυβας, κορυ-
νᾶς, οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου σωλακῆς περιστρωμέ-
νης τὰς κόμας. κούρητες ἢ παροπτρεξινομένης τῆ
ἀνάμαλος, νεανίσκοι, ἢ ἔθνος ἢ πεπλῶν. Est aūt κουρεῖν co
mere: comas puellis, siue stolas religare. κομᾶν, κορᾶς ἐ-
πιθεῖναι, Strabo cōtendit quadruplicem etymologiam
huic nomini accōmodari posse. ἢ διὰ τὴν ἀπροσδεη
κορᾶν, ἢ ἀπὸ νόμος. κούρης αἰτωλικῶν. ἢ διὰ τὸ βλακικὸ
ἄκος εἶναι ὅσ περ οἱ κουρεῖς, ἢ ἀπὸ τῶν κυρτῶν ἀκινά-
νων. Nōnulli ab attōso capillitio, quasi κειρόμενοι. Qua
ratione Acarnanes ab imōsis capitib. ἀκάρνας dicti fuē-
re. Horum inuentū fuit armata saltatio. περὶ ἃ, quam
Cretenses exercuerunt. Et planè Dionysio Curetes nihil
aliud fuerunt in Creta, quàm Salij apud Roman. Quidā
Curetas, & Corybantas eosdē fuisse credunt, educasse Io
uem. Rursum sunt, qui decē fuisse, dixerunt. nōnulli nouē,
et Rheæ liberos, nutritios, et pceptores Iouis Suidas. Hæc
de Curetibus suffeciant Curetum.] Brundusinorum
quidam exponunt, quos in secūdo ê Creta oriundos scri-
psit. Vrbs est Dictæa quondā possessa colonis. Tellus
cir.] Torquet hic locus, & meritò, omnes interpretes, ex-
ponentes Corcyrā in faucib. Adriatici maris, quā dicit
Florus Antoniū occupare iussum, ut Dolabellā littus Il-
lyricum, cùm Pōpeius late maria teneret. Tellus cir.]
Corcyram ferè intelligunt, quæ cōtra Epirū iacet, Adria
tico mari circumflua, quanquā illic Ionīū, & Siculū con
currunt, tamē illud quoq; quod Siciliæ ab ortu, & parte
meridiani littoris imminet, Adriatis ū uocat Ptolemæus,
cuius sinus ille est Adriaticus dictus, qui Venetias usq; et
Tergestū ingreditur. Est aūt Corcyra lōga 97. M pass.
Homeri poëmata illustrata, & Vlyssis nota hospitio. Vul
gus nautarū hodie Corfunā, siue Corsunā uocat. Sed de
tellure, hoc est, ea insula, quā undiq; mare ambit, siue Cor
cyra sit, siue alia, de qua obscurè loquitur Lucanus, po-
stea dicemus. Tellus.] Sulpit. Florū sequutus. Corcyra
ram exponit, haud dubiè illā intelligēs, quæ cōtra Epirū
sita est, cuius etiā sinus in faucib. maris, à Ptolemæo A-
driaticus appellatur, licet hinc Siculo, inde Ionio pelago
pulsetur. Micyllus, ut multa nimis quàm eruditè, aliter
nō solū Corcyrā, sed etiā gentē Curetū exponit, cuius uer
ba honoris eius gratia hic libet adscribere. Rectè Sulpit,
inquit, qui hunc locū de Corcyra exponit. sed tamen hoc
ipsum nō de Phæacū illa quæ Homero σχερία, Callima
cho etiā Ἀρεπάνη, ut Plinio indicat, aliquādo dicta fuit, &
in Ionio mari è regione Epiri sita est, sed de ea, q̄ in Adri
atico sinu ex aduerso Dalmatiæ posita cognomēto Melæ
na dicitur, accipiendū uidetur. Id enim, & ea, quæ pśenti
loco, de Salonis, & pōto Adriatico addūtur, & illa item,
quæ de Istris, et Liburnis dicuntur, manifesto arguūt. Et
accedit, quod Florus quoq; scribit Dolabellā & Antoniū
fauces Adriatici maris occupare iussos, quod de Corcyra
Phæacū, quæ in Ionio sita est, haud quaquā intelligi
potest. Quāquā fortassis ab hac altera illa, quæ Melæna
cognominatur, nomē accepisse uideri queat, perinde ut et
portus Coryceus, qui in littore Illyrico circa Dyrrhachi
um fuit, de qua Appian. meminit lib. 2. Sed hoc nihil ad
rem pręsentē. Illud aūt, quod eiusdē loci populū Curetes
poëta uocat, difficultatis nō parū habet. Nā hos Sulpitius
Brundusinos exponit, ut qui à Cretensib. oriundi fuerint.
Omnibonus aūt de Cretensib. auxiliarib. accipit. quorū
pars aliquādo Curetes appellati fuerunt. Verius aūt ex
positioni repugnat, nō solū quod eodē hoc loco additur.
Quos alit Adriatico tellus circumfluo pōto, propterea,
quod neq; Brūdusini insulares sunt, neq; Cretēses in Adri
atico siti, sed & illud quod Curetū nomē, siue cū de Cre
tensibus, siue cū de Acarnanū populo dicitur, prima lōga
ubiq; ponitur, &c. & mox. Quare uerisimilior est eorum
sententia, inquit, qui peculiarē Dalmatarū siue Liburno
rum populū Curetas accipiūt: siue nomen ipsum hoc in-
tegrum, siue etiā parte aliqua corruptū putemus. Nam &

Plin.lib.4.cap.26.Cretæas quasdã insulas uocat cõtra Liburnos sitas. Et Ptolemæus 2. Geographiæ in eodẽ tractu Liburnorũ Curictã, ut quidẽ uulgaris editio habet, insulũ quandã recenset, & in eadẽ oppida duo. Hactenus Micyllus, tum diligenter, tum oppidò quàm eruditè. Insulæ Liburniæ adiacẽt potissimũ tres, ad summũ quatuor, Apsorus, Curicta, & Scardona. Verum illud in Floro urget, quod dicat C. Antonium castra in Corcyræo littore, idq; in faucibus Adriatici maris posuerit, accipiendũ omnino est de Corcyra è regione Epyri aut si ea, quæ Dalmatiæ adiacet, est intelligenda, mendum subest, in una litera mutata e in o, scribarũ uitio admissum pro Cercyra. Strab. lib. Geogra. 7. tradit, mõtem esse, quæ intersecat Dalmatiã mediam maritimã alteram partẽ, alterã parte diuersa. Deinde, inquit, Narõ fluuius, aduersus quẽ Melæna, siue Nigra insula est, quæ et Cercyra uocatur, Gnidiorum cõditio. De Corcyra uerò alibi fuit narratio. Antonius.] De tẽpore, quo hæc gesta sunt, utcũq; paulò antè diximus, & de loco disputatũ nunc est. De tẽpore, & de Antonio libens Glareani iudicitũ adscribã, quod omniũ interpretũ exactissimi iudicij, ille uir sit. Ego puto inquit, hæc ante Cæsaris in Macedoniã aduentũ (quemadmodũ ex Floro colligitur) facta. Cæsar aũt in 3. Cõment. de bello Ciuili lib. Opitergniorũ historiæ nõ meminit, nisi in eo libro sit aliquis defectus, quod equidẽ puto. Maximè ante illa Cæsaris uerba, non ita lõgè ab initio. Sed post discessum Liburnarũ, ex Illyrico M. Octauius cum ijs quas habebat, nauib. Salonas peruenit, & quæ inde sequuntur reliqua. Hæc certè uerba ad priora nõ cohærent. Et hoc loco militũ deditionẽ ad Corcyrã factã, (cuius paulò pòst Cæsar meminit) intelligo, & Opitergniorũ cladẽ omissã, aut perditã potius. Neq; enim uerisimile est Cæsarẽ omisisse, cùm Crastini in pugna Pharsalica cæsi, unius tantũ uiri, tam clarã mentionẽ postea fecerit. De hominib. item non cõuenit, nam Antonius se hostib. dedisse, item Antonium Brundusij substitisse, ad reliquã Cæsareani exercitus partem deportandũ. Demq; Antonũ cum Dolabella maritimis bellis in maris Adriatici angustijs præfuisse, in hac historia traditur. Sed duos hoc tẽpore fuisse Antonios pro Cæsare notandum est. Alterum Marcũ, qui Brundusij subsistebat ad transferendum exercitũ, cuius Cæsar lib. 3. de bel. Ciuili meminit. Alterum. C. Antonium, qui Corcyræ ad deditionẽ coactus uidetur, cuius & Opitergínorum classis fuit. Poëta & loca, & homines egregiè cõfundit. Cùm enim de Salonis proponeret, statim de Curetibus, & insula mentionem ingerit. Curetas hic Brunduſinos intelligi uult Sulpitius, insulam uerò Corcyram. Antonios duos cõmusit pro uno quamuis unus solus in periculo fuerit. Porrò in naui Opitergina plenam uix centum hortem fuisse, hic poëta ait, cùm Florus dicat uix mille. huc usq; Glareanus, ut uerè, ita exacto iudicio. Illic bellaci.] C. Antonius, qua sua castra habebat in littore Corcyræo. siue Melænæ, aut Nigræ insulæ, contra Salonã, & qua Iader in mare influit, cõfisus uirtute Curictarum insularum in proximo, & auxiliarium, quos Curetas uocat poëta, quorum insula Liburniæ adiacet, mari circumflua, undiq; ab hostib. cõclusus fuit. Atq; hæc mihi uidetur poëtæ gemina esse sententia ut hæreat circa Salonã. Illyriũ, & Liburniã. Proinde in Floro legendũ cõseo, pro Corcyræo, Cercyræo littore, ac tũ poëta cum Floro congruet, ac cõciliabitur. nec erunt scopæ amplius dissolutæ.

Clauditur.] Vndiq; obsidetur classibus ob Octauio Libone, in extremæ ora Dalmatiæ Cercyra insula.

Cautus.] quod egregiè armis quãlibet fortunã instructus esset, si armis decernendũ fuisset: sed rerũ omniũ imperia prœbatur. Non pab.] famẽ amplificat à descriptione inopiæ omnium rerum. Deerat pabulũ equis, carebat frumẽto, gramina depascebãtur milites. Castrorum] Arrodebãt herbas aggerum, quibus castra circunducta erant, ubi pascuorum gramina deficerent.

Cæs. li. 3. de bel. Ciuil, cõsimilem propè cõflictũ narrat paulò pòst incidisse inter M. Antoniũ præfectũ Brundusium, & Libonẽ Pompeianum. Erat eo tempore, inquit, Antonius Brundusij, qui uirtuti militũ cõfisus scaphas nauigium magnarum circiter 60. crathibus pulteisq; cõtexit, eoq; milites delectos imposuit, atq; eos in littore pluribus locis separatim dispposuit, nauesq; triremes duas, quas Brundusij faciendas curauerat, per causam exercendorum remigiũ, ad fauces portus prodire iussit. Has cum audacius progressas Libo uidisset, sperãs intercipi posse, quadriremes, quinq; ad eas misit. Quæ cùm nauibus nostris appropinquassent, nostri ueterani in portũ refugiebant. Illi studio incitati incautius sequebãtur. Idem exomnibus partib. Antonianæ scaphæ signo dato in hostem incitauerunt, primoq; impetu, uno ex his quadrirẽmẽ cum remigibus, defensoribusq; suis cæperunt: reliquas turpiter fugere coegerunt. Hæc Cæsar de posteriori conflictu nauali

Vt primum.] Cohors Opitergínorum, qui erant Trãspadani Cæsaris auxiliares, amisso Duce Basilo, locorũq; iniquitate, atq; hostium arte circumuenta, quia cõcurrẽdi facultas non dabatur, uinculisq; implicitii, ratem, qua uehebantur, expedire nõ poterant, mutuis uulneribus se confecerunt, ne uiui in hostium potestatẽ redigerẽtur. C. Antonius in Illyrico captus est. A Floro uari at poëta, ille tradit. Antonium obsessum ab Octauio, uiso Basilo duce, & socijs auxiliarib. Opitergínis, statim facilis nauibus conatũ fuisse euadere. Sed cum eius duæ triremes pterissent, ratit tertia catenis Põpeianorum inhæsit: ubi uix mille iuuenes totum diẽ tela undiq; circunfusi exercitus sustinere. Et cùm iam nusquã erumpendi facultas daretur. ne uiui in hostium potestatẽ uenirent, hortãte Tribuno Vulteio, cõcurrẽtes mutuis uulnerib. occubuerunt. Cum his non cõsentit per omnia Lucanus, sed uidetur uel aliã seculus historiã, aut nouũ figmẽtum cõfuisse.

Vt primum aduersæ socios in littore terræ,
Et Basilũ uidere Ducem, noua furta per æquor
Exquisita fugæ, neq; enim de more carinas
Extendunt, puppesq; leuãt, sed firma gerendis
Mobilibus insolito contexunt robora ductu.
Namq; ratem uacuæ sustentant undiq; cuppæ,
Quarum porrectis series constricta catenis
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos,
Nec gerit expositum telis in fronte patenti
Remigiũ, sed quod trabibus circundedit æquor,
Hoc ferit, & taciti præbet miracula cursus,
Quod ne uela ferat, nec apertas uerberet undas:
Tunc freta seruantur, dum se decliuibus undis
Aestus agat, refluoq; mari nudentur arenæ.

Iam ꝙ relabenti crescebant littora Ponto,
Missa ratis prono defertur lapsa profundo,
Et geminæ comites: cunctas super ardua turris
Eminet, & tremulis tabulata minantia pinnis
Noluit Illyricæ custos Octauius undæ
Confestim tentare ratem, celeresq; carinas,
Continuit, cursu crescat dum præda secundo,
Et temere a ingressos repetendũ b inuitat ad æquor
Pace maris. sic dum pauidos formidine ceruos
Claudat odoratæ metuentes aera pennæ:
Aut dum dispositis attollat retia uaris
Venator leuis ora tenet clamosa Molossi,
Spartanos, Cretasq; ligat, nec creditur ulli
Sylua cani, nisi qui presso uestigia rostro
Colligit, & præda nescit latrare reperta.
Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.
Nec mora complentur moles, auideq; petitis
Insula deseritur ratibus, quo tempore primas
Impedit ad noctem iam lux extrema tenebras.

a al. ingresso.
b al. inuitet.

B nauali ad Brundusium. Socios.] Qui eregione in litto re Illyrico sub Dolobelli signis erant, tum autẽ Basilum, ut pœta ait. Furta.] Occultã fugã, quã moliebatur, si ea ratione potuisset euadere. Extendunt.] explicant, & dilatores faciunt, sed cõiungunt rates, hoc est, trabes nonnulla ad quamlibet molem ferendã cõbinatio. Namq; ratem.] Describit rates, quo artificio cõtextæ fuerũt, quas Florus tradit à Basilo Opiterginorũ duce Antonio subministras fuisse, nõ aũt ab Antonio structas fuisse. Erat aũt huiusmodi. Sexaginta scaphæ erant duplici ordine collocatæ, quas trabib. uinxerunt, et cratib. texerũt, quæ remis intra ordinẽ, non aũt extra agebãtur. Cuppæ.] Cupã putant à cauponib. nomen sumpsisse, qui ea in poculis utebãtur: Neuius, qui duas cupas mero plenas exhausit. Vtuntur Germani in suo idiomate pro ligneo uase, quod liquore oneratur. Constricta.] colligata cathenis. In fronte.] In lateribus, qua extra à fluctibus maris pulsabatur. Taciti curs.] Quod nusquam remiges apparerẽt. Apertas.] mare utrinq; pulsarent remi.

Refluoq;.] reflexu maris altius attollũtur littora, quæ fluxu rariora sunt, & minus apparent.

Iamq; uela.] Id ita natura cõparatũ est, ut refluo æstu reciproco maris littora alius se erigãt, quæ pleno sinu uix conspicua fuêre. Missa.] defertur in mare refluo æstu. Geminę.] duæ naues turritæ, è quarum tabulatis inuãctus fortiter pugnabat.

Tabulata.] eminentia excelsis pinnis: sciue, quod cùm mouentur naues ui æstus marini hinc illinc minentur. Verg. de equo Durateo. Mediaq; mœnia illabitur urbi. Pinnis.] Pinnæ turrium summa propriè sunt modicè proiecta ita dictæ ab his, quas insigniti milites habere in galeis solent, & in gladiatorib. Samnites, inquit Varro. Nouiciat II.] Dixerunt Octauiũ Libonẽ præfectũ Pompeianæ classis superũ mare occupasse, & Antoniũ ita obsedisse, ut fame ad deditionẽ cõpulsus foret, nisi à Basilo Opiterginorum auxiliares rates submissæ fuissent. Sic enim scribis Florus. Quippe, inquit, cum Fauces Adriatici maris Corcyræo littore castra posuissent, iam maria latè tenentibus copijs classicorũ utrinq; circũuenit, deditionẽ fames extorsit Antonio. Missæ quoq; à Basilo in auxiliũ eius rates, quales inopia nauiũ fecerat, noua Pompeianorũ arte Cilicum actis sub mare funib. captæ, quasi per indaginẽ duas tamen æstus explicuit, uiua, quæ Opiterginos ferebat, in uadis hæsit, memorandũq; posterit exitũ dedit. Quippe uix mille iuuenũ manus circũfusi undiq; exercitus per totũ diem tela sustinuit. Et quũ exitum uirtus non haberet, tamẽ ne in deditionẽ uenirent, hortãte Trib. Vultcio, mutuis ictib. in se cõcurrunt. Sed idem Florus in epitome. C. Antonius, inquit, legatus Cæsaris malè contra Pompeianos pugnauit & in Illyrico captus est. In quo bello Opitergini Transpadani Cæsaris auxiliares rate sua ab hostilib. nauibus clausa, potius quàm in inimicoũ uim C. Antoniũ captũ fuisse tradit. Octauius.] Hũc Octauium Libonem initio belli ciuilis à Cæsare Hetruria pulsum Põpeius põfectum superi maris postea fecit, ut iam sæpe dictũ est. Ab hoc, paulò pòst, cùm esset in ora Dalmatiæ, Salonæ tumultuosè oppugnatæ fuerunt, qui quinis castris oppida nos fatigabãt: sed eorum tanta fuit cõstantia, ut seruos manumittere: ademerintq; mulieribus capillos, quib. arcus, et bellica tormenta intenderẽt, ad ultimũ subita eruptione facta, Oppidani primũ Octauij castra expugnarunt, inde Octauiani cum ignominia, & magna cæde ad mare cõpulsi fuerunt, & re infecta Dyrrachium uicti cõfugerunt. Tẽtare.] hoc est, noluit, prohibuitq; ratem in mare secundo æstu delatã adoriri, sed tantisper continebat se, donec aliæ sequerentur. Iam & prædã uocat naues, quarum numerus maior erat futurus. Ingressos.] Parum circũspectè promotos elicit ad repetẽdũ mare, quam diu pax illi esset, hoc est, hostes abessent. Sic dũ.] Illustrat rem simili, ducto à natura uenatorũ, quib. mos est, ut tendentes indaginẽ funes pennis auiũ purpura ac diro odore infectis ad territãdas feras quatiant, quo illæ iam eam partem petant, ubi retia extenderunt. Vergi ius.

Puniceæue agitant pauidos formidine pennæ.

Proinde ita collationis partes sunt applicandæ, ut uenatori Octauius Libo comparetur: naues hostiũ ceruis pauidis: catenæ, siue occulti funes, retib. Metuẽtes.] hoc est, territæ diro odore sulphureo, aut simili, quo pẽnæ fũt infectæ: quas odeo cerui formidant, fugiũtq; ut priusquã conspiciunt, odorem percipiant. Varis.] lignis furcatis ad cervorũ similitudinẽ. alioqui uarus is dicitur q pedes habeat obtortos, curuos, & inflexos, ut est apud Persiũ,

Et non fallit pede regula uaro.

Tales Græci appellant ῥοιβδους: hinc Varro, de re rustica lib. 2. pcipit esse debere pedib. rectis, ac potius uaris, quã uacijs. qui uaris sunt cõtrarij. Grãmatici uarũ à Græco uocabulo βαρύ, quod graue signat, descendere putant, quod tales incessu graues sint. Varũ eum fluuiũ esse, qui Narbonensem prouinciã ab Italia dirimit, nemo ferè litteratorum hominũ est. qui ignoret, à tortuoso cursu, ita dictum. Tuberculi genus item uarus est, maior lenticula.

Ora ten.] ne latrent, & in diuersum cerui territi ausugiant. Molossi.] Canis uenatici, siue Molossici. Est aũt Molossis Epiri regio, in qua Dodona oracula celebris alicuãdo fuit, ut autores sunt, Stephanus, Strabo, Plinius & Mela.

Mela. Pausanias Thesprotidis fuisse tradit, cui adstipulatur scholiastes Homeri lib. Iliad 2. Chaones, & Thesprotæ Acroceraunia circũaccolunt. Cæterũ multa recensentur canũ genera à locis nomina, qui duxerũt, ut Laconici, Arcades, Argolici, Celtici, Locrenses, Iberici, Carini, Cretẽses, Molossici, Eretrici, Horcani, Indici, Psyllici, Elymæi, Castorij Sed omniũ præstãtissimi fuêre Chaonici, & Molossici, qui originẽ tradũtur duxisse, ab eo cane, quẽ Vulcanus ex ære fabricarat, uita infusa, quẽ statim Ioui dono dedit: hic uici sim Europæ, quæ Minoi, qui Procridi, à qua eũ Cephalus accepit. Sed ad institutũ. Spartanos.] Hos diximus inter canum genera cẽseri laudatissima, teste Iul Pol. li. 5 ca. 5. περὶ κυνῶν, ἃ τῶν ἡτ' αὐ- τὰς. Spartanos dicit, quos Pollux Laconicas, & Lacenas, & Cretas, quos Cressas nominat. Species pro genere.

Presso rostro.] Clauso ore tacitus, sequitur, observatq; uestigia feræ. Addit hoc loco Ommbonus, quod huiusmodi canis, ubi ad leporis cubile peruentum est, aut alterius cuiusuis, lorũ concutiat, quo à uenatore ducitur: qui tum aduertit feram inuentam esse. Nec mora.] Et iam, inquit, in naues milites imponuntur, & Antonius Cercyram deserit unà cum ratibus, eo tempore cùm post solis occasum adhuc dubia lux, hoc est, crepusculum diei esset.

At Pomp.] Trãspositio ad Põpeianorũ fraudes in capiẽda tertia naui, quæ Opitergino uehebat. Fraudes.] Cilices qui erãt circa Octauiũ, catenã sub mari tetẽderũt, cuius extrema parte oræ Illyricæ alligata, postremã nauẽ ad proximos scopulos adduxerunt. Antiqua.] piratica uidelicet. Et enim Cilices haud multò pòst quàm P. R cum Mithridate bellare cœpisset, suis finibus egressi fuerãt. Est autem Cilicia media inter Phœnicẽ, & Pamphiliã, cõtra Cyprũ obuersa pelago Cilices obscuro, & paruo initio rẽ maritimã latrocinijs infestare adorti, paulatim prædæ dulcedine allecti, adiutiq; Mithridatis opibus, late mare infesta reddidere. Accedebat occasio latius euagãdi, quod ea tempestate res Romana armis ciuilib. essent implicita. Interim Cilices nõ modo nautas, sed maritimas urbes, & insulas passim pdati fuerant. Quo successu elati multos quæstuoso latrocinij cõmercio in societatem piraticæ attraxêre. Pluribus in locis suas habebãt, & stationes, & præsidia. Tandem usque adeo eorum opes creuerunt, ut quidã eorũ auratis nauibus, & rudentib purpureis q; uelis uterentur, remosq; argento pmunirent. Mille iã naues, & amplius piraticæ circumquaq; littora insederãt, quinquaginta urbes tenebãt: uiolabant asyla, & deorum templa: inter quæ erant Clarium, Didymeũ, Samothraciũ, Telluris fanũ in Hermione, in Epidauro, Aesculapij in Isthmo, Tenaro, & Calabria Thraciæ, Neptuni. In Actio, Apollinis, in Samo Argis, Iunonis, ut & in Lucania Multos Romanos fosceibus, & lictoribus insignes cepere. Hos omnes postea Põpeius persecutus terra, & mari uicit, ac deleuit. Ab his prædonib. nũc ei auxilia missa fuerũt. Cilix.] Intellectio, ex uno plures. Cilicũ exitiũ, crudele, & immane: quod Cilices piratæ infames fuissent nomine crudelitatis, propter assiduas hospitum deprædationes: unde Attici uindictas acerbiores, πλικτὰς appellabãt. Cilix haud facilè uerum dicit, in hominẽ auidũ lucri, qui ob id sæpenumero dicat, quæ uera non sint Sumptum ab eius gentis moribus.

Summa fre.] demisit sub aquas, ne si in summa superficie cõspectæ fuissent catenæ fraudẽ declinassent. Sed tertia.] elapsis duab. priorib. nauibus fœliciter, tertia in qua Opitergini uehebãtur, & cuppis innixa, attracta fuit in proximũ scopulũ. Impendent.] describit scopulũ, quo

At Pompeianus fraudes innectere Ponto
Antiqua parat arte Cilix, passusq; uacare.
Summa freti, medio suspendit uincula Ponto,
Et a laxas fluitare finit, religatq; catenas
Rupis ab Illyricæ scopulis, nec prima, nec illa,
Quæ sequitur, tardata ratis, sed tertia moles
Hæsit, & ad cautes, b adducto fune secuta est,
Impendent caua saxa mari, ruiturag; semper
Strat (mirum) moles, & syluis æquor inumbrat.
Huc fractas aquilone rates, submersaq; Pontus
Corpora sæpe tulit, cæcisq; abscondit in antris,
Restituit raptus tectum mare, cumq; cauernæ
Euomuere fretum, contorti uorticis undæ
Tauromenitanam uincunt feruore Charybdim.

a al. laxe.
b al. abducto

adducta funibus, & catenis fuit Opitergĩorũ ratis. Hũc scopulũ modò cauẽ, modò molem uocat, eãdem mox caua saxa. Hinc scopulũ dicit in summo uertice syluã habere, à qua umbretur, simul & mare, ad de ea specie apparere, ut saxa proiecta & extantia, casum mentiri uideãtur. Hucusq; tas.] In hunc scopulum, ait, naufragas naues ui tempestatis, & cadauera hominũ qui naufragio perĩre in Adriatico mari, sæpe cieacta fuisse, & in profundis eius speluncis occultasse. Cecis.] Tenebrosis, & per hoc profundis, metalepsis. Aquilone]uento quouis, species pro genere. Tectũ mare.] id mare, quod sub imo scopulo rupẽ abluit, prædam acceptã, quã raptũ, nuncupat, rursum egerit, atq; euomit in uastum mare perinde ut Charybdis solet in freto Siculo. Fretum.] fluctus ex toto partem intelligit. Et remota translatio est à euomuere, ab animali, ad non animal.

Taurominita.] Siculam, nempe quæ in freto Siculo est, antonomasia. Ad oriẽtale latus Siciliæ Messana Zancle dicta ob loci malignitatẽ, siue obliquitatem, maximè Boream spectat, inde Tauromnum, mox Catane, Naxus, Megara, Megaridẽ Mela nominat, Syracusæ. Ibi non longè à Messana Charybdis monstratur in ipso freto, locus prodigiosæ profunditatis, in quã refluxus freti defertur naues, quæ uorticibus, & ingenti turbine fatiscẽtes absorbẽtur. Ipsa aũt quæ illo naufragio perierunt in littus Tauromenitanũ eiiciũtur. Taurominium, siue Tauromenium, uocãt Copriã, hoc est, sterquilinium, ab ipso euẽtu, quod illic sordes naufragorum fretum effundat. Rectè igitur Charybdim Tauromnitanã appellat. Charybdim.] De Charybde ad hunc modũ fabulãtur poetæ, eam fœminã fuisse uoracissimã, quæ, quod Herculi suas boues surripuisset, à Ioue fulmine icta, in mare præceps acta fuit, uersaq; in hoc mõstrũ, quod etiamnum hodie pristinã seruat naturã. Nã quicquid in eã incidit, absorbet, et ubi absorbuerit, id unuersũ in Tauromenitanũ littus (est enim mõs ultra Aetnã asper cũ oppido) egerit. Horatius hinc scortum auiditatis insatiatæ Charybdim μεταφορικῶς uocat.

——Ah miser
O quanta laboras in Charybdi
Digne puer meliore flamma.

Quoniam autem periculosus transitus est inter Scyllam Italiæ

Italiæ subiectam, & Charybdim Siciliæ, ut qui uitat Scyllam declinare temerè cadat in Charybdim, natum adagium est, Euitata Charybdi in Scyllã incidi, pro eo quod uitato grauius malum, in alterum diuersum incidi. *Vtriusque loci descriptio graphica extat lib Odyss. Homericæ 12. & Aeneidos Vergil. lib. 3.*

Vincunt.] *amplificatio hyperbolica æstus circa hanc cautem in Adriatico.*

Hic Opiter.] Prosequitur historiã postquam descripsit scopulũ, narratq; qua uirtute septi Opiterginorũ cohors totum diẽ usq; ad diei crepusculũ pugnam aduersus multa Põpeianorũ millia extraxerunt, Opitergini.] Opitergini montes in decima regione Italiæ sunt, ubi Venetia, è quibus Liquẽtia flumẽ funditur, ubi Cõcordia colonia est. Venetorũ sunt Natri, Ateſtæ & Oppidũ, Patauium, Opitergium, Beluniũ, Vincẽtia, Mãtua trans Padũ, solum reliqua temporib. Plinij fuêre. Hanc pup.] *Hãc Opiterginorũ nauẽ omnes Põpeianæ classes, undiq; exomnib. stationib. adortæ ea arte, ut dixi, cœpit, et oppugnãt, ut portus, in quibus hyemant, quo tutæ sint à tempestatum iniuria.* Tacitas sub gurgite.] *Catenas, quibus fuga ratis capta fuit sub aquæ superficie.*

Hic Opiterginis moles onerata colonis
Constitit, hanc omni puppes statione solutæ
Circumuenit, alij rupes, ac littora complent.
Vulteius tacitas sensit sub gurgite fraudes,
Dux erat ille ratis, frustra qui uincula ferro
Rumpere conatus poscit spe prælia nulla,
Incertus quà terga daret, quà pectora bello.
Hoc tamen in casu quantum deprensa ualebat
Effecit uirtus, inter tot millia captæ
Circunfusa rati, & plenam uix inde cohortem,
Pugna fuit, non longa quidem, nam condidit atra
Nox lucem dubiam, pacemq; habuere tenebræ.

Vulteius.] *Tamẽ, inquit Florus, ne in deditionẽ uenirent, hortãte Tribuno Vulteio multis ictib. in se cõcurrũt.*

Vincula.] *Catenas, quas difficile erat diffringere.* Poscit.] *hortatur suam iuuentutem ad pugnandum fortiter, sed nulla spe uictoriæ, quod undiq; ab hostibus circumfusi essent.*

Incertus.] *Quia nusquam fugæ locus patebat, nec uidebat, quos adoriretur, & quibus se potissimum opponeret. Non poterat se catenis impeditus explicare. Huc accedebat quod, ut ait poëta, non crepusculum diei, sed nox tenebrosa esset, quæ pugnã diremit.* Plenam uix.] *Florus uix M. iuuenum manum fuisse autor est. sed & dubiã lucem, crepusculũ diei uocat periphrasticè, & in tenebris cessatum fuit à pugnando.*

Tunc sic.] *Tũ inquit, huiusmodi oratione militis in cõcionem aduocatos allocutus fuit, Dux fortis & magnanimus. Quod ducet pugnam inituri facere terra solẽt, id poëta in reb. desperatis, ubi pugnatũ fuit, hoc loco imitatur.* Rexit.] *alloquutus fuit, animauitq; eos ad mutuam cædẽ, cum omnino moriendum esset.* Libera.] *Suasoria oratio est, qua persuadet suis militibus, ut malint honestè mutuis uulnerib. cadere, quã turpiter in seruitute relinquũ uitæ transigere. Versatur maximè in argumento ab honesto, quod in hac re accõmodatissimũ est ad persuadẽdum.* Libera non.] *exordiũ ductum est à propositione causæ, quæ hæc est, ut nunc in periculoso tẽpore sibi, rebusq; suis, quàm diu liberi sunt, celeriter consulãt, ne uel turpiter seruire, uel hostibus iugulum præbere cogantur. Paruam noctem uocat breuem, ut paulò pòst, Nox tum li ac periculoso, quo significatu usus est, & Horat. in Od.*

» Rebus angustis animosus, atq;
Fortis appare — Admoto oc.] *Accersere sibi mortẽ, quæ imminet, quæ alioqui incerta est omnib. futuris uitæ tẽporib.* Par animi.] *Impia sententia, nõ mirum, ut ab ethnico profecta cũ iniusſu imperatoris Dei è uitæ theatro discedere prohibeamur.* Accersas.] *Quasi dicat, nõ iã in uoluntate situ est, sed in necessitate, ut moriamur.* Fuga.] *ergo necessitas cogit, ut nobis mortẽ accersamus. Persuadet à necessario.*

Tunc sic attonitam uenturaq; fata pauentem
Rexit magnanima Vulteius uoce cohortem.
Libera non ultra parua quàm nocte iuuentus
Consulite extremis angusto in tempore rebus.
Vita breuis nulli superest, qui tempus in illa
Quærendæ sibi mortis habet, nec gloria leti
Inferior iuuenes, admoto occurrere fato:
Omnibus incerto uenturæ tempore uitæ,
Par animi laus est, & quos speraueris annos
Perdere, & extremæ momentum abrũpere lucis,
Accersas dum fata manu, non cogitur ullus
Velle mori, fuga nulla patet: stant undiq; nostris
Intenti ciues iugulis: decernite letum:
Et metus omnis abest, cupias quocũq; necesse est.
Non tamen in cæca bellorum nube cadendũ est:
Aut (quum permixtis acies sua tela tenebris
Inuoluunt, conserta iacent, quũ corpora campo)
In mediũ mors omnis abit, perit obruta uirtus.

Stant.] *ratio unde ea sit necessitas, & ciues Romanos innuit, cũ ipsi sint Opitergini.* Decernite.] *Sit decretũ mori, potius q̃ seruire, ut uestris manibus, uestro ferro, quã hostiũ malitiis cadere, ne de uestra cæde triũphẽt.* Metus.] *Et cũ per noctẽ, & tenebras metus hostiũ nobis sublatus, uelimus, nolimus, statuamus aliqd, quod necessitas cogit, quale quale id sit. Et tamẽ nobis in crassa pugnæ caligine moriẽdũ nõ est, fortes et illustres milites malint sibi cõsciscere mortẽ, q̃ ignobilis uulgi strage perire.* Aut.] *Alioqui egregiorũ, et clarorũ militũ uirtus in gloria est, et sine laude obruitur, qnãdo in tenebris telorũ nube sternũtur, & ignoretur, qs fortiter dimicãdo ceciderit. Tũ enim ignauissimũ quẽq; par gloria comitatur: Virtutẽ pelara facinora dicit, q̃ fortes, & magnanimi milites in stataria pugna edũt.* Cõserta.] *Cõfusa inter cæsorũ cadauera.*

Nos in c.] *A iucũdo, quod habituri sint mortis gloriosæ suæ testes multos, quos iã enumerat.* Conspicua.] *Passiuè quæ à*

Nos in conspicua socijs, hostiq; carina
Constituere dei, præbebunt æquora testes,
Præbebunt terræ, summis dabit insula saxis,

Spectabant geminæ diuerso è litore partes,
Nescio quod nostris magnũ, & memorabile fatis
Exemplum fortuna paras, quæcunq; per æuum
Exhibuit monumenta fides, seruataq; ferro
Militiæ pietas, transibit nostra iuuentus.
Namq; à suis prote gladijs incumbere Cæsar
Esse parum scimus, sed non maiora supersunt
Obsessis, tanti quę pignora demus amoris.
Abscidit nostræ multum sors inuida a laudi,
Quod non cum senibus capti, natisq; tenemur,
Indomito sciat esse uiros, timeatq; furentes,
Et morti faciles animos, & gaudeat hostis
Non plures hæsisse rates, tentare parabunt
Fœderibus, turpiq; uolent corrumpere uita.

socijt Romanis in littore Illyrico, & alijs ratibus flaitantibus cernitur, & à Pompeianis, à quib. septi sumus. Testes.] *amplificationis causa testatur eos, quos sustinet mare, Pŏpeianos, et Cæsarianos, qui diuersis nauib. sparsim uehuntur. Terra, insula, scopuli dabũt uirtutis nostræ testes. Geminæ.]* *Pŏpeiani, & Cæsariani in littore Illyrico erũt spectatores uirtutis nostræ. Nescio quod.]* *auersione ad fortunã erigit suor animos à memorabili facinore, cui simile in nullis historiarũ monumẽtis unquã fuit proditum memoriæ. Amplificatio, anteponit suorũ uirtutem, Saguntinis, Corinthijs, & omnib. alijs, qui simili facto unquam perierunt. Monumenta.]* *gestarũ rerũ historias, in quib. hoc genus exempla prodita legũtur: qualis fuit fides Sagũtinorũ erga Pop. Roman: pietas Corinthiorũ in suã rempub. Transibit.]* *quasi dicat, omnis nostra iuuentus, pietate & officijs in suũ ducẽ superabit, dũ mauult cõstanter, & pertinaciter in fide imperatoris mutuis uulneribus mori, quàm ad hostem trãsire incolamis.*

a al. laudes.

Namq; suis.] *auertit orationẽ suam ad Cæsarẽ absentem, cui, inquit, parũ futurũ fortasse sit, quod perpetrabũt, præstaturi tamẽ essent maiora, si qua possent ratione, aut essent etiam obsessis ab hoste, pignora amoris in eum. Ergo facultas non est præstãdi in mora. Abscidit nost.]* *Variat hic lectio, quidam codices habent laudi, ut aequisitiuè dandi casus ad uerbũ abscidit referatur: qui legũt laudis, applicuit ad multum adiectiuũ substantiuè posium. Laus militũ à pietate, & fide, ex demonstrationis loco sumpta est. Quod non.]* *oblique indicat, se natos, & parentes, trucidaturos potius fuisse, quàm ut uiui in hostium potestat ẽ uenirent: ac dolere id unũ, quod illis simul obsessi hic, & capti nõ sint. Indomit.]* *ut etiã ne sis hostis nescius, nobis esse eiusmodi, ut neq; superari, neq; uincere queamus, sed habere animos pronos ad mortem, quam malum nõ ducimus. Hęsisse.]* *In potestatem redactas, alioqui plures ipsos superassemus. Tentare.]* *ominatio, quasi hostis pugnando fatigatus sequẽti die per legationes pacturi sint cum Opitergini pacẽ, ut ab armis domũ retro discedant: quasi uictores ultro pacem, & fœdus uictis offerrent. Corrumpere.]* *ut pretiũ pacis datæ acceptæue sit, uitæ incolumitas, quo pacem redimamus.*

B

Turpi.] *Vt seruili, qua mors libera multò potior: nam (ut comicus ait) quem Iupiter odit, seruum facit.*

Optima.] *Optat, ut hostes uitã promittant tantũ, non quod cupiat uiuere, sed ne existimetur, ob rem desperatam, sibi intulisse mortem, uiuẽdi facultate cõcessa. Nam ueniam, uitam intelligit, quam hostis posset concedere, & eam quidem ingratam.*

O utinam (quo plus habeat mors unica famę)
Promittant ueniam, iubeant sperare salutem:
Ne nos, cum calido fodiemus uiscera ferro,
Desperasse putent, magna uirtute merendum est,
Cæsar ut amissis inter tot millia paucis
Hoc damnum, clademq; uocet: dẽt fata recessum,
Emittantq; licet, uitare instantia nolim.
Proiecĩ uitam comites, totusq; futuræ
Mortis agor stimulis: furor est agnoscere solis
Permissum est, quos iam tangit uicinia fati,
Victuroq; Dei celant, ut uiuere durent,
Fœlix esse mori. sic cunctas sustulit ardor
Nobilium mentes iuuenum, cum sidera cœli
Ante ducis uoces oculis humentibus omnes
Aspicerent flexoq; Vrsæ temone pauerent:
Idem, cum fortes animos præcepta subissent,
Optauere diem, nec segnis b mergere Ponto
Tunc erat astra polus: nam sol Ledæa tenebat
Sidera, uicino cum lux altissima Cancro est,
Nox c tum Thessalicas urgebat parua sagittas.

Aetiologia, cur optet efferri sibi salutem. Magna uir.] *Vt imperatoris nostri fauorem emereamur, uolumus, ut hoc, quãtulum est, inter tot successus secũdos, aduersam fortunam uocare possit. Dent fa.]* *receptũ ad tuta, quò nõ cupio tendere, ut constet apud mortales, non libuisse diutius uiuere. Clades alioq; dici solet de totius exercitus exitio. Concludit orationem eo, quod uehementissimum est, ut stimulis quibusdam suos ad destinatã mortẽ magis accendat, & ira inflãmet. Emittantq;]* *hoc est, licet per fata in tutum euadere detur, & in pacatũ ex his præsentib. periculis discedere, nolim impendentẽ mortẽ uitare. Furor.]* *Quod mortis stimulis agor, enthusiasmus est, & spiritus diuinus. Agnoscere.]* *illũ numĩs calorẽ agnoscere nobis solis dij permisere, qui morti estis proximi, & quẽ diu celãt eos, q uitã diuturnam morti anteponũt, ut longiorẽ ij uitã exoptent. Fœlix.]* *non bis solis est permissum agnoscere, mortem esse bonum, non malũ ut ij, qui longiorẽ uitã orẽt, eam malũ iudicẽt. Haec quæstio à Cic. 1. Tusc. lan. quæst. disputatur. Mors est bonũ: ut deorũ testimonio multis pertentib. sibi dari, quod optimũ homini esset in uita ea ipsis fuerit, ut summũ bonũ concessa. Exempla Cleobis, Bitonis, Agamedis, & quorundã aliorum notiora sunt, quàm ut hîc referantur. Sic.]* *Vbi ad istũ maximè modũ peroranit Vulteius, omniũ nobilium iuuenũ mentes erexit, & incẽdit ad uoluntariã mortẽ. Cum si.]* *pathos ab habitu militũ, cùm lachrymabundos sidera cœli simul suspexisse dicat et aduentantẽ auroram sequentis diei horrerẽt. Flexoq;]* *trepidarẽt. Bootes enim ita nocte se circũagit supinus, ut de ex eius inclinatione aduentãtis diei propinquitatẽ cognoscamus. Cũ Tauro, Geminis, & Cãcro, et Leone occidit. Est enim custos plaustri, quod plaustrũ sequatur, & quasi Septẽtrionib. succinctus, Vrsæ.]* *maioris, quæ cũ supra dictis signis unà cũ Boote occidit, & cũ ijsdẽ rursus oriẽtur.*

b al. uertere & uergere.

c al. cum.

tur. Flectebatur igitur temo in ortũ oriẽte Sole cũ Geminis, quorũ statim infert mentionẽ. Flexo.] *in ortum sub auro* ram diei prænunciã. Iidem.] *Verum ubi oratione suaso* ria Tribuni confirmati fuêre abiecto pauore optauerũt diẽ, ad moriendũ parati. Nec seg.] *non segnis nox erat ad uer* tendũ in occasum occidentia signa. Nam Sol.] *Periphra* fit est Geminorũ, *in quorũ ultima parte sol erat. Cancrum* iam iam ingressurus: quo tempore noctes sunt cõtractiores, et breuissimæ. Ledæa fid.] *Geminos qui ab Aurigæ dextra* parte supra Orionem uidentur collocati, *sed ita, ut Orion* inter Taurũ, & Geminos sit situs: capita eorũ à reliquo cor pore diuisa apparent eo circulo, *qui æstiuũ definit. Videtur* corpora sua inter se complecti. Occidunt directi pedibus, oriuntur inclinati, ut iacentes. Cæsar Germa.

Qua media est Helice subiectum respice Cancrum.

Ancipitis suberit, Gemini qua posterior pes.

Hos Castorem & Pollucem Ledæ liberos fuisse Astrologi contendunt, ac poetæ, ac tam arcto amore inuicem, ac bene uolentia complexos fuisse, ut nunquã de principatu cõtende rint, neq; quicquã sine cõmuni consilio gesserint. Horũ alter B cũm in pugna aduersus Athenienses cecidisset, alter immor talitatẽ accepit, utrunq; Iuppiter in cœlo collocauit, & inter sidera Geminos appellauit, & eos quidem salutares. Occi dente una stella, oritur altera. Fuerunt qui Zetum, & Am phionem nominarunt, quod alter zonam, alter lyram ha beat. Hos Nigidius deos Samothracas uocauit: & Casto rem, & Pollucẽ, Geminorũ honore fuisse decoratos, quod pacationis principes dicantur, quod q; mare prædonibus in festum pacassent. Cum Iasone, & Herculi quum Colchos ad rapiendam pellem inauratam peterent, magnis tempe statibus iactati summo conatu nauem à periculo liberare studuerunt. Impetrarunt ob id à Ioue patre, ut in ea cœli regione constituerentur, unde prospectantes laborantibus mortalibus possent ferre auxilium. Homerus canit Pollu cem fratri dimidiam uitam concessisse, quem Vergilius imi tatur in sexto. Si fratrẽ Pollux, inquit, alterna morte rede mit. Itq; reditq; uiam. Vicino cum lux al.] *cùm dies* æstiuus propemodum solstitialis est, qui incidit in primum punctum Cancri, pridie Idus Iunias, astronomorum propè C omnium consensu. Clau. Ptolemæo uerò 14. Calend. Iulii. te Cancri, hoc est, 8. Calend. Iulij, ex quo usque ad bru mam decrescunt dies, qui creuerunt sex mensibus. lib. 18. cap. 28. quanquam idem in octaua parte eiusdem signi lib. 2. solstitium fieri tradit. Nox cum Thessal.] Cùm matutino mergeretur oppositum signũ Sagittarius. Quan do signum aliquod mane oriente Sole occidit, oritur simul cum nocte, occasus, & ortus Chronicus dicitur, uel Acro chronicus Arato. Mathematicorum tempus nascitur cum occasu Solis. Igitur Chronicè mergebatur mane Sagittari us, oriente Geminorum sidere una cum Sole. Cæterum ta les ortus, & occasus, occultationes, & emersus rectius Pli nio dicuntur. Omnis autem ratio, inquit, obseruata est tri bus modis, exortu siderum occasuq;, & ipsorum temporum cardinibus. Exortus occasusq; binis modis intelliguntur. Aut enim aduentu Solis occultantur stellæ, & conspici desi nunt: aut eiusdem abscessu proferunt se in emersum. Hoc melius, quàm exortum consuetudo dixisset & illud occulta tionem potius, quàm emersum. Hæc Plinius. Alia ratio est ortus, & occasus Heliaci: alia rursum Cosmici. Thes salicas sa.] *Sagittarium, qui Chiron Centaurus est, occul tabat.* Gemini opponuntur Sagittario: ut Libra Arieti: Scorpio Tauro: Capricornus Cancro: Aquarius Leoni: & Pisces Virgini. Hunc Sagittarium Chironem Centaurum Thessalum fuisse multi memorant: alij negant, quod nullus Centaurorum sagittis sit usus. Sunt qui Crotum eum appel lent. Euphemes Musarum nutricis filium. Sositheus eum do micilium in Helicone monte habuisse, & Musis solitum de lectari, & uenationis studiũ nõnunquã etiã exerceri. Pro hi sce studijs Musæ pcatæ Iouẽ sunt, in Astrorũ numerũ trans ferretur. Iuppiter uolẽs in uno corpore omnes illius artes ex primere, crura dedit equina, sagittas pro ingenio adiũxit, ut acumen, & celeritas inde coniecturetur. Caudam Satyricã affinxit, quod nõ minus hic Musis, quàm Liber Satyris fue rit delectatus. Ante pedes stellas habet paucas in rotũdo de formatas, quas coronam eius ut ludentis abiectam nõnulli dixerunt. Spectat occasum, & quasi sagittam missurus effi giatur. A' pedibus usq; ad humeros in circulo hyemali col locatur, sed ita, ut caput eius foris extra eum circulum ap pareat. Arcus eius medius à circulo lacteo secatur. Quomã aũt arcũ habet, & sagittam, Arcitenens etiã dicitur. Fuit hic Chiron Thessalus, Saturni, & Phillyriæ filius. Cũ enim Saturnus Iouẽ filiũ quæreret, in Thracia cum Phillyra O ceani filia in equũ uersus cõcubuisse dicitur, ex qua Chironẽ Centaurũ genuit, dimidio hominẽ, reliqua parte equũ, qui à matre Phillyride fuit dictus. Hic omnes mortales bonitate, & iustitia superauit. De quo Cæsar Germanicus in Aratũ.

Hic erit ille pius Chiron iustissimus unus
Inter nubigenas, & magni doctor Achillis.

Hic uulnere accepto à sagitta Herculis extinctus fuit, & in astra sublatus, & Sagittarij signum cõstituit. Quidam tamen Sagittarium nõ Chironem, sed Crotum, ut diximus, uel ut alij, Crocum esse opinantur, & Centaurum siue Phyl lyridẽ, qui & Chiron dicitur diuersum ab illo haberi Poe ta tamen per Thessalicas sagittas, Chironem intelligit, qui Thessalus fuerit natione.

Detegit.] Iam orto sole conspicui fuêre Illy rici. Pomponius Istri am Illyridis nomine am plexus Tergesto Illyri cum terminat. Idem paulò pòst scribit, per I stros, Istrum emitti. A' Scordona Illyria inci pit, cuius pars Liburnia est, æquæ magnitudinis cũ tota Dalmatia, ac pa ri montiũ iugo à Pãno nijs, quà in Boreã, & or tum solstitialem excur

Detegit orta dies stantes in rupibus Istros
Pugnaces q; mari Grana cùm classe Liburnos.
Tentauere prius suspenso uincere bello
Fœderibus, fieret captis si dulcior ipsa
Moritur uita mora. stabat deuota iuuentus,
Damnata iam luce ferox, securaq; pugnæ,
Promisso a sibi fine manu, nulliq; tumultus
Excussere uiris mentes ad summa paratas:
Innumerasq; simul pauci terraq; mariq;
Sustinuêre manus, tanta est fiducia mortis.
Vtq; satis bello uisum est fluxisse cruoris,
Versus ab hoste furor, primus dux ipse carinæ
Vulteius iugulo poscens iam fata retecto,
Ecquis, ait, iuuenum est, cuius sit dextra cruore
Digna meo, certaq; fide per uulnera nostra

rit, finita. Occidua, & meridiana parte Adria tico clauditur. A' Dal matia abiens regio hinc mari, illinc montibus co ercetur, sed subinde ar ctior, sed qua in Istri am tendit longè angu stissima. Cæterum ma xima Liburniæ et Istriæ pars ditionis Veneto rum est. In Illyrico am nes Melæ sunt, Ae as, Nar, & Danu bius, inquit, qui iam

al. permisso

dictus est Ister: sed Aeat secundum Apolloniam, Nar inter Pyræos & Liburnos, per Istros Ister emittitur. Tergestum in intimo sinu Adriæ situ finit Illyricu. Hic Istrum in Adriaticum deuolui dicit, eundem, qui & Danubius est. Pli. lib. 3 cap. 18. scribit Formionē amnē fuisse antiquū Italiæ terminū a fua tēpesta te Istriæ, quā cognominatā tradūt, mquit, à flumine Istro, in Adriā effluente è Danubio amne, eodemq; Istro ex aduerso Padi fauces, cōtrario eorum percussu, mari interiecto dulce fcēte, pleriq; dixêre falsò, & Nepos Cornelius Padi accola, Nullus enim è Danubio amni in mare Adriaticū effunditur. Deceptos credo, quoniam Argonauis flumine in mare Adriaticū desc̄dit, nec procul Tergeste, nec iam cōstat quo flumine. Humeris traiectā Alpes diligētiores tradunt. Subijsse autē Istro, deinde Sao, deinde Nauporto, cui nomē ex ea causa est, inter Aemonā, Alpesq; exoriēti. Hactenus ille, cui ego accedo, quod Danubius in Abnoba monte clementer ædito, unde etiā nomē habet, exoriatur haud procul à Rheno exaduerso Raurici Galliæ oppidi multis ultra Alpes milib. ac per innumeras lapsus gentes Danubij nomine immenso aquarū auctu, & unde primū Illyricum alluit Ister appellatur. LX. amnibus receptis, medio ferme numero nauigabili, in Pontum uastis sex fluminibus euoluitur. Danubij nomen retinet ab origine sua, donec in Sarmatiam ueniat, ubi Istri nomen circa cataractas teste Strab. accipit. Istros.] *Illyricos proximos ego accipio. Principium Illyridis maritimæ, est Istria authore Strab. Est enim illius lateris hic situs. Ab Acroceraunijs mōtibus in Adriā flexus est. Hoc enim mare magno secessu littorum acceptū uastè quidē in latitudinē patet, sed longè uastius, quà penetrat, Illyricis gētibus usq; ad Tergestum cōtra Rauennā Italiæ cingitur, cætera Italicæ & Gallicæ gētes tenēt. Primū Parthim, & Dacarethæ occurrunt: deinde paulatim Encheleæ, Phæaces, mox sequuntur, quos propriè Illyricos uocāt. Tum Pyræi, & Liburni quos Lucanus simul attexit, & Istri. Græci eos Illyrios arbitrati sunt, qui supra Macedoniā, & Thraciā à Chaonibus, & Thesprotis ad Istrū usq; fluuium sedes habuêre. Longitu. terræ habet 15. dierū iter. Illyria, ab Illyrio Cadmonis filio. Vrbium prima est, Oricum, inde Dyrrachiū. Vltra sunt Apollonia, Salona, Iadera, Narona.* Stantesqu.] *hostes Opitergi-*

Testetur se uelle mori? nec plura loquuto
Viscera non unus iam dudum transigit ensis.

norū intelligit Sulpitius Galus, cū Dolobella in Illyrico littore etiam castra habueret, nisi quis uelit intelligere cū iā ab Octauio Libone circūuentū fuisse cuius rei poēta nullā fecit mentionē. Liburnos.] A Scardona diximus iā Illyriā esse, eiusq; partē Liburniā aquæ cum terra Dalmatica amplitudinis. Cæterū Illyrij, & Liburni ueteres coloni egregiæ sunt literarū monumētis celebrati, clarissimi quondā armorū gloria, q & Romanis negotiū fecerūt bellorū Punicorū temporib. Tēta regina in illis locis rerū potiente. Hodie frequētissimè à Sclauinis inhabitātur eæ terræ. Liburnorū muēta sunt, naues celeres, q̄ ab ea gēte postea Liburnicæ appellatæ fuêre. Gna c.cl.] cōtra Naronē fluuiū ostēdimus suprà Corcyrā melsulā in Adriatico, quā alij Corcyrā uocāt, cū Gnidiorū oppido fuisse ex Strab. Est enim Gnidus oppidū Cariæ in cornu peninsulæ: & Dores coloni eā peninsulā aliquādo habitarunt è Græcia profecti, & q nomē terræ dederunt. Assentior hic iudicio Micylli, qui Straboms uerbo ad Corcyrā Phæacū refert, de Chersicrate qui prognatu, ex Heraclidarū genere, expulsis Liburnis Corcyrā colonā deduxit: tū autem, quod Pōpeiana auxilia tota Græcia erāt cōtracta, inde et ex Italicis classem ualidā sexcentarū nauiū cōfecerat, ut in catalogo poēta recensuit. Tenebat passim omnia martia, maximè circa Epirū, & Liburniā, & insulas Creteas cōtra Liburniā. Cæsar enim paulò pòst è Brūdusio per medias hostiū stationes in orā Macedoniæ transmisit. Tēta.] Quod Opitergini ominati fuerāt futurum, id nūc euenisse scribit, ut ad pacis fœdus uita præmio proposita imitarētur. Est q̄ planè figmentū poēticū ob res desperatas. Damnata iā.] Mortē addicta certo moriēdi cōsilio ferox, atq; inexorabilis, quippe qui certò cōstituerant sibi inferre inter se necē. Nolli tu.] nulli noui prælij apparatus, nulli clamores, & motus hostiū ex animis paratis ad extrema humanorum, destinatū cōsiliū excutere potuerūt. Pauci.] uix mille iuuenes undiq; ab omnib. copijs oppugnabātur. Tanta est.] epiphonema in pristinaces animos ad mortē. Bello]pugna, siue pro bello nā bellū proprie est tēpus, quo bellatur ab hostibus. Poscēs iam f.] postulauit sibi inferri necē prolato retectoq; iugulo. Inuitat aliquē suorū, à quo interficiatur. q̄q; ea cæde testetur, simili cæde uelle occūbere. In pa.u.] in seipsos in hostes sæuierūt. C

Sic sem. Cad.] *duabus cōparationibus facinus illustrat, sumptis à terrigenis Cadmi, & Iasonis, quos ex serpētinis dētibus ortos fabulātur,*

Collaudat cunctos, sed eum, cui uulnera prima
Debebat, grato moriens interficit ictu.
Concurrunt alij, totumq; in partibus unis
Bellorum fecêre nefas: sic semine Cadmi
Emicuit Dircæa cohors, cecidit q; suorum
Vulneribus, dirum Thebanis fratribus omen.
Phasidos & campis insomni dente creati
Terrigenæ, missa magicis è cantibus ira,
Cognato tantos a implerunt sanguine sulcos.
Ipsaq; inexpertis quod primum fecerat herbis
Expauit Medea nefas. sic mutua pacti
Fata cadunt iuuenes, nimiumq; in nocte uirorum
Mors uirtutis habet. pariter sternuntq;, caduntq;
Vulnere letali, nec quenquam dextra fefellit,
Cùm feriat moriente manu, nec uulnus adactis
Debetur gladijs, percussum est pectore ferrum,
Et iugulis presscre b manus, cùm sorte cruenta
Fratribus incurrunt fratres, natusq; parenti.

Semine.] *quod Cadmus oraculi iussu in terra cōdiderat. Fabulā refert inter alios, Ouidius lib. Metam. 3. Cadmus à patre Agenore missus ad Europā quærēdā oraculo cōsulto iussus fuit, eam terrā occupare, in qua bos obuiā factus in herba quieti se compo suisset: in ea urbem conderet. Digressus ab oraculo in uuēcam incidit iniugem: hanc sequutus usq; in Bœotiam, ibi procubuit, & nomen dedit, ἀπὸ τῆς βοός. Hic Cadmus Ioui sacra facturus in proximam syluā ministros allaterræ sulcis, quos aratro faceret. sine mora conderet. Quo facto extemplò inde seges armatorum hominum excreuit. Territus re noua Cadmus cum ipse aduersus eos arma*

a al. complerunt.

b al. manum

tā aquā immisit, ubi sortè in specu Martium seruantem prodigiosæ magnitudinis offenderunt, qui ad urnæ in aquā demissæ sonitū expergefactus, horrendū sibilauit, & efflatu, cōplexuq; nemorum diuturnā cessatione, dum ipse quærēdo lucum peruagatur, monstrum offendit. ibi pericolosè cum serpente congressus, ad ultimum superauit. Pallas cuius cōsilio multa gerebat, hominem mouit, ut beluæ iam confectæ dentes in

heor arma expediret, ab eorum uno monitus fuit, ne se ciui
libus bellis immiscereț. Mox eorum unus aliquem è fratri-
bus ense percussit, is rursum alium, simul orta mixtim pu
gna mutuis uulneribus, præter quinq; conciderunt, qui eũ
in cõdendæ Thebis, adiuuerunt. Sed de eo paulò pòst plu-
ra dicemus. Dircæa co.] periphrasis Thebanorum fra-
trum terrigenarum, qui mutuis, ut dixi, uulneribus perie-
runt. Est autem Dirce fons Bœotiæ ut scribit Hyginus à
Direce Lyci uxore, quam Zetes, & Amphion tauro alliga-
tam trucidarunt. Corpus in monte Cytherone abiecerũt,
ex quo fons ille emanauit, qui Dircæus fuit appellatus Li
beri patris beneficio, quod ipsius Baccha fuisset, uti fabu
lantur. Paulo diuersius statim ea ipsa fabula eodem re-
fertur. Cecidit q; suorum.] Ouidius in Tertio Meta.

» Atq; ita terrigenis, inquit, rigido de fratribus unum
» Cominus ense ferit, iaculo cadit eminus ipse.
» Hic quoq; qui dederat leto, ne longius illo
» Viuit, & expirat, modo quas acceperat, auras,
» Exemplóq; patri furit omnis turba, suóq;
» Marte cadunt subiti per mutua uulnera fratres,
» Iamq; breuis uitæ spatium sortita iuuentus
» Sanguineam tepido plangebant pectore matrem,
» Quinq; superstitibus, quorum fuit unus Echion,
» Is sua iecit humi monitu Tritonidis arma,
» Fraternæq; fidem pacis petijtq; dedítq.

Dirum Theb f.] inauspicatum, & infœlix omen E-
teocli, & Polynici fratribus, qui simili casu aliquando mu
tuis uulneribus casuri essent. Etenim Eteocles, & Polyni
ces Thebaiũ cũ de regni uicibus disceptarẽt, singulari cer-
tamine ad Thebas congressi utriq; perierũt. Cadmeia ui-
ctoria inutilis in prouerbium abijt infœlix adeò etiã ipsis
uictoribus, qualis fuit illa Græcorũ, qui capta Troia, alij
alio fato infœlici interierunt. Quin & medici Cadmeiã
uictoriã uocãt, cũ ægrotus in depellẽdo morbo, intereat.
Ab horum illorũ Thebanorum fratrum interitu sumptã
translationẽ existimãt. Vel quod suo exitio Cadmei Argi
uos cũ Adrasto militãtes deuicerint: nã posteris satis pœ-
narũ dederunt. Vel quod Oedipus sphingis ænigmate so-
luto, uictoriã quidẽ à mõstro reportauit, uerũ postea im-
prudens matrem suam duxit uxorẽ: quo cognito, sibi e-
oculos. Sanè quod cũ Cadmus literis à Phœnicibus acce-
ptas, Græcis per manus tradere studeret, Limum interemit
quod is quoq; suas literas proferet. Deinde ciues illius cæ
de irritati Cadmũ exegerunt, ut ne huic quidẽ bono fue-
rit Linũ superasse. Hunc cum uxore fabulãtur in Draco-
nem mutatum, ut est apud Ouid. lib. Metamor. 4. Sed de
Cadmi aduẽtu in Græciã, & literarum inuẽtione plura su
prioribus libris annotauimus. Phasidos.] alia cõpara
tio nõ diuersa à superiori. Quemadmodum in Colchide
terrigenæ homines nati ex dentibus peruigilis Draconis
ueneficijs Medeæ simili cõcursu interierũt ita Opitergini
studio inuicẽ trucidarunt. Phasidos.] Colchidis fluuij.
Est re uera in eo tractu clarissimus omniũ Phasis, iuxta
quẽ etiã eius nominis urbs est. Sed fluuius centum & 20.
pontibus iungitur Straboni, antequã in pontũ delabatur.
Vagus multa hinc inde flumina recipit, quorum maximè
insignes amnes sunt, & nauigabiles, Glaucus, Hippus, &
Cyanæus: quamuis Ptolemæus Hippum, & Cyaneum se-
orsim in Pontum deducit, certè Valerius Flaccus undo-
sum, & uehementem Phasim facit.

» Magnus ubi aduersum spumanti Phasis in æquor
» ——Ore ruit.
» Colchorum qui rura secat ditissima Phasis.

Et suprà Lucanus

Insomni d. cre. t.] Iason trium laborũ uno beneficio Medeæ confecto, arauit igniuomis tauris agrum, in cuius sulcis uipereos dentes condidit, ut ait Ouid. qui sine mora enati in uiros armatos ueneno infecta tela in Argonautas torquere cœperunt. Medea pro Argonautis solicitus carmine auxiliari effecit, ut inter se ciuile bellum mouerent, impetu ab Iasone in ipsos conuerso. Ouidius lib. 7. Metamorph.

Terrigenæ pereunt per mutua uulnera fratres, «
Ciuilíq; cadunt acie, gratantur Achiui. «

Fabulam ad hunc modũ narrat Apollonius lib. Argonauticõ Tertio, Iasone cum Phrixi liberis accesisse Aeten Colchorum regem, postulans sibi tradi arietis uellus aureum. Indignatus rex magna & grauia illi imperat certamina, ut tauros igniuomos aratro subiungeret, seminaret Draconis dentes, è quibus nati fuerunt terrigenæ gigantes, & ut terrigenarum messem meteret. Medea quæ Iasonis amore capiebatur à Chalciope inducta huc fuit, ut liberis suis auxilium ferret. Itaq; obuiam facta Iasoni ad Hecates delubrum, tradidit illi pharmaca, ostẽditq; rationem, quo pacto messem illam gigãtum meteret. His igitur ille pharmacis usus feliciter, rebus omnibus prosperè gestis, præter spem ad Aeten rediit. Apollonius terrigenarũ cædem eodem libro, heroicè multis & elegantissimis uersibus refert. —— ὅτοι ἐπὶ γαῖαν

μητέρα πίπτον ἑοῖς ὑπὸ δήϊοι ἔνθα καὶ ἔνθα «
ἠ ἀρότης, ἅς τ' ἀνέμοιο πατάξαις λουέσσιν. «
καὶ τὰ λοιπά. «

Cæterũ, ut aliqd ueræ historiæ, de aureo uellere de tauris igniuomis, & peruigili dracone, adscribamus non inutile operæpretiũ fuerit, propterea quod ea, q̃ à poëtis tradita sint, pro uanis refellãtur. Primũ omnium, quod ad Phryxi Arietẽ attinet, sunt, qui existimẽt Phryxi Thebani pædagogũ fuisse Arietẽ, qui cũ puero in Colchidẽ profectus ab Aeta rege Dianæ fuerit immolatus, & pellis detracta in tẽplo è more suspensa: simul & Phryxus Gambro Scytharũ regi dono datus fuit. Cui tũ flore ætatis, tũ indole cõciliatus regni hæres fuit relictus. Interea Aeta (quẽ nõnulli Oetã uocant) oraculo monitus fuit fore aliquãdo, ut sublato spolio è sacro luco audacissimi hospitis manu interficeretur. Territus rex responso pellẽ inaurari iussam, quo diligẽtius asseruaretur, in tẽplum intulit. Hic custodes uarios, et sacerdotes cõstituit peruigiles, qui perpetua statione fatalẽ illã pellẽ ab omni iniuria tuerentur. Est huic diuersa opinio, arietẽ pecus fuisse sub aduentum Phryxi in Colchidẽ ab Aeta mactatũ, ac pellẽ quã hostiæ detraxerat, inaurari, custodiríq; diligenter imperasse, quod fatalẽ sibi eã cognouisset: templo accuratè munito. Et ut exteræ gentes procul inde arcerẽtur, rumores spargi iussit, hospites in Colchide regis iussu mactari. Ex Taurica regione acciuit fortissimos uiros, qui custodiæ adhibebantur: quibus cũ truci esset ingenio, uimq; & robur spirarẽt, tauri igniuomi à poëtis dicti fuerunt: idẽ de Dracone fabulati sunt, quo nomine dictus creditur custos templi. Cõstat Iasoni à rege magnũ certamẽ fuisse propositũ, & alijs, anteq; ex sacrato luco auferrẽt: quicquid illud fuit, siue pellis fatalis, siue auri uis ingens, id Medea conciliata Iasoni opera sua discussit. Medea.] Perses, & Oetas fratres fuerũt, quorũ hic in Põto, ille in Taurica regnarit, uterq; truci, ac tyrannico ingenio. Ex Perse Hecate prognata est, nõ minori, q̃ pater sæuitia, ac feritate. Virgo adhuc eos, quos uoluit, sagittis solita fuit trãsfigere, sed in ueneficijs, & cõficiendis uenenis lõgè maximũ illi fuit studiũ. Eius inuentũ fuisse aconitum

isse aconitum tradunt quidã, eiusq; uim in hospitibus experiri cõsueuit: quibus artibus breui patrẽ sustulit: cuius morte regnũ Tauricæ adeptæ tẽplum Dianæ erexit, ad cuius arã ut Hospites terra marí ue aduecti mactarẽtur instituit. Nupsit patruo Oetæ, cui Circen, Medeã, & Egialeũ enixa fuit. Circe maternis artibus imbuta, herbariã, ac uenena tractauit. Quæ et ipsa sua industria aliqua inuenit. Hæc Sarmatarũ regi nupsit. Quo magicis artibus sublato, regno polita fuit. Sed breui propter immanẽ crudelitatẽ in subiectas gẽtes regno expulsa fuit, tenuitq; cũ modico mulierũ comitatu insulã quandam desertã in Oceano. Plures tamẽ tradũt eã in Italiã uenisse, et in Latij promõtorio cõsedisse: tum uerò insula fuit, à qua Circeiorũ nomẽ adepta est. Porrò Medea & ipsa, magicis artibus opera dedit, sed ingenio fuit mitiore quã mater, aut soror. Nam hospites à patre cædi destinatos eripere solebat, ut Iasonem, & eius socios Argonautas. Sed quibus fatis, & quàm uarijs casibus post fugam ex Colchide cum Iasone iactata fuit, huius instituti nõ est hic referre. Sed illud obiter addatur, Circen Oetæ sororẽ fuisse quosdã contendere & utrunq; Solis filios, id quod Maro ciã affirmat. Sic narũ Cadmi, & Iasonis interierunt. Prestere m.] ipsi se mutua.] mutuã cædã inter se studio pacti, exẽplo terrige rentium in liberos, quod miserabile & dictu, & uisu fuit.

Haud trepidan.] *Simulacrum cædis admiscendo affectus subijcit, idq; multis uerbis, ut qui transitionem parat ad nouam narrationem.*

Haud trepidante tamen toto cum põdere dextra
Exegere enses, pietas ferientibus una,
a Non repetisse fuit. iam latis uiscera laxa
Semianimes traxere foris, multumq; cruoris
Infudere mari: despectam cernere lucem,
Victoresq; suos uultu spectare superbo,
Et mortem sentire iuuat. iam strage cruenta
Consp icitur cumulata ratis, hostisq; remittunt
Corpora uictores, ducibus mirantibus ulli
Esse ducem tanti. Nullam maiore loquuta est
Ore ratem totum discurrens fama per orbem.
Non tamen ignauæ posthæc exempla uirorum
Percipient gentes, quàm sit non ardua uirtus
Seruitium fugisse manu sed regna timentur
Ob ferrum, & sæuis libertas uritur armis.
Ignoratq; datos ne quisquam seruiat, enses,
Mors utinam pauidos uitæ subducere nolles,
Sed uirtus te sola daret.——

a al. Nec.

Non repe.] *Pietatis loco fuit ductum, uno ictu interfecisse, non uerò ingeminasse ictus, quo acerbior fuisset alioqui mors.*

Latis foris.] *id est, per latos, & spatiosos ratis foros uiscera cadentium soluta distraxerunt.* Vultu sup.] *feroci, ac truculento uultu aspicere, ut ostentarent se nõ uictos ab hostibus esse, qui uictores uideri nolebant.* Iam strage c.] *pathos à tristi, ac miserabili rerum facie in naui, quæ cadaueribus cæsorum referta erat.* Bustisq; re.] *peracta iam mutua cæde, ut nullus Opitergimorum superesset, cum admiratione suorum centurionum ac ducum corpora sepeliendi, auferri iusserunt, id quod in hostibus aliquam pietatis speciem præ se tulit.* Esse ducem t.] *quod ullus mortalium tanti faceret suum principem, ut pro eo sibi malit mortem accersere quàm in uictoris potestatem saluus cõcedere, & quidẽ concessa uenia.* Non tamen ig.] *Clausula totius narrationis, qua exclamat in memorabile facinus Opitergimorũ, quod ab omnibus gentibus nõ omnino ignauis toto orbe celebrabitur, ut uel ex hoc exemplo intelligãt, nõ difficile esse effugere seruitutẽ ferro proprio, id quod laudatius ducit, quàm seruire, præcipuè tyrãnis, à quibus leges, libertatis q; iura opprimuntur. Satius esse, ut uel se, uel tyrannos tollerent è medio præsentes mortẽ ob oculos propositã quàm illorum tyrãnidem perferre. Perstringit obliquè haud dubiè Neronem hominem ad dedecus, & omnem sæuitiam nati: qui in omni uita nihil præstitit laudabile, ni si quod meritum supplicium reformidans, sibi satis ignauè manũ intulit, si modo illud laudabile dicendũ sit.*

Britannicũ ex Claudio, & Messalina genitum ueneno sustulit, matrẽ trucidauit, ac præter domestica parricidia, præceptorem suum Annæum Senecã interfecit, & nostrũ Lucanum, ei propter tyrannicum ingenium semper infestium. Sed rec.t.] *Causa cur nemo uelit tyrannum occidere, propter potentiã, uim, & satellites, quos corporum suorum custodes circum se armatos aduersus tales casus c trahunt.* Vritur ar.] *opprimitur libertas ab armatis.*

Non segnior.] *Ad Africanas res, à Curione infœliciter gestas, trãsit. Incidit hæc Curionis expeditio ijsdem temporibus, quibus Cæsar, Massilien sibus data uenia, & duabus legionibus ad urbis præsidium relictis, ipse cum cæteris copijs in Italiam proficisceretur. Curio cũ duabus legionibus è Sicilia in Africã delatus, pari copiarũ numero in insula relicto, primo appulsu locũ circa Vticam occupauit. P. Varrus q Africæ præerat, & ipse circa urbẽ castra posuit. Curio hic paucis diebus auxiliares equitum alas, quas Iuba rex Varro auxilio miserat, semel atque iterum fudit. Quo successu, militari fauore imperator fuit salutatus, cũ alioqui de more imperator appellaretur, cuius ductu, & auspicijs*

Datos ens.] *datos gladios, ad libertatẽ uindicandã à seruitute, cũ diuersum fiat: illis enim abutuntur ad opprimendam libertatem, leges, & omnia patria iura, & quantum est bonorum hominum, quorum uirtutes ipsis sunt formidabiles.* Mors.] *auersione ad mortem absoluit clausulam. Optat ignauos, & ac timidos posse consenescere sed fortes uiros præclaris facinoribus solos mortem oppetere.*

——Non segnior illo
Martẽ fuit, qui tunc Libycis exarsit in aruis.
Nanq; rates audax Lilybæo littore soluit
Curio, nec forti uelis Aquilone recepto
Inter semirutas magnæ Carthaginis arces,
Et Clupeam tenuit, stationis littora notæ.
Prunaq; castra locat cano procul æquore, quà se
Bragada lentus agit siccæ sulcator arenæ.
Inde petit tumulos, exesasq; undiq; rupes,
Antæi quæ regna uocat non uana uetustas.

& auſpicijs X.M. hoſtium cæſa fuiſſent. Priuatæ intercedebant Curioni cum Iuba rege inimicitiæ, quod Tri. Pl. legem promulgarat, de eijs regno in Publicũ redigendo: & ſub initium belli ciuilis opera Cn. Pompei ſocius, & amicus P.R. à ſenatu fuerat appellatus. Non ſegnior.] non minus atrox bellum, quàm quod in Adriatico, exarſit in Libya inter Curionem, & Varrum, cui Iuba auxilia ſubminiſtrabat. Nanq; rates.] deſcribit promontorium Siciliæ, unde temerè ſoluit Curio, cur etiam eum audacẽ uocarat, quaſi temerarium, & qui parum circumſpectè res gereret. Lilybæo.] Siculo promonto. Lilybæo. Panditur Sicilia cõtra agrum Brutium, qua parte creditur aliquãdo Italia continens fuiſſe, ac poſtea terræmotibus auulſa, & fretum illud, quod 7 ſtadiorum ſpacio interluit, admiſſum fuiſſe. Triquetra eius forma eſt, unde & Trinacria, Græcè τριγωνία, dicitur. Latera finiunt tria promontoria, quorũ illud, quod Regium Italiæ ſpectat, Pelorum dicitur: quod Græciã, Pachinum: quod Africam Lilybæũ uocant à Lilybæo circa eam regionem, urbe nõ obſcura. Eſt ea enim urbs in ipſo promontorio, ad Aphricum uentum obuerſum, ubi cõfinium eſt Siculi, & Sardoi pelagi. Ex eo loco breuiſſimus curſus eſt in Libyã CXXVII. M. paſſuum à Carthagine. Varro tradit, id quod mirum eſt, ex hoc promontorio quendã Strabonem ſolitũ naues proſpicere, q̃ ex portu Carthaginẽſi ſoluerẽt ut etiã numerũ ædoceret. Hinc in Africã profecturus Curio oram ſoluit.

Nec for. aquil.] indicat ſecundũ uentũ, & eum quidẽ temperatũ ac lenem ſpiraſſe, Aquilo Græcè Boreas dictus putatur ἀπὸ τῆς βορᾶς, à boatu, quod uiolenter flet, & ſit ſonorus. Venit ab æſtiua ſeu ſolſtitiali orientis meta Gello: hoc uento nimis quã ſecundus curſus in Africam eſt.

Inter ſemi.] Erat tum Carthago ab excidio tertij belli Punici modicè reſtituta, hinc ſemirutas uocat, & magnã Carthaginem; ob nominis celebritatem, potentiã, atq; opes, quondã pollentiſſimas tota Africa, tum tenuer. Plubyam miſſum, & lupi incurſu metas turbatas fuiſſe. Appian. tradit Fuluium Flaccum, ad eam coloniam deducendam nauigaſſe. Et Clupeam.] Tranſportabat, ut dixi, quatuor, legiones, quas à Cæſare acceperat, & quingentos equites. Tribus diebus, ac noctibus totidem cõſumptis nauigãdo, ad eũ locũ appulit, qui aquilaria uocatur à Clupeis XXII. M. paſſuũ. Conſtat Africã à Gadita freto incipere, & finire Aegypto. ab Aquilone mediterraneo cõtinẽtã: ubi prouinciæ ſunt, Tingẽtana, & Cæſarienſis Mauritaniæ, q̃ Numidia, Libya, Cyrenaica Pentapolis, Marinarica, & Mareotis Libya appellatur, cui cõterminа eſt, Aegyptus. Ab Ampſaga flumine uerſus Mauritaniã Numidia eſt, Maſiniſſæ nomine clara. Ab Ampſaga uerſus ortũ, in tractu littoris ſunt oppida in primis clara, Oea, Leptis, Taphra, Neapolis, Leptis altera, cognomẽto Magna mortẽ, Tapſus, Clupea, Zania, Vtica patria, & ad Cinypẽ flu. Catonis decantata. Inter Vticam, & Carthaginem Bragada fluuius in mediterraneũ excurrit: Carthaginem, inquam, à Phœnicibus conditã, quã dixi floreniſſimã omniũ Africæ urbiũ fuiſſe, quæ nõ Africæ ſolum magnæ parti, uerũetiam oræ Hiſpanicæ, quæ à freto Gaditano ad Pyrenæũ maritima decurrit, latiſſimè imperauit: urbes condidit, & colonias deduxit. Hæc à Scipione Aemiliano capta fuit tertio bello Punico, & exciſa incẽdio 17. dierũ continuo, quã murus CCC. & LX. ſtadiorũ ambitudinis complexus fuerat: in cuius medio arx erat Byrſa. Refloruit poſteris ſæculis intra ipſa dirutæ urbis ueſtigia, & noua emicuit principũ Ro. beneficio. Primus Auguſtus tũ ſitu loci captus, tũ ueteris cladis urbis miſertus, eò coloniã deduxit, miſſis ueteranis militibus. Ex quo ita florere cœpit, ut nulli urbiũ in eo tractu ceſſerit. Tulit urbi opem Adrianus Imper. à quo Adrianopolis dicta fuit. Cõmodus item fauit, quã mutato nomine Alexandriã Cõmodianã dici uoluit. Cæterũ recẽtibus nominibus exploſis, uetus nomẽ Carthaginis rurſum tãdem ſibi uẽdicauit, multis ſæculis fida imperio R. donec à Vandalis primũ anno CCCC. XLIII. capta fuit, deinde iterũ à Perſis ſub Heraclio afflicta, & anno D.C. VIII. à Sarracenis ex Arabijs effuſis cũ reliqua propemodũ tota maritima regione, occupata fuit. Sed ad rẽ. Et Clu.] A Tuſca, Zengitana regio eſt, & quæ propriè uocetur Africa. Tria in eo tractu maritimo promõtoria ſunt: Candidum: mox Apollinis aduerſum Sardiniæ: tertiũ Mercurij cõtra Siciliã, in quo liberũ oppidũ Clupea eſt, quæ Ptolemæo Hermea dicitur.

Littora. ſta. no.] quod à Mercatorib. R. uel frequẽtarentur, uel quod Punicis, ac ciuilibus bellis ſæpe luſtrata fuiſſent. Cæterùm promõtoria illa ita in altũ excurrũt, ut duos efficiant ſinus: Hipponẽſem, ab oppido Hippone. In altero ſinu, Vtica eſt, cũ flumine Bragada, cuius mẽtionẽ attexit poẽta. In promõtorio Mercurij oſtẽdimus Clupeã eſſe. Hoc promõtorium, cũ Scipio ſuperior Africanus nõ plus V.M. paſſ ab Africa in traiectu, ex Sicilia abeſſet. T. Poſthumius gubernator ſe cernere dixit. Sed uerba Liuij adſcribã. Iam terrã, inquit, cernebãt. Haud ita multò pòſt T. Poſthumius gubernator Scipioni ait, nõ plus V.M. paſſ. Africã abeſſe: Mercurij promõtorium ſe cernere: ſi iubeat eò dirigi, iã in portu fore omnẽ claſſem. Hæc Liu. In Clupea, ut in terra Galatæ, ſcorpiones necãtur, teſte Plin. lib. 35. cap. 19. Ex Galata, inquit, inſula, & circa Clupeã Africæ, ſcorpiones necat, & Baleares, & Ebuſitana regio, ſerpẽtes. Quã ſe Bra.] Hunc amnẽ diximus inter Carthaginẽ, & Vticã in mediterraneum deſcẽdere. Ad hunc primo bello Punico Attilius Regulus oſtium caſtris potitus, cùm fortè cõſediſſet, ſerpentẽ muſitatæ magnitudinis ueluti molẽ grauiſsimã baliſtis, & catapultis expugnauit: cuius exuuiæ fuiſſe traduntur CXX. pedum longitudine: quæ unà cum maxillis Romæ pepẽderunt in publico uſq; ad bellum Numãtinum. Oritur ex Atlante mõte, & non procul ab Vtica, & caſtris Cornelijs mare intrat. Curio Martium Vticã præmiſit cum nauibus, & ipſe eodẽ cũ exercitu profectus fuit, ac bidui iter progreſſus, ad flumen Bragadã. C. Caninio Rebilio legato cum legionibus relictis, ipſe cũ equitatu anteceſſit ad caſtra Corneliana explorãda, quod is locus caſtris peridoneus haberetur. Id autẽ iugũ directum eſt, eminẽs in mare, utrinq; præruptum, atq; aſperum. ſed paulo leniore faſtigio, qua ad Vticã uergit. Abeſt ab Vtica directo itinere, paulo amplius paſſus mille. Antæi quæ u.] Fabulãtur Antæum hunc è terra prognatũ, qua tacta robuſtior ſubinde ſurgebat. Ad hunc Hercules proterendum in Libyã miſſus fuit. Solebat hoſpites ſuos palæſtra ſuperatos mactare. Ab Hercule victus cum ſimulato caſu cùm ſubindi terram contingeret, ualidior ſubinde Herculem adoriebatur. Quo animaduerſo Hercules ita hominem cõplexus medium tenuit, ut manibus, ac pedibus uinctis, cùm terram amplius cõtingere nõ ualeret, eum ſtrangulauit. Iuuenalis Satyra tertia.

« Et longum inualidi collum ceruicibus æquat
« Herculis Antæum procul à tellure tenentis.

Fulgentius

Fulgentius rationem huius fabulæ reddit.

Antæi.] *digrediuur ab historica narratione in fabulã Antæi. Huius regnum fuit in Tingitania. Est autem Tingitania prouincia ultra columnas Herculis in Mauritania, cuius extimum promontorium, Ampelusia uocatur à Græcis, ab Afris aliter dicitur quidem, sed uocabulo idem significante. Inde Abila, & promontoria, à similitudine, quæ Septem fratres appellantur. Eius oræ finis est Mulucha ut exordium Ampelusiæ. In hoc promontorio specus est, Herculi sacer, & ultra specum oppidum peruetus Tinge (Tingi Plinio, alijs Tingenna) ab Antæo conditum postea à Claudio Cæsare cùm coloniam faceret, appellatũ, Traducta Iulia. Extat rei signum parma Elephantino tergore exacto ingens, & ob magnitudinem nulli nunc usuro habilis, quam locorum accolæ Antæum gestasse affirmant. Plutarchus grauissimus author tradit Tingennam Antæi fuisse uxorem, quæ post mariti interitum ex Hercule fuit Syphacem enixa, qui regnum in ea terra sortitus, urbem unde matris nomine Tingennam condidit. Syphax Diodorum genuit, unde postea longa Aenimatis serie ortus fuit Iuba regum omnium præstantissimus. Cùm Sertorius Tingennam urbem, quo Aschalius cum fratribus confugerat, expugnasset, Antæi sepulchri magnitudine commotus, ad arguendam uulgi uanitatem, id dirui iussit. Ferunt ibi cadauer inuentum LXX. cubitorum: cuius tibia LX. cubitos longa fuit, quod ille intuitus, tectus religione conditorium instauauit, & honores. & famem auxit. Cùm itaq; Curio sub primum in Africam appulsum Cornelia castra circa Uticam cepisset, & accepisset, Varum Africæ præfectum à Cæsare alienatum, & Iubam non solum ei auxilia submisisse, sed etiam cum magnis copijs aduentare, demiror poëtam, indecorè cum tam otiosum ad Antæi sepulchrum, quod in Tingitania erat, quæ extima Mauritaniæ pars est, traducere, quæ loca Iuba Mauritaniæ, & Numidiæ rex Cæsaris hostis latè armatis præsidijs muniuerat, ut prorsus illò penetrare non potuerit. Sed uoluit, sed indecorè, in historiam Antæi, cùm in Libya esset, uel delectandi causſa, uel ampliscandæ narrationis gratia, digredi.* Petit tumulos ex.] *Talis erat locus, quæ Cornelia castra dicebantur, ut modo ostendi. Id autem iugum, inquit Cæsar, est directum, eminens in mare, utraque ex parte præruptum atque asperum, sed paulo leniori fastigio, ab ea parte, quæ ad Uticam uergit. Videtur Lucanus intuere illum tumulum antiquitus regnum Antæi appellatum fuisse, quod prorsus uerisimile non est, ut ne quid dicam absurdum. cum Tingitania fuisset, ubi Herculei laborum suorum in extrema Libya metam posuit, & Antæum interfecit. Et cùm Tingentaniæ longitudo & latitud sit, 6. 30. 35. 5. Uticæ uerò, 32. 0. 32. 45. distantia regionis facile æstimari possit.*

Nondum post genitos.] *Comparationibus aliorum gigantum, quorum partim à poëtis, partim ab historicis celebrantur, Antæi prodigiosam magnitudinem & uiolentiam amplificat.*

Libyc. an. in Libya.

Typhon.] *Hunc eundem, quidam & Typhœa esse contendunt. Fabulantur hunc Titani, & Terræ filium fuisse, qui à Ioue ad pugnam prouocato fulmine percussus in Inarimẽ insulam deiectus fuerit. Huius descriptio extat apud Hesiodum in Theogonia.*

" αὐτὰρ ἐπεὶ ἴτυνας ἀπ' ὄρανῦ ἐξέλασεν Ζεύς,
" ὁπλοτατον τέκε Γαῖα τυφωέα γαίῃ ἐπελθόν,
" ταρτάρῳ ἐν φιλότητι διὰ χρυσὴν Ἀφροδίτην.
" ὑ χεῖρες μ' ἔκοσεν ἐπ' ἰσχύι ἔργματ' ἔχουσαι,
" καὶ πόδες ἀκαμάτοι ὑπερήνορος θεοῦ. Ἀτὰρ δὲ οἱ ὤμων
" ἦν ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφεως δεινοῖο δράκοντος.
" γλωσσῆσι δυσφερέσι λελιχότες, ἐν δέ οἱ ὄσσων
" θεσπεσίοις κεφαλῆσιν ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμάρυσσε.
" πασσῶν δ' ἐν κεφαλέων πῦρ παίετο δερκομένοιο,
" φωναὶ δ' ἐν πάσῃσιν ἔσαν δεινῆς κεφαλῆσι
" παντοίην ὄπ' ἰέσαι ἀθέσφατον· ἄλλοτε μὲν γὰρ
" φθέγγοντ' ὥστε θεοῖσι συνιέμεν, ἄλλοτε δ' αὖτε,
" ταύρου ἐριβρύχεω μένος ἄσχετον ἠδὲ λέοντος.
" ἄλλοτε δ' αὖτε λέοντε, ἀνωίστιά θυμὸν ἔχοντε,
" ἄλλοτε δ' αὖ σκυλάκεσσιν ἐοικότα θαυμάτ' ἀκοῦσαι.
" ἄλλοτε δ' αὖ ῥοίζεσκε, ὑπὸ δ' ἄχεεν ὄρεα μακρά.

id est

" *Verum ubi Titanas cœlo turbasset ab alto*
" *Iuppiter, hinc genuit mox alma Typhœa Tellus*

Nominis antiqui cupientem noscere causſas,
Cognita per multos docuit rudis incola patres.
Nondum post genitos tellus effœta gigantes.
Terribilem Libycis partum concepit in antris.
a Nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon,
Aut b Tityus, Briareusq; ferox, cœlo'q; pepercit,
Quòd non Phlegræis Antæum sustulit aruis.
Hoc quoq; tam uastas cumulauit munere uires
Terra sui fœtus, quod cùm retigere parentem
Iam defecta uigent renouato robore membra.

a al. Non
b al. Tityos.

" *Postremum ex Erebo, haud Veneris sine numina Diuæ:*
" *Cui palmæ ad quir mirãda negotia duro*
" *Robore erãt, prõptiq́ue pedes centum. capita altis*
" *Ex humeris sæui surgebant torua draconis.*
" *Ora subin linguis lambentia sæua trisulcis,*
" *Igne coruscabant cilijs sub lumina tetris.*
" *Omniq; quodq; caput flammam spirabat, & ignem.*
" *Horrendumq; dabant fremitum: sæpe ore tonabant,*
" *Numinibus magnis simul ut se emittere uisa.*
" *Interdum ingenti tauri mugere boatu,*
" *Interdum fremitum sæui dare uisa leonis,*
" *Interdumq; canum latrantum iterum edere uocem.*
" *Rursus & horrendum sonitum à radicibus imis*
" *Mittebant montes umbrosi.*

Et quidem, inquit Hesiodus, nefarium facinus perpetratum foret, imperasset q; hic diuis immortalibus, nisi impietate hominis animaduersa maturè, horrendum intonuisset: terra infrà, cœlum suprà, & eum his maria, Oceanus fluctus, adeoq; tartara ipsa terribilem sonitum edidissent. Post acerrimum omnium elementorum conflictum, fulmine à Ioue ambustus fuit, & ad inferos præcipitatus. Præcipitem indignans illum sub tartara misit. Hesychius hunc deum aliquem fuisse, ait, terra progenitum, qui cum Ioue pugnarit. τυφωεύς, θεός τις, γηγενὴς ἐναντιωθεὶς τῷ βασιλεῖ τῶν θεῶν. Deducitur, τυφὼς, & τυφωεὺς, à τίφεσθαι. quod fumum euaporare significat. & Typhon eminem uenium uehemẽter. Finda-

" *Postremum ex Erebo, haud Veneris sine numine Diuæ*
" *Cui palmæ ad quir mirãda negotia duro*
" *Robore erãt, prõptiq́ue pedes centum. capita altis*
" *Ex humeris sæui surgebant torua draconis.*
" *Ora subin linguis lambentia sæua trisulcis,*
" *Igne coruscabant cilijs sub lumina tetris.*
" *Omniq; quodq; caput flammam spirabat, & ignem.*
" *Horrendumq; dabant fremitum: sæpe ore tonabant,*
" *Numinibus magnis simul ut se emittere uisa.*
" *Interdum ingenti tauri mugere boatu,*
" *Interdum fremitum sæui dare uisa leonis,*
" *Interdumq; canum latrantum iterum edere uocem.*
" *Rursus & horrendum sonitum à radicibus imis*
" *Mittebant montes umbrosi.*

Centimanum,—

Hunc Hesiodus Terræ, & Cœli filiũ fuisse scribit ac duos habuisse fratres, Cottũ, & Gygen: quibus centenæ fuerint manus, ac singulis capita 50. robur ingens, quale nulle fuerit eorum, qui è cœlo & terra prognati fuerunt. Alij ferunt hunc Neptuni filium, ac de eo huiusmodi fabulã tradunt. Iuppiter suscepto regni cœlestis gubernaculo, nimis quam usus fuit sua libertate in imperando, multa contumaciter, & præfracto spiritu gerens. Cùm autem Neptunus, Iuno, Apollo, & Minerua coniurassent, ut eum in uincula conijcerent, pariter & in ordinem redigerent. Thetis ibi ex patre Nereo cognouit (erat enim uates) insidias et Deorum coniurationem aduersus Iouem, maturauit accedere eum adduxitq; Briareum formidabilem insidiatoribus Dijs. Erat autem hic marmus genius & patrem suum Neptunum præmo interceperat Porrò Iuppiter re comperta ex Thetide, Iunonem uinculis suspendit demissam è cœlo: Neptuno, & Apollini seruitutem illam, siue clientelã potius Laomedontis decreuit. Inuicem Thetidi Achillis debitũ honorẽ addixit, eum, qui postea fuit insequutus. Huius fabulæ autor est Didymus: & enarrator Iliados Homericæ lib. primo refert eãdem totidem fermè uerbis. βριαρεύς παρὰ τὸ βριαρός, βαρὺς, καὶ βιερός, ἄγριος, στερεός. id est fortis, agrestis, durus, asper, terribilis, tetricus. Quod non Phleg.] Phlegræi campi intra Cumas, & Neapolim sunt, ita nominati ab authoribus à uetustissima Vesuuij montis conflagratione, non multũ dissimili ab Aethnæa. In his cãpit, cùm Hercules illac expeditionem faceret, genus hominum ferox nactus fuit. Hos uel quia proceriore erant statura, q̃ cæteri mortales, ac maiore corporis mole, uel ob scelera, & graues iniurias, quib. finitimos accolas premerent, Gigãtes uetustas appellauit. Hic cum ad eius accessum prohibendum ad pugnam instructi occurrerent, uno prælio, atq; eo quidem perdifficili uicti, atq; ad unum propè omnes deleti fuerunt. Atq; hi campi Phlegræi intra Cumas iacẽt, ut dixi, & Neapolim in Italia. Huius Phlegræi campi etiam Plin meminit. lib. 18 cap. 21. et li. 3 cap 5 Postq; inquit, Phlegræi cãpi. Acherusia palus Cumis uicina. Alioqui Phlegra oppidũ Macedoniæ est, eidẽ Plin. lib. 4. cap. 10. Sed Suidas φλεγραῖον πεδίον θεσσαλίας, uocat, eiatq; Aristophanicũ illud. ἴσασι γὰρ τὸν γηγενῆ ἐλάσαι ποτ' ἐν πεδίοις καθυπερφυῆ στρατόν. ubi dij terrigenas gigãtes suis sagittis cõfecerunt. In his uolũt Gigantes montes mõtibus superimpositos cumulasse, atq; ita ascẽsu in cœlũ parato. Iouẽ regno suo exturbare uoluisse Pallene.] Cherronesus siue Thracia, in cuius Isthmo Potidæa erat nũc Cassandria, ait Stra. Phlegra antea dicta, quã habitabãt Gigãtes, impiũ hominũ genus, quos Hercules deleuit. Simili fato indicat poëta Antæũ manib. Alcidæ periturũ. Ab his terrigenis diuersum genus fuit Phlegyarum, quos non arbitror poëtã hic significare, ipsos uiolentos, et iniurios. Iam uerò & sustulit dixit, pro genuit, aut edidit.

Hoc quoq.] Hoc beneficio Terra uires filij sui Antæi cumulatè auxit ut debilitatæ, ac iam pugnando fessæ, & fractæ, tacta tellure, pristinum robur cum fœnore (ut sic dicam) reciperent. Et tamen, ut ostendi, excogitata arte, ab Hercule superatus fuit.

eum uocant, ἐκ τοῦ γένεσθαι ὅμβριμον. Aeschyl. de eodem. λευκᾶσι γὰρ φυλάσσει συρίζων φόνον, ἐμμανὲς πρὸς κέρας ἐρέπτης γοργωπόν. Allego: fabulam reddit enarrator Lycoph. prolixius, quã ut hic adscribatur. Huius filius dicitur fuisse draco ille immanis, & peruigil, qui mala aurea Hesperidum in extrema Africæ ora ad montem Atlantem seruasse traditur, quem Hercules cõfecit. Et Cerberus item triceps, qui ab eodem Hercule raptus, & ab inferis abductus fuit. Ad huius Typhonis conspectum fabulatur Ouidius Venerem in piscem mutatam. Aut Tityus.] Hunc fabulantur Iouis & Elearæ filium fuisse, qui Latonæ uitta corruptæ cùm statuam haud quaquã ferendã rati, hominẽ sagittis confecerunt. Nunc apud inferos ita pœnas dat, ut epati in sinum corripuisse, & ob id puniri. Homerus tamen, & alij poëtæ eum sequuti tradunt, hunc per nouẽ iugera ita exporrectum, ut iecur eius à duobus uulturibus ita assiduò arrodatur, ut absumatur nunquam. Tibullus,

Porrectáq; nouem Tityus per iugera terræ
Assiduas atro sanguine pascit aues.

Homerus Odyss. 11.

καὶ Τιτυὸν Γαίης ἐρικυδέος υἱὸν ἰδοίμην
κείμενον ἐν Διὸς ἐμβόλῳ· ὃς δὲ τὸν ἐννέα κεῖτο πέλεθρα
γῦπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἧπαρ ἔδοντε
δίχθα δουρομένω· ὃ δ' οὐκ ἀπαμύνεται χερσί.
καὶ γὰρ ἔλυσε δίης νυμφεύσατο παλλακίδα τὴν
καλὴν Λητὼ ἰοῦσαν ἐπὶ Πυθῶνα κατ' ἀγκώνας.

De Tityo Lucretius libro tertio.

Qui non sola nouem dispersi iugera membris
Obtineat, sed qui terra est totius orbem.
Nec tamen æternum potuit perferre dolorem,
Nec præbere cibum proprio de corpore semper:
Sed Tityos nobis hic est, in amore iacentem
Quem uolucres lacerant atq; exest anxius angor,
Aut aliæ quæuis scindunt torpedine curæ.

Antiqui hunc Tityi uulturem, immortale iecur lacerantem interpretabantur, conscientiæ torméta, rimantis interiora uiscera, flagitijs obnoxia, adeoq; ipsa uitalia perpetua solicitudine, ac recordatione perpetratorũ scelerum laniantis. Tum autem & quæ curas anxias excitet assiduo, ut quieti nullus relinquatur locus: Inhæret ea in fœlicitas fibris subinde renascentibus, ut se iudice ab illis nequeat. Alij Lucretium sequuti fœlã amoris libidinem interpretantur. Amorem physici in iecore positum esse affirmant: ut iram in felle: uisum in splene, Exesum iecur renasci in pœnam. quid aliud sibi uult, quàm quod libido nũquam exaturetur, sed recrudescat semper? Hinc Horat: iecur uocat, Tityi incontinentis. Briareusq.] Homerus Iliad primo canit hunc Gigãtem Briareum à dijs, ab hominibus uerò, Ægeonem dictũ fuisse, ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί, Αἰγαίων δέ τε πάντες ἀνήρ ὅ γε πατρὸς ἀρείων. Briarei nomẽ Homerus ad deos refert posterius ad homines, & eundem centimanum appellat. hoc est, ἑκατόγχειρα, libro eodem, & loco,

ὃν ῥ' ἑκατόγχειρον καλέσασ' ὀνόμαζε θεὰ περ
id est, Illicet in magnum Thetis accersiuit olympum

Hæc illi spelunca domus.] ut hæc sint urba incolæ alicuius monstrantis Curioni, aut alij cuipiã, ac singula ob oculos

Hæc illi spelunca domus: latuisse sub alta
Rupe ferunt, epulas raptos habuisse Leones.
Ad somnos non terga feræ præbere cubile

Assuerunt, non sylua torum, uiresq; resumpsit
In nuda tellure iacens. Periere coloni
Aruorum Libyes: pereunt, quos appulit æquor:
Auxilioq; diu uirtus non usa cadendi
Terræ spernit opes, inuictus robore cunctis
Quamuis staret, erat tandem uulgata cruenti
Fama mali, terras monstris, æquorq; leuantem
Magnanimum Alciden Libycas exciuit in oras.

intuenti narrantit. A' loco, quē incoluit Anteus. Epulas tor.] à uictu, & cibo, quo uixit. locus ab educatione. Nam ut locus, & solū natale, ita & uictus in moribus, & corporis qualitate inolescenda maximum habent momentum. Vt is, qui humano lacte nutritur, & mansuetorū animantiū carnibus per omnē uitā uictitat, mansuetū uitæ cultū induit, ita qui ferinis assiduo pascitur, in ferinā naturā adolescit. In moribus inolescendis, magnam ferè partem nutricis ingenium, & natura lactis tenet, quæ infusa tenero & mista parentum semini ad huc recenti, ex gemina concretione unam indolem fingit. Hæc, & alia, quæ statim sequuntur, non in hominibus solum, sed in pecudibus etiam animaduersa sunt: ut si ouiū lacte hœdi, aut caprarum, agni alantur, in his lanam duriorem, in illis uerò teneriorem enasci constat. Ad eandem rationem, non mirum Antæi ingenium beluinum fuisse, ac syluestre, quippe qui leoninis uescereturquibus leoninas uires, ac rabiem simul induit. Epulas, hoc est, cibum leones uocat, quos, quibus erat uiribus, quotidie capiebat in uictum. Ad somnos.] Non quiescebat in pellibus ferarum, nec in frondibus arborum, nec in tergoribus ullorum animalium, quæ aliquid commoditatis corporibus adferunt, sed in nuda humo cubare consuerit. Χαμαὶ. Vnde ἡ χαμεύνια. Cubile.] stratū, in quo cubaret, sed in nuda tellure, à qua robur manis, atq; mains cōcipiebat semper. Periere c.] à rebus gestis ipsius Antæi, qui non solū hospites trucidabat, sed etiā in miseros rusticos, & qui è mari in uicinum, atq; adiacens littus ēiciebantur, aut appellerent, sæuiebat. Tāta erat huius gētis immanitas. Pereunt.] relatio eiusdem uerbi plusculū adfert uenustatis. Auxilioq.] horum uerborū hic sensus est. Quamuis Antæus diu terræ ope tāgendo non usus fuerat, ut nunc sat robustus sibi uisus eius auxilium cōtemneret, tamen fama tandem mōstrum hominis orbi notū redidit, ut ea tādem ad Herculem omniū malorum domitorem dimanarit.

Terras mo.] Nam Euristhæi iussa ad 12. monstra conficienda, alia post alia missus fuit Hercules qui eius duodecim labores dicti fuēre: ut inde Herculei labores etiam in prouerbium abierint, de ingentibus uiribus, & plurimis quiq; uires desiderent Herculanas. Sed te quærere iam Herculis labos sit, inquit Catullus.

Et Propertius.

Deinde ubi pertuleris quos dicit fama labores
Herculis. Et. Non labor Alcidæ.——
Partim de ijs, qui sunt eiusmodi, ut alijs plurimum commodent, nihil fructus fermè authori, præter aliquantulā famæ, sed cum inuidia coniunctæ, adferant.

Alcides.] Hercules. antonomasia. Alcides dictus fuit, uel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς. fortitudinis laude, uel ab Alcino auo. Cæterum fuit alius quidem Hercules, qui temporibus Iosuæ in Phœnicia claruit, generatione 19. sed hic non fuit magnus ille Alcides tantopere scriptoribus decantatus. M. Varro post enumeratos 40. Hercules, addit omnes Hercules dici posse, qui res magnas gesserint. Cæterum Alcides hic fato defunctus in deos relatus ab hominib. fuit, locatusq; fuit inter corpora cœlestia, uocaturq; Hercules, siue Engonasin, situsq; est, inter circulum arcticū, & æstiuū, utroq; pede, & dextro genu modicè flexo circulum arcticū sinit, sinistro uero caput draconis proterere conatur: humeris uidetur circulū æstiuum sustinere, & manu dextra proiecta tangere. Et quia supra Draconē collocatus est, effigiatur, quasi ad certandum cum eo paratus, dextra clauam, sinistra pellem leonis tenens. Antæi itaq; fama commotus Hercules traiecit in Libyam, ex Creta.

Describere aggreditur certamen Athleticum Herculis, & Antæi. Tzetzes uariæ historiæ scriptor author est, Herculē per Illyridem ad Pyrenæos iter mtēdisse, & trāsmisisse in Libyā, congressumq; cū Antæo, luctā eū interfeciss. Vtut res se habet, siue Antæi famā Hercules, siue itinerū cōpēdia sequutus, eum ad Busiridē iter mtēderet, post cædē Gerionis Chrysaori ex Hispania, cōstat illū in eam terram uenisse, apud omnes, atq; in Mauritania athletā hunc omniū per eam tēpestatē fortissimū cōplexu, in medio spectatorū consessu moribūdū prostrauisse. Etsi paulò antè hæc tenuiter summatim annotata nobis sunt, sed quia ad certamē athleticū nobis peruentum est, libet paulò fusius de ijsdē cōmentari. Plutarchus Gabiniū sequutus tradit, Antæū re uera prodigiosæ magnitudinis uirum fuisse, id quod non eius ossa Sertorij iussu refossa ad arguendam indigenarum uanitatem, satis coarguerūt, ut diximus paulò antè. Circa Tingem oppidum uisebatur id cōditoriū. Cum præter omniū opinionem, qui spectaculo interfuēre, ossa immania fuissent, insula ducis sepulchrū instauratum fuit. Diximus urbem eā ab Antæo cōditam, à Plutarcho Tingenā uocatā, post illius interitū ipsius uxor ab Hercule compressa fuit, & ex eius congressu Syphax genitus, qui latè in ijs locis regnum adeptus tum demum Tingenam urbem cōdidisse dicitur à Tingenitis. Ex Syphace Diodorus ortus, qui cum Oliuanis & Myaeneis ab Hercule relictis, magnā Libyæ partē subegit. Plinius Lixum Antæi regiam fuisse credit siue Coten potius. Ibiq; celeberrimū hoc certamē contigisse, quod nūc refertur: nec inde procul insulam monstrari, ibi Hesperidū horti fuisse memorātur: eāq; æstuario quodā maris medi tu ambiri. manifesto argumento fictū Draconis, auriferū nemus custodiētis Sed ut ad Antæū credamus. Diodorus scriptum reliquit, Antæa Athletico certamine superato, Herculem in Aegypto porrexisse, ibiq; Busiridem multa uiolentissimē in hospites sæuientem, interfecisse.

Ille Cleo-

Ille Cleo.] Nemæi, à parte totũ. Fuêre illæ decantatæ Cleonæ inira Corinthũ, & Argos in uia. Atq; has Strabo peculiariter dictas putat ab Homero ἐυκτιμένας, quod nõ solũ opere, sed matura urbs esset munitissima, ubi etiã à Plinio collocãtur lib. 4. cap. 5. de Achaia. Intus, inquit, Cleonæ, Hysiæ, Panormus portus. Et mox Arcadiã cap. 6. describẽt inter Clitoriũ, & Cleonẽ regionem Nemeam collocat. Est aũt Arcadia maximè mediterranea Peloponnesi regio, undiq; à mari remota. In Nemeæ regionis sylua Hercules fulmineũ Leonẽ interfecit, cuius exuuias induit, & per omnem uitam gessit. Ouid. lib. 11. Metam.

» Elis eiisa iacet moles Nemeæ à Lacertis.

Periandrus Rhodius refert hunc Leonẽ, primitias propè laborum Herculis memoriæ caussa astris illatum fuisse. Rursum Nigidius astruit apud Lunã iussu Iunonis eũ nunc inter sidera eum collocatũ fuisse. Plerique putant gymnicos ludos Nemeæ propter hunc leonem institutos fuisse. Alij contendunt ludos Nemeæos epithalamios fuisse Archemoro filio Lycurgi sacerdotis, uel ut alij, regis Nemeorũ, ea tẽpestate, qua sæpiẽ duces turmarũ ductores exercitũ ad Thebas ductarunt, auxiliũ Polynices ferentes. Fama est, cùm hi duces stipendi exercitũ circa fluuiũ Nemeã traherent, atq; eorum quidã longius exploratæ æquationis caussa ab agmine aberrassent, in Hipsipylen Thoantis filiã Lemno ob patrẽ in multebri cõiunctione seruatum regno à suis eiectã, & apud Lycurgum Nemeorũ regem tum fortè familiarẽ incidisse. Erat cum ea puer regius, cui illa data erat, aut nutrix, aut custos. Dum igitur illa ducibus gratulatura aduentum ad fontem properat, puer regius cui nomen erat Archemoro, herbido loco relictus serpentis subito incursu periit. Ea res adduxit Hipsipylen in apertum apud regẽ discrimen, sed ducum interuentu regis ira precibus, & authoritate lenita fuit, maximè ob nouos honores, eosq; eximios, à toto exercitu filij sepulchro exhibitos. Mansere deinceps apud posteros illi ludi, & Nemei appellati fuerunt. Victores in his certaminibus Nemeis apio coronabantur, teste Plinio. Cleonei.] Cõgressurus itaq; cum Antæo Hercules exuuias Nemæi Leonis à se proiecit, ut nudus cum nudo luctaretur. Antæus Libyci.] ut inuicem Antæus, Virgus Leonis Libyci, quem dixit poeta Leoninis tantum uictitasse, Leonũ carnibus maximè uescuntur Agriophagi, ut & Pãtherarũ. Perfudit mem.] Nudũ se ceroma te perunxit, erat id unguentũ oleaceũ, factũ ex oleo, & cœno in speciem luti, quo in ludis, gymnicis nudos se perungebant. Statius.

» Postquam oleo gauisa cuius, petit æquor uterq;
» Procursu medium, atq; hausta uestitur arena,
» Tunc medios artus alterno puluere siccant.

Maro libro 3. Aeneidos.

» Exercent patrias oleo labente palæstras

Quod si ad ceroma, quod dixi ex oleo, & cœno permisto fieri solitum, sudor accederet, νοσοκόμον appellabant Atticissimi affectatores, ἀπὸ τῆς πόνου, id est, puluere. Hospes.] Alcides perunxit se totum ceromate, de more Luctæ in sacris certaminib. Olympiacis. Hercules maxima propè parte laborum suorum defunctus Olympicum certamen dicitur instituisse. Hoc plures literis prodidere, quàm quod alius eodem nomine, qui unus ex Dactylis Idæis fuerit, eius author extiterit. Quod uerò quidam tradunt Troianis temporibus huius sacri certaminis, neq; coronã, neq; Ludicrum fuisse, pro falsis refelluntur, quæ Plinius, quæ Plutarchus, quæ Diodorus scripserũt. Quod ad stadiũ quod mihi Thebanus Hercules præter Alphæũ sit dimensus oleamq; longo tempore post eodem loco ostentari solitam, unde coronam ille sibi decerpserit, quippe qui primus omnium in eo certamine uicerit: non eò spectat, quod certamine quisquam tum ab eo fuerit superatus sed quod nemo cum eo congredi esset ausus. Qui uerò negant Iliacis temporibus ullum certamen Olympiæ fuisse, Homeri testimonio utuntur, propterea quod poeta nusquam eius mentionẽ iecerit: sed quod solum uelocissimos equos ab Angea Eleorum rege, cùm ad ludorum præmia missi essent, abactos, dixerit. Quod si quis rursum cõcedat de Olympiacis id dictũ fatendum omnino est, certamẽ illud Troianum bellum præcessisse. Rursum extiterunt, qui originẽ huius uetusti agonis ad Pysæos accolas retulerint, atq; eam ob caussam illos fuisse Troianæ expeditionis exortes, quod Olympio Ioui sacri essent, in cuius honorẽ illud quinquennale certamen instituũ fuisset. Vnde eius temporis spaciũ, Olympias à Græcis dictum fuit. Intra Pysæorum fines stadijs circuer CCC. ab Elide fuit Olympi Iouis templum: & ante templum lucus agresti uestitus olea, in quo stadium ludorum ergo paratũ erat, hoc Alphæus amnis ex Arcadia lapsus præterfluit. Plinius eum tractum describens lib. 4. cap 5. Ipsa Elis in mediterraneo, inquit, & à Pyro, 12 M. passuum Intus delubrum Olympij Iouis ludorũ claritate fastos Græciæ cõplexum. Pisa eorum quondã oppidũ præfluente Alphæo amne. Quoniã aũt Triphyli ad Pysæum agrum pertinet, quidã & Triphylieũ Iouem eũ dixerũt. Iam uerò ipsi locorũ incolæ incertũ habent, Olympiánè locus ab Olympij Iouis templo, an Olympius Iuppiter à loco nomẽ sit sortitus, Diodorus significare uidetur, à tutore, quo puer ille usus esset, nomen inditum.

Palæstræ] luctæ, ἀπὸ τῆς πάλης, siue παλαίω luctor. παλαιστήριον. locus, ubi palæstra exercetur. παλαίσρα. ludus, & locus. unde παλαιστρικὸς, & παλαιστικὸς. Dixit paulò antè, quosdam existimare Olympica instituta ab Hercule Idæo: is autem quis fuerit, & quo cãsu instituerit, libet paulò diligentiùs pensitare. Ioue ex Rhea nato, cura infantis Idæis Dactylis, qui ijdem cum Curetibus fuêre, mandata fuit. Aiunt eos ex Ida Creta in Olympiam uenisse. Fratres erant, Hercules, Peonæus, Epimedes, Iasius, & Idas. Hercules, qui natu maximus erat, ad currendi certamen fratres prouocauit, ac uictorẽ oleastri ramo coronauit. Etenim arboris id genus magna in ijs locis erat copia, ut eius etiam folia sibi ad cubandum humi substernerent. Eam arborẽ ex Hyperboreis ad Græcos profectam multi credunt. Atq; hos ab eodem Hercule Idæo, Olympicos agones dictos, pleriq; Græcorum autumant. Porrò quod quinto quoq; anno eos celebrandos instituerit, in caussa fuit, quod à quinq; fratribus primũ cœpissent. Neq; uerò desunt, qui affirment in eodem loco Iouem cum Saturno patre de principatu regni decertasse. Desierunt post Oxylum regem, instaurata dicuntur postea ab Iphito: à quo currendi certamine proposito, uicit Eleus Corœbus. Nox decimaquarta accessit, & Diauli agon, in quo Pisæus Hippenus superauit. Decimaoctaua Pen-

ua Pentathli, & Palæstræ memoria restituta fuit. Constabat autẽ Pentathlum, id est, quinquertiũ, lucta, disco, saltu, cursu, & cestu: & diaulus, cursus reciprocus erat, siue duplex, inter obeundum stadium, ac redeundum. Erat & spatium CC.M. pedum in longum: uel aut alij: locus stadiorũ duorũ, aut mensura CC cubitorũ. Vicesima tertia, Pyctis sua sunt proposita præmia. Vigesima quinta, ex quorũ cursu certatũ fuit, quos adultos, siue perfectos uocãt: curru uictor declaratus fuit Pagõdas Thebanus. Olympiade inde octaua, Pãcratiastæ, & equi Celetes in harenã prodierũt. Quin & pueris Olympiade 37 palæstræ, & cursus proposita fuerũt. Idem Pyctia XL. Olympiade creduntur primũ admissi. Postea ὁπλίται bellicæ exercitationis causa LXV. Olympiade in mediũ prodiêre. Nonagesimatertia, συνωρὶς, quæ duobus perfectis equis constabat, recepta fuit. Nonagesima nona certatũ fuit ita curru, ut pulli simul equorũ admouerentur. Accesserunt paulatim alia certaminũ genera, ut pullorum Synoris. Celes pullus: apenes: calpes. Hæc equam habebat, rerum hoc pacto, ut sessores desiliendo apprehensis manu habenis extremum cursum perficerent. Hoa certamen scribit Pausanias ad sua usque tempora perdurauisse. Habebat à pene equorum loco mulas. Diximus paulò ante agonem ab Iphito instauratũ fuisse. Olympiade L. duo uiri Elei capti tradũtur, quibus Olympiorũ cura demandata fuit: & seruata quidẽ eorũ ratio est diei, donec Hellanodicæ successerẽ, à quorũ tribus equorũ cursus ratio habita est. Totidem Pentathli ἐπόπται, id est, censores, curatores rerũ & arbitri sacri certaminis lecti sunt. Cæteri quantũ alio rũ certaminũ erat, curabant. Haud ita multò pòst adiectus fuit decimus agonothetes. Ad postremũ hellanodicæ 12. creati sunt ad numerum tribuũ Eleorũ. Sed agri portione bello Arcadico amissa, in octo redacti sunt. Rursum ad numerũ denarium creuerũt. Altis fuit lucus dictus Ioui sacer. Pisæis bello deuictis, de manibus Ioui templũ cõdidere. Simulachrũ fecit Phidias cũ huiusmodi inscriptione circa pedes.

φειδίας χαλκίδος υἱὸς ἀθηναῖος ἐποίησεν, hoc est, Phidias Chalmidæ filius Atheniensis me fecit. Erat id ex ebore, & auro eo artificio sculptũ, ut nemo potuerit imitari unquã, nisi quod quidam in symmetria erratũ fuisse, arbitrentur, Homericũ carmẽ artifici pro typo fuit ex primo lib. Iliados.

ἤ, καὶ κυανέοισιν ὑπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων, hoc est,
Dixit Saturnius, & nigris annuit supercilijs, &
ἀμβρόσιαι, κατὰ δ' ἄρα χαίτης ἀμφιρρῶσαντο ἄνακτος.
πατρὸς ἀπ' ἀθανάτοιο. μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.
hoc est.

Ambrosiæ comæ ab immortali capite dei defluebãt, magnũq; simul cõcussit cœlum. Citatur & hoc ipsum à Valer. Max. Quod uerò ad templum attinet, id Libon indigena Eleeus ædificauit. Porrò tegulæ nõ coctiles fuêre, sed per similes ijs, quarũ inuẽtor fertur fuisse Byzes Naxius. Perfecto simulachro dicitur Phidias Iouẽ cõprecatus, si absolutũ opus ex eius sententia uideretur, signo id aliquo præsenti testaretur. Statim aiunt pauimentũ de cœlo tactum fuisse. Sed satis hactenus de Olympiacis. Horat. ad Mecœnatem lib. 1. epistolarum epistola 1.

Quis circum pagos, & circum compita pugnax
Magna coronari contemnit Olympia, cui spes
Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ?

Liquore.] oleo ut dictũ, quod certaturi in certaminibus palæstritarũ, unguẽtis quibusdã oleaceis perungerentur. Hinc fortasis manauit adagiũ, Oleum aq; operam perdidi. Cic. in quadã epistola. Nam quid ego te athletas putẽ desiderare, qui gladiatores contẽpseris, in quibus ipse Pompeius profitetur se oleũ, & operã perdidisse Hieronymus ad Pammachiũ Oleum perdit, & impensas qui bouẽ mittit ad ceroma. Nam & hoc ipsum prouerbium sapit, inquit Eras bouem ad Ceroma mittere. Ceroma enim hoc unguentum dicitur, quo athletæ ungebantur. Et bos ad certamina id genus inutilis est. Ille parum fi.] Antæus modicè confidens pedibus terram cõtingere, consperabãt enallage modi.

Victor alli.] Hercules medium Antæum tenet, & ita brachia constringit, ut eã mouere non ualuerit.

Intumuere tori.] Tori propriè sunt carnes musculosæ, siue pulpaciæ, & uiribus ualentissimis munitæ. Hinc Columella seribit boues comparandos esse ceruice lõga, & torosa quod in ea robur situm sit, ad trahenda aratra, & alia onera. Nouũ corpus uocat, uires recentes, & nouas, quibus usus gigantem astrinxit brachiorum suorũ nodis.

Mirantur q;.] Spectatores mirabantur Antæum iam antagonisten, consequutũ, cui nemmẽ parẽ esse potuisse rati fuerãt, qui cũ eo congredi fuisset ausus. Exhausit q;.] Hercules quasi præludendo leni brachio, priusquam neruos omnes, ac uires intenderet, Antæum defatigauit. Prodidit.] satis coarguit, satis declarauit. Nam anhelitus creber, & sudor defluens signa sunt lassitudinis. Quare addit, tum demum eum labare cœpisse, & deficere. Labare.] labare

Mirantur q; habuisse parem, nec uiribus uti
Alcides primo uoluit certamine totis,
Exhausit q; uirum: quod creber anhelitus illi
Prodidit, & gelidus fesso de corpore sudor,
Tunc ceruix lassata quati, tunc pectore pectus
Vrgeri, tunc obliqua percussa labare
Crura manu, iam terga uiri cedentia uictor
Alligat, & medium compressis ilibus arctat.
Inguina q; insertis pedibus distendit & omnem
Explicuit per membra uirum: rapit arida tellus
Sudorem calido complentur sanguine uenæ,
Intumuere tori, totos q; induruit artus,
Herculeos q; nouo laxauit corpore nodos.

Constitit.] Hercules robur gigantis demiratus, fixit fortiter suos pedes.

Nec sic Ina.] com

Constitit Alcides stupefactus robore tanto:
Nec sit Inachijs (quamuis rudis esset) in undis
Defectam timuit reparatis anguibus hydram,
Conflixêre pares: telluris uiribus ille.
Ille suis. nunquam sæuæ sperare nouerca

parationẽ præsentem difficultatem, ac laborem amplificat. Strabo Geogra lib. 8. scribit, Lernam fuisse Lacum Argi-

a cum Argiuorũ, & Myceneorum agro cõmunem: in quẽ cũ undiq; purgamenta rerũ deportarẽtur ab omnibus, in prouerbiũ exiit, Lerna malorũ, λέρνη πανῶν. In hoc lacu fabulantur poëtæ hanc Hydrã septẽ capitum iacuisse, quã Hercules Græco igni cõfecit. Hesiodus in Theogonia eã Hydrã, quam peperit Echidna, & Typhaone prognatã: educatã in odiũ Herculis à Iunone, scribit. Sed ista, quæ de hac hydra scribũtur, non opinione solũ, sed authoritate scriptorũ pro uanis reffelluntur. Plato omniũ philosophorum summus hydrã sophistã fuisse opinatur. Inachijs.] Argiuis antonoma sia. Inachus pater Phoronei omniũ primus Argis regnasse dicitur. Pelasgicũ id Argos fuisse clarissimi Græcorum scriptores, & ex Romanis etiã quidã, & antiquissimã regum sedẽ, putauere. Huius Inachi filia Io, à Phœnicibus mauigio in Aegyptũ fuit delata, ubi sub Isidis nomine diuinos honores consequuta fuit, quod tritici, & Hordei usum prima demõstrasset, & leges societatis humanæ maximũ uinculũ proposuisset. Quãuis rud.] adhuc inexercitatus, quod is labor inter primos numeretur. Vndis.] Lerna in agro cõmuni Argiuorum, & Myceneorũ. Defectam e.] Autor uariæ Historiæ apud Græcos.

λέρνης ἐννεακέφαλον ὕδραν δευτέρως πέφνε.
ὅμοψυχον χθονὸς ἀλειλφὸς ἐννέα φρατηλάτας.
οἷς καὶ παρχὼν φρατηγὸς ἦν, συμμαχῶν, καὶ φίλος.
ἑνὸς ἀνιαρευθέντ γὰρ ἐκ τῶ φρατῶ τῶ τούτω
ἑτέροι δύο πρόνυπτον ἐκ τῶν ὀχυρωμάτων,
διόπερ ἀυσχερέσταλα καὶ μόλις εἶλε τούτους
ἓν μέρος ἄλλο φλέγοντ & τὴν πόλιν ἰολάου,
ὅθεν τὸν ἄθλον ἐυρυσθεὺς τοῦτον ὑ προσεδέχθη.
πρὸ γενεῶν ὑπάρχουσα ἐπ[ὶ] τῆ ἡρακλέ&.
ἐννεπονταικέφαλον, ἣ πάτοιπος τῆς λέρνης,
ἧς κοπ[ο]μένης περαλῆς, ἀνθεωρῶν[το] δύο.
ἦν μὴ πρὸν ἀνήρηκεν ὁ ἡρακλῆς καὶ τότε.
αὖτε δὲ ἔφυν, αἱ περαλαὶ [τ]ῶν πολλ[ῶν] ἀγύπ[ν]
ἐπ' ἄλλη ἄλλη φέρουσαι τὴν περαλὴν ἑτέρα.
τοῖς συμβολαῖς τῆ πατρὸς τούτοις ἀνηρηκῆχι, id est.
Secundo hydram Lernæ nouem capitum interfecit,
Nouem duces fratres concordes,
Quorum imperator erat Carcinus, socius, & amicus.
Hos magno labore, ac uiribus trucidauit Hercules.
E' quibus, duobus huius exercitus interfectis,
Alij duo è munitionibus prodibant.

Quare magna difficultate, & uix tandẽ a al. qua. al. cum. hos confecit,
Ab alia parte alio urbem Iolai incendente.
Eurystheus hoc certamen non accepit,
Ad hæc hydra uetustissima uerior est,
Quæ fuit ante Herculis septem generationes,
Hydra, inquam, L. capitum quæ inhabitabat Lernã,
Cuius uno reciso capite, enascebantur duo,
Sed hanc tum Hercules ipse præsens non interemit.
Verũ hæc Lernæa Hydra signat capita liberorũ Ae-
Quæ Danaides in paludẽ Lernæ demerserũt (gypti.
Aliæ post alias capita eorum cumulantes.
Quos patris consilio enecarunt.

Hydram.] Huius Hydræ uenenũ usq; adeò nõ habuit ullũ remedium ut Hercules eius felle ipicula sua inficeret. Adde etiã, quosdã scriptores scriptũ reliquisse, unũ caput eam hydrã habuisse solũ. Licet Pisander Camireus propè ea omnia illi tribuerit, quæ poëtæ in sua poëmata miscere, Quin & Pausanias scribit ibi Teletas celebrari, q̃ dicũtur Lernæa. In Argolico etiam oppidum est Lerne. Suidas.

λέρνη θεατῶν, inquit, ἀντὶ τοῦ, πανῶν θέατρον. hoc est, Lerna spectatorũ, pro eo quod est, theatrũ malorum. Citatq; Cratinũ. οἱ μὲν, λιὰ τὴν ὕδραν. οἱ δὲ, διὰ τὸ τὰς ἀρχὰς [τὰ πα]ράπαν[τα] ἐκεῖ ἀποφέ, ειν. ὁ γὰρ διὰ ναὸς τὰ περαλὰς τῶν ἀιγυπ[τ]ιάδων ἐν τῆ λέρνη ἀπεθ[ά]ν. καὶ ὡς ἐκεῖ, ἐφ' ὕβρει ἐκέλευσε τὰ δυσοιωνίσα ἐκεῖ ῥίπ[τ]ειν. οἱ δὲ, λέρνη πανῶν. id est alij propter hydrã: nonnulli, quod Argiui eo undiq; sua purgamẽta deportarẽt. Nam Danaus capita Aegyptiadũ in Lerna condidit: & ut uerisimile est, cõtumelia causa ibi iussit inauspicata, atq; ominosa proijci. Hinc à quibusdã, Lerna malorũ. Apollonij Rhodij enarrator lib. 3. Argonau. scribit, Lernã fuisse fontem in agro Argiuorum, sacrum Neptuno.

λέρνη δὲ περάνη τῆ ἄργους, ἱερὴ ποσειδῶνος, Telluris ui. il.] Antæus fretus fuit uiribus, quas à Terra matre sua accipiebat, Hercules suis nitebatur. Nunquam.] Nunquam Iuno Nouerca Herculis propius hominis interitum in ullo aliorum laborum conflictu spectauit, quàm in hac palæstra. Viri.] Herculis.

Ferret Olympum.] qua aliquando cœlum sustineret. Fabulantur enim Atlantem cœlum humeris sustinere: ac quoties portando fessus, latus mutare conatur, Herculem succedere, donec respirando recens rursum onus suscipiat. Atlantem montem Mauritaniæ altissimum accolæ columnam cœli uocant, quod ab eius uertice nubes nunquam discedant.

Maiorq;.] Tacta tellure ualidior surgebat quo consilio humi procũbebat Antæus.

Laborat.] dũ sua ui. & uirib. quas filio luctanti suggerebat, exhauritur. Standũ est.] Verba sunt Herculis ad Antæum.

Hinc Ant. c.] monstrat pectus suũ, et brachiorũ suorũ cõplexũ Alcidæ. Sustulit.]

Vtq; iterum fessis iniecit brachia membris,
Non expectatis Antæus uiribus hostis
Sponte cadit maiorq; accepto robore surgit.
Quisquis inest terris in fessos spiritus artus
Egeritur, tellusq; uiro luctante laborat.
Vt tandem auxilium b tactæ prodesse parentis
Alcides sensit, standum est tibi (dixit) & ultrà
Non credere solo, sterniq; uetabere terra:
Hærebis pressis intra mea pectora membris.
Huc Anteæ cades. sic fatus sustulit altè
Nitentem in terras iuuenem, morientis in artus
Non potuit nati tellus submittere uires.
Alcides medium tenuit: iam pectora pigro
Stricta gelu, terrisq; diu non credidit hostem.

correptũ, mediũ in altũ extulit, ne pedibus solum contingeret.

Nitentem.] Antæum terrã petentem, ut plus uirium attraheret. Medium te.] prouerbij speciem habet, Medius tenearis, de eo, qui sic tenetur, ut extricare se nulla ratione possit. Aristoph. in Ranis. νῦν ἔχη μέσος. id est, nũc medius b al. tectæ

teneris. A' Palæstritis hoc genus sumpta metapho: atque athletis, qui si quē mediū fuerint cōplexi, facilè superāt: id quod indicat hoc loco etiā Lucan. Erasmus admonet eodem pertinere illud Terentianū. Sublimē medium arripere. Huic cōfine est illud: Polio ficulno anguillam tenes. τῷ ἀρίῳ τὴν ἔγχελυν.

Hinc æui ueteris custos famosa uetustas,
Miratrixq; sui signauit nomine terras.
Sed maiora dedit cognomina collibus istis,
Pœnum qui Latijs reuocauit ab arcibus hostem
Scipio, nam sedes Libyca tellure potito
Hæc fuit, en ueteris cernis uestigia ualli.
Romana hos primum tenuit uictoria campos.

Hinc æui n.] donat uetustate nomē loci. Ex hoc cōflictu Herculis & Antæi, uetustas cō seruatrix memoriæ rerū gestarū, & sui ebuccinatrix, nomē loco dedit ut Antæi regnū dicatur. Alioqui Lixos in Mauritania Antæi regia, & certamē cū Hercule fuisse memoratur, ubi & Hesperidum horti. Famosa u.] quæ famā rerū gestarū ad posteros trāsmittit: alioqui ferè in malam partē accipitur pro eo, qui malā habet famā: & famosus libellus, qui aliquē infamat fictis criminib. Signa n, ter.] regnū Antæi ex hoc certamine. Verba sunt adhuc incolæ alicuius ad Curionē, quasi digito in rē præsentē adducto singula loca mōstrantis. Sed ma.] Alia eiusdē loci nominis, cur etiā Corneliana castra uocentur: à Cornelio Scipione superiore, qui Africā ingressus in ijsdē collibus castra prima locauit. Quare etiā idem locus amplius cognomē fuit sortitus, ac retinuit, priori, eoq; uetusto nomine exoleto. Pœnum hos.] Scipio effecit ut Annibal iam 16. annum bellū in Italia gerens in Africā à suis reuocaretur. Verba Annibalis apud Liu. lib. 10. sunt ista. Consul creatus cū cæteris ad tutandā Italiā parū animi esset, transgressus in Africā, duobus hic exercitibus cæsis, binis eadē hora captis, simul incensisq; castris, Syphace potentissimo rege capto, tot urbibus regni eius, tot nostri imperij ereptis, me 16. iam annū hærentē in possessione Italiæ detraxisti. Hæc ille. Idem prodit, expositis, primo appulsu Romanis castra in proximis tumulis Imperatorem metatū fuisse. Sed & circa Uticā, quā obsidebat, tumulus erat, quē castris locū statim cepit. Veteris uestigia.] monumenta ualli Castrorum, quæ Cornelia dicta sunt. Et constat circa Uticam hæc fuisse. Est autem Utica ad alterū sinum propè Bragadā. Ibi Cornelia castra erant. Primum te. u.] Scipio haud procul ab Utica castra sua habebat, apud quā quadraginta dies frustra absumpserat: (ibi enim A sibi belli sedem delegerat) & hostes in eius cōspectu propemodū tendebant. Hinc in hostiū castra quidā calonum habitu à Scipione missi fuerunt, qui omnia diligēter explorarent. Hi ubi ea arundine & sparto constare renunciarūt, ad ea noctu incendenda Romanus imperator animum adiecit. Inde ut ab eo, quod probatur hostium animos auerteret, tumulum occupauit circa Uticam, quem superiori anno, ut dixi tenuerat, ueluti itinerum urbem oppugnaturus. Inde sub noctem præsidio circa tumulum relicto, ne in sua castra irrumperetur ab oppidanis, ipse cum robore copiarum silentio profectus, parte copiarum Lelio, & Masinissæ tradita ad inuadendum castra Syphacis, ipse eodem tempore circa mediam noctem cum cætero exercitu ad Hasdrubalem contendit. B nihil quicquam moturus, priusquam Numidarum tabernacula procul uidissent accensa. Cæterum ignis multis simul locis iniectus hostibus subitum pauorem intulit. Huc accessit nouus terror, quòd, cùm undique consurrexissent uelut ad fortuitum incendium, à Romanis oppressi fuerunt. Inde cædes ad portas castrorum, simul & totis castris ædita fuit. Incendium inde conspectum ex alteris ad opem ferendā inermē multitudinem trepidè ac temerè exciuit. Hos illi qui cū Scipione erant, silentio assepti obtruncarunt. Inde castra aggressi, ut erat nocturnus tumultus, & trepidatio ingens, stationibus deserta occupant: igniq; in prima tecta iniecto, primo paucis locis luxit flamma: mox alijs in ignem abeuntibus horribile incendium omnia corripuit. Homines ambusti sunt & inuenta. Ad XL. hominum millia ea nocte, aut ensa, aut igne absumpta creduntur. Sex M. capta signa militaria CXXVIII. equi Numidici duo M. DCC. & amplius. Magna uis armorum capta, quæ omnia Imperator Vulcano dicata incendit. Hasdrubal Uticam primum, inde Carthaginem fugit. Syphax inde C octo M. spatio locum satis munitum, cum ijs, qui nocturna clade secum euaserant, occupauit. Atque hæc fuit prima uictoria, hæc prima castra Scipionis in Africa, quorum uestigia incola hic Curioni monstrat.

Curio læta.] Redit à digressione ad institutum. Ostendimus Curionem in Africam delatum, Martium Uticam nauibus præmisisse, atq; ipsum eodem cum exercitu sequutum. Qui bidui iter progressus ad flumē Bragadam peruenit: reliquerat. C. Rebilium legatum cum legionibus. Anteces-

Curio lætatus tanquam fortuna locorum
Bella gerat, seruetq; ducum sibi fata priorum:
Fœlici non tausta loco tentoria ponens
Indulsit castris, & collibus abstulit omen
Sollicitatq; feros non æquis uiribus hostes.
Omnis Romanis quæ cesserat Africa signis,
Tunc Vari sub iure fuit, qui robore quanquam
Confisus Latio regis tamen undiq; uires
Exciuit Libycæ a gentis, extremaq; mundi
Signa suum comitata Iubam: non fusior ulli
Terra fuit domino, quā sunt latissima regna
Cardine ab occiduo b uicinus Gadibus Atlas
Terminat, à medio confinis Syrtibus Hammon,

a al. gentes.

b al. uicinis.

sit ipse cum equitatu ad castra Corneliana exploranda, quod is locus uehementer idoneus castris haberetur. Diximus id iugum directum esse, & eminere in mare, utraq; ex parte præruptum, & asperum, sed ab ea parte, quæ ad Uticam uergit, paulò leniore fastigio esse: ex ab Utica directo itinere abesse, paulo amplius passus mille. Itaq; Curio castris positis fortunam loci, & fœlicitatē Scipionis hic se consequuturum ratus fuit. Quamobrem Tranquillus in Cæsare scribit, quod ad eludendas uaticinationes, quibus fœlix, & inuictum in ea prouincia fataliter Scipionum nomen ferebatur, despectissimum quendam ex Scipionum genere, cui ad opprobrium uitæ, Salutioni, uel, ut legunt alij, Salationi, cognomen erat, secum in castris habuit.

Adeò

A Adrò ne religione quidem ulla à quoquam incœpto abstiterit unquam, uel retardatus fuit. At Curio secus persuasum habuit se spe, & opinione falsus fuit.

Fœlici.] Temeraria, quibus sors fortuna non fuit, positi in loco fœlici, in quo Scipiones fœlices fuerant Punicis bellis. Indulsit.] Operam dedit, incubuit metanditi castris, & à collib. illis omen fœlicitatis abstulit, quod ibi infœliciter pugnauit cum rege Iuba. Ibi didicit non locum, sed uirtutem, imo Deum dare uictoriam.

Sollicitat q.] Prouocat hostes suos Varum (quem Cæsar Varrum: Florus Varronem nuncupat) & Afros, quibus nusquam uiribus par erat. Traduxerat enim ex quatuor legionibus, quas à Cæsare acceperat, duas ex Sigilia, & 150. equites solum, quibus impar erat futurus regis Iubæ & Varri copijs.

Omnis Roma.] Africæ partes, quæ armis Romanis parebant, erant sub imperio Varri. Tubero initio belli, ut refert Cæsar libro 1. de bello Ciui unus Ducum Pompeianorum, cum in Africam ueniſſet, inuenit in prouincia cum imperio Actium Varrum, qui ad Auximum aB missis cohortibus, protinus ex fuga in Africam peruenerat, atq; eam sua sponte uacuam occupauerat: delectúq; habito duas legiones effecerat, hominum & locorum notitia, & usu eius prouinciæ nactus aditus ad ea conanda, quod paucis antè annis ex prætura eam prouinciam obtinuerat. Hîc (inquit Cæsar) uenientem Vticam cum nauibus Tuberonem poëta, atq; oppido prohibet: neq; affectũ ualetudine filium exponere in terram patitur, sed sublatis ancoris, excedere eo loco cogit. Qui rob.] Quãquam Varũ satis confidebat robore militum Italicorum, tamen auxilia peditum, & equitum à Iuba rege Mauritaniæ petebat, acceptiq; Miserat ijs Actio Varro auxiliares equitum alas paucis diebus.

Vires Libyces.] Regis Mauritaniæ Iubæ. Cæsar tradit 600. equites Numidas, pedites uerò 400. Varro paucis diebus à rege missos fuisse. Sic enim scribit libro 2. bel. Ciuil. Eodemq; tempore his rebus subsidio 600. equites Numidæ ex oppido (Vtica) peditesq; 400. mittuntur à Varro, quos auxilij causſa rex Iuba paucis diebus Vticam antè miserat. Lybicæ.] Africæ, quam Græci Libyam uocant, omnem eam terram, quæ intra Atlanticum mare, & Nili fluenta media est, Libyco, Numidico, & Balearico mari ad Septentrionem obuersa: & à Meridie uastitatibus Aethiopiæ obsepta. Ea tamen regio scriptoribus Libya uocatur quæ ab occasu, Aegypto imminet: neq; semper ea uoce tota Africa significatur, neque semper Africæ nomen, uniuersam Libyam, sed eam tantum prouinciam signat, quæ circa Carthaginem est. Plinius lib. 6. Ea, inquit, quæ sequitur, regio, Mareotis Libya appellatur, Aegyptus continua. Extremaq; mund.] Euocauit auxiliares copiat è Mauritania à Iuba. Est autem Periphrasis Mauritaniæ Primæ, & maximè occiduæ Mauritaniæ est, à Maurorum uetusta gente nominata, quæ terminatur ab ortu, amne Mulucha: quà uerò Longissimè in Austrum abit, monte Atlante excipitur: inter quem, & fretum Herculeum, latissimo littore pelago in occasum obuertitur multis promontorijs distincta. A Septentrione, Iberico mari pulsatur. Amnes habet nauigabiles. Iam præter Atlantem, 7. montibus attollitur, qui continenter, & quasi de industria ordine expositi, ob similitudinem septẽ fratres uocantur. Extimum promõtorium, quod ex regione Bethicæ, Calpen spectat, in Mauritania Abyla dicitur: quæ duo aliquando cohæsisse creduntur, & ab Hercule perfossa, & Oceanus terris immissus. Quæ pars in ortum uergit, Bochiana dicta fuit, à Bocchо rege, qui Iugurthã Romanis prodidit, quemadmodũm extima regio, quæ in Atlanticum, & occasum uergit, Bogudiana: antea Sitiphensis: ab oppido Sitiphi: postea Tingitania prouincia, à perueteri oppido Tingi. ut sæpius à nobis antea dictum est, cùm prouincia esse cœpit, sub Caio Caligula. Itaq; Mauritaniæ longitudo 800. M. pass. 39. M. latitudo uerò 467. M. passuum.

Non fusior.] Nullus unquam regum, inquit, ab Atlante uicino Gadibus, usque ad Syrtes, adeoq; interiorem Libyæ Hammonem. Atlas.] Atlas ab Oceasu extremo exortus, ubi, & Atlantico Oceano nomen indit, immanibus, & suprà quàm credit possit, altis ingis attollitur, in cœlum, & quidem è medijs arenis, asper, & squalens, quà uergit ad littora Oceani. Idem opacus est, & nemorosus, quà spectat Africam, tum autem riguus scatebris fontium. Hic fructus omnium generum ità sponte subnascuntur, ut nunquam satietas uoluptatibus desit. Ab Oceano perpetuo dorso uariè flexus Atlas in Ortum, ad Nilum usque euagatur: quaq; Aegyptum ab Aethyopia dirimit, etiam mare Erythræum attingit, nunc in Boream, nunc in Austrum excurrens, hinc inde innumeras gentes disterminat. Denique eam dignitatem, hocq; nomen sibi Atlas in Africa uendicat, quod mons Taurus in Asia, & in Europa Alpes. Huius uertex tam altus memoratur, ut etiam æstate profundis niuibus operiatur. Hunc montem scribit Plinius libro quinto, capite primo, Suetonium Paulinum, (quem etiam Consulem uidi) primum Romanorum ducum transgressum aliquot millium spatio. Hic præter ea, quæ de prodigiosa excelsitate prodidit eadem cum cæteris, addidit imas radices densis, altissimisq; repletas syluis, incognito genere arborum proceritatem spectabilem enodi nitore, frondes cupressis similes. Cætera de Atlante monte adijcere hoc loco, ne quò longior sinu, supersedeo. Hinc Atlantes populi iuxta Nigrum fluuium, & Nigritas, qui humani ritus degeneres nulla inter se nominum appellatione utuntur, & occidentem solem, ut sibi exitialem, dira imprecatione obtinentur. Sunt qui tradant illos eum mane uenerari, ut mitiorem sibi habeant, uesperi uero quia id impetrare requiuerint, execrari. Vicinus Gadib.] Gades insula est ad Occasum extra Herculis columnas, in ipso prouinciæ Bethicæ capite, 75. M. passuum longa, & angusto mari à cõtinente diuisa cum ueteri oppido eiusdem nominis cum insula, ubi ditissimum olim templum fuit sacrum Herculi, quod quidem eo sanctius fuit habitum, quod ossa eius ibi sita magno concursu pagani colebant. Ab hac insula fretum Gaditanum cognominatum eo loco duas orbis partes, Africam & Europam disterminatum, duodecim M. passuum longitudine, interim latius nusquam decem M. passuum. Inter Mellariam Bethicæ, & Album Mauritaniæ promontorium non amplius quinque M. passuum latitud.

Cardine ab Occiduo.] Ab occasu in ortum usq; ad Marmaricam siue Mareotidem. Cyrenaicæ partem Ptolemæus Marmaricæ Libyæ nomine censuit, quoniam Marmaridæ populi supra Cyrenaicos, & Parætonios latè habitarunt. Plinius lib. quinto. Ea quæ sequitur regio

Mareotis Libya appellatur, Aegypto cõtermina, Tenent Marmarides. Adirmachidæ. deinde Mareotæ. Iã postremus littorũ tractus, quem Alexandria & Aegyptus excipiunt. Mareotis dicitur: unde quatriduo per desertũ fabulosum & aquarum usu in totum destitutum ad eum locum peruenitur, in quo quondam Iouis Hãmonis templum aureum fuit, ut scribit Diodorus, syluarum, & fontium amœnitate, & cœli clementia eximium. Huius loci fama Alexandrum Macedonem commotum tradunt eius expeditionis scriptores, eò penetrasse. Hic fontem monstrari scribunt, qui medio die frigidissimus, noctu calidissimus existat. Ouid.

„ Medio tua corniger Hammon
„ Vnda die gelida est ortuq; obituq; calescit.

Sed de Hammone alibi fusius. Proximæ Cyrenaicæ Aræ sunt Philenorum, medium fermè ad sinum Syrtis maioris. Suntq; fines Africæ, ac termini quondam Carthaginensium, cùm inter hos, & Cyrenenses de finibus disceptaretur. Inter Aras Philenorum, & Leptim Cinyps fluuius medius ex iugis Atlanticis, & desertæ Libyæ parte lapsis, ubi Syrtes sunt in Libycum pelagus influit. Supra Leptim enim Syrtes sunt quæ intra uadosum, & reciprocum mare, æstu procellarum exundante incertis sedibus leniter subsidũt: nec arenarum aggeres ob incertas uices alluuionis uehementia congesti, caueri, præhendiue possunt. Nam quæ modo uadosa erant, mox siũt in præceps profunda contra uerò breuia, & innauigabilia, quæ antè nauigabantur. Qua uarietate subinde alternante, periculorum atrocitas littoris eius oram infamem reddidit, perinde ut fretum Siculũ, Scylla, & Charybdes. Naues plenis uelis adactæ & uado illisæ fatiscunt, & demerguntur. Duæ Syrtes sunt, quarum altera Carthagini propior minor, altera inclinans in Cyrenaicam maior uocatur, magnitudine dispares quidem. sed periculo pares. Inter utramq; ut dixi, Cynips in pelagus effunditur. Syrti simus est. C. ferè M. passuũ, qua mare accipit patens CCC. quà cingitur. Longissima.] Longitudo terræ est segmentum ab occasu per meridiem in ortum tendens, ut Latitudo segmentum ductum à polo septentrionali in meridiem ad antarcticum, ut loci latitudo est, arcus meridiani inter Zenith capitum, & equatoris circulum comprehensus. Longitudo igitur regni Iubæ incipit ab Atlante, usq; Hammonem confinem Syrtibus, ac Marmaricæ, Longitud. & latitud. Tingis Mauritaniæ 6. 30. 35. 5. Medium uerò Syrtis magnæ. longitud & latitud. 39. 0. 31 B 0. Hammonis. 42. 0. 30. 40. Cæterũ Mauritania ab Occasu Atlantico pelago, ab ortu Mulucha celeberrimo amne terminatur.

At quà lata iac.] Latitudo uerò regni Iubæ regis in Austrũ expandi usq; ad Zonã & al tunc. torridam, aut etiã ultra, dicit ut utrinque Oceani fluctibus pulsetur. Lata plag. fer]uidetur significare, quantũ terræ Africæ in latũ intra prædictos longitudinis limites iacet, sub imperio regis huius fuisse. Credidit antiquitas regionum hanc esse naturam, ut quæ intra tropicos continerentur, propter intolerabilem æstum habitari commodè non posse: ideoq; exustæ Zonæ nomẽ illis tribuere, ut quorum Zenith sol bis quotannis transiret. Quæ uerò extra hanc torridã Zonã utrinq; ad proximos circulos, Arcticum hinc, illinc ad Antarcticum panderentur, habitabiles esse, ob cœli temperiem. Vtra hos circulos, hinc arcticũ, illinc antarcticũ, ob immane frigus propter solis remotissimã absentiã, omnia inhabitabilia loca esse. Vtrinq; glacialem Oceanũ subiectũ illa ipsa, quã dixi, antiquitas existimauit. Quem situm opifex rerum Deus contemplatus, sic terrarum limites & littora adiunxit Oceano, ut ubi terræ inhabitandæ locus non esset, idq; per cœli inclementiam, ibi latius pelagus diffunderetur. Quare ob oculos licet deprehendere, terram ab utroq; axe, ueluti lateribus contractis stringi: ab ortu inuicem in Occasum, quàm longissimè excurrere. Quare is situs rectè terræ longitudo appellatur. Sed de his alibi nobis fuit narratio fusior.

At quà lata iacet uasti plaga feruida regni,
Distinet Oceanum, Zonæq; exusta calentis
Sufficiunt spatio. populi tot castra sequuntur,
Autolales, Numidæq; uagi, semperq; paratus
Inculto Gætulus equo. a tum concolor Indo
Maurus, inops Nasamõ, mixti Garamãte perusto
Marmaridæ uolucres, æquaturusq; sagittas
Medorum, tremulum cũ torsit missile, Mazax.
Et gens quæ nudo residens, Massylia dorso,
Ora leui flectit frenorum nescia uirga:
Et solitus uacuis errare mapalibus Afer
Venator, ferriq; simul fiducia non est,
Vestibus iratos laxis operire Leones.

Zonæ exusta.] Quorum populorum catalogum statim adijcit, qui sub tropico æstiuo, & ultra eum aliquot gradibus sedes habent.

Autolales.] Hos Plinius in Tingitania collocat lib. 5. cap 1. & 2. Huius prouinciæ longitudinem 170. M. passuum esse scribit: gentemq; in ea quõdam Maurorũ præcipuam fuisse, unde etiam prouinciæ nomẽ factum, quos inquit, pleriq; Mauruſios dixêre. Attenuata bellis ad paucas recidit familias. Proxima illi Massæsyliorum fuerat, sed simili modo extincta est. Getulæ nunc tenent gentes, Bamurri, multoq; ualidissimi Autololes, & horum pars quondã, Vesuuj, qui auulsi C his, propriã fecere sedẽ, uersi ad Aethiopas. Vbi obseruandum est, quod etiã monuit olim Hermolaus Barbarus in Plinio, & post eum Henricus Glareanus in annotationib. apud Ptolemæũ Autolalas, penultimã per, a. non. o uocalem scribi, & in pri. non, tert. de usurpari. Sed Ptolemæus Autolalas in interioris Libyæ occiduo littore uicinos Atlanti maiori uersus meridiem, ubi & insulam habent, & ciuitatem haud procul à littore, eodem nomine statuit. Atq; hac quoque eruditè à Glareano annotata sunt.

Numidæq; uagi sem.] Proxima Mauritaniæ. Numidia propriè dicta est. Ab Occasu Mulucha amne, ab ortu Ampsaga flumine terminatur: quem Ptolemæus, & Plinius, tractum prouinciæ Cæsariensi attribuunt. Plinius ea loca Numidiæ donat, quæ sunt supra Ampsagam, quæ in minori Africa Mela collocat. Sed nulla diuersitas re uera inter eos est, nisi in dimensione cardinum, cum ingentium, locorum, & amnium conuenirent. Veteres certè illi regnorũ limites fuerunt, qui postea terris in prouincias à Romanis redactis, confundi cæperunt. Nomen loco populisq; inter duos Clarissimos in ea regionibus amnes datum, apud omnes satis constat, à permu-

à permutandis papilionibus, quod Numidæ, siue Nomades, mapalia sua, hoc est, domos plaustris circumferrent, & ubi nox eos oppressit, ibi papiliones figerent. Silius libro quarto.

» Nulla domus plaustris habitant, migrare per arua
» Mos, atq; errantes circumnectare penates.

Clara in primis Numidia fuit nomine regis Masinissæ socium atque amici magnis suis meritis. Populi Romani Afri Hercule m in Hispania perijsse prædicare solent, Deinde, Medos, Armenios, & Persas, qui in illius exercitu fuerunt, nauibus in Libyam transmisisse, & Persas propinquiores Oceano sedes sibi delegisse, & inuersis nauium carinis, ab initio pro tugurijs usos, quam formam postea imitata fuerunt Numidarum mapalia. Sic enim accidit, ut sedibus sæpe mutatis, dum alia, atq; alia ad uitæ suæ usum explorarent, mutarentq; loca sese à fortuita illa euagatione Numidas dixerint. Plinius uerò Pharusios Persas Herculis comites fuisse interpretatur. Progressu temporum, Persæ, qui se Numidas ab initio dixere, uicinitate locorum paulatim cum Getulis mixti, B longo commercio in unum penè coaluerunt. Sed cum eius gentis res breuiter in Africa creuissent. Numidæ propter multitudinem à parentibus digressi, haud procul inde, ubi postea Carthago fuit eam oram Africæ, quæ Numidia ab ipsis dicta fuit, tenuerunt. Metagonitis ea terra à Græcis appellata fuit, teste Plinio, à Metagonio primo eius terræ promontorio, ut uidetur. Nam littora aliquot finibus flexa ab occasu in promontoria excurrunt.

Dionysius Afer

» ἀλλ' ἐπὶ πυμάτην μὲν ἐπὶ γλωχῖνα νέμονται
» ἀχλὺς φυλάων μαυρουσίδ' ἴθυσεα γαίης.
» τοίσιν ἐπὶ νομάδων παραπέπλαται ἄσπετα φῦλα,
» ἔνθα μακαυσύνισιτε, κὴ ἀχρόνομοι μασυλῆες
» βοσκονται σὺν πασὶν ἀν' ἤπαρόντ' ἐπὶ ὕλην
» μαύμινι βοιότοιο κανὼν κὴ ἀειπία θύρσω.

hoc est, interprete Rhemnio Faunio Grammatico.

» Sed summam Libyen habitant ad Tethyos undas
» Alcidæ quà sunt statuæ, Mauru sia plebes.
» Post hos immensæ Nomadum de semine gentes
» Atq; Masæsylij, nec non Masylia proles,
» Saltibus hos duris asper, syluisq; uagantes
» Victus alit sæua quæsitus cæde ferarum.

Ac mox

» ὑγρὰς γεσμόφοτο τομὰν ἁλαόσαν ἀρότρῳ.
» πείνοις δ' ὅποτε τερπνὸς ἀνὴρ ἁλὸς ἀμάξης,
» ὅλβ' βοῶν μυκηθμὸς ἐὐλιον ἰχνευόντων.
» ἀλλ' αὖτως ἄτη θῆρες ἀνὰ ἀρία βυκολέονται,
» ὑλῆες ἀγαχύων, κὴ ἀπευθέες ἀμήτοιο,

id est, eodem interpr.

» Scilicet, ignaros terras proscindere aratris
» Agricolas q; boues plaustris domitare sonoris.
» Nam q; errant nemorum per dumos more ferarum.

Inculto Getulus.] Græcè γαιτόλος. Dionysius.

» ἀγχὶ δ' μαγμαρίδαι πρωτοσυνόποτες ἀγύπλοιο,
» γαιτοῦ λοίτ' ἐφ' ὕδατος, κὴ ἀγχίγειοι νίφετες.

hoc est,

» Marmaridæ post hos Aegyptia flumina uertunt.
» Gætuli super sunt, uicinq; Nigretes.

Græci primam syllabam per diphthongon scribunt, quam apud Strabonem per ε, sed mendosè, ut apparet, aduocatur. Getulus.] Mauritaniam uterq; Atlas ad Meridiem claudit, ultra uerò maiorem Getulia est obuersa meridiei, cui ad ortum uicini sunt Autololæ. Getulæ inquit Sallustius, initio Africam habebant, & Libyes; asperiq;, inculiq;, quibus caro ferina cibus erat, & humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque legibus, neque imperio cuiusquam regebantur, uagi, palantesq;, quà nox coëgerat, sedes habebant. Sed postquam in Hispania Hercules, sicut Afri putant, interijt, exercitus eius composius ex uarijs gentibus, amisso duce, ac sibi multis imperium petentibus, breui dilabitur. Hæc Sallustius. Cæterùm, ut modo memini, Getuli magis ad solem reiecti sunt: Numidæ uerò ea loca tenent, quæ proxima Mauritaniæ inter Atlantem, & fretum Carthaginem ad ortum spectant. Getuli sub ardoribus maturè oppida habuerunt. Contrà Numidæ, serius. Fuerant hi Armenij, Persæ, & Medi, ex Herculis comitibus, ut paulò antè dictum est. Hi paulatim Getulos sibi per connubia adiunxerunt. Sunt & Alij Numidæ, siue Nomades gentes Scythicæ, quæ propter frigoris intolerantiam, hyeme rebus in plaustra coniectis, loca mutant: & quibus plaustra non sunt, in nullo habentur numero, & ignominia notantur.

Getulus.] Pomponius aliter collocat hæc loca. Sed Mauri, inquit, in Atlanticum pelagus expositi. Vltra Nigritæ sunt, & Pharusij sunt, usque ad Aethiopas. Hi & reliqua huius, & totum latus quod Meridiem spectat, usque in Asiæ confinia possident. At super ea, quæ Libyco mari abluuntur, Lybes Aegyptij sunt, & Leucoæthiopes, & natio frequens, multiplexq; Getuli. Deinde latè uacat regio perpetuo tractu inhabitabilis. Plinius, Mauris proximos Massæsylios facit, quorum sedes Gætulos sua tempestate tenuisse testatur. Equo.] Equum inculium uocat, monstratum ephippio, more aliarum gentium.

Concolor Indo Maurus.] Dictum iam abundè satis est, Atlanticum pelagus ab Occasu Mauros contingere, atque inde ad Boream Gaditano freto cingi. Hos concolores Indis dicit, proximo solis ardore ambusti sint & atri. Quondam in Tingitania gens Maurorũ præcipua fuit, unde etiam prouinciæ nomen est factum, quos pleriq; Maurusios dixere. Tenuibus corporibus, graciles, & minimè populosi sunt Mauri. Ossa enim tantum habere uidentur, cum exiles, & macilenti, sicut Indi. Ideo pedum celeritate ualent, idq; ob nimium æstum, qui maciei causa est ut humor pinguedinis. Iuuenalis,

Et nigri manus ossea Mauri. "

Idem Satyra 6.

Et Mauri celeres, & Mauro obscurior Indus. "

De Indis superioribus libris fusissimè annotauimus.

Inops Nasamon.] In Marmarica collocantur Nasamones, circa Angylas: sed ut ex Lucano alibi liquet lib. nono, non procul à mari habitarunt, quod latrocinijs infames fuissent. Nam ab illis Psylli, quorum regis corpus in parte Syrtium maiorum est, propè internecione sublati fuerunt, quorum sedes ipsi inuaserunt. Psyllorum corporibus ingenitum erat uirus letale serpentibus, cuius odore sopiebant eos. His mos erat, protinus obijcere liberos suos sæuissimis feris, & eo genere experiri pudicitiam coniugum, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Plinius illustribus item uerbis tradit, libro 5. capite 5. in ora Syrtis

Nasam-

Nasaniones, medios sitos inter arenas, quos ea de caussa antea Græci Mesammones appellarant. Dionysius item eos circa aras Philenorum collocat, ubi Lotophagi degunt, apud quos Loto gustata, quam Celtim, opinor Latini uocant, perpetuam uitam hospites degere cupiunt. Sũt autem aræ Philenorum inter Cyrenen, & Carthaginem mediæ. Verba Dionysij sunt,

» λωτοφάγοι ναίουσι φιλόξενοι γεγαῶτες.
» ἔνθά ποτ' ἀιλλόμενα τις ἀλώμενος ἤλυθεν ὀδυσεύς.
» πένου οὗ περὶ χῶρον ἐρημωθέντα μέλαθρα
» ἀνδρῶν ἀθρήσειας ἀποφθιμένων ναοχμωνων,

id est, uertente interpr.

» Hanc supra iustissima fertur
» Hospitijs gaudens gens degere Lotophagorum,
» Hos licet ad fines desertas cernere terras
» Extinctos populos Nasamonum marte Latino.

Conueniunt igitur hi, quos citaui de Nasamonum sede, nempe, circa Sirtes inter fabulosa littoralis oræ loca. Itaq; gens Lotophagorum frequens fuit circa Syrtes: & aræ Philenorũ in medio fermè sinu Syrtis maioris positæ fines fuerunt Africæ. Hic colunt Nasamones. Plin in intimo sinu fuit ora Lotophagon.

Inops Nasamon.] Pulchrè inops Nasamon, quippe fabulosa littoris loca colens, quæ sterilia sunt. Sunt perpetuæ synecdochæ, quibus ex uno plures intelliguntur.

Mixti Gara.] Non seruat latitudinem longitudini respondentem. Vtut se habet. Ad Theram, inquit, Plinius, per deserta arenis, perq; serpentes iter est. Excipiunt saltus repleti ferarum multitudine, & introrsus elephantorum solitudines. Mox deserta uasta. Vtrinq; Garamantes, ab Augylis dierum 12. itinere distantes. Et mox. Augylæ ipsi medio ferè spatio ab Aethiopia, quæ ad occidentem uergit, & à regione, quæ duas Syrtes interiacet, pari utrimq; interuallo, sed littore inter duas Syrtes 250. M. pass. Et hoc loco, Psyllos fuisse scribit, super Augylas, in arenis. Rursus cap. 8. lib. 5. A' Pharusijs, & Perosis, uastæ solitudines orientẽ uersus, usq; Garamantes. Augylasq; & Troglodytas. Quo loco Garamantes matrimonij exortes esse idem author tradit, & pasiim cum fœminis degere: & Augylas tantum inferos colere. Hi à Cornelio Balbo uicti fuerunt, & triumphati. Huius gentes latrones puteos arenis operire solebãt, quò ad eam gentem iter esset inexplicabile. Hic consentit etiam Dionysius, qui supra Pharusios eos statuit, à Nigretis ad or-

» tum ὧν ὑπὲρ αἴαρ——
» ναίουσιν γαραμάντες ἀπείρητοι. id est.
» Continuo post hos sequitur Pharasia tellus
» Hanc habitant iuxta Garamantem.

Itaq; Garamantes in desertis ferarum, in interiori Africa, degunt, ab omni humano cõsortio segregati, inermes, & hominum conspectum fugientes. Oppidum caput Garamantum habent, Garadamum, uel ut Ptol. Garama.

Perusto.] Nam ab ortu supra Psyllos primi Garamantes occurrunt, mox Augylæ, hinc Troglodytæ, & ultimi uersus occasum, Atlantes. Cæterũ latissima ea regio est, à Leucoæthiopibus, & Getulorum natione frequenti, longo tractu inhabitabilis quondam existimata, propter solis ultro citroq;, supra uertices meantis, torriditatem. Quare Garamantes perustos appellat. Habent enim longi grad eleuati. 50 latitud. 10. quod ad uallem: submoti ultra tropicum Cancri 4. grad.

Marmaridę.] In Cyrenaica regione aut proximè ad Catabathmum accolunt Marmaridæ, à Parætonio fermè A regione ad Syrtim usq; maiorem porrecti. Dionysius,

κυρήνης ἰνίπποιο & ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν
ἄ, χ' ἵππων μαρμαρίδαι προγένεθνόντες ἀγῶνος.

hoc est,

Nec non Cyrene clarorum mater equorum.
Vrbis Amiclææ proles quam condidit olim.
Marmaridæ post hos Aegypta flumina uertunt.

Sunt igitur Marmaridæ populi ad Syrtum maiorẽ. Hos à pedum uelocitate describit. Mazax.] Post Nasamones Hasbytas, & Macas collocat Plinius, quos eosdẽ, qui ab alijs Masæ dicũtur esse, opinor. Per Masas ueterẽ Africæ gentẽ Cynips celeberrimus fluuius elapsus inter Syrtium sinus pelagus ingreditur. Populi Macæi appellãtur. Hæret poëta in hoc tractu Libyæ, ubi Garamãtes et Marmaridæ sunt, & Nasamones. Mazicæ à Ptolemæo in Tingitania ponũtur propè Maluæ ostia. Sed Massa amnis est interioris Libyæ in Atlãticũ pelagus decurrens. Macæos igitur siue Nassæos circumscribit, à iaculandi peritia, & amplificat collatione Medorum. Media ab occasu transuersa, obliquè Parthiæ occurrens utraq; regna includit. B Habet ab ortu Caspios, & Parthos, à meridie, Sittacenẽ, Susianen, & Persidem: ab Occasu Adiabenen: à Septentrione Armeniã. Ita Plinius. Itaq; includere dixit utraq; regna, quod Media à Caspio pelago longo introitu usq; ad Carmaniæ deserta extendatur: & ceu cum eo quodam Parthiam orientalem, à Persia diuidat. Medorum caput, Ecbatana sunt, maxima urbs amœnissimo loco à Seleuco condita, & salubri: ubi Medorum reges æstatem, hyemem Seleuciæ in Mesopotamia transigere solebant. Hæc est ea Media una fortissimarum gentium, in quam capta Samaria Iudæi translati fuerunt, teste Eusebio. Aequaturusq; sagittas Med.] Quod uerò ad mores attinet, & sagittandi studium, mox dicemur, si prius pauca de eius terræ situ & nomine adhuc addiderimus. Iacet Media longè fusa à transitu Zagri, qui Medica porta appellatur, ad Caspias portas, stadiorum, 4. milium, & amplius longitudine. Parthia ea parte ab ortu finitur, ubi Cossei latrocinijs infames alciora loca tenẽt. C A' Septentrione Caduśij colunt, cum qua gente Medi diu mutua odia exercuere. Ab Austro Sittacena, quam ueteres Apollomatiden dixêre, clauditur: ab Occasu trapijs, & Armeniorum quibusdam. Quod uerò ad nomen Mediæ attinet, multi crediderunt à Medo Medeæ filio: qui âd materno nomini tribuerit, ut plurimi contendunt, cùm in ea terra regnaret. Sic enim fama tenet, Iasonem post diuortium cum Medea in gratiam rediisse, & ex Græcia cum ualido exercitu in Pontũ, addãcta secum Medea, nauigasse: cuius aduentu Aeæta grauissimi bello tum fuerit leuatus. Inde arma in Armenios trãstulit, ac mox in Medos: ubi latè domitis gentibus Iason diu imperauit. Argumenta non obscura traduntur. Armeniam iussit uocari ab Armeno Thessala comite suo: alteram, à Medea, siue eius filio Medo. Media etiã ueteris in ea gente fuit: & mons Iasonius. Sagittas.] Sagittandi, equitandiq; studium in ea gente præcipuum fuit, ac penè peculiare. Peruetusta, & regum ueneratio. Tiara, pileus, & manicatæ testes ad Persas cum imperio fluxêre. Medorum regum proprium fuit plures uxores ducere: id quod mox etiam ad priuatos translatũ fuit, ut minus septem habere non liceret. Et fœminæ pulchrum fuit, multos habere uiros: pauciores quoque, calamita-

A calamitatē arbitrabantur. Atque hæc de Medis sufficiāt. Maxax, igitur æquaturus erat Medos iaculandi peritia.

Massylia.] Ab equitandi ritu. *Massyli, qui & Massæsyli siue Masyli & Masæsyli simplici s. & per y. partes sunt Numidiæ, quorum nobilitate celebres inter Afros. Eiuius gentis urbs præcipua est Cirta, opulētissima tum temporis non solum, uerum etiam superioribus ætatibus, domus Syphacis, & Iuba, quorum ille secundo bello Punico, & captus, & regno exutus fuit à Scipione superiore, hic præsenti bello periit. Strabo tradit, Cirtam opera Micypsæ filij Masinissæ munitam maximè, & frequentissimam factam fuisse. Porrò autem hos Numidiam partem fuisse testatur Dionysius satis, cum scribat,*

» τοῖσιν ἐπὶ νομάδων παραπέπλαχε ἄκτὴ φῦλα,
» ἔνθα μακαισυλιτοίτε, καὶ ἀγχεμάχαι μασυλῆες. *hoc est*
» *Post hos immensæ Nomadum de semine gentes,*
» *Atq; Masæsylij, nec non Masylia proles.*

Sunt uicini Mauritaniæ in Numidia, quamuis non ignorantis præcipua quǒdam gente. Maurorū proxima illi, B inquit, Massæsyliorū fuerat, sed simili modo extincta est. De eorum moribus, & victus ratione idem Dionysius.

» βοσκονται δὲ γάλακτι, καὶ ἀπείρονται κρέων ὕλην
» ἀκήρατοι βοτῶν τοιῶνδε κακῶν, καὶ ἀεικέα θῆρα.
» νήνεοι δ' ἔτι πώλοι τερπνὸν ἀκούσαι ὀλισθοῦ ἅμαξης,
» ἠὲ βοῶν μυκηθμὸν ἄυπνον ἐχομενάων.
» ἀλλ' αὖ τῶν ἄτε θῆρες ἀνὰ ἄγρια βουλεύουσι
» νῦν δὲς ἀγαχόωνται, καὶ ἀπρηθέες ἀνιηνται. id est
» *Salitibus hos duris asper, syluisq; uagantes*
» *Victus alit, sæuo quæsitus more ferarum*
» *Scilicet ignaros terris proscindere aratris*
» *Argolicasq; boues plaustris domitare sonoris,*
» *Namq; errant nemorum per dumos more ferarum.*

Quo loco Dionysius, Masæsylios, à Massylijs distinguit, & diuersos facit, sed tamen utrūq; nomē u. habet. Nonnulli ll. geminato, Massyllos eos uocant. Hæc gens, in equis, neque ephippijs, neq; frenis utebatur, ut hoc loco testatur Lucanus. Porrò autem non in extrema Numidia eam gentem Maro lib. 4. sed circa Aethiopiam statuere uidetur, cùm ait,

Oceani finem iuxta, solemq; cadentem «
Vltimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas «
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum, «
Hic mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos. «

Sed sunt authores, qui Masylos, Masules à Polybio dictos diuersos esse arbitrabantur. Vtut res habet, constat eam gentem quondam, ut Thessalos, maleficijs infames fuisse, qui de se molliciei prouerbium reliquerunt, ὠλεύσατο ἐς τὴν μασσαλίην, nauiga Massyliam. Fuerunt & malis artibus, & Luxu infames, ut testatur Athenæus. Iidem in prouerbium cesserunt de cultu uiris indecoro, ἐκ μασσαλίας ἥκεις, è Massilia uenis. Atq; hinc apparet perspicuè, Masæsylios, Masylosq; diuersos fuisse, à Massylijs. Luxu hi perditi muliebri ornatu incedebant, capillis unguento delibutis religatisq;. De Gallica Massilia alibi diximus. Nudo dorso.] *equorum nullis ephippijs, nullis penulis instratorum, nullis frenis, quibus equos regerent utentes.*

Mapalibus.] *Mapalia cæsa agrestes sunt, & furnorum similes lingua Punica, ut magalia, siue magilia, domus rusticæ, & uillæ.* Leones.] *Leonum summa uis in oculis esse creditur: quare Getuli contra impetum ingruentis Leonis obijciunt sagum. Plinius lib. 8. cap. 16. Principatu inquit, Claudij casus orationem docuit, pudendam penè talis feræ nomine, pastoris Getuli sago contra ingruentis impetum obiecto: quod speculum in arenam protinus translatum est, uix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quamuis leui iniectu operto capite, ita ut deuinciatur non repugnans: uidelicet omnis uis constat in oculis. Hactenus Plinius. Afer igitur Venator, qui non confidit ferro, solitus est, iratos leones tegere apertis uestibus, atque ijs iniectis superare.*

Nec solum.] *A catalogo auxiliarium copiarum ad historiam redit poēta. Iuba non solū ciuili factione inductus fuit, ut cōtra Curionē arma pararet, sed priuata iniuria, quam nuper ab eo acceperat. Duæ itaq; causæ Iubam armarunt cōtra Cæsarem, una, quod paternū hospitiū cū Pōpeio illi fuisset: altera quod priuata simultas ei cum Curione intercederet. Etenim hic Tribunus Pleb. legem promulgauerat Romæ, qua regnum Iubæ publicabatur, & quidem in inuidiam Pompeij, cuius beneficio Iuba rex amicus, & socius fuerat à Senatu appellatus.* Priuatę.] *ætiologia iræ regis ob iniuriā priuatā à Curione acceptā, quæ extra belli ciuilis causam erat.* Hunc quoq;.] *ætiologia iræ regis aduersus Curionē, quod Trib. cùm omnia diuina, & humana in urbe misceret, sua tribunitia lege, regē regno exuere conatus fuisset.*

Nec solum studijs ciuilibus arma parabat,
Priuatæ sed bella dabat Iuba concitus iræ.
Hūc quoq;, quo superos, humanaq; polluit anno,
Lege Tribunitia solio depellere auorum
Curio tentarat, Lybiamq; auferre tyranno,
Dum regnum te Roma facit. memor ille doloris,
Hoc bellum sceptri fructum putat esse retenti.
Hac igitur regis trepidat iam Curio fama,
Et quod Cæsareis nunquam deuota iuuentus
Illa nimis castris, nec Rheni miles in undis
Exploratus erat. Corfini captus in arce,
Infidusq; nouis ducibus, dubiusq; priori
Fas utrunq; putat: sed postquam languida segni
Cernit cuncta metu, nocturnaq; munia uallis
Desolata fuga, trepida sic mente profatur.

Libyā.] *totum pro parte. Partē Libyæ, regnum regi Iubæ, quē tyrannū nūcupat, adimere.* Dū reg.] *auersio ad Curionē, quem et Aemylij Paulū ingenti mercede Cæsar corruptos, defensores sibi parauerat. Lege Tribunitia pro sua libidine Romæ quodāmodo regnabat. Sed de pecunia, quā à Cæsare acceperat Curio, postea dicemus.* Memor ille dolo.] *Iuba iniuriæ, & simultatis priuatæ memor, atque offensæ, hoc bellum duxit caussam futurum retinendi regni sui, si nunc in partes Pompeij transeat.* Hac igitur reg.] *Curio primum comperit iudicio exercitum, per Quintilium Varrum quendam, in castris Accij Varri à se alienatum ad defectionem spectare, qua de caussa nonnihil trepidare cœpit, (paulò antè oneratis nauibus quæ ad Vti-*

ad Vticam 200. numero ſtabant, pronunciari iuſſerat, ſe pro hoſtibus habiturum, qui non eueſtigio uela ad caſtra Corneliana uertiſſet, ſed hæc defectio paulò pòſt mo ueri cœpit. Deinde ſuperuenit nuncius ad Vticam, & fama perequites ex ſtatione auxilia equitũ, peditumq; à rege miſſa, non procul abeſſe, ut paulò ante dictum eſt. Hos paucis diebus ſemel atq; iterum fudit. Cæterum ubi accepit de defectione, ultione in aliud tempus dilata, in concionem aduocauit milites, & grauiſſima oratione, eorum animos à defectione non ſolum auertit, ſed ſibi deuinxit. Erat enim in dicendo uehemens. Tres in familia Curionum oratores continua ſerie fuiſſe tradũtur, quorum hic unus fuit. Porrò Sextus ille Quintilius Varrus, cuius modo memini. Corfini nuper fuerat. Hic dimiſſus à Cæſare in Africam uenerat: legionesq; eas tradu xerat Curio, quas ſuperioribus temporibus Corfinio receperat Cæſar, adeo, ut paucis mutatis centurionibus, ijdem ordines, manipuliq; conſtarent.

Fama.] Curio, qui Vticam obſidere cœperat. Etenim poſtridie, quam Curio ſuorum militum animos ſibi reconciliaſſet in aciem deſcenſum, & parua dimicatione Varri acies fuſa fuit: & multi ante caſtrorum munitiones interfecti. Qua clade territus dux Pompeianus noctu cum exercitu Vticam ingreditur, tanquam urbis munitionibus tutior futurus. Vticenſes aduerſis partium rebus tum territi, cum Varro agere cœpere de deditione facienda. Conſultantibus ſuperuenêre literæ à Iuba rege quibus ſignificabatur, ſe brevi cum ingenti exercitu adfuturum. Tum Curio, qui Vticam obſidione cinxerat, audito regis aduentu, neque amplius uigintiquinque millia paſſuum abeſſe, in Corneliana caſtra ſe recepit. Hunc locum ſupra oſtendimus ſub primum in Africam appulſum ab eo captum fuiſſe. Itaq; ſeriò trepidabat Curio. Statim in Siciliam miſit, ut confeſtim duæ legiones, quæ à ſe in inſula relictæ fuerant, prima tempeſtate ad ſe tranſmitterent, ipſe conſtituit bellum in ſuorum aduentum trahere. Quare quod poterat, quantum frumenti in agris erat, undiq; contrahebat & caſtra munire cœpit. Et quod Cęſ.] Tum autem ob aliam cauſſam ſeriò trepidabat, quod parum ſuis militibus fideret, qui conſtabant ab inexpertis tyronibus. Hi ſub Domitio militarant, atq; à Cæſare traditi fuerant Curioni, è Corfinio miſſi in Siciliam.

Nec Rheni.] Quia hi milites, neq; Gallico, neq; Germanico bello exploratus fuerat, ſed Tyrones erant, qui Corfini Pompeio ſacramentum ſub Domitio dixerant, ideo minus audebat illis fidere Curio. Ducib. enim.] Cæſari, & Curioni inſidus miles, qui ſub prioribus, Pompeio, & Domitio dubiã ſeruabant fidem. Corfini.] Fuit autem Corfinum (nam hodie non extat) ſex M paſſ. à Sulmone in Pelignis, præterfluebatq; amnis, cuius pontem reſcindere præſidiarij milites adorti, interuentu Cæſaris in urbem compulſi fuêre. Oppidum tenebat præſidio L. Domitius, quo de nunc agimus, qui paulò antè Cæſari ſucceſſor datus fuerat. Is deſperata uenia, à medico uenenum petierat, præcipiti moriendi conſilio. Medicus uenenum petierat, præcipiti moriendi conſilio. Medicus, qui hominis inconſtans ingenium norat, pro uenino dedit poculum ſoporiferum. Expergefactus homo uarius ratus ſibi exitium adeſſe, muliebri lamentatione cœpit ſuam fortunam deplorare. Sed edoctus quid actum eſſet, ad deditionem ſe adiecit. Dedito pecuniam omnem reſtituit, una cum poteſtate facta quo uellet abeundi, uel diſcedendi ab armis, uel conferendi ſe in otium, uel tranſeundi ad Pompeium, Cæſar. Perijt hic in acie Pharſalica poſtea. Sed hæc prolixius, quàm pro ratione præſentis loci. Sed id agitur, quod Curio Domitianis militibus non confideret, qui cùm prodidiſſent Domitium, fas ducturi eſſent & Curionem prodere.

Sed poſtquam l.] Simul atq; aduertit exercitum ad defectionem per quoſdam ſeditionis concitatores, ſpectare, milites in concionem aduocauit. Verba Cæſaris ita ſe habent. Proxima nocte Centuriones Marſi duo ex caſtris Curionis cum manipularibus ſuis 22. ad Accij Varrum perfugiunt. Ii ſeu uerè, quàm habuerant opinionem perferunt, ſiue etiam auribus Varri ſeruiunt. Nam quæ uolumus, & credimus libenter, & quæ ſentimus ipſi, reliquos ſentire ſperamus. Confirmant quidem certè totius exercitus animos alienos eſſe à Curione, maximéq; opus eſſe in conſpectum exercitum uenire, & colloquendi dare facultatem. Qua opinione adductus Varrus poſtero die mane legiones ex caſtris educit. Facit idem Curio, atq; una ualle non magna interiecta ſuas uteriq; copias inſtruit. Erat in exercitu Varri Sex. Quintilius Varrus quem fuiſſe Corfinij ſuprà demonſtratum eſt, hic dimiſſus à Cæſare in Africam uenerat, legionesq; eas traduxerat Curio, quas ſuperioribus temporibus Corfinio receperat Cæſar, adeò ut paucis mutatis centurionibus ijdem ordines, manipuliq; conſtarent. Hanc nactus oppellationis cauſſam Quintilius, circũire acie Curionis, atq; obſecrare milites cœpit, ne primam ſacramẽti, quod apud Domitium, atq; apud ſe quæſtorem dixiſſent, memoriam deponerent: neu contra eos arma ferrent, qui eadem eſſent uſi fortuna: eadem in obſidione perpeſſi: neu pro his pugnarent, à quibus in contumeliam perfugæ appellarentur. His pauca ad ſpem Largitionis addit, quæ ab ſua liberalitate, ſi ſe ad Accium ſequuti eſſent, expectare deberent. Hæc Cæſar.

Nocturna mu.] ſtationes nocturnas, quæ in ualle diſpoſitæ erant, deſertas metu. Profatur.] Secum reputat, ac loquitur.

Audendo magnus tegitur timor, arma capeſſam
Ipſe prior, miles campum deſcendat in æquum,
Dum meus eſt: uariam ſemper dant otia mentem.
Eripe conſilium a pugna, quem dira b uoluntas
Enſa ſubit preſſo, c & galeæ texere pudorem,
Quis cõferre Duces meminit? quis pẽdere cauſſas.
Quã ſtetit, inde fauet? Veluti fatalis arenæ
Muneribus, non ira uetus concurrere cogit,
Productos odere pares. Sic fatus, apertis
Inſtruxit campis acies, quem blanda futuris
Deceptura malis belli fortuna recepit.

Audendo magnus tegitur.] Deliberantis ſecum iſta Curionis uerba ſunt, quorum hic ſenſus eſt. Qui timet, ac trepidat ad inſtans periculum, timor occultatur, ſi audaciam fingat & audacẽ animum præ ſe ferat. Itaq; quã diu noſtro ſacramẽto addictus eſt, ac priuſquã ad hoſtẽ deficiat milites, certum eſt copias in campum educere. Nox pudori, & metui maximè aduerſatur eſt. Otia mentis. Intermiſſiones uariant conſilia, maximè per quietem nocturnam, quæ

a al. pugnę.
b al. uoluptas
c al. deeſt, &

A qua animus dubius qd optimũ factu sit, præsens arripit tandẽ consilium. Eripe.] hortatur seipsum, ut illorum consultationem de transfugiendo, prælio interrumpat. Quum dira.] quando statuunt tectis gladijs ad hostes meos de facere. Galeæ tex.] uerecundiam pugnandi cum ijs, qui eandem fortunam aliquando obsessi pertulissent, quod tecti galeis non noscantur. Quis conferd.] Quis eos inter se comparare ausus fuit, & expendere, utrius caussa iustior sit. Qua stetit.] à cuius parte miles stetit, illi plus fauet, quam ei, ad quem coactus uenit. Veluti fa.] à simili, ueluti fieri solet, in muneribus gladiatorijs, quæ exhibentur ab imperatoribus populo: in quibus ad concurrendum non simultate, non ira compelluntur. Paret.] gladiatores in arenã producti antagonistas in concursu odisse uidentur, nulla ueteri ira aut odio, sed quod inter se fortuitò commissi sunt. Produc.] Sunt quĩ ita distinguant. Non ira uetus cogit cõcurrere retiarium, & Bgit, distinguunt: ut productos coniungatur, cum, odere: ut sensus hic sit: gladiatores odere pares productos: siue patres odere productos, compositos ad pugnandum: utriquè illeros uidelicet, quod pares uideri uelint. Vt hic, ita mulũi: in locis obscurus in compositione est poëta. Sed ætati condonandum fuit, per quam stilus nondum maturauit. Apertis instrax.] Cum uellet se ad pugnam paratum ostendere, in æquor eduxit suas copias. Quem blan.] Curio paucis diebus auxiliares equitum Numidarũ alas à Iuba missas, fœliciter semel atq; iterum fudit. Quo non tantum successu, sed etiam, quod imperator à militibus appellatus esset, animũ extulit. Ergo ea prospera pugna, sed præcipuè mox insequentem quam indicat poëta, fortunam hominem ludificatam fuisse dicit. Cæsar libro 2. Concurrunt equites inter se. Neq; uerò primum impetum nostrorum Numidæ ferre potuerunt: sed interfectis circiter CXX. reliqui se in castra ad oppidum receperunt. Nam pepulit Va.] Erat uallis, inquit Cæsar, inter duas acies, ut suprà demonstratum est, non ita magno aut difficili, & arduo ascensu. Hanc uterq; si aduersariorum copiæ trãsire conarentur, expectabat, quo æquiore loco prælium committeretur. Simul à sinistro cornu P. Accij equitatus omnis, & unà leuis armaturæ, interfecti complures cùm se in uallem dimitterent, cernebantur. Ad eos Curio equitatum, & duas Marrucinorum cohortes mittit: quorum primum impetum equites hostium non tulerunt. sed amissis equis ad suos refugerunt: relicti ab ijs qui unà procurrerant, leuis armaturæ, circumueniebantur, atque interficiebantur à nostris. Huc tota Varri conuersa acies suos fugere, & concidi uidebat. Tum Rebillus legatus Cæsaris, quem Curio secum ex Sicilia duxerat, quod magnum habere usum in re militari sciebat, perterritum inquit, uides hostem Curio quid dubitas uti temporis opportunitate? Ille unum eloquutus, ut memoria tenerent milites ea, quæ pridie sibi confirmassent, sequi se iubet, & præcurrit ante omnes, adeoq; erat impedita uallis, ut in ascensu, nisi subleuati à suis primi non facile niterentur, sed præoccupatis animis Accianorum militum timore, & fuga, & cæde suorum, nihil de resistendo cogitabant, omnesq; iam se ab equitatu circumueniri arbitrabantur. Nam pepulit Varum.] Aegit Varum in fugam, & terga uertere coëgit. Nam priusquam tela poterant abijcere, aut Cæsariani propius accedere, omnis Varri acies terga uertit, seq; in castra recepit. Qua in fuga quidam Fabius Pelignus erat in exercitu Curionis, inter infimos ordines qui primum fugientium agmen consequutus, clara uoce Varrum inclinans persequebatur, quasi ex eius militibus unus fuisset, qui monere aliquid, ac dicere uelle, se fingebat. Tandem sæpe hominis clamoribus motus Varrus cum respiceret, restitit quæsiuitq;, quis esset, ecquid uellet. Fabius Varrum simul adortus, humerum apertum petiuit, parumq; abfuit, quin Varrum diuerberasset. Ictum sublato scuto uitauit ille. Ibi Fabius à proximis Varri militibus circũuentus, occisus fuit. Donec uet.] hoc est, tãdiu interficiẽdo sequutus fuit hostẽ, donec nõ alia castra cæde inhibuerũt. Fugiẽtiũ multitudine castrorum portæ occupatæ fuerũt: itinera impedita: adeò ut plures circa eum locũ sine uulneribus, quàm in prælio, & fuga perierint, parumq; abfuit, quin castris expellerentur, ac nõnulli protinus eodem cursu in oppidum irruerint. Hactenus secundam fortunam Curionis narrauit poëta circa Vticam.

Tristia sed post.] Narrare nunc incipit fortunæ ludibriũ, hoc est, transit ad pugnam aduersam Curionis, in qua infœliciter non modo pugnauit, sed miserè periit. Vticenset magnus terror exbit prælijs inuasit: quẽ auxit Varrus, qui tertia nocte uigilia, silentio exercitum in oppidum induxit, paucis in castris, ad speciem solum, tabernaculis cum buccinatore, relictis. De deditione oppidi cœptum fuit agi inter oppidanos: ac loquebantur cum Varro, ne sua pertinacia omnium fortunas periclitari uellet. Huic consilio superuenerũt literæ à Iuba, quibus significatum fuit, se cũ magnis copijs adesse: hortabaturq; eos, ut magnis laboribus urbem defenderent. His uehementer confirmati fuerunt. Nuntiatum hoc idem fuit Curioni, sed rem acceptam aliquandiu pro uano rumore reijciebat & literis acceptis, de prosperis reb. Cæsaris in Hispanijs, animus eius sublatus fuit, putabatq; regem aduersus Cæsarem nihil ausurum fuisse. Sunt aud. Iu.] Iuba ubi audiuit Varrum eam cladem accepisse lætus fuit uictoriam

Tristia sed postquam superati prælia Vari
Sunt audita Iubæ, lætus quod gloria belli
Sit rebus seruata suis, rapit agmina fusim,
Obscuratq; suam per iussa silentia famam.
Hoc solum metuens a incautus ab hoste timeri.
Mittitur exigua, qua prælia prima lacessat,
Eliciatq; manu, Numidis à rege secundus
Vt sibi commissi simulator Sabbura belli.
Ipse caua regni uires in ualle retentat,
Aspidas ut Pharias cauda solertior hostis
Ludit, & iratas incerta prouocat umbra,
Obliquusq; caput uanas serpentis in auras
Effusæ tuto comprendit guttura morsu,
Letiferam citra saniem, tunc irrita pestis
Exprimiturq;, fauces q; fluunt pereunte ueneno.

a al. incauto.

de Curione sibi seruatam esse. Rapit agmina fur.] occultè exercitum conscribit, ut prius circa Curionis pro pè castra adessent eius copiæ, quàm in armis esse crederetur: Sed ubi comperit certis authoribus ab Vtica eius copias haud amplius V. & XX. M. abesse, relictis munitionibus sese in castra Corneliana recepit. Huc frumentum comportare, & omnem materiam, & castra munire cœpit. Statim, ut paulò antè memorauì, duas legiones in Sicilia relictas, & reliquum equitatum ad se euocat. Et abundabat omnium rerum copia, aquæ, salis, arborum, frumenti, cuius agri erant plenissimi, Iussa silentia fa.] Sic enim iusserat, ne fama conscripti exercitus ad hostes dimanaret. Incautus ab hoste.] quæ lectio gemina mihi uidetur, ut uel ad Iubam referatur uel ut sit hypallage, incautus, pro incauto hoste Curione. Itaque hoc Iubæ consilium erat, ut incautum opprimeret. Mittitur Sabur.] Ex perfugis quibusdam oppidanis audiuit, Iubam reuocatum in regnum, ob nescio quas controuersias cum Leptitanis, & Saburram præfectum, quem secundum à rege apud Numidas fuisse, dicit poëta, cum mediocribus copijs missum, & Vticæ appropinquare. Tum Curio iuuenta & rerum successu ferox, mutato consilio, cum hostibus acie dimicare constituit. Eliciatq; manu, Numidis à rege.] ut parua ea manu leuia aliqua prælia faciat, & ueluti ando Cæsarianum è castris eliciat. simuleq; totum belli negotium sibi cum ijs copijs commissum esse. Ipse caua regni uires in ualle.] Rex robur exercitus apud se retinebat, dum controuersijs Leptitanorum se explicuisset.

Aspidas ut Pharias.] non aliter, inquit, Curio delusus fuit, quàm aspis Aegyptia eluditur ab Ichneumone. Plinius libro octauo, capite 24. Aspidem internecinum bellum habere cum Ichneumone author est. Notum est animal, inquit, hac gloria maximè, in eadem natum Aegypto. Mergit se limo sæpius, siccatq; sole. Mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. In ea caudam attollens ictus irritos auersus excipit, donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces. Nec hoc contentus, aliud haud mitius debellat animal. Sed luculentior Ichneumonis descriptio extat apud Nicandrum in Theriacis, cuius hæc sunt uerba.

» Ιχνεύμων δ' ἄρα μῦνος ἀκήριος ἀσπίδος ὁρμὴν,
» ἣ μὲν ὅτ' ἐς μόθον εἶσιν, ἀλεύεται. ἣ δ' ὅτε λυγρὴ
» θαλπώσης ὀφίος κυροτέρφι ἰύεα γαίη,
» ψάντα διεσπήνυσε, κοὶ ἐξ ὑμένων ἀτίναξε,
» λαρδάπτων. ὀλοῖς δὲ συνερράβαγησεν ὀδοῦσι.
» μορφὴ δ' ἰχνεύταο νινωπέτη, οἷσιν ἀμυδρὴς
» ἴματιλος, ἄτ' ὄρνυσι κατοικιδίῃσιν ὄλεθρον
» μαίεται, ἐξ ὑπνοιο καθαρπάζοσα πετα ὤρων.
» ἔνθα λέχος τεύχουσι ἐπ' ἠρίον, ἔνθι ἀφαυρὰ
» τέκνα τιθαιβώσασιν ὑπὸ πλευρῇσι βίησαι.
» ἀλλ' ὅταν αἰγύπιοιο παρὰ θρυόεντας ἰάμνας
» ἄσπιδι μῶλον ἄγῃσιν ἀθέσφατον εἰλικόεσσαις,
» αὐτίχ' ὁμὲν πολεμόν δε καθάλλαται. τύπτε δ' ἡ πώλοις

τάρταρον ἰλυόεσσαν. ἄφαρ δ' ἐφορβέατο γύῃς
πηλῷ ἀλινδηθεὶς, ὀλίγον δίμας, εἰσόκε λάχνην
ξείρεος ἀζῄνῃ τεύξῃ δ' ἄγναμπτον ὀδόντα.
τῶμος δ' ἐς μάρη λιχμήρεος ἐρπύσσῃ
σμερδαλέης ἔβρωξεν, ἐπάλμενος, ἠέ κοι ἠῶς
ἀρπάξας, θρυόεντος ἐσω ποταμοῖο νίνισεν.

Quem locum Græcus interpres enarrans, Ichneumon, inquit, est aquilæ species, sacer Herculi, uelut Aegyptij existimant. Solus Ichneumon Aspidis impetū, citra mortem, declinat. Et cùm in pugnam contra Aspidem prodit, fugit mortem ipsius: ac quando ea oua fouet, omnia is corripit, dispergitq; & ex tunicula excussa absumit. Aspidem Curionem facit: Saburam cum Ichneumonis cauda confert: Iubam cum capite componit. Aspidas ut Pha.] Aegyptias. Et Nicander Aspidis & Ichneumonis pugnam statuit inter fruticeta Aegypti, quod Africa fœcunda sit uenenosorum animalium. siue quod nascatur in Aegypto, ut ex Plinio colligitur. Constat colla Aspidum nullo ictus remedio intumescere, præterquam si confestim partes contactæ amputentur. Vnus huic tam pestifero animali sensus, uel potius affectus est Conluga, ait Plinius fermè uagantur: nec nisi cum compare, uita est: itaq; alterutra interempta, incredibilis alteri inter emptionis cura. Persequitur interfectorem, unumq; eum in quantolibet populi agmine notitia quadam insequens, perrumpit omnes difficultates, permeat spatia, nec nisi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Hebetes oculos natura huic pesti dedit, eosq; non in fronte, ut exaduersos cernere liceat, sed in temporibus. Sæpius excitatur auditu, quàm uisu. De aspide miraculum à Philarcho traditur. Cum ad mensam cuiusdam ueniens in Aegypto alteretur assiduè, enixam catulos, quorum ab uno filium hospitis interemptum, illam reuersam ad consuetudinem ria bi, intellexisse culpam: & necem intulisse catulo, nec postea in tectum id reuersam. Halicacabi radice propius admota sopiuntur aspides. Nusquam cōstat aliquem ictu aspidis percussum euasisse. Aspis somnieulosa à Sisenna dicta fuit, quod somnum lætiferum morsu inducat. Pharias.] Aegyptias, ut diximus, Quoniam uis aspidis ineuitabilem uim necis inducit, creditum est olim, Aegyptiorum regum morem ueterem fuisse, diademata aspidis imagine distincta gestare. Aspides quinq; cubitorum gigni obseruatum est, & ut plurimum atri coloris, aut etiam cinericei: fuit & aliquando fulua uisa. Tactū morsu, horas uix quatuor superstant: sed sequitur mox præfocatio, ac spasmus cum singultu. Sunt & aspides campi orbiculatores, aut ubi aspides multæ reperiuntur. & ἀσπὶς & ἀσπὶς scutum, siue clipeus. Periisse creditur aspidis morsu Cleopatra Aegyptiorum regina. Prouocat umb.] prouocat hostem umbra caudæ, quam attollens ictus irritos auersus excipit. Obliquusq; ca.] id est, quod Plinius dicit, obliquo capite inuadit in fauces. Compren. gut.] frustra cauda occupatæ in fauces irruit, & quidem citra letale uirus. Pestis irrita.] uirus non letale defluit è gutture, & ui emittitur.

Fraudibus.] Reliquum occultis. fert obiter causas cladis futuræ. Prior prospera pugna insolentiorem Curionem fecit: deinde parum re-

Fraudibus euentum dederat fortuna, feroxq;
Non exploratis a occulti uiribus hostis
Curio nocturnum castris erumpere cogit,
Ignotisq; equitem latè discurrere campis:
Ipse sub auroræ primos excedere motus
Signa iubet castris, multum fruſtraq; rogatus,

putabat apud se fraudem Punicā: & ignorabat post Saburam ipsum Iubam regem in insidijs esse. Eccum fortuna dedit successum.

Vt Libycas metuat fraudes, infectaq; semper
Punica bella dolis, leti fortuna propinqui
Tradiderat fatis iuuenem, bellumq; trahebat
Autorem ciuile suum. super ardua ducit
Saxa, super cautes abrupto limite signa,
Quum procul è summis conspecti collibus hostes
Fraude sua cessere parum, dum colle relicto
Effusam patulis aciem committeret aruis.

tem eum fuisse indicat. Trahebat.] *bellum Ciuile ducebat Curionem ad mortẽ, qui Trib. pleb. stimulos Cæsari, & faces addiderat, ad bellum Ciuile.* Super arduа d.] *Equites, re bene gesta (ut omnia diligenter ordine referantur) cùm retro castra repetерent, in Curionem, qui quadrato agmine incedebat, incidерunt. Ille suorum successu lætus, cùm ex captiuis tantum quæsiuisset, quis præesset castris, responsumq; fuisset, Saburnam, haud ultra de rege scisciatus studio conficiendi itineris, proxima respiciens signa, Videtis'ne, inquit, milites, captiuorum orationem cum perfugis conuenire? abesse regem, exiguas copias missas esse, quæ paucis equitibus pares esse non potuerũt? Inde paucis eos hortatus fuit, ad prædam, & gloriam parandam: quæ ab eo inflatius commemorabantur, prolata simul sunt spolia, producti sunt homines capti, & equites: ut quicquid temporis intercederet, id uictoriam morari uideretur. Inde equitibus sequi iussis, iter accelerabat, ut ex fuga perterritos adoriretur. Sed equites tota nocte itinere faciendo lassi, subsequi non poterant, sed alij alijs locis subsistebant. At Iuba certior factus à Saburna de nocturno prælio, duo milia Hispanorũ, Gallorumq; equitum, peditumq; lectissimorum partem illi subsidio clàm misit, quos ad custodiam corporis sui circa se habere consueuerat: ipse sedato gradu cum 40. elephantis instructo agmine sequebatur, suspicatus, quod erat, præmisso equitatu, Curionem haud multo pòst adfuturum. Sabura suis edixit, ut simulato metu quàm longissimè possent, hostem cursu fatigarent, se uerò, cùm opus esset, signum pugnæ daturum: simul quæ uellet, imperaturum. Curio ueram fugam arbitratus, barbaros per aliquot millia passuum, ex superioribus locis, quæ pœta hoc loco, ardua saxa, & cautes appellat, copijs deductis, sequitur: ex quibus locis cùm longius esset progressus, exercitu iam labore confecto, 16. milium spatio, repente Sabura agmen conuertit.* Cessere pa.] *sic enim iusserat rex, ut simulatione timoris paulatim cederent, ac pedem referrent, atque ita suis mandarat Sabura.* Patulis cam.] *Copias, inquit Cæsar, ex locis superioribus in campum deducit.*

b successum dolis regis, quod Curio non reputaret se à parua Saburæ manu ad locum insidiarum trahi posse. Hostem oculum Iubam uocat, qui ponè sequebatur. Nocturnum.] Cùm enim rem prælio committere constitueret Curio, quod audiret Saburam cum mediocribus copijs missum, Vtiq; ea appropinquare, successu superioris pugnæ elatus, fiducia rei bene gerendæ omnem equitatum prima nocte ad hostium castra, quæ ad Bragadam erant, emisit. His castris præerat, ut dictum est, Sabura, de quo antea fuerat auditum. Sed rex cum omnibus copijs sequebatur: & sex M. passuum à Sabura considerat.

Nocturnum.] Equites missi nocte iter conficerunt, & inopinantes hostes aggressi fuerunt Numidæ barbaros quos somno sepultos, inconditos, intra extraq; munitiones & dispersos adorti magnum eorum numerum interfecerunt. sed plures recenti cæde perterriti profugerunt. Inde equites ad Curionem reuersi captiuos secum adduxerunt, reliquos fuga dilapsos in castra compulerunt. Erumpere c.] exire, ut barbaros imprudentes adorirentur. Discurrere.] diuagari per campos inexploratos. Ipse sub auroræ.] Curio quarta uigilia cum omnibus copijs, quinque tantum cohortibus præsidio castris relictis, subsequutus fuit. Rogatus.] à præfecto equitum Cn. Domitio, & alijs equitibus.

Libycas frau.] quas porrò Libycas fraudes dicit, luculentius statim reddit. Punicas artes, ut alludat sit ad parœmiam, Punica fides. Pœnorum enim fides in prouerbium abijt, quod ea gens peculiariter periurij, & uanitatis notata sit. Liui. libro secundo, tertiæ decad. quæ Punica religione seruata est fides ab Annibale. Maximus apud Iulium Capitolinum. Afri, inquit, fidem Punicam præstiterunt. Salustius in Iugurtha. Compertum Bochum magis Punica fide, quàm ob ea, quæ præcesserant, simul Romanos, & Numidam spe pacis detinuisse. Dolis.] quod Pœni semper dolis, & astu usi fuerint. Quare Liuius scribit, perfidiam plusquam Punicam, in Annibale fuisse. Iuuenem.] Curionem, quem nix militari ætate fuisse liquet ex Cæsare, qui adolescentem eum fuisse indicat.

Ille fugam cred.] Curio, ut modo retulit, ueram fugam arbitratus, barbaros per aliquot milia passuũ sequutus fuit. Aciem deiecit m.] nam 16. milia passuum iam exercitus progressus fuerat, cuius itineris confecti labore defatigatus fuerat, cùm Sabura agmen conuerteret. Atque illi erãt doli, quos tum pa-

Ille fugam credens simulatæ nescius artis,
Vt uictor medios aciem *a* deiecit in agros.
Tunc primum patuere doli, Numidæq; fugaces
Vndiq; completis clauserunt montibus agmen.
Obstupuit dux ipse simul, perituraq; turba.
Non timidi petiere fugam, non prælia fortes,
Quippe ubi non sonipes motus clangore tubarũ
Saxa quatit pulsu, rigidos uexantia frenos
Ora tenens, spargitq; iubas, & surrigit aures,
b Incertoq; pedum pugnat non stare tumultu.
Fessa iacet ceruix, fumant sudoribus artis,
Oraq; proiecta squalent arentia lingua,
Pectora rauca gemũt, quæ creber anhelitus urget,
Et defecta grauis longè trahit ilia pulsus,
Siccaq; sanguineis durescit spuma lupatis.

a al. prolecit.

b al. Incertosq;

continuo ducta est, alijs super alios à rege aduenientibus. Dux ipse.] Curio admiratus fuit, unde tam subito tantæ copiæ, cum barbarorum paucitatē paulò antè contempsissent. Non timidi.] Non deerat negotio Curio, suosq; hortabatur, ut spem omnem in uirtute reponerent. Itaque neque militibus defessis, neque equitibus, quamuis paucis, & labore confectis, studium ad pugnandum, uirtusq; deerat. Sed ij, in quancunque partem impetum fecerant, hostes cedere cogebant. Reliqui in itinere à tergo subsistebant. Non prælia f.] Vt non fugiebant timidi, ita postremò non poterant pugnare, quia undique degrauabatur Romanum agmen, cum insigni paucitate, tum quia uiribus exhausta corpora ad terrem defluebant sua sponte. Ac tum demum pauor & luctus animos occupare cœpit. Cæsaris uerba hæc sunt. Sed neq; longius fugientes prosequi, neq; uehementius equos incitare poterāt. At equitatus hostium ab utroq; cornu circuire aciem nostram, & auersos proterere incipit. Saxa qua.p.] ubi equites lassi faciendo itinere, non poterant procurrere in hostes, sed tardè ob infectationē incedebant. Copiosè dilatat equorū lassitudinem à signis. Arentia.] sitis torrida. Lupatis.] Lupatum propriè est frenigenus asperrimi, sumpto nomine, ut grāmaticis placet, à lupinis dentibus, qui inæquales sunt, & propterea morsus asperrimus est.

Iamq; gradum.] *Equi neque calcaribus, neque uerberibus ad cursum agi poterāt. Imò ne ipsi quidem milites, in loco manere, neque ordines seruare, neq; procurrere, neque casum subire sustinebant.*

a al. perfertur

Vulneribus co.] *nimius est in equorum tarditate, & lassitudine amplificanda.*

b al. steterunt

Neq; enim.] *quod Cæsar ad milites, id poëta ad equos transfert. Nostros, inquit, uires lassitudine deficiebant.* Tantum profer.] *eousq; solum stimulis & calcaribus impellitur, ut ægrè ad hostes perueniat, & præsens atque ineuitabile uulnus accipiat. Quo breuius spatium hoc certior ictus est, & teli iactus minus fallit. Ediuerso, ea quæ longius absunt, & extra telorum iactum, in tuto sunt, & extra periculum: in quam sententiam, etiam in prouerbium cessit, extra telorum iactum. In prælijs enim qui nolunt feriri sagittis, longius subducunt se, quàm ut contingi iactu teli possint. Vnde illud frequens apud historiographos. Iam ad iactum teli peruenerant. Quint. Curtius libro 4. ut extra iactum teli essent. Et: Nondum ad iactum teli peruenerant. Et Græci ἔξω τῶν βελῶν dicunt.* At ua. Af.] *à signis, impetum Afrorum describit. ubi illi impetum facerent, equorum concursu campi tremere uidebantur: ingens sonus equorum impulsu edebatur, & ingens puluis in nubē excitabatur. Et comparationem à natura uenti omnium uiolentissimi, ducit.*

Iamq; gradum neq; uerberibus, stimulisq; coacti
Nec quamuis crebris iussi calcaribus, addunt,
Vulneribus coguntur equi, nec profuit ulli
Cornipedis rupisse moras, neq; ēm impetus illis,
Incursusq; fuit, tantum a profertur ad hostes,
Et spatium iaculis, oblato uulnere, donat.
At uagus Afer equos, ut primum emisit in agmē,
Tunc campi tremuere sono, terraq; soluta
Quantus Bistonio torquetur turbine puluis.
Aëra nube sua texit, traxitq; tenebras.
Vt uerò in pedites fatum miserabile belli
Incubuit, nullo dubij discrimine Martis
Ancipites b steterant casus, sed tempora pugnæ
Mors tenuit, neq; enim licuit procurrere contrà,
Et miscere manus, sic undiq; septa iuuentus
Cominus obliquis, & rectis eminus hastis
Obruitur, non uulneribus, nec sanguine solum
Telorum nimbo peritura, ac ponderi ferri.

Bistonio torquetur.] *quantum pulueris ui boreæ, qui à Septentrione spirat, in cœlum impellitur. Epitheton duxit à regione, unde is spirare creditur, nempe à Thracia, quare rarum maximus, Threicium boream uentum nuncupat: & hic Lucanus eundem, Bistonium bimem. Bistonum gēs in Thracia est, & stagnū, ut testatur Plin. lib. 4 cap. 11. Vnde Bistonius, Threiceus, Seneca. Quid fabula memorem diri Bistonij regis? Quidam Bistonidem stagnum uocant, & regionem. Ouid. Et tuta à bello Bistonis ora fuit. Est & gruis epitheton Bistonia. Suidas, βιστονία, ἐπίθετον τῆς γεράνου. quasi Threiciam gruem dicat. Apollonius de Orpheo.*

Ergo acies.] *Cū uelit poëta innuere omnes pedites ad unum interfectos, post fugā totius exercitus animaduersam, canit reliquos in orbem se collegisse modicum: & si quem timor capiebat, qui in medium orbem irrepere t, parum aberrat, quin in suorū stricios gladios irrueret.* Constrinxit gy.] *hoc est, quantum illi, quā primum gyrum contra hostes tenebāt, motu impressionis hostilis referebant pedetentātim illi, qui introrsum cesse-*

Ergo acies tantæ paruum spissantur in orbem.
Ac si quis metuens medium correpsit in agmen,
Vix impune suos inter conuertitur enses.
Densaturq; globus, quantum pede prima relato
Constrinxit gyros acies. non arma mouendi
Iam locus est pressis, stipataq; membra teruntur.
Frangitur armatum collisо pectore pectus.
Non tam læta tulit uictor spectacula Maurus,
Quàm fortuna dabat, fluuios non ille cruoris,
Membrorumq; uidet lapsum, & ferentia terram

Βιστονίη φέρεται γενεὰς ἐξῆρχεν ἀοιδῆς.
Tradunt Bistones dictos à Bistono filio Martis, aut filio Terpsichoræ. Stephanus putat à filio Pæonis, qui Marte prognatus fuit. Aëra nube s.] hyperbole pulueris in cœlum assurgentis concursu equorum. Vt uero in.] Curio ubi rē perditā uidit, suis edixit, ut proximos colles occuparēt, eoq; iussit inferri signa. Sed Numidæ Romanos præuenerūt, tumultuosq; celeri cursu occuparunt, nec eō Curioni pateret receptus. Tum uerò passim facta fuit fugæ multiq; aut ferro, aut equorum attritu, medio conatu oppressi fuerunt. Et dubium Martem, τὸν ἀλλαγρέσαλον, appellat, dubiam uictoriam, nunc huc, nunc illuc se inclinantem. Sic undiq.] epiphonema in tragicam faciem tetræ cladis, quæ totis campis accipiebatur.

A sum cesserant, cõstrin gebãtur magis. Quare dilucidè addit, iam nullum interiorib. locum mouendi arma relictum fuisse. Collisо pec. p.] corpora armata, armatis corporibus illisa disiliebant, frangebantur q̃. Quid igitur hinc sequutum fuit aliud nisi dira clades, & globi Romani interitum transeat, ad affectus concitandos paulisper digreditur. Maurus.] uel rex Iuba: uel per intellectionẽ: illi spectarunt. Subijcit ætiologiam, quod neq; riuos sanguinis, neq; corporum casus, neque cæsorum aceruos ipse propter multitudinis densitatem, erecta. Excitet inuidere Romanorum gratificetur Afris, maximè Carthaginen

B sium mortuorum manes, qui ab ijs euersi fuerunt. Infe- rijs no.] Sunt enim inferiæ mortuorum sacra, quæ solemnitèr inferis. Vergilius.

» Totidem quos educat Vfens
» Viuentes rapit inferias.

Parentalia eadem dicebantur: & parentare, mortuis sacra facere: siue quod parerent mortuis, qui uiui ita facere iusserant: siue quod filij parentibus ea præstarent. Itaq; umbris Carthaginensium hac cæde Romanorum parentatum fuit. Annibal. & Pœni.] Commemorat omnium quos unquam Romani habuerũt infestissimum hostem Annibalem Pœnum, quasi illi maximè inde alijs Pœnis hæc piacula missa sint, hoc est, sacrificia.

Corpora, compressum turba stetit omne cadauer.
Excitet inuisas diræ Carthaginis umbras
Inferijs fortuna nouis, ferat ista cruentus
Annibal, & Pœni tam dira piacula manes.
Romanam superi Libyca tellure ruinam
Pompeio prodesse nefas, uotisq; senatus,
Africa nos potius uincat sibi.—

Romanam superi Libyca tellure r.] clausula cædis cõstat exclamatione in Deos, qui hac clade uisi fuerunt rem gratam Pompeio, & senatui facere, cùm satius fuisset, id eos ruina Afrorum facilitasse, quàm cum internecione florentissimi exercitus Romani, id'que in Africa. Vel ut Glareanus exponit, quod pœna uelit, tum Pompeium, tum senatum tam pium, ac magnanimum uideri, ut malit Afros uincere Romanos sibi, quàm Pompeio, ac senatui. Militibus ferè ad unum interfectis, cùm ex equitibus, qui in castra refugerant, cum ijs, qui ad castrorum præsidium remanserant, alij in naues trepidè præcipitati, in Siciliam transmiserunt: alij Varro dediti, eo inuito, ac querente, non licere sibi fidem deditis præstare, Iubæ regis iussu in Vticæ mœnibus constituti, telorum multitudine sunt confixi. Verba Cæsaris ita habent. Reliquæ copiæ missis ad Varrum nocti legatorum numero legionibus, sese ei dediderunt. Quorum cohortes militum Iuba postero die ante oppidum conspicatus, suam esse prædicans prædam, magnam partem eorum interfici iussit: paucos electos in regnum remisit. Cùm Varro suam fidem ab eo læsi quereretur, neque resistere auderet, ipse equo in oppidum uectus, prosequentibus compluribus senatoribus: quo in numero erat Ser. Sulpitius, & Licinius Damasippus. Paucis diebus, quæ fieri uellet, Vticæ constituit, atq; imperauit. diebusq; æquè post paucis se in regnum cum omnibus copijs recepit. Vincat.] hoc est, uictoriam ad se transferat, non ad Pomp. aut sen.

Curio fu. ut u.] Cædem Curionis paucis uerbis absoluit. Curio ubi rem perditam uidit, suis edixit, ut pro ximos colles occuparent, eoq; signa inferrent. Sed hostes præuenerunt, & tumultuosè celeri cursu occupauerunt, ne eò Curioni pateret receptus. Tũ uerò, ubi passim fuga fieri, & multi ferro, aut equorũ attritu, in medio cursu opprimerentur, dux ipse à suis monitus fuit, ut cum ijs equitibus, qui adhuc circumstabant, sibi salutem quæreret. Tum ipse forti animo negauit se amisso exercitu, quẽ sua fidei commissum à Cæsare acceperat, amplius uictum: atq; ita ad extremum in conferta hostium acie dimicans concidit. Quin audiamus Cæsarem ipsum disertè eam rem narrantem. Tum uerò, inquit, ad summam desperationem nostri perueniunt: & partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integri procumbunt. Horatur Curionem Cn. Domitius præfectus equitum, cum paucis equitibus circumsistens, ut fuga salutem petat, atq; in castra contendat, & se ab eo non discessurum pollicetur. At Curio nunquam amisso exercitu, quem à Cæsare sibi commissum acceperat, se in eius conspectum reuer-

—Curio fusas
Vt uidit campis acies, & cernere tantas
Permisit clades compressus sanguine puluis:
Non tulit afflictis animam producere rebus,
Aut sperare fugam, cecidit q̃ in strage suorum
Impiger ad letum, & fortis uirtute coacta.
Quid nũc rostra tibi prosunt turbata, forumq;?
Vnde Tribunitia plebeius signifer arte
Arma dabas populis? quid prodita iura senatus?
Et gener, atq; socer, bello concurrere iussi?
Ante iaces, quàm dira Duces Pharsalia confert,
Spectandum q̃ tibi bellum ciuile negatum est.

surum confirmat: atq; ita præliantes interficiuntur. Hæc ille. Animam prod.] amisso exercitu, diutius in uita superesse. Cecidit.] fortiter pugnando occubuit: & ut Cæsar dicit: Atq; ita prælians interficitur. Impiger ad] strenuus ad mortem, cùm alioqui cum parte equitatus in castra euadere potuisset. Patebat, inquit Florus, uicto fuga sed pudor suasit, ut amissum sua temeritate exercitum, morte sequeretur. Quid nunc ros.] per auersionem exclamat in Curionem, qui è rostris Tribunus plebis uocis suæ classico ciues ad bellum ciuile hortatus fuerat, grandi ære à Cæsare corruptus, ut mox dicetur: qui speraverat, Cæsare uictore magnã in imperio dignitatem. Rostra bello Latino Antiatium nauibus, partim in nauale subductis, partim incensis detracta Romam translata fuisse proditum est, ex quibus suggestum in foro fuit excultum, id templum rostra ob eam rem dixerunt. Erant hæc rostra ante curiam Hostiliam. Sub dextra horum à comitio locus erat, in quo nationum legati subsistebant, qui ad senatum mittebantur. Hic Græcostasis appellabatur à Græcis, propter nationum excellentiam. De rostris ita Li

uius. Naues Antiatum partim in naualia Romæ subductæ, partim incensæ: rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornare placuit. Rostraq; ad templum appellatum. Et Plinius lib. 16. capite 4 tradit, rostra nauium antea tribunali præfixa foro, decus fuisse, ueluti P. R. ipsa corona imposita. Itaque rostra conscendebant, qui erant concionaturi. Hic Plutarchus scribit C. Cæsarem Quæstorem Iuliam amitam, & uxorem Corneliam defunctas, è more, oratione laudasse Iuuenal. Satyr. 10. de Cicerone loquens.

» Ingenio manus est, & ceruix cæsa, nec unquam
» Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.

In foro igitur, è rostris, & pulpitis ad populum in concionem aduocatum habebas orationem. Huic hic Curio uehemens in dicendo, ut modo meminimus, unus ex tribus oratoribus clarissimis in Curionum familia. Plebeius sig.] Tribunus Pleb. periphrasis. Cur eum plebis significerum uocet iam dicetur. Erant Trib. Pleb. re uera, plebis significri. Plebs in secessione in montem Sacrum per Menenium Agrippam legatum, summum ea tempestate uirum, anno 17 post fugam Tarquiniorum obtinuerat, ut certi fœderis pactione, plebeios magistratus de suo corpore crearent. Itaque initio duos Trib. plebs habere cœpit. Proxima inde secessione, additi fuerũt tres, ac paulò pòst quinque alij. Decem hoc pacto in Plebem Rom. suam habuerunt iurisditionem. Horum tanta paulatim creuit & potestas, & autoritas, ut quicquid senatus decreuisset, id tum demũ ratum haberetur, si Tribuni approbauissent. Hi stabant in curiæ uestibulo, coacto senatu: & quæcunq; ibi decreta essent, Tribunis executienda tradebantur, ut si ea è republ. fore uiderentur, approbarent, sin secus, reijcerent. Quæ approbabant, ijs in tergo adijciebant literam T. Atq; hæ quidem maximæ erant partes Tribunorum intercedere S. C. Minores uerò, leges ferre ad populum, quæ à plebe, Plebiscita dicebantur. In his rogandis, patribus non licebat interesse, nec in prouincijs Proconsularibus assignandis. Istud uerò ad nostrum institutũ pertinet, (nam cætera apud A. Gell. de Tribunitia potestate extant ex Labeonis Antistij sententia, & apud Festeium Lamiam repetita) si cæteri omnes Tribuni unam rem aliquam probassent, unus interum eorum, id prohibuisset fieri, eius autoritas prohibentis cæteris omnibus anteponebatur, ut reliqui uni cædere cogerentur. Accidit id tum, cum Curio se collegis opponeret. Erat re uera hæc potestas pestis rei pub. unde ad ultimum hoc ciuile nefas fuit orum seditiosus magistratus, per quem ius consulare semper fuit ommi nutũ: non enim Tribuni Consulibus parebant, quos plebs sacrosanctos esse uoluit, quos uiolare capitale erat. Fuit ergo plebeius signifer. Cùm enim Trib. Pl. Cæsaris causam ac dignitatem defendendam suscepisset, sæpe fuerat senatui pollicitus, si quem timor armorum Cæsaris lederet, tum aũt quia Pompeij dominatio, & arma nõ parum terroris foro inferrent, discederet uterq; ab armis, exercitusq; dimitteret, eo facto ciuitatem liberã, & sui iuris futuram. Neq; uerò hoc tãtum Curio pollicitus fuerat, uerumetiam per se discessionem cœperat facere. Quod ne fieret, amici Pompeij, & Consules iusserunt, atque ita rem moderando abiuerunt. His artibus obtinuit, ut cluderet aliquamdiu senatum. Arma da. P.] contemptim, & per uisum hoc rogat, ut hominis amentiam proponat, ignorantis, ut cum ad exitũ belli usq; superuicturus sit. Prodita iura.] Curio tradidit senatum Cæsari cum ingenti ære ab eo corruptus omnia uenalia haberet. Et gener.] Cùm Pompeium, & Cæsarem inter se commiseris? Tot ties nunc dictum est, eum omnium Tribunorum uiolentissimum fuisse, teste Suetonio, & unum propè authorem belli ciuilis, unde amplissima præmia expectabat. Antè iaces.] pathos ab habitu. Cæsus prius fuit quàm socer, & gener in Pharsalia concurrerunt, unde factum, quod uictoriam non uiderit. Pharsalia] campi Pharsalici, in quibus de summa rei pugnatum fuit. De Pharsalo oppido Thessaliæ condito ab Acritij filio, circa quod de uictoria pugnatũ fuit, in primo dictum est. Spectandumq;] pugna Pharsalica, in qua ciues concurrerunt.

Has urbi mis.] Deinde poëta ecphonesin suam auertit ad ciuitatis primarios, qui simuli fortuna luant ciuilia bella, quæ ipsi uel concitarunt, uel sua temeritate, & amentia susceperunt.

Has urbi miseræ uestro de sanguine pœnas
Ferre datis, luitis iugulo fic arma potentes.

Fœlix Roma.] Alia ecphonesi prosequitur ciues Romanos, quos tum demum fœlices, adeoq; per omnia beatos fore prædicat, si perinde ipsis libertatis asserẽdæ ratio haberetur, atque uindicandæ iniuriæ. Sed in superos transfert culpam, quib. ita uisum est.

Fœlix Roma quidem, ciuesq; habitura beatos,
Si libertatis superis tam cura placeret
Quàm uindicta placet. Libycas en nobile corpus
Pascit aues, nullo contectus Curio busto.
At tibi nos (quando non proderit ista filere)
A' quibus omne æui senium sua fama repellit)
Digna damus iuuenis meritæ præconia uitæ,
Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma,
Aut cui plus, leges deberent recta sequenti.
Perdita tunc urbi nocuerunt sæcula, postquam
Ambitus, & luxus, & opum metuenda facultas,
Transuerso mentem dubiam torrente tulerunt,
Momentumq; fuit mutatus Curio rerum,
Gallorum captus spolijs, & Cæsaris auro.
Ius licet in nostros a iugulos sibi fecerit ense
Sylla potens, Mariusq; ferox, & Cinna cruentus,
Cæsareæq; domus series, cui tanta potestas
Concessa est, emẽre omnes, hic uendidit urbem.

a al. iugulos nostros.

Libycas en.] Mox patheticè rursus auertit orationem ad miserabilem fortunam cæsi Curionis, cuius corpus uulturibus, auibusq; rapacibus dilaniandum relictum fuit. Et quemadmodum inquit Homerus, lib. Iliad. x. de exercitu Troianorum ad Troiam hic Curionis corporibus carnificinit, deq; clade per ità Achillis accepta.

ἣ ῥα γυναῖ' ἐλέαιρε περικλυτὸς ἀργειφόντης
ἀλγε' ἔδυνε, πολλὰς δ' ἰφθίμους κατέπεφνε
μαιμώωντι θυμῷ ἐναίσιμα καὶ μετὰ λαὸν
ἀμφὶ σάωσιν, αὐτὰρ δ' ἐπὶ τοῖσιν ἔπεφνε
ἐλώρια τεύχε' ἄνακτι
σιν, οἰωνοισίτε πᾶσι
Διὸς δ' ἐτελείετο βουλὴ
λύ. id est,
Quæ dedit innumeras cladis immitis Achiuis,

Tum quæ heroum animas multas demiserit orco,
Tempus id ante suum, & quæ dilaniandà reliquit
Corpora uulturibus, canibusq; rapacibus, ergo Sic

Sic fuit illa Iouis summi suprema uoluntas. Potentes.] Reipub. oppressores, & qui per tyrannidem inuadūtis, & obtinetis imperia, & fastigia rerum. Notat eos ipsos, qui superioribus ciuilium bellorum temporibus tragœdiam uerè tragicā egerint, ut postea hoc ipsum non dissimulabit. Nullo con. Curio b.] inhumatus, & inprocul ab orbe Romano, procul ab aris, & focis. A' gène pathos: ex domo Curionum, unde clarissimi oratores prodierunt: auus prior, inde pater, uiri continentia scriptoribus celebrati. A' uirtute, uir, imò iuuenis potius, bellator, corpore inhumato, umbras mortuorum, citra ripam Stygiam errantes non quiescere, sed sursum ac deorsum perpetua inquietudine uagari. Quare ijs, qui uel simili casu, uel mari perissent, uel in terra hostili, cænothaphium erigere consueuerunt. At tibi nos iuuc.] Pathos ab ætate, qui uix militari ætate, quod & Annibal de Scipione dicebat, iuuenis fortiter pugnando cecidit. Quando non pr.] Parenthesi ineludit laudes Curionis, quas, licet Cæsaribus infestus semper poëta, testatur propter egregiam uirtutem pro suo imperatore, se præterire nō posse, ut asserat nomen, & facinus eius etiam uel inuitus ab immortalitate. Senium pro obliuione, temporū iniuria quæ rēi memoria intercidere potest, usurpat. Quid autem interfit, inter senium, & senectam, opinor liquere satis. Senium minus est, quàm Senecta, quæ extrema, & propè ad decrepitam usq; ætatem pertinet. Auertit κατ' ἀποφορὰν ἐπιφ, orationem, ad affectus concitandos, ad Curionem, qua totum hunc locum, & libri quarti catastrophen exclamando, & insectando opes, & ciuile nefas, absoluit.

Haud al.] Hyperbolicōs transit laudes Curionis, sed quo iudicio, haud ausim affirmare, quod Roma non prorem sequenti æqua, & bona. Sed respexit poëta ad Curio nis priores actiones, ut apparet, Tribunus enim plebis fastem Cæsari inimicissimus, omnes eius actiones reprehendere conabatur. Alioqui, quod ad indolem attinet, præter belli artes, & eloquentiam, tum autem & nobilitatem nihil uideo, quo commendetur, aut omnibus ille superioribus præluxerit. Perdita tunc.u.] Verè hoc poëta texit, & transtulit eius incontinentiam in temporum ui tia, quibus omnia luxuriā, libidine, ambitione scatebant. Et opum m f.] Cùm totius orbis opes Romam translatæ essent, quibus non explebatur non modo Romanorū uaritia, sed luxus augebatur, & gulæ instrumenta alia, atq; alia quærebantur, quibus corrupta iuuētus omnes facultates absumebant, & in omnem libidinē dissoluebantur. Rebus absumptis omnibus, æs alienum cōtrahebant. Hinc furta, stupra, parricidia, et coniurationes intestinæ, seditiones q; ortæ fuēre, cùm soluendo non essent. Hinc factum, cur inopia adacti omnia Romæ uenalia haberent. Inter quos Curio extiterat, ut paulò mox dicetur. Trāspuēre. Metaphora à nō animali, ad hominem. Momentum f.] Et Curio in diuersas partes tum moribus, tum studijs imitatus, fuit non minima portio rerum ciuilium, correptus à Cæsare multo Gallico auro, ut ære alieno sub leuaretur. Quare eò uiolentius Cæsaris autoritatem, & dignitatem tuebatur, quo infestius ipsum antè impugnārat. Gallorum ca s.] Caussa, cur in diuersum mutatus fuerit, momentum non leue rerum ciuilium, quod Gallicis spolijs, & auro Cæsaris fuerit corruptus. Ius licet in] Concludit totam hanc catastrophen, graui epiphonemate in tyrannidem Curionis qui plus cæteris omnib. ualuerit, qui suam potestatem exercuêre. Enumerat uiolentissimos aliquot Consules Romanos, qui tantum sibi iuris uindicarunt in ciuitatem, quantū uoluerunt: de quibus superioribus libris satis disputatum fuit. Sylla, Marius, Cinna, capita fuerant prioris belli ciuilis. Cæsareæq; d. se] Sed Cæsarum familia, quæ longa serie imperauit, tantum, quantum unus Curio, præstare non potuêre. Illi emerunt, hic uerò uendidit urbem. Hoc genus proditores patriæ grauiter perstringit Maro in 6. Aeneidos, qui omnia turpi auro uenalia habent,

Vendidit hic aura, inquit, patriā, dominumq; potentē,
Imposuit.

Accepta pecunia ab æquo transfuersi aguntur. Notum est Iugurthæ responsum, de inexplebili Romanorum auaritia, quos auro corruptos totos suos fecerat. Vrbem uenalem, si bonum emptorem reperires. Cæsar pecunia ad Curionem missa Romam multos sibi conciliarat. Quid id aliud fuit, quàm emere, & uendere imperiū? qui dominum sibi præficere malebant, quàm dulce libertatis nomen sibi retinere. Quod ueteres tantopere detestabantur, & Rhadamantheis quæstionibus dignum ducebant, id nostra memoria non fuit nouum. Sed haud perinde ij culpandi sunt, qui aliena emant, atq; illi, qui ære natale solum, quo homini nihil dulcius inuita esse debet, diuendunt: & ex libertate in duram seruitutem cōijciunt. Natura omnes imitio liberos creauit, ideoq; omnes libertati studēt, quam qui iugo cōmutant, auro corrupti bis contra naturā faciunt, homines in patriam impij. Cùm enim hanc, non solum cum fortunarum iactura, uerumetiam uitæ periculo tueri omnes mortales debeant, meritò homines id genus τὸν προδότας inter impios pumri poëtæ tradunt. Et quanquam ἡ προδοσία poëticis grata est, ipsos tamen proditores pessimè oderunt. Vendit auro.] Valer. Max. lib. 9. scribit sexcenties sestertiūm æris alieni à Curione contractum, famosa iniuria nobilium iuuenū, hoc est, quindecies, centum millibus coronatorum si rectè supputet Gulielmus Budæus. Et ære alieno Curionem liberatum à Cæsare, prodidit Plutarchus in huius, & Pompeij uita. Verba Valerij adscribam. Consimilis mutatio in domo Curionum extitit. Siquidem forum nostrum, & patris grauissimum supercilium, & filij sexcenties sestertium æris alieni aspexit contractum famosa iniuria nobilium iuuenum. Itaq; eodem tempore, et in ijsdem penatib: diuersa sæcula habitarunt: frugalissimum alterum: alterum nequissimum. Sed infinitis partibus summam minorem alij in literas miserunt, 27. aureorum millibus eum à Cæsare corruptum fuisse, ut tribunitia potestate nauiter se tueretur. Verum ea summa uilior est. pro tanti imperij amplitudine. ut pluris propè uix trium millium circuitu pass. Goica ditio constaret, si uenalis esset. Sed corruptela illam, ad eius dignitatem tuendam, uenditionem urbis nominat. in quam sententiam olim, & Iugurthæ uox excepta fuerat, urbem uenalem, & si emptorem inueneris, cito perituram.

FINIS LIBRI QVARTI.

M. ANNEI· LVCA-
NI CORDVBENSIS POETÆ CLA-
RISSIMI, DE BELLO CIVILI,
LIBER QVINTVS.

CVM COMMENTARIIS AC EXPLA-
nationibus eruditissimis D. LAMBERTI HORTEN-
SII MONTFORTII.

ARGVMENTVM IN QVINTVM LIBRVM
M. Annei Lucani, per SVLPITIVM.

QVintus in Aegypto narrat te Magne senatum
Constituisse ducem: tum Delphica consulit antra
Appius, & domitis rediens iam Cæsar Iberis,
Componit sæuos intra sua castra tumultus.
Et Dictator abit, necnon & Consul ab urbe
Brundusium, classem recipit, Pharsalia cymba
Penè Ducis perijt temeraria, nauigat inde
Marcus, & in Lesbum te uir Cornelia mittit.

IC alterna] Epiphonemate inconstantiam fortunæ, qua nunc hic, nunc ille victor euaserat, Quintum librum orditur. Prior Pompeius Italia pulsus fuit, inq; duobus exercitibus florentissimis spoliatus, Hispanias, & Siciliam & proximas insulas unà cum Massilia amiserat. Inde Cæsaris inuicem Duces ad Cercyram in Adriatico nauali clade afflicti discesserãt: mox rursum in Libya, à Iuba Curio cæsus fuit. Atq; eũ ad modũ Cæsar, & Pompeius uicissim uulnera belli acceperunt, quos fortuna in euẽtum Pharsalicæ pugnæ seruauit, cùm uterq; sibi cõfideret, & pares ambo uiderentur. Macedûm.] syncope, pro Macedonum hoc est, in cladẽ Pharsalicã: à proximo regno Thessaliam signat, in qua Pharsalus fuit, à qua, pugna Pharsalica denominatur. Iã sparse. Hæ.] à temporis hyberni descriptione transitionem parat ad res Macedonicas. Signorum occasu discrtè notat mensem Nouemb. ac mox Ianuarium, initium anni sequentis. Cæsar enim instante principio anni sub Calendas Ianuarias Romam rediit ad comitia, in quibus ipse dictator se Consulẽ creauit, & P. Seruilium. Erat autem is annus, quo per leges ei consulem fieri licebat. Prima huius consularis actio fuit, quia creditæ pecuniæ non dissoluebantur, ut æstimatione possessionum fierent, quanti earum quæq; ante ciuile bellum æstimari potuissent, atque ita secundum æstimationem creditoribus assignarentur. Mox author fuit, ut rogatione Tribunitia omnes in urbem restituerentur, qui lege Pompeia ambitus, aut maiestatis, alterius ue noxæ damnati essent. Restituti sunt omnes, præter Milonem.

IC alterna duces bellorũ uulnera passos
In Macedûm terris miscẽs aduersa secundis
a Seruauit fortuna partes. Iam sparserat Hæmo.
Bruma niues, gelidoq; cadens Athlantis Olympo:
Instabatq; dies, qui dat noua nomina fastis,
Quiq; colit primus ducentem tempora Ianum.
Dum tamen emeriti remanet pars ultima iuris,
Consul uterq; uagos belli per munia patres
Elicit Epirum: peregrina ac sordida sedes
Romanos cepit proceres, secretaq; rerum
Hospes in externis audiuit curia tectis.
Nam quis castra uocet, tot strictas iure securesc
Tot fasces docuit populos uenerabilis ordo
Non Magni partes, sed Magnum in partibus esse.

Iam sparserat.] hyems erat. Hyemis signa sunt, nix, glacies, pruina. Hæmus mons Thraciæ est interioris, ut Rhodope, Orbelus, celebrati sacris Liberi patris, & cœtu Mænadum, quas Orpheus initiârat primum. Inter hos Hæmus in tantam altitudinem abijt, ut Euxinum & Adriã è summo uertice ostendat. Ipsa Thracia, nec cœlo læta est, nec solo, & infœcunda, ac frigida, nisi qua mari propior est, ὄρος μέγιστον τῶν τοιούτων, καὶ ὑψηλότατον, μέσην πως Θρᾴκην τὴν ἠπείρου. hoc est, Hæmon omnium montium altissimus est, in his regionibus Thraciã mediã dividens. Atlantis.] Singularis pro plurali. Atlantides occidebãt. Atlãtides, nẽpe Atlãtis filiæ septẽ, quarũ nomina sunt, Electra, Alcyone, Celeno, Merope, Sterope, Taygete, & Maia,

a al. Seruabit
b al. extremis

à Maia, ex quib. Electrâ apparere negãt, propter amissum Dardanum, & Troiam ereptam. Alij aiunt Meropen erubescere conspici, quod mortali uiro nupserit, cùm cæteræ deos haberẽt. Cæterũ, ut fabulã paulò altius repetamus, Atlas ex Pleione, siue Oceanitide: uel (ut Timæus habet) ex Aethra Oceanitide 12. filias suscepit, & Hyantem filium, quem ab apro, siue leone discerptum cum lugerent sorores, luctu cõfectæ fuerunt: quarũ quinq; primæ inter sidera relatæ locũ obtinent inter cornua Tauri. Nomina sunt Phæsyla, Ambrosia, Coronis, Endora, Polyxo. Hæ de fratris nomine Hyades dicuntur, quas quidã Latinorum Succulas uocant ὗς sus. Has putant forma literæ Y. positas. Alij, quod cùm oriantur, pluuias concitent, Græcis enim ὕειν pluere est. Nonnulli ideo eas in sidera relatas credunt, quod fuerint nutrices Liberi patris. Cæteræ 7. sorores, qui plures erant Pleiades dictæ, et in sidera relatæ feruntur. Siue quod ita inter se coniunctæ essent, ut uix numerentur, incertumq; sit, sex'ne, an septem numerent, quod Vere oriantur. Germanicus in Aratum.

» Sidera communem ostendunt ex omnibus ignem
» Septem traduntur numero, sed carpitur una,
» Deficiente oculo distinguere corpora parua,
» Nomina sed cunctis seruauit fida uetustas,
» Electra, Alcyoneq;, Celenoq;, Taygeteq;,
» Et Sterope, Meropeq;, simul formosaq; Maia,
» Celifero genitæ, si uerè sustinet Atlas
» Regna Iouis, superosq;, atq; ipso pondere gaudet.
» Lumine non multo Pleias certauerit astris.
» Præcipuo sed honore ostendit tempora bina.
» Cùm primum agricolã uentus super immunet Auster,
» Et cùm surgit hyems portu fugienda peritis.

Verba ipsius Arati adscribam, si quis requirat.

» ἀγχι δὲ οἱ σκαιῆς ὑπογουνίδος ἵλληθα ϖᾶσαι
» πλειάδες φορέονται. ὃ δ' ὲ μάλα πολλὸς ἀπάσας
» χῶρος ἔχει, κρὶ δ' αὐτὰι ὑποσκέπτεσθαι ἀφαυρόν.
» ἐξ οἵας περ ἔδσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν.
» ἓ μὲν ϖως ἀπόλωλεν ἀπευθὲς ἓν λιὸς ἀγκὰς,
» ἓξ οὐ κρὶ γενεῆθεν ἀνόμεν, ἀλλὰ μάλ' αὔτως
» ἔφεται. ἑπ]ὰ δὲ κεῖναι ἐπιῤῥόδιον καλέονται,
» ἀλκυόνη, μεροπήτε, κελαινότ' ὀκυπτερυγε,
» κρὶ φερόπη, κρὶ πηγένη, κρὶ ὠότια μαῖα.
» ἄρι, κρὶ ἔσπερέαι. ἓνὸς δ' ὄνομ' ἐστὶ τοσοῖσι,
» ὃς σφισι, κρὶ θέσεος, κρὶ χείματος ἀρχομένοιο
» σημαίνειν ἐπέλευσεν ἑπτερχομένοιο κέλευθα.

Exortus Vergiliarũ datur 6. Idus Maias quarum occasu hyemem inchoat, qui in tertium Idus Nouembris mortu æstas, occasu hyems incipit. Idem libro 18. capite 29. quarum exortu, inquit, æstas incipiat, occasu hyems: ems semestri spatio, intra se messes, uindemiasq; & omnium maturitatem complexæ. Et libro eodem capite 31. Tertio Idus Vergiliæ uesperi. Sed earum occasus matutinus fit, confecto æquinoctio autumnali. Columellæ tamen quinto Idus Nouemb. occidunt. Itaque ut ad instituum perueniamus, χρονικῶς occidebant Vergiliæ (quæ & Atlantides, & Pleiades eædem) matutino & oriebantur uespertino. Et Ptolomæo, qui in Significationibus stellarum errantium

(ita inscribitur eius Calend.) 3. Idus Nouemb. docet Vergilias occultari: Prid. Iduũ mediã Scorpionis stellã emergere. Idib. Vergilias, & Orionẽ occidere matutino. Ortũ non sexto, sed quinto, & quarto. Id. Maias tribuit: & Sexto Id. Ma. caput Tauri apparere tradit. In quibusdã tamen ueterũ fastorum fragmentis inuenio, Vergilias Nonis Maij, exoriri. Cadens.] occidés matutino. Quo tempore Cæsar Romã petebat. Erat hic tum mensis exactus, & December in exitu erat, quo tempore instabant comitia, quibus magistratus crearentur. Noua nomina.] Annos in fastis suis Romani Consulum nommibus, qui Cal. Ianuar. creabantur, notabant. Quare distinctè addit diem illum, hoc est, Calendar. Ianuarij, noua nomina Consulum fastis, siue annalibus, in quibus scribebantur ista, dedisse. Est autem periphrasis Calend. Ianuarij. Fastis.] Ouid. libro primo Fastorum uocabuli reddit rationem in principio statim.

« Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur.
« Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Erant fasti dies, quibus licebat prætori fari tria uerba, do, dico, & addico. Hinc, ut modo dixi, Fastorum libri appellati fuerunt, in quibus totius anni descriptio continebatur. De his idem poëta lib. 1. Fast.

« Sacra recognosces annalibus eruta priscis,
« Et quo sit merito quæq; notata die.
« Inuenies illic, & fosta domestica uobis,
« Sæpe tibi pater est, sæpe legendus auus.

Priscis temporibus, Fastorum libri solis Pontificibus noti erant, & sacrorum regi, quos Numa primus ad Hetruscorum imitationem dicitur instituisse. Has enim leges minor pontifex, & obseruatione sacrificulo patefacta, celebrato ab utroq; sacrificio idem pontifex calata, hoc est, uocata in capitoliũ plebe, iuxta curiã calabrem, quæ casæ Romuli propior erat, dies populo, quomodo obseruari deberent, indicebant. Sed postea Fasti Cn. Flauij scribæ opera, etiã inuitis patribus, in omnium noticiam peruenere. Omnes totius anni dies, ex Numæ institutione, aut Festi erant, ita dicti à feriis, aut profesti, aut intercisi. Verum hæc nihil ad præsens institutum. Et fastæ nundinæ, quibus rustici nundinandi causſa in urbem conueniebant, ut lites componerent. Cicero in oratione pro Murena ineptas quasdam Iurisconsul. & phrases, & iudiciorum formas ridens ob Seruium Sulpitium clariſſ. iurisconsultum competitorem Murenæ, Fastos, inquit, uulgò non habebant. Erant in magna potentia qui consulabantur à quibus etiam dies, tanquam à Chaldæis petebantur. Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos Fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis iurisconsultis eorum sapientiam compilarit. Itaque irati illi, quod sunt uiriti, ne dierum ratione peruulgata, & cognita, sine sua opera, lege posſet agi notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interesſent. Et ea quæ sequuntur. Liuius libro nono, primæ Decad scribens de Cn. Flauio (C uocat Cn filium) libertino patre, atque humili fortuna orto, callido, ac facundo uiro, cum ciuile ius in penetralibus pontificum repositum prodit euulgasse, fastosq; circa forum in albo proposuisse, ut quando lege agi posſet, sciretur. Meminit eius quoque Plinius libro 33. capite 1. Cuius uerba hæc sunt. Hic nauticq; publicatis diebus fastis, quos populus à paucis principum

cipum quotidie petebat, tantam gratiam plebis est adeptus, alioquin libertino patre genitus, & ipse Appij Cæci scriba, cuius hortatu exceperat eos dies, consultando assiduo sagaci ingenio, promulgaueratq́, ut ædilis curulis crearetur. Pomponius lege Secunda de Orig. Iuris. Cn. Flauius, Scriba eius (Appij Claudij) libertini filius subreptum librum populo tradidit, & adeò gratum fuit id munus populo, ut Trib. Pleb. fieret, & Senator, & ædilitat Curulis. Hæc Pomponius de Flauio, qui ius ciuile euulgauit, pari audacia, qua & fastos. Valerius Max. libro 2. de Institutis Antiquis. Cn. Flauius libertino patre genitus, & scriba, cum ingenti indignatione factus ædilis Curulis, uulgauit ius ciuile per multa sæcula inter sacra, cerimoniasq́ Deorum immortalium absconditum, solisq́ Pontificibus notum: ac Fastos penè toto foro exposuit. Ostendimus Consules Calend. Ianuarij creari solitos, quare Cæsar sub id tempus Romam maturauit. Quo tempore magistratus creari solere, Ouidius quoque testatur libro Fastorum primo.

» Iamq́ noui præeunt fasces, noua purpura fulget,
» Et noua conspicuum pondera sentit ebur.

Quiq́ colit pri.] Calendæ Ianuarij, in quibus Comitia habebantur. Est enim, ut primus anni mensis, ita ab eo reliqui menses nominibus Consilium in Fastis comprehenduntur, cum alioqui anno à Romulo in 10. menses diuiso, primum locum Martius ordine obtineret. Ouid. Fast. 1.

» Romulus hos omnes, ut uinceret ordine saltem,
» Sanguinis author tempora prima dedit.

Postea Romulo mortuo Numa annum ad cursum Lunæ in 12. menses digessit: & mutato mensium ordine, Martius, qui ineuntem inchoabat annum, duobus Ianuario, & Februario prælatis, tertius ordine fuit factus. Idem fastos dies, & nefastos fecit, quibus nihil cum populo agi poterat. Marti dedicarat Romulus primum mensem, ut parenti suo. Numa Ianuarium primum esse uoluit, tanquam bicipitis Dei mensem, respicientem exacti anni finem, & prospicientem futuri initium. Ianus enim solus Italiæ imperio potitus, creditus fuit gemmam faciem præ se tulisse, quod ea, quæ à fronte, quæq́ à tergo essent, intueretur: propter admirabilem hominis prudentiam, ac solertiam, qua præterita calleret, & futura præcognosceret, perinde ut apud Romanos Anteuortia, & Postuortia diuinitatis comites postea cultæ fuerunt. Ouid. Fasto 1.

» Iane biceps anni tacitè labentis origo,
» Solus de superis, qui tua terga uides. Idē paulò pòst.
» Quem tamen esse deum dicam te Iane biformis?
» Nam tibi par nullum Græcà numen habet.
» Aede simul caussam, cur de cœlestibus unus
» Idq́ quod à tergo est idq́ quod antè uides?
» Hoc ego cùm sumptis agitarem mente tabellis,
» Lucidior uisa est, quàm fuit antè, domus.
» Tum sacer ancipiti mirandus imagine Ianus,
» Bina repente oculis obtulit ora meis.
» Extimui, sensiq́ metu riguisse capillos,
» Et gelidum subito frigore pectus erat.
» Ille tenens dextra baculum, clauemq́ sinistra,
» Aedidit hos uobis ore priore sonos.
» Disce metu posito uates operose dierum.
» Quod petis, & noces concipe mente meas. & ea quæ

sequuntur, in quibus reddit rationem, cur antiquitus A Chaos uocatus fuerit: cur Patuleius, cur Clusius: quare item frigoribus incipiat principium noui anni: cur ipsi primo sacrificatur: cur clauiger, & similium multorum, quæ eruditè dialogismo ibi refert ingeniosus poëta. Mythici tradunt, regnante Iano omnium domos religionis plenas fuisse. & ob id diuinos honores ei habitos, & propter eius singularia merita, introitus, & exitus ei consecratos. Tradit Xenon quidam, Ianum in Italia omnium primum diis templa fecisse, & sacrorum ritus instituisse, atque ob eam caussam in sacrificijs meis ruisse, præfationem perpetuam. Sed satis multa de Iano.

Dum tamen.] hoc est, antequam tamen consulatu Consules Lentulus, & Marcellus discederent, ante Calend. instantes Ianuarij, Senatores, quos patres uocat, in Epirum conuocarunt. Partem ultimam emeriti iuris num cupat finem consulatus in Decembri mense ultimo anni. Munia.] officium consulum erat conuocare patres in curiam: eadem ratione, inquit, uterque consul dispersos patres in Epirum conuenire iussit. B

Emeriti.] metaphora sumpta est à re militari, ubi emeriti uocantur, qui à militia absoluti sunt: unde emerita stipendia: emeriti senes: & boues emeriti. Elicit

Epirum.] in Epirum, eclipsis. Extimus totius Græciæ tractus in occasum Aetolia est, ab Acarnania ostijs Acheloi fluminis dirempta. Trans Acheloum Epirus est, celebris regno Pyrrhi olim. Ibi Pindus mons ad Aquilonem à Macedonia eam dirimit: à meridie mari Ionio: ab occasu maximè Adriatico modicè flexo pulsatur. In Epiro quondam gentes celebres fuêre. Triballi, & Molossi. Nusquam lata est, sed crebris sinibus distinguitur, inter eos uel maximus est, Ambracius, ab Ambracia oppido in intimo recessu, dictus. In cuius ferè extimo flexu, maritima est Nicopolis, ab Augusto post Actiacam uictoriam condita: & ob Antonium, & Cleopatram deuinctos, quo rei memoria duraret, sic nominata. In Epiro Butrotum fuit. Montes Epirum fimientes, quà altissimi iugis in Ionium exeunt, Acroceraunia dicuntur: quibus Chaones, & Thesprotæ accolunt. ἤπειρος q. continens tellus, & quæ à diluuio prima apparuit. C

Peregrina ac sor.] Quid interest inter peregrinum, & hospitem, satis opinor constare. Sordida fe.] si conferatur cum amplitudine, ac maiestate urbis Romanæ, penes quam imperium erat totius orbis terrarum. Non erat Pyrrhi regnum conferendum cum Roma, sub cuius imperio erat. Deinde extra Italiam: apud ueteres populo Romano hostes: procul à patria. Et addit: elicit, quasi multa blandimenta dando conuocauit undiq́ senatores in Epirum, unde transitus in Macedoniam, atque inde in Thessaliam facilis esset futurus sequuturis Cæsarem. Proceres senatores uocat, quos eò, tanquam ad belli sedem conuocabat. Hospes curia.] quæ iam in exteras terras translata erat, neque in patria sua habebatur. pathos à loco. In Pyrrhi regno, trans Ionium mare. Nam quis ca.] Occurrit tacitæ quæstioni, quare curia collocet in externis tectis magis, quàm sistris: quod omnes propè magistratus circa Pompeium uersarentur cum suis insignibus, haud secus, quàm si Romæ fuissent. Non magni p.] Diuersum ab hoc, quod libro secundo tribuitur Pompeio, in oratione ad milites, per auersionem exclamanti ad Cæsarem. Hen

Hæc demens non te fugiunt, me cuncta sequuntur. *ista non pugnant, si diuersas personas respiciamus. Ibi Pompeius ad extenuandam Cæsaris potentiam, suas ui-res, easdem amplificat ad militum concionem. Hic poëta ubi ostendit omnium ordinum mortales, tanquam in curia Romana in castris fuisse, potuisse communibus auspiciis uideri patres gerere bellum, ecphonesi concludit eam narrationem: ut iam non Pompeius unus pars belli fuerit, sed totus senatus. Sed ista, ut dixi ad Lucani exclamationem referenda sunt, cùm principio belli Consules cum magna parte patrum ex urbe Capuam profecti, ei summam imperij detulerint.*

Vt primùm mœstum tenuere silentia cœtum:
Lentulus excelsa sublimis sede profatur.
Indole si dignum Latia, si sanguine prisco
Robur inest animis, non qua tellure coacti,
Quanq; procul tectis captæ sedeamus ab urbis,
Cernite, sed uestræ faciem cognoscite turbæ:
Cunctaq; iussuri primum hoc decernite patres,
Quod regnis, populisq; liquet, nos esse Senatum.
Nã uel Hyperboreæ plaustrũ glaciale sub Vrsæ,
Vel plaga, quà torrens, claususq; uaporibus axis
Nec patitur noctes, nec iniquos crescere soles,
Si fortuna ferat, uerum nos summa sequetur,
Imperiumq; comes.—

Lentulus excelsa sublimis sede prof.] Hunc Consulem creatum, cum Claudio Marcello initio belli aliàs ostendimus. Iam quod dicit, silentia tenuere mœstum cœtum, pro cœtus mœstus tenuit silentium, id quod fit, cùm quis peroraturus sit hypallage. Indole si d.] Oratio Lentuli Consulis in deliberatione uersatur. Hortatur enim eos senatores, qui in Epiro sunt, ad decernendum, ibi uerum esse senatum. Rursum, qui Cæsarem sequuntur, ut si ea uiam Romæ sint, qui eius partes tuentur, hostes esse patriæ. Et ut suorum animos confirmet, enumerat auxilia, toto orbe missa, à regibus, & ciuitatibus, qui ibi senatum esse agnouerunt, non autem apud Cæsarem. Itaque hortatur magnis animis decertandum, & imperij summam Pompeio esse deferendam, cuius uirtus clara multis triumphis haberetur: nomenq; orienti formidabile. Indole si dignum Latia, si sang.] Exordio beneuolentiam captat, à militum Romanorum indole, ac uirtute. Quorum uerborum hic sensus est. Si ea uirtus, si ea fortitudo ueterum Roman. digna nomine Romano inest militum animis, nolite expendere apud quos, in qua terra sedeamus, aut cogitare, quàm procul absumus à patria capta iam à Cæsare, sed aspicite solùm præsentiam Romanorum ciuium, & senatorum.

Non qua tellure.] non respicite, quod in Epiro, non quod in hospita terra coactus sit senatus. Et occupat, quod percellere nonnihil posset hominum animos, quod procul ab urbe absint, & Cæsar Romam tendat. Itaque postulat Senatusconsultum faciendum, ibi Senatum esse. Nam uel Hyp.] A maiori ad minus amplificatio. Si senatus nomen, autoritas, & imperium ipsos sequeretur, uel ad glacialem oceanum, uel ad æquinoctialem circulum, ubi torrida zona est, debent ista certè omnia nunc in Epiro esse, in conspectu propè Italiæ, atque ipsius urbis. Hyperboreæ plaustrum.] In Asiatico littore primi Hyperborei super Aquilonem sunt, & montes Riphæos, sub ipso siderum cardine: ubi sol non quotidie, ut nobis, sed primum uerno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo sex mensibus dies, & totidem alijs nox continua est. Terra interim ipsa aprica est, sed per se sterilis. Quod ad cultores uerò attinet, iustissimi sunt, & diutius uiuunt, quàm ulli mortalium. Festo otio semper læti, non nouere bella, non iurgia. Sacris Apollinis operantur. Habitant lucos, & syluas, & ubi eos uiuendi satietas cepit, redimiti sertis hilares semetipsi in pelagus è rupe sertq; præcipitant. Id eis, inquit Mela, funus eximium est. Plinius libro 4. capite 12. Pone eos montes (Rhiphæos) ultraq; aquilonem, inquit, gens fœlix (si credimus) quas Hyperboreos appellauere, annoso degit æuo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremiq; siderum ambitus, semestri luce, & una die, sole auerso: non, ut imperiti dixere, ab æquinoctio uerno in autumnum. Semel in anno Solstitio eriuntur ijs soles, brumaq; semel occidunt. Regio aprica, fœlici temperie, omni afflatu noxio carens. Domus ijs, nemora, luciq;, & deorum cultus uiritim, gregatimq;: discordia ignota, & ægritudo omnis. Mors non nisi satietate uitæ, epulatis, delibutisq; senibus luxu, ex quadam rupe in mare desilientibus. Hoc sepulturæ genus beatissimum. Addit statim Plinius, quosdam eos posuisse, in prima parte littorum Asiæ, non in Europa. Alios rursum medios eos fuisse inter utrunque Solem. Solebant primitias frugum Delon mittere Apollini: easq; uirgines ferebant. Hæc de Hyperboreis in præsenti sufficiant.

Vel plaga, quà.] Ponit plagæ frigidæ intolerabilem æstum zonæ torridæ, quæ intra duos tropicos, Cancri, & Capricorni, quos medius diuidit æquinoctialis, continetur. Quamobrem eum axem clausum, quasi hinc inde duobus tropicis, uocat. Antiqui crediderunt, eam harum regionum esse naturam, ut propter nimium æstum habitari commodè non possent: ideoq; illis exustæ zonæ nomen tribuerunt. Sed diuersum nostra memoria à Lusitanis nautis compertum est.

Torrens ax.] torrida zona æquinoctiali subiecta, quem circulum Sol bis quotannis permeat, æstusq; quos uapores uocat, utrinque non tolerandos, & eos quidem perpetuos ibi constringit. Axis.] æquinoctialis circulus non patitur noctes, ac dies inæquales esse, cùm sint ipsis perpetuo æquales, qui sub eo toto terrarum orbe degunt. Est enim maximus omnium quinque æquidistantium circulorum: ita ab horizonte dissectus, ut alter eius semicirculus supra terram semper sit, alter sub terra condatur. In hoc sol duplex æquinoctium facit, uernum, & autumnale. Sic Proclus. ἰσημερινὸς κύκλος ἐστὶν ὁ μέγιστος τῶν πέντε παραλλήλων κύκλων. ὁ διχοτομούμενος ὑπὸ τοῦ ὁρίζοντος, ὥστε ἡμικύκλιον μὲν ὑπὲρ γῆν ἀπολαμβάνεσθαι, ἡμικύκλιον δὲ ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα. ἐφ' οὗ γενόμενος ὁ ἥλιος τὰς ἰσημερίας ποιεῖται, τήν τε ἐαρινὴν, καὶ τὴν φθινοπωρινήν. Subiecti Æquinoctiali circulo maximè sunt Aethiopes supra Aegyptum, qui plurimas gentes, & eas quidem monstrosas complectitur,

ctitur, ut Blemmies, Nubas, Cynocephalos, Satyros, Troglodytas, Azanos, Elephantophagos, Smymoferos, Strutophagos. Ciuitates horum sunt. Saba, Dirae, Apocopa, Rapta, Colona, & Meroë omnium insularum, quas Nilus A efficit ampliſsima. Itaq; ſi senatus hic coactus haberetur, eò imperij ſumma commigraret.

Tarpeia ſ.p.] Confirmat ab exemplo, ibi Romam, & imperium Romanum esse, ubi augustus ordo senatorius sit. Iam uerò, per metonymiam, siue synecdochen, ipsam urbem sedem Tarpeiam uocat, hoc est, arcem Capitolinam quod reuera ustum non fuit. Etenim magna clade Romanis cæsis à Gallis Senonibus, ad Alliam, lectis spolijs, & armorum cumulis, ut mos ei genti tum fuit, coacervatis, Romam iter intenderunt, quò haud multo post, ante solis occasum peruenerũt. Fuerunt, qui persuasum habuerint si Galli, ex acie fugientes fuissent eueſtigio secuti, facilè eo die capta urbe potuisse Romanum nomen deleri. Plutarchus tradit, tertio die post cladem, Gallos Romam petiuisse. Galli equites cursu ad urbem progressi, cùm neque clausas portas, neque circa has ullas stationes offendissent, rei miraculo commoti, solitudinem urbis suis renunciarunt. Hi insidias hostiles in urbe formidantes, quia nox aderat, inter urbem, & Tybrim consederunt. Romani accepta aduersa pugna, omnes qui Veios confugerãt, pro amissis habuere. Et quia in ea animorum consternatione nulla spes erat retinendæ urbis, placuit senatum, cum iuuentute Capitoliũ, & arcem occupare, quam hic Tarpeiam sedem, nuncupat: atque inde frumento eo, & armis collatis Romanum nomen tueri. Huc quoque sacerdotes, & flamines cum sacris contenderunt. Senes triumphales cum imbelli multitudine in urbe remanserunt. Galli per Collinam portam urbem ingressi recta in forum contendere: ac postea ferro in ignobilem multitudinem, et senes sæuiuerunt. Faces q; tectis iniecerunt: ac totam urbem igne, ferro solo exæquarũt. Demq; nullus erat dies, quo nõ aliquod hostilis sæuitiæ spectaculum adferrent ijs, qui in arce erant. Cædes, rapinæ incendia, cadentium domorum ruinæ, miserorum ciuium oculis obuersabantur. Galli ubi uiderunt, nihil ad ea, quæ fierent, Romanorum ferociam remitti, uiq; opus esse, si arce potiri uellent, structa in foro acie signum dederunt ad Capitolium inuadendum. At Romani ex superiori loco subeuntes, cum strage & ruina deiecerunt. Fuit primus ille Gallis, & ultimus conatus Capitolij aperta ui oppugnandi. Eratq; tamẽ nihilo segnior obsidio. Manlius Capitolium tuebatur cum mille iuuenibus & senatu. Fortè accidit, ut nocte illatis scalis proditionem tentarent, Manlius anseris clangore excitatus scansores deiecit: & ut in summa fame hostibus omnem spem potiundi Capitolij admeret, panes deorsum in subiectos hostes præcipitauit. Tarpeia ſ.] perusta Roma, nam Capitolium combustum non fuit. Stabat illa arx loco ædituore eregione palatij, in iugo collis qui Saturnius primo, mox Tarpeius, nouissimè à capite humano ibi inuento prodigiosè, Capitolinus dictus fuit: à Spurij Tarpeij filia qui præsidio illi arci tum præerat, à cuius filia, uel ab ipso præfecto (ut quidam tradũt) Sp. Tarp. collis deinceps dictus fuit Tarpeius. Veiosq; hab.] Veij celeberrima urbs bellis cum populo Rom. haud procul ab Vrbe. Hanc cepit Camillus. Veijs non habitauit Camillus, sed exulabat Ardeæ. Etenim post cladem ad Alliã acceptam, longè maxima Romanorum pars Veios natandi peritia pertenderunt. Interim cùm Galli cõmeatus inopiam sentirent, partẽ copiarum in obsidione Capitolij relictã, reliqui in finitimos agros dilabebantur, quorum pars Ardeam peruenerunt. Camillus, qui tum exulabat, animatis luculenta oratione Ardeatibus, magna clade ibi Gallos oppressit, quo tempore & Tusci fines captæ urbis hostiliter depopulati fuerunt, & Veios, quò Romani se receperant, oppugnare cœperunt. Inde noctu castra Etruscorum capta sunt: ac sequenti die, alia Tuscorum manus ad Salinas cæsa fuit. Receperant Romani iam animos Veijs, cùm ob ea, quæ prosperè fiebant, tum quod toto Latio magnus fieret uoluntariorum concursus. Hic conuenit, ut Camillus Veios accerseretur, & summa rei ei deferretur. Ibi Cominius quidam impiger iuuenis, quia sine periculo Romam uenire non potuit, suberino cortici incubans, in urbem delatus, in Capitolium irrepsit, effecitq; ut decreto patrum accepto, centuriatis comitijs Camillus absens dictator creatur. Cominius, eadem uia, qua in Capitoliũ uenerat, Veios cum patrum decreto redijt. Ibi lata lex est, ut Camillus ex Ardea Veios euocatus dictator diceretur. Hic legiones ad urbem admouit, & inter appendendum aurum, quo Rom. se redimerent, Gallos media urbe uicit, atq; mox Gabinia uia sunt ad unum cæsi. Roma intra annum fuit instaurata, & Capitoliũ quadrato saxo communitum. Veios.] Veientana uina dicebantur, quæ nimè bona erant, sed in ruborem diluta, & fecit plurimũ habebant. Martialis ad Scæuolam. Et Veientani bibitur fex rassa rubelli. Hinc, cùm Nero domum illam amplissimam ædificaret, in eum scripti fuerunt hi duo uersus:

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,
Si non, & Veios occupat ista domus.

Proinde Camillus non Veijs, sed Ardeæ exulabat, undè Veios accersitus, comitijs centuriatis dictator dictus fuit, eo, quo dixi, modo. Non unquam p.] Ordo senatorius non amittit ius suum propter locum. Relinquitur ergo, in Epiro senatum esse. Mœrentia.] Opponit seruati, Cæsarem Epiro Romam, & utriusq; loci conditionem. Tenet Cæsar urbem Romam quidem, sed luctu, & mœrore tabescentem: cùm secus sese habeant res senatus in Epiro. Vacuasq; do.] propter fugam tum senatus, tum ciuium, qui Pompei arma fuerant sequuti. Porrò leges silere tum dicuntur, cùm propter bellum perpetuum iustitium est, hoc est, quemadmodũ poëta ipse è pexegesi exponit, cùm clauso foro belli causſa nullum ius dicitur. Curia ſo.] Ea curia, quam Cæsar fecit, nullos, nisi exules, nisi extorres, quos in urbem reuocauit post fugã Pompeij, præter solum Milonem, habuit. Cæsar enim ex Hispania Romam reuersus, proximis comitijs (ut paulò antè memini) se Consulem cum P. Seruilio crearat. Primo eius Consularis actio inde fuit, cum crediræ pecuniæ non dissolueretur,

d̃ soluerentur,ut æstimationes possessionum fierent, quanti earum quæq; ante ciuile bellum æstimari potuisset,atq; ita secundum eam æstimationem possessoribus assignarentur. Mox author fuit,ut tribunitia rogatione in urbem restituerentur omnes, qui lege Pompeia ambitus,aut maiestatis, alteriúsue noxæ damnati essent. Restituti omnes sunt, extra Milonem, ut dixi, quidam propter popularis Clodij memoriam accidisse credũt, aut,quod Massilia illi fuisset exilij sedes, quæ ciuitas Pompeianas partes fuerat secuta. Plenáq;.] uituperat, & perstringit curiam Cæsarianam,quam fugit constare ex fece sceleratorum hominum, qui ob malas artes lege Pompeia solum uerterant. Ordine d.] exclamatio in dignitatem ordinis uerè senatorij qui circa Pompeium est.

Ignaros.] Optimũ quenq; ciuium etiam, qui paci longæ in Italia,& in urbe assueuerant, sub primam belli Ciuilis trepidationem,& motũ,consternatio toto orbe sparsit qui nunc undiq; se in Epirum cõtulerũt, ubi senatus,& ordines reipublicæ essent, Mẽbra,tres ordines uocat senatorium,equestrem,& plebeium. Loco.] *In locum suum, ad Senatum,& Hispanias. Sed eam iacturã superi accesione totius orbis pensarunt. Neq; uerò solum, sed duabus etiam pulcherrimis uictorijs,altera ad Cercyrã,altera in Libya illam fœnerarunt. Et artificiosè acceptas clades studio* Eti totis.] *Occurrit occupationi, Italiam omisse,& Hispanias. Sed eam iacturã superi accesione totius orbis pensarunt. Neq; uerò solum, sed duabus etiam pulcherrimis uictorijs,altera ad Cercyrã,altera in Libya illam fœnerarunt. Et artificiosè acceptas clades studio* Ignaros scelerum,longaq; in pace quietos
Bellorum primus sparsit furor: omnia rursus
Membra loco redeunt.en totis uiribus orbis
Hesperiam superi pensant:iacet hostis in undis
Obrutus illyricis, Libyæ squalentis in arris
Curio Cæsarei cecidit pars magna Senatus.
Tollite signa duces,fatorum impellite cursum,
Spem uestram præstate Deis,fortunaq; tantos
Det uobis animos,quantos fugientibus hostem
Causſa dabar, nostrũ exhausto ius clauditur anno:
Vos,quorum finem non est sensura potestas,
Consulite in medium,patres,Magnumq; iubete
Esse Ducem.——

Pars mag. sana.] *quasi illo uicto,ac cæso propemodũ ad internecionem, Cæsaris res iam fractæ propè fuissent.*

Tollite s.d.] *Clausula hortatoria est ac simul proponit, quid decerni uelit à senatu. Vt signa tollant imperij,& sequantur eò, quò Dij propitij, fauentes,plaudẽtesq; uocent: & eò pergant contendere,quò fata P. R. ipsos urgerent: sed & secunda fortuna inuitaret ad uictoriam asserendam, perinde,ut ea ipsa fugiendi causſam his præbuisset ex urbe,& Italia,cùm hostis accessus ad urbẽ trepidè nuntio Romam allatus esset.*

Nostrum ius.] *Consulare imperium iam finitur exacto. Anni enim sequentis initium appetebat, qui noui consules Romæ crearentur Calend. Ianuar. quibus Cæsar se Cons. & P. Seruilium creauit.*

Vos quorum finem.] *Fingit eorum senatorum potestatem non habituram finem,præsentem Victoriam sibi promittens, cùm ipse consulatu nunc sit discessurus. Dicat Senatui quid decerni uelit. Proponit, Pompeium belli ducem esse creandum,id quod alioqui initio belli factum fuerat, ut alio loco semel atque iterum à nobis demonstratum est.*

Læto no.] Summio omnium applausu, ac suffragijs decernitur summa rei Pompeio,cui antea nuper Capuæ etiam ea delata fuerat. Magnum fa] ut ipse dux eum tanto imperio, tragicũ fatalemq; exitum haberet, & sua clade patriam in seruitutem præcipitem traheret. Tunc in spitia fuerant sequuti: additiq; sunt honores,confirmata, aut data libertas,is,qui huc auxilia sua submerserant Enumerat aliquot populos,reges,& dynastas,qui uel ipsi uenram,uel copias equitum peditumq; miserant. Rhodos.] Rhodienses inquit potentes mari libertate donati. Horum classibus præfecerat Pompeius C. Cassium. Plinius Rhodon pulcherrimam uocat, ac liberam, circuitu 130. M. pass. 103 habitatam urbibus:recenseq; eius diuersa nomina. Vocitata est antea,inquit, Ophiusa, Asteria, Aethræa propter constantem serenitatem, Trinacria, Corymba, Pœessa, Atabyria ab rege. Deinde Macria, & Oloessa. Distat ab Alexãdria quingenta circiter septua—Læto nomen clamore Senatus
Excipit,& Magno fatum,patriæq;, suumq;
Imposuit. tunc in reges,populosq; merentes
Sparsus honor,pelagiq; potens Phœbeia donis
Exornata Rhodos gelidiq; inculta iuuentus
Taygeti fama ueteri laudantur Athenæ,
Massiliæq; suæ donatur libera Phocis.

ginta octo passu. mil. Fuit Rhodi Colossus Solis,quẽ ante omnes alios in admiratione fuisse tradit Plin. factum à Colasse Lysippi discipulo septuaginta cubitorum qui post quinquagesimũ sextũ annum terræmotu prostratus fuit, & iacent inde admirationi est habitus, pauci eius pollicẽ amplectebantur,cuius reliqui digiti longiores erãt, quàm pleræq; statuæ. Duodecim annos hunc perfectũ fuisse, & trecentorum pretio talentorum tradunt. Alij hũc Colossum ni à Colasse,sed à Charete Lindio concinnatũ prodidere,ut epigramma testatur.

κολοσσὸν ἥλιος ποθ' ἑπτάκις δέκα
χάρης ἐποίει πηχέων ὁ Λίνδιος.

Et quia inter septẽ mundi miracula hic cõnumeratus fuit, uidetur poëta Rhodum,ab hoc Phœbi,siue Apollinis colosso Phœbeiam dixisse:siue quod semper in sole sit,cœlo quamuis nubilo:siue quod Rhodi,haud minus literarũ studia,quàm Athenis maximè eloquentia claruêre. Siue quod hæc insula semper Phœbeo sorte cesserit, & ob id

Phœbo fuerũt sacra, ut doctè Micyllus id seruauit, ex Pindari Olymp. hymno septimo, cuius uerba & ego libenter adscribam.

» Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
» ῥῆσιες, ὅπως, ὅτε
» χθόνα διατέον[το] Ζεύς τε, καὶ Ἀθάνα[ν],
» φανερὰν ἴμ πελάγει
» ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ,
» ἁλμυρᾶς δ' ἐν βένθεσι
» νᾶσον κεκρύφθαι.
» ἀπόν[τ]ῳ δ' ὔτις ἐν
» δίξᾳ λάχῳ ἀελίᾳ
» καὶ βάμιν χόρας ἀυλάρω-
» τὸν λιπόυδ' ἀγυιὰν θεόν.
» μυαθέντι γὰ[ρ] Ἰοὺς ἄμπαλιν μέλ-
» λει βέμεν, ἀλλά μιν ὅπ
» εἴασιν. ἐπὶ πολιᾶς
» εἶπέ τιν' αὐτὸς ὁρᾶν ἔνδον θαλάσσης
» αὐξομέναν πεδόθεν
» πολύβοτον γᾶιαν ἀνθρώ-
» ποισι, καὶ εὔφρονα μέλοις.
» ἐκ δὲ νιν αὐτίκα
» χρύσεαι μπυκα μὲν λάχεσιν
» χεῖρας ἀντεῖναι. θεῶν δ' ὅρ-
» κον μέγαν μὴ παρφάμεν.
» ἀλλὰ πρόνοι σὺν παιδὶ νεῦσαι
» φαενὸν ἐς αἰθέρα μιν
» πρίβῆναι, ἐᾷ κεφαλᾷ
» ἐξ ὁπλίσω γέρας ἵσεσθαι τελεύτα-
» σαν ῥᾴδε λόγον πορφυρὰ
» ἐν ἀληθείᾳ πεδῶσαι
» βλάψαι μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς
» νᾶσον. ἔχει τέ μιν ὀ-
» ξεῖαν ὀγε· ἐθλι[ν]ῳ ἀντίνωρ πατὴρ,
» πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων.
» ἔνθα ῥόδῳ ποτὲ μιχθεὶς
» τέκεν ἔπ[τ]α σοφώ-
» τα[τ]α νούμαθ' ἑπτὰ πρωτέρων
» ἀνδρῶν παραδεξαμένους
» παῖδας, ὧν εἷς μὲν πάμπρων,
» πρεσβυτότατος ἰὰ
» λυσόν ἑτέρε, λινδόρτε. καὶ λοι. hoc est, interprete Lonicero: Perunt præterea ueteres hominum fabulæ, nusquam, cùm Iuppiter & immortales Dij inter se terram diuiderent, in alto pelago Rhodon apparuisse, cæterum in marinis profunditatibus occultatam esse. Absente itaq; Sole, nemo sortem illi monstrauit, sed plam extra omnem regionis cuiuspiam sortem purum liquere deum. Id ubi tandem ad memoriam reuocaret Sol, Iuppiter sortem rursus positurus erat, nisi sol non admisisset, confirmans cauũ sæpe salum introspicere, crescentemq; à littore terram, pabula cum hommibus, tum pecudibus monstrantem. Illico Sol iussit aureo redimiculo ornatam Lachesin manus extendere, deorumq; magnum iuramentum non fallere. Cæterum cum Ioue spõdere ad clarum æthera emissam insulam capiti suo in sortem, post hæc cædere. Perfecti sunt igitur sermonum uertices in ueritate cadentes, refloruitq; tandem ex humido salo Insula: habetq; ipsam prominentem geminus radiorum pater, ignis spirantiũ equorum princeps. Illic Rhodo aliquando mixtus septem filio, sapientissimas cogitationes, præ uiris prioribus acceptantes peperit, quorum unus quidem Camiron, natuq; grandem Ialyson genuit, ac Lindon, & quæ sequuntur. A Hactenus ille. Quæ quidem quanquam ad uerbum redita ineptè Latinè dicuntur, libuit tamen interpreti iuuenili eo nomine tribuere, quod studiosorum laboribus, in hoc auctore, euoluendo, non leue emolumentum attulerit.

Phœbeia Rho.] Produnt scriptores Rhodienses statuariam à Minerua edoctos, & in ea arte omnium primos claruisse. Cæterum ab hac Rhodo Neptuni, & Veneris filia insula nomen accepit. Idem Pind. eadem Ode paulo antè.

» τὰν ποντίαν
» ὑμνέων ποτ' Ἀφροδίτας,
» ἀελίστεφάνῳ νύμφαν
» ῥόδον. hoc est.

Marinam laudans Veneris filiam, & Solis nympham Rhodum. Scholiastes addit, alios Rhodum Veneris, & Solis filiam fuisse authores esse. Et marinam nominat, quod è mari emerserit. Sunt qui eam Oceani filiam uocarunt: Rursum qui Neptuni, & Amphitriten. Nec desunt, qui à capulo rosæ, reperto in fundamento, cum id B molirentur fossores. Nonnulli Lindum insulam aliquando dictam autumant, à Lindo Rhodi filio: & cultores, Colassenses propter Colossum. Itaq; Phœbeia Rhodes (ut in pauca ista conferantur) opulenta fuit insula, & artificibus celebris, latuit sub mari, producta fuit à Parcis, & Soli donata, in illam Minerua genita, aurum pluit, uel (ut Homeri enarrator)

ἐπεὶ πρῶτοι γινομένην τῇ Ἀθηνᾷ ἔθυσαν. hoc est, primi, Mineruæ sacrificarunt, æditæ. Rhodienses, siue Lindij sacrificium, & Rhodiorum oraculum, inter parœmias referuntur. Tres Solis filij ex septem, Lindus, Ialyssus, & Camyrus eas urbes condiderunt, de suo nomine, quæ ab Homero in catalogo recensentur,

λινδόν, ἰηλύσον τε, καὶ ἀγχιμέσσα κάμειρον.

Gelidi Tay.] E Rhodo insula, & oppido, in Laconiam transit. Sagittarios enim ex Creta, Lacedæmone, & Ponto atque Syria, reliquisq; ciuitatibus ad trimilia habebat Pompeius. Taygetus ad Eurotam mons C est Laconiæ, ita dictus à Taygete nympha, quam Iuppiter cõpressit, ut scribit Plutarchus: ἐν τῷ περὶ μοιρῶν: quæ præ nimio dolore laqueo se in cacumine montis Amyclei strangulauit, qui inde Taygetus appellari cœptus est. Per Taygetum, ut diximus, Lacedæmonem indicat cui olim Lycurgus leges dedit, urbem tum uiciniarijs terra, mariq; nobilem, & disciplinæ seueritate omnium præstantissimam. Fuit Lacedæmon filius Taygetæ, & Iouis, qui uxorem habuit Spartam Eurotæ filiam. Lacedæmon, Mylete sine mascula prole defuncto, regnum occupauit. Hic à se regioni, à matre monti, ab uxore non urbi feciisse proditur.

Athenæ.] quas sapientia fama tot sæculis celebres. D. Paulus uera sapientia primus illustrauit. De claritate, & excellentia studiorum huius urbis, nihil est, quod hic differatur, illud tantum dicam, quod ad urbis nomen attinet: Oleam in arce Cecropis temporibus enatam, (patrea ea arx Pallada sacra fuit) nec multum inde diuerso loco fontis scaturiginem emicuisse. Quibus prodigijs Cecropi commotus ad Delphicum oraculum misit: responsumq; fuit à Pithia uate, oleam Mineruæ numen signare, in cuius tutela ea arbor esset. Vim scatentis aquæ, Neptunum: esse iam in ciuium potestate, ab utrius nomine ap-

A mine appellare uellent oppidum. *Atticis tamen mos erat, ut uiri, ac mulieres promiscuè inirent suffragia.* Idq; omni multitudine in concionem aduocata, cum mulieres Mineruam, uiri uerò Neptunum deligerent, ita euenit, ut tum temporis fœminæ plures in Attica fuerint inuentæ, quàm uiri: quare ob eam rem, urbs à Minerua, quæ à Græcis Athene dicitur, Athenæ fuerit appellata. Athenienses aliquando Erechthidæ dicti fuerunt, ab Erechtheo Pandionis patre. Pandionis fuit Erechtheus minor, huius Cecrops minor, huius Pandion minor, huius Aegeus, huius Theseus, post quem, Athenis regnum esse desyit. Cultus postea multis seculis fuit Erechtheus auuis sacrificijs Athenis, cuius delubrum Cicero se uidisse testatur, libro tertio de Natura Deorum. Cæterum studio supersedeo hîc disserere, de Athenienſium moribus, & præclaris inuentis, & cur Autochthones dicti fuêre, quod cætera persequi sit institutum, & alio loco abundè de ijs sit à nobis annotatum.

Libera Phocis.] Secundum Atthidem Megaris est, deinde Locris, mox Phocis, inde Bœotis contra Eubœam

B

Tum Sadalem.] Cæsar, non Sadalem, sed Safalem, non regẽ Ponti sed Coti Thracium regis filiũ fuisse scribit, qui cum equitatu ad Pompeium missus erat. Verba Cæsaris ita habent. Sagittarios ex Creta, Lacedæmone, Ponto, atq; Syria, reliquisq; ciuitatibus tria millia numero habebat, fundatorũ cohortes sex: mercenarias duas: equites septẽ millia, ex quibus 600. Gallos Deiotarus adduxerat: quingentos Ariobarzanes ex Cappadocia: ad eundem numerum Cotus ex Thracia dedequibus Rascipolis præerat, excellenti uirtute. Quingenibi A. Gabinius præsidij causſa apud regem Ptolemæum reliquerat, & quæ sequuntur. Cæsar Cotum, filium suum Safalem cum equitatu misisse scribit, ipsum autem non uenisse Cotum: licet poëta uideatur ita narrare, quasi uterq; adfuerit. Sed potest commoda interpretatio adhiberi, ut cum filium Safalem laudarit, absentem patrẽ laudibus suis non defraudârit, à quo filius missus cum equitibus fuerat, ut senatui suam fidem probaret. *Idem sentio* Glareano, non mirum hîc Sadalẽ legi, pro, Safalem, cùm barbara uox sit: in uocibus id genus, sæpè litera uariare solet, ut Arioberzanes, Ariobarzanes, Rascipolis, Raspolis, Racipalis, & similibus id genus.

Deiotarum,] Gallogræciæ regem, qui 600. equites Gallos ipse adduxerat pro hoc rege extat Cic. oratio.

Rascipolis.] Qui cum ducentis ex Macedonia uenit, quam gelidam oram, ob Thraciam uicinam frigidã nominat. Supra Thraciam in occasu Macedoniæ est, antea Aemathia dicta, quam Plinius centum quinquaginta populorum frequẽtia habitatam fuisse scribit. Habet ab Aquilone Alpium iuga, quæ eã, à Mœsia, & Dalmatia disterminant: à Meridie Acrocerauniis, & Pindi mõtibus ab Epiro seiũgitur: qua Thessalia, atque Magnesia est, à sinu Maliaco, & Sperchio amne, Græciæ, quæ Achaia dicta est, cõiungitur. Latus occiduum, mare Ionium, & Adriaticũ claudit. Rursum ab ortu ingẽs pelagus, crebris

Tunc a Sadalem, fortemq; Cotyn, fidũq; per arma
Deiotarum, & gelidæ dominum Rhasipolin oræ
Collaudant, Libyamq; iubent, authore senatu
Sceptrifero parere Iubæ. proh tristia fata,
Et tibi non fidæ gentis dignissime regno.
Fortunæ Ptolemææ pudor, crimenq; Deorum
Cingere Pellæo pressos Diademate crines
Permissũ est, sæuũ in populos puer accipis ensem.
Arq; utinam in populos, donata est regio Lagi,
Accessit Magni iugulus, regniq; sorori
Ereptum est, socero q; nefas. iam turba soluto
Arma petit cœtu, quæ cum populiq;, ducesq;
Casibus incertis. & cæca sorte pararent,
Solus in ancipitis metuit descendere Martis
Appius euentus, finemq; expromere rerum
Sollicitat superos, multosq; obducta per annos
Delphica fatidici referat penetralia Phœbi,

a al. Sadalen.
al. Tum.

simibus, ijsq; magnis, alluit mare Aegæum.

Libyamq; iubent.] *Iubæ decernitur Africa, ut eius oram ipse teneatur, qui nuper Curionem fuderat. Addit diserte, ita placuisse senatui, citra cuius authoritatem id ratum non fuisset habitũ.* Proh tristia fatum.] *Quoniam autem Africæ meminit quam senatus præsidijs contra uim Cæsaris firmauit, per occasionem in perfidiam Ptolomæi pueri exclamat, qui cum eum tractum defendere debuisset, quod à senatu in regnum cõfirmatus Pompeium tutorem accepisset, eum postea ad se fugientem sceleratè trucidauit, parricidium cum perfidia coniungens. Fuit autem hic puer: filius eius Ptolemæi Auletæ cognomento, qui ab Alexandrinis ob ignauiã, & sordidos mores regno eiectus, cùm Romam nauigaret, ea spe, ut Pompeij, & Cæsaris auxilio in regnum restitueretur, audito Catonis appulsu in insulam Rhodum ad eum nauigauit. Ibi Cato homo seuerus cum liberè monuit, uti prospiceret, quantum dispendij aditurus esset, si cupiditati, & auaritiæ principum ciuitatis se subijceret. Fuisset hic Auletes, haudubiè consilium Catonis secutus, uertisseq; retro uela, quoquomodo cum suis in gratiam rediturus, nisi amicorum suasu, mutato repentè consilio Romã ire perseuerasset. Hunc postea Gabinius, qui Syriæ*

præerat, Pompeij authoritate contra religionem, in regnũ reduxit. Erat celebre carmen ex libris Sibyllinis, ne Romanus exercitus in Aegyptum deportaretur. Alexandrini interim Aulete pulso, filiam eius maximam natu reginam constituerunt. Primo hæc nupsit Cybiosatri cuidam Syro, regia stirpe prognato, ut ipse credi uolebat, quem regina paucis diebus ob sordidum ingenium regno expulit. Deinde Archelao in matrimonium data est, filio eius Archilai, qui contra Syllam, pro Mithridate fortiter res gesit, & postea à Roman. in summo honore fuit habitus. Interim dum filia ad hunc modum nouis studet nuptijs. Ptolemæus Romam profectus Pompeio statim initio fuit conciliatus, per cumq; patribus commendatus. Actum ibi est de reductione, simul & de legatorum cæde, qua supra centum ex Alexandria, aduersus Ptolemæum Romam uenerant: & inter eos Dion Academicus Consul Spinter Lentulus cùm sensisset Ptolemæum ambire, ut à Pompeio reduceretur, author patribus fuit, ut Pompeio Præfectura maritima, & terrestris annona decerneretur, ut maiorem dignitatem consecutus omnẽ curã de rege reducendo abijceret, & ipse reducendi regis prouinciam consequeretur. Sed cum rex per Pompeium reduci mallet, nec id concederetur, desperato in totum reditu in regnum, Ephesum sine periculo concessit. Sed non multo pòst Pompeij impulsu, iniussu Pop. Roman. per Gabinium rex restitutus fuit. Qui recepto regno, filiam, & Archelaum, cui puella nupserat, occidit. Nec ipse filiæ, & genero cæsis postea diu superfuit: relictis quatuor filijs, duobus uirilis stirpis, ac totidem sexus alterius. Ex his maiores natu testamento patris regnare iussi sunt: Dionysius, Ptolemæus hic, de quo nunc agimus, & in quem uehitur Lucanus, qui puer postea Pompeium interfecit, & Cleopatra, post cuius interitum regnum in prouinciæ formam redactum fuit.

En tibi non fidę gentis.] *Exclamat in Ptolomæum puerum indignum regno Aegypti, propter ingratitudinem aduersus Cn. Pompeium. Expulerat hic Cleopatram sororem, cum qua ei iam bellum antea erat conflatum, habebatq; circa Casium montem castra, cùm Pompeius uictus uento circa Aegypti oras delatus ad regem mitteret, pupillari adhuc ætate, qui eum pro patrono hospitio, & amicitia rogaret, ut se in regnum acciperet, acceptum suis opibus iuuaret, & præsenti calamitate tegeret. Ptolemæus, ut dixi, adhuc puer erat ut per ætatem acceptum beneficium agnoscere non potuerit: Acquiescebat puer consilijs Theodori præceptoris sui, & Photini in primis: qui regi author fuit, ut per Achillam, & L. Septimium in Cæsaris gratiam, Pompeium in Scapham è naui acceptum interficeret. Sed ista copiosius suo postea loco referentur.*

Pudor fort.] *quod puerum & eum quidem ingratum tanto regno præfecerit, quod à rege regum Alexandro Magno exornatum, & amplificatum fuit. Cui successerat Ptolomæus Lagus, post Alexandrum longè alijs regibus, qui sequuti fuerunt, omnibus heroicis ornamentis clarus, anteponendus.* Crimenq; Deorum.] *Culpam in Deos transfert, & fortunam, quod tantum pueri scelus ibi regnare iusserint, ubi Alexander orbis domitor regnauit & conditus fuit.* Cingere Pellæo.] *Coronare hunc puerum Dionysium Ptolemæum, corona Alexandri.* Pellæo.] *Alexandrino. Diademate. Antemasia. Pella oppidum Macedoniæ est, & colonia, in qua Alexander, Pellæus dicitur.* Iuuenalis.

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis.

Recensetur & alia Pella Decapolitanæ regionis, aquarum diues. Alij illã Pellam, non in Macedonia, sed Thessalia collocant. Pomp. lib. 2. cap 3. *Tum Macedonum populi, inquit, quot urbes habitant? quarum Pellam maximè illustrem alumni efficiunt, Philippus Græciæ dominator, Alexander etiam Asiæ. Hanc initio modicam admodum Philippus ampliauit, quod ibi genitus esset. Habet etiam stagnum, unde Ludias fluuius oritur.*

Atque utinam.] *Correctio, non in Pompeium, non in regiam Ptolomæi, non in sororem Cleopatram, quæ hæres scripta erat à patre, ex dimidia regni parte, qua eã sorores indigenis regibus, qui Pharaones dicti fuêre, lõga serie gubernata fuit. Veteri Aegyptiorum lingua Pharao regem significasse tradit Iosephus: eratq; hoc nomen omnibus ordine regibus commune, cum singulis alioqui sua nomina essent, ut in Ptolemæis, & Cæsaribus postea fieri contigit. Vt Nechonias Pharo, quem Abraham, Cenchras Pharao, quem Moses uidit erythræis fluctibus ad ultimum obrutum: quem tamen Appion Amasin, Iosephus Techinosin uocat. Post Pharaones, rebus regni mutatis, ut nulla sunt perpetua, ad Aethiopes eius regni iura attracta fuêre regnante in Iudæa Ezechia. Mox Cyrus Persa, translatis ad se Medorum, Assyriorumq; opibus, domita Asia, etiam Aegypto potitus est, deuicto Sosestre. Defectione postea sub Dario Nectabo facta, suis paruit regibus rursum, usque ad Alexandri interitum, qui annis quadringentis circiter ante Christum natum Babylone è rebus humanis sublatus fuit. Post cuius exitum Ptolemæorum regnum cœpit, à Ptolemæo, præcipuè de ducibus Alexandri Lagi, militis gregarij filio. Huic cum simul & Aegyptus obuenisset, fatum ut Ptolemæorum regnum ad ducentos fermè, & nonaginta quinque annos durauerit, usque ad Cleopatram, quæ deuicto Antonio Triumuiro, ne ab Augusto Romam in triumpho abduceretur, aspides sibi admouit, quæ fratri Dionysio Ptolemæo, de quo hîc agimus, beneficio Cæsaris successit. Post cuius exitum, occasione bellorum ciuilium regum in prouinciæ formam fuit redactum. Seriem regnum alio loco recensuimus.*

Sorori.] *Cleopatræ: & socerum Cæsarem innuit, qui cum genero Pompeio posuisset pacem facere, aut, eum bello persequi quem ris ferro sustulit. Nefas, qui & Cæsari insidiatus fuit.* Iam turba solut.] *Dimissa concione, arma expediuêre, ut in omnem euentum parati essent.* Solus Appius.] *Occasio ad digressionem de oraculo Delphico, quod consulebat Appius, priusquam in partes transiret. Præerat hic Appius Achaiæ, imperij uiribus. Qui cùm superstitiosè, ut cladem euitaret, Delphicum oraculum consuleret, sibi exitium accersiuit. Valerius Maximus libro primo Titul. de miraculis. Atq; hoc quidem hominis, inquit, illud tantum ore ipsius Apollonis editum, quo Appij interitum ueridica Pythiæ uaticinationis fides præcurrit. In bello Ciuili, quo se Cn. Pompeius à Cæsaris concordia pestifero sibi, nec reipub. utili consilio abruperat, euentum grauissimi motus exoptare cupiens, uiribus namq; imperij præerat Achaiæ*

Antistitem

A. antistitem Delphicæ Cortinæ in intimam sacri specus partem coëgit descendere, unde, ut certæ consulentibus sortes pronuntiarent, ita nimius diuini spiritus haustus reddentibus pestifer exstitit. Igitur impulsu capti numinis instincta virgo, horrendo sono uocis, Appio inter obscuras uerborum ambages fata cecinit. Nihil enim inquit ad te Romane bellum. Euboeæ cellam obtinebis. At is ratus consilijs se Apollinis moneri, ne illi discrimini interesset, in eam regionem secessit, quæ inter Rhamnunta, nobilem Attici soli partem, Carystumq; Chalcidico freto uicinam interiacens Cellæ Euboicæ nomen obtinet: ubi antè Pharsalicum certamen morbo cõsumptus, prædictum à Deo locum pro sepultura possedit, Hæc Vale. De hoc ipso mox Lucanus,

» Effugis ingentes tanti discriminis expers
» Bellorum Romanæ minas, soluisq; quietem
» Euboici uasta lateris conualle tenebis.

Ac mox.

» Heu demens nullum belli sentire fragorem,
» Tot mundi caruisse malis præstare deorum
» Excepta quis morte potest secreta tenebis
» Littoris Euboici memorando condite busto,
» Quà maris angustat fauces saxosa Carystos,
Et tumidis infesta colit quà numina Rhamnus.

Meminit Cicero huius (ni fallor) Appij, libro primo de Diuinatione. Hæc habui, inquit, de diuinatione, quæ dicerem. nunc illa testabor: non me sortilegos, neque eos, qui quæstus caussa ariolentur, nec Psychomãtia quidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat, agnoscere. Idem libro primo, Tusculã. Quæst. Inde Homeri tota νεκυια. inde ea, quæ meus Amicus Appius, Necromantia faciebat. Sollicitat superos.] Qui porrò sollicitauerit, statum exponit, cùm addit, eum Delphos concessisse, ubi compulit Phæbadem in tripodem descendere, ac certum responsum reddere, quid sibi faciendum foret.

Reserat penetralia.] Cortinam iam multos annos clausam aperit, hoc est, coëgit Pythiam uatem specum aperire, atque ex eo oraculum reddere. Penetralia, ea penitiora templi loca Delphici appellat, quæ à Græcis ἄνακτα uocantur.

Multos obducta.] Clausa, quod ideo euenisse. Cicero libro de Diuinatione primo ait, quo exhausta fuerit uis cœlestis cuiusdam spiritus. Verba eius sunt. Vt igitur, inquit, nunc minore gloria est, quia minus oraculorum ueritas excellit, sic tunc nisi summa ueritate, in tanta gloria non fuisset. Potest autem uis illa terræ, quæ mentem Pythiæ diuino afflatu concitabat, euanuisse uetustate, ut quosdam euanuisse, & exaruisse amnes, aut in alium cursum contortos & deflexos uidemus. Idem libro secundo. Euanuisse, aiunt, uetustate uim loci eius, unde anhelitus ille fieret, quo Pythia, mente incitata ederet oracula. Hæc ille. Strabo libro nono. Hodie profectò in summa mendicitate Delphicum oraculum est. Lucanus.

Sed siluit postquam reges timuêre futura, "
Et superos uetuêre loqui. "

Plutarchus de, Deficientibus oraculis. Cùm igitur Hammonius tacuisset, tunc ego ad Cleombrotum dixi, narra nobis, ô amice, si placet, de oraculis, de quibus apud uos præclara dicebãtur, nunc autem omnia extincta esse uidentur. De oraculis deficientibus ad istum etiam modum citat Porphyrius,

Ablata est Pythij uox haud reuocabilis ulli. »
Temporibus longis etenim iam cessat Apollo, »
Clauibus occlusus silet, ergo ritè peractis »
Discedas patria, & redeas ad limina sacris. »

Iuuenal. Satyra sexta.

Credet de fonte relatum —— »
Hammonis, quoniam Delphis oracula cessant. »

Plutarch. eodem lib. de deficiẽtibus oraculis, multas, ait, in terra contingere mutationes, & rerum uarietates, quando & multis locis metalla defecerint. & ea, quæ sequuntur. Sed de nominis ratione, & origine Delphici oraculi postea dicetur copiosissimè.

Narraturus originem oraculi Delphici, orditur à Topographia montis Parnassi, quem describit à situ, forma, & religione sacrorum triennalium.

Hesperio tantum, quantum semotus Eoo
Cardine Parnassus gemino petit æthera colle
Mons Phœbo, Bromioq; sacer, cui numine misto
Delphica Thebanæ referunt Trieterica Bacchæ.
Hoc solum fluctu terras mergente cacumen
Eminuit, pontoq; fuit discrimen, & Astris.
Tu a quoq; uix summã seductus ab æquore rupẽ
Extuleras, unoq; iugo Parnasse latebas.

Hesperio.] Parnassus situs est, inquit, in terræ umbilico. hoc est, tantum ab Occasu distat, quantum ab ortu solis. Eoum cardinem, & Hesperium, uocat, orientalem, atque occidentalem plagam.

» Statius. Audit, & medius cœli Parnassus.

Hunc montem alij in Phocide, alij in Bœotia collocant. Habet autem hic, teste Strab. in nono. multa spolæa sacra, quorum unum Corycion est, Nymphis consecratum, cognomine illi in Cilicia. Occiduum Parnassi latus incolunt, Aetoli, & Ozolæ, ac Dorienses: Aetoli ad montem Coracem Aetolicum appellatum: ad ortum uerò, Dorienses, & Phocenses. Iam uerò, Phocensium duæ fuerunt maximè illustres urbes, Delphi, & Elatia, quarum illa, propter uetustissimum Apollinis oraculum: hæc uerò, ob Cyphum montem Parrhæbicum, & urbem illustris fuit. Plin. Phocidi tribuit Parnassum, ubi oppidum Cirrha, portus Chaleon, à quo 7. M. pass. introrsus liberum oppidũ Delphi, sub monte Parnasso, a al. tunc. clarissimi oraculo Apollinis, fons Castalius, amnis Cephisus præfluens Delphos. Omnium prima Phemonoem Pythia oraculo præfuit, cui Græcia hexametri carminis inuentum debuit, quanquam plures Mosi acceptum retulerunt. Profunda Delphis traditur fuisse spelunca, unde fatidicus spiritus à Virginibus Pithijs haustus, horrendus canebat ambages rerum. Ad Phœbum, & Themidẽ oraculi eius originem Ephorus refert, qui commodo humani generis consulturi, cùm rudes, & agrestes homines ad mansuetiorem cultum uellent uocare, factum fuit, ut quibusdam coràm ibi consulentibus, ipse dederit responsum, quædam prædicta mandans, nõnulla prohibens, aliqua admittens. Atque ad istum modum, ab his initijs paulatim oraculum cœptum, augeri procedente tempore, & illustrari contigit. Addit idem

author, Apollinẽ Delphos adeuntem fortè, ad Panopeam Tyrium, quĩ ibi tyrannidem exercebat, & multa flagitia in accolas perpetrabat, flagitiosum hominem peremisse, ac mox de Pythone certior factus, & eius sæuitia, ab ijs, qui circa Parnassum incolebant, sagittis & ipsum confecit. Quod contemplata Hiepæan, spectãtium multitudo, succlamauit. Inde postea ea uox, inter alia eius pugnæ argumenta in Pythicis sacris usurpata fuit. Inde, aiunt, Apollinem antrum illud ingressum, fatidicam mentem hausisse. Verum hoc credibilius est, quàm illud, malum aliquem spiritum ibi habitasse, qui futurorum non omnino nescius, humanum genus huiusmodi erroribus inuoluerit. Abinitio circa hoc oraculum nullum fuit templum, sed ille specus tantum, unde sortes reddebantur. Alcmeonidæ in exilium acti, ibi templum condidisse feruntur, loco ab Amphictionibus ibi impetrato. Aiunt item, eo in loco duas aquilas à Ioue missas, congressas fuisse, ab ortu unam, ab occasu alteram, atque in eo puncto ceu medio terræ coiuisse.

Mons Phœbo Br.] Parnassus Apollini, & Baccho sacer. Aristoteles, qui Theologumena scripsit, citãte Macrobio, asserit Apollinem, & Liberum patrem unum esse Deum siue Genium potius, probatq; id, cùm aliis quibusdam argumentis, tum autem, quod in Thracia apud Ligyreos adytum sit Libero sacrum, unde reddantur oracula, perinde ut Delphis, ex antro in illo adyto, nõnisi multo mero hausto uaticinabantur, ut apud Clarium, nonnisi aqua pota. Adhæc, apud Lacedæmonios in sacris Apollinis quæ ipsi Hyacinthia uocabant, hedera Bacchantium ritu coronabantur. Mons Phœbo B.] Bœotij affirmabãt Parnassum Phœbo quidem sacrum esse, sed tamen in eodem, & oraculum Delphicum celebrari, & Bacchi antra illustria esse. Quare in eodem monte, tùm Phœbo, tum Libero patri ex æquo rem diuinam faciebant. Testatur hoc ipsum etiam Euripides, cùm scribit, Λιόννσ' ὀυρεσὶν κἀν νιβρῶν δοραῖ πάθαι]σ' ἐν πετόκκισι πυρσάζομαι κατακπυλᾷ χορεύων. In Parnasso Bacchanalia alternis annis erant, ubi Satyrorum frequens cœtus quoque cernebatur, & uoces audiebantur, ut cymbalorum etiam tinnitus. Præterea Euripides in A Licinio astruit, Apollinem, & Liberum unum esse, cùm dicit. Λεσποτα φιλολάφνε, βάκχε, παιάν, ἄπολλον, εἴλυρε. Ad eundem modum & Aeschylus, ὦ μαντὶς ἄπολλον, ὦ βάκχε, ὦ μάντις. Addunt & rationem physicam, Solem, qui idem & Apollo, & Phœbus est in diurno hemisphærio Apollinem, in inferiori, ac nocturno sub terra, Dionysium appellari, hoc est, Bacchum. Plura de utroque Macrobius libro Saturnaliorum primo capite decimooctauo, quæ nimis odiosum esset hîc repetere.

Adijciam illud solum, Bacchum Bromium dici, ἀπὸ τῦ βρόμου, strepitu & sono, ut, ἀπὸ τῦ ἰάχω, uociferor, Iacchus.

Trieterica.] τριετηρὶς ἱδοσ. trium annorum tempus. Hinc sacra Trieterica appellata sunt, quæ Libero patri, è uictoria, & expeditione Indica reuerso instituta fuêre Thebis. Tertio quoque anno peragebantur. sumptuosius, & splendidius ijs orgijs, quæ singulis annis celebrabantur. Hîc Phœbo dicit, tertio quoq; anno triennalia sacra exhiberi solita, perinde ut Baccho, Thebis Bœotiæ. Constat certè initio non tertio, sed nono quoque anno ce B lebrari solita orgia Pythia: atque inde traducta in quinquennalia certamina propter Parnasidas nymphas. quæ Apollini, cæso serpente, poma dono, manibus obulerunt, ut ait Pindari interpret.

ἐτελέτο δ' ὁ ἀγὼν πεντα[ρχὰς μὲν, διὰ ἐννεαε]ηρίδος. μετάγω δ' εἰς πενταε]ηρίδα, διὰ τὸ τὰς παρνασσὶ νύμφας ἀπόλλωνι πτέναντι τὸ θεῖον, τὰς ἐν ταῖς χερσὶν ὀπώρας προσενεγκᾶν λῶρα. Delphici agones dicti fuêre à loco, à re, Pythĩ, quod in ijs locis, Python draconem fuderit: ut iam mox dicetur.

Hoc solum.] Fabulantur Parnassi iugum Phœbo postea dedicatũ, (est enim mons Διπόρειφος, hoc est, biceps, siue duorum iugorum, ac cacuminum,) cùm diluuio terræ submersæ essent, sub Deucalione, uno extitisse: & inter cœlum, & aquas solum fuisse discrimen.

Tunc quoq;.] Auersio ad montem, cuius alterum cacumen sub aquis latuit, alterum è summa aquarum superficie eminuit.

Vltor ibi expulsę a præmeret cum uiscera partus,
Matris, adhuc rudibus Pæan Pythona sagittis
Explicuit, cùm regna Themis, tripodasq; teneret.

a al. premerent.

Vltor ibi expul.] Descripto monte, refert fabulã Pythonis, & Apollinis. Pythonem fabulantur, Demogorgonis, & Terræ filium fuisse, draconem ingentem, & prodigiosum qui ante natum Apollinem in Parnasso monte oracula reddiderit. Huic fatalis interitus ex Latonæ partu denũciatus fuerat. Compressit eo tempore Iuppiter Latonam filiam Poli. Iuno re comperta effecit, ut in eo loco pareret, quo sol non accedebat. Python ubi cognouit hoc ipsum, puellam persequi occœpit, ut ipsam unà cum partu perimeret. Latona iussu Iouis uento Aquilone secundo ad Neptunum delata fuit, qui eam fideliter ab omni iniuria uindicauit. Et ut Iunonis imperium ratum foret, puellam in insulam Ortygiam ablegauit, fluctibus tum opertam. Python Latona nusquam inuenta in Parnassum redijt, Neptunus in insulam statim in summam superficiem subduxit, quæ postea Delus dicta fuit, ubi Latona oleam manibus tenens Dianam peperit, & Apollinem. His extemplo Vulcanus sagittas dono dedit. Quarto statim, quàm nati essent, die, Apollo matrem ulturus in Parnassum uenit, & Pythonem sagittis interfecit, à quo Pythius ipse dictus est. Ossa monstri in cortinam coniecit, & corio tripodem consecrauit. Ludos ibi instituit, & certamina, quæ Pythia dicta fuerunt. Physica fabulæ expositio extat apud Macrobium libro primo, capite decimoseptimo, & libro primo Mythologicorũ Fulgentij. Ouidius libro primo Metamorphos.

Sed te quoque maxime Python
Tum genuit, populisq; nouis incognite serpens
Terror eras, tantum spatij de monte tenebas.
Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Antè uisi in Damis, capreisq; fugacibus usus,
Mille grauem telis, exhausta penè pharetra
Perdidit effuso per uulnera nigra ueneno.
Néue operis famam posset delere uetustas,
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.

Hîc iuus-

Hic iuuenum quicunq; manu, pedibúsue, rotaue
Vicerat æsculeæ capiebat frondis honorem.

Non Apollo instituit Pythia certamina, sed Thessalus Eurylochus, cum Amphyctionibus, aggressus homines ne farios, impios, & uiolentos Cyrrhæos, ut tradit Pindari enarrator. πρω πυθικὸν ἀγῶνα διέθεκεν εὐρύλοχος ὁ θεσσαλὸς σὺν τοῖς ἀμφικτύοσι τὰς κιρραίους καταπονήσας, ὡμοὺς τινας ὄντας, καὶ βιαζομένους τὰς θεοξενίας, ἐπὶ ἄρχοντος δελφοῖς μὲν γυλίδα, ἀθήνησι δὲ οἰναῖον. Python, siue Pytho. πῦθὼ urbs sita in Parnasso, ut Iliad. decimo. πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ, quæ, ut incolæ, Delphi, dicta, sacra Apollini, cuius celeberrima oraculorum uelut officina ibi fuit. His reddendis præerat sacerdos, quæ Pythia uocabatur. Hæc quasi interpres Dei furens, & insistens tripodi in antro diuina dabat responsa. Vrbem credunt appellatã fuisse, à scisitando, πυθέσθαι, quod probabilius uidetur, quã à corruptis, & putrefactis in eo loco serpẽtis ossibus, iaculis ibi Apolline confixi. Serpentem item Delphinum nominatum contendunt ut lib. 3. Fuit etiam in Creta Pythium, in Corynæ meditullio erat cuius incolæ Pythies dicti fuêre, ubi & Apollinis templũ uisebatur. Præterea in Macedonia Pythiũ erat, ubi etiã Pythia celebrabantur. Prope sinũ Aſtacenum Pyrna pocula: ipse oraculi locus Pytheũ nũcupabatur. Apud Spartanos, Pythij dicebantur, qui Delphos petendi oraculi gratia mittebantur. Hinc Pythicum nomen Auletico dictum ferunt, ut Pindari ſ. holiastes, cuius partes quinque erant. ex ratione expugnati ab Apolline serpentis. Pera, Cataceleusinus, Iambicum. Spondæum, & Catachoreusis. Porrò autem Callimachus, & Leandrus tradunt, eum, qui Delphicum custodiret oraculum, Delphinem uocatum fuisse. A' ueteribus etiam proditum fuit, hoc oraculum terræ fuisse: ac Promantin, hoc est, prædiuinatricem, Daphnidem nominatam, quæ una fuerit Nympharum propè habitantium. Citantur ab authoribus Eumolpia quædam carmina, quorum author creditur Musæus. In his scriptum tradit Pausanias, Neptuno, ac terræ commune oraculum fuisse. Terram per se diuina responsa reddidisse, Neptuno subseruiuisse Pyrcona. Versus ita se habent.

αὐτίκα δὲ χθονίης σφῶν διὰ μαντοσύνην φάτε μῦθον,
σὺν δέκτῃ πύρηνον ἀμφίπολον καὶ κλυτὸν ἐννοσίγαιον.

Pæan.] Apollo, qui ob id ita appellatur, παρὰ τὸ παίειν; hoc est, uerberando, ac cædendo, quod serpentem hunc, de quo hîc agitur, sagittis confecerit. Quare in eius sacris acclamare solebant, ἰὲ παιάν, quam hortandi uocem à matre eius profectam arbitrati sunt, cùm à partu ipsa illum ad cædem draconis excitaret. Et pæan, hymnus Apollini sacer est. παιανίζειν uitulari, hoc est, uoce lætari.

Cùm regna Themis.] circumstantia temporis. Sequentibus statim temporibus hoc oraculum Themidi datum ferunt, à qua Apollo non multò pòst, cùm ei succederet dono acceperit calauria, inuicem Neptuno per manus tradita. Hanc deam dixerunt, quæ præciperet hominibus ea petere, quæ fas essent, eamque idem esse, quod fas sit. Huius delubrum statuebatur apud amnem Cephisum. Ephorus eius oraculi originẽ refert ad Phœbum, & Themidem, ut paulò antè meminimus, qui commodis humanis consuluri, petentibus diuina reddebant responsa. θέμιγες, iura. θεμιγεύω legibus, ac iure guberno. Iliad. ω.

θεμιγεύει δ' ἑνας & ποσίδων ἠδὲ ἁλόχοιο.

Tripodas q; ceneret.] hoc est, cùm Themidis oraculum unum toto orbe celeberrimum esset. De Tripode non satis inter authores conuenit, alios aliud opinantes. Erat Apollinis Clarij phanum in Ionia, quod Manto Tiresiæ filia Epigonos Thebanorum uictores fugiens, erexerat. Huius filius Mopsus Colophonem condidit, à quo, Deo oraculum fuit institutum, cum luco. Colophone in Apollinis Clarij specu lacuna erat, cuius potu mira reddebantur oracula, sed potantium breuiori uita. Qui Thebaida scripserunt, ferunt Manto Delphos ablegatam, ubi Apollini primitijs ex uoto dedicatis, incidit in Rhacium quendam Lebetis filium, genere Mycenæum, eique nupsit. Id enim iusserat oraculum, ut primum obuio nuberet: cum quo Colophonem profecta, Clarum condidit. Iam uerò quod ad tripodem attinet, quidam aiunt uas fuisse puluueribus refertum Strabo, diuinum domicilium fuit, profundã & curua spelunca. Sunt qui mensam, tribus pedibus fultam fuisse putent: nonnulli sellam tripodem, aut simile quiddam. Cæterùm inter plurimos constat, uas fuisse aureum, tribus pedibus nixum, quod ab ausis, quibus tenebatur, aram uocarunt. In hanc Phœbas uaticinatura descendebat, ὅθεν & ea pars fuit appellata, in qua sedebat. Quare Apollo à Sophocle εὐολμος, hoc est, Euliolmus, dicitur. Ex Iamblicho sedem auream fuisse comperio, quæ tribus pedibus insistebat, utrobique diuino spiritui exposita. Suidas Lebetem Delphicum nuncupat, ac tria tempora signare, præsens, præteritum & futurum, quibus ars uaticinandi continetur. Lactantius Grammaticus lauri speciem fuisse existimat, tribus hærentis radicibus, quæ Phœbo consecrata essent ea de caussa, quod mantice trifariam diuidatur. Sunt rursum, qui mensam fuisse contendant, corio Pythonis circumductam. Diodorus libro decimo sexto, Bibliotheces, uatẽ, inquit, cõstituere & substruere machinam, quam ingressa uates, tutò uaticinabatur, nitebatur basibus tribus: huc etiam accedit Athenæus. Alij craterem, tres pedes longum nominant, inter quos est interpres Aspidis Hesiodi. Quidam musicum instrumentum, aut aurium ornamenta. Apud Homerum uas est ansatum, uiginti, & duarum mensurarum, quod inter præmia certaminis Achilles proposuit. Dabatur & tripus illis, qui dithyrambicum carmen cecinissent, ad imitationem tripodis Apollinei. Tripodibus apud ueteres epigrammata insculpebantur. Cæterùm qui aureum uas fuisse asserunt, aiunt Vulcani opus extitisse. Sed quo pacto Delphos uenerit, hæc traditur historia. Cùm Ionici quidam adolescentes à piscatoribus Milesijs iactum retis emissent, tripodem aureum attraxerunt. Oritur certamen inter piscatores, & adolescentes. Illi contendebant piscium capturam se uendidisse: cõtrà hi, quicquid rete traxisset. Delata res Delphos est, responsumq; à loci dæmone, illius fore tripodem, cuius foret sapientia rerũ domina. Datur Thaleti, per eam tempestatem inter Græciæ septem sapientes facilè principis: is misit ad Chilonẽ, hic rursum ad Biantẽ, donec in orbẽ per septẽ sapientẽ manus, postremò ad Solonem peruenirent. Hic tripodẽ Delphos mittendũ cẽsuit, rectè iu-

ēlè iudicare uiſus, Deum omnes mortales ſapientia longè ſuperare. Inde è tripode ædi cœpere oracula. Quoniam ea ueriſſima habebantur, in prouerbiũ abijt, de re indubitata, ut ea è tripode profecta dicatur: ut Sibyllæ folia,

διάφερον, ἢ πρόσταγμα εἰσθὺ φθέγγεσθαι. τὸν δ' ἐπιστατοῦντα ταῖς αἰξὶ βαμάσαι τὸ παράδοξον καὶ πατόμενον ὑπ' αὐτῶν ἐκστῆναι καὶ προφητεῦσαι τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν φιλομαθῶν παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις διὰ λαθέσθαι πειρᾶσθαι τῶν προσιόντων τῷ χάσματι, πολλὰς ἀπορίας ἐπὶ τὸν τόπον, διὰ ἣν τὸ παράδοξον τῶν ἀπορουμένων, τὰς αἰεὶ πλησιάζοντας ἐνθουσιᾶν. διὰς αἰτίας θαυμαστὸν εἶναι τὸ μαντεῖον, καὶ νομισθῆναι τὰς βολομένης εἶναι χρηστήριον. καὶ χρόνον μέν τινα τὰς βολομένας μαντεύεσθαι πρὸς ὀνόματος τῷ χάσματι προσιόντας καὶ τὰς μαντείας ἀλλήλοις. μετὰ δὲ ταῦτα πολλῶν καθαλομένων εἰς τὸ χάσμα διὰ τὸν ἐνθουσιασμόν, καὶ πάντων ἀφνιζομένων λέξαι τοῖς κατοικοῦσι περὶ τὸν τόπον, ἵνα μηδεὶς κινδυνεύῃ, προφητῆναι μίαν πᾶσι καταφῆσαι γυναῖκα, ᾗ διὰ παντὸς παρθένον μένειν, χρησμολογίαν. ταῦτα δὲ παθοῦσαν ἐνθουσιάσειν, καὶ μανεῖσαν ἐφ' ᾗ ἀναβαίνουσαν ἀσφαλῶς ἐνθουσιᾶν, καὶ μηχανὴν τρεῖς ἔχειν τοὺς βουλομένους εἶναι δὲ τὴν μηχανὴν τρεῖς σαν βάσεις, ἀφ' ὧν αὐτὴν τρίποδα πλησίον γίνεσθαι τοῦ παλαιοῦ παλαιουμένου χαλκοῦς τρίποδας. Idem paulò pòſt mira quædam addit de ueteſta uaticinandi conſuetudine, quæ nõ grauabor adſcribere. θεσπιῳδὸν δὲ τὸ ἀρχαῖον νέμεσθαι παρθένους διὰ βίου τὸ τῆς φύσεως ἀδιάφορον, ᾗ τῆς ἀρτέμιδος ὁμογενεῖς. λαῦται γὰρ εἶδεται εἶναι ὡς τὸ πιθὲν λαὶ ἀπύρρητα τῶν χρησμωδημάτων ἐν ᾗ τοῖς νεωτέροις φασὶν ἐχεπράκην τὸν θεσπαλὸν παραγενόμενον εἰς τὸ χρηστήριον, καὶ θεασάμενον τὴν χρησμολογοῦσαν παρθένον, ἡρᾶσθαι, διὰ τὸ κάλλος αὐτῆς, καὶ συναπάσαι λαὶ αὐτὴν βιάσασθαι. τὸν δὲ διὰ φὺς, διὰ τὸ γεγενημένον πάθος, εἰς τὸ λοιπὸν νομισθῆσαι, μηκέτι παρθένον χρησμῳδεῖν, ἀλλὰ γυναῖκα προσβυτέραν πεντήκοντα λαὶ τῶν χρησμολογεῖν, καθάπερ ὑπομνήσασθαι ᾗ αὐτὴν παρθενικὴν σκευὴν, καθάπερ τῶν παλαιῶν προφήτεις. Horũ uerborũ hic ſenſus eſt. Ferunt, antiquitùs uirgines uaticinari ſolitas, idq; tum ob promiſcuam naturam, tum cognationem Dianæ. Atque has quidem idoneas fuiſſe, ad conſeruanda meſſabilia myſteria oraculorum. Aiunt, poſteris temporibus Echecratem quendam Theſſalum ad oraculum profectum, qui ubi illic uirginem uaticinantem contemplatus fuiſſet, forma puellæ captũ, & amore accenſum, correptæ intuliſſe ſtuprum. Qua iniuria Delphi commoti, in poſterũ lege lata ſanxerunt, ne deinceps uirgo iuuencula oraculo redderet, ſed anicula quinquaginta annos nata uaticinij munere fungeretur quidem, ſed ut uirgineo cultu ornata ueteris prophetiæ memoriam, ac recordationem referret. Atque hæc quidem de Oraculi Delphici origine, & inuentione. De eo peculiarem librum ſcripſit Alexander hiſtoricus: de eo multa Cic. lib. 1. Diuination. Multis ſeculis hoc templum uiſebatur opibus & donarijs diuiſi-mum. Huc reges, huc populi aurũ, argẽtumq; ſuum damonũ, emerituri, congerebant. Craſſus, teſte Herod. et Plutar.

Vt uidit.] Iuſtinus lib. 24. in Brenno, templum & antrum Delphicum Apollinis his uerbis deſcribit. Templum autem Apollinis Delphis, inquit, poſitum eſt in monte Parnaſſo, in rupe, undiq; impendente: ibi ciuitatem frequentia hominum facit. Qui ad adfirmationem maieſtatis undique concurrentes, in eo ſaxo conſedêre: atque ita templum, ciuitatemq; non muri, ſed præcipitia, nec manu naturalia præſidia defendunt. prorſus ut incertum ſit, utrum munimentum loci, an maieſtas Dei plus hic admirationis habeat. Media ſaxi rupes in formam theatri receſſit. Quamobrem hominum clamor, & ſi quando accidit tubarum ſonus, perſonantibus & reſonantibus inter ſe rupibus, & multiplex audiri, ampliorq; quàm æditur reſonare ſolet. Quæ res maiorem maieſtatis terrorem ignaris rei, & admirationem ſtupentibus plerunque adfert. In hoc rupis anfractu, media fermè montis altitudine, planicies exigua eſt, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet, ex quo frigidus ſpiritus in quodam uelut uẽto in ſublimi expulſus mentes uatum in uecordiam uertit, impleteq; Deo, reſponſa conſulentibus dare cogit. Multa igitur ibi & opulenta regum, populorumq; uiſuntur munera, quæ magnificentia ſui, reddentium uota gratam uoluntatem, & Deorum reſponſa manifeſtant. Hæc Iuſtinus. Huius oraculi originem Diodorus Siculus pluribus tradit libro decimo ſexto Bibliotheces. Cum circa Delphos uaſtus terræ hiatus eſſet, eo loco, qui hodie adyton appellatur. Illuc fortè capræ paſcentes arrepſerunt, cum Delphi nõdum incolerentur. Ferunt, ex ijs unam ſpecum ingreſſam, atque inſpexiſſe: quæ ſtatim exultans laſciuire cœpit, & uocem aliam quàm conſueuerat, emittere. Id cùm amplius admiraretur paſtor, ut nouum, & inopinatum, traditur & ipſe acceſſiſſe, atque ſingula perluſtraſſe, ecquid rei eſſet, quòd capræ ita afficerentur. Statim & ipſe eodem modo affici cœpit. Illæ enim perinde correptæ erant, ut hi, qui numine afflantur. Cœpit hic præterea futura prædicere. Rẽ diuulgata, multi undique ad eum locum confluxerunt. Et quia rem admirandam certatim propius explorabant, quicunq; penitiùs accederent, extemplò afflabantur. Has ob cauſas uaticinium admirati, fatidicum locum uulgò hũc eſſe arbitrati ſunt. Atq; ita per aliquod tempus, qui uolebant oraculum reddere, hunc adibant hiatum, atq; inuicem futura uaticinabantur. Poſtea uerò cùm multi in ſpecum deſilirent, enthuſiaſmo agitati, omnesq; contabeſcerent, fuit incolis uiſum, ne quis inde periclitaretur amplius, uatem mulierem, ibi mortalibus conſtituere, per quam oracula conſulentib. redderentur. Quare machina quædam huic parata fuit, qua inſcenſa, ſecurè uaticinaretur. Fuit autem hæc machina eiuſmodi, ut tribus baſibus fulciretur, à quib. tripodem nominarunt. Adſcribam ipſius authoris uerba, ὄντος χάσματος ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ, ἱερὸν ἀπορρήτοις, καθ' ὃν ἐστι νῦν τοῦ ἱεροῦ τὸ καλούμενον ἄδυτον, καὶ περὶ τοῦτο γενομένων αἰγῶν, διὰ τὸ μή ποτε κατοικεῖσθαι τὸν ἀπορρήτοις. αἰεὶ τῷ χάσματι τὴν προσιοῦσαν καὶ προσβλέψασαν αὐτῷ συριττὸν βαυμαστῶς. καὶ προΐεσθαι φωνὴν

Ἀλεξάνδρος Ἀμυντᾶ statuarijs opulẽtum, diuersis temporibus, cùm alijs sacrilegis, tum Brenno Senonum Gallorum duce prædæ fuit. Postea extinctum incẽdio & funditùs dirutum, ab Alcmæonidis restitutum fuit. In Græcorum monumentis proditum est, Parnassum quendam omnium principem, oraculum Delphicum petiuisse, à quo monti factum fuit nomen, quamuis antea Larnasum dictum fuisse arbitrantur nonnulli, quod Deucalionis arca, quæ λάρναξ fuit dicta, in eo uerticem subsederit. Hactenus de oraculo Delphico.

Alexander Amyntæ statuit, et ex solido auro dicauit. Quidam raphanum, ex puro, & puto auro. Brutus Romanæ libertatis uindex solidam bracteam excauato cornu inclusam: & alij alia toto orbe uisendæ magnificentiæ donaria. Quod uerò ad Apollinem, qui ad antrum ingressus, tum ab historicis, tum à poëtis traditur, hauseritq; ibi mentem fatidicam, & in eo specu se continuerit, nulli dubium est, quin immissus ibi aliquis spiritus latuerit, qui futurarum rerum ignarus mortales ludificaretur. Initio nullum fuit templum: sed antrum duntaxat, unde sortes redderentur. Proditum est, Alcmæonidas Athenis pulsos, ibi omnium primos templum condidisse, ut paulò antè memini, quod ab Amphictyonibus, sanctissimo Græciæ concilio impetrarant. Hoc templum tam splendidis & luculentis donarijs opulẽtum, diuersis temporibus, cùm alijs sacrilegis, tum Brenno Senonum Gallorum duce prædæ fuit. Postea extinctum incẽdio & funditùs dirutum, ab Alcmæonidis restitutum fuit. In Græcorum monumentis proditum est, Parnassum quendam omnium principem, oraculum Delphicum petiuisse, à quo monti factum fuit nomen, quamuis antea Larnasum dictum fuisse arbitrantur nonnulli, quod Deucalionis arca, quæ λάρναξ fuit dicta, in eo uerticem subsederit. Hactenus de oraculo Delphico.

Diuina sp.f.] periphrasis prædicendi futura, ut & hoc quod statim attexitur, Ventosq; loquaces: quod afflatu uenti spiritum concipere dicerentur, qui ex imo antro oriebatur, ut Cicero libro Diuinat. 1 ipse adstruit, qui locus nobis antè citatus est.

Quis latet.] Causam huius miraculi proficiscentis ex antro Delphico conatur inquirere, cur ex hoc potius id prodigij, quàm ex alijs specubus oriatur. Ignorat impuri spiritus ludibrium fuisse, qui per totum prope orbem humanum genus futurorum non ignarus, huiusmodi ambagibus ludificatus fuit. Quod numen.] quis Deus è cœlo delapsus dignatur se includi in his cauernis, adeoq; ipse inhabitare subterraneum locum? Cicero libro primo Diuinat. Quid igitur expetamus, aut dum in foro nobiscum Dij immortales, dum in uijs uersentur, dum domi? Qui quidem ipsi se nobis non offerunt, uim autem suam longè lateq; diffundunt, tum hominum naturis implicant. Nam terræ uis Pythiam Delphis ineitabat naturæ Sibyllam. Hæc Cicero. Si terræ uis, ergo nullus superorum impleuit mentem Pythiæ. Cœcas.] metaleptsis, tenebrosas, ac proinde, profundas. Quis terram] Cùm omnia Dei plena sint, & cœlum eius sedes, & terra scabellum, ecquis Deus patitur sein terræ hiatu concludi? Omnia cur.] Descriptio diuini numinis magnitudinem, à prouidentia eius, & eiuus conspectu perinde futura sunt, atq; præsentia. Hinc fatum struxerunt philosophi, quod ab alijs aliter definitur. Zenoni Cittico, est connexa rerum series, seu ratio quædam, qua mundus regitur. Heraclitus Ephesius diebat, fato omnia fieri, & ex conuersione contraria omnia quæ sint, congruere & coaptari. Chrysippus, fatum omnium eorum quæ sunt, per partes administrando rerum causam esse. Cicero definit fatum ordinem, & seriem causarum: & caussam esse, & omni æternitate fluentem ueritatem sempiternam. Plato omnium philosophorum princeps scribit, Deum, Fortunam, & Artem, unà cum Deo mundi omnia gubernare. Quod quidam ita interpretantur. Deus in omnibus, per omnia mouet omnia. Rotat sphæras mundi, quarum discors concordia, & concursus, modò fatum, modò fortuna, ut Legum quarto appellatur. Quin & pro natura fatum interdum accipi manifestum est. & fatalis mors, naturalis dicitur. Hinc illud Vergilianum lib. quarto Aeneid. de Didone.

Quis latet hic superũ, quod numẽ ab æthere pressũ
Dignatur cæcas inclusum habitare cauernas?
Quis terram cœli patitur Deus? omnia cursus
Aeterni secreta tenens, mundiq; futuri
Conscius, ac populis sese proferre paratus,
Contactusq; ferens hominũ magnusq; potensq;?
Siue canit fatum, seu quod iubet ille canendo,
Fit fatum? forsan terris inserta regendis
Aëre libratum uacuo quæ sustinet orbem
Totius pars magna Iouis, Cirrhæa per antra
Exit, & æthereo trahitur connexa tonanti.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

Contactusq;.] *Quod patiatur corpus mortalis hominis ingredi, & illud suo numine implere, quem nec cœlum, nec terra comprehendat.* Siue canit] *siue futura denunciat, siue necessario sunt euentura, quæ respondit, & fata sint ineuitabilia. Diuina decreta non commutantur, cùm leges & uoluntates humanæ, pro rationibus temporum uarientur.* Forsan terris.] *forsan mens diuina infusa in omnes mundi partes, quæ regit, uersat, fouet, uegetatq; sua admirabili potentia uniuersa ex antro* Delphico *exit, & erumpit. Hanc Dei opificis omnium rerum potentiam, & uim, poëta in* Bucolicis *paucis uerbis expressit.*

——*Iouis omnia plena.* Sed paulò fusius, *lib. 6. Aen:*

Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum lunæ, Titaniaq; astra,
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus,
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Deniq; quocunq; uertis oculos, in omnibus rebus opificis Dei opera, & quasi ipsum præsentem cernas, siue in orbibus, ac corporibus cœlestibus perpetuam cursus legem obserues, siue in terris uegetationem, generationemq; arborum, fruticum, & in primis animantium contempleris, Deus est præsens in omnibus: hoc est, illius potẽtiam præsentem est cernere & admirari. Libratum or.] *Suspensum tenet in centro mundi à casu. De terræ situ, qua ratione undiq; aërè circumfusus in medio mundo libratur, mox disseremus, si prius dixerimus, mundum uniuersum Dei templum uocari à* Cic. *lib. 6. de Repub propter eos, qui nihil aliud Deum esse credunt, quàm ipsum cœlum, & cœlestia ipsa, quæ cernimus. Ideo, inquit Macro, ut summi omnipotentiam Dei ostenderet, posse uix intelligi, nunquã uideri quicquid humano subijcitur aspectui, templũ eius uocauit, qui solamente concipitur: ut qui hæc ueneratur, ut templa, cultum tamen maximum debeat conditori, sciatq; quisquis in usum templi huius inducitur, ritu sibi uiuendum sacerdotis. Hactenus ille. Platonici asserunt, totum mundum unum esse animal, cuius anima Iuppiter sit, quã doctrinã ostendimus Verg. etiã astruere in Aen.*

Mens

„ *Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Libra. orbem.] *terram, & terræ circumflua maria, atque oceanum. Plinius libr. 2. cap. 64. 65. 66. & 72. testatur, ut & Strabo lib. 3. Geograph. superficiem terræ, cum Oceani superficie corpus rotundum & globosum efficere mutuo complexu. Idipsum etiam satis liquet demonstrationibus mathematicis. Quod quidem si nulla alia ex re, uel è nauigantium cursu certè deprehendi potest, qui ad demersum, emersumq; siderum, aut apparentium, aut desidentium, circa alia atque alia maria nauigant. Petentibus Austrum stellæ meridianæ attolluntur. & quò longius excurreris, hoc sublimiores sese erigunt, subtrahentibus se demissis septentrionibus, & signis septentrionalibus. Contrà usu uenit, nostrum oceanum nauigantibus, qui quo propius subeunt polum, hoc is, unà cum plaustris attollitur altius. Quod sanè nulla ratione posset fieri, nisi globi forma, extima terræ ac maris foret rotunditas. Itaque cœlum est supra omnia, quæ complectitur intus: nec antipodes magis sunt infra nos, quàm nos supra illos. Contra nos sunt, infrà non sunt. Vnde Cicero libr. 6. de Republica, in somnio Scipionis. Vides ne, inquit, in terra raris & angustis in locis, & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, uastas solitudines interiectas, hosq; qui incolunt terram, non modò interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim transuersos, partim etiam aduersos stare uobis. Ac paulò pòst. Cernis autem eandem terram, quasi redimitam & circundatam cingulis. E' quibus duos maximè inter se diuersos, & ipsis uerticibus cœli ex utraque parte subnixos, obriguisse pruinâ uides: medium autem illum & maximum, solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles, quorum Australis ille, in quo qui insistunt, aduersa uobis urgent uestigia, nihil ad uestrum genus. Hactenus Cicero. Cæterùm Oceanum ambire terram, quæ unà cum Oceano in medio immobilis orbis hærens, centri locum tenet, & undique aëre cincta, super cœlum suspicit: ipsa autem ut centrum in medio suo pondere libratur, & admirabili Dei opificio suspensa tenetur, id quod hoc loco admiratur Lucanus.*

Cirrhæa per.] *ex antro Delphico se exerit. Plinius libro tertio, capite tertio loquens de Locris, Cirrhæos proximis campis Phocidis statuit, & oppidum Cirrham. Ibi est portus Chaleon VII. M. passuum à Delphis, libero oppido, sub monte Parnasso: illic fons Castalnis, & amnis Cephisus, Delphos præterfluens.*

Hoc ubi.] *Hoc igitur antro Pythia correpta diuino furore, quem conceptũ numen uocat, magno hoatu responsa emugit. Ipsum, inquit, numen os uatis soluit.*

Hoc ubi uirgineo conceptum est pectore numen,
Humanam feriens animam sonat, oraq; uatis
Soluit, ceu Siculus flammis urgentibus Aetnam
Vndat apex, Campana fremēs, ceu saxa uaporat
Conditus Inarimes æterna mole Typhoeus.

Ceu Siculus.] *duabus similitudinib. horrendum sonum, et uehementiam amplificat: harum una ducta est à natura montis Aetnæ, flammis in uertice æstuantis: altera ab insula Inarime & incendio Vesuuij montis, ubi conditus Typhoëus gigas perpetuum fumum fundere, & anhelitum ducere fertur.*

Siculus a.] *Constat Aetnam Siciliæ montem esse, cuius uertex perpetuo incendio horreat, & saxa effundit. Huius descriptio extat apud Pindarum Pythiorum hymno primo.*

„ —— *νίσῳ*
„ *δ' οὐρανία συνέχει*
„ *νιφόεσσ' Αἴτνα πανετές,*
„ *χίον' ὀξείαι τιθήνα,*
„ *τὰς ἱρεύγονται μὲν ἀπλᾶ*
„ *τοῦ πυρὸς ἀγνόταται*
„ *ἐκ μυχῶν πηγαὶ, ποταμοί*
„ *δ' ἀμέρσιοι μὲν πρ. σχέοντι ῥόον παπνοῦ*
„ *ἄϋπνων δ' ἐν ὀρφναῖσι πέτρας*
„ *φοίνισσα κυλινδομένα φλὼξ ἐυβαθεί,*
„ *ἀς φέρει πόντιν πλάκα σὺν πατάγῳ.*
„ *κεῖνο δ' ἀφαίσιον πρυμνὸς ἑρπετὸν*
„ *δεινοτάτας ἀποπέμ-*
„ *πει τέρας θαυμάσιον προσιδέ-*
„ *σθαι, θαῦμα καὶ παρίοσι*
„ *πῶν ἀκοῦσαι.* id est.

Niualis Aetna, cœlestis columna, quæ totum annum horridam niuem fouet, hunc continet. Ex cuius angulis multi ignis fontes purissimi eructantur. Flumina quidem interdiu effundunt fumi atrum torrentem: noctu petræ uolutata flamma in profundum ponti solum cum strepitu proruit. Porrò illud Vulcani fulgur potentissimos reddit typhones, ita, ut mirandum sit prodigium, ausse, miraculum eos, qui uel accesserint, uidisse. Quem Vergilius imitatus est libro tertio Aeneidos, his uerbis.

„ *Portus ab accessu uentorum immotus, & ingens*
„ *Ipse, sed horrificis iuxtà tonat Aetna ruinis,*
„ *Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,*
„ *Turbine fumantem piceo, & candente fauilla.*
„ *Attollitq; globos flammarum, & sidera lambit,*
„ *Interdum scopulos, auulsaq; uiscera montis*
„ *Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras*
„ *Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.*

Vndat apex.] *cacumen fumum undantem effundit in sublime.*

Campana fre.] *altera similitudo ducta à natura Typhoëi sub Inarime conditi, siue montis Vesuuij in Campania, perpetuo incendio decantati, cuius cineribus Plinius auunculus, cum curiosè eius miraculi naturam exploraret, oppressus fuit.*

Typhoeus.] *Hesiod. in Theog. scribit Typhoëū Terræ, & Tartari filium fuisse, & prodigiosè manib. armatū.*

„ *αὐτὰρ ἐπεὶ τιτῆνας ἀπ' οὐρανῦ ἐξέλασε Ζεὺς*
„ *ὀπλότατον τέκε παῖδα τυφωέα γαῖα πελώρη.*
„ *ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσέην Ἀφροδίτην*
„ *οὔ χεῖρες μὲν ἐάασιν ἐπ' ἰσχύ' ἔργματ' ἔχουσι,*
„ *καὶ ποδὶς ἀκάματοι πραιτερῶ θεός. ἐκ δὲ οἱ ὤμων*
„ *ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφι δ, δεινοῖο δράκοντ&*
„ *γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελιγμότες. ἐκ δὲ οἱ ὀσσων*
„ *θεσπεσίῃς κεφαλῇσιν, ἐπ' ὀφρύσι πῦρ καίετο δερκομένοιο,*
„ *πασσῶν δ' ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο,*
„ *φωναὶ δ' ἐν πάσῃσιν ἔσαν δεινῆς κεφαλῆσι*
„ *παντοίην ὄπ' ἰεῖσαι ἀθέσφατον. ἄλλοτε μὲν γὰρ*
„ *φθέγγοντ' ὥστε θεοῖσι συνιέμεν, ἄλλοτε δ' αὖτε*
„ *ταύρου ἰφιβρύχεω μένος ἄσχετον ὄσσαν ἀγαύρου.*
„ *ἄλλοτε δ' αὖτε λέοντ& ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντ&.*

ἄλλοτε

ἄλλοτε δ' αὖ σπυλάκεσσιν ἐοικότα θαύμασ' ἀκοῦσαι,
ἄλλοτε δ' αὖ βοΐσασχ' ὑπὸ δι' ὄχεσφιν οὔρεα βάλλε.

Et quæ sequuntur, hoc est.

Verùm ubi Titanas cœlo turbauit ab alto
Iuppiter, hinc genuit mox alma Typhoëa tellus.
Postremum ex Erebo Veneris cum numine diuæ:
Cui palmæ ad quæuis miranda negotia duro
Robore erant, promptiq; pedes, centum capita altis
Ex humeris sæui surgebant torua Draconis,
Ora subin linguis lambentia cæca trisulcis
Igne coruscabant ciliis sub lumina tetris.
Deniq; quod q; caput flammam spirabat & ignem.
Omnibus his inerat uoces, uariumq; sonabant,
Horrendumq; dabant fremitum: sæpe ore tonabant,
Numinibus magnis simul ut si emittere uisa.
Interdum ingenti tamen mugire boatu,
Interdum fremitum sæui dare uisa leonis,
Interdumq; canum latrantum iterum edere uocem,
Rursus & horrendum sonitum à radicibus imis
Mittebant montes umbrosi.

Et quidem, inquit statim idem poëta, nefarium faci-
nus designatum fuisset, imperasset q; diis immortalibus,
nisi Iuppiter maturè re animaduersa, horrendum into-
nuisset: terra infrà, cœlum suprà, & cum his maria, oceà-
ni fluentia, adeoq; tartara ipsa terribilem sonum edidis-
sent. Idem canit Typhoeum post acrem omnium elemen-
torum cum eo pugnam, fulmine à Ioue misso, ambustum,
& ad inferos præcipitatum fuisse.

ἐκ δὲ μιν θυμῷ ἀπάχωρ ἐς τάρταρον ἰφθίμ.

hoc est.

Præcipitem indignans illum sub tartara misit.

Hesychius eum, Deum aliquem fuisse dicit, Terræ filium,
qui cum Ioue pugnarit. τυφωεὺς γηγενὴς ἐναντιωθεὶς
τῷ βασιλεῖ τῶν θεῶν. Cæterùm, τυφὼν, τυφὼς, & τυ-
φεὺς, à τύφειν deriuantur, quod fumum euaporare
signat. Vaporat.] à uaporando, ut dixi, Typhoeus no-
men habet. ab etymo uocabuli Inarimes. Homerus, &
Hesiodus distinctis uocibus primi scripserunt εἰν ἀρίμοις,
In Arimis. Homerus Iliad. 2.

οἱ δ' ἀρ' ἴσαν ὥσείτε πυρὶ χθὼν πᾶσα νέμοιτο.
γαῖα δ' ὑπεστονάχιζε δι' ὠκεῖ τερπωπερύνῃ
χωομένῳ, ὅτε τ' ἀμφὶ τυφωέϊ γαῖαν ἰμάσσῃ
εἰν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.
ὡς ἄρα τῶν, ὑπὸ ποσσὶ μέγας στοναχίζετο γαῖα
ἐρχομένων, πάλλα δ' ὦκα διέπρησσεν πεδίοιο.

id est Came.

Iamq; ibant acres, totos ardere putares
Campos. at mugire solum, uelut altitonante
Cum Ioue commoto tellus pulsata tremiscit
Inarimes, sæui lustrum, ut fert fama Typhæi.
Sic Danaum tellus resonat gradiente caterua,
Sub pedibus q; gemit celerantis pergere turbæ.

Hesiod. in Theog. πολὺ δ' ἐξύτ' εἰν ἀρίμοισιν.

Sed Latinis ferè semper Inarime ὑφέντιος usurpatur, ut
multò antè apud Vergil. Ouid. Statium. & hic apud Lu-
canum. Maro. lib. Aeneid. 9.

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
Constructa ponto iaciunt, sic illa ruinam
Prona trahit, penitus q; uadis illisa recumbit.
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ
Tum sonitu prochyta alta tremit, durum q; cubile

Inarime Iouis imperijs imposita Typhœo.

Nec illud prætereundum est, uocabulum, Typhoëus, tri-
syllabum, ultima per diphthongum efferri & scribi: & a-
pud Maronem penult. per œ. Inarimes] De Arimis ua-
riant authores, ubi gentium sint. Sunt, qui in Lydia, alij
in Phrygia adusta: nonnulli inter fluuium Mæandrum,
& Lydiam ponant. in qua sententia est Strabo lib. Geo-
graph II. Non desunt, qui in Cilicia, rursum in insulis Py
thecusis statuant. Quin & in Syria, quibus in Thalia ac-
cedere uidetur Herodotus: cuius uerba hæc sunt. ἀπὸ ὦν
ἰανύσου αὖτις συρίων μέχρι σερβωνίδ&, παρ' ἣν δὴ τὸ
πάσιον ὄρ& τείνει ἐς θάλασσαν. ἀπὸ ὦ σερβωνίδ&
λίμνης ἐν τῇ δὴ λόγ& τὸν τυφῶ κεκρύφθαι. ἀπὸ τούτ
κης ἤδη αἰγυπ&, id est. Ab Ianysso iam rursus Syrio-
rum regio est, usq; ad Serboni dem paludem, à qua usque
ad mare mons Casius in mare procurrit. Mox post pa-
ludem Serbonidem, in qua fama fert Typhonem sepul-
tum esse, Aegyptus occurrit. Pindarus Pythiorum hym-
no primo, Ariana uidetur collocasse in Cilicia, his uerbis.

ὅς ποτ' ἐν αὐχᾶ ναιετάρῳ πεδ.
ταὶ θεῶν πολέμιος
τυφὼς ἑκατονταπάρανος, τόν ποτε
κιλίκιον θρέψεν πολυεύ-
κτου ἄντρον, νῦν γε μάν
ταὶθ' ὑπὲρ πόντου ἀκτερεῖς ὄχθαι
σιπυλίαι τ' αὐτοῦ πιέσει
στέρνα παχυάεντα. id est.

De quorum numero est, in horrēdo Tartaro conditus
Deorum hostis
Typhos centum capitum formidabilis, quem olim
Ciliciæ celebre educauit
Antrum. at nunc mari obfirmatæ ripæ
Vltra Cumas,
Adeoq; Siciliæ ipsius premit
Pectus hirsutum.

Cæterùm ubi illud Homericum Typhonis, siue Ty-
phoëi cubile situm sit, ex his nondum satis dilucidè li-
quet, cum à Marone in Aenaria statuatur, quæ Inarime
est ὑφέντιος, & Homero, Arima. Scholiastes Homeri
lib. Iliad. secundo, τὰ ἄριμα, inquit, οἱ μὲν ὄρος τῆς Κι-
λικίας φασὶν, οἱ δὲ Λυδίας. hoc est. quidam Arima
montem Ciliciæ esse aiunt, nonnulli, Lydiæ. Suid. sim-
pliciter ἄριμα, ὄρη, id est, montes uocat, & ἀριμαῖον
θεὸν, παρ' αἰγυπτίοις. Arimanius Deus, apud Aegyptios.
Plinius Inarimen Homero dictam esse tradit in sinu Pu-
teolano, & Prochytam, non ab Aeneæ nutrice, sed quia
profusa ab Aenaria erat: Aenariam ipsam à statione na-
uium Aeneæ appellatam. quam Homerus Inarimen di-
xerit. à Græcis Pythecusam uocatam, non à simiarum
multitudine (ut aliqui existimauere) sed à figulis dolia-
riorum. Quod uerò ad nomen Typhoëi, & Typhonis, il-
lud sciendum, à poetis allegoricè usurpari, quo terreni
uapores, æstuationes q; significantur, quibus tempestates,
& uenti concitari existimantur. Qua de causa Hesiodus
hunc tempestuosorum flatuum parentem facit. Hyginus
lib. 11. Astronomicōn refert de Typhone huiusmodi fa-
bulam: quod Aegyptij sacerdotes, & nonnulli poetæ di-
cant, cùm multi Dij in Aegyptum uenissent, de improuiso
quoq; Typhonē superuenisse, gigantem acerrimū, & Deo-
rum infestissimum hostem. Territi Dij alij in aliā formam
se conuerterunt: Mercurius se in Ibin, Apollo in gruem,
Diana in catum. Hinc factum est, quòd Aegyptij

non

non tulerint hæc animalia uitari. Quin & Panin flumen se præcipitauit, cuius corporis pars posterior in piscem, prior in hircum uersa fuit. Typhaonis Iuppiter consilium admiratus, eum in sidera retulit. Idem libro primo de fabulis, cap. C L I. Typhonis genealogiam his uerbis refert, quem Hesiodus diuersum à Typhoeo fingit. Ex Typhone gigante, inquit, & Echidna Gorgon canis Cerberus trieeps. Draco, qui mala Hesperidum trans Oceanum, seruabat. Hydra, quam ad fontem Lernæum Hercules interfecit. Draco, qui pellem Arietis apud Colchos seruabat. Scylla quæ superiori parte mulier, inferiori canis. Canes sex, ex se natos habebat. Sphinx, quæ in Bœotia fuit. Chimera, in Lycia, quæ priori parte figuram leonis posteriori, Draconis habebat, media ipsa Chimera. Ex Medusa Gorgonis filia, & Neptuno, nati sunt, Chrysaor, & equus Pegasus, ex Chrysaore, & Callirhoe, Geryon trimembris. Idem Hygi. capite proximè sequenti. Tartarus, ex Terra procreauit Typhonem (hunc ex Hesiodo modò retuli Typhoeum appellatum fuisse) immani magnitudine, speciéq; portentosa, cui centum capita Draconum ex humeris enata erant. Hic Iouem prouocauit, si uellet secum de regno certare, Iouis fulmine ardenti pectus eius percussum fuit, cui, cùm flagraret, montem Aetnam, qui est in Sicilia, imposuit, qui ex eo ardere adhuc dicitur Superiorem Typhonis genealogiam paulò aliter recenset Hesiod in Theog. ad hunc modum.

» τὴν δὲ (χίδναν) ὑφάσνα φασὶ μιχθεῖσαι ἐν φιλότητι

δεινόν θ' ὑβριστὴν ἄτεμιν, ἐλικώπιδι κούρῃ
κοιμηθεῖσαμένη, τέκετο πρατερίφρονα τέκνα,
Ὄρθον μὲν πρῶτον κύνα γείνατο γηρυόνηι.
δεύτερον αὖτις ἔτικτεν ἀμήχανον, ὄτι φατεύω
πέρθερον ὠμηστὴν ἄϊδριν κύνα χαλκεόφωνον,
πεντηκοντακέφαλον, ἀναιδέα τε πρατερόν τε.
τὸ τρίτον, ὕδρην αὖτις ἐγείνατο, λύγρ' εἰδυῖαν
λερναίην, ἣν θρέψε θεὰ λευκώλενος Ἥρη
ἄπλητον ποτόν σκα βίην ἡρακληείην.
κὴ τὴν μὲν Διὸς υἱὸς ἐνήρατο νηλέϊ χαλκῷ
ἀμφιτρυωνιάδης σὺν ἀρηϊφίλῳ ἰολάῳ
ἡρακλέης, βουλῇσιν ἀθηναίης ἀγελείης.
——κὴ τὰ λοιπά.

Inderecenset Chimaram, Sphingẽ, & Nemæum Leonẽ. Sed ἄλλης ἀρχῆς. Campana lax.] Vesunij montis. Est is in Campania mari incubans, uitifer, à cuius uertice ima conflagratione campi Phlegræi dicti sunt, fuit enim illa Aetneæ non dissimilis. Mons est amœnissimè culmen, præter cacumen, in quo sterilis est planities, cineres in prospectu habens. Saxa cauernosa sunt, ut & antra, uelut incendio exesa. Præterea color talis, ut constet, B montis uerticem uelut Aetnam olim arsisse, & deficiente materia, incendium restinctum. Postea Titi principatu iugum subito incendio cum fœda finitimorum clade in ignem abijt: uel ut Eusebius, sub Nerua. Eius montis descriptio extat apud Strab. libro quarto, apud Plinium libro 3 cap. 5.

Hoc tamen.] *Hoc oraculum, inquit, omnibus mortalibus patet & consulentibus sine discrimine de futuris respõdetur, sed plane ænigmaticè, & amphibologicõs ut in oraculo interpretando, uel ipso Delio interprete interdum opus fuerit. Philippus oraculo monitus ut à quadrigæ uiolentia salutem suam tueretur, uitauit locum in Bœotia, qui quadriga uocatur, iuxta toto regno omnes quadrigas disiungi, à Pausania occisus fuit, cuius gladij capulo quadriga insculpta erat. Quod genus cùm multa alia prodita sunt ab Herodoto, tum illud Crœsum præcipitem ad euertendum regnum suum rapuit. Legati accepto à Pythia responso quid Crœsus eo ipso die ageret, ut testatur idem scriptor in πλείω, immolatis tribus porcorum millibus, legatos remisit Delphos cum donarijs uerè regijs ad numinis fauorem sibi conciliandum. Erant donaria autem hæc. C. X V I I. lateres aurei conflati: Leo aureus decem talentorũ: duæ pateræ aureæ una ad dextram templi collocata, argentea altera sexcentarum amphoratum ad læuam. Cæterùm de belli euentu hoc retulerunt responsum*

Hoc tamen expositum cunctis, nullisq; negatum
Numen ab humani solùm se labe furoris
Vindicat haud illic tacito mala uota susurro
Concipiunt, nam fixa canens, mutandaq; nulli
Mortales optare uetat, iustisq; benignus
Sæpe dedit a sedem, totas mutantibus urbes,
Vt Tyrijs, dedit ille minas impellere belli,
Vt Salaminiacum meminit mare, sustulit iras
Telluris sterilis, monstrato fine resoluit
Aera tabificum. non ullo sæcula dono
Nostra carent maiore Deũm, quã Delphica sedes,
Quod siluit postquam reges, muere futura,
Et superos uetuere loqui. nec uoce negata
Cyrrhææ mœrent uates, templiq; fruuntur
Iustitio, nam si qua Deus sub pectora uenit,
Numinis aut pœna est mors immatura recepti,
Aut pretium quippe stimulo, fluctuq; furoris
Compages humana labat, pulsusq; Deorum
Concutiunt fragiles animos. b sic tempore longo
Immotos tripodas, uastæq; silentia rupis
Appius Hesperij scrutator ad ultima fati
Sollicitat iussus sedes laxare uerendas
Antistes, pauidaniq; Deis immittere uatem.

a. al. sedes.

b. al. hic.

Pythia: Si Crœsus bellum Persis intulisset, fore, ut magnum regnum everteret. Verba Herodoti sunt: ἢν στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας μεγάλην ἀρχὴν μὲν καταλύσει. Quod ille in hostium, non suum interpretatus exitium, arma ingenti studio in Cyrũ comparauit. Sed ab eo captus, precatus fuit, ut liceret legatis Delphos mittere, quibus solutus esset, Apollini suo nomine dedicaret, interrogaretq; numĩ, an ij, qui præcipua in Deos essent ueneratione, talibus afficerentur præmijs. Pythia hinc, qui cum uinculis uenerat, ad istum modum respondisse traditur ab Herodoto: τὸν πεπρωμένην μοῖραν ἀδύνατά ἐστιν ἀποφυγέειν καὶ θεῷ. πρόσσου ἦ πέμπτην γένεος ἀνθρωπέλαε ἐξέπλησε, ὡς ἐὼν δουλοφόρος ἥρω πλεόνων πόλεω γυναικείῳ ἐπισσώμενος ἐφόνευσε τέκνα διοπότεα, τὴ ἔσχε τὴν ἐκείνου τιμὴν, σὺν λέγω οἱ προσκουσαν. προθυμεομένου ἦ λοξίω ὅκως ἀφ' ὑπατὰ τείσ παίδας τοῦ προίσου γένοιτο τὸ Σαρδίεων πάσαγαμὴ καὶ' αὐτὸν προίσον, σὺν οἷόν τ' ἐγένετο παραγέειν μοῖραν, ὅσον ἦ ἐνέλιπεν αὐτὰ, κινύσατο, ἢ ἐπ-

γίσατο

ἔστατο δὲ τρία γὰρ ἔτια ἐπανεβάλλετο τὴν Σαρδίων ἁλῶσιν, ἢ τῶτο ἐπιφάσθω ἠρῶος, ὡς ὕστερον τοῖς ἔτεσι τούτοισι ἀνὴρ τῆς περσωμένης. δευτέρα ἦ τάτων, παιομένῳ αὐτῷ, ἐπήκεσε. κατὰ ἦ τὸ μαντήϊον τὸ γενόμενον, οὐκ ὀρθῶς ἠρῶος μέμφεται. προηγόρευε γὰρ οἱ λοξίης, ἢν στρατεύηται ἐπὶ πέρσας, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσειν. τὸν ἦ χρὴ τὰτα χρῆν μέλοντα βάλεσθαι, ἑωυτὸν ἢ τὴν κύρου λέγει ἀρχήν, οὐ συναβὼν τὸ ἔμβιον, οὐδ' ἐπευτάϊον χρησηριαζόμενον, εἶπε τὰ, εἶπε λοξίης περὶ ἡμίονου. οὐδὲ τῶτο συνέλαβε. ἦν γὰρ δὴ κῦρος οὗτος πρὸς ἀμείνονος, πατρὸς δὲ ὑποδεεστέρου. ἡ μὲν γὰρ ἦν μήδη, νόῃ ἀγυαγέος θυγάτηρ τῇ μήδων βασιλέος. ὁ δὲ πέρσης τε ἦν, νόῃ ἀρχόμενος ὑπ' ἐκείνοισι, ἢ ἐνεργέτης τοῖσι ἅπασι, δεσπόινη τῇ ἑωῦτε συνώνεε.

Quorum uerborum hic sensus est. Quod fatale foret, nè ipsi quidem deo fas effugere. Crœsum Gygis abaui sui, Candaulem ex Heraclidarum gente occidit, crimen luere. Neq; uerò, quod ad oraculum attineret, habere eum, cur Phœbum mendacij argueret: diserte uerbis illius fuisse expressum, euersurum Lydiæ regem, si bellum Persis intulisset, magnum imperium. Oportuisse Crœsum, nisi cæca regnandi cupiditate ductus fuisset, temerè bellum facere Persis. Occupásset iterum sciscitari: utrum duorũ regnorum, quæ in futuri belli aleam conijcerentur, excidium maneret. Rogasseq; num suum, an Cyri imperium innuisset. Addidit præterea de mulo oraculum, id quod non intellexerat etiã. Mulus hic erat Cyrus. Erat is progenitus è duobus non gentis unius, matre illustriore, patre ignobiliori. Illa Medæ fuerat, filia Astyagis regis Medorum: hic uerò Persis fuerat sub illorum imperio, infra omnes, quiq; heram suam duxerat. Addam obiter & oraculum de mulo, quoniam eius mentionem hic facit Pythia, cum scisciratus esset, num imperium Medorum diuturnum foret nec ne.

» ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς μήδοισι γένηται,
» τότε λυδὲ ποδαβρὲ, πολυψηφίδα παρ' ἕρμον
» φεύγειν, μήδε μένειν, μήδ' αἰδέεσθαι πανὸς εἶναι.

id est, Vbi Medorum regnum hemionus rex obtinuerit, tunc Lyde ad Hermum fuge, neq; siste, neq; uerere uideri ignauus. Atq; huiusmodi oracularum obscuris inuolucris ludificabatur mortales Pythius ille genius: unde Loxias fuit appellatus. Haud illic.] quoniam autem Pythia uates concepto numine, nihil uel ad gratiam, uel odium, muneribus, aut precibus corrumpi potuit, sed futura solum denunciabat rogata, factum fuit, cur nemo auderet submissa uoce turpia, impia, aut absurda interrogare, aut petere.

» Da fallere, da sanctum iustumq; uideri.
» Iane pater clarè, càm clarè dixit Apollo,

ut dit Horat. Et ut est apud Persium.

» Haud cuiuis prõptũ est, murmurq;, humilesq; susurros
» Tollere de templis, & aperto uiuere uoto.

Sed ne derideri quidem passa fuit. Daphidas per uisum Phœbum rogauit, num equum inuenire posset, cum nullum habuisset. Responsum fuit, posse quidem, sed eo perturbatum periturum. Incidit in Attalum regem, in quem ridiculus fuerat, à quo de saxo cognomento equo, præcipitatus fuit. Nam fixa.] cùm enim fixa, hoc est, incuita bilia canat, ac uaticinetur, interminatur ea petere, quæ inhumana potestate non est mutare: cum fata stent immota, & diuina uoluntas æterna sit. Iustisq; be.] Talis fuit petitio Aeneæ ad Sibyllam. Tuq; ô sanctissima uates

Præscia uenturi, da (non indebita posco
Regna meis fatis) Latio considere Teucros.
Et in Delo
Da propriam Thymbræe domum, da mœnia fessis,
Et genus, & mansuram urbem, seruate alteram Troiæ
Pergama, reliquias Danaũm, atq; immitis Achilli,
Quem sequimur, quo'ue ire iubes, ubi ponere sedem.
Da pater augurium, atq; animis illabere nostris.

Vt Tyrijs.] ab exemplo Tyriorum. Trogus credidit, Tyrios à Phœnicibus oriundos, antiquis sedibus terræmotu quassatis, patrio solo profectos, primò Assyrium stagnum, mox litus mari proximum tenuisse, condita ibi urbe, quam à piscium ubertate, Sidonẽ dixêre. Sidon, Phœnicum lingua pisces est. Post multos inde annos, Sidonij ab Ascalonitarum rege expugnati, nauibus Tyrum appulsi nouam ibi urbem sub id tempus condiderunt, quo Troia à Græcis capta fuit. Tyrij postea diu Persicis armis uexati, suam tamen libertatem retinuerunt. Eadem & à Iustino produntur lib. 18. Similem fortunam, & locorum mutationem Cadmo accidisse, & Phœnici proditum memoriæ est, quorum ille oraculi iussu bouem sequutus in Bœotiam uenit & Thebas condidit, in memoriam eius urbis, quæ illi in Aegypto patria erat. Sed Tyriorũ, quorum dux erat Dido, primus appulsus terræ Cyprus fuit in fuga, ubi Iouis sacerdos cum coniuge, & liberis Dei monitu comitem se reginæ, & sociũ fortunæ obtulit. Quin ijdem Tyrij Apollinis oraculo moniti colonias ad Herculis columnas miserunt, atq; eo pacto bellum euasêre.

Dedit ille mi.] Idem Loxias Phœbus sæpenumerò docuit, ac monuit, qua ratione ad bellum eundum, & in hostes mouendo arma essent. Et subdit exemplum Atheniensium, qui fama procellæ belli, quod à Xerxe in Græciam parabatur, perculsi, Delphos de futuro ciuitatis statu consultum miserant. Minacissimum oraculum primũ redditum uehementer ciuitatem exterruit. Erat autem id huiusmodi, ut refert Herodotus πολυμυθέα.

ὦ μέλιοι τιπάθωδες, λιπὼν φιῦγ' ἔσχατα γαίης
Δώματα, καὶ πόλιος τροχοειδέος ἀμφὶ κάρηνα.
οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδον, οὔτε τὸ σῶμα,
οὔτε πόδες νέατοι, οὔτε χῶρ χέρες, οὔτε τι μέσσης
λείπεται, ἀλλ' ἄβυλα πάντα. κατὰ γὰρ μιν ἰφθιμοι
πῦρ τε καὶ ὀξὺς Ἄρης συριηγενὲς ἅρμα διώκων.
πολλὰ ἦ κἀλλ' ἀπολεῖ πυργώματα, κὐ τόσον οἶον.
πολλοὺς δ' ἀθανάτων ναοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει.
οἵ νυ νῦν ἱδρῶτι ῥεύμενοι ἐστήκασι,
δείματι παλλόμενοι, παλὰ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι
αἷμα μέλαν κέχυτ' προϊδὼν πανότητος ἀνάγκας,
ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖο δ' ἐπὶ δεινὰ θυμόν.

hoc est,

Quæ uos ô miseri retinent hic otia? terræ
Vltima quin laribus petite hinc, atq; urbe relicta.
Non caput integrum, non corpus, non manus, aut pes
Extremus remanet, reliquum medij nihil; atqui
Omnia contemnenda quidem. uos ignis, & atrox
Subuertit Mauors, currum insectatur anhelum.
Præterea alta cadunt, & propugnacula multa.
Insuper & diuum quàm plurima fana furenti
Contradet flammæ, qui stant sudore madentes
Terrore incussi. summi ad fastigia tecti

" Effusus cruor est ater, quod fata malorum
" Prospiciat, quin ex adyto hinc proculite, malisq;
" Horrendis animos dispergite.

Hoc oraculo Athenienses exterriti, rursus legatos Delphos miserunt, cum olearum palmis ueniam supplices imploraturos. His Aristonice Pythia pluribus carminibus respondit, ad istum modum.

" ὦ δύνατα πάλλας Δῖ' ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι
" λισσομένην πολλοῖσι λόγοις, καὶ μήτιδι πυκνῇ.
" σοὶ ἤ τόδ' αὖτις ἔπος ἐρέω ἀδάμαντι πιλάσασα.
" τῶν ἄλλων γὰρ ἁλισομένων ὅσα Κέκροπος ὄρος
" ἐντὸς ἔχει, κευθμῶνα κυθαιρῶνος ζαθέοιο,
" τάχος τριτογενὴς ξύλινον λιθέοι ἐρύσσαι ζεύς,
" μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό, σε τειχέτ' ὀνῆσαι.
" μὴ δὲ σύ γ' ἱππόσυνοι μένετε, μὴ πεζὸν ἰόντα
" πολλὸν ἀπ' ἠπείρου φράτον, ἀλλ' ὑποχωρεῖν
" νῶτα πιεζρέψας, ἐς τοι ποτε καὶ δὶς ἰόντι ζρᾶν,
" ὦ θεῖον σκαμίς, ἀπολεῖς ἢ σὺ τέκνα γυναῖκάν.
" ἢ που σιδήρεμένης δημήτερος ἢ συρίσους.

Huius oraculi hic est sensus. Mineruam quamuis supplicem non posse placare Iouem. Rursum se respondere: captis omnibus aliis rebus quas Cecropis urina intus complectitur, ac penetrale Cytheronis.

" Iuppiter è ligno muris Tritonida donat,
" Qui soli inuicti tibi sint natiq; saluti. & quæ sequuntur. Hoc oraculum cum alij aliter interpretarentur, Themistocles ostendit, salutem ciuium in nauibus fore. Atque huiusmodi interpretatione obtinuit, ut omnes naues, quæ ad Aeginiticum bellum erant decretæ, in hoc bellum instruerentur.

Salaminiacam.] Salamis insula est, & in ea urbs eiusdem nominis, inter Epidaurum, & Sunium promontorium Atthidis in Aegæo, notior, ut ait Pomponius, excidio classis Persicæ. Salamnius fuit Solon, sapientis appellatione clarus. De huius insulæ possessione tum temporis diu inter Megarenses, & Athenienses ad internecionem usque armis disceptatum fuerat, tenebantq; Megarenses ad ultimum insulam. Multis cladibus acceptis tulerant Athenienses legem, ut ei capitale esset, si quis legem de uindicanda insula ferret. Solon occultam ingressus uiam, ut tradit Laërtius, simulata insaniæ, compositum domi ea de re carmen, ecmo oblitus ad concitandos ciuium animos publicè recitauit, Laërtius scribit, eum deformem habitu, more uecordium in publicum euolasse, factoq; concursu hominum, quo magis consilium dissimularet, insolitis sibi uersibus, per præconem suasisse populo, ut insulam amissam recuperarent usque adeò hominum animos cepisse, ut extemplo aduersus Megarenses bellum fuerit decretum. Carminis principium fuit.

" Ipse quidem præco chara Salamine relicta,
" Aduenio, & cantus concio nostra tulit.

At Laërtius uersus, quibus potissimum illos induxit, hos citat.

" εἶμι δὴ ποτ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ σικινίτης
" ἀντίν' ἀθηναίης πατρίδ' ἀμειψάμενος
" ἄλφα γὰρ ἄν φάτις, ἥδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο
" ἀτρεμὸς ἔνθος ἀνὴρ τῶν σαλαμῖν' ἀφέντων.
" ἴομεν εἰς σαλαμῖνα μαχήσομενοι περὶ νήσου
" ἱμερόεσσ', χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσάμενοι. hoc est,
" Olim utinam fuerim Pholegandrius, ait Sicinites,
" Ac mutata foret Attica terra mihi.
" Nam subito fama hæc hominum uolitabit ad aures,
" Atticus unus adest, qui Salamina fugit.
" Quin Salamina igitur sarturi dedecus imus,

Subdita quod nobis insula restituet.

Ad Salaminem igitur hanc insulam constat Xerxis innumerabiles copias à Græcis nauali prælio superatas, Xerxes ubi uires suas mari afflictas uidit, turpi consilio nouum schema astruxit. Aggrediebatur enim agere in Salaminem deducere: in quem usum mandabat Phœnicum naues connecti. Fuit alia Salamis Cypri oppidum in amœnissimo sinu orientalis littoris sua, ad quam Lucas Asiorum decimo tertio tradit, peruenisse. Vrbium clarissimas Cypri etiam Pomponius Salaminem, & Paphum nominat. Erant Athenis naues tres publico usui destinatæ, Theoris, qua ij uehebantur, qui uoti, aut religionis ergo Delphos, aut alio quopiam proficiscerentur: Paralus, quæ è iudicio auehebat, Salaminia, quæ subuehere ad iudicium. Atque hæc in prouerbium abijt, ut Salaminia nauis diceretur, de præcelloci, propter nauale pugnam ad Salaminem. Bacchus, quod remigandi, & bellicarum rerum ignarus esset, apud Aristophanem, in Ranis, & in Aubus, item sese ἀσαλαμίνιον appellat. Et in uita Pericli Plutarchus Salaminiam uocat, robustam, & in qua ultimum præsidium sit positum, uelut in triarys.

Susulicit.] Idem oraculum ostendit, qua ratione sterilitati terræ esset occurrendum. Hyginus refert, cùm in Aegypto, per nouem annorum spacium ingens terræ fuisset sterilitas, è Græcia augures acciuit Busiris Neptuni filius. Thrasius Pygmalionis filius docuit tyrannum imbres uenturos, si hospitem macIassset. Thrasius statim à Busiride immolatus rei fidem fecit, & secuta fuit pluuia. Ouid. lib. 1. de Arte aman.

" Dicitur Aegyptus caruisse inuantibus arua
" Imbribus, atq; annis sicca fuisse nouem.
" Cùm Thrasius Busirim adijt, monstrisq; piari
" Hospitis effuso sanguine posse nouem.
" Illi Busiris, fies Iouis hostia primus
" Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquam

Ad eundem modum etiam, id quod Sulpitius item annotauit ex Diodoro, Phryges, cum diu infœcunditate C agri laborassent, oraculum ab Apollino consulto acceperunt, ut Atyn sepelirent, & Cybelen religiosè colerent. Sed quia Atyos corpus nusquam inueniri poterat, adolescentis statuam, aut imaginem funebri luctu, & cæremonijs condiderunt. Ad aras item Cybeles, Deæ sacrificia instaurarunt. Sequuta illico fuit admirabilis terræ fœcunditas. Hoc ipsum, authore eodem Diodoro Athenienses usurpant. Nam agris, propter sicci tatem anni, sterilibus, consultus Delius respondit, ut quacunque mulcta uellet, Minoi Cretensium regi pro cæde Androgei satisfacerent. Sic proditur historia. Androgeus prior Minois nepos in Attica dolo extinctus erat: quare Minos iunior, qui Androgeum genuerat, graui bello Athenienses petiuit. Hi magnas clades bello experti, ut iniuriæ obnoxij, mox grauioribus à Deo afflicti fuêre. Ingens enim egrorum sterilitas, & horrenda pestilentia sequuta fuit, quæ terram Atticam miserè uastauit. Consultus Apollo monuit Athenienses, ut Minoëm placarent. Quo facto, rediit pristina agrorum ubertas, & pestis desijt. His conditionibus à Minoë placato

A cato pacem impetrarunt, ut nono quoque anno tributi nomine, septem pueros indigenas, & totidem puellas in Cretam mitterent. Sublato fine.] id est, imito cum Minoë pacis fœdere, ut nono quoque anno illud tributum in Cretam Minotauro mitterent.

Aëra tibi.] corruptum cœli tractum, unde pestilentia nascitur. Consimilia oracula (ut etiam Sulpitius annotat) reddita fuerunt Lucanis, cum peste uexarentur, de placandis manibus Palinuri, cuius oraculi meminit Virgilius in sexto Aeneidos. Sed & populo Romano sæuiente peste, ut Aesculapium Romam ex Epidauro portarent. quanquam id facere iussi fuerunt ex libris Sibyllinis inspectis, non oraculi Delphici monitu.

Non ulla.] Nullis temporibus unquam pauciora donaria Delphos mittuntur, quàm nostra tempestate: nusquam rariora dona missa fuerunt, nostra memoria, quàm Delphos, quod oraculum, inquit in totum perierit. Cæterum quando desiit ibi reddere oracula uates Pythia alibi retulimus. Sed & hîc quædam, quæ eòdem spectant, annotanda duxi. Etsi oracula sæpissime uana deprehensa fuerunt, Plato tamen, ut alios illustres philosophos omittam, in Timæo, & Phædro testatur, illis plurimum tribuendum fuisse, à quibus exordium etiam apologiæ Socratis ducit: & mores Socraticos ab Apollinis responso factos scribit. Porrò quod ad oracula in uniuersum attinet, uidentur originem trahisse ab impostoribus quæstuarijs, à quorum responsis malorum seges fuit orta. Hi primum per ciuitates, & uicos occulti, & ceu Corycæi dispersi auscultabant, quibus rebus quibuslibet opus erat: atque eas renunciabant illis, à quibus emissi fuerant. Inde hi, qui ad eam imposturam delecti erant, in adyta antrorum obscura se demergebant, adeuntibus responsa daturi. Confirmatis paulatim horum sceleratorum uafritiem partim error hominum fanaticus, partim insita omnibus futura cognoscendi cupiditas: qua ex re uberrimus talibus quæstus erat. Postea Dæmonum fraudes accesserè, quibus mortalium mentes illaqueârunt.

Timuere.] Quando, inquit Cicero secundo Divinationum autem ista uis euanuit? an postquam homines minus creduli esse cœperunt? Demosthenes quidem, qui abhinc annos propè CCC. fuit iam tum φιλιππίζειν Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere. Quod autem eò spectabat, ut eam à Philippo corruptam deceret, quod licet existimare in alijs quoque oraculis Delphicis, aliquid non sinceri fuisse. *Hæc Cicero. Ex quo authore liquet, ut paulò antè ipse etiam testatur, sua tempestate Delphicum oraculum nullum extitisse. Sed quod caput est, inquit, cur isto modo iam oracula Delphis non eduntur, non modo nostra ætatè, sed iam diu, ut modo nil posiit esse contemptius? & quæ sequuntur. Ergo de Appio, fabulosum fortè ducendum est, licet à Valerio referatur, si iam diu ante Ciceronis ætatem ædita responsa non fuerunt.*

Cyrrhææ ua.] Delphicæ antonomasia. Si non mœrent, si non tristantur, gaudent ergo Pythiæ uates, quod ob enthusiasmum propè perpetuum, brtuis uitæ essent ferè. Valerius Maximus libro primo, capite de Miraculis. de Appio responsum petente loquens, Antistitem Delphicæ cortinæ in intimam sacri specus partem coëgit descendere: unde ut certæ consulentibus sortes petuntur, ita nimius diuini spiritus hausius reddentibus pestifer existit. Iustitio.] intermissione, metaphora sumpta à foro. Est autem propriè iustitium, quasi iuris statio. quando uel propter supplicationem populi, uel aliquam imminentem reipublicæ necessitatem, ius non dicitur, sed forum clauditur. Sic Liuius, iustitium edicit, claudi tabernas tota urbe iubet, uetat quenquam priuatæ quid rei agere. Simili modo antrum sacri specus diu clausum fuisse dicit poëta, nec ædita oracula tum, cùm Appius superueniret.

Nam si q.] Quamcunque, inquit, corripit Phœbus, hanc uel ob iram breui extinguit, uel uitæ breuitatem præmij loco magni ducit. Optimum, ait philosophus, non nasci, aut natum cito mori. Mors omnibus malis finem imponit, quibus defuncti ad immortalitatem emigramus, cum deo sempiternum æuum acturi. Vestra, inquit Cicero quæ dicitur uita, mors est: per eam in cœlum reuertimur, uel dij, uel cum Dijs futuri.

Pulsusq.] enthusiasmus, stimulus ille occultus numinis, quo Phœbas agitatur. Sic tempo.] *Ergo ad institutum redit, nempe ad Appium, qui antistitem coëgit referare tripodem iam multos annos clausum.* Immotos tripo.] *Quos dicit tripodas immotos, epexegesin subtexit, silentium sacri specus diuturnum. De tripode Delphico suprà memoratum est. Cum regnâ Themis tripodasq; teneret.* Appius Hes.] *Curiosus inquisitor fati belli ciuilis, quem exitium id esset habiturum, utriusque partes sequeretur: an in totum à partibus abstineret.* Antistes.] *sacrorũ præses, templi Delphici, ac sacrarij custos.* Pauidamq.] *trepidam ad enthusiasmum, hypallage, pro deum in pauidã phœbadẽ immittere. Periphrasis item cortinæ est, in sedibus uerendis.*

Castalios circumlatices.] *Antistitem templi; dicit, Phœmonoën unam puellarum, quæ circa Castalium fontem uagabatur, corripuisse, & restitantem, inuitam que raptasse in templum, ac coëgisse descendere in tripodem. Valerius Maximus (ut rectè admonet Sulpitius) id*

Castalios circum latices, nemorumq; recessus,
Phœmonoën errore uagam, curisq; uacantem
Corripuit, cogitq; fores irrumpere templi.
Limine terrifico metuens consistere Phœbas
Abstertere ducem noscendi ardore futuri,
Cassa fraude parat, quid spes, ait, improba ueri
Te Romane trahit? muto Parnassus hiatu
Conticuit, presitq; Deum, seu spiritus istas
Destituit fauces, mundiq; in deuia uersum
Duxit iter, seu barbarica iam lampade Python
Arsit, in immensas cineres abiêre cauernas.
Et Phœbi tenuêre uiam, seu sponte deorum
Cyrrha siler, fatiq; sat est arcana futuri
Carmine longæuæ uobis commissa Sibyllæ,

ab Appio facilitatum tradit. Appius, inquit, euentum grauissimi motus explorare cupiens (uiribus nanque imperij præerat Achaiæ) Antistitem Delphicæ Cortinæ in intimam sacri specus partem coëgit descendere.

Castalios.] *Delphi sub monte Parnasso fuerunt, ubi*

d al. futura:

fons Castalius est, & amnis Cephisus Delphos præfluens ortus

Seu Pæan solitus templis arcere nocentes,
Ora quibus soluat nostro non inuenit æuo.

in Idæa quondam urbe. Suidas tamen, ait, Castaliam fontem fuisse in Daphne dicta, ubi Apollo assidere ferebatur, & oracula ædere, aura, ac flatu ex aqua reddito: ex quibus fontis accolæ dicebant eadem, quæ à dæmonibus ferebantur. παρὰ λίαν, πηγὴ ἐν τῇ καλουμένῃ Δάφνῃ, ἐν ᾗ ἐλέγετο παραδρεύειν τὸν ἀπόλλωνα, καὶ χρησμολογεῖν, αὔρας, καὶ πνοὰς ἐκ τοῦ ὕδατος ἀναδιδομένους, ἐξ ὧν οἱ περὶ τὴν πήγην ἔλεγον, ἅπερ οἱ Δελφοὶ ἔλεγον. Fontem tamen Castalium, à Castalia nympha nomen sumpsisse uolunt, quam cùm Apollo adamatam persequeretur, ipsa se de rupe præcipitauit, in fontem conuersa fuit. Ab ea Castalides nymphæ, Musæ appellantur.

Phœmonoë error uagam.] puellam circa radices Parnasi deprehensam, curisq; occupatam Antistes corripuit. Hanc puellam Phæmonoën appellat, ab ea Phœmonoë quæ Pythia omnium prima oraculo in Phocide præfuit, cui Græcia hexametri carminis inuentum acceptum retulit: quod tamen Mosi multi tribuunt. Claruit illa Phœmonoë ea tempestate, qua Sycio in Achaia regnabat. Plinius eam, libro 10. capite 3. loquens de aquilis, Apollinis filiam dictam fuisse, scripsit reliquit. Phœmonoë, inquit, Apollinis dicta filia, dentes eieisse (perenò) prodidit mutæ aliâs, carentiq; lingua: eandemq; aquilarum nigerrimam prominentiore cauda. Idem libro eodem, capite 8. differens de accipitribus, Triorchem Buteonem appellari à Romanis, ait, cui Phœmonoë principatum tribuit in auguriis. Sulpitius credit Arcadicum uocabulum esse quod Phœmus eius regionis lacus sit. Plinius eum non Phœmum, sed Pheneum appellat duobus libris, & capitibus diuersis, & Lacum esse Arcadiæ. Et Ouidius lib. Metam. ultimo, non Phœmum, sed Phenèum uocat etiam.

Est lacus Arcadiæ Pheneum dixere priores
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto,
Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.
Sic alias, aliasq; lacus, & flumina uires
Concipiunt.—

Plinius libro 31. cap. 11. In Arcadia ad Pheneum, aquâ profluit è saxis, Styx appellata, quæ illico necat. Idem libro 4. capite 6. Pheneus, & Erymanthus è monte eiusdem nominis in Alpheum defluens. Proinde apud Ouid. non legendum est, Phœmon, ut Sulpitius citat, sed Pheneum. Neque uerò Arcadica uox est, Phœmonoë sed conficta ad uocem Phœbi: cuius filia, authore Plinio, credita fuit. Sed ad rem. Phœbas.] Phœmonoe Pythia uates, à Phœbo, quo correpta uaticinatura erat, ut à Bacchо, Bacchas, Baccheo initiata sacerdos. Cassa fraude.] superuacanea fraude. Quid spes.] uerba sunt Phœbadis ad Appium. Quæ spes tanta, tamq; audax cupido te inducit huc, ut tantopere belli ciuilis fata cognoscere desideres? Iam dudum hoc oracultum cessat, & antrum obrutum iacet. Deum.] Phœbum, cuius afflatu responsa edi solebant. Seu spiritus.] Caussas diuersas conatur exoleti, silentisq; oraculi, reddere. Siue, inquit, Parnasus antrum oppresit, in quo Phœbi mens habitare credita fuit: siue uis ea hinc in deuia mundi euanuit loci uetustate, unde anhelitus ille terræ fiebat: siue quod Barbarorum iniuria incendio templum uastatum fuerit. Python.] Contentum pro continente: templum Delphicum, quod diuersis temporibus direptum fuit à sacrilegis, & incendio deletum, nisi quis sacram cortinam, coriò Pythonis circumtectam accipere malit. Duce Philomelo Phocenses spoliarunt, quod sacrilegium statim ultus fuit Philippus rex Macedonum, pater Alexandri. Erat id templum ex Pario lapide sumptuosissimè impensis Alcmeonidarum ædificatum. Tentata direptio à Xerxe, sed infœliciter, conditis Phocensium industria sub terrâ, sacris Thesaurus, atque Delphiorum saxis, ac telis, Xerxianis per decliuia montis reiectis. Sed & Brennus infœlicissimè suo maximè interitu, & strage suorum tentauit Delphos oppugnatione. Sylla item, cùm obsideret Athenas, oppugnareq;, pecuniæ indignus, ex omnibus templis illustribus, & oraculis, quæ in tota Græcia erant, iussit ad se donaria, sacrasq; pecunias deferri: simul in Delphicis thesauris expilandis etiam cauillo usus fuit. Cui cùm inde significarum esset, in templo Dei cytharam auditam fuisse, nulla religione tactus ad Caphim, quem ea de caussa Delphos miserat, quique ea per literas significarat, rescripsit, mirari se, cur Delphicam peruiam non auderet attingere, ad quam auferèdam ipse Apollo hilaris ei classicum canèret, & cythara inuitaret. Diodorus τῶν δὲ προγεγενημένων τρατηγῶν ὁ μὲν πρῶτος ἅπαντας ἀπέχετο τῶν ἀναθημάτων. ὁ δὲ δεύτερος προσαγορευόμενος μὲν ὀνόματος, ἄδελφος δ' ὢν φιλομήλου πλέονα τῶν τοῦ μάρχου, ἄδελφος δ' ὢν φιλομήλου πλέονα τῶν τοῦ θεοῦ χρημάτων κατεδαπάνησε. τρίτος δὲ φάυλλος, ὁ ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος τρατηγήσας, οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναθημάτων κατενόησεν εἰς τὰς ξενικὰς μισθοφορίας. τὰς γὰρ ἀνατεθείσας ὑπὸ περσέως τῷ λυδῶν βασιλέως χρυσᾶς πλίνθους, οὔσας ρ. καὶ η. ἑπταλάντους, κατέλυσεν εἰς νόμισμα. φιάλας δὲ οὔσας χρυσᾶς τ. καὶ ξ. λιμναίους, καὶ λέοντα χρυσοῦν, καὶ γυναῖκα, λ. ταλάντων χρυσοῦ σταθμὸν ἀγόντων τῶν πάντων. ὃς τὸ πᾶν κατακοπὲν χρυσίον εἰς ἀργυρίου λόγον ἀναγομένων τῶν χρημάτων εὑρίσκεται τάλαντα τετρακισχίλια, τῶν δὲ ἀργυρῶν ἀναθημάτων, τῶν τε ὑπὸ περσέως, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἀνατεθέντων, τοὺς πάντας στρατηγοὺς διεδαπανηκέναι τάλαντα ὡγδοήκοντα μυριάσι. προστιθεμένων δὲ καὶ τῶν πολέμου τῶν ἑξακισχιλίων. πρότερον μέντοι τάλαντα χρυσῶν ἀναθημάτων, ὑπὲρ βάλλειν τὰ μύρια τάλαντα. Quorum sensus hic est. Primus eorum dux fuit Philomelus, qui manus continuit à sacris donarijs Delphicis. Secundus Onomarchus, Philomeli frater maximam partem sacræ pecuniæ dissipauit. Tertius uerò, Phyllus Onomarchi & ipse frater cùm duceret, exercitum, non paruam partem donorum sacrorum percussit in nummos stipendio peregrinorum militum. Lateres aureos Crœsi centum uiginti bimorum talentorum percusit in monetam. CCCLX phialas aureas. Aureum Leonis, & mulieris signum XXX. talentorum. Diuersi auri in rationem argenti, quatuor millia talentorum. Argenteorum donariorum, quæ Crœsus, & alij dedicarant, quæque in milites profusa fuerunt, plusquam sex millia talentorum. Numerum omnium aureorum donorum excedere X. M. talentorum. Præterea circa trimpodem aggressi fuerunt milites fodere: qua ex re antrum terra egesta obrutum fuit. Putabant ibi ingentè thesaurū se inuenturos. Hunc eor perpulerat carmè Homericū fossū

» Σοὶ δ' ὄφελλε λάϊνος ἀμφὶ κύκλος ἀφήτορος ἐντὸς ἔέργει,
» φοίβε, κάπόλλωνος πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ. id est,
» Saxosa in Pytho constringit Apollinis.
» Seu Barbarica.] Diuersas caussas inquirit, propter quas oraculum defecit. Extat Plutarchi liber παυσανίου. hoc est, de Oraculis, quæ defecerint, in quo ipse diuersas caussas quærit, cur cessarint illa ipsa, de quibus agimus, responsa. Sed mordicus tenendum duco, quod Micyllus admonet, sub Christi aduentum, dæmonum ludibria sublata fuisse: ut eo nascituro, qui præsens cœlestia oracula ederet, uana impurorum responsa obmutescerent, siue per Syllam, siue per Mithridatem, siue quod uetustate templum dilapsum fuit, & obrutum antrum, quod propter dæmonis ludos, præstigias & fraudes contemni cœptum fuit, & prorsus non frequentatum amplius.

Lampad.] Herodotus Οὐρανίᾳ tradit barbaros à Xerxe missos ad diripiendum fanum horrendis prodigijs, fulminibus, & 60. uirorum telis, qui post relictorum fugam Delphis manserant, una cum prophetà Acerato, obrutos, & cum tetra clade præcipitatos fuisse. Reliqui in fugam acti putabant se uidere duos armatos uiros humana forma proceriores tergo hærentes, carpenteíq; cædendo, & persequendo. Itaque à Xerxe incendio deletum non fuit, neque à Brenno, qui consimili clade inde deturbatus perijt.

Cauernas.] Cæterum historia de Brenno Gallorum duce, eiusq; exercitu à Delphis uicto, atque à Græcis internecione deleto, extat apud Iustinum libro 24. Pausaniam in Phocicis. Sed à quibus incendio templum Delphicum, & antrum obrutum fuit, parum constat, exustum ab hostibus fuisse, cùm dicit, siue corrupta Barbarorum iniuria incendio euersa cineribus opertum, inde posteris temporibus diu iacuit: unde factum, quod oraculum conticuerit. Et Phœbi tenuere.] obstruxerunt, obturaruntq; uiam, per quamuis Phœbi prorumpere solitus fuerat, ne qua amplius potuerit exire. Seu sponte D.] siue quod ita uisum fuerit superis, ut antrum Cyrrhæum fileret Pop. Rom. quorum fata libris Sibyllinis contmerentur.

Cõmissa.] uestra fata tradita esse in libris Sibyllinis.

Longæuæ Sibyl.] ea ratione, qua à Marone longæua sacerdos appellatur. Sibyllæ huius uiuacitas in prouerbium uenit, Sibylla uiuacior: ut Nestore uiuacior. Propert. li. 2.

» At me non ætas mutabit tota Sibyllæ.

De huius Sibyllæ uiuacitate huiusmodi fabula refertur. Cùm Apollo eius amore captus, ei poscendi quodcunque uellet, arbitrium fecisset, illa arenis haustis tantum uitæ poposcit. Annuit Apollo quidem eius uotis, sed hac lege, si Erythræam insulam relinqueret, nunquam postea eò reuisura. Itaque Cumas migrauit, ubi corporis uiribus defecta, in sola uoce uitam retinuit. Quod ubi cognouissent eius ciues, incertum inuidiane, an commiseratione moti, epistolam ad eam dederunt, creta ueteri more obsignatam. Illa patria terra uisa, illico efflauit animam. Ouid. lib. Metamorph. 14. hanc etiam uiuacem uocat.

» Viuacisq; antra Sibyllæ Intrat.——

Varro in ijs libris, quos ad Cæsarem de diuinis rebus scripsit, decem, Sibyllas tradit fuisse: cui suffragatur etiam Suidas. Prima creditur Persis, siue Chaldæa fuisse, ceu nomen fuit Sambethæ. Huius meminit Nicanor rerum ab Alexandro gestarum scriptor. Secunda, Libyca: quam in Lamiæ proœmio celebrauit Euripides. Tertia inde, Delphica, Delphis nata, ut author est Suidas. Quarta, Cumæa, quæ & Italica quibusdam dicta est, & Cimmeria, ἡ ἐν κιμμερίᾳ ἐτραλίᾳ. Huius Neuius in bello Punico: Piso in Annalibus, Chrysippus, in libris de rebus diuinis meminerunt. Quinta Erythræa, quæ de bello Troiano prædixit. Hanc Apollodorus Erythræus suam ciuem appellat. Hæc præterquam, quod Troiani belli prædixit, etiam Ilij excidium uaticinata fuit: & Homerum splendida mendacia scripturum. Atque hæc est, de cuius uiuacitate modò diximus. Sexta Samia fuit, nomine Phyco. Huius nomen Eratosthenes celebre in Samiorum annalibus fuisse prodidit. Septimam Cumæam numerant, quam & Amalthæam, & Hierophilen dixerunt. Sunt, qui pro Hierophile, Demophilen scribant. Hæc Cumis claruit: uenitq; ad Tarquinium cum ijs libris, in quibus ipsa dicebat Romana fata inesse. De hac, narratio extat apud A. Gell. Noctium Atticarum libro primo, capite 19. cuius hoc loco mentionem facit Lucanus, cuius libri Tarquinio diuenditi, & in sacrario conditi, libri Sibyllini dicti fuêre, ut iam mox dicetur. Quin & Lycophron in Cassandra eam celebrat. Quidam autumant hanc Deiphoben nuncupatam fuisse. Octaua claruit Hellespontia, nata in uico Marmisso, circa Gergition, uel, ut nonnulli, in agro Troiano. Nona, Phrygia, & ipsa Hellespontica natione Varronis. Hæc Anticyræ uaticinata fuit. Decimo, & ultimo loco Tiburtinam ponunt, Albumeam nomine. Huius simulacrum posteris temporibus in Auiene repertum ferunt: quanquam Plinius Sibyllæ fuisse negat. Decem his quidam adijciunt Europæam, & Agrippam. Multa uerissimis oraculis hæ fatidicæ fœminæ cecinerunt, de Imperio Romano, Græcis, Deo, Sanctis, impostura Antichristi, de diuersis insulis, & regionibus, de Christo, quæ omnia manifesta fide euenêre. Quamobrem Aegyptij non temerè crediderunt, diuinum spiritum muliebrem sexum transisse. Carmine.] Gellius libro primo, capite 19. ut modo dixi, refert in antiquis animalibus super libris Sibyllinis, hæc prodita fuisse. Anus hospita, inquit, atque incognita ad Tarquinium Superbum regem adijt, nouem libros ferens, quos esse dicebat diuina oracula: eos uelle, dixit, uenundare. Tarquinius pretiũ percunctatus est. Mulier nimium, atque immensum poposcit. Rex, quasi anus ætate desiperet, risit. Tum illa foculum coram eo cum igni apposuit, & tres libros ex nouem deurit: & ecquid reliquos sex, an eodem precio emere uellet, regem interrogauit. Sed enim Tarquinius id multò risit magis, dixitq; anum iam proculdubio delirare. Mulier ibidem statim treis libros alios exussit. Atque idipsum denuo placidè rogauit, treis reliquos eodem illo pretio emat. Tarquinius ore iam serio, atque attentiore animo fit, eam constantiam, confidentiamq; non insuper habendam intelligit, & libros treis reliquos mercatur, nihilo minore pretio, quàm quod erat petitum pro omnibus. Sed eam mulierem tunc à Tarquinio digressam, postea nusquam loci uisam constitit. Libri tres in sacrarium conditi, Sibyllini appellati. Ad eos, quasi ad oracu-

lum. Quindecim uiri adeunt, cũ Dij immortales publicè cõsulendi sunt. Vobis com.] Romanis, quos nihil necesse est Pythiã uatem consulere. A Tarquinio Superbo Duumuiri instituti fuerant, qui soli eos libros Sibyllinos in rebus dubijs inspicerent. Postea cùm plebs ex suis creari quoq; instaret, ex plebeis, & patritijs creati sunt X. & inde XV. qui libros inspicerent, quibus aliquando cura corrigendorum fastorum etiam data fuit. Sen Præn.] A Aliã silentij caussam in dubium uocat Pythia, quod malignos ab oraculo, & tẽplo suo repudiet sua tẽpestate, neq; dignetur ijs respõdere. Sed hæc Pythiæ fraus frustra fuit. Pæan pro ipso Phœbos, cũ alioqui hymnũ signet in honorẽ Apollinis, dictum, aut cuiuslibet ut, Lætum Pæana canentes. Et, soluere os, pro respondere: periphrasis.

Virginei pat.d] Quod conaretur eludere Appium, & restitaret propius accedere adyta numinum.

Virginei patuere doli, fecitq; negatis
Numinibus metus ipse fidem. tunc torta priores
Stringit uitta comas, crinesq; in terga solutos
Candida Phocaica complectitur insula lauro.
Hærentem, dubiamq; premẽs in templa sacerdos
Impulit, illa pauens adyti penetrale remoti
Fatidicum prima templorum in parte resistit:
Atq; Deum simulans sub pectore ficta quieto
Verba refert, nullo confusæ murmure uocis
Instinctam sacro mentem testata furore.
Haud æquè læsura ducem, cui falsa canebat,
Qua'm tripodas, Phœbiq; fidẽ. non rupta tremẽti
Verba sono, nec uox antri complere capacis
Sufficiens spatium, nulloq; horrore comarum
Excussæ laurus, immotaq; culmina templi
Securumq; nemus, ueritam se credere Phœbo
Prodiderant, sentit tripodas cessare, furensq;
Appius, & nobis meritas dabis improba pœnas,
Et, superis, quos fingis, ait, nisi mergeris antris,
Deq; orbis trepidi tanto consulta tumultu,
Desinis ipsa loqui.—

Bacchatur uates, magnum si pectore possit
Excussisse Deum, tãto magis ille fatigat
Ost rabidum, fera corda domãs, fingitq; premendo.

Tunc torta.] Ostendit quibus cerimonijs Pythia se adornabat, cùm fingeret se in cortinam descẽsuram, & simulato numine, oraculum æditura. Vittæ capitis ornamenta sunt. Græci uocant, ταινίας, δεσμούς, διαδήματα. His hostiæ cædendæ maximè obnubebantur. Infula.] hæc propriè fascia est in diadematis formam ita concinnata, ut utrinque uittæ dependeant. Græcè ὑποσελίαι. Sunt qui dicant, candida esse filamenta, quibus diuorum templa exornabantur. Sacerdotum filamenta Festo. Moris fuit antiquis, ut nouæ nuptæ, priusquam mariti domum ingrederentur, postes, & limina infulis adornarent. Maro Apollinis insulam appellat, quam eius sacerdos Panthus Otriades gestabat: & eandem hoc loco Phæmonoæ, ut Apollini sacræ tribuit Lucanus, perinde ut Laurum, quæ & ipsa in Phœbi tutela est. Phocaica l.] Delphica: antonomasia. Nam in Phocide Delphi fuerunt, ut dictum est. Phocenses, de quorũ uirtute alibi diximus, nomen habent à Phoco quodam Corinthio, Ornytionis filio, una ætate prius, quàm Phocus Aeacides eò uenisset. Hærentem.] restitantem, eo tergiuersantem antistes templi à tergo propulit. Illa pauens.] Phæmonoë metuens antrum ingredi, ubi hausto spiritu fatidico, Appio fata denunciaret, statim in ipso ingressu circa limen restitit. Atq; Deum.] uatem dicit iam se finxisse afflatam, sed quieto animo, cùm alioqui enthusiasmus correptam extra se rapere soleret. Conatur ludificari Appium. Porrò autem quo pacto uaticinaturæ afficiebantur animo, ostendit Maro libro 6. Aeneid. de Sibylla loquens.

" Non uultus, non color unus,
" Non comptæ mansere comæ, sed pectus anhelum,
" Et rabie fera corda tument, maiorq; uideri,
" Nec mortale sonans, afflata est numine quando
" Iam propiore Dei. Et mox.
" At Phœbi nondum patiens immanis in antro

Inflinctã.] afflatã ἐνθουσιάσασαν. Haud æquè.] haud perinde Appiũ falleret, & iniuria afficeret, atque Phœbũ, eiusq; oracula, quod propter uanitatem infame futurum erat, quod unum hactenus totorbe inter omnia ueri simum fuerat habitum. Nunc falsum deprehensum fraude Phœmonoës fidem & authoritatem erat amissurum. Et syneedochice, tripodas, oracula Phœbi uocat. Non rupta.] Ab enumeratione aliquot signorum, quæ afflatam comitari solent.

Non rupt.] non horrendum emuginit tremula uoce. Nec uox.] secundum, submissa uox, per antrum uix audita. Nulloq; ha.] Tertium, non iactauit uultroq; caput, ut solutis comis laurea capite deijceretur humi. Immotaq; c.t.] Quartum, templum inconcussum stetit. Maro. lib. 3.

" Vix ea fatus erat, tremere omnia uisa repentè
" Liminaq; laurusq; dei, totusq; moueri
" Mons circum, mugire adytis cortina reclusis,

Hæc signa prodiderunt fraudem puellæ, uerentis se tradere Apollini, ut corriperetur afflatum. Nemus l.] sine frangore, & inconcussum. Sentit trip. ces.] Aduertit Appius non solicitari oraculum, non adesse uatẽ Phœbum, cuius instinctu, de futuro euentu responderet. Dabis imp.] Minatur Romanus Pythiæ, de qua propter dolum sit Phœbus, & ipse sumpturus pœnas, si pergat eludere. Nisi mer.] nisi descendas in specũ sacrum, & certũ respondeas mihi de fatis belli ciuilis afflatu Apollinis, non tuis consutis technis. Eum afflatum numinis Græci ἐνθουσιάσαι uocant, ab insaniendo, ἐνθουσιάω, fio, afflor numine, insanio, furo, numine ducor, bacchor, & ἐνθουσιάδης, instinctus.

Tandem c.] Minis Appij dicit uirginem territam in sacrũ

—Tandem conterrita uirgo
Confugit ad tripodas, uastisq; adducta cauernis
Hæsit, & insueto concepit pectore numen,

sperum confugisse, & quidé ceu ad asylum tutum, unde extrahẽ ni non

Quod non exhaustæ per tot iam sæcula rupis
Spiritus ingesſit uati, tandemq; potitus
Pectore Cyrrhæo non unquam plenior artus
Phœbados irrupit Pæan, mentemq; priorem
Expulit, atq; hominem toto sibi cedere iussit
Pectore: bacchatur demens, aliena per antrum
Colla ferens, uittasq; Dei, Phœbeaq; serta
Erectis discussa comis, per inania templi
Ancipiti ceruice rotat, spargitq; uaganti
Obstantes tripodas, magnoq; exæstuat igne,
Iratum te Phœbe ferens: nec uerbere solo
Veteris, & a stimulis flammasq; in uiscera mergis:
Accipit & frenos, nec tantum prodere uati
Quantum scire licet: uenit ætas omnis in unam
Congeriē, miserumq; premūt tot sæcula pectus.

Quod non exhaustæ per tot iam sæcula rupis] *admota antro, unde spiritus effusus afflabat Pythiam.* Insueto pe.] *non assolito corripi numine. Ostendit Phœmonoēn nondum in cor. tinā descendisse, quod multis iam ætatibus oraculum siluisset.*

Quod non exh.] *Quo numine afflauit uatem ille Phœbadem, erumpens ex orificio specus, nondum euacuati, licet tot sæculis inde exhalatus esset, & postea nulla eo afflata fuisset.* Tandemq; p.] *Adeo plenis folliculā ante pectus inuasit. Cyrrhæū pectus dicit, fatidicum puellæ animum ac pectus, unde responsum diuinū prosiliret.* Mentemq; p.] *humanam, nullo numine imbutā, sed rudē, quam spiritū fatidico impleuit.* Bacchatur.] *Insanit ita uates iactando, rotandoq; hinc inde, ultro, citroq; caput, ut iam sui iuris non esset, sed alieni, hoc est, Phœbi, cuius arbitrio, atque instinctu uersabatur: quo agitante, Pythiæ, ac Sibyllæ incalescunt.* Discussa uit.] *tione illa capitis discussa fuerunt. A signis insaniæ, quæ sequuntur statim. Alluſit ad illa Maronis de Sybyll*

At Phœbi nondum patiens immānis in antro
Bacchatur uates, magnum si pectore possit
Excussisse Deum: tanto magis ille fatigat
Os rabidum, fera corda domans, fingitq; premendo.

Phœbeaq; s.] *Nā laurus in Phœbi tutela est, eiq; dicata: unde Phœbeam lauream uocat, qua uates coronata erat.* Ancipiti cer.] *huc illuc, qui insanientibus mos est.* Vaganti obsta.] *fellas obiectas sibi, & impedimēto stantes, atq; obuias.* Igne.] *calore numinis furit.* Iratum te.] *Auersio ad Phœbum, cui iam irato dare pœnas uideri potuit, quod eum paulò antè mentita fuisset. Hinc Appius, Da bis improba pœnas nobis, & superis, quos fingis, ait.* Verbere so.] *Neq; uerò tantū uerberas, flagellasq; animum eius, & stimulis urges, uerumetiā cædis: sed constringēs interim, ne plus prodat, quàm licet scire. Ad eum modum concludit Helenus Vergilianus suū uaticiniū ad Aeneā.*

Hæc sunt, quæ liceat nostra te uoce moneri.
Et paulò antè,— Prohibent nam cætera Parcæ
Scire Helenum, fariq; uetat Saturnia Iuno.

Stimulus.] *imitatione Vergiliana hoc fictum est.*

—Ea frena furenti
Concutit, & stimulos sub pectore uertit Apollo.

Frenos metaphoricè usurpauit, ut quibus mentem uatis pro arbitrio uersauit, temperauitq;: à re corporea ad rem incorpoream: rursum à brutis ad hominem: sicut & stimulos metaphoricè dixit, uim illam diuinam, quæ animum Pythiæ, & impetum fatidici spiritus excitauit. Rursum à re corporea, ad incorpoream. Est enim stimulus, fustis cuspide præacuta, qua rustici boues ad cursum suppungendo acuunt, græcè νέυτρον.

Venit omnis æ.] *id est, quantum fatorum omnibus ætatibus fuerat, nunc congeritur in unam mētem Pythiæ cumulatè.* Tot sæcula.] *Tot ætatum fata infœlicis uatis animum distorquebant. Et toties iam dictum est, multis ætatibus oraculum cessasse, ac prorsus in totum siluisse. Sed in uniuersum de omnibus ætatibus loquitur.*

Tanta patet rerum series, atq; omne futurum
Nititur in lucem, uocemq; petentia fata
Luctantur, non prima dies, non ultima mundi,
Non modus Oceani: numerus non deerat arenæ,
Talis in Euboico uates Cumæa recessu
Indignata suum multis seruire furorem
Gentibus, ex tanta fatorum strage superba
Excerpsit Romana manu: sic plena laborat
Phœmonoē Phœbo, dum te consultor operti
Castalia tellure Dei, uix inuenit Appi,
Inter fata diu quærens tam magna latentem.

Tanta p.] *Exclamatio in immensam, atque innumerabilem congeriem fatorum, quæ furentis animo obuersabantur. Neq; uerò solum, sed etiam aliarum naturæ rerum, & elementorum cognitio subibat. Horum aliqua subiecit.*

Non prima.] *primus conditionis mundi dies, & ultimus ante oculos mentis uersabantur.* Omne f.] *Quicquid futurum erat, laborabat ex monte, & ore uatis erumpere.* Vocemq; pe.] *Omnia fata luctabantur in ore, ut in lucem prodirent.* Non mo.] *Tenebat etiam ubi initium esset, & Terminus, finisq; Oceani. Quin & numerum arenæ in mari littoribus, quantus esset, callebat.* Talis in.] *à simili exemplo Sibyllæ Cumææ, quam paulò antè diximus Cumis in extrema propè Italiæ ora uaticinatam fuisse.* Euboico r.] *in Cumæo antro Antonomasia. Sic Maro antea dixerat.* Et tandem Euboicus Cumarum allabitur oris.

Idem lib. eod. 6.

Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.

Eubœa insularū Græciæ maxima est, longitudine sua in Cycladas, & Sporadas usq; procurrens. Est & 15. stad. mons à Mycenis. Cæterum insula Eubœa Atticæ, & Bœotiæ obiecta, & Phocidi, & Locridi, Macris aliquando dicta fuit, siue à suus longitudine, siue à Macride nympha Iunonis altrice. Et Eubœam dictam contendunt, ab Eubœa Aesopi filia. Postea Abantias appellata fuit: & à poëtis interdum Asopis. Ipsi autem Abantes ab Abante, Neptuni filio, uel à Thracibus, qui ex Abis eam insulam occuparunt. Sunt qui insulæ nomen datum arbitrentur, ab heroicæ indolis matrona, uel (ut Strabonis placet) ab antro littorali, Aula bouis dicto, ubi Io

Epaphum enixa creditur. Euboea certè quondam Boeotia auulsa fuit, Euripo modico æstu interluente, ut ponte iungeretur. Boeotiæ obuersa longo tractu, Atticæq; & Locridi, Malienſem oram exæquat, quo ſpatio fretum facit. Ab Attica in Theſſalia Euripo diſcreta, nuſquã amplius LX M. paſſ expandens littora, minus XX. contrahens, ambitu CCC. LXV. M. paſſ. Chalcis à Boeotia terræ motu auulſa fuit, ut Cyprus à Syria, Sicilia ab Italia, Belbicus à Bythinia, Leucoſia à Sirenum promontorio. Aiunt has maris anguſtias (id quod Plinius etiam teſtatur) ſepties uno die, ſtatis horis, huc atq; illuc fluxu, ac refluxu commeare. Poſtea à Romanis animaduerſum fuit, quod montium propinquitate, ac ſubitis uentorum flatibus, procellisq; alterutrius pelagi concitati fluctus in fretum depellerentur. Euboea hodie Turcicæ ditionis eſt, uocaturq; Nigropontum. Ad meridiem promontorium Gereſtum habet, & Caphareum, naufragio Græcorum nobilitatum. Ad Septentrionem, Cœneum extrudit, & nuſquam lata, duũm millium ſpatium habet, ubi arctiſſima eſt: ſed longa eſt, & toti Boeotiæ oppoſita, anguſto freto interluente, ut diximus. Habet multa oppida illuſtra: inter quæ Eretria eſt, Cariſtos, & Chalcis. Sed Chalcis multo antè inſulæ nomen dederat, ut Chalcedotis diceretur, authoribus Ephoro, & Ariſtide, & Chalcis, ab ære primum reperto. Hinc χαλκίσειν, & χαλκιδίζειν, impudicè loqui. χαλκιδικὸν διώγμα. Chalcidica perſecutio. Cæterum temporibus Latini Syluij, qui quartus ab Aſcanio Albæ regnauit, Cumæ in littorali ora Italiæ, à Cumæis, & Chalcidenſibus ex Euboea profectis, conditæ fuerunt. Aiunt Hippoclem, & Megaſthenem eorum Duces ita inter ſe pactos fuiſſe, ut gens altera, quæ urbi nomen daret, alterius colonia diceretur. Vrbs nomen à Cumæis ſortita, Chalcidenſium dicta fuit colonia. Quare Cumas, modo Chalcidicas arces, modo rupem Euboicam appellat Vergilius. Et Lucanus

Euboicum receſſum, antrum Cumanum uocat, in quo A Cumæa Sibylla uaticinabatur. Halicarnaſſeus prodidit Eretrienſes Cumas condidiſſe quidem, ſed poſterius temporibus à Gallis, & Cumæis pulſos. Circa Cumas ueſtigia quædam fabuloſæ Necyomantiæ Homericæ, quæ extat in Odyſſea, monſtrantur. Cuiuſmodi ſunt, Styx, Acheruſia palus, Acheron, lauacra aquarum calida, quæ huc deferuntur uice Pyriphlegetontis. Eſt & effoſſum aquarum emiſſarium occultum. Herodotus Ἀορυχτὸν uocat. Habet hoc exitus, tranſitus, & Necyomantiam. Huc qui ingrediuntur, noctu ingrediuntur, & egrediuntur. Vnde coniectare licet, ibi eſſe Cimmerios, quorum meminit Homerus. Idem monſtratur circa uicinam Neapolim. Ea de cauſſa maximè conflictum à poëtis eſt, hac deſceſſum patere ad inferos per lacum Auernum: id quod teſtatur Maro lib. 6. Aeneid.

» —Quando hic inferni ianua Ditis »

Dicitur & tenebroſa palus Acheronte refuſo.

Quin & Sibyllæ antrum adhuc cernitur hodie in rupe exciſum cum oſtiolo, ut referunt ij, qui ea loca diligenter explorarunt, & tranſeuntes limen, in ueſtigio exanimari in eamb. aliquando factam periculum eſſe. Excerpſit.] Cauſſa, quamobrem Sibylla nobili ſua manu numerum libris Romanorum fata fuerit complexa, quod indignaretur ſe ab omnibus mortalibus ſolicitari. Retulimus hiſtoriam paulò antè de anu hoſpita ad Tarquinium Superbum cum nouem libris ingreſſa, in quibus ineſſe arbitrabat diuina oracula: quorum ſex exuſtis, reliquos tres exemplorum collatio. Conſultor Ap.] applicat id, cuius cauſſa facta eſt auerſio. & appoſiti cũ Appium cõſulto ré occulti, ac ſecũ Dei nũcupat. Alioq; opertũ ſubſtãtiuè, pro ſecretiori loco interdũ accipitur, ut opertũ bonæ Deæ. Caſtalia.] Delphico antro, uix potuit te, tuaq; fata, inter cætera, latentia inuenire: adeo multa ueriſabantur ob animum Pythiæ.

Spumea t.] Ad enthuſiaſmũ tandem tranſit poſt longas circũſtantiarũ circuitiones. Reddidit illud Vergilianũ de Sibylla lib. Aeneid. 6.

» —Immanis in antro »
» Bacchatur uates, »
magnum ſi pectore poſsit »
» Excuſsiſſe Deum, tanto magis illi fatigat »
» Os rabidum, fera corda domans, fingúq; premendo.

Et de eadem paulò antè.

» Et rabie fera corda tument. »

Cicero Diuinat 2. loquens de oracolo Pyrrho ab Apolline reddito. Quis enim, inquit, eſt, qui credat, Apollinis ex oracolo Pyrrho eſſe reſponſum? Aio te Aeacida Roma

Spumea tunc primum rabies ueſana per ora
Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu
Murmura, tunc mœſtus uaſtis ululatus in antris,
Extremæq; ſonant domita iam uirgine uoces,
Effugis ingentes tanti diſcriminis expers
Bellorum ô Romane minas, ſolusq; quietem
Euboici uaſta lateris conualle tenebis,
Cætera ſuppreſsit, fauceſq; obſtruxit Apollo.

nos uincere poſſe. Primũ latinè Apollo num quam locutus eſt. Deinde iſta ſors inaudita Græcis eſt. Præterea, Pyrrhi temporib. iam Apollo uerſus facere deſierat. Effugis.] Oraculum Pythiæ C

Appio redditum hoc eſſe, quis credat? Cùm Apollo nunquam ſit Latinè locutus? Verba Valerij ſunt. Nihil adde hoc Romane bellum. Euboeæ Cellam obtinebis.

Euboici uaſta lateris.] Expreſsit pluribus uerbis, Euboeæ Cellam, quæ inter Rhamnunta erat, nobilem Attici ſoli partem, & Cariſtum, Chalcidico freto uicinam, teſte Valerio. Fauceſq; obſtruxit.] ne plura effaretur.

Ratus itaque Appius in ſe ab Apolline moueri, ut in Cellam Euboeæ confugeret, & in ea latitaret, atque ita poſſe belli minas effugere, ibi iam ante Pharſalicum certamẽ mor

Cuſtodes trípodes fatorum, arcanaq; mundi,
Tu'q; potens ueri Pæan, nullum'q; futuri
A' ſuperis celare diem, ſuprema ruentis
Imperij, cæſos'q; Duces, & funera regum,
Et tot in Heſperio collapſas ſanguine gentes,
Cur aperire times? an nondum numina tantum
Decreuere nefas? & adhuc dubitantibus aſtris
Pompeij damnare caput tot fata renentur?
Vindicis an gladij facinus, pœnas'q; furoris,

bo conſumptus, prædictum à Deo locum pro ſepultura poſſedit, ut idem Valerius dicit. Cuſtodes t.] Cauſſas inquirit, quãobrem Phœbus apertè non prædixit euentum bellum, & tamdetegere

» al. furorum

Regnaq; ad ultores iterum redeuntia Brutos,
Vt peragat fortuna, taces?—

detegere futuram cladem, cùm omnia præsciret, ut ipse dicit. Num Dij ne tum quidē quicquā declade statuissent, uter uinceret: num astra adhuc dubitarent decernere de Pompeij capite, an ut eo superato, laus liberandæ patriæ, interfecto Cæsare, rursum ad Brutos rediret.

Custodes.] Quasi tripodes custodirēt fata, & munarent.] ut pendeat à superis potens, qui beneficio Deorum nullum tempus, cùm uolet, celare potes. Supremaru.] omnes hi accusandi casus referuntur, ad aperire. Cur times Phœbe detegere ultima cadentes imperij Romani prædicere, qui Duces essent casuri, qui reges perituri, (Iubam Mauritaniæ regem indicat) quæ gentes miscerentur funeribus ciuium Roman. Cur hæc ueritus fuisti denunciare. An nondum.] an nihil adhuc tum de pugnæ Pharsalicæ euentu decretum fuit à Deo? Et adhuc dubitantib.] Quasi ab astris futurorum casus pendeant, & Deus eventura illis commiserit, quo secturus ageret, ac non ipse suo nutu gubernaret uniuersa. Pompeij damnare.] utrum Pompeium cædendum iudicarent, an non. Tot fata.] hæc fata omnia supprimuntur à Phœbo, ne mortalibus proderentur? Vindicis angl.] an subtices potius facinus audax, ne dicam, temerarium, percussorum Cæsaris, ut fortuna id peragat, & furoris pœnas de Cæsare sumat, quo regnum ad Brutos redeat? Vt quemadmodum Iunius Brutus expulit Tarquinium, & Populo Romano à regum Tyrannide liberauit, ita rursum à D. & M. Brutis interfecto Cæsare, amissa libertas uindicaretur? Regnaq; ad ultores iterum.] numerus pro numero. Dominationem Cæsaris dicit, à qua asserturi erant Bruti, cum reliqua coniuratorum manu, in libertatem pristinam rempublicam ut credebant. Regni, & regium nomen barbaris plausibile, inuidiosum uehementer erat apud Romanos post regiam dominationem pulsam.

Tunc pect. ua.] Vbi itaque Phœbas obticuit, adhuc furorit plena pectore

—Tunc pectore uatis
Impactæ cessere fores, expulsaq; templis
Prosiluit, perstat rabies, nec cuncta locuta est:
Quem non emisit, superest deus, illa feroces
Torquet adhuc oculos, totoq; uagantia cœlo
Lumina. nunc uultu pauido, nunc torua minaci:
Stat nunquam facies, rubor igneus inficit ora,
Liuentesq; genas: nec qui solet esse timenti
Terribilis, sed pallor inest, nec fessa quiescunt
Corda, sed ut tumido Boreæ post flamina pontus
Rauca gemit, sic multa leuant suspiria uatem,
Dumq; à luce sacra, qua uidit fata, refertur,
Ad uulgare iubar, mediæ uenere tenebræ.
Immisit Stygiam Pæan in uiscera Lethen,
Quæ raperet secreta Deum, tum pectore uerum
Fugit, & ad Phœbi tripodas redière futura,
Vixq; refecta cadit.—

irruit in fores, cuius impulsu apertæ sunt. Indicat uiolentum impetum furētis etiamnum uatis, insultumq; in fores. Expolsaq;e.] ui numinis concepti, & sedentis adhuc in pectore, exturbata: ne inuito Deo fugisse coarguatur. Et singula uerba, non humanam, sed diuinam rabiem exprimunt. Quin & templis dixit, pro templo, numerus, pro numero. Perstat rabies.] Caussa cur ista omnia uiolenter fierent, quod enthusiasmo adhuc agitaretur, qui perdurabat. Nec cuncta.] Subticuit enim ea omnia, quæ ad euentum, & exitum belli pertinebant, quæ nulli mortalium præscire fas fuit.

Superest d.] Phœbus adhuc uatis mentem obsidet, eam nondum deseruerat, ut sui campos esset. Illa fero.] A signis præsentis Dei, qualis fuit uultus totius deformitas, & pauor diuersus à metu. Ad eundem modum Maro à signis suam Sibyllam descripserat multo ante 6. Aeneidos.

» —Non uultus, non color unus.
» Non comptæ mansēre comæ, sed pectus anhelum
» Et rabie fera corda tument. Et paulò pòst.
» Et Phœbi nondum patiens immanis in antro
» Bacchatur uates, magnum si pectore possit
» Excussisse Deum, tanto magis ille fatigat,
» Os rabidum fera corda domans, fingitq; premendo.

Stat nunquam fa.] sed subinde uultus habitus, & color uariatur. Liuentesq.] est autem liuor is color qui in cute humana ex ictu, & uerbere apparere solet. Timenti.] diuersus igitur is color fuit ab eo, qui conspicitur in ijs, a al. tempore. qui timore percelluntur. Nec fessa.] destituta à numine quiescere nō ualuit. Addit comparationem aptam, ad subijciendam rem oculis, à natura maris commoti uento, quo cessante, etiamnum sæuit, Boreæ post.] cessante aquilone, iam multum temporis adhuc fluctib. miscetur, antequam in planum æquor redit. Et metaphoris tragicis sæuitiem maris amplificat. Leuant.] respirationes reficiunt animum, alioqui lassum, & agitatum. Luce sacra.] simpliciter hic lucem sacram accipiendam puto: templi uidelicet, in qua hauserat numen, quæ quidem diuersa erat à iubare solari sub diuo: nisi quis, ut Sulpitius etiam interpretatur, allegoricè utranque lucem accipere: uelit, diuinam, & humanam cognitionem.

Mediæ uen. teneb.] Quas autem tenebras, quamq; caliginem medias interueniſſe dicat, non obscurè mox subijcit. Obliuionem omnium anteactorum uaticinio rum in mentem immisit Phœbus, ubi ad se rediit. Hanc uocat infernalem: alluſit ad id, quod poëtæ è Philosophia celebrant, animas apud inferos Lethæi ad fluminis undam, securos latices, & longam potare obliuionem, quibus redduntur exactorum laborum expertes. Iam uerò, ut Deorum potus nectar creditur, ita aqua Lethes inferior, ac turbidior, animarum, Stygiam, epitheticè, hoc est, infernalem adiecit. βάθυ, obliuio, metonymia. Phœbi tripo.] Hos supra appellauit fatorum custodes: quò nunc alludit, cum eò cognitionem secretarum & futurarum rerum rediisse canit. Vixq.] uix ad se reuersa, & à numine destituta, in terram concidit, examinatæ similis.

Neo

—Nec te uicinia leti
Territat ambiguis fruſtratum ſortibus Appi,
Iure ſed incerto mundi ſubſidere regnum
Chalcidos Euboicæ uana ſpe rapte parabas.
Heu demens, nullum belli ſentire fragorem,
Tot mundi caruiſſe malis præſtare, Deorum
Excepta quis morte poteſt? ſecreta tenebis
Littoris Euboici memorando condite buſto,
Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos.

Nec te ui.] *Auerſio ad Appium, quem adeo uicina mors non terruit, ut etiam monſtratum à Deo locum petiuerit, non intellecto oraculo. ob id eum deluſum ambiguis ſortibus, ait, qui mos erat Loxiæ Phœbo.* Subſidere reg.] *hoc uerbum aliter ab alijs hoc loco exponitur. Sunt qui, pro ſubiectum iri accipiunt: ut ſit ſenſus. Imperium orbis terrarum ſub incertum ius uenturum. Quidam pro inuadere per inſidias, ut Beroaldus, & Ommbonus, ac furtim occupare, quæ ſignificatio huc quadrare uidetur. Nam ſi pro ſubſiſtere quis acceperit, ut rectè Micyllus, non regnum, ſed regno rectius legendum eſſet.*

Vana ſpe rapte.] *adductus in ſpem uanam occupandi imperium.* Chalcidos Eub.] *Diſtinguit diſertè hanc Chalcidem, qui in Eubœa eſt, ab ea, quæ in Aetolia. Eubœa aliquando etiam Macris dicta fuit, quod longo, & exporrecto tractu ea inſula in mari Aegæo, Bœoticæ, Atticæ, Locridiſq; oras exæquet: interq; eas fretum efficiat, quod Euripum habet, reciproco & monſtroſo curſu, ſepties uno die fluentem, ac refluentem, notum prouerbiali hyperbole, de inconſtante. Vrbium clariſſimæ Chalcis, & Caryſtio, de quarum poſteriori iam mox dicetur. Sed Chalcis peruetuſta urbs fuit, potens, opibuſq; pollens, & uiris abundans: quare inde multæ coloniæ cùm in alias terras, tum in Italiam deductæ fuerunt: maximè cum adhuc optimates rerum potirentur, ὑπποβάται dicti apud eos. Dureuit horum imperium ad ea uſque tempora, quibus Athenienſes Piſiſtrato tyranno fugato, rempublicam recuperarunt. Eubœæ incolæ Abantes ab Homero dicuntur: ab heroë Abante Neptuni filio: uel à Thracum gente, quæ de Abis Phocidos inſulam inuaſit. Inſulam hanc Nigropontum hodie uocant, inuaſam captam'que à Turcis, ſub Frederico tertio, anno M. C C C C. L X X. Poſt Chalcidem, Eretria facilè urbium maxima eſt: ultra Geræſtum. Eretriam Darij iuſſu, Datis cepit, diripuit, & incendit, tranſtuliq; incolas in Aſiam. Homerus cùm Euboenſes bellicoſos ſignare uellet, capillato occipitio fuiſſe, ait, Pugnabant & cominus, & non fundis, aut ſagittis utebantur. Quare Homerus ἐγκομόωντας μελίῃσι, illis tribuit. Hinc illud in quadã columna tempore ſuo Strabo extitiſſe ſcribit, μὴ χρῆσθαι πολεβολίαις, ne telis, quæ in hoſtem eminus torquerentur, uterẽtur: id quod de quodam inter ipſos prælio pacti fuerant. Suidas tradit, καλλιδίζειν, & καλλιδίζεσθαι dici ſolitum, ἐπὶ τῶν γλισχρευομένων, in rapacioribus, quiſq; impendio, aut plus æquo attenti ad rem uiderentur. Veteribus comœdijs certè eorum auaritiam notatam fuiſſe conſtat.* Heu demens, nullum belli ſentire.] *exclamatio in ſtultum Appij uotum, qui ſolus uoluit, malorum ſecurus eſſe, & miſeriarum expers, id quod ne Dij quidem poſſunt, inquit, præſtare, ſi mors non inferatur.* Secula te.] *Valerius Maximus libro primo, capite de miraculis. Nihil enim, inquit, (Phœbas) ad rẽ, hoc Romane bellum. Eubœæ Cellam obtinebis. At is ratus conſilijs Apollinis ſe moneri, ne illi dimicari intereſſet, in eam regionem ſeceſſit, quæ interluit Rhamnuntem nobilem Attici ſoli partem, Caryſtumq;, Chalcidico freto uicinam interiacent. Cellæ Eubœæ nomen obtinet: ubi ante Pharſalicum certamen morbo conſumptus, prædictum à Deo locum pro ſepultura poſſedit. Hæc Valerius.*

Saxoſa Caryſtos.] *Caryſtus, Satyra, & Eretria ad meridiem Eubœæ ſunt, contra Atticam: quanquam, & in Laconia alia fuit Caryſtos, uino nobilis. Strabo libro decimo, tradit in Caryſto. Euboica lapidem reperiri, Caryſtium dictum, quem carpere, & nere conſuerint, permde ut lanam, & inde mappas contexere, quarum ſordes igne abſtergerentur, ipſis illeſis. ἐν ταύτῃ γὰρ φύεσθαι λίθος, ἣ ξαινόμενον, καὶ ὑφαινόμενον, ὥσπερ τὰ ὕφη χαίρουσαν γίνεσθαι φησὶν, ὡς καὶ φόβης βάλλεσθαι, καὶ ἀπομάσσεσθαι λέγουσιν, ὡς ἐκ τῶν λίνων πλύσεως. Caryſtus antea Chalcodotis, & Macris fuit uocata, aut Macra, ut Ariſtides placet: ut Callidemo, Chalcis, quod æs ibi primum fuerit repertum. Quin & Menechmo, Abautias: & Poëtis, Aſopis. Omnium opulentiſſima urbium Eubœæ fuit Caryſtos, cum Chalcide.* Saxoſa.] *rectè ſaxoſa: nam marmore nobilitata fuit, quod Caryſtium appellarunt.*

Et tumidis in feſta colit.] *Oſtendimus iam ſemel atque iterũ ex Valerio Maximo Rhamnuntem*

Et tumidis infeſta colit, qua numina Rhamnus:
Arctatus rapido feruet qua gurgite Pontus,
Euripuſq; trahit curſum mutantibus undis
Chalcidicas puppes ad iniquã claſsibus Aulim.

Nemeſis dicitur, à Rhamnunte Atticæ loco cognominatam, ubi huic Deæ ſtatua erat, ex ſolido lapide. X. cubitorum magnitudine, prodigioſum Phidiæ opus. Plinius in deſcriptione Atticæ, Rhamnuntem pagum uocat, à quo Marathon campus haud procul abeſt. Quin & Rhamnei populi fuerunt, quorum origo putatur Rhadamanthus frater Minois. Adhæc Suidas Rhamnus, inquit, populus eſt Atticæ, ubi Antipho floruit in Rhetoricis. Quem cùm multi conarentur imitari, uitæ inſtitto parœmam reliquerunt, ut elegantes Rhamnos appellarent. Ex his demiror & unà mecum Clareanus, quid Sulpitio in mentem uenerit, quod dicat Rhamnuntem

partem fuiſſe Attici ſoli. Caryſtum, Styram, & Eretriam ad meridiem Eubœæ fuiſſe conſtat contra Atticam. Docet igitur inter Caryſtum, & fretum Chalcidicum exaduerſo Atticæ, ubi Rhamnus erat. Cellam Euboicam extitiſſe. Mela Atticæ oram deſcribens ſtatim poſt Laconiam. Marathon, inquit, magnarum multarumq; uirtutum teſtis, iam inde à Theſeo Perſarum maxima clade permotus: Rhamnus parua, illuſtris tamẽ, quod in ea phanum eſt Amphiarai, & Phidioca Nemeſis. Zenodotus uẽ oſtendit Rhamnuſiam Deam Nemeſin, quæ & Adraſtia

Eubœæ

Eubœæ urbem esse, ibiq; coli Nemeseos templum, cum id (quod equidem sciam) neque apud Strabonem, neque ullum authorem probatum, reperiatur. Et tumidis infesta] Rhamnusia Nemesis: siue Adrastia Nemesis, subauditur, præsto adest: aut suo tempore aderit: dicitur in eos, (ut etiam innuit poëta) quibus ob arrogantiam, & fastum fortunæ commutationem imprecaretur. Est autem hæc insolentiæ uindex, & spei immoderatæ punitrix. Diogenianus paræmiam sic citat, ἡ νέμεσις Ῥαμνουσία, ἀπὸ τῆς Εὐβοίας, ad pedes iuxtà adest Nemesis Rhamnusia, cum significamus sontes celeriter puniri. Rhamnusij cognomentum olim additum fuit uiris sapientibus, ac moderatis: & quemadmodum Suidas, ἐπὶ τῶν σοφῶν, καὶ ἐλλογίμων. Hæc Rhamnusia Nemesis, ut idem author prodit, olim Veneris specie singebatur: dextra malum arborem tenens. Epellant, ut quæ in eo loco regnaret. Et ut modo meminimus, statuam fecit Phidias. Et ῥάμνου, ramus, uirgultum spinosum. Arctatus rapido fer.] à uicino mari Chalcidico, quod Atticam, ubi Rhamnus est, alluit, uti exaduerso Chalcidem Eubœæ. Hæc auulsa Bœotiæ fuit, modico interfluente Euripo, ita arcto, ut ponte iungatur, maximè inter Chalcidem, & Rhamnutem Atticæ, aut certè uicinam Aulidem Bœotiæ, ut Plinio placet. Et in ipsis faucibus Euripi, inquit, quem facit obiectu insulæ Eubœæ, Aulis capaci nobilis portu. Sed illud obiter addendum, quod poëta paulò antè dixit, numina infesta, tumidis: pro singulari, usus numero est plurali, ubi Rhamnusia Nemesis colitur.

Arctatus.] Nam ibi angustissimus Euripus est, latitus plus minus quadraginta stadia. Rapido gurg.] uelocissimo, & rectè. Euripi meminit Strabo, libro nono. Sed Plinius libro secundo. Et quorundam tamen, inquit, priuata natura est, uelut Tauromenitani Euripi sæpius, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocante modum author est Pomponius Mela, uentos, ac etiam plena uentis nauigia secum portet. Neque dum huius tam stupendæ rei causam satis idoneam peruestigare, est à scriptoribus: etiamsi Titus Liuius, secundi belli Punici libro octauo, à uentis quibusdam illic flantibus ita rapi credit. Strabo libro modo citato. De ipso, inquit, Euripi refluxu tantum solummodo dicere satis est, quod die quolibet, ac nocte septies cursum transmutat. Adscribam & uerba Melæ. Euripon uocant, rapidum mare, & alterno cursu septies die, ac septies nocte, fluctibus inuicem uersis, adeo immodicè fluens, ut uectos etiam, ac plenis uelis nauigia frustretur. Hæc ille. Seneca in Hercule Oetæo.

Euripus undas flectit instabilis uagas,
Dum lassum Titan mergit Oceano iubar.

Hinc Euripus homo, in prouerbium abijt, in inconstantem, & uarium moribus: metaphora ducta ab hac prodigiosa reciprocandi Euripi celeritate. Cicero pro Murena. Quod enim fretum quem Euripum, tot motus, tantas, tam uarias habere putatis agitationes fluctuũ, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum? Boëtius.

Exæstuantis fertur more Euripi.

Hinc Græci Euripiston hominem fide lubrica uocant. τὴν τύχην εὔριπον, instabilis, & inconstans fortuna. εὔριπος ὁ λόγος, euripus cogitatio, quod uaria sit, & modò huc, modò illuc capiatur. Pontus. Euboicus, siue Chalcidicus. Trahit cursu] Ex Eubœa raptat, impellitq; in Bœotiam aduersam.

Iniquam Aulim.] Aulidem iniquam classibus uocat, quod circa eam non tantum λιμὴν βαθὺς sit, sed quod Aulis petricosus locus sit, teste Strabone libro 9. siue quod plenis uelis nauigia sæpe frustretur. Sulpitij expositio non placet. Est enim Aulis Agamemnoniæ, Graiorumq; classis in Troiam coniurantium statio, inquit, Pomponius. Oppidum est cum portu capaci, nobilitatum etiam Diana Aulidensi: Quinquaginta nauium capacem tantum fuisse, quidam credunt. Aulidis etymon grammatici fecêre, ἀπὸ τοῦ ἀλιόδνας ἐκεῖ τοὺς ἕλληνας, litera ν. interposita. Huc Græcorum exercitum coactum fuisse tradit Homerus. Sed classem tempestatibus retentam fabulantur, donec mactata imperatoris filia, Diana placaretur. Atq; hac de caussa fortassis dixit Lucanus.

Et iniquam classibus Aulim.

Lucretius.

Aulide quo pacto Triuiai uirginis aram
Iphianassæo turparunt sanguine fœdè
Ductores Danaûm delecti.

Scholiastes tamen Homeri scribit, Aulidem nominatam, ab Aulide Euonymi, Cephisi filij: uel quod ibi Græci cunctati fuissent, cum in Asiam reijcerent. ὠνομάσθη ἀπὸ αὐλίδος τῆς εὐωνύμου, τοῦ κηφίσου, ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αὐλιόδνας καὶ πέναι ἕλληνας, in qua sententia est Trypho. In Bœotia, præter Aulidem, multæ nobiles fuerunt urbes, ut Oropus. Amphiarai & templo, & oraculo celebris. Lebadia, Aliartes, Plateæ, Cheronea, & omnium illustrissima, Thebæ. De Aulide ita Statius.

Prima rates Danaas Hecateria congregat Aulis.

Ad iniquam] Sulpitius exponit ad hũc modum. Quia notis flantibus egredi nequeunt, ut Græcis in Troiam ire uolentibus accidit. Ouidius.

Aulide te fama est, uento retinente morari,
A ut cùm fugeres, hic ubi uentus erat?

Interea] à digressione redit ad historiam intermissam. Cæsar ex Hispania reuersus, deuictis ducibus Pompeianis, Gadibusq; receptis, tam diu circa Placentiam substitit, donec legionẽ seditione agitatam

Interea domitis remeabat à Cæsar Iberis,
Victrices aquilas alium laturus in orbem,
Cùm propè fatorum tantos per prospera cursus
Auertere Dei: nullo nam Marte subactus
Intra castrorum timuit retentoria ductor
Perdere successus scelerum, cùm penè fideles
Per tot bella manus satiatæ sanguine tandem
Destituêre Ducem, seu mœsto classica paulum
Inter missa sono, claususq; & frigidus ensis
Expulerat belli furias, seu præmia miles

ad officium retraxit, authoribus nouimotus summo supplicio affectis. Postulubant sibi præmium decerni: sedato tumultu, totam eam legionẽ cum ignominia dimisit: adeo'que post multas preces, eas'que supplices

a al. Cæsar emed.

supplices uix tandem eam restituit. Suetonius in Cæsare, Non enim inquit, cessit unquam tumultuantibus, atque etiam obuiam semper ijt, & nonam quidem legionem, apud Placentiam, quanquam adhuc in armis Pompeius esset, totam cum ignominia missam fecit: ægreq; post multas, & supplices preces, nec nisi exacta de sontibus pœna, restituit. Florus huius seditionis nullam facit mentionem, Cæsarem sequutus: sed Appianus, & Suetonius. Iberis.] Hispanijs, ulteriori, ac citeriori, unde Afranium, & Petreium duces Pompeianos ciecerat. Illis igitur pacatis, inquit, rediit in Italiam, signa uictricia in alium orbem, hoc est, in Epirum, & Macedoniam bellum contra Pompeium, in cuius castris pars senatus erat, translaturus.

Cùm propè.] Cum Dij, inquit, propè omnem priorem successum, & fœlicitatem circa Placentiam euertissent, ubi legio nona seditione aduersus Cæsarem exagitari cœpit. Nullo.] Ipse terra, mariq; victor metuit

Dum maiora petit, damnat, causamq; Ducemq;,
Et scelere imbutos etiamnum uendicat enses.

hic, ne in castris fortuitæ miquitate omnis successus secundus labefactaretur. Scelerum porrò successum dicit, propter ciuile negotium. quo ipse ciuis in ciuem induisset arma, ac tam multorum ciuium sanguinem fudisset omnibus fuit uictorijs. Fideles manus.] fideles legiones ad Placentiam, ubi substiterant, penè Cæsarem destituere, cum præmium improbius postularent. Seu mœsto.] Caussam seditionis motæ quærit. Siue, inquit, hinc orta fuit, quod aliquandiu militaris ferocia otio, & ignauia deferbuisset: siue quod ab imperatore post longam militiam, sub grauiora pericula quæ instabant in Macedonia, stipendia duplicari peterent. Hoc posterum tradit Appianus. Et scelere imbutos etiamnum.] Quibus tot ciuium sanguinem hauserant, eis non ad imperium Cæsaris usuri, suo arbitrio adserunt, uel in otium, uel ad Pompeium transituri, uel apud Ducem suum permansuri.

Haud ma.] Reddit obiter magnitudinem periculi Lucanus, in quo Cæsar hic uersabatur: cum nusquam bello ciuili in castris seditionē præter istam, sensisset antea, neque decem annis belli Gallici maiut: simul quam nihil firmi sit in militaribus uiris, quorum animi perleui momento mutati, partam uictoriam possunt labefactare. Quàm non.] quàm non ex firma potentia, sed lubrica, & inconstanti statu omnia contemneret. Metaphoræ sumptæ sunt, à nutantibus machinis, cùm utroq; iactentur, nihil habent firmi. Fultus.] sustentatur, quasi mutilatus, truncatusq; tot manibus, hoc est, copijs militaribus, à quibus iam penè destitutus fuerat.

Gladioq;.] nullis penè subsidijs ad bellum adiutus, nisi suo gladio. Iamq; experiebatur suo periculo, enses, quibus uictoriæ fuerant partæ, non suos esse, sed militum, quorum auxilio uicerat. Non pauidum.] Narrat seditionem nonæ legionis in castris, ut omnium concors fuerit clamor, ac fremitus contra Ducem, & quidem apertis

Haud magis exptus discrimine Cæsar in ullo est,
Quàm non è stabili, tremulo sed culmine cuncta
Despiceret, staretq; super titubantia fultus,
Tot raptis truncis manibus, gladioq; relictus
Penè suo, qui tot gentes, in bella trahebat.
Scit non esse ducis strictos sed militis enses,
Non pauidū iam murmur erat, nec pectore tecto
Ira latens: nam quæ dubias constringere mentes
Caussa solet, dū quisq; pauet, quib, ipse timori est,
Seq; putat solum regnorum iniusta grauari,
Haud retinet, quippe ipsa metus exoluerat audax
Turba suos, quicquid multis peccatur, inultū est.

iuratio proderetur. Seq; putat.] Quidam sic exponūt grauari. Tyrannidis iniustitiam grauatim ferre: ut uerbum grauari deponētaliter non passiuè accipiatur. Sulpitius interpretatur, inferre molestiā iniustis regib. Budius triplicē expositionē adducit: ut grauari deponētaliter, pro opprimere accipiatur: uel opprimi, siue grauatum ferre: uel iniusta, hoc est, per iniusta ut sit, eclipsis. Posterema expositio, uidetur Glareano arridere. Dum omnes putat se per iniusta regna, & iniustam dominationem opprimi.

Quicquid.] epiphonema in impunitatem seditionis. Sontes tamen à Cæsare puniti fuerunt, ut rectè in seditione, in authores animaduertitur: ut pœna ad paucos, exemplum ad uniuersos perueniat.

Liceat.] Petitoria oratio militum genere deliberatiui est. Postulāt enim ab absente Cæsare missionem, & uacationem à militia, post tot, et tantos labores exhaustos. Habet & locos demōstratorios, quibus bellum, ut nefarium, & impium detestantur. Quin & iudiciales attingunt, dum obiter cum Cæsare expostu

Effudere minas, liceat discedere Cæsar
A rabie scelerum, quæris terraq;, mariq;
His ferrum iugulis, animas effundere uiles
Quolibet hoste paras: partem tibi Gallia nostri
Eripuit, partem duris Hispania bellis,
Pars iacet Hesperia, toto q; exercitus orbe
Te uincente, perit. terris fudisse cruorem
Quid iuuat Arctois Rhodano, Rhenoq; subactis
Tot mihi pro bellis, bellum ciuile dedisti.
Cepimus expulso patriæ cum tecta senatu,
Quos hominum, uel quos licuit spoliare Deorū?
Imus in omne nefas, manibus, ferroq; nocentes:
Paupertate pij: finis quis quæritur armis?
Quid satis est, si Roma parum? iam respice canos,
Inualidasq; manus, & inanes cerne lacertos.

lant de iniuria facta, quod pro tantis laboribus adeò nullæ sibi habeantur. referantur uæ gratiæ, ut suas uictorias fortunæ acceptas ferat, non uirtuti militum: id quod indignum tolerata est.

Liceat dis.] exordium ductum à propositione, siue themate orationis. Cæsar petimus rudem, petimus missionem à militia: addunt

Vsus abit uitæ, bellis consumpsimus ævum,
Ad mortem dimitte senes: en improba uota,
a Non liceat duro morientia cespite membra
Ponere: non animam b glebam fugiente ferire,
Atq; oculos morti clausuram quærere dextram,
Coniugis illabi lacrymis, unicq; paratum
Scire rogum, liceat morbis finire senectam.
Sit præter gladios, aliquod sub Cæsare fatum.
Quid uelut ignaros, ad quæ portenta paremur,
Spe trahis? usq; adeo soli ciuilibus armis
Nescimus, cuius sceleris sit maxima merces?
Nil actum est bellis, si nondum comperit istas
Omnia posse manus: nec fas, nec uincula, nec ris
Hoc audere uetant. Rheni mihi Cæsar in undis
Dux erat, hic socius. Facinus, quos inquinat, æquat.
Adde, quod ingrato meritorum iudice, uirtus
Nostra perit: quicquid gerimus, fortuna uocatur,
Nos fatum sciet esse suum, licet omne Deorum
Obsequium speres, irato milite Cæsar
Pax erit, hæc fatus totis discurrere castris
Cœperat, infesto'q; ducem deposcere uultu.

a al. Non dum lice.
b al. galeā fu.

addunt simul argumẽtum ab honesto, et pio ut ab impijs armis, quibus ciuibus bellum fecerunt, liceat discedere. Quæris.] *Ab indigno accusant statim Cæsarem, quo petito missionis iustior uidetur.* Terraq; ma- riq;.] *prolepsis. Terra, & mari toto orbe exercitus deletur, pars in Gallijs, partim in Hispanijs: alij in Aphricam, dũ id studes ma-* nibus, pedibusq;, *ut tu solum uincas.* Gallia.] *Partẽ exercitus nostri amisimus bello Gallico, & postea ad Massiliã, terra & mari. Ab incommodis longæ militiæ.* Hesperia.] *pars exercitus absumpta est ferro in Italia.* Arctois.] *Septentrionalibus regionibus, ut in Germania, ac Gallijs. Has nõ obscurè indicat, cum clarissima flumina subijcit: Rhodanũ, & Rhenum. Rhodanum Galli hodie Rosne uocãt: diuidit Sedunos, Veragros, Allobroges, & Galliã prouinciam Romanorũ, à Celtis. Oritur non procul à Danubij, & Rheni fontibus, circa fines diœcesis Sedunensis, ad mõtem, cui hodie Brigæ nomen est: & ad Sedunum urbẽ Germaniæ descendens, uicũ Veragrorum qui hodie S. Mauritius dicitur, interfecat: & lacui Lemano mistus, ad pontem urbis Gebennæ rursum egressus, in Lugdunum, Vienam, aliasq; celebres urbes prolapsus ad Volcas, in Ligusticum mare effunditur. Per Rhodanũ igitur, & Rhenum amnes, eorum accolas in Gallia & Germania intelligit, ubi partem aliquã exercitus diuersis prælijs amiserat Cæsar.* Tot mihi p.b.] *Cum pro tantis laboribus, & periculis totius, & amplũ præmium debeatur, pro his bellum* C ciuile mihi obtrusum est. *Ab ingratitudine.* Cepimus.] *Ab impietate pro Cæsare perpetrata: pro quã re tamen* mille *merces fuit reposita. Ab indigno. Nam in bello nulla magis re retinentur, conciliantur q; milites, quàm direptionibus sacrorum profanorum q; sine discrimine: Damnat miles ingratitudinem Cæsaris, ac quæritur militiæ sterilitatem.* Deorum.] *quæ templa Deorum, auri, argentiq; plena spoliare licuit? Et tamen ditissimum ærarium Romanum militibus diripiendũ dederat sub initium belli ciuilis.* Imus.] *Ab impio detestantur præsentem militiam, quod patriæ bellum inferant, ciues in ciuem, in seminatum ferrum stringant.* Manibus fer.] *rapiendo, diripiendo, cædendo ciues impij. Inuicem sumus pij, præ nimia paupertate, per quam nobis facultas maiorem impietatem perpetrandi in diuos, & diuorum fana nobis adempta est, licet uoluntas non desit. Ad hæc, quantum rapinarum est, tuum est, nõ nostrum, à pietate in Imperatorem. Euthymenia à contrarijs.* Quis finis.] *Interrogatio pathetica, à fine tantarum calamitatum, ac laborum, ciuilis belli.* Quid satis est.] *Perstringunt Cæsaris tum ingratitudinem erga milites, tum inexplebilem amplianDi imperij cupiditatem: cùm uel ipsa Roma potuerit esse rõtentus, qua potitus, nihil amplius optare debeat.* Iam respi-

Ad mortem.] *petitio cum extenuatione pathetica ab ætate. Quare adiungitur ironicè, uotum hoc, siue petitionem improbam esse, cum modesta sit, ac pathetica. Permitte missionem, ut concedamus non in otium, sed ad rogum, ut lacrymis uxorum, ac liberorum immoriamur: non in castris, sed in lectis nostris.*

Liceat morbis.] *ne absumamur ferro, & canibus, auibusq; prædæ simus, & insepulti hic sub diuo proteramur.* Anima fugiente.] *cum exhalabimus animam, pedibus, capitibusq; uerberare frigidos cespites, & durum solum.* Dextram.] *coniugis, aut liberorum, aut amicorum alicuius, qui morientibus oculos claudat.*

Coniugis.] *pathos à socia coniuge.* Sit præter g.] *Contingat nobis sub Cæsare mors naturalis, non uiolenta, ut absumamur internecione omnes.*

Quid uelut.] *Expostulant cum Cæsare, quod impiè quasi cœci ad cædem Pompei, & senatus ducantur: cuius sceleris, & impietatis mercedem non obscurè coarguunt: exilium, cædes, & nihil non horrendi supplicij. Obliquè uidentur Cæsari minitari fœdam cædem aliquãdo, pro nefario bello.* Maxima merces.] *Qui senatui, qui patriæ bellum inferunt, in horrendas pœnas incidunt. Nos patriæ ac senatui bellum inferimus, Quid relinquitur, uides Cæsar.* Nil actum.] *nihil pugnando promouimus, si adhuc nondum est expertus, has nostras manus uel ipsum trucidare posse.*

Nec fas.] *neque æquitas, neque leges prohibent tyrannum occidere impunè,* Rheni mihi Cæsar in undis.] *intellectio. Per Rhenum intelligit, Gallicum bellum, & Germanicum. Dirimit Rhenus Galliam à Germania. Vtranque gentem decennali bello propè domuit. Quanquam prælijs magis uicit quàm bello, ut author est Cornelius Tacitus. In eo bello Cæsar nobis dux, & imperator datus erat à senatu: hoc uerò ciuili bello socius debet appellari, quod nulla publica senatus authoritate exercitum ducket contra Pompeium, & ordinem senatorium.* Facinus quos inquinat.] *Qui eodem scelere sunt imbuti pari supplicio sunt puniendi.*

Virtus nostra.] *Accusant Cæsarem ingratitudinis, quod post exhausta pericula terra mariq;, multo san-*

guine partas uictorias, ea omnia non uirtuti nostræ, sed fortunæ accepta fert. Virtus militum, sine gratia periit, pro nihilo pensa fuit. Nihil æquè perit, atque id, quod in ingratum confertur: qui quanquam intelligit beneficium, & uirtutem, dissimulat tamen. Sed pessimè collocatur, in non intelligentem. Itaque ut Cæsarem ingratum ostendunt, ingratum iudicem appellat. Victorias suas, fœlicitatem suam, aut fatum dicere solebat.

Sic eat ô superi.] Sic eat ô superi, quando pietas{que} fides{que}
Auersione ad Deos, precatur, ut hac occasione discordiæ, ac rebellionis militaris freti, nunc finem bello ciuili faciant, cùm nihil spei sit in fide, pietate, & benignitate Deorum, reliquum{que} subsidium tantum speran dum sit à malis moribus. Quem nom.] à precatione trãsit ad argumentationem poëta. Cùm quemuis ducè potuisse ille tumultus percellere, Cæsar tamen imperterritus in medium illum furorem præceps uenit, ad sedandum tumultum, assuetus semper se in præsentia pericula conijcere, unde fœliciter euaserat. Celeritate ferè semper superauit hostes suos, non enunciando prælijs, testatur hoc ipsum & Suetonius. Non enim inquit, cessit unquam tumultuantibus, atque etiam obuiam semper ijt. Et paulò ante. Seditionem per decem annos Gallicis bellis nullam omnino nouerunt, ciuilibus aliquas, sed ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgẽtia Ducis, quàm autoritate. Ergo, ut ait poëta, non expectabat, dum ira desæuiret.

Destituunt, mores{que} malos sperare relictum est,
Finem ciuili faciat discordia bello.
Quem non ille ducem potuit terrere tumultus?
Fata sed in præceps solitus committere Cæsar,
Fortunam{que} suam per summa pericula gaudens
Exercere, uenit: nec, dum desæuiat ira,
Expectat medios properat tentare furores,
Non illis urbes, spolianda{que} templa negasset,
Tarpeiam{que} Iouis sedem, matres{que} senatus,
Passuras{que} nefanda nurus. uult omnia Cæsar
A' se sæua peti, uult præmia Martis amari,
Militis indomiti tantum mens sana timetur,
Non pudet, heu Cæsar, soli tibi bella placere
Iam manibus damnata a tuis: hos ante pigebit
Sanguinis è his ferri graue ius erit? ipse per omne
Fas{que} nefas{que} b ruens lassare, & discere sine armis
Posse pati, liceat scelerum tibi ponere finem.
Sæue quid insequeris? quid iam nolẽtibus instas?
c Te bellum ciuile fugit, stetit aggere d fulti
Cespitis intrepidus uultu, metuit{que} timeri
Non metuens, atq; hæc ira dictante profatur.

a al. suis.
b al. ruis.
c al. Bellũ te.
d al. fultus.

Medios furores.] cùm maximè feruerent furor.

Tarpeiam{que} Iouis sedem.] amplificatio impietatis amore ciuilis belli, ut eos solum sub imperio, & in officio contineret. Tarpeiam sedem, Capitolium Iouis uocat, quod sanctissimum Romæ fuit habitum, non Tarpeiam arcem. Mens sana timetur.] Quod ciuile bellum hic detestati fuerunt, & ob eam caussam missionem peterent, utq; ab armis discedere liceret.

Non pudet.] Per auersionem expostulat cum Cæsare poëta, quasi illi soli bellum ciuile placeat, cùm tantum legio nona præcipuè tumultuaretur, quam ea de caussa, Syllæ imitatione. Quare dissertè, siue potius militari fr. 3 rocia adijciunt: eum scire debere, se esse eius fœlicitatem, & fatum à se pendere uniuersas eius uictorias.

Licet omne Deorum.] impiè hoc ab irato milite, quod ne applaudentibus quidem Dijs bellum sit gesturus amplius, nisi milites sibi propitios, fauentes{que} habeat.

Pax erit.] nullum bellum habebimus, ab armis discedetur. Deposcere.] ad supplicium petere Cæsarem.

Qui modo in.] Qui modo in absentem uultu, dextra{que} furebas
Artificiosè instituta est Cæsaris oratio à Luc ano, hominis ut militaris, ita oratoris summi. Si naturam orationis introspecte mus, haud dubiè iudicialis est, continet om
Miles, habes nudũ, prõptum{que} ad uulnera pectus.
Hinc fuge, si belli finis placet, ense relicto.
Deregit imbelles animos, nil fortiter ausa
Seditio, tantum{que} fugam meditata iuuentus,
Ac ducis inuecti rebus lassata secundis
Vadite, me{que} meis ad bella relinquite fatis:
Inuenient hæc arma manus, uobis{que} repulsis
Tot reddet fortuna uiros, quot tela e uacabunt.

e al. uocabũt.

teste tranquillo, totam cum ignominia missam fecit, & quidem cæsis seditionis autoribus. Sed Lucanus toto opere Cæsaribus iniquior est, non temerè. Tuis.] nempe, quæ à militibus sub tuis auspicijs militant dammentur. Quid eos compulit ab initio eius signa sequi?

His ferri grauc.] Cum stomacho ijsta effundit poëta, & indignatione, cùm aliquâ facultas diripiendi, & ferro sæuiendi copia grauis nunc posthac erit militibus, qui cædibus, & rapinis semper delectati fuerunt, & tu ijs gaudes, à minori ad maius pathos.

Lassare.] Epilogum concludit monitione ut tandem cùm belli ciuilis tædium capiat, ut defatigetur semel posset tot incommoda, & pericula bellorum, maximè ciuilium.

Sæue quid.] Annectit obiurgationem, quod restitantes milites regeat, & quasi conserta manu ulterius trahere conetur: quod quidem perinde est, ac si cum inuitis canibus uenari uelit, cùm bellum ciuile ab eo geri nolle uideatur. Stetit agg.] Concionaturum ad exercitum in concione aduocatum decorè in ædito collocat loco, ut ab omnibus audiatur, sedaturum motus militum. Frontinus libro primo Strategematum, cap. 9 de seditione militum compescenda hunc item locum citat his uerbis. C. Cæsar, cùm quædam legiones eius seditionem mouissent, adeò, ut in perniciem quoq; ducis uiderẽtur conspirecturæ, dissimulato metu, processit ad milites, postulantibus{que} missionem, ultrò minaci uultu dedit, exautoratos pœnitentia satisfacere imperatori: obsequentiores{que} in reliquum operas ædere. Intrepidus.] hoc est, quod Frontinus dicit, dissimulato metu.

nẽ expostulationẽ Duceis cum militibus: & status mihi uidetur esse negotialis. Pensitat enim cõtemptim quid è iure debeatur militibus, improbè postulantibus missionem: nisi cui secus uidetur.

Exordium

An'ne fugam Magni tanta cũ classe a sequentur
Hesperiæ gentes? nobis uictoria turbam
Non dabit? impulsi tantùm quæ præmia belli
Auferat,& uestri rapta mercede laborís
Lauríferos nullo comitetur uulnere currus?
Vos b defecta senes,exhaustaq; sanguine turba,
Cerneris nostros iam plebs Romana triumphos,
Cæsaris an cursus uestræ sentire paratis
Damnum posse fugæ? ueluti si cuncta minentur
Flumína,quos miscent pelago sub ducere fontes,
Non magis ablatis nunquã c descenderet æquor:
Quàm nunc crescit aquis,an uos mometa putatis
Vlla dedisse mihi? nunquam sic cura Deorum
Se premit,& uestræ morti,uestræq; saluti
Fata uacent,procerũ motus hæc cuncta sequũtur.

a al. sequuntur.
b al. despecta.
c al. decrenerit. al. decrescet;

Exordiũ duxit à sua persona, quam intrepidè dicit se militũ rabiei obijcere. Hoc conciliat, imò perturbat feroces animos. sua ut erat summa, apud eos autoritate. Ita fieri solet, ut quem ducem absentem deposcant, cum præsentem uereantur.

Hinc fuge.] initio statim non simpliciter eos missos facit, sed contemptim, & cũ stomacho è castris facessere iubet: quæ res supra modum milites præcellit, existimantes Cæsarem retenturum eos blandimenta multa dando. Etenim, si ipsi ab armis dimania, Italia, unde supplementum facilè erat comparare. Quare rectè eos statim in principio dimittendo contemptum percellit: ut intelligant, eius salutem à legione una, aut altera non pendere, neque magnopere paucorum rebellionem curare.

Detegit.] criminatur ultro imbellia seditiosorum militum: ita enim plerumq; fieri solet, ut ignauissimi quiq; maximè ad seditionẽ stipendium poscendo consurgant, quibusq; minimum debeatur. Et aduersus tales ius gladij est & extremi humanorum supplicij.

Lætata secundis.] interpretantur pro suo commodo cum dedecore militum seditionis rationem, ut magis etiam pudeat, cum multò alacriores Cæsaris fœlicitate reddi deberent ad reliquum belli perficiendum. Quare contemptim iubet eos facessere è castris in otium, & se relinquere ad bellum gerendum suis fatis. Hesperiæ gentes.] A minori ad maius. Si uictum pompeium propè tot populi sequuntur, mihi uerò uictori defuturi sunt milites? Hesperias gentes Italicas, & Hispanicas dicit.

Quæ præmia belli.] Quæ turba præmia belli ferret, & quidem exiguo momento, cum uestra merces uestro labore parta, is triumphus sit, quam alij milites in se transmouebunt. Hi me triumphantem comitabuntur, ut, quæ referatur, ad turbam, non ad uictoriam.

Senes turba.] appositio. turba fracta longo bello, iam non miles meus amplius, sed plebis Romanæ fex, & sine nomine uulgus. Quare nonnulla exemplaria, despecta, legunt quasi contemptam fecem ciuitatis.

Cæsaris an.] Quasi dicat nunquam futurum, ut suorũ fuga damnum sentiat. Additq; comparationem à natura fluminũ, & maris: quod ut illorũ accessu non augetur, ita nec minuitur fluminibus siccis, Cæsar mare. flumina, & fontes milites. An nos.] Refutat id, quod clamauerant, Cæsarem militũ uirtute, & labore uicisse. Respondet Deos Imperatorum non militum fata curare: inferq; proinde suam uictoriam à fatis, non à militibus pendere.

Humanum paucis uiuit genus. orbis Iberi
Horror,& Arctoi nostro sub nomine miles
Pompeio certè fugeres duce. Fortis in armis
Cæsareis Labienus erat, nunc transfuga uilis
Cum ducem prælato terras, atq; æquora lustrat.
Nec melior mihi uestra fides,si bella nec hoste
Nec duce me geritis, quisq; mea signa reliquit,
Nec Pompeianis tradit sua partibus arma:
Hic nunquam uult esse e meus. sunt ista profecto
Curæ castra Deis,qui me committere tantis,
Non nisi mutato uoluerunt milite,bellis.
Heu quantũ fortuna humeris iã põdere f pressis,
Amolitur onus, sperantes omnia dextras
Exarmare datur,quibus hic non sufficit orbis.
Iam certè mihi bella geram,discedite castris,
Tradite nostra uiris ignaui signa Quirites.
At paucos,quibus hæc rabies authoribus arsit,
Non Cæsar,sed pœna tenet: procumbite g terra,
Infidumq; caput,feriendaq; tendite colla,
Et tu,quo solo stabunt iam robore castra
Tyro rudis,specta pœnas,& disce ferire
Disce mori. tremuit sæua sub uoce minanti
Vulgus iners,unumq; caput tam magna iuuẽtus
Priuatum factura,timet: uel ensibus ipsis
Imperet,inuito moriturus milite ferrum.

e al. mea.
f al. fessis.
g al. terræ.

Humanum p u.] Paucis hic non auferendi casus est, sed dãdi. Est autem hæc sententia, genus humanũ huc creatum propagatumq; est, ut seruiat, prositq; paucis, hoc est, principibus, & regibus orbis terrarum subsit, eorumq; imperio pareat. Nulla gens humana est, quin suũ habeat principem, cuius imperio gubernantur. Itaq; in paucorũ usum humanum genus uiuit. Orbis Iberi.] ab autoritate Imperatoris. Recenset populos quos ipse subegerint, se duce: quos Pompeio Imperatore nunquam domuissent, imò fugissent. discessissentq; uicti ab Hispanis, & Gallis, Germanisq. Fortis in.] ab exemplo Labieni. Fuerat hic Labienus bello Gallico Cæsaris legatus, qui sub eo multa secunda prælia non solum fecit, uerumetiam aliquot oppida hostibus ademit: Bellouacos, qui nouissimè à Romanis defecerant, circa Sequanam prælio egregiè uicit: deletisq; hostium copijs, cum ipsorum duce à se capto ad Cæsarem uenit. Hæc à Cæsare referuntur libro septimo, de bello Gallico. Hic postea bello ciuili ad Pompeium defecit: quamobrem eum uilem transfugã uocat, & cũ suo duce Põpeio terra mariq; uagari. Nec mel.] fide Labieni, uestra sutura est, neque melius de uobis sentiam si uel alium ducem cõsecuti fueritis, aut nullum etiam: id quod statim subijcit. Sunt ista prof.] Terret milites religione

Deorum, quibus dicit se, & sua castra curæ esse, qui uoluerunt, ut quantum belli reliquum esset, ita nouis militibus conscriptis cõficiat: & nouis uiribus se confirmet. Heu quantum.] *Exultando exclamat, atq; haud scio, an sit ironia in milites, quibus id, quod optarunt, iam continget, nisi quis ad ipsum Cæsarẽ malit referre, ut sit hæc sententia. O quantũ onus fortuna mihi aufert, uehemẽter solicito de præmio illis pernumerando pro egregiè nauata opera, quibus totus orbis diuidundus nõ sufficeret. Atq; hos nunc datur missos facere. A spe cõmodorũ obliqua irritat militum animos.* Mihi bella.] *nõ in uestrũ usum, ut uos ditia præmia feratis, sed in meum, ut hoc uniuersum, quantum est cõmodi, in meum usum conuertam.* Discedite c.] *Epilogus orationis, quo suam mentem detegit, iubetq; rebelles castris facessere primũ: inuitos se retinere nolle: sed ut ignaui milites sua arma contra dant fortibus & militaribus uiris: quos uirtutis uocabulo, non sexus, uiros uocat, ut Homerus alicubi in Ilia.* ἂν ἀνέρες. *Cùm iam eos maximè discedere iubet, & in otium, uel ad Pompeiũ cõcedere, cupiunt maximè manere, ut est humanus animus uarius & inconstans. Nitimur in uetita.*

At paucos.] *Vbi uerò eos Quirites non milites appellauit, id quod ignominiæ caussa fecit, tam facile circumegit, ac flexit, teste etiam Suetonio, ut confestim se milites esse responderint. Sed pauci seditionis huius autores mihi pœnas dabunt, ut exemplum ad uniuersos transeat.* Rabies.] *hæc seditio concitata fuit.*

Discede.] *discè punire seditiosos, & rebelles milites, & simile supplicium expecta, si quid eiusmodi in posterum imiteris.* Vnumq; ca.] *Vnum Cæsarem tot milites formidarunt, quem modò in ordinem redigere uoluerunt, Suetonius tradit, eum totam non legionem missam fecisse, & ægrè post multas, & supplices preces, exacta de sontibus pœna, restitutos. Quæ autem fuit ueteribus ignominia militaris, docet Gell. noctium Attl. libro decimo capite octauo, his uerbis. Fuit hæc quoque antiquitùs militaris animaduersio, iubere ignominiæ caussa, militi uenam solui, & sanguinem dimitti. Cuius rei ratio in literis ueteribus, quas equidem inuenire potui, non extat: sed opinor factum hoc primitus, in militibus stipendiis adolescentibus, atque à naturali habitu declinantes, ut non tam pœnæ, quàm medicinæ uideretur. Postea tamen ob plenam, & X. M. passium. Si decimis igitur castris Brundusium peruenerunt, 10. diebus. C. M. passium. pro deambularunt. Sed eam consuetudinem eundi poëta non seruauit Namq; Italiæ longitudo ab Alpino fine, usq; ad Regium in Cisapœnina cẽsetur decies centenis, & X. M. passibus quæ multò longior propter flexum. Sed quia Cæsar admirabili celeritate iter facere solebat, certus militum numerus ad singula castra statui non potest. Brũdusium Isthmo Peninsulæ Calabricæ appositum est: ex cuius portu in Epirum oppositam, commodissimus traiectus est. Est enim urbs cum tutissimo portu, & uno ore multi concluduntur portus trãquilli: quicq; intus sinus accipiunt, ut assimuletur cornibus ceruinis forma, de specie: unde etiam nomen habet. Ipse enim locus unà cum urbe ceruinum caput refert. Et Messapiorum lingua, βρεντέσιον, ceruinum caput appellatur. Cæterùm Romam reuersus inde Cæsar, se proximis comitijs cum P. Seruilio Conf. creauit. eo enim anno per leges illi Consulem fieri licebat. Aliquot inde actionibus confectis, paucis diebus depositâ dictatura, Brundusiũ profectus, 12. legiones eò, & omnem æquitatum conuenire iussit. Hinc profectus cũ 15. millibus legionariorũ, & quingentis equitibus (plures enim nauium inopia traijci non potuêre) per medias Illyriæ transmisit. Lucanus ista amplificaturus, suo more, ostendit è quibus locis Brundusini classes conuenire iussit.* Quas auius Hydrus.] *ex hydrunte naues euocauit. Est autem Hydrus, præter fluuium ciuitatula 400. stadijs*

Ipse pauet.] *Metuebat tamen Cæsar, inquit, ne parentes imperio milites habuisset: & tamen militum patientia uicit expectationem Ducis. Appianus. Nonæ itaque legionis inquit Cæsar, quæ seditionis caussam præstitit, demum quenque morte multabo. Gemitu igitur ab uniuersa legione edito, Tribum genibus affusi, ueniam suppliciter deposcebant. Cæsar post modicum uix tandem ira liberatus, hoc solum concesit, ut centum duntaxat, & XX. seditionis principes ab omnibus eligeret: duodecimq; ex his à cæteris selectos, supplicio afficeret.*

Ipse pauet, ne tela sibi, dextræq; negentur
Ad scelus hoc Cæsar: uicit patientia sæui
Spem ducis, & iugulos, non tantũ præstitit enses.
Nil magis assuetas sceleri, quàm perdere mentes
Atq; perire timet. tam diri fœderis ictu
Parta quies, pœnaq; redit placata iuuentus.
Brundusiũ decimis iubet hanc attingere castris,
Et cunctas reuocare rates, quas auius Hydrus,
Antiquusq; Taras, secretaq; littora Leucæ,
Quas recipit a Salpina palus, & subdita Sipus
Montibus, Ausoniã, qua torquens frugifer oram
Dalmatico Boreæ, Calabroq; obnoxius Austro
Appulus Adriacas exit Garganus in undas.

a al. Salapina

Nil magis assuetas.] *Inter nouos milites non perinde habuisset sibi ad scelus obsequentes, atq; eos habebat, qui sceleribus assueuerant. Sed nihil æquè uerebatur, atque ne ueterani ad omnia flagitia assueti pristinum robur, & audaciam amitterent.*

Brundusium.] *A Cispadana, in qua præcipuæ urbes sunt, Dertona, Parma, Placentia, unde nunc mouet castra Regium Lepidi, Mutina, Bononia, Ferraria, Rauenna. Harũ regio cũ reliqua Togata, Transapœnina dicitur, autore Calone. Italia uerò, quæ in Thuscũ pelagus uagatur, Cisapœnina. Proinde longitudinem Italiæ Transapœninæ à Placentia, quæ ab Insubribus Ticino amne dirimitur. Brundusium usque quæ Italiæ ferè longitudo est decem diebus percurrit Cæsar, Quantum uerò spatium singulis diebus instructi, armatiq; omnibus telis, militari gradu ibant, cum uel castra mouerentur, uel ambulatum educebantur, docet Vegetius libro primo, de Re Milita, cap. 7. ex ueteri consuetudine, & D. Augustii, Hadrianique constitutionibus, uidelicet*

A stadijs à Brundusio, teste Strabone: & mons, Melæ. Euer sa Hydrus est superioribus annis impetu Turcarum cum miserabili ciuium, & præsidiariorum clade. Stephanus tamen φρούριον nominat, ac masculinè ὑδροῦντα, genitile. Vnde ὑδρουσαῖος, & ὑδρούσιος. Est autem, ut Brundusium, in Calabria Hydrus, siue Hydruntum & ipsum littorale oppidulum, confinium Ionij maris, & Aonij. Ex Hydrunte compendiosa nauigatio fuit, ut è Brundusio, in insulam Sasonem, mediam inter Iapygiam, & Ceraunia Epiri. Antiquis q; Taras.] E Brundusio Tarentum iter est: ubi Isthmus. 200. stadiorum, regione Iapygiæ, Messapiæ, Calabriæ, & Salentinæ, autore eodem Strabone.

Taras.] urbs est, & fluuius: unde Tarentini equestribus præliis celebres. Hinc ταρκυτίζειν. Aelianus de instruendis aciebus. Iaculantur, quos Tarentinos uocamus: arcu utuntur, qui equites sagittarij: & à nonnullis Scythæ etiam uocantur. Idem duo genera Tarentinorum facit, nam alij longius iaculantur, & ob eam rem, equites iaculatores dicuntur, & Tarentini speciali B uocabulo. Alij, cùm semel, aut bis iaculum miserint, quo leuiori utuntur, manus de cætero cum æduersarijs conserunt, & cominus pugnare incipiunt: & quæ sequuntur. Straboni urbs Taras appellatur Melæ Tarentus, nonnullis Tarentum. à Tara quodam Heroe, Herculis in omnibus expeditionibus individuo comite, filio Neptuni, & nymphæ eius regionis. Locus ipse ab initio, natura, & opere humano munitissimus fuit, & inde à Spartanis restauratus, Phalanto Partheniarum duce, qui octauus ab Hercule fuisse creditur. Hinc Silius Tarentum Phalanteum uocat. Sunt, qui pro Taras, Bares legunt, quod oppidum postea Varetum dictum fuit βάρετα, ἀ βάριν 600. stadijs à Tarento. Barium à multis supra Ausidum littorale, in finibus Galeaciorum. Extat adhuc: & Varetum flu. Secreta q; littora Leucæ.] Leucam scribit Sulpitius, urbem grandem esse, 500. stadijs à Tarento. 150. ab Hydrunte: inde ad Brundusium. 400. Apud Strabonem Leuca legitur libro sexto. ἔνθεν εἰς τὰ λευκὰ, στάδια ϡ. πολίχνιον καὶ τοῦτο. λέγουσι δὲ καὶ λεύκυττα καλοῦσι δὲ σάδας ὕδατος. ἀπὸ δὲ τῶν λευκῶν εἰς ὑδροῦντα πολίχνην, στάδια ρ ν. ἐντεῦθεν δ' ἐς βρεντέσιον. ν. id est, A Barete usque ad Leuca, stadia 80. oppidulum, & hoc est, in quo monstratur fons aquæ graueolentis. E Leucis uerò, usque ad Hydruntum oppidum, stad. 150. Inde ad Brundusium. 400.

Salpina palus.] Salapia oppidum est Apuliæ, Annibalis meretricio amore inclitum. Haud procul inde monstratur palus, cui à Salapia, nomen factum est. Salapia celebratur cladibus aliquot secundi belli Punici.

Et subdita Sipus.] In Apulia Sipus palus est, & Sipuntum oppidum, conditio Diomedis, à sepijs ut creditur, fluctu eiectis. Deinde mons Garganus celsissimo iugo attollitur, in mare prominens: hodie Sancti Angeli dictus, à quo longè late q; Appuli colunt, quorum pars Cannenses sunt iuxta Ausidum amnem, memorabiles ingenti clade Romanorum. Dalmatico.] Obiacet enim uno cornu Ragusio, & interius Dalmatiæ, altero ad Austrum; spectat Brundusium & Calabriam.

Ipse petit trepi.] Lucanus dicit Cæsarem Brundusio Romam petiuisse, cum ipse libro tertio commentario scribat se primo ut Romam profectũ, atque inde Brundusium contendisse. Dicta tore, inquit, habente comitia Cæsare, Cõss. creantur. Iul. Cæsar, & P. Seruilius. Is enim erat annus, quo per leges ei Conss. fieri liceret. His rebus confectis, cùm fides tota Italia esset angustior, neq; creditæ pecuniæ soluerentur, constituit, ut arbitri darentur, per eos fierent æstimationes possessionum & rerum, quanti quæq; earum ante bellum fuissent, atque eæ creditoribus traderentur. Hoc & ad timorem nouarum tabularum tollendum, minuendum q;, qui forè bella, & ciuiles dissensiones sequi consueuit, & ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimauit. Item prætoribus, Tribunis q; ple. rogationes ad populum ferentibus, nonnullos ambitus Pompeia Lege damnatos, illis temporibus, quibus in urbem præsidia legionũ Pompeius habuerat, quæ iudicia alijs audientibus iudicibus, alijs sententiam ferentibus, singulis diebus erant perfecta, in integrum restituit, qui se illi in ocio ciuilis belli obtulerant, si sua opera in bello uti uellet, proinde æstimans, ac si usus esset, quoniam suffecissent potestatem. Statuerat enim hos iudicio populi prius debere restitui, quàm suo beneficio uideri receptos, ne aut ingratus in referenda gratia, aut arrogans in præripiendo populi beneficio uideretur. His rebus, & ferijs Latinis, comitijs q; omnibus perficiundis, undecim dies tribuit, dictaturaq; se abdicat, & ab urbe proficiscitur, Brundusium q; peruenit. Hactenus Cæsar. Appius luculentiùs rem narrat. Cæsar Romam reuersus, inquit, trepidante adhuc populo, neque senatu, aut Consule illũ eligente, seipsum dictatorem nominauit. Verùm, siue, ut inuidiam dilueret, siue quod magistratu minimè indigeret, per 11. tantùm dies illi præfuit, sic enim nonnulli asserunt. Conss. q; se in futurum designauit. P. q; Ser. Isau. col legam sibi assumpsit. Hinc liquet eum, seditione ad Placentiam composita statim iter Romam auertisse. Et cùm neq; à senatu, neq; à Consule eligeretur, ipse seipsum dictatorem dixit. 11. dies dictaturam gessit. Inde Consul creatus à se, P. Seruilium collegam adsciuit, Prætores misit in prouincias. M. Lepidum in Iberiam: Peducæum in Sardiniam: Decium Brutum in Galliam. Atque inde se Brundusium recepit. Togæ.] paci. intellectio signum pro signato. In urbe pax erat Cæsaris beneficio, cui seruire cogebantur, cum ipse se primum dictatorem, inde Consulem crearet: cõstitueret q; rempub. pro suo arbitrio

Is petit trepidam tutus sine milite Romam,
Iam doctam seruire togæ, populo q; precanti
Scilicet indulgens, summum dictator honorem
Contigit & lætos fecit, se consule fastos.
Nanq; omnes uoces, per quas iam tempore tanto
Mentimur dominis, hæc primum repperit ætas,
Qua sibi ne ferri ius illum Cæsar abesset,
Ausonias uoluit gladijs miscere secures.
Addit & fasces aquilis, & nomen inane
Imperij rapiens, figuit tempora digna
Mœsta nota: nam quo melius Pharsalicus annus
Consule motus erit? fingit solennia campus,
Et non admissæ dirimit suffragia plebis,
Decantat q; tribus, & uana uersat in urna.

sine plebis suffragijs, & senatus autoritate, perinde, ac si pax toto imperio fuisset, Contigit.] *uerius hoc, quàm gesiit. nam post undecimũ diem, quam se ipsum dixerat, Consul dictaturam deposuit.*

Lætos fastos.] *ut is annus in fastis notaretur. Iulio Cæsare, & P. Seruilio Consi. pugnatum fuit ad oppidum Pharsalum Thessaliæ inter Cæsarem, & Pompeium, quo prælio Pompeius unà cum senatu magna clade uictus fuit.* Lætos.] *ἐφημέρους. Alibi annotauimus, annos in libris Fastorum nominibus Consi. signari solere. Et significaturi, quo anno quid gestum esset, Consulum solum eius anni nomina citabantur.* Nanque omnes.] *Titulos indicat, assentationis plenos, quibus solebant tyrannis falsò assentari, tum primum inuentos, & natos. Propterea mentimur nõ quibuslibet, sed dominis: id quod seruorum est, & mancipiorum abiecti, fractiq; animi. Cuiusmodi sunt. Diuus Iul. Imperator semper Augustus, Pater Pa. Quanquam postremus ille titulus Ciceroni à Senatu autore Catone, extincta coniuratione Catilinaria, honoris caussa nuper, & meritò datus fuerat.*

Qua sibi.] *hoc est, quo annò sibi sumpsit Cæsar secures id est, consulatum, ut in eo ius gladij non desideraret: ut sub prætextu maiestatis Consularis, ius sæuiendi ferro, tyrannorum more, sibi uendicaret.* Fasces.]

Ausonias se.] *Consulatum urbis Romæ, Consulatum Imperio, ut fasces Consulatum, aquilæ uerò Imperium significent.* Nomen ma.] *fumosum nomen per uim, multa plebe, ac reliquis Ordinibus sibi usurpauit, ut eo compendio ad tyrannidem grassaretur.*

Signauit tempora digna.] *annum eum, in quem incidit clades Pharsalica, nomine Consulatus sui.*

Fingit solennia campus.] *in campum Martium sacta comitia habita fuerunt. Conuenit populus quidem ad creandos magistratus. Sed hoc ius in ipsis ademit Cæsar, cùm ipse Consulem & designaret, & crearet, nullis P.R. suffragijs.* Dirimit suffragia.] *Sustulit suffragia, & se, & Seruilium Consi dixit, & fictè nominatim tribus citat: & quia infrequens erat ciuitas, dicebatur omnium tribuum consensu creatus.* Nec cœlum s.] *non licet auspicia obseruare, cum nunc magistratus crearetur.*

Tonat.] *Tonitruat quidem, sed dissimilante augure. Qui sub tonitru Iouis creatus fuerat, uitio creatus dicebatur, cogebaturq́ se abdicare magistratui Lex erat duodecim tabularum. Rempub auspicia patrum sunto: elliq́ue ex se producto, qui comitijs creare Consi. ritè possint.*

Nec cœlum seruare licet, tonat augure surdo,
Et lætæ iurantur aues, bubone siniſtro.
Inde perit primum, quondam uenerãda potestas
Iuris inops, careat tantum ne nomine tempus:
Menstruus in fastos distinguit sæcula Consul.

uem Tonantem, fulgurãtemq́ se in comitijs audiuisse: quare, quia uitio Cæsar Consulem se dixerat, abdicare se consulatu debuit.

Tonat augure surdo.] *Lex duodecim tabularum: Ioue tonante, fulgurante, ne comitia sunto. Cicero libro Diuinationum Secundo citat, hanc legem, & interpretationem adhibet. Itaque in nostris commentarijs scriptum habemus, Ioue tonante, fulgurante, comitia Populi habere nefas. Hoc fortasse Rpub. caussa constitutum est. Comitiorum enim non habendorum caussas esse uoluerunt Itaque comitiorum solum uitium est fulmen, quod idem omnibus rebus optimum auspicium habemus, si siniſtrum fuerit. Hactenus Ciceronis uerba retuli. Dissimulasse proinde Augurem dicit, Ioue tonante, fulgurante, comitia habita fuisse.* Et lætæ iurantur aues.] *Augur lætas, & auspicatas aues addixisse iurabat. Inauspicatæ aues maximè erant, cornix, coruus & bubo, Ignauus bubo dirum mortalibus omen inquit Maro.*

Inde perit primum.] *Ab eo tempore concidit magnificentia consularis, & Imperij dignitas: cùm Consi. non plus iuris esset in urbe, quàm à Cæsaribus concederetur.*

Careat tantum ne nomine.] *Cùm autem omnia à Cæsaribus administrarentur, poterat consulatus aboleri. Sed ideo singulis annis Consi. adhuc creati sunt, ut tempora eorum nominibus in fastis, digererentur.*

Menstruus.] *paucorum mensium, aut incertorũ annorũ. Nam à sequentibus imperatoribus. Cõsulatus in mẽses donatus fuit: siue quod se Consi. in posterum declarauit.*

Nec non Ili.] *Ostendimus paulò antè ex Cæsare, antequam se Brundusium reciperet, in monte Albano Ioui Latiali sacra celebrasse, id quod nouorum Consi. erat. Hæ Latinæ feriæ originẽ duxerunt à fœdere inter Tarquinium Superb. & Latinos renouatos. Videbatur utrisque expedire, ut uetus fœdus, inter Albanos quondam, & Hostilium per. ussum, cum Horatij, & Curiatij, de principatu urbis dimicarent, renouaretur. postulabat Tarquinius, hortabaturq́; Latinos, ut fortunam P. R. magis sociam uellent, quàm in festam experiri. id satius genti futurum, quàm agrorum uastationes, & urbium excidia, quæ sub Anco, & Tarquinio perpessi fuerant, sæpius pati. His facilè obtinuit, ut fœdus recens feriretur. Dionysius tradit, Tarquinium in eo conuentu Latinorum ducem creatum fuisse, pariure cũ auo suo olim. Tarquinius cùm iam dimitteretur concilium edixit, ut Latinorum iuuentus certo die armis instructa ad lucũ Feroniæ, & quidem ex fœdere, adesset. Misit idẽ ad Hernicos, & Volscos, qui ab ipsis societatẽ cõfirmarent. P. R. peteret. Hernici in amicitiam, & societatẽ cõsentirent. Ex Volscis Ecetrani tantũ, & Antiates. Tum Tarquinius, ut ea populorũ cõcordia, aliquo sanctiore fœdere, ac perpetuo firmaretur, autor ipsis extitit, ut in Albano monte, commune. P. R. sociisq́ Iouis templum condere. tur. quo animæ feriæ his populis indicerentur: ibiq́ue extorum partes singuli libarent, atq́ ex immolata hostia singuli suam quisq́ partem acciperent. 47. urbes tum eius sacri participes extitere: & Latinæ feriæ nuncupatæ sunt:*

Nec non Ili.
Nec non Italicæ numen, quod præsidet Albæ
Haud meritum Latio solennia sacra subacto
Vidit flammifera consectas nocte Latinas:
Inde rapit cursus, & quæ piger Appulus arua
Deseruit rastris, & inerti tradidit herbæ,
Ocyor & cœli flammis, & Tigride fœta,
Transcurrit, curuisq́; tenens Minoia tecta
Brundusij, clausas uentis brumalibus undas
Inuenit, & pauidas hyberno sidere classes.

sum: sed incertum, utrum quod Latini eas celebrarent, an quod Iuppiter Latialis appellatus, præesset. Tarquinius, penes quem principatus erat, taurum ibi pro omnibus sacrificabat: cuius cæsi ubi singuli populi libassent exta, partem sibi depoposcere. Hæ Latinæ feriæ cum multum temporis neglectæ essent, L. Lentulo, & Aulo Iulio Appulo Coss. decreto Pontificum instauratæ fuerunt, quod legati ab Ardea quæsti erant, sibi carnem Latinis feriis non fuisse datam, ut assolebat. Plin. libro 27. capite 7. author est. Latinarum feriis, quas Iouis ceriare solere in Capitolio: victoremq; absinthium bibere: quod credit inde factum: quod maiores arbitrati furrint, sanitatem honorificè præmio dari. Atque hæ ferias Latinas dicit Macrobius Conceptiuas fuisse dictas: sicut & Paganalia, Sementinas, & Compitalia, propterea quod quotannis à magistratibus, uel sacerdotibus conciperentur. Postea etiam Latinarum feriarum præfectus introductus fuit. Lucan. lib 1.

» Et ostendens confectas flamma Latinas
» Scinditur in partes, geminoq; cacumine surgit.

Albę liacę.] Iuppiter Latialis. Albani reget ab Ascanio, & eius patre Aenea oriundi erant, quorum stirps de Romulo & Remo. Et in monte Albano, authore Tarquinio, ut modo dictum est Pop. Rom. socijs Ioui Latiali commune templum condiderant, ubi Latinæ feriæ celebrarent Latio sub.] Italia iam in potestatem redacta. Vidit.] Quasi dicat, Cæsar antequam ex urbe discederet, perfecit ferias Latinas, & quidem nocte, qua in monte discedebatur, cum funalibus, & tædis ob tenebras. Inde rapit c.] hoc est, inde discessit ab urbe, perueniq; in Apuliam Deseruit.] Cuiusmodi in bello fiunt, quando omnia à limitibus occupantur, uastanturq;.

Ocyor &.] ostendit Cæsaris consuetam celeritatem in faciendo itinere, eamq; amplificat duabus Hyperbolis: altera à fulminis celeritate, altera à Tigridis uelocitate, cùm quærit amissos catulos. Tigride fœ.] quæ catulos peperit In Hyrcania, & India nascuntur maximè, tremidæ uelocitatis, quæ præcipuè cognoscitur, cùm capitur. Fœtus numerosus est, qui ab insidiante equo, quàm maximè pernici rapitur, atq; in recentem subinde locum transfertur. Tigris cubile ubi uacuum fœta reperit, (nam mares sobolē nō curāt) præceps fertur, inuestigatq; odore, Raptor appropinquante fremitu, ali ijcit unū ex catulis. Illa morsu tollit, & pondere etiam ocyor acta remeat: iterūq; consequitur, & subinde donec in nauem illo regresso frustra fuit in littore. Minoia tecta.] Quidā Dædalum, non Athenas, sed in Siciliam, cùm Minois iram fugeret, naui delatum tradunt: alij in Italiam, atq; in cāpis Phlegræis circa Cumas consedisse. Strabo lib. 6. autor est, famam esse, Cretenses habitasse aliquando Brundusiū, qui cum Theseo ex Gnoso illuc appulsi fuerunt: siue è Sicilia delati cum Iapyge. Vtroq; enim modo refertur. Cur ui Brund.] Docui paulò antè ex Strab. lib. 6. Brundusium Messapiorum idiomate, cerumum caput uocari: & ipse locus unà cum urbe ita situs est, ut caput ceruinū, ita reprætentet, ut curuitate cornua ceruina referant. Clausas ue.] Vegetius lib. 4. cap. 39. Quibus mensibus tutius nauigetur. Docet eruditè toto anno uim, atq; acerbitatem maris non pati nauigantes: alios igitur menses esse aptissimos, quosdam dubios: reliquos intractabiles esse lege naturæ. Post ortum Pleiadum, à 6. Cal. Iunij, usque ad ortum Arcturi, 8. Cal. Octob. credit securam esse nauigationem, quod acerbitas uentorum astatis beneficio mitigetur. Inde usque ad 3. Idus Nouemb. incertam esse nauigationem, & discrimen propiorem. Addit caussam, quod post idus Septemb. oriatur Arcturus uehemētissimū sidus. Et octauo, inquit, Cal. Octob. æquinoctialis euenit acerba tēpestas. Circa nonas uerò Octobris hædi pluuiales 5. Idus eiusdem, Taurus. A Nouembri aūt mense crebris tempestatibus nauigia cōturbat Vergiliarū hyemalis occasus Ex die igitur tertio Id. Nouemb. usq; in diem 6. Iduum Martij. maria claudumtur. Nam lux minima, noxq; prolixa, nubium densitas, aēris obscuritas, uentorū, hymbrium, uel niuium geminata sæuitia, non solū classes à pelago, sed etiam cōmeantes à terrestri itinere deturbat. Hæc Vegetius. Proinde hinc liquet, clausas undas, clausa maria dici, non tentanda nauibus, siue non nauigabilia.

Sidere hyberno.] Sulpitius exponit, tempestate hyemali, rectè sanè, sed quia pridie nonas Ianuar. oram soluit, quo die, ut dimidi ita hyeme. Aquilonet continui spirant, oriente Delphino cum cane matutino: & postridie Delphico toto emergente uentorum fit concursus. iuxta traditionem Clau. Ptol. de Signifi. inerrātium stellarum. Aeneid Quarto.

Quinetiam hyberno moliris sidere classem. "
Et mediis properas aquilonibus ire per altum. "

Turpe duci.] Ducebat turpe sibi esse Cæsar, negligere occasionem trāsmittēdi extra hēdiq; bellū, cùm in celeritate omne negotiū nunc uersaretur, maximè, quod eæ ipsæ copiæ hoc infrequentio res essent, quod multi Gallicis bellis ab ipso defecerant, & longum illud iter ex Hispania in Italiā ingentē militum numerū diminuerat. Adhæc autumnus paulò grauior, circa Apuliā, et Brundusiū, exercitū grauiualetudine, ex salubrib. Galliæ, & Hispaniæ regionib. re-

Turpe duci uisum est, rapiendi tempora belli
In segnes hęsisse moras, portuq; teneri:
Dum pateat tutum, uel non fœlicibus æquor:
Expertes animos pelagi, sic robore complet,
Fortius hyberni flatus: cœlumq; fretumq;
Cum cœperē, tenent, quàm quos incūbere certos
Perfida nubiferi uetat inconstantia ueris.
Nec maris anfractus, lustranda q; littora nobis,
Sed recti fluctus, solo q; Aquilone secandi.
Hic utinam curuet summi, carchesia mali,
Incumbatq; furens, & Graia ad mœnia perflet.
Ne Pompeiani Phæacum è littore toto
Languida iactatis comprendant carbasa remis.
Rumpite, quæ retinent fœlices uincula proras,
Iam dudum nubes, & sæuas perdimus undas.

uersis uehemēter afflixerat. Et Pōpeius anni propè spaciū ad confirmandas uires suas, cōtrahendasq; tota Asia & Africa copias habuerat. Itaq; ut hosti nihil opināti superueniret grauissimo anni tēpore maturabat quacūq; fortuna, ac casu traijcere in Macedoniā. Turpe.] Cæsar turpe sibi duxit, cū Brū duij esset, bellū trahere, ac nō statim cōsueta sua celeritate in aduersam Græciā exercitū traducere, quàm diu mare tutū per hostes esset, qui iā propter anni tēpus portus oēs tenebant

in Græcia, ut ipse Cæsar arbitrabatur. Sic Cæsar lib. 3. concionatus apud milites, quoniam propè ad finem laborum, ac periculorum esset peruentum, æquo animo mancipia, atque impedimenta in Italia relinquerent, ipsi expediti naues conscenderent, quò maior numerus militum nauibus posset imponi, omniaq; ex uictoria, & ex sua liberalitate sperarent. Sic robore.] hoc est, huiusmodi orationis tenore fermè, ad eos usus fuit, ut hortaretur præsentem tempestatem potius periclitandum esse, quàm ut uernos uentos expectarent. Nunc ad aduersarios metu imminentium uentorũ toto mari cessisse, quidquis potius expectantes, quam suum aduentũ. Vernos uentos uiolentiores esse, ac durare diutius. Hæc diuersius, sed poëticè tamen, quàm à Cæsare referuntur,

Inconstantia uer.] Pulchrè inconstantia nulli menses Martio, & Aprili inconstantiores sunt propter tempestuosorum signorum exortus, unà cùm Ariete, & tauro maximè Tum autem, quod iuxta Cl. Ptolemæum, 8. Id. Mar. Ver incipiat, & 5. Hyems exeat. Vnde uentorum nõ tantum crebræ mutationes tribus his mensibus incidunt, sed mira aëris sentitur inconstantia. Italq; Constantius dicit hybernos uentos tenere, quàm uernos. Diserè inconstantiam perfidam uocat, quod ibi uenti flare cœperint, fallant, eludantq; nauigantes, in diuersum mutati.

Nec maris] à facili, quod non portus per ambages, & circuitiones longus maris quærendus sit, sed recta in Græciam essent transmissuri. E' Brundusio in aduersum littus duplex est nauigatio. una in Ceraunia, teste Strab. & Epirum, altera Dyrrachium, illa maior. Est enim quater 800 stadiorum cursus: quod Brundusium commodè situm sit, ad petendas Illyriorum gentes, & Macedonum. ἀπὸ βρεντεσίου πλοῦς ἐστὶν εἰς τὴν πειραϊκὴν λιμένας, ὁ μὲν ἐπὶ τὰ κεραύνια, καὶ τὴν ἄκραιφνον, ὁ δὲ εἰς Δυρράχιον μεῖζον τὸ πρότερον. ἐστὶν γὰρ ἀπ' ἐκείνου σταδίων τετρακισχίλιοι καὶ τούτων, διὰ τὸ τὴν πόλιν ἐνταῦθα ἱδρῦσθαι, πρὸς τὰ τῶν ἰλλυρικῶν ἔθνη, καὶ τὰ τῶν μακεδόνων. Sed recti flu.] Rectus cursus, & recta nauigatio tenenda erit Brundusio, in Pharsaliam. Alioqui rectæ rudæ dicuntur, ut & pulchrè Sulpitius, quæ puppim: obliquæ uerò quæ latera nauium ferunt. Et Brundusio Dyrrachium, & Albaniam nauiganti bus Boreas ualdè secundus est Hic utinam.] optat in uestigio citra moram ita secundum & ferentem uentum, ut plenis uelis traijciat. Carchesia ma.] Quid Carchesium sit inter Grammaticorum filios certatur: ut hoc præmittatur. Sunt qui poculum Græcis tantum esse existimẽt, procerum, & circa mediam partem compressum, sed ansatum mediocriter, sed ansis à summo ad imum pertingentibus. Aselepiades Græcis author, uocis etymon à re nautica tractum arbitratur: ut inferior ueli pars patera appelletur: media τράχηλον: summa carchesium: in qua significatione hoc loco usurpauit Lucanus: ut inde diffunditur in utrinque ueli latus, quæ cornua uocantur. Cornua, inquit Maro, uelatarum obuertimus antemnarum. Macrobius tradit non solũ Aselepiaden, sed etiã illos illustres poëtas ut Saphoclẽ, & Sappho, eius meminisse. Pherecydes in libris historiarũ prodidit, Iouẽ pro mercede cõcubitus Alcumenæ aureum carchesium dono dedisse. Quod uerò ad alteram significationẽ attinet, Apollo. enarrator li. 1. Argon. ἠλακάτην δ' λέγεσθαι, inquit, τὸ λεπτότατον, καὶ ἀνεροτάλον μέρος τοῦ ἱστοῦ, κατ' ἰραλοδένην, ὑπὲρ ὃ ἐστὶ, τὸ καρχήσιον, hoc est, ἠλακάτη, est tenuissima, ac summa pars mali, secundùm Eratosthenem: summa quam, est carchesium. Pollux lib. 1. Onomastiõ: ἡ δὲ ἐπὶ τὸ μέγα ὑποδεχόμενον τὸν ἀγὸν, λαναι τὸ δὲ ἐναρμοσθὲν αὐτῷ ξύλον, τὸ δὲ τελευταῖον, τὸ πρὸς τῇ κεραίᾳ, ἠλακάτη, καὶ θωράκιον, καὶ παλάθιον. id est, Quod malam suscipit. Lenas dicitur, quod ei apiatur, ξύλον, extremum uerò, circa antemnam, ἠλακάθη, θωράκιον, & carchesiũ. Idẽ lib. 10. cap. de piscatorijs, & naualibus instrumẽtis. ὀρθιαξ, inquit, appellatur inferior mali pars, ut superior, carchesiũ, Hesychius. καρχήσια, τὰ πέρατα, τὰ ἐπάνω τῶ καλαρτίων τῶν πλοίων, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἱστῶν. Sed idem addit etiã, καρχήσιον, εἶδος ποτηρίου, καὶ τὸ ἐπικείμενον τῶν φοῶν ξύλον, καὶ ἑρμῆ λῶν τετρόγωνον, διελοσκελὲς. Species poculi, & testudini bus impositum lignum, & instrumentũ fabrile triangulum. Et Graia ad.] Ad Græcorum urbes ferenti uentilum. Contra Brundusium diximus Dyrrachium uno pellat. Contra Brundusium esse Græcam urbem: (Pompeianus enim dux Bibulus Corcyram cum classe tenebat) quam Cæsar ita petebat, ut inter eam & Apolloniam, in Macedoniæ oram appelleret. Ipse in Pharsaliam scribit se omnes naues ad unam incolumes exposuisse. Locus certè, quo primum applicuit, Palæste dictus est, Oricoricinus. Atque hæc ea sunt, quæ hîc Græcorum mœnia uocat Tranquill. in Cæsare. A' Brundusio, inquit, Dyrrachium inter oppositas classes hyeme transmisit. Cessantibusq; copijs, quas subsequi iusserat, cũ ad accersendas frustra sæpe misisset, postremo ipse clam noctu paruulum nauigium solus obuoluto capite conscendit: neque aut quis esset, antea detexit: aut gubernatorem cedere aduersæ tempestati pussus est, quàm penè obrutus fluctibus.

Phæacum è lit.] Epidamnus à Corcyrensibus illic, qui aliquando Phæaciam insulam tenuerunt, condita fuit in ora Macedoniæ, qua ipsa terra Ionio pulsatur. Apianus tamen ab Epidamno quodam Barbarorum rege, nomen illi impositum arbitratur: à cuius nepote ex filia Dyrrhacho portus postea urbi adiectus fuit: qui exoleto ueteri nomine de se Dyrrachium appellauit: quod nomen postea Romani rerum potiti, prius ut ominosum detestati, libentius retinuerunt. Dyrrachium igitur Corcyrensium coloniam Graia mœnia, & Phæacum tota littora appellat: quod illo tractu à Corcyra usq; ad Dyrrachium Pompeiani omnes portus tenerent. De conditione Epidamni apud Strab. & Thucydidem non Corcyra, sed Cercyra legitur, quàm & μέλαιναν νῆσον nominat illefacitq; ab ea diuersam Corcyrã, cuius opes quondam maximi, & rei nauticæ pollentissimæ fuêre: sed bellis diuersis, & tyrannis attritæ: ac tandem insula à Romanis libertate donata. Hîc eruditis suum liberum iudicium esto.

Carbasa.] Naues uentis destitutas, si remis incumbendum sit: pars pro toto. Rumpite.] Ad milites hortantis Cæsaris uerba sunt, habentq; celeritatis, siue præcipitantiæ potius indicationem, ut funes nauticos, quos paulò mox rudentes uocabit, non soluant, quod tarditatem, & moram coargueret, sed abrumperent, cum fauens, propitius, ac ferius ueritus inuitet ad nauigandum.

Iam dud.] Caussa parcipitationis, quod paulatim dispalescentibus nubibus uerisimile esset, uentos positum iri: simul quod cum prospero uento, etiam portus, & loca maris portui proxima aquis nudarentur flatu uehementia, qua æstus in aduersam plagam pellitur.

Sidera.

Sidera pri.] Periphrasticè uespertinum tempus, ab occasu solis, & lunæ exortu siderumq; emersu in oriente describit. Nonis Ianua. Cæsar naues soluit, cum occasu solis, & exortu ex aduerso, Lunæ & stellarum, impositis legionibus 7. Phœbo lab.] Sole Occidente, periphrasis, communi sensui accommodata. Nam cum sol occidit, uidetur in Oceanum demergi. Exierant.] signa oriebãtur, quæ in occasum solis cõspiciũtur, eius umbra cœlo sublata. Luna su.] Vt sol interdiu sua licet umbra, ac luce propria, ita Luna noctu Solis luce illustrata umbram mittit. Fuit igitur occidente sole, uel pleniluniũ, aut certè luna diuidua, ut ad umbrã eius utcunq; nauigaretur. Sed Sulpit. exponit. Luna non eis habebat, ut lumen Solis uinceret, ab altera parte corporis opaci, faciens in altera umbrã. Ego cum Clarcano B sentio, qui & ipse putat pœtam dicere, lunam surrexisse.

Sidera prima poli, Phœbo labente sub undas
Exiuerant, & luna suas iam fecerat umbras.
Tum pariter soluere rates: totosq; rudentes
Laxauere sinus, & flexo nauita cornu
Obliquat læuo pede carbasa, summaq; pandens
Supara uelorum perituras colligit auras.

Sinus.] uelorũ. Sunt enim rudentes nautici funes, quos, opinor, Græci περιπέτεια uocãt. Hos uelorum sinus expandêre. Studium, & conatũ nautarum in soluendo orã exponit: eaq; dilatat ποιητικῶς. Et flexo na.] Cornua uelorum summa demonstrauimus paulò ante ex Hesychio, carchesiũ esse. καρχήσια, τὰ κέρατα, τὰ ἐπάνω τῶν παστῶν. id est, carchesiæ cornua, quæ sunt supra summitatẽ antemnarũ. Læuo pe.] πόδες à Græcis dicũtur, funes nautici, quib. uela utrinq; uel ad proram, & puppim alligantur: uel quibus antemnæ transferuntur. Aristoph. in Equitib, ἄθρει, ὦ τὸν πόδα παρίει, id est, collige, & rudentẽ dimitte, siue remitte. Maro. Vnà omnes facere pedem.

Sinus.] uelorũ laxas, fluxasq; partes, quæ uentorũ flatibus intumescũt: quanquam huius uocis significatio latius patet ut sinus maris: sinus lactis: sinus oculorum &c.

Summaq; p.] Explicãs summa uelorũ, ut iam toties dictũ est. Alioqui supparũ propriè est, siue supparus togæ genus leuis quidẽ, & angustæ, sed q̃ externis superinduatur. Lucan. Suppara nudatos cingũt angustia lacertos. Metaphorice pro sinu, & rudis uelorum usus est pœta.

Vt pri.] Soluta ora nauigãt Cæsariani uẽto utrumq; secũdo, sed parum crebrescẽte: id quod indicat, cũ dicit, uela exiguũ tumuisse.

Vt primum leuior propellere línea uentus
Incipit: exiguumq; tument, mox reddita malo
In mediam cecidere ratem, terraq; relicta
Non ualet ipsa sequi puppes, quæ uexerat aura.
Aequora lenta iacent alto torpore ligata:
Pigrius immotis hæsere paludibus undæ. (das,
Sic stat iners Scythicas astringens Bosphorus un-
Cum glacie, retinente fretum non impulit Ister,
Immensumq; gelu tegitur mare, comprimit unda
Deprendit quascunq; rates, nec peruia uelis
Aequora frangit eques, fluctuq; latente, sonantem
Orbita migrantis scindit Mæotida Bessi.

Mox reddita.] Quem sit flare desinentibus laxa malis hæsere, ac in mediam nauim cecidere, quod tum ad ea uigendum parũ essent utilia, imò impedimento potius nautis discurrentibus per transtra. Non ua.] hoc est, uentus qui naues à terra deduxerat, iã positus non ualuit eas sequi, & uela ampliùs implere. Aequora le.] nam remittente flatu, æquoris superficies nõ potest nõ esse æqua, propemodũ in modũ glaciei immota. Pigrius.] hyperbole, cuius amplificationẽ attexit, à natura Bosphori frigore Brumali cõgelati. Sic stat.] Vnde Adriæ per inde stabat pigra, ut restagnantes paludes, & Bosphorus astrictus glacie hyemali. Bosphorus.] Duo Bosphori sunt, angusta maris freta, quorum alter, Thracius, alter Cimmerius appellatur. In Bosphoro Thracio, ubi Byzantium est, os Pontici maris in angustias quatuor stadiorũ contractũ, in Propontidẽ Euxinũ exonerat: fluctũ angustè 120. stadiorum lõgitudine. Propontis inde ad quinquaginta patet stadia: cuius lõgitudo fermè triplo maior: ac tum demũ iterum mare angustijs excepti̇ũ, in Aegæũ effũditur, ubi 7. stadiorũ Euripus Europã ab Asia dirimit. Cimmerius Bosphorus inter Mæotim & Euxinũ Europã abluit. Quod uerò ad Bosphori nomen attinet, fuit circa Ponti ostiũ, quem incolæ Bouem dixerũt, in ora Asiæ, ubi primũ Io Inachi filiã cõstitisse traduni fabulæ. Has angustias omniũ primus Darius ponte iunxit, quem Mandrocles Samius posuit. Oppida in Bosphorum Cimmericum uergentia sunt, Myrmetiõ, Panticapæum, Theodosia, Hermissium. Ister.] Ister per immania magnarũ gentium diu Danubius est: deinde aliter appellantibus accolis Ister fit, acceptisq; aliquot amnibus, ingens iam, & eorum, qui in nostrum mare effluunt, rãtum Nilo minor sed totidẽ ostijs, at tribus tenuibus, reliquis nauigabilibus decidit. Hic non procul ab Euxino, subito in Boreã, ac mox Occasum uersus reflectitur, & Ierassum, ex Geticis mõtibus delapsum excipit. Demũ mgẽti mole undarũ non amnis, sed lacus specie referẽs magis, nõ septẽ, neq; trib. tenuibus, ut Melæ placet, sed ex uastis fluminib in Pontẽ euoluitur. Singula ora, teste Plin tãta sunt, ut probetur in 40. millia pass. lõgitudinem uinci, dulceq; hausti̇m intelligi. Itaq; loquitur de Bosphoro Thracio q̃ in Pontũ Euxinũ exoneratur, quẽ per Bosphorũ proximũ intelligit, aut ipsum Bosphorũ cuius angustiæ eo durius cõgelãtur, quo magis Pontus Euxinus iacet constrictus, & glacie iners.

Cõprimit.] Astringit, ne per glaciẽ loco moueãtur, ut tantũ non cõprimantur, ut disiliant, & cõpages earũ dissoluantur. Nec per.] amplificatio horrendæ frigoris, & induratæ glaciei: ut hæc nõ cædat equitib. percurrentes, neq; curribus oneratis Bessorum per cõgelatam glaciem, migrantium. Orbita.] á circulari, siue orbiculari potius forma rotas curuum innuit, qui per Meotim paludem in Scythia in glaciem induratam aguntur. Meotida,] Alio loco à nobis demonstratum est, Euxinum mare per Thracium Bosphorum meridiem uersus labi, ui, & multitudine undarum, in Propontidem se exonerante quod quidem ex amnium Mæotin, & Euxinum ingredientium numero, ac magnitudine accidere uerisimile est: & ostendimus paulò antè inter Mæotiden, & Euxinum pontum, Bosphorum Cimmericum esse Meotidis accolæ,

Mæotæ

Meotæ appellantur, Scythica gens magna & frequent.

Bessi.] *Sed antequam ad Bessos perueniam, uisum est operepræcium paulò luculētius totū hunc tractum à Ponto Euxino ex Plinio subijcere, ut accolarum Meotidis situs multò plus habeat lucis. Dein (à Thracio Bosphoro) uastum mare, Pontus Euxinus, qui quondam ἄξεινος, longè refugientes occupat terras, magnoq; littorū flexu retro curuatus in cornua ab his utrinq; porrigitur, ut sit planè arcus Scythici forma. Medio flexu iungitur ostio Mœotici lacus Cimmerius Bosphorus, id os uocatur. tria*

M. D *passuum latitudine. Hæc Plinius, quæ mihi satis operæ pretium esse uidentur, ad adferendum descriptionem populorum circa Meotin habitātium. Ad amnem Strymonem dextro latere accolunt, Denseletheæ. Mediq;, usque ad Bisaltas: Læuo uerò, Digeri & Bessorum multa nomina diuersa. Homerus Strymonis accolas ἀλιζώνους dixit, quod mari præcingantur: & Hæmus uastio iugo excurrunt in pontū, olim latrocinijs infamis. Constat hinc Bessos montis Hæmi accolas fuisse gentem feram, & agrestem: ac longè late q; latrocinandi causſa, uagatam.*

Sæua quies.] *Tranquillitas maris Cæsari aduersa, & inclemens, simul & languida stagna maris non fluūt, perinde aestuquor à natura dānatum esset, ne fluctus suos moueret, ac consuetas uires cōmeandi reciprocas seruaret, ut solito æstu flueret, refluereq;.* Tremit.] *sed iacet immota unda, ut ne solit quidem imaginē hue agitatā ac tremulā m aquarū superficie uibret. Solis imaginem hoc loco lunā intelligit, quæ lucē suā à Sole accipit, nauigabat Cæsar nocte, ut modo dictū est.* Cassus.] *sed multis hostiū iniurijs fluctantes expositæ naues fuerūt, cum hoc pacto quasi in cōgelata glacie immotæ hærerent.* Illinc inf.] *cōmemorat pericula, & casus, in quibus naues perierit abātur. Hinc naues Pompeij, quæ totum contractum aduersi littoris obsederant, & omnes portus eum adoriri, & proterere poterant. Illinc longa fames omnib. copijs exitiū minabatur. Atq; hæc pericula Cæsarianis impendisse per immodicam maris tranquillitatem innuit poēta.* Et inertia tōsis.] *Et hostiū classes, stans, immotumq; mare remis nauigare coactæ fuissent, si consilium stetisset Cæsaris classem, uel circumuenire, uel debellare.* Tonsis.] *Tōsæ remi dicuntur, à tōdendis fluctibus, siue quod ferro tōdeatur. Maro.*

Et in lento luctantur marmore tonsæ.

Addatur, & illud, quod profundum hoc loco pro mari usurpatur. Non uota.] *Pulchrè noua uota, insolita, & insueta: tempestatem qualemcunq; ut aliquò saltem appellerentur, ne ibi diutius immoto mari, ac tranquillo cœlo subsisterent, hostibus opportuni.* Et sit mare.] *ut suo more, & ingenio fluctus agitentur, moueanturq;, & fluctus fluctum trudat. Nam nulla tempestatis iudicia in cœlo apparebant, nullis obductū erat nubibus: nulla tempestatū signa, nulla prognostica oculis obijciebātur, cùm cœlū adhuc esset serenū. Nullū naufragij periculum erat.* Sed nocte.] *eo die, qui statim nocte insequutus fuit, sol non solū in nube ortus fuit, sed totum cœlū nubibus*

Sæua quies pelagi, mœstoq; ignaua profundo
Stagna iacentis aquæ, ueluti deserta rigente
Aequora natura cessant, potusq; uetustas
Oblitus seruare uices, non commeat æstu,
Non horrore tremit, non solis imagine uibrat.
Casibus innumeris fixæ patuere carinæ:
Illinc infestæ classes, & inertia tonsis
Aequora moturæ, grauis hinc languore profundi
Obsessis uentura fames, noua uota timori
Sunt inuenta nono: fluctus, nimiasq; precari
Ventorum uires, dum se torpentibus unda
Excutiat stagnis, & sit mare, nubila nusquam
Vndarumq; minæ, cœlo languente freto q;,
Naufragij spes omnis abit, sed nocte fugata
Læsum nube diem a iubar extulit, imaq; sensim
Concussit pelagi, mouitq; Ceraunia nautis.

obductum tempestate ita mare misceri, ut Ceraunia Epiri montes nautis abstulerit: ut mouit, simplex pro cōposito accipiatur, pro submouit ex oculis nautarum agitatione fluctuum. Suipitius ex posit iubar. pro Lucifero stella. Mouit pro tremuerunt, aut eam naues uentis impellerentur, mouere uidebātur: quod postremum aliquod huc facere ad poētæ mentem, uidetur. Ceraunia.] *Ceraunia, siue Acroceraunia mōtes sunt, Epirū finientes, quæ altissimis iugis in Ioniū exeūt. Chaones, & Thesprotæ circūaccolūt. Tomarus mons hic minorator, celebratus centū fontibus circa radicem Plinio: Strabo hunc tractū à Dyrrhachio ita describit. ἐξῆς δὲ λέγει τὰ χερρόνησον πόλις, περιῤῥαῦον ῥάχιον, ὁμώνομος τῇ χερρονήσῳ πόλις, πλησίον. εἶτα ἄψις ποταμός. εἶτα ἀπολλωνία, πόλις, ποσειδίων τι σῶμα. εἶτα λῶος ποταμός. εἶτα βαλλιακὴ πόλις, καὶ τὰ κεραύνια ὄρη, καὶ ἄκρον τὸ ἰονικὸν κόλπου καὶ νῆσος σάσων. id est, deinde Dyrrachiū ciuitas Cherroneso eiusdem nominis, Cercyreorum conditio, Stagnum Apsus fluuius, tū Apollonia urbs, Corinthiorū opus, Sub hæc Lous fluuius: postea urbs Balliace, & montes Ceraunia, ac Chaones, principiū sinus Ionij & insula Sason. Plinius item testatur, Epirū ab Acroceraunijs montibus incipere Ceraunij mōtes nomen habent, à fulmine, quod eorum uertices propter immensam altitudinē crebris fulminibus feriantur. Sunt autem montes toto ferè orbe Europæo exelsissimi. Et quoniam sublimi uertice in Ionium excurrunt, ab autoribus etiam Acroceraunia uocantur. ἄκρα. promontorium. ἄκρον summum κεραυνὸς, flumen. Ad ortū leuiter in meridiē flexa, sed pari propè altitudines, excipit mōs Pindus. Ab Acroceraunijs cursus in Adriaticū pelagus est, in littus usq; Italicū. Est aūt ea Ionij & Adriatici pars angustissima 700. stad. latitudine hoc est, 21. miliarium Germanicorū spatio, inter Ceraunia & Hydruntū in extrema Calabriæ orta maritimū. sed multò uastius uersus Septentrionem se aperit Adria.*

Inde rapi.] *Tum demum coorto uento naues impelli cœperunt, & maris intorti, ac sinuosi fluctus*

Inde rapi cœpere rates, atq; æquora classem
Curua sequi, quæ iam uento, fluctuq; secundo
Lapsæ Palæstinas uncis *b* affixit arenas
Prima duces uidit uinctis *c* considere castris
Tellus, quā uolucer Genusus, quā mollior Apsus,

sequi classem, fluctus, obsinuositatem littoris, curuos uocat. Ombonus putat, hypalagen, hoc loco posse accipi,

d al. dies.

b al. confixit.

c al. cōsistere.

Circumeunt ripis, Apſo geſtare a carinas
Cauſſa palus, leuiquam fallens egerit unda
At Genuſum nunc ſole niues, nunc imbre ſolutæ
Præcipitant, neuter longo ſe gurgite laſſat,
Sed minimum terræ uicino littore nouit.

a al. carinã

Hoc ſortuna loco tantæ duo nomina famæ
Compoſuit, miſeriq; fuit ſpes irrita mundi,
Poſſe Duces parua campi ſtatione diremptos
Admotum damnare nefas, nam cernere b uultus,
Et uoces audire datur: multosq; per annos
Dilectus tibi Magne ſocer, poſt pignora tanta
Sanguinis infauſti, ſobolem mortemq; nepotis,
Teniſi Niliaca propius non uidit arena.
Cæſaris attonitam miſcẽda in c prælia mentem
Ferre moras ſcelerum partes iuſſere relictæ,
Ductor erat cunctis audax Autonius armis,
Iam tum ciuili meditatus Leucada bello.

b al. uultu
c al. ad præ

Lapſa Palæſtinas.] Claſſis procurrens, & iuncta ancoras Epiroticolittori fixit. A proximis littoribus monſtrat: non enim in Epiro, ſed ad eum locum qui Pharſalia appellatur, omnibus nauibus ad unam incolumibus, milites expoſuit. Pharſaliam initio primi libri diximus Theſſaliæ oppidum eſſe, ſic dictum à Pharſalo Acriſij filio. Paleſtinas.] Epiraticas à proximis littoribus. In Syria Palæſtina eſt. Nomen Iudææ Palæſtinæ tribuit Ptolemæus lib. 5. traditq; eã finire. Antilibano monte, non ipſe quidem ſolus, ſed complures alij etiam: ut tantum eum tractum Iudæam uocent, quam eius gentis tribus incoluêre. Sunt, qui ſubtilius paulò diuidiant, & partem Paleſtinæ, Iudæam faciunt, cui ab occaſu, & meridie Idumæa eſt: à Septẽtrione, & ortu, Samaria, ac Gallilæa: ſimiliter Palæſtinæ partes cõiunguntur. Sunt qui Idumæam cum Palæſtina confundunt, fortaſſis quod eas terras Philiſtim, & Edom aliquãdo tenuêre. Pliniust tamen lib. 5. hanc à Iudæa, Samaria, & Galilæa ſeparat. Verum iſta nihil ad præſens inſtitutum attinẽt. Domuimus paulò antè ex lib. 3. cõmentariorũ de Bello ciuili. Cæſaris, eum expoſuiſſe ſuos milites ad Pharſaliã: locum

Inde Initium Epiri Interpres addit, Palæſtã nomen ſortitam, quod duæ fatidicæ colũbæ è Syria Dodonã conuolarunt, quæ Palæſtinæ fuerunt appellatæ. Celebrantur duæ colũbæ quæ ex Thebis Aegyptijs in Epirũ, & in Africam euolarũt: quarũ altera Dodonæ oraculũ cõdiderit, altera Hãmonis χρησμὸν conſtituerit. Sed ad rem. Pro Pharſalia, quidam Palæſtinã ſcripſerunt. Plutarchus Cæſarem Apolloniam tenuiſſe ait. Genuſus.] *ab amne, ſuper quem conſedit Cæſar, quem deſcribit à rapiditate Curſus.* Quam moll. Apſus.] *à lenitate curſus. Eſt is non procul à Dyrrhachio, teſte Strab. Huic miraculum tribuunt: ſi ex eo biberint animalia, partum aiunt fore nigrũ.*

Cauſſa.] *à cauſſa, cur nauigabilis ſit, quod palus leniter ſe in Apſum exoneret.* At Genuſum.] *Contrà, inquit, Genuſus uiolentior eſt, rapidiorq; ſuo curſu, quod niuibus partim æſtu, partim pluuia aqua ſoluta tis augeatur, ut intra ſuos alueos uix ſe contineat. Adhæc, neuter procul à mari, in quod ſtatim effundũtur, plenis ripis fluit.*

Hor fortuna.] *Ad Apſum, quem nõnulli Aoum, Plin. etiam Aem uocat, ut & Põponius, qui eum ſecundùm Apolloniam eſſe ſcribit.*

Hoc ſortuna loco tantæ duo nomina famæ
Compoſuit, miſeriq; fuit ſpes irrita mundi,
Poſſe Duces parua campi ſtatione diremptos
Admotum damnare nefas, nam cernere a uultus,
Et uoces audire datur: multosq; per annos
Dilectus tibi Magne ſocer, poſt pignora tanta
Sanguinis infauſti, ſobolem mortemq; nepotis,
Teniſi Niliaca propius non uidit arena.
Cæſaris attonitam miſcẽda in b prælia mentem
Ferre moras ſcelerum partes iuſſere relictæ,
Ductor erat cunctis audax Autonius armis,
Iam tum ciuili meditatus Leucada bello.

Cãdauia: qui acceptò nuntio, de ijs, quæ circa Oricum, & Apolloniam fiebant tum demum magnis itinerib. Dyrrachium, perijt ne ciuitas ad bellum opportuniſſima hoſtis interuentu alienaretur.

a al. uultu
b al. ad præ

Parua ſta.] Paruo lia. *interuallo ſeiunctos, ante oculos oblatum ciuile bellũ improbare: ut uultus mutuos propè uidere, & uoces audire liceret.*

Do no, f.] *Duos maximos imperatores fortuna commiſit. Erat Pompeius Dyrrachij, quò deſperatione oppidi Orici potiundi Octauius Libo ſe contulit. Huc ſtatim poſt primum appulſum, L. Vibullium Rufum Pompeij præfectum, qui bis in poteſtatem Cæſaris uenerat, & bis dimiſſus fuerat, ſemel ad Corfinum, iterum in Hiſpania, cum mandatis de pace agenda miſit. Cæſar ad Oricum caſtra poſuit: eſt autem id oppidum in ora Macedoniæ à Colchis cõditum. Vrbium prima in Macedonia eſt Oricum, ſecunda Dyrrachium. Et Plinius id Macedoniæ tribuit: atque inde initium Epiri facit. Lucius Florus libro quarto.* Nec Cæſar, inquit, moratus, quippe ordinatis à tergo omnibus, quamuis hyems media prohiberet tempeſtate, ad bellum nauigauit: poſitis ad Oricum caſtris, cùm part exercitus ob inopiam nauium cum Antonio diſſa. Brunduſij moram faceret, adeò impatiens erat, ut ad arceſſendos eos, ardente uentis mari nocte concubia, ſpeculatorio nauigio, ſolus ire tentauerit. Itaq; Pompeius Brũduſium tenebat: Cæſar uerò ad Orincũ caſtra poſuerat. Etenim eo die, quò Pharſaliam applicuit, Oricũ proceſſus, oppidanorum ſtudio, urbem ex L. Torquato recepit: & pari celeritate Apolloniam, & ipſam maritimã occupauit, ultro ab oppidanis receptus. Id deditionis ſtudiũ ſecuti Belidenſes, Amantij: alijq; plerique populi, portas ei patefecerunt. Sed cùm iſta gererentur, erat Pompeius in

Ab inte-

Ab interitu igitur Iuliæ Cæsar non destitit de Pompeij mutatione dubitare, ad cuius tamen necessitudinem retinendam, Octauiam sororis suæ neptem C. Marcello desponsam, ei conditione detulit, ut ipse Pompeij filiam duceret, Pausto Syllæ destinatam, sed neutrum fieri contigit. Post pi.] *Post nobile pignus, hoc est, Iuliã Pompeio iunctam, quã affinitas perpetua uidebatur, nũquam propius uidit Pompeium, quàm hoc loco, præterquam, cùm postea in Aegypto eius caput oblatum cæsi conspexerit,*

Niliaca.] *Aegypto. Nam postquam Cæsar in Aegyptum uenit, non tam odio, quàm metu, ne Pompeius per ocium bellum repararet, eius caput non solum non cupidè uidit, sed ne lachrymis quidem temperauit, ut etiam indignationis templum eo loco statuerit, ubi ita afficiebatur, quo actæ rei monumentum extaret.*

Cęsaris at.] *Cæsar enim, positis ad Oricum Castris, cum exercitus pars ob inopiam nauium cum Antonio dimissa, Brundusij adhuc hæreret, pugnæ copiam, nisi illis transportatis, facere noluit. Expositis militibus eadem nocte naues Brundusium remittuntur, ut reliquæ legiones, equitatusq; transportari possent. Hinc officio præpositus erat. Fusius Galenus legatus. Moras scelerum, suo more eladem ciuilem uocat.* Relictæ.] *Legiones Brundusij cum Antonio qui illi exercitui præerat.* Meditatus Len.] *Ridiculum hoc, ne quid dicam ἀδύνατον, quasi uerò. Antonius euentum belli præscire potuisset, aut multo antè Cæsaris fatum miserabile, nouos motus inter se, & percussores, partitionem imperij inter Triumuiros, & postremum conflictum naualem ad Actium, inter se, & Octauiam. ἀλλὰ σκώπτει.* Leucada.] *Actiacam pugnam Leucas clarum oppidum est maximè in Acarnania Pomponio. Strabo libro decimo. ἡ νῦν λευκὰς πόλις, χερρόνησος ἦν πρὶν, ὑπὸ δὲ πορινθίων ἐτμήθη. καλοῦσι δ' αὐτὴν ὅμηρος, αὐτὴν ἡ πείρκειτος τῆς ἀκαρνανίας ἀπολονότι, ἧς μέρος, τὸ νήριτον. ὅπερ λείψανον ἐλέγετο λίγει, ἀλλὰ καὶ τὰ προσκείμενα, καὶ ἡ αἰγίλιψ πόλεσι, ἣν κατελόγῳ, τῆς λευκάδος εἰσὶ πολίσματα, ὡς μὲν τὴν νῆσον ὅλην ἔχειν πόλεις τρεῖς. λευκάδα μὲν ἣν τῷ χερρονήσῳ πορθμῷ, τὴν πρὶν νήριτον, καὶ ηριτον, καὶ αἰγίλιπα, id est. Ea, quæ nunc Leucas est, antea fuit Cherronnesus, aululsa à Corinthijs. uocatq; Homerus Acten. ut. Acten cõtinentis Acarnaniæ, cuius pars est. Neritum: quod Laërten inuasisse dicit. Sed & Crocylia, & Aegylips urbes sunt in catalogo propè Leucadẽ, ut insula in uniuersum tres urbes habeat, Leucadẽ in fronte, initio Neritum, & Crocylia, & Aegilipem. Cæterum mons Leucates dicitur. Mar. lib. 3.*

Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,

Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Mons Leucates alioqui erat Apollini sacer. Tradunt in insula Leucade aliquando Leucadium, Penelopes, & Alcmeonidæ filium regnasse, Leucade hodie nomen est. Sancta Maura, & Leucadæ. In eodem littore ad occasum magis, Actium est, à Leucade 75. stad. distans. Inter quod, & Leucadem fœliciter nauali prælio cum Antonio, & Cleopatra conflixit Augustus, in cuius uictoriæ perpetuam memoriam in Actiaco littore uetusium Apollinis templum ab eo post uictoriam ampliatum fuit, ludis institutis celebre. Et haud procul ab Actio urbẽ Nicopolin liberam condidit, quam à uictoria sua ita nũcupauit, ut eius rei memoria apud omnem posteritatem celebraretur. Ludi fuerunt quinquennales, ad imitationem sacrorum Olympicorum certaminum. Locum, in quo castrametatus fuerat, Neptuno, & Marti dedicauit.

Illum sępe.] *Priusquam nauigationẽ Cæsaris Brundusium, ad transportandas reliquas religiones, describebat, refert expostulationem Cæsaris ad absentem Antonium, indignationis plenam, & planè militarem.*

Illum sæpę mi.] *Antonium fingit minis modò, rursum precibus cunctantem euocatum, ut in Macedoniam Adriaticũ exercitus reliquias traduceret. Sed priusquam Cæsar ipse proficisceretur nauigio speculatorio, post suũ in Macedoniam appulsum, sequenti nocte naues Brundusium remisit, quarum 30. Bibulus, qui cũ classe erat Corcyræ, subito in cursu cœpit, captas cum ipsis nautis & nauium dominis, sperans se reliquos deterrere magnitudine pœnæ, flamma concremauit: tanto maiore ira Pompeiani belligerabãtur eo tẽpore, quàm Cæsariani. Et sperauerat Bibulus se alios cui parti onustarum nauiũ occurrere posse, cum inanibus occurreret. Atq; hoc consecto negocio, à Salonis ad Orici portum, stationes, & littora omnia, longè lateq; classibus occupauit, custodijsq; multo, quàm antè diligentius dispositis, ipse asperrima hyeme in nauibus excubabat, nullum despiciẽs, laborem, nullum munus neq; expectãs subsidiũ, si in Cæsaris potestatem ueniret.*

Illum sæpe minis Cæsar precibusq; morantem
Euocat, O mundi tantorum caussa laborum,
Quid superos, & fata tenes? sunt cætera cursu,
Acta meo, summam raptim per prospera belli
Te poscit fortuna manum, a num rupta uadosis
Syrtibus incerto Libyæ nos diuidit æstu?
Nũquid inexperto tua credimus arma profundo?
Inq; nouos traheris casus? ignaue, uenire,
Te Cæsar, non ire iubet, prior ipse per hostes
Percussi medias alieni iuris arenas.
Tu mea castra times, pereuntia tempora fati
Conquerer, in uentos impendo uota, fretumq;
Ne retine dubium cupientes ire per æquor.
Si bene nota mihi est, ad Cæsaris arma iuuentus,
Naufragio uenisse uolet, iam uoce doloris,
Vtendum est, non ex æquo diuisimus orbem:
Epirum Cæsarq; tenet, totusq; senatus,
Ausoniam tu solus habes. his terq; quaterq;
Vocibus excitum, postquam cessare uidebat,
Dum se deesse Deis, ac non sibi numina credit,
Sponte per incautas audet tentare tenebras
Quod, iussi timuere, fretum: temeraria prono
Expertus cessisse Deo, fluctusq; uerendos
Classibus exigua esperat sulcare carnia.

O mundi.] *Expostulatoria Cæsaris oratio est ad Antonium, qui cum reliquis copijs identidem uocatus, Brundusij cessabat. Exordium duxit ab exclamatione, quod Antonius sua coniunctione exitum belli ciuilis, qui nunc factus esse potuisset, remoraretur, in quem totus mundus erat intentus.* Quid tu &.] *Cur remoraris*

a al. non.
b al. at.
c al. superare.

Aparit finem belli, quod, nisi per te stetisset, iam dudum confectum habuissemus ab incommodo. Sunt cętera.] omnia nostro recto consilio fœliciter, & uirtute sunt cõfecta. nihil igitur reliquum est, nisi id, quod fortuna abs te postulat, ut finem bello imponamus. Quare eleganter addit. Summam manum f.t.p.] *Summam manum imponere, siue addere*, per uetustum prouerbium est, pro eo quod est, rem omnibus suis numeris absoluere. Sumpta metaphora est, ab artificibus, qui primum, inquit Eras. rude quoddam simulachrum effingunt, atque hanc primam appellant manum. Inde expoliunt nõnihil, reddũtq; expressius, postremo summa, exactaq; cura absoluunt, atque hanc summam manum uocant. Huic affine est, summum fastigium imponere: & addere: & catastrophen apponere. Itaq; uult Cæsar finẽ bello imponi, id quod procliue factu esset, si per Antonium liceret. Num rup.] à facili, ad transportandũ exercitum. Si num legas, interrogatio est: si non contrà. est'q; eadem sententia. Non diuidunt nos Syrtes, inter quas, & Epirum aut Brundusium, uastum mare Libycum, Aegæ B um, & Ionium medium interluit, cum inter Calabriam, Brundusiumq; & Dyrrhachium, atq; Epirum fretum sit non multorum stadiorum latitudine. Vadosis Syrtibus.] de Syrtibus duabus in mare Libyco, quamuis alibi copiosè annotauimus, id tamen breuiter hoc loco subijcere uisum est. intra Leptim Syrtes esse, reciprocum, parem, & uadosum mare, quæ æstu exundãte, incertis sedibus subsidunt: modo ob arenarum cumulos congestos, uadosæ, ut ob incertas uices caueri nequeant, rursum eadem loca, quæ paulò antè uadosa erant, dispulsit arenis in præceps profunda reddunt: rursum breuia inquidem uarietate subinde alternante, eius littoris oram, nauigabilia fiunt, quæ antè nauigabantur. Atque hac periculi atrocitas infamem reddit. Nam naues plenis uelis compactæ disiliunt illisæ uado. In hac breuia C. Seruilius Cepio & Cn. Sempronius Consl. Rom. locorum imscitia delati, subito pelagi recessu, aquis destitutæ fuerunt: ac classe in arido constituta, rationis omnis, ac consilij inopes, ad desperationem penè fuerunt redacti. Sed statim reciproco maris æstu naues ablatæ ui remorum in altum redierunt. Nunquid inexperto] *Inexperto* mari, nõ antea à me tentato, pastiuè, cùm frequẽtius actiones transuectaret, mare emensus fuerat: quare acerbè ut significet. Cæsar enim nuper admodum, cum septẽ legionem ignauum appellat, quod exemplum imitari non audeat. Neque uerò casus noui sunt, quos experiretur Antoniut. Percussi.] ab exemplo, quod debeat imitari. fixi ancoras meas prior, in mediis hostium litoribus, quæ Popeius cum numerosa classe, et copijs terrestribus tenet. Atq; hanc Epiri, & Macedoniæ maritimam oram alieni iuris arenas, ut ab inimicis insessas, dicit. Pereuntia.] tua ignauia, quæ meam uictoriam, mihi fato destinatam, remoretur, quam propè in manibus habeo. In uentos.] id est frustra preces consumo meas in fretum & obliuisci liceat, cùm legiones alacres sint ad nauigandũ. Iam illud prouerbialiter dictum est, in uentos cõsumere: & tradere uẽit, pro eo, quod est, obliuisci, atq; ex animo eijcere. Ventoloqui, pro eo, quod est, inaniter: quod uentus omnia disipet, cogatq; euanescere. Hinc illud crebrò apud Homerum, ἀνεμώλια βάζεις. uentosa loqueris.

Cupientes.] Legiones traijcere periculosum, siue inconstans fretum, quod utrũ tranquillũ sit, an sæuum futurum, incertum est. Si benè nota.] *amplificatio* ardoris legionum ad traijciẽdum, ut tãto magis coarguatur ignauia Antonij, & cessatio. Gestiunt transportari, etiam cum naufragij periculo, ut si uel in repandis tabulis in littora eijciendi essent, & nudi, inermesq; natãdo euaderent.

Iam uoce doloris.] *Qua dolorem animi mei tester, quod cum ego, & totus senatus teneat Epirũ, solus tu Italiam possides, atq; tuo imperio regis. Proinde æqualiter orbis diuisus est.* His terq;] *Cum semel atq; iterum atque inde sæpius Antonius per literas euocaret, & semper cunctaretur, ad ultimum ipse Cæsar ausus fuit nauigio speculatorio mare tentare. Iam illud, terq; quaterq;, quamuis cũ tra figuram sed cum amplificatione, hoc loco dictum est, tamen apud Græcos, & Latinos τρὶς τετράκις. prouerbium sapit, de re omnibus numeris absoluta. Græci numeri additione, maximè ternarij, rem amplificãt: fortasse quod apud priscos is sacer habebatur, & absolutus, adeò, ut quicquid ter dictũ, factum'ue esset, id efficax haberetur. Vnde in magorum etiam mysterijs adhibitus fuit. Vergil. Pharmaceu.*

> *Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore* «
> *Licia circundo, &c.* «

Quin & illa passim obuia sunt apud bonos autores. τρὶς μάκαρ τρὶς ναταίρατε &, & similes loquendi formæ de rebus absolutis. Hinc illud apud Homerũ frequens. τρὶς μὲν ἀνώρουσεν. Tibullus.

> *O' mihi fœlicem terq; quaterq; diem.* «

Excitum.] *Vrgebat Cæsar Calenum, & Antonium, ut ostendimus literis, ut primis ad se tempestatibus transmitterent. Id cùm segnius fieret, sub noctẽ pauciss imis comitatus, ad mare descẽdit in Italiam traiecturus. Lembum, uel ut alij, piscatoriam cimbam, Floro, speculatoriũ nauigium, ingressus, atq; in alium euectus magnitudine tempestatis fuit penè obrutus. Cæsar ipse ea de re nihil scripsit. Tranquillus in Cæsare. Cessantibusq; copijs, quas subsequi iusserat, cum ad accersendas frustra sæpè misisset, non uisimè ipse clàm noctu paruulũ nauigium solus obuoluto capite cõscendit, neq; aut quis esset, antè detexit, aut gubernatorem cædere aduersæ tempestati passus est, quam penè obrutus fluctibus. Plutarchus prodidit nauim 12. remorum per Anneum Flauium ad mare demissam. Cæterũ quia ea nocte uenti uehementiùs è Ponto spirassent, magni ad ostium fluminis propellabantur fluctus: cum quibus nauigij rector aliquãdiu colluctatus, cùm uis maris insuperabilis uideretur, cœpisset ille metu circumagere nauigium, ut retro abiret, unde soluerat. Eum Cæsar seruili habitu latens manu apprehendit quin, inquit, pro cul tendis? Cæsarem uehis, eiusq; fortunam. Superato fluminis ostio, in maiorem freti inciderunt sæuitiam, quam animo conceperant. Tum uerò Cæsar seminaufragus gubernatorem permisit retro flectere cursum. Inde se in castra recipientem multis querelis milites susceperunt, quod absentium causa in apertum discrimen se coniecisset, uelut præsentibus copijs parum confideret. Hæc Plutarchus.*

Dum se deesse Deis.] *negligere occasiones benè rerum gerendarum à dijs oblatas, non autem deos suos uotis, ac precibus deesse, quæ audiuerint.*

Per incautas.] *Periculosas, quibus pericula, maximè hostium declinare difficillimum est.* Quod iussi ti.] *Ausus fuit Cæsar solus se cõmittere freto, quod Antonius, cum iussi essent nauigare, timuere perterriti.*

Temeraria prono.] *Qui toties expertus fuerat antea, suam temeritatem sibi fœliciter, deo facili, & fauente, successisse. In expeditionibus enim, teste Tranq. obeundis, dubium cautiórne, an audentior fuit. Nam exercitum per insidiosa itinera duxit nunquam, nisi speculatus prius locorum situs: neque in Britanniam transuexit, nisi ante per se portus, nauigationem, & accessum ad insulam, explorasset. Rursum obsidione castrorum in Germania nunciata, per stationes hostium Gallico habitu penetrauit ad suos. Atq; ad eum modum sua audacia ac temeritas, propitio Deo, ei semper prosperè cecederat.*

Verendos.] *Sperauit se traiecturum mare cimba piscatoria, aut nauigio speculatorio, tempestuoso, inclemen tiq; cœlo, quod ne multitudo magnarum nauium ausa erat tentare. Sulcare fluctus, pro nauigare, periphras. carina, nauicula: pars pro toto. synecdoche.*

Soluerat.] *Descriptio temporis nocturni ab eius effectu. Est enim nox parata mortalibus quieti, ut dies laboribus.*

Armorum.] *Signum pro signato: intellectio.* Nox langui.] *Ex efficiente, effectus intelligitur: nã nox corpora mortalium languida efficit, & quieta, solutaq; ab omnibus curis. Quin & armorum dixit pro armatorum multũ: intellectio.* Dat uires.] *hoc est, fortuna dat dormientibus minores uires, ut sit hypallage.* Iam castra.] *Rursum continẽt, pro contento: castra pro militibus, qui intra castra continebantur.* Tertia iam ui.] *à tempore, quo Cæsar ad mare uenit, ut traiiceret, nempe, secunda uigilia, qua altissima quies in omnibus castris erat.*

Sollicito gres.] *ob nocturnum metum.*

Soluerat armorum fessas nox languida curas.
Parta a quies miseris, in quorum pectora somno
Dat uires fortuna minor, iam castra silebant:
Tertia iam uigiles commouerat hora secundos,
Cæsar sollicito per uasta silentia gressu,
Vix famulis audenda parat, cunctisq; relictis,
Sola placet Fortuna comes: tentoria postquam
Egressus uigilum, somno cedentia membra
Transiluit, quæstus tacitè quod fallere posset,
Littora curua legit, primisq; inuenit in undis
Rupibus exesis hærentem fune carinam.
Rectorem, dominumq; artis secura tenebat
Haud procul inde domus, non ullo robore fulta,
Sed sterili iunco, cannaq; intexta palustri:
Et latus inuersa nudum munita phaselo.
Hæc b Cæsar bis, terq; manu quassantia tectum
Limina commouit. molli consurgit Amyclas
Quem dabat alga, toro, Quisnã mea naufragus inquit,
Tecta petit? aut quẽ nostrę fortuna coëgit
Auxilium sperare casæ? sic fatus ab alto
Aggere, iam repidæ sublato fune fauillæ
Scintillam tenuem commotos c pauit in ignes,
Securus belli: prædam ciuilibus armis
Scit non esse casam. ô uitæ tuta facultas
Pauperis, angustiq; Lares, ô munera nondum
Intellecta Deũm. quibus hoc contingere templis,
Aut potuit muris? nullo trepidante tumultu
Cæsarea pulsante manu? tum poste recluso,
Dux ait, expecta uotis maiora modestis,
Spesq; tuas laxa iuuenis, si iussa securus
Me uehis Hesperiam, non ultrà cuncta carinæ
Debeãis, d manibusq; inopem duxisse senectam.
Ne cessa præbere Deo tua fata, uolenti
Angustos opibus subitis implere penates.

a al. Parua.
b al. Hic.
c al. legit.
d al. manibús que.

Castra tum posita erant ad Oricum, ut author est Florus, & ardebat uento mare, eratq; nox concubia, uelut idem author tradit: ibatq; solus. Alij produnt eum sub noctem, & quidem paucissimis comitatum ad mare descendisse. Cæterùm inter uigilias, & excubias hoc interesse dicunt grammatici, ut uigiliæ tantum nocturnæ sint, quæ ternis horis tum ferè mutabãtur, excubiæ etiam diurnæ. Vixq; famulis.] *ab audacia Cæsaris.*

Cunctisq; relictis.] *solus igitur iuit ad mare, & inco mitatus, nisi sola fortuna. Præmiserat tres famulos tamen, qui gubernatorem exercitatum, & nauem commodissimam & celerrimam conquirerent, ut Appianus prodidit: quibus retrò in castra remissis, se Cæsaris nuncium esse finxit.* Fallere.] *uigilet, ne persentisceretur.*

Legit.] *Prætercurrit, ut fit, cum naues transuerso iti nere littus præternauigant Sulpitius exponit, legit, pro aspicit. Vergil. unde omnes longo ordine possent, Aduersos legere. Sed, pro prætercurrere, siue præternauigare, legere, frequens poëtis est. Maro. li. 5.*

Littoraq; Epiri legimus, portusq; s.

Primusq; inuen.] *circa primum litus, in quod incidit, inuenit nauiculam piscatoriam, aut speculatoriam, Floro.* Rectorem.] *hypallage. gubernatorem nauis securũ & otiosum, atq; in utramuis aurẽ sternentem, cymba inuersa tenebat, domus ipsius gubernatoris, haud procul à littore.* Nõ ullo rob.] *descriptio domus gubernatoris, quæ nullis dignis erat fulta, sed contexta iuncis, & canna palustri, lateribus munita inuersa nauicula.*

Munita lat.] *synecdochicè, per accusatiuum, pro, lateribus.*

Quassantia.] *Cæsar quassans pulsans semel atque iterum, ut nautam excitaret, siue quassatam domunculam pulsauit.*

Consurgit Amy.] *Nautam Amyclam uocatũ dicit. Plutarchus prodidit nauim 12. remorum per Anneum Flauium ad mare demissam. Amyclæ alioquin oppidũ fuit inter Caietam, & Tarracinam, conditum ab ijs Laconibus, qui comites Castoris, & Pollucis fuerunt: eiq; nomen indidere, quo Laconicas Amyclas referret. Hæ Amyclæ prouerbiũ reliquere, Amyclas silentium perdidit.* Alga.] *Quam Græci φῦκος θαλάσσιον, uocant, id est, fucum marinum. Huius tria genera recensentur, latum, alterum longius, & quadamtenus rubens, tertium crispis foliis, quò Cretenses feruntur uti in tingendis uestibus: quod genus præcipuè à Latinis alga dicitur, & ea quidem rufa. Cæterùm algæ herbæ descriptionem legat apud Plinium, qui uolet, libro 27. cap. 7. & eius in medicinis usum lib. 26. ca. 14.*

Quisnam.] *Verba sunt Amyclæ trepida pulsatione Cæsaris somno excitati.* Sic fatus ab alto.] *in quo cõcinnatus eius thorus erat ex alga. & ulna palustri.*

Sublato fu.] *Hypallage, pro eo, quod est, sublata fa-*

a nilla tepidi funis, ut rectè meo iudicio exponit Sulpitius, ut intelligamus eum in fune accepisse flammam, in quo ignis seruabatur torto. Commotos pauit.] *ut admota materia arida excitetur flamma.* Securus.] *addit rationem, cur securus belli fuerit. Nam in eo prædæ sunt armatis opes, & ditia ædificia, & quicquid auro, argentoq; lucet, non casæ, non pauperum rusticorum tuguria.*

O uitæ tuta fa.] *Exclamatio in laudem paupertatis, quæ periculorum secura, ab omni armorum iniuria tuta est, nullique prædæ exposita.* Dux ait, expec.] *Onerat nautæ animum magnificis, commodorum promissis, priusquam proponat, quid sit faciendum, quidq; petat, Polliceatur enim se ei ditiora præmia daturum, quàm unquam posit, uel à se, uel à Dijs immortalibus modestè, uerecundeq; optare.* Me uehis Hes.] *defectio, pro, in Hesperiam, in Italiam. Propositio.*

Non ul. ca.] *Non erit, cur posthac uictum quæras mari scapha tua, sed ita tibi prospiciam, ut splendidè, ac suauiter pariter in otio sis victurus.* Duxisse se.] *ut meo beneficio tranquillam, quietamq; senectam sis in otio, & lauta uita acturus.*

Ne cessa.] *Epilogus breuis, ne desit fatis Deorum, qui nunc subito eum ad fœlicitatem & luculentam uitam, nõ sperantem inuitant.* Angustos p.] *qui tenuem familiã, quiq; res domesticas tenues, & angustas subitò amplis diuitijs commutare uolunt.*

Sic fatur.] *Ad eũ maximè modum Cæsar allocutus fuit nauta, & magnificis promissit onerauit, humili habitu uestitus, ne agnosceretur.*

B Indocilis pri. l.] *Quippe qui nesciret, priuatorũ hominum more humilia fari, & præmium, pro merito, nauigationis promittere, cum splẽdida omnia, regum more ostẽtare.* Amyclas.] *inquit, respondet benignè Cæsari, sed rusticorũ more, qui tempestatum gnari sunt.*

Sic fatur, quanquam plebeio tectus amictum,
Indocilis priuata loqui, tum pauper Amyclas:
Multa quidem prohibent nocturno credere põto.
Nam sol non rutilas deduxit in æquora nubes.
Concordesq; tulit radios, Noton altera Phœbi,
Altera pars Boream diducta luce uocabat:
Orbe quoq; exhaustus medio, languensq; recessit
Spectantes oculos infirmo lumine passus.
Lunaq; non gracili surrexit languida cornu,
Haud orbis medij puros exesa recessus,
Nec duxit recto tenuata cacumina cornu.
Ventorumq; nota rubuit, tum lurida pallens
Ora tulit uultu sub nubem tristis ituro.
Sed mihi nec motus nemorum, nec littoris ictus,
Nec placet incertus quod puocat æquora delphin
Aut ficcũ quod mergus amat: quodq; ausa uolare
Ardea sublimis pennæ confisa uolanti.
Quodq; caput spargens undis, uelut occupet imbrem,
Instabili gressu metitur littora cornix.

ἥλιον ἠέναι νεφέλαι σχεδὸν ὠκεανοῖο,
γίγνεσθαι ἀμβολίη λιόθεν χειμῶνος ἰόντος.
εἴγε μὲν ἐν βορέαο μὶ ὁίῃ φοινίσσοιτο,
ἐν βορέῃ πνοιάσιν φέρεσθαι νότιον ὄμβρον.

Nigidius tradit, si Sol pallidus in nigras nubes occidat, Aquilonẽ uentũ significat. Alioqui si Sol occidens speciem rutilantiũ nubiũ ad se trahat, ut iam dictum est, fidẽ facit serenitatis sequẽtis diei.

Concordes.] *atq; illud est, quod sequitur, interpretamẽtum. sed sparsit hinc ad Austrum, illinc ad Aquilonem suos radios, & nubes, unde uentos colligit.* Orbe quoq; ex.] *Secundum præsagium. Cum Sol non satis sua luce pollens occidit. Primum, si in occasu Solis pluat, aut radij in se nubem trahant, in proximam diem asperam tempestatem significãt. Rursum, si nubes Solem circumeluserint, quo minus lumi nis relinquitur, hoc turbidior tempestas expectatur, aut si ater circulus fuerit, ex qua regione is eruperit, magnũ uentum dabit.* Vergil. Georg. 1.

Hoc etiam emenso cùm iam decedet Olympo
Profuerit meminisse magis, nam sæpe uidemus
Ipsius in uultu uarios errare colores:
Cæruleus pluuias denunciat, igneus euros.
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tum pariter uento, nimbiq; uidebis
Feruere.

Quum Sol ob lucẽ quasi dilutam spectari potest, iam iam portendit tempestatẽ. Orbe quoq; ex.] *Si oriẽs, inquit Varro, cõcauus uidetur, ita ut è medio fulgeat, & radios faciat, partim ad Aquilonem, partim ad Austrũ, tempestatem humidã, & uentosam futurã innuit. Et si Sol rubeat in occasu, sincerum diem erit: si palleat, tempestatem significat. Si in occasu radij in se nubem trahent, ut pluuia langueſcat, in proximũ diem significabunt tempestatẽ, ut modò dictum est.* Lunaq;.] *Tertium præsagium ex obseruatione Lunæ, à cuius cornibus futurarum tempestatum colliguntur prognostica, quare ab illis eam obseruandam*

esse docet Aratus.

σκέπ]εσ᾽ ἢ πρῶτον περάων ἑκάτερθε σελήνην.

Si quartã orbis rutilus cinget uẽtos et imbres p̃monebit.

Non gra.] Sed obtusis cornibus intemperiem cœli dabit contrá, si pura, & non obtusis cornibus tum apparuerit. ut testatur Maro. lib. 4. Geor. In quinta cornibus obtusi, pluuiam spondet: cornu eius acuminatum atque rigidum septentrionale, inde præsagit uentũ, inferius Austrum. Si nascatur ab atro cornu, decrescens dabit pluuiam. Rubicundam protinus uenti sequuntur Si eadem rubicunda fuerit, uentos denunciat si nigra, pluuias. Erecta, & infesta cornua, uentos semper significant. Varro ita scribit. Si quarto die Luna erit directa, magnã tempestatem in mari præsagiet, nisi circa se habuerit coronam, & eam sinceram. Si plenilunio rutila fuerit, promittet uentos: nigrescens, imbres. Si caligo orbis nubem incluserit, uentos, qua ruperint. Si gemini orbes cinxerint, maiorem tempestatem: multo maiorẽ, si tres fuerint, aut nigri, aut interrupti, aut distracti. Non grae. cor.] Nam si in ortum cornua crassiora fuerint, horrendã tempestatem minãtur. Aratus de crassa Luna, & obtusis cornibus, quæ habet languidum quartum lumen, à tertio.

" ϰαχίων δὲ ϰαὶ ἀμβλείῃσι περάτῃς
" τέταρ]ον ἐϰ τριτάτοιο φάος μενυὸν ἐχέσαι,
" ἢ νότῳ ἀμβλύνεται, ἢ ὕδατι ἐγγὺς ἰόντι.

quorum uersuũ hic sensus est. Crassa Luna, obtusis cornibus, cui debile lumẽ sit quartũ, est à tertio, aut uento Austro hebetatur, aut iam appetente pluuia. Idem, de erectis utrinq; cornibus.

" ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀμφοτέρων περάων τρίτον ἦμαρ ἀγέσαι
" μήτέτι νευσάοις, μήθ᾽ ὑπτιόωσα φαείνοι,
" ἀλλ᾽ ὀρθὴ ἑκάτερθε περιγνάμπτοιτο περαίη
" ἐσπερίη᾽ ἄνεμοι γὰρ μεταὶ νύπτα φοιτέσι.

hoc est, Sed si ambobus cornibus, tertia Luna, neq; nutet, neq; resupina lũceat, sed utrinq; cornua recta inclinentur, uenti occidentales per eam noctem sæuierint. Haud orbis m]non excauata circa puros recessus medij orbis, sed quæ habuit circa medium orbem nubeculã, unde colligo tempestuosam noctem. Nec duxit] Quartum. Nam si superius cornu nutet apiè, expectatur Boreas, sin resupinet, promittitur Auster. Aratus.

" εἰ δέμεν οἰκείοιο τὸ μὲν ἥμισυ ἔμπεδόν ἐστιν
" ἀειδέχθαι βορέω, ὅτε δ᾽ ὑπτιόωσι, νότοιο.

" Sic quoq; erecta & infesta uentos semper significant: & cornu Septentrionale tenuatum acuminatumq;, & rigidum, eius plagæ præmonet uentum: & inferius Austrum.

Aratus

" εἰδ᾽ αὖτως ὀρθὴν, ϰαὶ τέταρτον ἦμαρ ἀγινοῖ,
" ἦ τ᾽ ἂν χαμαὶ & συναγηρομένοιο διδάσϰοι. id est,

Si rursum eadem ratione recta, quartum diem agat, pluuiam collectam ostendit. Ventorumq; no.] Quintũ, ut Luna pallens imbres, & alba serenitatem, ita rubicunda dat uentos. Quod rubicundam protinus uẽti sequantur, testatur etiam Aratus in Phæome.

" λευϰὴ δ᾽, ὡς ἓν μάλ᾽ ἐρευθὴς
" πνευμάτεσσι id est.

Rara sũt, & rubicũda, uentosa est. Et Vergil. Geor. 1.

" At si Virgineum suffuderit ora ruborem,
" Ventus erit, uento semper rubet aurea Phœbe.

Plin. lib 18 cap 35. Si splendens exorta, puro nitore fulserit: si rubicunda uentos, si nigra, pluuias portẽdere creditur. Rursum Aratus.

πάντα δ᾽ ἐρευθομένην λοπέειν ἀνέμοιο πελάσσει.

id est, Si tota rubeat, conijcito uenti meatus.

Lurida pal o.] Sextum præsagium. Luridum, uehementer pallidum est, quasi loridum, à loro, & quasi loro percussum. Itaq; uehementer pallens pluuiam præsagit. Aratus Phænom.

Sed mihi nec.] Septimũ præsag. Aratus Phænom.

σῆμα δέ τοι ἀνέμοιο, ϰαὶ εἰ μάλα θάλασσα
γίγνεσθαι, ϰαὶ μαχρὸν ἐπ᾽ ἀιγιαλοῖ βρέμωνται
ἀϰταί τ᾽ εἰναλίοι, ὁ πόντ᾽ ἑύδιοι ἠχήσασα
γίγνονται, πορφυρέῃ τε βολῇ τόμεναι οὔρεϊ & ἄηται,

hoc est, Quin & intumescens mare signũ uenti tibi esto, & uehementer margines resonantes: tum autem & maris cacumina fragorem emittunt. Plin. Est & aquarum significatio. Mare si in trãquillo portu à cursu stabit, & murmerauerit intra se, uentum prædicit. Si identidem, & hyemem, & imbrem. Littoris, ripæq; si resonabunt tranquillus sonus, asperam tempestatem. Item maris ipsius tranquillus sonus, spumæq; dispersæ, aut aquæ bullantes. Pulmones marini in pelago plurimum dierũ hyemem portendunt. Sæpe & silentio intumescit flatuq; altius solito intra se iam esse uentos fatetur. Equidem, inquit, & montium sonitus, nemorumq; mugitus prædicunt. Hæc Plinius. Cicero Diuinationum lib. primo, ostẽdere uolens huiusmodi præsagia diuinationi esse similiora, quàm alia quædam alterius generis. Aratii uersus his uerbis liberius uertit.

Atq; etiam uentos præmonstrat sæpe futuros
Inflatum mare, cùm subitò penitusq; tumescit.
Saxaq; caua salis niueo spumata liquore
Tristificas certant Neptuno reddere uoces.
Aut densus stridor, quum celso è uertice montis
Ortus adaugescit scopulorum, sæpe repulsus.
Et Maro Georg 1. Aut freta Ponti
Incipiunt agitata tumescere & aridus alis
Montibus audiri frangor, aut resonantia longè
Littora misceri, & nemorum increbrescere murmur.

Incertus Del.] Octauum præsagiũ. Delphim tranquillo mari lasciuientes, flatum indicant, ex ea parte, qua ueniunt. Adhæc, cùm spargunt aquam aut turbant tranquillatem. Incertus.] Vnde flatus ueniet. Id in unumquodq; animalium, terrestrium, marinorum, & uolatilium: ac sum in prognosticis, ex animalibus præsagientibus observatur, quod aues, siue maritimæ, siue palustres sese immergentes pluuiam, & tempestatem prænoscant: & interhas etiam Delphin est. Est autem uelocissimum omnium nisi os eius penè sub uentre esset, nullus piscium marinorum eius celeritatem euaderet. Sed quia resupini corripiunt, hinc eorum uelocitas impeditur Fame urgente, fugientem in ima uada piscem persequuti, diutius spirium continuere, ut arcu emissi ad respirandum emicãt, tantaq; ui exiliunt, ut plerunq; uela nauium transuolent, uento euntium. Cætera de Delphino uide Plinium libro 9 cap. 8. Aut siccum quod.] Nonum præsagiũ. Mergi, anatesq; pennas rostro purgantes, uentum addicunt, teste Plinio, cæteraq; aquaticæ aues cõcursitantes. Et Aratus item anates, & mergos inter aues denũciantes uentos recenset, quoties terras quatiunt alis.

πολλάϰι δ᾽ ἀγρεῦσιν νῆϊα, ἢ ὅτε ϰέν ἀλὶ λίνα
ἀίθυιαι ϰροϰάων τινάσσουσαι πτερύγεσσιν,

Veril. Georg. 1.

Iam sibi dum curuis malè temperat unda carinis
Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi.
Clamoremq;

» Clamoremq; ferunt ad littora.

Ansa uola ard.] Decimũ tempestatis,præsagium,ardea in medijs arenis tristis,ut ait Plin.Maro Georg.1.

» Notaq; paludes ——

» Deseruit,atq; altam supra uolat ardea nubem.

Hanc ab arduo dictam credunt,quod alte uolet, à Græcis ἐρώδιος dicta,in tantam altitudinem uolatu emicat, ut propemodum uisum humanũ excedat,id quod & Vergilius testatur,cum dicit.

Atq; altam supra uolat ardea nubem.

Hinc diminutiuum ardeola. Ardearum tria genera maximè recenset Aristotel. & post eum Plin Leucon, Asteriam,& Pelas.Cæterùm cùm ardea è mari non ritè ad terram prodit,uoce submurmurãs uehementer,ut inquit Aratus, uentos ostendit,

» κὴ ἀ' ἄρ ἐπὶ ξηρὴν ὀρ' ἐρώδιος ἃ πάτρὰ νόσμου
» ἐξ ἁλὸς ἔρχηται, φωνῇ περὶ πολλὰ κελεύων
» κυρμαίνων νε θάλασσαν ὑπὸ ῥοφέοντε ἀνέμοιο.

Confisa penuę.]cùm natandi imperita sit,& in aquis solum. Cornix.] Vndecimum præsagium ex corni ce.Hæc instante tempestate,in littus emicat,& in terram se componit. Aratus Phænomenis,

» ἤτοι κὴ κανέης ὑλα παρ' ἠιόνι πρηχόσῃ
» χέιμα[& ἐρχομένου χέρσῳ ὑπένυψε πορώνη.
» ἤτοι κὴ πολλαμοῖο βάψατο μέχρι παρ' ἄκρης
» ὥστε μιν ἀκρόχαλῆς, ἢ κὴ μάλα πᾶσα πολυμβᾷ,
ἢ πολλὰ τρέφεται παρ' ὕλα παχέα κρώσσα.

Cicero Diuin.1.

» Quum primum gelidos rores aurora remittit,
» Fuscaq; nonnunquam cursans per litora cornix
» Demersit caput,& fluctum ceruice recepit

Maro Georg.1.

» Tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce
» Et sola in sicca secum spatiatur arena.

Atq; his quidem præsagijs tempestatis,dicit Amyclas se à nauigando deterreri. Sunt & alia ab alijs animantib. tempestatum immanentium præsagia.

Cana fulix itidem fugiens ex gurgite ponti. "
Nuntiat horribiles clamans instare procellas "
Haud modicos tremulo fundens ex gutture cantus. "
Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen "
Et matutinis acedula uocibus instat. "
Vocibus instat,& assiduas iacit ore querelas, "
Quùm primum gelidos rores aurora remittit. "

His tribus innuit Aratus,interprete Cic. fulicas matutino clangore tempestatis signa edere. Sed & ranæ ultra solitum uocales.

Vos quoq; signa uidetis aquæ dulcis alumnæ, "
Quum clamore paratis inanes fundere uoces "
Absurdoq; sono fontes & stagna cietis. "

Et boues cœlum olfactantes,seq; labentes contra pluuiam præsagiunt.

Mollipedesq; boues spectantes lumina cœli, "
Nauibus himniferum duxêre ex aëre succum. "

Iam & grues mediterranea festinantes: cùm contrà,silentio uolantes,serenitatem nuntient. Adhæc noctuæ sereno garrulæ,tempestatem addicunt: ut & bubo mane ululans. Graculi à pabulis recedentes,uenientesq; super pinnacula quatiunt alis,aut cùm turmatim conuolant. Hirundo iuxta aquam uolitans,ut pennam eam sæpe uerberet. Anseres quoq; continuo clangore intempestiui: & ut Aratus,quando cum clangore festinant ad pastum.

κὴ χῆνες κλαγγηδὸν ἐπαγόμενοι βρωμοῖο. "

Habent & eandẽ significationẽ pecora lasciuia ludẽtia,et exaultantia. Porci alienos manipulos fœni sibi lacerãtes. Præterea formicæ segniter,& contra industriam suã absconditæ concursantes, & progerentes oua.

Aratus "
κὴ ποίλης μύρμηκες ὀχῆς ἐξ ὦτα πά[λαι "
θᾶσσον ἀνωρύξαντο.

Loligo uolitans,conchæ adhærescentes echini affigentes sese,aut harenæ saburrantes tempestatis signa sunt. Sed satis hactenus de præsagijs,& significationibus animaliũ. Nunc ad institutum redeamus

Sed si mag.] Licet ista præsagia dissuadeant nauigationem, an debeo tamen transmittere mare,nisi id,uel uẽti aduersi,uel inuitũ cogant me retro uelũ uertere,& iussit tuis non obedientem esse. Iussa.] Italica,quæ petere uoles.

Sed si magnarum poscunt discrimina rerum,
Haud dubitem præbere manus,uel littora tãgam
Iussa,uel hoc potius pelagus,flatusq; negabunt.
Hæc a fatus,soluensq; ratẽ,dat carbasa uentis.
Ad quorum motus,non solum lapsa per altum
Aër dispersos traxere cadentia sulcos
Sidera,sed summis etiam quæ fixa renentur
Astra polis sunt uisa quati,niger incidit horror.
Terga maris,longo pẽr multa uolumina tractu
Aestuat unda minax,flatusq; incerta futuri
Turbida testantur conceptos,æquora uentos.

Hæc fatus.] Sic loquutus omnia expedire cœpit,& parare ad nauigandum. Primum soluit ratem,deinde attollit carbasa ad uentum spirantem. Ad quorum.]Vi uentorum sidera,ac stellæ ẽ zodiaco cadere uisa sunt,quæ suo lapsu magnũ sulcum traxerunt per aërem. Maro Georg.lib.1.

» Sæpe etiam stellas,uento impendente,uidebis
» Præcipites cœlo labi,noctisq; per umbras
» Flammarum longos à tergo albescere tractus.

Vt igitur præsentius iam iam insequuturam tempestatem,& uentorum procellas præmoneat, ostendit stellas discurrere per aërem uisas passim. Nam & stellarum obseruatio est in prognosticis. Nam nonnunquam discurrere uidẽtur, à flatu protinus uenti sequuntur. Plinius libro 18 cap 35. Hoc idem testatur Aratus à al. fatur. Phænomenis.

κὴ διὰ νύκ[α μέ- "
λαναρ, ὅτ' ἀστέρες "
αἴθωσοι
ταρφέα,τοὶ δ' ὅτ' "
πίθεν ῥυμοὶ ὑπολευ-
καίνωνται, "
δεῖ δέχθαι κείνοις ἀνέμου ὁδὸν ἐρχομένοιο "
πνεύμα[τος, εἰδέκεν ἄλλοι ἐναντίον αἴσωσιν, "
ἄλλοις ἐξ ἄλλων μερίων, τότε δὴ πεφύλαξο "
παντοίων ἀνέμων, ὅτι τ' ἄκρητοί εἰσι μάλιστα. "

id est, Et cum tenebrosa nocte stellæ crebro præcipites ruunt, & à tergo tractus subalbescunt, eadem uia expecta uentum. Quod si aliæ contra decidant,& quidem ex alijs plagis,& cœli partibus, sis certus diuersorum uentorum, qui dubij, confusiq; erunt maximè. Cæterum cùm stellæ nimio alimento attracti humoris igneam uim abundantia reddunt, decidere creduntur, perinde ut in luminibus liquore olei accensis cernimus accidere,

cidere, unde guttæ ignitæ iam grauiores, quàm ut diutius hæreant, etiam flammam trahentes defluunt. Certè nullum corpus cæleste, ut aliqua eius portio è cœlo delabi potest, nihil enim rerum cœlestium corruptionibus obnoxium est. in primo cœlo. Secundo, Stellæ sunt, aggeratio luminum, Aristoteli. Sunt, qui autament esse ignis ætherei: ἀφέσεις. id est, defluxus, qui contingant, cùm uehemens uentus altius ascendit. & inde secum auferat, quod stellarum casum præ se ferat, id quod ἀστεροειδῆς uocant.

Etiam quæ fixa.] Fixæ stellæ in summo cœlo uisæ fuêre moueri uêtorum impulsu. Præter duo lumina magna, Solem nempe, & Lunam, & stellas quinque, quæ à Græcis Planetæ, hoc est, errantes siue uagæ appellantur, reliquæ omnes fixæ uocantur, quod cœlo infixæ sint, nec nisi cum cœlo moueantur. Sunt alij, qui & has suo motu quoque dicant accedere, præterquam, quod conuersione cœli rapiantur. Sed propter immensitatem exti-

mi globi, excedentia credibilem numerum sæcula, in una eas concursu sui ambitione consumere, & ideo nullum earum motum ab homine sentiri, cùm non sufficiat humanæ naturæ spacium ad breue saltem punctum tam tardæ accessionis deprehendendum. Cic. libro 6. de Republ. utramq; sententiam tetigit. cùm dixit. Nouem tibi orbibus, uel potius globis connexa sunt omnia, quorum unus, est cœlestis extimus, qui reliquos complectitur omnes, summus ipse deus, arcens, & continens cæteros, in quo sunt infixi illi, qui uoluuntur stellarum cursus sempiterni. Niger infi. hor.] Vt intumescens mare, ita & ingrescens, & obscurum tempestatis prænuncium est. Quare utrumq; coniunxit, cùm dicit, & mare æstuasse multis fluctuum uoluminibus, & atram faciem eius inuisse horrorem. quæ minabãtur certissimam tempestatem quidem, sed incertum qua cæli plaga.

Incerta eq.] hoc est, æquora testantur incertos uêtos, iam immuentes, ut sit hypallage.

Tunc rector.] Pe
a al. Zephy riphrasis nautæ. qui
ros Zephyrũs petens plenis uelis por
ne legendum tum monet Cæsarem,
est. ut obseruet minas Põ
b al. Euros. ti, & uentorum, paula
tim coorientium.

Et trepidę ra.] pro
c al. ne. rectòr ratis trepidus,
d al. fit. hypallage.

Zephyrus an Eurus.] Quædã exemplaria legunt, Zephyrus ne, & alia, Zephyrósne, quæ lectio genuina est, & uera, cùm ultima, in Zephyrus, extendi debeat, quæ absque coniunctione contrahitur. Est autem Zephyrus uentus flans ab occasu, Latinè Fauonius, Euro aduersus, qui ab ortu uenit, ut Manilius libro quarto Astronomicon.

„ Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
„ Auster amat mediam solem, Zephyrusq; cadentem.

Itaq; dubium est, & anceps uenti orientales ne, an occidentales spirant, adroq; utrinq; æstuat mare.

Nubibus & cœlo.] Exponit, qui fiat, quod mare anceps fluctuet. Nam in aëre Notus, qui Auster Latinis, uidetur nubes colligere (est enim is uentus humidus) & si fluctus marmos respiciamus, Corus eos miscet. Est enim Corus is Latinis, qui Græcis Argestes, & Zephyrus Plinio ab Occasus Septentrionali oriens. Atque hoc loco in Amycla prudentis gubernatoris exemplar delineatur, qui auribus uentos captaturus, modò huc, modò illuc hoc est, tam in occasum, mox rursum ad ortum se conuertit. Quin & nunc fluctuum agitationes, nunc nubes suspectans obseruat.

Nec ratis.] Non potest fieri, ut hæc nauicula in

Tunc rector trepidæ fatur ratis, aspice sæuũ (ruis,
Quãta paret pelagus, a Zephyrus intẽdit, an b Eu-
Incertum est, puppim dubius ferit undiq; Põtus.
Nubibus, & cœlo Notus est, si murmura Ponti
Consulimus, uenient Cori in mare gurgite tãto?
Nec ratis Hesperias tanget, nec naufragus oras.
Desperare uiam, & uetitos conuertere cursus
Sola salus, liceat uexata littora puppe
Prendere, c nec longè nimium sit proxima tellus.
Fisus cuncta d sibi cessisse pericula Cæsar,
Sperne minas, inquit, pelagi, uentosq; furenti
Tarde sinum, Italiam si cœlo autore recusas,
Me pete, solo ubi causa est hæc iusta timoris,
Vectorem non nosse tuum, quem numina nunq;
Destituũt, de quo malè tunc fortuna meretur,
Quũ post uota uenit, mediasq; prũpe procellas,
Tutela secure meæ, cœli iste, freticq;
Nõ puppis nostræ labor est. hãc Cæsare pressam
A fluctu defendet onus, nec longa furori
Ventorum sæuo dabitur mora, proderit undis
Ista ratis, nec flecte manus, fugæ proxima uelis,
Littora, tum Calabro portu te crede potitum,
Cùm iam non poterit puppi, nostræq; saluti,
Altera terra dari, quid tanta strage paretur,
Ignoras, quærit pelagi, cœliq; tumultu
Quid præstet fortuna mihi——

Italiam peruenimus, uel naufragia etiam, B cum & fluctus, & uêtis enumerati omnes nobis aduersentur.

Desperare uiam.] hoc est, una superest salus, ut desperata nauigatione, retro unde uenimus, uertamus cursum.

Nec longè.] Licet haud procul aterra abssimus.

Fisus cũcta sibi.] Cæsar fortunam multis antea bellis sibi benignam, & fauentem expertus, cùm non dubitaret, quin ista etiã præsentia pericula fã C liciter euaderet, ad ipsum modum respondit nautæ. Me pete.] Si Venti. si fluctus aduersantur, me implora, et meum auxilium.

Nihil interim perterritus fluctuũ nunis, cæptũ iter prosequi iussit. Sola.] Quod clauũ è manib. ejcias, in caussa est, quod nescias, quem uehas, & qualem uirum, quem dij nunquam in aduersis destituunt. Tutela secure meæ.] Quẽ ego à periculis tutari possum. Et fortuna semper uota meo anteuertit, donatq; semper, antequam opto aliquid. Cœli iste.] hoc periculũ nihil curat nostrũ nauigium, sed uentorum, ac maris quædam molestia, & infestatio. Hanc Cæsar.] Verba Cæsaris ista referũtur. Cùm uenti è Ponto uehementiùs spirassent, magni ad ostium fluminis fluctus propellabantur, cum quibus gubernator ali quamdiu colluctatus, cùm uis maris insuperabilis esset, & hĩc metu cœpisset iã nauim circũagere, ut retro ad ostium abiret. Cæsar habitu seruili latens, manu nauiam præhendit, quin, inquit, procul tendis? Cæsarem, & eius fortunam uehis. Poëta & Suetonius tradunt illum in mare longius

b longius proiectum. Contra Plutarchus, & Appianus, qui scribunt, eum ostio fluminis eiectum, fluctuum immensa ui fuisse reiectum, ut mare ingredi nequiuerit Cestantibus, inquit Tranquillus, copijs quas subsequi iusserat, cùm ad accersendas frustra sæpe misisset, nouissimè ipse etiam noctu paruulum nauigium solus obuolutio caput confendit, neque aut quis esset antè detexit, aut gubernatorem cedere aduersæ tempestati passus est, quàm penè obrutus fluctibus. Hanc Cæsare p.] hoc est, onus, quod uehis, defendet nauigium, in quo ipsum Cæsarem uehis, & eius fortunam. Poëta nimiam confidentiam, sed poëticè, Cæsari tribuit, quasi uerò ei in manus esset fluctus regere, & uentis imperare pro suo arbitratu. Quare arroganter addit. Nec longa furori.] Non diu, furori tragica inest translatio, ducta ab homine, ad rem inanimatam, nempe ad sæuum maris, aeriúmq; elementum. Nec prodet.] Nec nauis ista egebit auxilio ullius gubernatoris, quasi uerò ipso latente aliquo numine nauis sit ducenda. Proinde interminatur, ne flectat manus, hoc est, clauum flectat ad redeundum in ostium, unde fuerant digressi. Itaque monet, ut proxima Epiri littora declinet, & putet se iam propè Brundusinum portum tenere. Nox enim erat, & in tanta caligine non poterat nauta uidere, quantum ab Epiro excurrerat, quousq; progressus erat, & procul uel à Sasone insula, aut à Calabria adhuc aberat. Itaque iubet eum fingere, non procul à Brundusio abesse. Calabro portu.] Brundusino. Tota hæc ora Chersoneso similis est, quam Græci quondam tenuerunt. Qui dam eam Messapiam: alij Salentinam: sed plures Calabriam dixerunt, ab rerum optimarum prouentu, ut quidam credunt. Longissimè Calabria excurrit in Ionium. Vnde in Macedoniam breuis traiectus est L. M. pass. Has angustias Pyrrhus rex prior: inde M. Varro, cùm Pompeij auspicijs piratas insectaretur, ponte iungere constituerat. Laudatum his locis est mel, item & uellera: quanquam circa Tarentum laudatissima. Exportu Brundusino in Epirum, ut antea dictum est, commodus traiectus est. Cæterùm uel hinc apparet, multarum rerum copiosum in Calabria fuisse quondam prouentum, quod Calabri hospitis Xenia, siue munera etiam in prouerbium abierint, pro rusticanis, leuibusque, quæque magis onerent accipientem, quàm iuuent, aut quæ, inquit Brassus, donantur contempta. Exuberans rerum copia, ac prouentus parit uilitatem. Abundant cum alijs, quæ dixit, tum pyris Calabri, quæ quia hospitibus affatim apponere solebant, atque ubi futuri fuissent, quæ reliqua essent, bellariorum uice secum domum auferre iubebant. Quod si recusassent, eadè porcis abijcere cõsueuêre. Horat. ad Mecœnatem.

Non quo more pyris uesci Calaber iubet hospes, "
Tu me fecisti locupletem, uescere sodes: "
Iam satis est, at tu, quantum uis tolle benignè. "
Non inuisa feres pueris munuscula paruis. "
Tam tener dono, quàm si dimittar onustus. "
Vt lubet, hæc poteris hodie comedenda relinquere. "

Cum iam non.] Cum nullus alius portus nobis pateat, quàm Brundusius. Ignoras.] Quidam per interrogationem legunt. Vt hic sit sensus. Ignorat quid hac tempestate paratur, & quorsum ea spectet ut fortuna hac uentorum procella quærat secum deliberans, quid boni sit mihi datura.

Non plura.] Post. quam ad istum modum respõdit nauta, exemplo aulsi fuerunt ei tempestatis rudentes. Amplificat deinceps narratio nem, à descriptione tempestatis, qua uel maximè delectatur poëta. Tota ea expressa est ad illam Vergilianam, lib. Aeneidos primo, ubi Aeneas soluit è portu Siculo, in Italiam traiecturus.

—Non plura locuto
Aulsit laceros percussa puppe rudentes
Turpo rapax, fragilemq; super uolitantia malum
Vela tulit, sonuit uictis compagibus alnus.
Inde ruunt toto à concita pericula mundo
Primus ab Oceano exeris Atlanteo
Core mouens æstus, iam te tollente furebat
Pontus, & in scopulos totas erexerat undas.
Occurrit Gelidus Boreas, pelagusq; reundit,
Et dubium pendet, uento cui b pareat, æquor.
Sed Scythici uicie rabies Aquilonis, & undas
Torsit & abstrusas penitus uada fecit arenas.
Nec perfert Pontum Boreas ad saxa, suumq;
In fluctus Cori frangit mare, motaq; possunt
Aequora subductis etiam concurrere uentis,
Non Euri cessasse minas, non imbribus atrum
Aeolij latuisse Notum sub carcere saxi,
Credidem, cunctos solida de parte tuentes
Defendisse suas uiolento turbine terras.

Vela tulit.] fractis enim funibus nauticis, uela in summum malũ disiecta fuerũt. Qua exre multo plus periclitata fuit cimba.

Alnus.] materia, pro re confecta. Iuncturis iam fatiscentibus crepuit nauicula, ut quæ iam uideretur disilire. Inde ruunt.] Summatim undique statim congerendo iam dilatabit. Primus ab.] Corus, inquit, primum coortus fuit ab occasu Septentrionali. Oceano Atlan.] per fretum Herculeum immensam aquarum molẽ ex Oceano occidentale, qui Atlanticus, ab Atlante mõte, quem allait in extrema Africæ ora, nominatur, huc uẽ-

a al. cõgesta.

b al. concidat

tius Corus congestit. Auerso, in Core. Huius uiolentia cùm concitaretur mirũ in modum maris æstus, fluctus in scopulos cum admirabili fremitu erecti fuerunt. Occurrit gel.] Coro opponit, Aquilonem ex aduerso insurgentem, ut uentorum luctã, & prælium inter se multò uiolentius æstũ misceat. A Græcis Boreas dicitur, ἀπὸ τῆς βοῆς, hoc est, à boatu, quod ubi sæuierit, horrẽdum fremat. Venit hic ab æstiuo, siue solstitiali oriẽtis meta, flatus ut dixi, uiolẽtus et sonorus. Est is uẽtus natura frigidus, ut cõtrà, Auster, & Corus calidus ac tepidus. Quare aptissimã epithetũ ei accõmodauit. gelidus Boreas. Retũdit.] significãter. Nã cũ dicit Boreã Coro occurrisse obliquã, necessariò æstum retro disiecit, ut coarguat & uentorũ inter se & undarum pugnam in medio Adriatico. Sed Scythici.] epitheticè quod Scythia Septentrioni sit subiecta, à quã ab ea parte, Oceanus Scythicus nomen habet, ut qua ortus: Eous, & Sericus, à Meridie Indicus appellatur. Quãtum terrarum à Tau-

ro in Borea extenditur, Scythiæ appellatione continetur: eadem quod in Austrum India. Maro Aeneid. Quarto. Alpium dixit Boream, quod Rhiphæi montes, & Alpes à quibusdam ij dicantur montes, cuius rei authores citantur Posidonius, & Protarchus. Dubium uento cui.] pro utri uento, Coróne, an Aquiloni mare uelit parere. tanta eorum fuit & lucta, & pugna. Vicit tamen rabies Aquilonis, ut uiolentioris, quod proximè ab axo mũdi conciat, & frigidissima cœli plaga. Torsit.] idem quod paulò antè dixit, retundit, retudit, retro diiecit, in mediterraneum, in Austrum, contra Corium.

Abstrusas.] ut arena in fundo uel appareret, uel mare iam uadosum esset, alioqui altum. Nec peiert.] Tanta uis inuicem Cori fuit ut fluctus ab Aquilone reiecti nõ potuerit ad littora Austro, Coróue subiecta peruenire, id quod statim ipse addit, cùm dicit, mare suos fluctus in Corum frangere. Mota'q.] ut si iam uenti sæuire desiissent, utrinq; fluctus collidi potuissent.

Non Euri.] amplificatio alia. Credit etiam ab ortu Eurum coortum fuisse: is enim est, qui ab Oriente A uerno, siue Aequinoctiali uenit, quem Græci Apeliotem dicunt, Latini etiam Subsolanum. Sunt qui uolunt, Subsolanum, siue Apelioten ab ortu æstiuo flare, & Eurum, quem eundem Vulturno faciunt, ab ortu Aequinoctiali spirare, Notum.] qui Latinis Auster est, à meridie ueniens, quem paulò antè monuimus esse humidum. Atque ita quatuor simul uentos concurrisse credit. Borcam Corum, Austrum, & Eurum.

Defendisse.] Certatim eiecisse suas undas in opposítas terras. Sub carcere saxi Aeolij.] Carcerem saxi Aeolij, pro in Aeolia latuisse. Est autem Aeolia, id regnum, in quo Aeolus uentorum rex imperauit. Sunt autem insulæ septem in mari Siculo, quarum nomina hæc sunt. Lipara, Thermessa, Strongyle, Didyme, Ericusa, siue Ericusia, Phœnicussa, Euonymus, quarum Strongyle à figura nomen sortita est, ui incendij paulatim deficiens, & perpetua luce illustres. Atq; hic aiunt Aeolum suam sedem habuisse.

Sic pelagus.] hoc est, mare non transisse suas metas præscriptas, sed intra sua littora coercitum fuisse.

Sic pelagus manssisse loco, nam parua procellis
Aequora rapta ferunt, Aegæas transit in undas
Tyrrhenum, sonat Ionio uagus Adria ponto.
Ah quoties frustra pulsatos æquore montes
Obruit illa dies, quàm celsa cacumina pessum
Tellus uicta dedit, non ullo littore furgunt
Tam ualidi fluctus, alió'q; ex orbe uoluti
A' magno uen'ere mari, mundum'q; coërcens
Monstriferos agit unda sinus. sic rector Olympi
Cuspide fraterna lassatum in sæcula fulmen
Adiuuit, regno'q; accessit terra secundo,
Quum mare conuoluit gẽtes, quũ littora Tethys
Noluit ulla pati, cœlo contenta teneri.
Tunc quoq; tanta maris moles creuisset in astra,
Ni superũm rector pressisset nubibus undas.

Aequora rapta.] Nam ipsi uenti ferunt fluctus immodicos ui tẽpestatis, ablata, uel in mari, non admodũ uasto. Tyrrhenũ.] Mare Tyrrhenum à Coro in mare Aegæũ dispulsum fuit. Est autem propriè mare Tyrrhenum, quicquid obiacet Italiæ, inter Liguriam, & Rhegium, & Siciliam, inferum mare etiam dictum, ut Adria superum Tyrrhenos appellatos multi arbitrantur, à Tyrrheno Atyos, qui è Lydia nauigio in Italiam delatus, eò colonias deduxit. Causſam addit Strabo, quod fame Ionia tum fuerit pressa: quare Atys, qui tunc ibi imperium tenebat Heraclides ex Omphale, alterum liberorum Lydum regnum obtinere iussit, à quo ipsa regio deinceps Lydia fuit appellata. Alterum uerò Tyrrhenum eum magna populi manu exteras sedes quærere, & colonias deducere iussit: qui in Italiæ oras uento appulsus, eam regionem, quam incoluit, de se Tyrrheniam nuncupauit. Sunt, qui à Telephi filio, qui huc colonias deduxerit, Tyrrhenos nuncupatos affirment Dionysius à Tyrsibus credit, quod ædificiorum genus est, quibus Tusci utebantur, quem Xanthium Lydum sequutum credunt, qui neq; ullum Tyrrhenũ ex Lydorum gente nouit ducem, neq; colonias ex ea gente in Italiã deductus tradit. Cæterũ Itali modò eos Tuscos, modò Hetruscos uocant, qui fortassis Græcam uocem in eo uocabulo sequuti, à cultu diuino illos appellarunt. Constat interim Vmbros, qui intra Alpes, & Apœninũ habitarunt, à Tyrrhenis fuisse eiectos Tyrrhenos à Gallis, Gallos à Romanis, Romanos à Lõgobardis, à quibus ad ultimũ terræ nomen datũ est. Cæterũ, Latini, Vmbri, Ausones uno nomine olim à Græcis Tyrrheni appellati fuêre: quanquã non ignoro Græcos, qui ad Tyrrhenũ Atyos filium, nomenclaturam referunt, aliam coloniarum causſam tradere. Itaque Tyrrhenum mare, Siculo miscetur, Siculum uerò Ionio ad Corcyrã contra Epirum occurrit. Ionium Cretico pelago confunditur, quod in Septentrione uasto excursu excipit Aegæum. Apollonij scholiastes, Aegæum pelagus credit sortitũ nomen ab insula, à cuius piratum appellatione cognominata. Ea sacra fuit Neptuno. Aiunt in hac nemine propter phãtasmata à Neptuno oblata dormiturire posse. Citat'q; Nicocratẽ eius rei autorem. Rursum sunt, qui Neptuno Aegæũ mare dictum autumant, quod ipse Aegæus dicatur: ut credit Pherecydes. Nec desunt, qui se C rant, à quodam Aegæo, ex arce in mare præcipitato. ἄõ. τι Αἰγαῖος κυμάτῶν. Ah quoties.] pathos, quo hyperbolicè amplificat sæuitiem maris, ea nocte conantis, sed frustra, Acroceraunia fluctibus obrucre, & proximos Acroceraunijs mõtibus. Pessum.] tmesis. pro pessundedit, cum rabie fluctuũ illiſorum contecta uel iacuerint, uel prostrata fuerint. Non ullo litto.] alia amplificatio, à collatione diuersorum locorũ, unde uasti gurgites euolui possunt & solẽt: qui quidẽ cum his collati mo dici uideri ualent. Ex alio orbe.] ex alia orbis parte, ex alio mari, siue Oceano, siue mediterraneo. Sed ipsum Oceanũ innuere uidetur, qui ambit terras, & eas abluit, id quod statim perspicuè indicat. Mõstriferos.] si prodigiosos sinus, & immẽsos. Cæterùm ingens illud pelagus, quod ambitu suo terras cingit, alluit'q; & ceu insula cõplectitur, Oceano uocatur, ex quo terra, ueluti urgenti cedens locũ, intra se quatuor amplissimos sinus recepit magnitudine impares. Primus est, & lõgè omniũ maximus, quem mare Atlanticũ facit, effusum per fretum Gaditanum, ab insula Gadibus, ita dictũ, quẽ in uniuersum, Nostri maris, siue Mediterranei nomine cẽsent authores. Secundus

Arandus sinus à Septentrione è montibus Hyperboreis effusus longo freto, Caspius, siue Hyrcanus, ab accolentibus gentibus appellantur. Tertius sinus Persicus est, ab Oceano Indico meridionali fusus. Persarum terras magna parte alluit, à quibus nomen accepit: Quartus sinus, Arabicus nominatur, ab Arabia fœlici: cuius littora longissimo recessu pulsat Erythræum mare, hoc est, Rubrũ. Recensentur sinus plures Oceani, ut magnus ille in India ultra Gangem, qui Gangeticus dictus. Alius à Septentrione sinus, intra Hispaniæ, & Galliæ littora, hinc Cantabrico, illinc Aquitanico ad Pirenæos usque saltus, Oceano porrectus. Et Codanus sinus ubi Scandia insula est. Est & sinus Isicus in Mediterraneo inter Cyprum, & Ciliciam. Sic rector.] Collatione hyperbolica diluuij sub Pyrrha, & Deucalione, amplius amplificat æstum maris. Confert hoc loco Neptunum, eiusque Aridentem cum Ioue, & eius fulmine. Ad eundem modum quondam, inquit, cùm uindicando flagitia humana Iupiter fatigatus esset, eaque aduersus homines omnia consumpsisset, implorauit opem fratris Neptuni, ut diluuio uniuersum hominis genus internecione deleret, mare cœlo miscuit, ut nunc fecit Neptunus.

Rector olim.] Iuppiter periphrasis. Cuspide f.] tridente, siue fuscina Neptuni. Lassatum.] defatigatum, & propè exhaustum, atque obtusum nimio usu, in puniendis sceleribus mortalium, ut poëtæ fabulantur.

In sæcula.] pro per tot sæcula; ob tot sæculorum perpetuum usum hebetatum. Regnoq; accef.] hoc est, terræ mare mixtum fuit, & mare cœlo. Nam in diuisione orbis terra, ita distribuit Saturnus regnum suum, ut Iupiter cœlum, Iuno summum aerem, Neptunus Maria, Pluto terras obtineret. Terra igitur cessit Neptuno, cùm iam aquis obruta taceret.

Mare conuol.] oppressit humanum genus, & quidem aquis diluuij, ut Oceanus effusus non pateretur usquam ulla littora, sed omnia aquis contegeret. Tethys, pro mari, siue Oceano, metonymia.

Cœlo conten.] cùm terra oppressa, cœlo esset commista. Tunc quoq;.] ubi aquis cataclysmi omnia terrarum perfusa essent, Oceanus in cœlum usq; peruenisset, ni Deus aquarum molem nubibus coërcuisset, ne altiùs intumescerent.

Non cœli nox.] Quoniam autem poëta hoc loco à Cataclysmi descriptione per occasionem præsentis tempestatis narrationem dilatat, non inutile fuerat, nec iniucundũ aliqua de Cataclysmo quàm uerisimilè simul, & breuissimè hoc loco adscribere. Duos Cataclysmos maximè tradunt scriptores, alterum uniuersalem, & magnum: particularem, alterum, & eum paruum. Prior ille (ut sacra testatur historia) prædictus fuit oraculo ipsi Noë à Deo, cui stabat uniuersum humanum genus una clade diluuij, ob nequitiam, profligatam uitam, extinguere. Ille à Deo commonefactus, quod immensa ui Cataclysmi omnem terram, horribili inundatione operiret, iussus fuit, immensam moliri aream, in qua ipse se cum uxore, liberis, & liberorum coniugibus, ad hæc, ex omnibus uolucribus, & animantibus, quæ terram incolerent, mares singulos cum fœminis conderet, ut esset omnium animantium ad reparationem generis humani, quasi seminarium. Paruit oraculo senex, & quidem per omnia. Iterum admonitus Noah arcam cum suis, & animantibus ingressus fuit. Quadraginta deinceps dies tanta aquæ uis cœlo effusa fuit, ut non solum plana, & decliuia terrarum, sed etiam altissima mõtium cacumina cubitis quindecim transcenderit ea inundatio. Hac clade omnia animantia, præter pauca, quæ arcæ inclusa erant, interière. Alter cataclysmus, quem particularem uocant, incidit circa tempora Israhelis, quibus Apis in Aegypto coli cœptus fuit: & in Europa, Thessalus Græci filius, à quo Græcia suam appellationem duxit, ab illo Thessalia postea nuncupata, regnauit. Fuit hoc diluuium fatum sub Ogyge rege, minusque latè fuit euagatum, sed multò atrocius illo, quod Deucalion fugit, quod Pho

Non cœli nox illa fuit, later obsitus aër.
Infernæ pallore domus, nimbisq; grauatus
Deprimitur, fluctusq;, in nubibus accipit imbrẽ.
Lux etiam metuenda perit, nec fulgura currunt
Clara, sed obscurum nimbosus dissilit aer.
Tunc superũm cõuexa a tremũt, atq; arduus axis
Intonuit, motaq; poli compage laborant.
Extimuit natura chaos, rupisse uidentur
Concordes elementa moras, rursusq; redire
Nox manes mistura Deis spes uana salutis
Quod tanta mundi nondum periêre ruina.

uit. Sed de hoc cataclysmo Ogyganis tẽporibus, diuersæ scriptorum sunt opiniones. Nunc ad rem.

Non cœli.] Ea nox non fuit eiusmodi, qualem conuersio mundi efficit cum occasu Solis, sed ab inferis profecta uisa fuit, ob tenebras plusquam tartareas, quas densissimi nimbi inducebant in aërem, cùm fontes omnes abyssi magnæ rupti essent, & cœli cataractæ apertæ forent, in quibus generatur pluuia. a al. fremũt, & præmunt.

Lux etiam metuenda perit.] periphrasis fulguris, terribilis rebus humanis, nedum hominibus, & brutis animantibus. Hoc dicit etiam tum perijsse, quantumuis clarum neque nubes, neque nimbos penetrare potuisse. Reddit ipse quam dicit lucem, & qui perierit. Est autem fulgur, siue fulgetrum, ac fulguratio, lux, & quasi uibratio quædam luminis, quæ cernitur antè, quàm tonitruum audiatur: Obscurum.] nomen positum pro aduerbio, obscurè. dissilit aër nimbis obsitus, ac densus, ne fulguratio ulla parte conspiciatur. Superum.] pro superorum. Diuorum sedes, cœlum ipsum tenuit. Alij legunt fremunt. Meo iudicio, gemina lectio est, tremunt ut tremere mundana machina dicatur, quamuis aër semper sonat tonitrui uiolento sono. Amplificat rursum immodicè fulguris, ac tonitru effectus. Arduus ax.] polus mundi uterque, quorum alter Septentrioni, alter Austro subiacet. Motaq; comp.] uix sustinent molem mundi. Extimuit nat.] De Chao disseruimus lib. secundo, fuisse confusam illam omniũ elementorum cõgeriem: & ut poëta, dixit, non bene iunctarum discordia semina rerum. Sunt, qui amplius Terræ intima, Chaos nuncupant, & Aden. Elementa uidentur] Elementa distincta ita constat, licet qualitatibus natura pugnẽt, tamẽ unumquodq; ab altero secretũ, cum alijs concordiam colit. Summum ætheris ignis possidet elementum calidũ & siccum

siccum, medium aër obtinet, quem nostri Spiritum appellant, humidum, & calidum, uitalem, & per cuncta meabilem, totoq; conseruatum, ut nil usquam sit uacui. In huius medio terra frigida, & sicca libratur, quarto elemento aquarum humido, ac frigido, ita circumfluo, ut mutuo complexu diuersitatis efficiant nexum. Terram mundi centrum, Plinius modo uniuersi cardinem, modo cœli cardinem appellat. Atque ita pari in diuersis locis usu summa inter se sunt concordia, quam in abluuio rupisse uisa fuerunt. Quin addamus & illud, tria elementa sine sapore esse, sine odore, sine succo, aquam, aë rem, ignem. Neque uerò elementi sedes est, nisi in elemento. Nam sicut ignium sedes non nisi in ignibus est, aquarum in aquis, spiritus nisi in spiritu, ita terræ, nisi in se locus non est, arcentibus cunctis. De elementorum ratione, & qualitatibus multa eruditè Macrob. libro primo in Somnium Scip. cap. sexto, & Plinius lib. Secundo.

Rursusq; red.] *Zeugma, hoc est, nox ea uisa fuit remo dire, quæ ima summis esset cõmutatura, & summa imis.*

Vna salu.] *Ea una spes solabatur mortales, quod elementorum confusione non simul omnes interirent. Epiphonema in horrendam illa faciem cataclysmi.*

Quantum Leucadio.] *De Leucadia peninsula, & Leucate promontorio, cui hoc loco fluctuum altitudo hyperbolicè comparatur, in Ambracia, et mari Leucadio, suprà pluribus dictũ est.* Cunq; tumentes.] *Cum fluctus deducuntur, imum uadum conspicuum est è summis fluctibus. In eandem sententiam prior dixit Maro lib. primo Aeneidos.*

» ——*His unde debiscens.*

» *Terram inter fluctus aperit, fuerit æstius arenis.*

Nubila tanguntur.] *hyperbole, ut in eo, quod præcedit, & statim sequitur.*

Quantum Leucadio placidus de uertice Pontus
Despicitur, tantum nautæ uidere trementes
Fluctibus è summis præceps mare, cumq; tumẽtes
Rursus hiant undæ, uix eminet æquore malus.
Nubila tanguntur uelis, & terra carina.
Nam pelagus qua parte sedet, non celat arenas
Exhaustũ in tumulos, omnisq; in fluctib. unda est.
Artis opem uicere metus, nesciq; magister
Quam frangat, cui cedat aquæ, discordia Ponti
Succurrit miseris, fluctusq; euertere puppim
Non ualet in fluctum, uictũ latus unda repellens
Erigit, atq; omni surgit ratis ardua uento.
Non humilem Sasona uadis, non littora curuæ
Thessaliæ saxosa pauent, oræq; malignos
Ambraciæ portus, scopulosa Ceraunia nautæ
Summa timent. Credit iam digna pericula Cæsar
Fatis esse suis. tantúsne euertere dixit,
Me superis labor est? parua quem puppe sedẽtem
Tam paruo periêre mari? si gloria læti
Est pelago donata mei, bellísq; negamur,
Intrepidus, quamcunq; datis mihi numina mortẽ
Accipiam, licet ingentes abruperit actus
Festinata dies fatis. sat magna peregi.
Arctoas domiti gentes, inimica subegi
Arma metu, uidit Magnum mihi Roma secundũ.

Arenas exhaustum.] *Mare in montis speciem erectum, aperit sinum uadi: & in eius rei descriptione nimis laborat poëta.* Artis opem.] *Præ nimio metu, ars suo consilio regendi nauem destituta fuit, id quod statim ipse exponit. Iam qui maris discordia nauigantibus succurrit, ipse reddit uersu sequenti. Ex fluctuum pugna inter se nauigium subsidere non potuit in profundum.*

Non humilem Saso.] *hoc est, nõ metuunt iam humilem insulam Sasonem, non littora, non portum Ambraciæ, sed altissimos Ceraunorum montes.*

Sasona.] *Sason insula modica, & obscura media est inter Brundusium, & Epirum, ab Orico, in Ionio mari, mille milia passuum, piratarum quondam statio, quos Pompeius præfectus maris bello persequutus, uicit. Ab ea insula initium est Ionij maris.*

Curuæ Thessaliæ.] *id est, curua littora Thessaliæ. Sulpitius Thessalicum flexum exponit, cùm sinus Pelasgicus, in cuius ora Larissa est maritima, extrema urbium Thessaliæ ad diuersum mare Aegæum sit, unde flexus est in Thraciam. Verum Thessaliæ oram hoc loco accipiendam puto, Macedonicam. Macedonia aliquando Aemathia dicta fuit, quæ & Pyrrhia, & Hæmonia, & Thessalia. Gellius tamen lib. 14. capite 6. annotauit, Macedoniam Emathiam quidem, sed Thessaliam Hæmoniã uocatam fuisse, Proinde non timent littora Macedoniæ, quãuis saxosa, non portus malignos Ambraciæ in interiori sinus Ambraciq; recessu. Huius portus malignos uocat, quod ibi Leucates mons scopulosus sit, & littus Actiacum uadosum, saxosumq; ob id fuerit, quod aliquando angustiæ illæ cõtinenti iunctæ, Leucadem peninsulam fecerunt. Et Maro hæc littora Actiaca, in quibus uictus Apollinis fanum fuit, & postea ab Augusto instauratũ, formidata uocat nautis libro tertio Aeneidos.*

Et formidatas nautis aperitur Apollo.

Scopulosa Ceran. nau.] *Sola Ceraunorum excelsissima iuga pauent, ne in ea impingant. Sunt enim montes propè omnium toto orbe excelsissimi Europæo, nisi quod Olympus omnes excedere altitudine credatur.*

Tantu'sne.] *exclamantem fingit Cæsarem, ad exemplum Aenææ Vergiliani libro Aeneidos primo.*

——*Talia uoce refert, &c.*

Parua.] *Componit inter se per antitheton, magnum mare, & puppim paruam. pathos à loco, cùm gloriosius ducat in bello terra perire pugnando, quàm in mari à piscibus deuorari. Quod si tamen omnino necesse, & Dijs ita uisum, ut hic fluctibus obruatur, unum superest, quo se consolatur: fama honesta, & rerum gestarum gloria, quam immortalem, & apud omnem posteritatem uicturam sit uicturus.* Tantu'sne labor.] *adeóne id curarant superi, ut me perditũ eant?* Festinata d.] *inimit maturata à fatis, cùm maiora rerum opera patranda animo conceperim.* Sat magna.] *Nec hoc uerò caret allusione. Nam quod Dido Vergiliana dixit.*

Et nunc magna mei sub terras ibit imago. (egi.

Id noster paulò diuersius extulit, cũ dicit, Sat magna peregi. Subijcit hic quoq; enumerationem illustrium factorum suorum, ut illa apud poëtam.

Vrbem præclaram statui, mea mœnia uidi. Lucanus.

Arctoas

» *Arctoas domui gentes, inimica subegi.*
Et Maroniana Dido.
» ——*Mea mœnia uidi.* Hic Cæsar.
» *Vidit Magnum mihi Roma secundum.*
Vidit Magnum secum.] *Pompeius antea enim parem non tulerat in Republ. neque Cæsar superiorem. Lucanus libro primo.*
» *Nec quenquam iam ferre potest, Cæsárue priorem.*
» *Pompeiúsue parem.*
Quo quidem loco, si rectè commemini, ostendimus ex Suetonio sæpe ex eo auditũ fuisse, difficilius se principem ciuitatis à primo ordine in secundum, quàm ex secundo in ultimum detrudi. Et Plutarch. in Cæsare refert, cùm in Hispaniam iter faceret, præteriretque oppidulum nescio quod, obscurũ, dixisse eum, ibi se inter rusticos malle primum esse, quàm inter Romanos secundum. Itaque hoc nomine se hic consolatur, quod Roma uiderit se primum, & Pompeium secundum. Arctoas do.] *Gallias, Germaniam, & Britanniam, quæ gentes Septentrioni subiectæ sunt.*

Iussa plebe, tul.] *Ad imitationem Virgilianã apud quẽ Dido libro quarto Aeneidos.*

Iussa plebe, tuli fasces, per bella negatos
Nulla meis aberit titulis Romana potestas,
Nesciet hoc quisquam, nisi tu, quæ sola meorum
Conscia uotorum es, me quãuis plenus honorũ,
Et Dictator eam Stygias, & Consul ad umbras,
Priuatum Fortunæ mori mihi funere nullo
Est opus, & superi, lacerum retinete cadauer
Fluctibus in mediis, desint mihi busta, rogúsque,
Dum metuar semper, terráque expecter ab omni.
Hæc fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Inualida cum puppe leuat, nec rursus ab alto
Aggere deiecit pelagi, sed pertulit unda
Scruposísque angusta uacant ubi littora saxis,
Imposuit terræ, pariter tot regna, tot urbes,
Fortunamque suam, tacta tellure, recepit.

» *Vibem præclaram fatui, mea mœnia uidi.*
Eadem figura, hoc loco, quod consulem ipse se creauit, iniussu populi Roman. contra leges, cũ neq; absentii ratio haberetur, neque Conss. nisi Comitijs, populi suffragijs crearentur: sed tamen is annus erat, quo per leges ei Consulem fieri licebat: sed Romam ex Hispania reuersus, nullis suffragijs Pop. Rom. proximis Comitijs se Conss. & P. Seruilium inuita plebe dixit.

Fasces.] *Consulatum, signum, pro signato, intellectio, cum tã dignitatem absenti, in Germania, & Gallijs bellum gerenti aduersarij negassent, clamantes absentis non debuisse haberi rationem in Comitijs Consularibus.*

Nulla Romana potestas.] *Omnes fermè dignitates Romanæ dicit se gessisse. Annos enim natus decem, & septem flamen Dialis destinatus fuit. Quæstor Iuliam amitam, & Corneliam uxorem defunctus pro concione laudauit: & in eadem dignitate Hispaniam obtinuit. Ante Aedilitiam dignitatem in suspitionem uenerat conspirationis cum M. Crasso: L. Sylla & Pub. Antonio. Prætor creatus fuit detecta coniuratione Catilinaria. Primum ad postremum Consulatum eum Bibulo gessit. Ad ultimum perpetuam Dictaturã sumpsit.*

Et Dictator eam Stygias.] *Nam utranque simul dignitatem paucis diebus gessit, cùm undecim diebus in Comitijs perficiendis consumptis, ex urbe proficiscens se Dictatura abdicaret.* Lacerum retinere.] *Pathos rigit, modo metuatur semper, ut, cùm nemo sciet, ubi gentium lateat, semper ab omnibus expectetur.* Hæc fatum.] *Sic Maro libro primo Aeneidos.*
» *Talia iactanti, stridens Aquilone procella*
» *Velum aduersa fecit, fluctusque ad sidera tollit.*
» *Franguntur remi, tum prora auertit, & undis*
» *Dat latus, insequitur cumulo præruptus aquæ mons.*
Lucanus uerò ter maximum fluctum Cæsarem ita lomentem in cœlum extulisse dicit. Decimus.] *maximus omnium. Decimo, siue decumano fluctu mirè delectantur poëtæ, pro eo, qui ter maximus habetur. Ouidius lib. primo Tristium.*

» *Qui uenit hinc fluctus, fluctus superemi net omnes,*
» *Posterior nono est, undecimóque prior.*
Decimus hic fluctus maximus dicitur in mari, ueluti decima quæque oua, quæ & ipsa decumana dicuntur maxima sunt. Ouid. lib. undecimo Metamorphos.
» *Vastius insurgens decimæ ruit impetus undæ.*

Silius Italicus libro 14.
» *Non aliter Rhodopes Boreas à uertice præceps*
» *Cùm sese immisit, decimóque uolumine Pontum*
» *Expulit in terras*
Seneca in Agamemnone.
» *Hæc onere fidit, illa conuulsum latus*
» *Summittit undis, fluctus hanc decimus tegit.*
Flaccus Argonau. secundo.
» *Quanta quoties, & Pallados arte*
» *Incassum decimæ cecidit tumor arduus undæ.*

Iam uerò in limitatione agrorum, in media linea, ubi designatus fuerit umbelicus, per hunc medium, transuersa currat alia, nempe ab exortu æquinoctiali, ad occasum æquinoctialem. Limes, qui ita secat agrum, decumanus etiam uocatur. Plinius libro 18. capite 34. Tertia à Septentrione linea, quam per latitudinem umbræ duximus, & decumanam uocamus, exortum habebit æquinoctialem, uentumque Subsolanum, à Græcis, Apelioten dictum. Ob id, hoc is nomine dicitur, quod sit lõgissimus. Quin & decumana porta in castris, appellatur, quæ post prætoriam est, per quam delinquentes milites, ut Vegetius ait, educuntur ad pœnam. Quin & oua, quæ nascuntur maiora, decumana dicuntur.

Ab alto aggere pel.] *metaphora à terra ad fluctus marinos, qui aggeris in morem attolluntur. Ergo in summo fluctu pependere.* Sed pertulit unda.] *Cæsar seminaufragus gubernatori permisit, ut retro flecteret cursum, atque inde in castra se recepit.*

Scruposísque angusta.] *ubi littus nullis rupibus fuit, aut saxis periculosum. Est autem scrupus lapillus, qui inter ambulandum insilit in calceos hominis, à quo, diminutiuum scrupulus.* Recepit.] *in ius, & suam ditionem, terram, quam reliquerat, captas prouincias, & regna, tum autem & fortunam, à qua destituta in periculo maris uisus fuerat recepit.*

Sed

Sed non.] *Defunctus periculis Cæsar nocturnis, sub aurorã aduentãtem, nõ tã reuertebatur in castra, quã suo discessu in tenebris suos milites fefellerat. Itaq; reducẽ haud perinde gratulati fuêre, atque incusarũt, quod temerè mari, cœlo tam tẽpestuoso, clã omnibus se credidisset.* Tacita fuga.] *ipse tacitus abiens fefellit castra. Exegesis. id est comites, & milites, qui in castris erant. Continens pro contento.* Circumfusa,] *Milites ad hunc modum Cæsaris temeritatem, sed cũ gratia incusarunt. Erat argumentum beneuolentium erga suum ducẽ animorum.* Quod te d.] *beneuolẽtia à persona Cæsaris, & eius temeritate: quã ut mitiget, ac leniat, uestit honesto uocabulo uirtutis. Deinde ne hæc licentia, ac παῤῥησία quid offendat, præter contemptũ sui, & præsens diserimen, inuito mari, & tempestate, se fluctibus iactandũ cõmiserat.* Cum hoc in.] *Hoc ad laudem ducis pertinet, quod orbis terrarũ periclitaturus fuisset, qui eum caput & principẽ delegisset. A periculo incommodi. Quid aliud erat quã uoluisse mori, cùm inuito Neptuno luctaretur cum fluctibus? quos nulla uel ui, uel arte euincere poterat?* Emeruit.] *modestè ingratitudinẽ eius erga suos perstringit: qui noluerit illos secum in ijsdem fluctibus mori, sed superstites eos esse maluerit. Iam et illud obseruandũ est, quod dixit, nullus tuorũ emeruit esse superstes, pro superstitẽ. sicut & illud, tutũq; putabat, iam bonus esse socer: pro bonũ esse socerum.* Pudet heu.] *Dolentium exclamatio, quod cùm per legatũ Italicas copias euo*

Sed non tam remeans Cæsar iam luce propinquã
Quàm tacita sua castra fuga, comitesq; fefellit.
Circumfusa Duci fleuit, gemitu'q; suorum,
Et non ingratis incessit turba querelis.
Quo te dure tulit uirtus temeraria Cæsar?
Aut quæ nos uiles animas in fata relinquens
Inuitis spargenda dabas tua membra procellis?
Cùm tot in hac anima populorum uita, salusq;
Pendeat, & tantus caput hoc sibi fecerit orbis,
Sæuitia est, uoluisse mori. nullúsne tuorum
Emeruit comitum fatis non posse superstes
Esse tuis? cùm te raperet mare, corpora segnis
Nostra sopor tenuit. pudet heu, tibi causa petẽdæ
Hæc fuit Hesperiæ? uisum est cõmittere quẽquã
Tam sæuo crudele mari? sors ultima rerum
In dubios casus, & prona pericula mortis
Præcipitare solet mundi iam summa tenentem
Permisisse maris tantum quid numina lassas?
Sufficit ad fatum belli fauor iste, laborq;
Fortunæ, quod te nostris impegit arenis.
Hi ne usus placuere Deũm, non rector ut orbis
Nec dominus rerum, sed fœlix naufragus esses?

eare potuisset, ipse se in periculum tantum coniecerit. Sors ultima.] *Extrema necessitas, & uitæ despératio solet homines in extrema pericula præcipitare. Te nulla necessitas, nullus moritis metus huc adegit, ut in præsentissimum existiũ te cõiiceres. Quorsum igitur spectabat, ut sæuienti mari tuam uitam committeres?*

Summa te.] *Non igitur oportuit te mari permittere, elementi immani. ellipsis: subauditur enim, par fuit, uel decuit, uel oportuit, uel simile aliquod uerbum. Adde etiam, qui rerum totius orbis fastigium iam teneas, à quo deijci difficile fuerat.* Tantum quid numina.] *Quid usq; adeo deos defatigas, ad te conseruandum, qui toties te terra, toties te mari temerarium conseruarunt, nullo humano alioqui iudicio euasurum?*

Sufficit.] *Quasi dicant, fauor iste fortunæ, quæ te rursum nobis restituerit, satis abundè testatur, fatum belli, & exitum: tum autem euentum futuræ uictoriæ, ad quam te seruarit incolumem, cùm noluerit in fluctibus maris perdere.* Nostris impegit arenis.] *in hanc terram rursum appulerit, in qua te seruatum uoluit.*

Hi ne usus placuere Deum, non rector ut.] *Sicine existimas diis uisum esse, ut naufragio perires potius, quàm principis orbis terrarum esses, cuius imperium iam propè conserta manu tenes? Quasi dicant: nisi te futuræ uictoriæ seruarent, iam in medijs fluctibus haud dubiè oppressissent. Itaque ominantur uictoriam præsentem.*

Talia iact.] *Interista, inquit, sol diem aperuit, & mare, positis uentis, tranquillari cœptum fuit.* Nec non Hes.] *Cæsare castris restituto, transit ad Italicas cohortes, quæ & ipse iam quieto mari, secundum uẽtũ nactæ soluêre portum. Est autem Boreas è Brundusio traijcientibus in Epirum uehementer commodus.*

Talia iactantes discussa nocte, serenus
Oppressit cum sole dies, fessumq; tumentes
Composuit pelagus, uentis a pereuntibus, undas
Nec non Hesperij lassatum fluctibus æquor
Vt uidere duces, purumq; insurgere cœlo
Fracturum pelagus b Boream, soluere carinas,
Quas uentus, doctæq; pari moderantur dextræ
Permixras habuêre diu: latumq; per æquor
Vt terrestre coit consertis puppibus agmen,
Sed nox sæua modum uenti, ueliq; tenorem
Eripuit nautis, excusitq; ordine puppes.
Strymona sic gelidum bruma pellente relinquũt,
Poturæ te Nile grues, primoq; uolatu
Effingunt uarias casu monstrante figuras.
Moxq; ubi percussit c tensas Notus altior alas,
Confusos temerè immixtæ glomerãtur in orbes,
Et turbata perit dispersis littera pennis.

a al. patientibus.
b al. Borean.
c al. densas.

Hesperij Du.] Itali. Antonius, Gabinius, et Calenus. Quidam tradunt Cæsarem moræ impatientem, Posthumium Brundusium misisse, ut Gabinum adducere iuberet exercitum: quod si is recusaret, præciperet Antonio: sin is quoq; præciperet Caleno. Si is negaret quoq;, epistolam ad exercitum dedit, ut Posthumo parerent. At Cæsar non Boream, sed Austrum idoneum uentum fuisse nauigantibus, & Oricum peterent, scribit. Quibus rebus, inquit permotus Cæsar, Brundusium ad suos seuerius scripsit, ut nacti, idoneum uentum, ne occasioni natum, ne Octauiani uigandi dimitterent, & ad Oricum, siue ad littora Apolloniatiũ cursum dirigerẽt, quod eò naues ejicere possent. Hæc

A Hæc à custodibus classium loca maximè uocabant, quod se longiùs portibus credere non auderēt Illi adhibita audacia & uirtute administrantibus M. Antonio, & Fusio Caleno, multum ipsis militibus hortantibus, neq; ullum periculum pro Cæsaris salute recusantibus, nacti Austrum, naues soluunt, atq; altera die Apolloniā, Dyrrhachiumq; præteruehuntur. Qui cùm essent ex continenti uisi, Q. Coponius, qui Dyrrhachium classi Rhodiæ præerat, naues ex portu educit: & cum iam nostris remissiore uento appropinquassent, idem Auster increbuit, nostrisq; præsidio fuit. Neque uerò ille ob eam causſam conatu desistebat, sed labore, & perseuerantia nautarum se uim tempestatis superari posse sperabat: præteruectosq; Dyrrhachium magna ui uenti nihilo secius sequebatur. Quos uent.] Naues aliquandiu uenti beneficio, pariter, & nautarum industria inter remigandum ordinato cursu prouehebantur, non secus, quàm exercitus, & agmen terrestrium copiarum quadratis lateribus incedit. Sed nox superueniens modulatum eum cursum turbauit. Strymona.] Similitudo sumpta à gruum uolantium natura. Strymon B Thraciæ fluuius est, circa urbem Hedonidem, antea Padilum, & Strymonem excipitur in cibis tribulis, inclinatus in uadum, folio ad effigiem ulmi, pediculo longo. Labitur inter Rhodopen, & Hæmum montes, ex hoc oritur. Grues.] Similitudine à gruum uolatu ducta, ordinem nauium procurrentium per auersionem subijcit. Gens Pygmæorum certas inducias habet cum gruibus. Tractus autem, quo ueniunt, immensus est, à mari Euxino. Cum uolant, consentiunt: & altè uolant, ut quam longissimè prospiciant. In eo agmine legunt, quem sequantur, ducem. In extremo autem agmine, uicissim, qui uoce sua contineant. Nocturnis horis suas habent excubias, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidant, & indiligentiam excubantium coarguat. Cæteræ dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo, ac prædicit. Adhæc, eædem manſuefactæ lasciuiunt, & gyros quosdam indecoro gestu peragunt. Cùm Pontum sunt transuolaturæ, primum angustias petunt, inter duo promontoria Criumetopum, & Carambin, & mox faburra stabiliuntur. Vbi uerò medium transierint, abijciunt è pedibus lapillos, ubi continentem attigerint, è gutture arenam effundunt. Præsagiunt grues futura, ut alibi nobis dictum est. Inter quarundam bestiarum miracula à Plinio refertur, non lassescere in ullo labore, qui neruos ex alis, & cruribus gruum habeant. Purgant se iuncto palustri. αἱ γέρανοι λίθους καταπίνουσιν. id est, Grues lapillos deglutientes etiam in prouerbium abierunt, de ijs, qui summa prouidentia gerunt negotium: sumptum ab eo, quem modò dixi, gruum more. ut quoniam admodum sublimes uolant magnoq; feruntur impetu, neque possunt deorsum aspicere, lapillos gestent, quos, siquando fatigari cœperint inter uolandum, ex alto dejiciant, quo uidelicet è cadentiū strepitu præcipiant, utrum supra terram, an supra mare uolent. Quod si lapillus in mare desiderit, pergunt uiam. Sin in terram, interquiescunt. Aristophanes in Auibus.

ἐν μέσῃ γε λιβύσ᾽ ὕπερ ὡς τρὶς μυρίαι
γέρανοι, θρυλλίους καταπέπωκυῖαι λίθους. id est,
Venire gruum ter dena fermè millia
Libycis ab oris, deuoratis maximis saxis.

Extat & inter Andreæ: Alciati emblemata, de gruibus lapillos gestantibus pedum complexu inter uolandum, ut rectum cursum teneant: quorum exemplo monuit suos Pythagoras, rectum uitæ cursum, atque institutum seruandum esse. Porrò, quia hyeme congelatur, in magno æstu à gruibus frequentatur: hyeme uerò ad Nilum conuolant. Itaq; ut ad propositum redeamus, eodem ordine naues è Brundusino portu mouerunt. Mox ubi Auster increbrescere occœpit, sine ordine processerunt. Notus altior] uētus uiolētior uerberauerit alas gruū densiores, propter ordinem hactenus seruatū sine ordine conuolant glomeratæ in orbes, ut nullas figuras præ se ferāt elementorum. Litera.] quam antea ordinate uolando referebant, ut Y. aut L. aut similem aliquam literam. Similem cursum repræsentauit classis Brundusina.

C Antonius orto sole, uiolentiori uenti flatu Nymphæum tandem tenuit: incolumi classe, duæ tantum naues destitutæ in ancoris ante Lyssum steterunt. Vnius earum Tyrones Octacilius, qui cum classe eam oram incauit: altera, quæ ueteranos uehebat, die in conditionibus tractandis de industria consumpto, sequenti nocte in proximum littus decurrit, militesq; in terram egressi, per medias hostium stationes ad suos peruenere.

Vt primum red.] Vt primum redeunte die uiolentior aër
Puppibus incubuit, Phœbæo concitus ortu,
Prætereunt frustra tentati littora Lysi,
Nymphæumq; tenent, nudas Aquilonib. undas
Succedens Boreæ iam portum fecerat Auster.

Violentior aër.] Nestori, inquit Cæsar, usi fortunæ beneficio, tamen impetum classis timebant, si fortè uentus remisisset, nacti portum, qui appellatur Nymphæum, ultra Lyssum milia passuum tria, eò naues introduxerunt, qui portus ab Africo, tegebatur, ab Auſtro non erat tutus, leuiusq; tempestatis, quàm classis periculum existimauerunt. Quò simulatq; intrò est itum, incredibili fœlicitate, Auster, qui per biduum flauerat, in Africum se uertit. Phœbeo concitus.] qui cum exortu solis surgebat.

Frustra t.] Nam (ut paulò ante retulimus ex Cæsare) ut ex continente Pompeianis uisi fuerunt, Q. Coponius, qui Rhodiæ classi Dyrrhachij præerat, naues ex portu eduxit. Et cùm iam Cæsarianis remissiori uento appropinquassent, idem Auster increbuit, & his auxilio fuit. Itaque è portu Dyrrhachino naues eductæ Cæsarianas naues interceperunt ne Lyssum peruenirent. Nam Lyssum antea Cæsar ciuibus Romanis attribuerat, muniendumq; curauerat: quorum conuentus factus statim Antonium recepit, & omnibus rebus iuuit. Octacilius Crassus deserto oppido fugit, & ad Pompeium se contulit. Lysi.] Lyssus in Macedonia est ut author est Strabo libro septimo, post sinum Rixicum, ad Acrolyssum citra Nymphæum, trib. passuum milibus.

Tentati.] Duæ naues tardiùs cursu confectlo, in noctem conjectæ, cùm ignorarent, quem locum reliquæ cepissent, contra Lyssum in anchoris constiterunt, quas Octacilius Crassus, qui Lysi præerat, scaphis sumptis,

expugnare parabat: simulq; de deditione eorum agebat, deditisq; uitæ, ac rerum incolumitatem polliceba tur. Altera harum C C. XX. tyrones uehebat: altera fermè C C ueteranos habebat. Tyrones multitudine nauium perterrefacti, accepto iureiurando, hostes nihil his nocituros, Octacilio se dediderunt. Qui ad eum perducti contra iurisiurandi religionem in conspectu crudeliter necati fuêre. At ueterani tractandis conditionibus, & simulata deditione extracto primo noctis tempore, gubernatorem in terram nauem eijcere cogunt: ipsi idoneum locum nacti reliquam noctis partem ibi confecerunt. Sequenti prima luce missi ad eos ab Octacilio equitibus, qui eam partem oræ maritimæ asseruabant, circiter C C C C. quinque eos armati ex præsidio secuti sunt, se defenderunt, & nonnullis eorum interfectis, incolumes ad Cæsarianos peruenerunt.

Nymphæumq;] Plinius lib. 3. cap. 22 ubi tractum totum Liburniæ, cuius initium, & finis est Scardona, describit. Præterea, inquit, multorum Græciæ oppidorum deficiens memoria, nec non & ciuitatum ualidarum. Eo nanq; tractu fuêre Labeates, Enederudini, Passæi, Grabæi, propriéq; dicti, Illyrij, & Taulanti, & Pyræi, Retinet A nomen in ora, Nymphæum promontorium, Lyssum oppidum ciuium Romanorum, ab Epidaneo C. M. passum facit. Apollonia, inquit, quondam Corinthiorum colonia, VII. M. passuum à mari recedens, Cuius in finibus celebre Nymphæum accolunt barbari, Amantes, & Bullliones. Circa Nymphæum traditur Tigris demersus aliquandiu reddi. Est & fluuius Nymphæus in Italia, circa Antium coloniam, & Asturam flumen, ac insulam. Est & motus Nymphæus Phthiotidis topiario opere quondam spectabilis. Theopompus tradidit, craterem Nymphæi dira Apollonatis portendere. Augetur enim imbribus, egeriq; bitumen, temperandum fonte illo ingustabili, alias omni bitumine dilutius. Quin & in Cilicia locus Nymphæus est. Nudas aqui.] non expositas aquiloni. Hunc portum ab Africo fuisse tectum Cæsar scribit, & ab Austro non tutum, & Austrum metuebili fœlicitate in Africum se uertisse.

Vndique colla.] *Iam Cæsar undiq; suorum armorum robur contraxerat, ut planè pugnandum esse uidereturr. Pompeius belli discrimen, & anxipitem euentum apud se reputans, uxorem Corneliam ab se Lesbos ablegauit. Erat hæc Cornelia filia, L. Scipionis postea in Africa hoc eodem ciuili bello unà cum* a al. auersi. *Iuba rege perijt, quæ* bal. percussaq; *antea puella elegantí forma, Pom. Crasso iuueni, qui cum patre à Parthis fuerat interfectus, nupserat. Hanc Pompeius post Iubæ interitum uxorem duxerat, frustra à Cæsare, Octauia sororis suæ nepte ei delata.* Summa discr.] *Nam præterquam, quod uideret Cæsarem undique suas copias contraxisse, ac Brundusinos ueteranos milites in terram expositos, per medias suas stationes ad illum peruenisse, undique rem frumentariam etiam contrahere.* Coniugi onus.] *periphrasis uxoris. hoc est, decreuit Corneliam coniugem è castris procul ex Macedonia, Lesbum ablegare.*

Lesboq; re.] *in remotam inde Lesbum insulam ablegare, ne præsens spectatrix belli aleæ, utcunque caderet, adesset.* Lesbus.] *Contra Aeoliæ oram est, ferè omnium insularum clarissima, quæ ad occiduam Asiæ frontem sitæ sunt. Nam non solum ob fertilitatem propter quam illi Macaria aliquando nomen fuit, sed urbium etiam frequentiam, & famem clarorum hominum, qui in ea insula floruêre, celebratur, Plinius tradit in ea urbes aliquot terræmotibus et meris iniuria haustas fuisse. Recensentur ex reliquis, Mitylene, & Methymna, & Eressus, qui Theophrastum edit, Aristotelis discipulum, & in Peripato successorem. Lesbium uinum, ut suauius commendatur, Genuit Lesbus Sappho nobilem poëtriam, &*

Vndiq; collatis iam robur Cæsaris armis
Summa uidens duri Magnus discrimina Martis
Iam castris instare suis, seponere tutum
Coniugij decreuit onus, Lesboq; remota
Te procul à sæui strepitu Cornelia belli
Occulere, heu quantū mētes dominatur in æquas
Iusta Venus: dubiū trepidumq; ad prælia Magnę
Te quoq; fecit amor, quod nolles stare sub ictu
Fortunæ, quo mundus erat Romanaq; fata,
Coniunx sola fuit. mentem iam uerba paratam
Destituunt, blandæq; iuuat, uentura trahentem
Indulgere moræ, & tempus subducere fatis.
Nocte sub extrema pulso torpore quietis,
Dum fouet amplexu grauidum Cornelia curis
Pectus, & a aduersi petit oscula blanda mariti,
Humentes mirata genas, b perculsaq; cæco.
Vulnere, non audet flentē deprēdere Magnum.

quasi Aonidum decimam. Cæterùm tanta B longitudine à Septentrione in Austrū protenditur, ut octo urbibus Aeoliæ respondeat Sed & Lesbium marmor paulo Lividius uersicolores maculas habet. Periplus insulæ est, stadiorum M. C. Hæc insula aliquot parœmijs locum fecit. Lesbia regula, quoties præposterè & non ad rationem factum, sed ratio ad factum accōmodatur.

Vsq; lex moribus nō autem legi mores applicentur. Λεσβίζειν id est, Lesbiari antiquitàs pro polluere, dicebat. A turpitudine, quæ ore peragitur, quam à Lesbijs primum profectam opinantur: apud quos famina quædam C tale quid fuit passa. Lesbijs digna de rebus irritis, quod Lesbij ob uanitatem uulgò male audierunt. Lesbius Pyrrhis. Et Lesbia farina, niue omni candidior. Te procul] Auersio ad Corneliam Pompei uxorem. Heu quantum.] exclamatio pathetica in legitimi coniugij catum amorem, in ijs, quibus sana mens est. & æqua. Pompeius cùm iam instante prælio inter tot, & tantas copias uarijs curis distringeretur, studio habuit eleganti forma uxorculam intra tutam insulam ablegare. Dubium tre.] Solicitum pro incolumitate coniugis, ne aleam pugnæ spectaret. Tum autem in ipso prælio ciuit cura tutior quereris solicius. Coniunx sola.] Ea sola fuit in causa, quod prælium disiuleris. Mentem iam.] Et cùm uerba ad uxorem esset facturus, præ nimio amore, uix erat. unde inciperet, & quo orationem continuaret. Et quoties os deducebat, in uerbis errabat.

Non audet.] Ab oportuno. Nox idonea erat, cum Corneliam in lecto complecteretur, ad proponendum, suadendumq; de discessu, & fuga è castris in Lesbum. Quod

a Quod non auderet Magnum grauiter suspirantem interpellare, & uerecundiæ puellæ, & Pompei maiestati tribuendum est. Decorè igitur eum gementem prius fingit, quàm uerba ad persuadendum idonea de ablegatione faciat. Porrò, cæcum uulnus, efflictum amorem, metaphoricè, uocat.

Non nunc uita.] Suasorij generis Pompeij oratio est, ad Corneliam uxorem. Huius autem propositio est: ne indignè nimis, & ægro animo ferat suum discessum. Persuadet à tuto, si cedat, à præsenti periculo, si maneat, à turpi, si in medio armorum strepitu, nondum profligato Cæsare, in tonginquo sinu quiescat. Ad postremum si Cæsar uincat, ipsa incolumis superfit, quam optimam partem sui dicit, habeatq; ad quam confugiat. Oratio breuis quidem est, sed tempori, & personæ accommodata. Non nunc u.] Exordium à captatione beneuolentiæ, à persona Corneliæ. Non nunc.] Tale fermè illud est exordium, ad quod alludere uidetur. O lux magis dilecta sorori. O coniunx dulcior mihi uita acta fœliciter, & cum magna gloria, haudquaquam præsenti, quæ misera est, & calamitosa, cuius me tædet.

Venit mœsta d.] Præmittit breuem narratiunculam propositionis: nisi quis malit ipsam propositionem esse, aut certè propositionis partem. Mœsta dies uenit, qua mihi è bello cedendum est in tutiorem locum. Hanc nimis diu distulimus, si patriæ salutem respicere uelimus: parum uerò, si amorem coniugalem, ut Sulpitius exponit. Quorum.] à quorum ui, & tumultu tutus ad Lesbon. Defiste p.] occupatio, cum posset hic fœminarum more interpellare, monet ne precetur: cum ipse sibi, id quod iucundissimum foret, ob periculi magnitudinem, negauit. Non long.] ab extenuatione spatij inter castra, & Lesbum, cum alioqui procul absit. Præcipites.] à periculo, ob quod amandanda sit ab oculis.

Ille gemens, non nunc uita mihi dulcior, inquit,
Cùm tædet uitæ, læto sed tempore coniunx,
Venit mœsta dies, & quam nimium q; parum q; b
Distulimus: iam totus adest in prælia Cæsar:
Cedendum est bellis, quorum tibi tuta latebra
Lesbos erit, defiste preces tentare, negaui
Iam mihi, non longos à me patiere recessus,
Præcipites aderunt casus, properante ruina
Summa cadunt, satis est audisse pericula Magni.
Me q; tuus decepit amor, ciuilia bella
Si spectare potes. nam me iam Marte parato
Securos cepisse pudet cum coniuge somnos,
E q ue tuo, quatiunt miserũ cum classica mundũ.
Surrexisse sinu, uereor ciuilibus armis
Pompeium nullo tristem committere damno.
Tutior interea populis, & tutior omni
Rege latè, positam q; procul fortuna mariti
Non tota te mole premat. si numina nostras
Impulerint acies, maneat pars optima nostri.
Sit q; mihi si fata premunt, uictor q; cruentus,
Quò fugisse uelim. uix tantum infirma dolorem
Cepit, & attonito cessêre è pectore sensus.
Tandem uix mœstas potuit a proferre querelas.

Summa cad.] altissima quæq; ruinæ proxima sunt, & grauius ruunt, quàm ea, quæ humilia sunt, & minùs alta feriunt altos fulmina montes, & celsa grauiore ruunt casu. Me q; tuus de.] me nimis perditè amas, quæ caussa est, cur non pòssim nõ paria in amore præstare. Sed mihi ut Imperatori exercitus turpe est, inter classica, & armorum strepitũ in tuis amplexib. uolui, quod effœminatorum est, & mollium hominum, & eorũ qui nullis curis distringuntur. A turpi, quod eam apud se retineat, & ab honesto, pariter & necessario, quod à se amittat.

a al. perferre.

Quatiunt c.] cum omnes nationes mundi intentæ erunt in euentum instantis pugnæ. Verebr Pomp.] enallage personæ, Nolo me mœrentem, ac tristem in pugnam dare, cùm imperatorem deceat alacrem, & animosum, & fortem suis animum addere. Sis enim trepidet, aut fugiat, iam de exercitu toto actum est: & de uictoria desperatum. Pompeium.] emphasis, qui orientẽ domui, qui tot uictorijs, tot triumphis clarus habear. Tutior.] Monet igitur, à tuto, uti lateat in Lesbo, cum amplificatione. hoc est, qualis quies, nulli regi continget, nec populo: qui omnes uel bello interfunt, uel ad bellum auxilia miserunt. Non cota.] hoc est, ne præsentem luctu & dolore in totum conficiat.

Si numina,] Si aduersis dijs pugnauerimus, ut cum clade in fugam nostræ acies agantur. Pars op.] Tu, quæ sis dimidium animæ meæ. Sit q; mihi.] à spe refugij, si infœliciter pugnatum erit. Cruentus.] sanguine cadentium aspersus cùm è cæde fugero. Infirma.] non perinde corpore, atq; animo.

Nil mihi.] Oratio Corneliæ pathetica est. Est q; hæc propositio. Indignè fero Magne, quod nõ mortè, sed in uita abs te separor despecta. Reiutat caussas à Pompeio adductas, cur eã ablegari præstet. Exordium ab affectibus ductum est. Nil mihi.] Non habeo, cur

Nil mihi de fatis thalami, superis q; relictum est
Magna queri, nostros non rumpit funus amores,
Nec diri ac summa rogi: sed fortè frequenti,
Phebæa q; nimis, careo dimissa marito.
Hostis ad aduentum rumpamus fœdera tædæ,
Placemus socerum, sic est tibi cognita Magne.
Nostra fides? credis'ne aliquid mihi turius esse,
Quàm tibi? non olim casu pendemus ab uno?
Fulminibus me sæue iubes, tantæ q; ruinæ
Absentem prestare caput? secura uidetur
Sors tibi, cùm facias etiam nunc uota perisse,
Vt nolim sæuire malis, sed morte parata
Te sequar ad manes, feriat dum mœsta remotas

de coniugij nostri fatis, aut de Diuorum aliqua iniuria querar, qui satis me bearunt. Sed est, cur te incusem, à quo per contemptum, non autem morte, sed in uita separor, cùm aliàs sæpe, tum autem & nunc, quasi essem è plebe una, ac non ex prima nobilitate Romana. Nec

Fama procul terras, uiuam tibi nempe superstes.
Adde quod assuescis fatis, tantumq; dolorem
Crudelis me ferre doces, ignosce fatenti
Posse pati timeo. quod si sunt uota, deisq;
Audior, euentus rerum sciet ultima coniunx.

diti fax.] *non ultima iusta funebria, non sepulchrum. Facem summam uocat, extremum bustū post mortem, & quasi sepulchrum, in quo corpus conditum terra obruitur.* Sorte plebe.] *humili, & infirma, non autem nobili, & clara, & Scipionis filia, ac Pompeij Magni coniunx.* Dimissa.] *quasi diuortio abs te separata. Qui uerò hic legunt, demissa, exponunt, abiecta in infimam, & plebeiam sortem, atque ordinem.* Hostis ad ad.] *Respondet ad id, quod dixerat Pompeius. Tā totus adest in prælia Cæsar, num ob illius aduentum distrahendum sit cōiugium, quod negat fieri oportere. Nam si ob id eam amouere studeat, ut Cæsari gratificetur, eumq; placet, negat hostibus gratificandum esse. Et si benemerendum sit, non de hostibus, sed de amicis benemerendum.* Sic est tibi.] *reddit ad id, quod dixerat Pompeius, Meq; tuus decepit amor. Siccine tibi uisa sum infida, quam non potes conuincere tibi usquam infidelem fuisse.* Credis ne.] *Reijcit argumentum à tuto. Iusserat eam latere in tuto. Tutior, inquit, interea populis, & tutior omni rege late. Respondet, an locis ullus tutior sibi esse potest, quàm apud Pompeium, cuius armorum præsidio defendatur ab omni iniuria.* Non olim ca.p.] *Reijcit argumētum Pompeij, quod ipse aliqua fortuna aduersa fusus, nolit Cornelian eandem sortem experiri. Positamq; procul fortuna mariti, non tota te mole premat. Ipsa contrà opponit, commune periculum, & salutem communem ambobus esse debere: eam demum ueram esse coniugij sortem, cum nexum coniugalem.* Fulminibus me.] *Voluit Pompeius se cæso, uel fuso, ut optima sui pars salua, & incolumis maneret, ad quam, si super sit, confugeret. Negat igitur se absentem securam fore, cùm audiet eandem calamitatem, quam præsens sentire mauult. Arbitratur nihil interesse, spectet ne præsens fortunæ ludibrium, an audiat.* Secura uid.] *Iterum reijcit cum indignatione superius argumentum à tuto. Tutior interea populis, & tutior omni rege, late, cum tristissima sit mea fortuna,*

Sollicitam tenebunt,
Et puppim, quæ fata ferat tam læta, timebo.
Nec soluent audita metus mihi prospera bella,
Cùm uacuis proiecta locis à Cæsare possim
Vel fugiente capi: notescent littora clari
Nominis exilio, positaq; ibi coniuge Magni,
Quis Mitylenæas poterit nescire latebras?
Hoc precor extremum, si nil tibi uicta relinquent
Tutius arma fuga, cùm te commiseris undis,
Quolibet infaustam potius deflecte carinam:
Littoribus quærere meis.—

etiam nūc, cum meas preces, ac uotum repudies. Cupio tecum commori, quod mihi gratius est, quàm tibi superesse. Et huic quidem uoto obstrepis: quare ego in maximo sum mœrore. Vel ut Micyllus exponit: Cum facias mea uota perisse, ac frustra esse: quibus illud mecum constitui, atque optaui, ut nolim sæuire malis. Aut seruire malis potius, ut quædam habent exemplaria. Quæ lectio, rectè hic quadrare uidetur, ut malit mortuum sequi, quàm in luctu uitam degere. Sed morte p.] *Allusum est ad illud Didonis apud Maronem, Aeneid. 4.*

Sequar atris ignibus absens.——

Feriat dum.] *Et tamen, inquit, non erò nimis præceps in accersenda mihi morte, sed tamdiu superstes tibi uiuam, dum fama de te uicto in Lesbum ad me perueniat, id quod diuersum à meis uotis sit.* Remotas terras.] *in Lesbum insulam ad me dimanet. Has uocat terras remotas. Dixerat Pompeius paulò antè,*

Positamq; procul fortuna mariti
Non tota te mole premat

Quod ita inuertit, ut Micyllus, meo iudicio pulchrè exponit. Imò, inquit, ego plus alijs, & quasi perpetuò miserra, atque anxia ero, siue uincaris, siue uincere: ac spero optatoq; futurum, ut postrema eius rei fama ad me peruenire tret. Assuescis fa.] *Præmisit Pomp.*

Sitq; mihi si fata premunt, uictorq; cruentus,
Quò fugisse uelim.— *Crudelem ob id maritum appellat, quod per eum ipsa fatis cogatur assuescere: & quicquid aduersi accidit, quoniam id fato euenire dixit, ab eo doceatur, eam calamitatem æquo animo tolerare. Hinc crudelem eum nominat: quasi in ipsius manu sit posse, fatalem necessitatem euitare: cum fatum sit inuitabile.* Posse p.r.] *metuo ut possim tantum dolorem perferre, ut non in uestigio examinem.* Quod si uo.] *Si Dij uota, & preces piorum hominum, & me nunc audire uolint. Oro deos, ut ego ultima euentū pugnæ Pharsalicæ audiam.*

Sollicitam.] *Contrà, inquit, si uicerit, ero in Lesbo in metu adhuc inter ipsas rupes, & saxa, & marmor Lesbium, ut etiā puppim lætum nuncium adportantem uictoriæ, timeam. Citra interrogationem legendum puto iuxta quorūdum exemplarium fidem. Et fata læta erat, lætum uictoriæ nuncium, quem is ferat, qui nauigio Lesbum à Pompeio mittatur.* Fata tam læta.] *quod si uictoria contingat, fatalis, credatur. Sin diuersum, item & illud fatale. Multa deliramenta de fato, Stoici solebant argutari, quæ silentio prætereunda sunt.* Nec soluent.] *Nam animus humanus ita est affectus, ut id, quod metuit, difficilè dissuadeatur, in deteriora semper suspicax.* Cum uac.] *Muliebris, & abiecti animi ominatio rei, quæ possit fieri, cùm uictor fuam tyrannidem in fœmineum sexum nō exerceat.* Notescēt.] *quasi uerò, cum ibi in Lesbo extra telorum prælij coniectum sit, patria exulet, & suū nominis, quasi exilio clarior sit futura.*

Magni coniuge.] *Me Cornelia tertia per ona, pro prima.*

Quis Mityl.] *cum illic latito, quis eam insulam ignorabit? In Lesbo quinq; olim oppida fuere. Antissa, Pyrrha, Eressos, Cirana, Mitylene. Huc miserat Pompeius Corneliam: Hanc nunc exilium suum, modo latebras suas, quod in ea lateret, appellat, ut alludat ad id, quod Pompeius monuerat,* Tutior omni rege late.—

Quasi coarguat omnes mortales cognituros, ibi Pompeij uxorem latere. Hoc precor.] *Inuicem loco epilogi à marito petit, ut, si contingat eum à Cæsare uinci, ne in Lesbum*

A Lesbum fugiat ad se. Nam ipse Pompeius prius dixerat, se propterea eam illò mittere, ut esset, si fata urgerent, & Cæsar uictor, quò confugeret.

» Sitq; mihi, si fata premunt, uictor'q; cruentus,
Quò fugisse uelim. —

Quolibet inf.] quæ te infœlicem sit uictura, quouis potius, quàm in Lesbũ, te cõferas: addit'q; ætiologiã. Ittorib. Lesbÿs quæreris. Hæc sua uocat, quod eò sit profectura.

Sic fata re.] Ad tũ modũ locuta Cornelia exiluit è lecto amenti similis, neq; oculo, neq; amplexu dignata maritum amplius, adeo'q; grauiter doluit, ut nulla mora interposita se inde abripuerit. Tormenta uocat, animi ægritudinẽ ob discessum à marito. Adeo, inquit, à se Pompei amplexus repulit, ut ne collũ suum ab eo pateretur cõplexu teneri. Extremis'q;.] Omnis uoluptatis fructus, qué amplexando, & osculando percipere potuisset, per iram, & indignationẽ perijt, cum animo ægrescẽti abtũ præcipitaret. Præcipitant'q;.] præcipitanter abrumpunt.

—Sic fata relictis
Exilijt stratis amens, tormenta'q; nulla
Vult differre mora: non mœsti pectora Magni
Sustinet amplexu dulci, non colla a tenere,
Extremus'q; perit tam longi fructus amoris,
Præcipitant'q; suos lectus, neuter'q; recedens
Sustinuit dixisse, uale, uitam'q; per omnem
Nulla fuit tam mœsta dies. nam cætera damna
Durata iam mente malis, firma'q; tulerunt.
Labitur infœlix, manibus'q; excepta suorum
Fertur ad æquoreas, ac se prosternit, arenas,
Littora'q; ipsa tenet, tandem'q; illata carinæ est.
Non sic infœlix patriam, portus'q; reliquit
Hesperios sæui premerent cùm Cæsaris arma,
Fida comes Magni uadit duce sola relicto,
Pompeium'q; fugit. quæ uox tibi proxima uenit,
Insomnis, uiduo cùm primum frigida lecto,
Atq; insuera quies uni, nudum'q; marito
Non hærente latus, somno quàm sæpe grauata
Deceptis manibus uacuum complexa cubile est,
Atq; oblita fugæ quæsiuit nocte maritum.
Nam quamuis flamma tacitas urgente medullas,
Non iuuat in toto corpus iactare cubili,
Seruatur pars illa thori, caruisse timebat
Pompeio, sed non superi tam læta parabant,
Instabat miseræ Magnum quæ redderet, hora.

a al. teneri,

Vale.] Est enim uale, salutantis uox in discessu. Hinc indicat luctum, ac dolorem immoderatum utriusq; in discessu. Vitamq; p.o.] Epilogus huius narrationis totius est patheticus, & primum quidem pathos concitat à temporis ratione præsentis collati cũ omnibus anteactis. Nam cæ.] caussa cur hic dies omnes superiores antecelluerit tristitia, ac mœrore. Nam cætera.] ad omnia anteacta damna, incommoda, miserias, & cãlamitates, quæ perpessi fuerant, iam occalluerant. Labitur.] pathos à gestu, & habitu quod externata humi collaberetur. Fertur ad æ.] deducitur in portum, ubi nauis instructa erat, qua portaretur in Lesbum. Littoraq;.] affectus à loco, & gestu. Non sic.] Confert præsentem animum in abitu, cum superiori, cùm urbe discedens sub Cæsaris in eã ingressum, Italiam desereret, ac maritum in Epirum, & Macedoniã sequeretur. Fida com.] pathos à persona, & re. Quæ nox.] pathos à tẽporis ratione. Ominatur quid nocte proxima Corneliæ accidet, cùm absq; Pompeio cubabit, & quidẽ in uiduo lecto.

Insomnis.] Proxima nox tibi uenit insomnis, hoc est: proximam noctem duxisti insomnem. Naso:

Non ego deserto ia cuissem frigida lecto.

Atq; insuet. qu.] nunquam assueuerat sola absque marito cubare. Deceptis ma.] quas marito inÿcere uoluit, qui non adfuit.

Oblita f.] idq; in somno, in quo fugæ suæ oblita mánibus iactatis frustra in lecto Pompeium quæsiuit. In toto cub.] sed in lecti parte tantum, quæ ipsius esset, ac non mariti. Quare addit, alteram partem seruari Pompeio intactam. Tam læta.] ut Pompeio rursum læta in amore coniungeretur, licet tempus adesset, quo cum uictum, & morientem uideret quidem, sed minimè læta.

Vel (ut Sulpitius) ut esset Pompeio caritura. Atq;

hic finis commentariorum in quintum librum esto.

FINIS LIBRI QVINTI.

M. ANNEI · LVCANI CORDVBENSIS POETÆ CLARISSIMI, DE BELLO CIVILI, LIBER SEXTVS.

CVM COMMENTARIIS ACEXPLANATIONIBVS eruditissimis D. LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII.

ARGVMENTVM IN SEXTVM LIBRVM M. Annei Lucani, per SVLPITIVM.

DYrrhachium in Sexto, dum Magnus ab hoste tuetur,
Vallatur muro in campis, & peste laborat.
Esurit, & Cæsar, pugnaq; erumpit aperta
Pompeius, Scæuæ uires, & nobile fatum,
Thessaliæq; situs: mox quæ tulit illa, canuntur.
Hinc magicam Erechtho Stygias ut consulat umbras,
Sextus adit, ciet illa Deos, cogitq; cadauer
Tristia fata loqui, moritur quod carmine rursus.

POstquam cast.] *Ab excursu, ad historiã redit. Antonio itaq; cũ copijs, in terram egressis, quæ per medias hostiũ stationes ad suos peruenerant, Cæsar, quod frumentariæ rei inopia iam premeretur, recepto, Cn. Domitiũ cum duabus legionibus, & equitib. quingẽtis in Macedoniã frumentũ misit. Caluisium Sabinũ cũ cohortib. quinq; in Aetoliam. L. Cassiũ Longinum in Thessaliã cum una legione Tyronũ. Ex his enim regionib. undiq; ciuitates paulò ante legatos ad cũ miserãt, qui ab eo deditionem cõditionib. pacti præsidiũ contra Pompeianos peterẽt. Quo tẽpore L. Scipio cũ auxiliariorũ manu in castra uenit ex Asia, & Syria (hanc prouinciã initio belli ciuilis ei Senatus dederat) infamis auaritiæ nota ob nimis acerbã tributorũ exactionẽ. Flexerat is iter in Macedoniã, ubi à Domitio insidijs exceptus duab. equitũ turmis exutus fuit. Per eos item dies, Cn. Põpeij filius, Cæsaris longas naues ad Oricũ incendit. Inde Lissum expugnare adortus fuit, sed frustra fuit in[illegible]. Nam naualibus socijs nonnullis circa muros amissis, cum sua classe Aegyptia, cui præerat, fugit. Tum demum Cæsar ad Dyrrhachinorũ Asparagũ, cum omnib. suis copijs progressus fuit: eo in loco Pompeius castra fecerat. Verba Cæsaris sunt. Præteruectas Apolloniã, Dyrrhachiumq; naues uiderant, ipsi iter secundũ eas terras direxerant. Sed quò essent eæ delatæ, primis diebus ignorabant. Cognitaq; re, diuersa sibi ambo consilia capiunt: Cæsar, ut quàm prẽtium se cum Antonio coniungeret: Pompeius ut ueniẽtibus in itinere se opponeret. & si imprudentes, ex insidijs adoriri posset. Eodemq; die uterq; eorũ ex castris statuis à flumine Apso exercitũ educunt: Pompeius clàm, & noctu: Cæsar palàm, atq; interdiu. Sed Cæsari circuitu maiore iter erat longius, aduerso flumine, ut uado transire posset Pompeius, quia expedito itinere flumen ei transeundũ nõ erat, magnis itineribus ad Antonium contendit: atq; ubi eũ appropinquare cognouit, idoneum locũ nactus, ibi copias collocauit, suosq; omnes castris continuit, ignesq; fieri prohibuit, quò occultior esset eius aduentus. Hæc ad Antonium statim per Græcos deferuntur. Ille*

OSTQVAM castra Duces pugnæ iam mente propinqui
Imposuere iugis, admotáque cominus arma,
Parq; suum uidere Dei, capere omnia Cæsar
Mœnia Graiorũ spernit, Martem q; secundum
Iam nisi de genero fatis debere, recusat.
Funestam mundo uotis petit omnibus horam,
In casum quæ cuncta ferat: placet alea fati
Alterutram mersura caput. ter collibus omnes
Explicuit turmas, & signa minantia pugnæ,
Testatus nunquam Latiæ se deesse ruinæ.

missis ad Cæsarẽ nuntijs, unũ diem sese castris tenuit. Altero die ad eum peruenit Cæsar, cuius aduentu cognito Pompeius, ne duobus circumcluderetur exercitibus, ex eo loco discedit, omnibus copijs ad Asparagũ Dyrrhachinorum peruenit. Hæc Cæsar. Cæterum postridie in structa acie Cæsar in conspectũ hostium uenit, prælio cũ illis dimicaturus. Verum ubi ab hoste nihil moueri uidit, aliam rationem iniit, ut circumacto exercitu Pompeium, uelut longius inde abiturus, eliceret, inde Dyrrhachiũ ire perrexit, quo Pompeius omnẽ belli apparatũ contulerat. Sensit mox id Pompeius. Sed priusquã occurri Cæsar potuerit, inter-

A inter ipſum hoſtium agmen, & urbem caſtra fecit. Dyrrhachio excluſus Pompeius, in ædito loco metatur ſua caſtra, Petræ loco fuit nomen. Ibi Cæſar, ne bellum lon giùs traheretur, Pompeÿ caſtra munitionibus cinxit, in tumulis, qui plurimi circà circum erant. Et caſtella mi litari opere excitauit. XV. millium paſſuum circuitum complexus, continuata munitione per tumulorum interualla ne quà hoſtis eruptionem faceret. Iamq; opus ipſum haud ſine certaminibus ad exitum perductum fuit. Erat autem hoc genus obſidionis, eo magis nouum, quod obſeſſi commeatu abundarent, quod quolibet uento multitudinem nauium, quæ dextra, læuaq; aderant, abundè commeatus in caſtra importabatur: plures item à paucioribus obſiderentur: & obſidentes omnium rerum inopia, ſed in primis rei frumentariæ, premerentur.

Mente propinqui.] ſtudio, & animi flagrantia, ad conſerendum manus. Adſcribam Cæſaris uerba, ut paulò antè nobis memorata plus lucis habeant, ex libro tertio, de bello Ciuili. Cæſar poſtquam Pompeium ad Aſparagum eſſe cognouit, eodem cum exercitu profectus, & expugnato in itinere oppido Parthinorum, in B quo Pompeius præſidium habebat, tertio die in Macedoniam ad Pompeium peruenit, iuxtaq; cum caſtra poſuit: & poſtero die eductis omnibus copijs, acie inſtructa, decertandi poteſtatem Pompeio fecit. Vbi eum ſuis locis ſe tenere animaduertit, reducto in caſtra exercitu, aliud ſibi conſilium capiendum exiſtimauit. Itaque poſtero die omnibus copijs magno circuitu, difficili, anguſtoq; itinere, Dyrrhachium profectus eſt, ſperans Pompeium, aut Dyrrhachium compelli, aut ab eo intercludi poſſe, quod omnem commeatum, totiusq; belli apparatum eò conciliaſſet, ut accidit. Pompeius enim primo ignorans eius conſilium, quod diuerſo ab ea regione itinere profectum uidebat, anguſtijs rei frumentariæ compulſum diſceſſiſſe exiſtimabat. Poſtea per exploratores certior factus, poſtero die caſtra mouit, breuiori itinere ſe occurrere ei poſſe ſperans. Quod fore ſuſpicatus Cæſar, militeſq; adhortatus, ut æquo animo laborem ferrent, paruaq; parte noctis itinere intermiſſo, mane Dyrrhachiũ uenit, cùm primum agmen Pompeÿ procul cerneretur: atque ibi caſtra poſuit. Pompeius intercluſus Dyrrhachio, ubi propoſitum tenere non potuit, ſecundo uſus conſilio, edito loco, qui appellatur Petra, aditumq; habet nauibus mediocrem, atq; eas à quibuſdam protegit uentis, caſtra communit. Eò partem nauium longarum conuenire, frumentum, commeatumq; ab Aſia, atque omnibus regionibus, quas tenebat, comparari imperat. Cæſar (ut paulò pòſt) conſilium capit ex loci natura. Erant enim circum caſtra Pompeÿ permulti editi atque aſperi colles: hos primum præſidijs tenuit, caſtellaq; ibi communiuit, inde ut loci natura cuiuſque ferebat, ex caſtello in caſtellum perducta munitione circumuallare Pompeium inſtituit. Hæc expectans, quod anguſta re frumentaria utebatur, quodq; Pompeius multitudine equitum ualebat, quo minore periculo undique frumentum commeatumq; ſupportare poſſet, ſimul uti pabulatione Pompeium prohiberet, equitatumq; eius ad rem gerendam inutilem efficeret. Tertio, ut authoritatem, qua ille maximè apud exteras nationes nti uidebatur, minueret, cùm fama per orbem terrarum percrebuiſſet, illum à Cæſare obſideri, neque audere prælio dimicare. Hucuſque Cæſaris uerba retuli. Cæterum caſtella effecerat Cæſar XXIIII. XV. millium paſſuum circuitu amplexus. Nunc ad rem. Impoſuere iugis, admotaq;.] Oſtendimus paulò antè, Pompeium ad Aſparagum Dyrrhachinorum in iugis, & editis locis (Petra nomen erat) caſtra ſua locaſſe, quò progreſſus etiam fuit Cæſar. Atque hoc ipſum eſt, quod ſtatim additur, admouiſſe Cæſarem propius & ſua caſtra. Arma.] ipſa caſtra.

Parq; ſuum uidere Dei.] Dij uidere ſuos duces animis ad certandum de ſumma rei pares, in quos totus mundus intentus erat, uter victor eſſet euaſurus. Hi inter ſe committerentur, ut gladiatorum par, quorum uirtus perſpecta omnibus eſt: ſiue quod deus utrinque ampliſſimis uictorijs decoraſſet.

Martemq; ſecundum.] non curat Græcorum urbes in Epiro, aut Macedonia, ſed hoc unum ſedulò agit, & uotis optat omnibus, ut Pompeium prælio uincat. Funeſtam mundo ho,] triſtem horam pugnæ, calamitoſam omnibus gentibus humanis, quæ uni uictori ſint ſeruituræ. In caſum.] Sulpitius exponit. in euentum pugnæ incertum. Sed melius fortaſſis, ſi relatiuum referatur ad horam, ac non ad. ea, ut ſit hic ſenſus, petit, optatq; uotis omnibus eam pugnæ horam, quæ cum cta rerum humanarum ſecum in ruinam ſit attractatura, uel quæ omnia in incertum euentum ferat. Placet alea fati.] hoc eſt, placet ſummam rerum in incertum euentum committere. Alluſum eſt ad paræmiam, omnem iecere aleam, pro eo, quod eſt, rem uniuerſam periclitari, & fortunæ arbitrio committere. Alia enim fortunæ magis, quam artis ludus eſt. Vnde prouerbiali figura, inquit Eraſmus, ſi quando ancipitem rei euentum ſignificamus, quaſi non ab arbitrio iacientis, ſed à fortuna pendentis, aleam iaci dicimus. Alterutrum.] uel Pompeÿ, uel Cæſaris. Ter collibus.] Additione numeri ternarij Cæſaris conatum amplificat. Quod dicit, ter eum ordines explicaſſe, & oſtentaſſe ſigna, argumentum fuit animi ardentis pugnam. Et ſigna, aquilas Romanas dicit. Teſtatus.] Quaſi uerò id eſſet mirari Italiæ ruinam, cùm dignitatem ſuam armis tueatur, ac toties inimicos ad pacem faciendam cohortatus, ab armis diſceſſurus fuiſſet.

Vtuidet ad.] Naruimus paulò ante iſta fuſiſſimè, ut nihil ſit, cur eadem crambe recoquatur. Nullos tumul.] ad nullum prælium euocari poſſe Pompeium. Vbi enim tertio die in Macedoniam peruenisſet Cæſar, poſitis contra Pompeium caſtris, poſtero die omnes copias eduxit: & inſtructa acie, dimicandi poteſtatem illi fecit. Sed is ſuis ſe cõtinuit caſtris, neque ad pugnam exciri potuit. Signa.] Tũ demũ, poſtero die cũ omnib, copijs, magno circuitu, difficili anguſtoq; itinere Dyrrhachium

Vtuidet ad nullos exciri poſſe tumultus
In pugnam generum, ſed clauſo fidere uallo,
Signa mouet, tectusq; uia dumoſa per arua
Dyrrhachij præceps rapiendas tendit ad arces.
Hoc iter æquoreo præuenit limite M[illegible]us.
Quemq; uocat collem a Taulãtius incola Petram,
Inſedit caſtris, Ephyreaq; mœnia ſeruat,
Defendens tutam uel ſolis turribus urbem.

a M. Tablat tius.

Dyrrhachium contendit sperans Pompeiũ aut Dyrrhachium cõpelli, aut ab eo intercludi posse, quòd eo cõmeatum omnẽ, & totius belli apparatũ contulisset. Hoc iter &c.] Primum de Dyrrhachio siue Epidamno abundè in superioribus libris dictum est. Deinde Pompeius Dyrrhachium peruenire non potuit, sed cùm à Cæsare interclusus ab eo esset, æditoque loco atq; aspero, Petra, castra communiuit. Taulantius in.] Taulantios, & Pyræos proprièe Illyricos dictos, tradit Plinius libro 3. cap. 22. ubi describit Liburniam. Hos alij Tabulantios litera b. interposita, dixerunt. Quamuis alibi de Dyrrhachio, & Epidamno diximus, tamen quod præsens locus propter Taulantiorum incolarum mentionem, & ipsa urbs hoc locò à poëta describitur, paulò pluribus de ea agendum: simul quod Dyrrhachium, Ephyrea mœnia nominet, immorandum duxi. Vrbs initio Epidamnus dicta fuit, sitaq; est in ora Macedoniæ, qua terra Ionio mari alluitur. Nomen sortita est creditur, teste Appiano, ab Epidamno quodam Barbarorum rege, qui eam condidisse existimatur. Reliquit hic ex filia nepotem Dyrrhachium, qui urbi Epidamno portum commodissimum adiecit, quem de suo nomine Dyrrhachium nominari iussit. Quo quidem nomine, eò libentius postea Romani usi fuere, quod Epidamni nomen, ut ominosum detestati fuerunt, Mela. libro 2. cap. 3. Vrbium prima, inquit, est Oricum, secunda Dyrrhachium, Epidamnos antè erat. Romani nomen mutauere, ibi uelut in damnum ituris omen id uisum est. Pliniut. In ora ciuium Romanorum. Epidamnum colonia, propter inauspicatum nomen à Romanis Dyrrhachium appellata. Dyrrhachus igitur cùm postea bellum cum fratribus gereret, fortè Herculem ex Hispania redeuntem in belli societatem adsciuit, partem agri ab eo tantum pactus. Hinc Dyrrhachini Herculem telluris suæ incolam fuisse prædicarunt postea. In pugna per errorem Ionius Dyrrhachi filius ab Hercule occisus fuit, eiusq; exangue corpus in mare proiectum, unde pelago Ionio nomen datum tradunt authores. Postea Bryges è Phrygia huc delati urbem occuparunt. Deinde Taulantij, uel, ut alij, Tabulantij, à Polyphemi filio nuncupati, qui Illyricum genus hominum fuerunt. Eiusdem gentis Liburni Taulantios statim eiecerunt. Incolæ itaque urbis Dyrrhachij Taulantij fuêre.

Ephyræaq; mœnia.] Vrbis Dyrrhachij mœnia, ne Cæsar potiretur: & eò Pompeius omnem commeatum, & belli apparatum contulerat. Et licet Dyrrhachio esset exclusus, nusquam tamen meminit Cæsar se id occupasse. Ephyræa.] Quatuor recenset Apollodorus Ephyras, teste Homeri scholiaste, libro Iliad. 15. unam in Thessalia. Secundam in Epiro. Tertiam in Elide. Quartam, quæ postea Corinthus dicta fuit. Atque appellatam uolunt ab Ephyra filia Oceani. Liburnæ celeritate nauium, quæ ab ipsis Liburnicæ appellatæ sunt, usi, proxima tum ea loca magnis latrociniis infestabant. Corcyrenses per ea tempora opibus potentes, pulsis Liburnis, Taulantios, Corcyrensibus colonis admixtis, Phalij Corinthij ductu, restituere. Atque hinc factum fuit cur Græca urbs sit credita. Corcyrenses Corinthiorum coloni fuere. Proinde à Corintho Ephyræa mœnia Dyrrhachium ipsum nominauit. Sulpitius dicit, ideo Dyrrhachium significare, quod Corcyræi urbem condiderit quidem, sed quia, inquit, Ephyraei, id est, Corinthij Apolloniam uicinum oppidum coloniam habuere, ob uicinitatem, rem poëta confundit. Hæc ille parum circumspectè. Sed rectè Micyllus, qui eadem mecum annotauit, his uerbis. De Taulantijs, qui agros Dyrrhachij, & Apolloniæ usque ad montes Ceraunios aliquando tenuerunt, memnit Strabo libro 7. & item Thucydides libro primo, quem locum suprà annotauimus. Ex eodem autem Thucydide patet, quâ ratione poëta hic Ephyræa mœnia uocat Dyrrhachium. Neque enim propter uicinitatem, Apollonæ, ut hic Sulpitio placet, ita appellatur, sed quod is, qui urbem hanc condidit, Corinthus genere fuit, Phalius nomine, filius Eratoclidis, ex Heraclidarum progenie, κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μητροπόλεως, ut inquit Thucydides. Nam & Corcyrenses, quorum colonia Dyrrhachium (ut suprà annotatum est) fuit, à Corinthijs oriundi fuerunt, qui duce Chersicrate insulam illam occuparunt, eo tempore, quo Archias, & ipse Corinthio profectus Siracusas coloniam deduxit. Hæc uterè, ita & eruditè Micyllus, quæ nos paucioribus etiam ostendimus. Itaque, Δυρράχιον, ut inquit, Strabo abbreuiator, περιφράττων ὀπτόμενα ἕρκει. Didymus Homeri scholiastes, tres solum Ephyras numerat. Odyss. 1. Thesproticam, eam & quæ nunc Corinthus est, tertiam Elidem. Defendens t.] ut si maximè Pompeium in conspectu Dyrrhachini, non habuissent, turribus per se satis munita urbs fuisset.

Non opus h.] A descriptione Dyrrhachij dilatat narrationem. Hanc urbem dicit natura magis munitam fuisse, quàm operâ humanâ, quæ uiribus hominum facilius euertitur, quàm ea, quã natura munierit.

Non opus hanc ueterũ, uel moles structa tuetur,
Humanusq; labor, facilis, licet ardua tollat,
Cedere uel bellis, uel cuncta mouentibus annis:
Sed munimen habet nullo quassabile ferro,
Naturam, sedemq; loci: nam clausa profundo
Vndiq; præcipiti, scopulisq; uomentibus æquor
Exiguo debet, quod non est insula, colli.
Terribiles ratibus sustentant mœnia cautes,
Ioniumq; furẽs rapido cum tollitur Austro, (tus.
Tẽpla, domosq; quatit, spumatq; in culmina pon

Opus.] labor ueterum, ut aggeres, ualla, fossæ, munitiones, & alia propugnacula, quæ circa urbes excitari solent. Iam uerò, illa: moles structa: humanusq; labor: copia est poëtæ, & expolitiones. Facilis li.] Nam quæ manibus hominum excitantur, quantumuis ardua, & munita, ijsdem dirimi possunt, aut uetustate collabuntur. Multa exempla huc adduci possent. Sed ad rem. Cuncta m.] hoc est, facilis cedere uetustati, quæ uetè carioſa appellatur. Omnia absumit, omnia corrũpit, & demolitur, ut nihil relinquat sub cœlo integrũ. Sed nu.] Quæ uerò natura sunt munita, difficilia sunt expugnatu, sed magnis laboribus tamẽ interdum superantur. Nam Xerxes montes perfodit, & Alexander Macedo Tyrum, expugnata magna uirtutis uiolentia, continenti ductu agere uixit: & alia præterea oppida, & arces, ac loca, quæ natura satis cõmuniuerat, industria, ac ui superata fuerunt. Quin & ipsum Dyrrhachium

Dyrrhachium nihil hodie est, præter ruinas. Naturam munimen, appositio. Nam clau.] *à situ urbis: nam utrinq; aluit pelagus Ioniũ, & qua in peninsulã angustũ iter est, undiq; rupibus præcipitib. clauditur. Est enim peninsula, teste Strabone.* Ἔστι δὲ ἡ Δυρράχιον, ὁμώνυμος τῇ χώρᾳ νῆσος· inde fluuius Apsus, mox Apollonia, Corinthiorum cõditio. Profundo p.] *propter scopulos, quib. ma animali, ad nõ animal.* Exiguo colli.] *qua uerò in peninsulam aditus est, Isthmus collem habet modicũ, cui refert acceptum, quod non sit insula. Si is perfoderetur.*

Terribiles.] *Proinde mœnia in scopulis sita sunt periculum minantia appellentibus nautis. Ratibus: materia, pro re. Maximè, inquit, ubi Auster à meridie cœperit sæuire, & uastum Ionium mater, in Hadriaticum effuderit.* Templa do.] *amplificatio, alioqui re uera, ab Austro, uastissimum Ionium influit, & grauissimos fluctibus inuehitur. cùm à diuersa urbis parte ad Aquilonem, sinus sit Hadriatici freti usq; ad Rhagusium, clarum cum arce munitissima, & sui iuris, nisi quod annum tributum Turcæ pendat.* Spumatq; in.] *hoc est, spumas suas effundit in summa domorum cacumina.*

Huc auidã.] Describit magno uerborum pondere studiũ, conatumq; Cæsaris in obsidẽdo Pompeium, quãtaq; industria fuerit usus in ducẽdis aggeribus, ac fossis, ut undiq; illius castra arctissima obsidione premerẽtur. Diffosum] Pompeiũ per colles castra sparsim metãtem. Etenim ne bellum longius traheretur, Pompeij castra munitionibus circumuallare aggressus fuit, & quidem in tumulis, qui multi circum siti erant, castella militari opere erexit, circuitu X V. Milium passuum, ut paulò antè è Cæsare retulimus. Nec cespite.] *Cespes* propriè est, terræ effossæ crustum cum gramine, *siue herba, à materia, qua agger fiebat. Nam cespes, fragilis est materia, & perfossu facilis, ne opus ita ab hoste disiiceretur, quærenda erat materia durior, quæ uim hostium sustineret ut cautes, saxa, lateritia opera, quæ omnia per congeriem accumulat.* Metallis] *è fodinis auri, argenti, ferri, & aliorum metallorum uisceribus, quæ è terræ uenis effodiuntur, eúe saxis excinduntur in specubus subterraneis. Vt subaudiatur, sed etiã uerumetiam ingentes cautes, saxã domos & mœnia in opera ista transtulit.*

Huc auidam belli rapuit spes improba mentem
Cæsaris, ut uastis a diffusus collibus hostem
Cingeret ignarum, ducto procul aggere ualli.
Metitur terras oculis, nec cespite tantum
Contentus fragili subitos attollere muros,
Ingentes cautes, auulsaq; saxa metallis,
Graiorumq; domos, direptaq; mœnia transfert.
Extruitur, quod non aries impellere sæuus,
Quod non ulla queat uiolenti machina belli.
Franguntur montes, planumq; per ardua Cæsar
Ducit opus, pandit fossas, turritaq; summis
Disponit castella iugis, magnoq; b recessu
Amplexus fines, saltus, nemorosaq; tesqua,
Et syluas, uastaq; feras imagine claudit.

a al. diffusum

b al. cursu.

Graiorumq; domos.] *urbium Græcarum, captarum, direptarum' ue: id quod poëta subijcit.* Extruitur quod.] *amplificatio operis, nulla bellica machina in uallibus, euertendi.* Aries.] *Aries, & testudo, machinæ in uallibus erant, quæ ex materia, & tabulatis contexabantur: quæ ne exurerentur incendio, coriijs, uel cilicijs, centonibusq; uestiebantur. Intrinsecus accipiebant trabem, quæ adunco ferro præfigebantur. Ferrum hoc, falx uocabatur, ob id, quod incuruum esset, & è muro lapides extraheret: aut caput eius uestiebatur ferro, dicebaturq; aries: siue quod haberet durissimam frontem, quæ quateret, subrueretq; muros, siue quod arietum more retrocederet, proueretq; fronte aduersa, & feriret cum impetu uehementius.* Testudo autem, *à similitudine uerè testudinis nomen sumpsit: ut illa modo contrahit, modo profert caput, ita ea machina, interdum contrahit, interdum exerit trabem, ut uiolentius feriat. Hoc igitur opus à Cæsare inchoatum, & perfectum, nec aries, nec testudo, nec ulla machina disturbare potuit, inquit poëta. Fuerunt machinæ bellicæ plures, ut falces, uineæ, plutei, musculi, turres ambulatoriæ, quæ à Vegetio libro de re militari Quarto describũtur. Atque has omnes sequenti uersu complectitur, cũ dicit.* Quod non aries impellere sæuus.

Quod nõ ulla queat uiolenti machina belli.

Franguntur in.] *Hoc quidam sic exponunt. Ita aggerem struit, ut exæquet montium altitudinem, ut montes iam planum quiddam uideantur. Alij sic, æquantur muro, ut per munitiones facilis sit discursus. Atq; hic Pompeiũ intra Dyrrhachij mœnia fuisse opinatur Sulpitius. Et pandit fossas, effodit ante murũ, cùm Cæsar ad munitionem illam ingentem, qua cingere Pompeiũ conabatur etiam montes fregisse hyperbolicè à poëta dicatur. Atq; ita mecum exponit Glareanus.* Cuius cætera uerba adscribam: *Excelsa etiam deiecisse, humilia exaltasse, ut omnia ad discursum apta æquaret, quod Badius benè expressit.* Turrita castel.] *Effecit 24. castella militari opere, per interualla erecta ad tuendum aggerem, & fossas.* Magnoq; recess.] *Atque hoc est quod modo ex Cæsare ostendi, X V. millia passuum circuitu eum amplexum fuisse, quo spatio pabulabatur. Et multa erant intra eum locum manu facta, quibus interim iumenta pascerentur. Vt Cæsariani uidebant perpetuas munitiones ex castellis in proxima castella perductas, timebant, ne quo loco Pompeiani erumperent, & ipsos à tergo adorirentur. Porrò quod Sulpitius annotat ex Appiano, (id quod etiam Glareanus perstringit) qui circuitus spatium dicit fuisse mille, ducentorum stadiorum, quæ constituerent centum quinquaginta millia passuum, id uel in Appiano, uel nostris codicibus corruptum est. ut idem Glareanus.* Nemorosaq; tesqua.] *hyperbole. Sunt autem tesqua, loca dumosa syluestria, & aspera, quæ ab Horatio modo amœna, modo inhospita uocantur, item augurio etiam destinata.* Indagine.] *mãtorum, atq; aggeris ambitu cingit, alioqui, inquisitionem signat, à uerbo indagare.*

Non desunt c.] *Tantum enim erat ca*

Non desinit campi, non desunt pabula Magno,
Castraq; Cæsareo circundatus aggere mutat.

strorum spatium illi, quantum est à fonti-

bus

bus fluuiorum ad ostia, quamobrem facile illi erat subinde castra nonnihil mouere. Pabula.] Pascua, cùm præterea omnium rerum copia abundaret. Nã quotidie magnus nauium a al. quanti. numerus undiq; cõueniebat, quæ abundè cõmeatũ supportabãt. Castraq;.] accoarguat magnitudinem loci, in quo Pompeius castra sua locauerat. Flumina tot.] Et hoc non solum ad amplificationẽ spatij, uerumetiam ad copiam rerum necessariarum, quas natura loci præbebat Pompeio, pertinet, cum flumina ibi orta, longis anfractibus uiarum suis cursibus lassata ibi rursum se in mare effunderent.

Flumina tot cursus illic exorta fatigant,
Illic mersa suos, operumq; ut summa reuisat
Defessus Cæsar mediis intermanet agris.
Nunc uetus Iliacos accolat fabula muros,
Ascribatq; Deis, fragili circundata testa
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.
En quantũ Tigris, quãtum celer ambit Orontes,
Assyriis quantum populis telluris Eoæ
Sufficit in regnum subitum, belliq; tumultu,
Raptum clausit opus, a tanti perière labores.

Defessus Cæsar.] à signo uastissimi spatij, in quo castra metatus fuerat Pompeius: item & operum quæ ipse excitarat, quibus Pompeij castra circumuallauerat. Erant tanta, inquit, ea opera, ut cùm mane ad ea reuisenda exiret, uesperi defatigatus in medijs agris remaneret, & pernoctaret defessus deambulando: aut certè sub noctem lassus interquiesceret. Nunc uetus Iliac.] Occasione prodigiosi operis ironicè exclamat in fabulas uetustat, in quibus multa supra fidem amplificata fuerunt, quæq; uetustas ut miracula admirata fuit. Et inter earum rerum fabulosas amplificationes fuerunt mœnia urbis Troiæ: Atque hac collatione uehit Cæsaris industriã. Iliacos at. fab. mu.] Neptunus & Apollo hac mercede dicuntur Laomedonte conducti ad cingendum Ilium muris, ut quod pecoris eo anno in eius regno natum esset id ipsorum esset, aut certè ipsis se immolaturum. Pactum fefellit rex, & ob eam causſam horrendum cetum Neptunus in agrum Troianum immisit, qui urbem infestaret. Rex ad Apollinem legatos misit, qui eum consulerent, quo pacto Neptunus potissimùm placari posset: is respondit, malorum finem futurum, si uirgines Troianæ cito obiectæ fuissent. Multis absumptis, ad postremum, Hesiones sors exijt, cui patræ alligatæ superuenerunt Hercules, & Telamon in expeditione Argonautarum, qui cetum confecerunt, atque Laomedonti patri his legibus restituerunt, ut ab expeditione Colchica reuersi, puellam ipsi secum in Græciam abducerent, ac nobiles equos illis traderet, qui super aquas, & aristas ambularent. Fefellit reuersos etiam rex, quare Hercules capta Troia, & Laomedõte interfecto, filio Priamo tradito regno, Hesionem Telamoni dedit, è quo Teucer progenitus fuit. Verum Hellanicus multò aliter fabulam refert, teste Homeri scholiaste lib. Iliad. υ. ποσειδῶν καὶ ἀπόλλων ᾠκοδόμησαν τὸ τεῖχος τὸ περὶ τὴν πόλιν τὴν τροίαν, ὅτε λαομέδοντι θητεύσαντες ἐπὶ μισθῷ τετάγμενοι, τὸ τεῖχος κατεσκεύασαν. λαομέδων δὲ παραβὰς τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας, μὴ δοὺς τὸν μισθὸν ἀπήλασεν αὐτούς. ἀγανακτήσας ὁ ποσειδῶν, ἔπεμψε τῇ χώρᾳ κῆτος, ὃ τούς τε παρ' ἀκτὴν ἀνόντας ἀνῄρει, καὶ τοὺς γεωργοῦντας διέφθειρε. μαντευομένῳ δὲ τῷ λαομέδοντι χρησμὸς ἐδόθη, ἡτιόνην τὴν θυγατέρα λαομέδοντος βορᾷ ἐκδοῦναι, καὶ ὅτως ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ δεινοῦ. προθεὶς δὲ ἐκεῖνος τὴν θυγατέρα, μισθὸν ἐκήρυξε τῷ τὸ κῆτος ἀνελόντι τοὺς ἀθανάτους ἵππους δώσειν, οὓς τρωὶλος ἀντὶ γανυμήδους ἔδωκεν. ἡρακλῆς δὲ παραγενόμενος, ὑπὲρ σχέτο τὸν ἄθλον κατορθώσειν, καὶ ἀθανάτους αὐτῷ προσβλήμα ποιησάσης τὸ κῆτος λύσειν ἀμφ' ὑπὸν τεῖχος εἰσδὺς διὰ τοῦ γόμφου εἰς τὴν κοιλίαν τῶν μὲν λαχάνας διέφθαρε, ὁδὶ λαομέδων ὑπαλλάξας θνητοὺς ἀθανάτους ἔπεμψε, καθὼς δὲ ἡρακλῆς, ἐφράτευσε, καὶ ἴλιον ἐπέθησε, καὶ οὕτως ἔλαβε τοὺς ἵππους. Ergo uetustas uehat hos muros Troiæ XL. mill. passuum in circuitu, quod ferantur Deorum manibus structi, cùm Cæsaris præsens opus multo fuerit mirabilius, humanis manibus elaboratum. Deis.] Neptuno, & Apollini. Mœnia Baby.] Parthi mirentur prodigiosam tum amplitudinem, tum altitudinem murorum Babylonis. Semiramidis opus fuit urbs Babylon, quæ eam operum magnorũ coniugis Nili æmula ad Euphratẽ condidit, CCC. hominum millibus futuro operi admotis. Sunt tamen, qui instaurationẽ non ædificationẽ fuisse credãt, ibiq; Nembrothũ suam regiam habuisse, ut in Nino etiã fuit: aut certè his in locis, in quibus ea postea cõdita est Assyris regnũ, à quo Assyriæ nomen datũ fuit. Cæterũ urbs in uasta planitie ita sita fuit figura quadrata, ut in circuitu CCC. & amplius haberet stadia: ipsa latitudo murorũ, quinquaginta cubitos, altitudo uerò, quadruplo plures cõtineret. Huius rei est author Herodotus, cuius uerba iam mox nõ grauabor ascribere. Strabo, & alij breuiorẽ areæ circuitum ueri similius tradiderũt. Rursum Clitarchus, qui in Alexandri comitatu fuit, amphora, quam Herodotus de murorũ prodigiosa celsitudine prodidit. Materia fuit lateritia bitumine, & arena cõpacta, & quidẽ tanta celeritate, ut singulis anni diebus, singula fuerint stadia cõmunita. CCC aiunt habuisse turres, plures habiturã, nisi aliqua parte paludes, stagnaq; mœniorũ loco fuissent. Pons quinq; stadiorũ Euphratẽ iunxit materia nobili: sed nobiliori arte murus ab utraq; ripa fluminis ductus. Herodotus, κλεῖτο, τὸ μὲν μακρότατον, καὶ ἰσχυρότατον, καὶ ἔργα τοιαῦτα δή τις πόλις, κεῖτο ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, μέγα θος ἐοῦσα μίτωπα ἑκάστου, εἴκοσι, καὶ ἑκατὸν σταδίων, ἴσης τετραγώνου. οὕτω μὲν ἡ πόλις ἦν τετρακόσιοι τὸ γὰρ μέγαθος τοσοῦτόν ἐστι ἡ ἄστεως ἡ βαβυλωνίου. μὲν νῦν ἐκεκόσμητο ἡ ὡς δεύτερον ἄλλο πόλισμα, ἡμεῖς ἐλάμψεται φροσ μὲν πρῶτα βαθέατε, καὶ εὐρέα. μετὰ δὲ τεῖχος ψος ἦν, λίνεον πηχέων. ὁ δὲ βασιλικὸς κῶνος, τοῦ μὲν τρίτον ἐπὶ πόχεος μέζων τρισὶ σταδίοισι. Hæc Herodotus. Et Plin. lib. 6. LX. mill. pass. eam amplexã fuisse author est. Cæterũ, hæc mœnia postea magna ex parte, urbe Zopyri facinore capta, Darius demolitus fuit, portasq; diruit ciuitatis principibus patibulo affixis, unde ortum uideri potuit defectio. Refugi Parthi.] In prælio Parthi procurrentibus, aut refugientibus equis, missis trans humeros in insequentes hostes telis, dimicant.

Fragili testa.] opere lateritio, bitumine, & arena mixta, compacto. Irridet poëta ueterum illa sumptuosa, pariter

pariter & magnifica opera, quorum partim ad Deos referebant, partim multorum annorum laboribus constitetant, cùm Cæsar tantam molem intra paucos dies exciisse. Troiam constat ad montem Idam suam fuisse, ut Ni- Quin & ista addantur, ut paulum uoluptatis, & eruditionis inseramus. Sub Nabuchodonosore illo, qui Syriam cum numeroso exercitu fuit ingressus, & gentem Iudaicam sæuissima clade exhausit, Babyloniorum regnum florentissimum fuit. Hanc ad summum dignitatis, potentiæ, splendoris, & opum prouectam, ubi luxu, & libidine diffluere cœpit, & profligatis uoluptate regibus parere, Deus ad Medos, & Persas transtulit. Capta fuit à Cyro Persa, & Medo Dario, Balthasare cæso: regnóq; ad Medos prius, mox ad Persas translato, ipsi diuinam ultionem senserunt. Illud mirari subeat, urbem tam munitam, tam potentem, tam populosam, adeóq; orbi formidabilem, ita dirui potuisse, ut, Honorio apud Romanos imperante, sub quo claruit D. Hieronymus, uix è ruderibus loci deserti, inculticq; uestigia extiterint, quæ B urbis suum coarguerent. Illud certè constat, post mortem Alexandri, in diuisione imperij, Seleuco, qui & Nicanor dictus fuit cognomine, Syriam & Babylonem, & reliquam Orientis partem obuenisse. Hic Seleuciam à se dictam eo consilio condidit, ut uicinitate Babylonem exhauriret, & sui nominis celebrati consuleret. Et obtinuit facilè, ut non solum frequentia illam uicerit Seleucia, sed partem nominis Babyloniæ in se transferret. Plin. author est, eam Babyloniam quoq; appellatã fuisse. Macedonum rebus in Oriente collapsis, Parthi illic rerũ potiti, in suũ ius, ac regnũ traduxerunt. En quan.] Euphrates ex Armenia maiori delapsus, per asperrimas Tauri angustias duodecim millia interuallo euolutus, campestria Syriæ radit: diuq; in Austrum euagatur usque ad Babyloniæ montes. Inde uago procursu in Boream flectitur, quasi Tygris alueum uestigaturus. Tandem ad uicum Masticen duobus alueis funditur. Posteriore læuo Seleucia præterita, post multa millia passuum in Tygrim effunditur: dextro uerò in meridiem uersus, per mediam Babylonem decurrit. In diuerso latere montium Armeniæ, Tygris è fonte ortus ac subter Taurum dilapsus, eo latere, ubi Assyria est, rursum emergit. Ob uelocitatem cursus dicitur à Medis, & Persis, qui eo nomine sagittam appellant. Hic fuit Ninus, urbs Nini regis, quam Libri Bibliaci, & Iosephus Ninuen uocant. Ingens ea fuit, quanta ad Nini tempora in terris fuerat nulla. Eam cum iam conderet Ninus, ad id opus omnes Asiæ populos accersiuit ad quod, aream C C C C. stadiorum & amplius complexus fuit in campis Aturiæ, quæ pars est Assyriæ. Immensum hoc opus mirabili celeritate ad exitum perductũ fuit: habebatq; in orbem M. & C C C C. turres: mœnia centenum pedum altitudine, amplitudine tanta, ut murorum fastigiorum latitudo esset ternis plaustris peruia. Hanc urbem Medorum rex Arbaces post M. & quadringentos annos, ex quo à Nino condita fuit diruit, & imperium ad Medos trãstulit. Orontes.] In ora montis Casij, amnis Orontes est, natus inter Libanum, & Antilibanum iuxta Heliopolin. Et in Syria, Antiochiã alluit, aut diuidit potius Plinio. Hæc Antiochia Seleuciæ, à Seleuco Nicanore Antiochi filio condita est, olim Epidaphneis cognominata. Hanc ut dixi, Orontes interluit. Fuit illa urbs duplici muro cincta, exteriore parte saxo quadrato, interius opere lateritio. Turres murorum quadringentæ sexaginta. Ad ortum arx urbi imminebat, natura munitissima, & uisenda opere: lacus urbi uicinus, piscium abundans: ager fluminibus, & fontibus irriguus, & ferax, ut nullus alius, à mari Cilicio XII. M. pass. Per Tygrim itaq; Ninum per Orontẽ, Antiochiam, indicat. Assyrijsq.] Quantum terræ, quantũ areæ cinctam muris Babylonis, quantum areæ Nini mœnibus, aut Troiæ septum aut Antiochiæ, suffecit Nino, aut Semiramidi aut Laomedonti ad stabiliendũ regnum Assyriorũ, ac Troiæ in tumultu belli, tanti periere labores, quod illi non essent diuturni, non perpetui. Omnibonus exponit, quantum satis esset regno Assyriorum. Glareanus, Sufficit pro regia, quæ regni possessi uideri solet firmum præsidium. Telluris Boæ.] Asiaticæ, Sunt enim fuerunt q; omnes enumeratæ urbes partim in minori, & partim in maiori Asia, ἠώς, hinc ἠῷος, prima longa, & ἑώς, unde ἑῷος, prima contracta. Tanta perie.] Est autem hic ordo, quantum terræ Asiaticæ inter ipsa bella sat erat, quantum areæ concluſit, complexumq; fuit raptim extructum murorum opus, in regnum, hoc est, in regiam ipsorum regum, conditorum urbium tanti labores perierunt, ob id, quod postea urbes cum ipsis mœnibus exciſæ, & solo æquitatæ fuerunt. Fiet enim Ilium regum Troianorum sedes, ut Ninus, & Babylon regum Assyriorum.

En quan.] Est igitur hic sensus. En Cæsar tantum clausit raptim opus, quãtum telluris Asiaticæ sufficit Assyriorum regibus in subitam regiam excitatam, et in medio belli quidem tumultu.

At potuere.] Ad amplificandam industriam Cæsaris, enumerat aliquot loca, multis stadijs distantia, quæ coniungere pari conatu potuissent.

Tot potuere manus adiungere Sestona Abydo,
Ingestoq; solo Phryxeum elidere Pontum:
Aut Pelopis latis Ephyren abrumpere regnis,
Et ratibus longæ flexum donare Maleæ:
Aut aliquem mundi, quamuis natura negasset,
In melius mutare locum, coit arca belli.
Hic alitur sanguis terras flexurus in omnes.
Hic & Thessalicæ clades, Libycæq; tenentur.
Aestuat angusta rabies ciuilis arena.

Tot potuere ma.] Sestus, & Abydus oppida sunt maritima Hellespontij, inter se obiacentia, quorum Sestus, Europæ est, Abydus uerò, Asiæ, direpta septẽ, uel ut alij, octo stadiorum spatio, interluente Hellesponto. In Asiatica ora, Sigæum est promontorium, infra quod à Troade, Abydus iacet, contra Sestum Europæ oppidũ. Sic Martianus lib. 6. Hic, inquit, duæ ciuitates, quarũ una, Sestos Europæ, altera Abydos Asiæ. Vtranque notam fecere literæ Leandri fato. Hæc ille. Cæterũ ambæ illæ ciuitates per nobiles sunt amore Herus et Leãdri, quorum fabulã uersib. conscripsit uetustissimus Græcus poẽta Musæus. Ibi regio est, in qua Persarũ exercitus diuisas spatio, & pelago terras ausus fuit pontib. iungere, transgressusq;

gressusq; est pedes ex Asia in Græciam, maria non nauigata. Tot igitur manus exercitus Cæsaris, potuissent pari celeritate Sestō Abydo coniungere. Ne temere Abydū, subaudi, nauiges, paroemia, ne quod graue periculum suscipias, sine causa, Periculosa enim eō nauigatio est, propter sæuum fretum, in quo perijt Leander. Phryxeum] hoc est, aggerē à Sesto, ad Abydū usq; per Hellespontum ducere. Hellespontiacū pelagus Phryxeum uocat, ab Helle sorore Phryxi in eo submersa. Prius eorū historiā referam, deinde adscribam, quid in fabulis de ijs ipsis proditum est, ut liqueat, cur Phryxeū illud fretū à poëta dicatur. In Bœotia Phryxus, & Helle nouercali in discrimen adducti, non ariete aureo uellere, ut poëtæ fabulantur, sed naui, in qua fuit id animal effigiatum, ad Hellespontum primo delati fuerunt. Hic amissa casu, nescio quo, Helle, Phryxus in Colchidem ad Oeetam regē profectus est, à quo agnitus, quis nam esset, & ut necessitate adactus domo profectus esset, Chalciope r filiæ nuptias impetrauit. Palæphatus prodidit, Arietē Phryxi nutriciū fuisse, cuius opera sit ille nouercæ insidijs cum sorore subtractus. Fabula porrò aliter ab alijs refertur. Phryxus, & Helle insania, à Libero patre obiecta, cū in sylua errarēt, eò mater Nephele uemisse fertur, & arietē inauratū Neptuni, & Theophanes filium adduxisse. Hunc autē filios suos iussit ascendere, & Colchos ad regē Oeetā Solis filiū proficisci, atq; ibi arietē Marti immolare. Iam cū aries eos in pelagus detulisset, Helle de ariete decidit in pelagus, à qua ibi submersa, Hellespōtus deinde fuit appellatus. Interim Phryxus saluus Colchos uenit, Martiq; Arietem immolauit, & pellē inauratā animalis in Martis templo, addito peruigili dracone custode, suspēdit. Hesiodus, & Pherecides dicunt, eos, quod nouercā occidere uoluissent, ad insaniā à Libero patre redactos fuisse. Qui cùm in sylua soli uagarentur, mater eis aurata pelle arietē adduxit, qui cùm nauigaturi essent, in mare excussi fuerūt: atq; ab Helle, Hellespōtus inde mare uocari cœptum. Græci historiam, paulò antè paucis narratam pluribus uerbis ad istum modum referunt. λιριὸς ἄνθρωπος ὢν, φιλόξενος καὶ φρίξῳ γνοὺς τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατ' αὐτῶν, ἐμβὰς εἰς πλοῖον μετὰ τούτων ἔφερετο. καὶ ὁ μὲν ἕλλη περὶ τὸν ἑλλήσποντον ἠνύσθη, ὁ δὲ φρίξος τῷ πλοίῳ τελευτᾷ, οὗτοι δὲ ἀφίκοντο περὶ λευκίδα, καὶ χρυσώσαντες λιριεῖ δέρμα, τὸν μὲν κριὸν θύουσι διί. τὸ δὲ δέρματις ἄνθρωπος & δράκων ἐφύλαττε. Inde referunt fabulā, paulò diuersius à superioribus. Ἀθάμας ὁ αἰόλου τοῦ ἕλληνος καὶ νύμφης βασιλεὺς δὲ βοιβῆς, γάμας ἐνὸ τὴν νάϊδα, παῖδας ἔσχε δύο, πλέαρχον, τὸν παρά τισι λέρχον, καὶ πελαίμονα, τὸν καὶ μελικέρτην. δεκτὰ ἤρας δὲ παράγαμα ἀποπεμψάμενος τὴν ἐνὼ, καὶ ἐπιγήμας νεφέλην, ἔσχεν ἐξ αὐτῆς δύο παῖδας, ἔλλητε, καὶ φρίξον. μεγυδμενον δὲ αὐτὸν λάθρᾳ τῇ ἐνοῖ, διατοπεύσασα ἡ νεφέλη ᾤχετο. πάλιν δ' τῆς οἰκίας ἐπιρατύσασα ἡ ἐνὼ, ἐπιβούλευσε τοῖς τῆς νεφέλης παισίν. εὑροῦσα οὖν τίνα μηχανὴν ἐφρίξε τὸν κριὸν, διὰ τὸ μὴ ἀναφύεσθαι. καὶ δὴ πολλῆς ὄυσης ἀκαρπίας ἐν τῇ χώρᾳ ἐπέπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι θεωρόπους εἰς πυθώ. ἡ δ' ἐνὼ ὑπέθετο τοῖς μάντεσι τοιοῦτόν τινα χρησμὸν κατὰ τοῦ φρίξου λέγειν Ἀθάμαντι, ὡς διὰ τέτο οἱ τὸν μὴ φύεσθαι, μὴ δ' τὰ λοιπὰ τῶν σπορίμων, ὅτε τῶν τῆς νεφέλης παίδων χρὰ τοῖς θεοῖς ἕνα τυθῆναι. πυθόμενος δὲ περὶ τῆς θεοπροπίας ὁ Ἀθάμας τὸ λόγων, καὶ ἀναγκασθεὶς, μεταπεμπεται ἐκ ἀγρῶν τ φρίξον. σφαγιάσαι βυλόμενος. προφάσεως δ' ἣν χάριν ἐπέλευσεν αὐτ' ἄγειν. ὅτι πάλλιστον πρόβατον ἐν τοῖς θρέμμασιν εἰς ἱερουργίας ὑπάρχει. μυθολογοῦσι δ', ὅτε παραγενομένη τῷ φρίξῳ, μετὰ τ ἀδελφῆς ἡλλαντίνος λαίμονος ἐπιφάνειαν, ἀνθρωπίνη βοὴ λαλῆσαι τὸν κριὸν, καὶ πάσιν αὐτῷ τὴν ἐπιβουλὴν ἀναγγεῖλαι. πειθυσαίτε αὐτ' μετὰ τ ἀδελφῆς περιπλεῦσαι τὰ νῶτα, ὅπως τ ἐπινέμενον κίνδυνον ἐκφυγεῖν δυνηθῶσιν. ἕτεροι δ' λέγουσιν, ὅτι νεφέλη φρίξον, καὶ τὴν ἕλλην ἀρπάσῃ, καὶ πρὸ ἑρμῆ λαβοῦσα χρυσόμαλλον κριὸν ἔδωκε πειν. ἐφ' ᾧ φερομένων διὰ τ ἀέρος μεῖζ πολλῆς τ βίας. συνέβη τὴν ἕλλην μὴ δυναμένην ἀντέχειν. καὶ τὰ λοιπὰ τ ἱστορίας ταῦτα ᾖται εἰς τὴν ἑτέρην ἱστορίαν τὴν ὁμοίαν αὐτῇ. Refertur à Græcis scholiastis etiā ad hunc modū. Ἀθάμας ὁ αἰόλου καὶ ἕλληνος ἐκ νεφέλης γεννᾷ πλέχρον, τὸν ἕλλην, καὶ φρίξον, εἶτα ἐνὼ γάμας γεννᾷ πλέχρον, καὶ μελικέρτην. παρά τισι λίαζον, καὶ πελαίμονα, καὶ μελικέρτην. ἐνὸς δ' φρυγόσης τὸν πυρὸν, διὰ τὸ μὴ ἀναφύεσθαι. καὶ μαθεμένης τοῖς μάντεσι λέγειν ἀθάμαντι. διὰ τέτο οἴτον μὴ φύεσθαι, μηδ' τὰ λοιπὰ τ σπορίμων, ὅτι τῶν νεφέλης παίδων χρεία τοῖς θεοῖς ἕνα τυθῆναι, ἀνατ ἡ νεφέλης παίδων χρεία τοῖς θεοῖς ἕνα τυθῆναι, ἀνατ παδεὶς ὁ ἀθάμας, φρίξον παρέγνης τῷ βωμῷ, σφαγιάσαι βυλόμενος νεφέλη δ' καὶ φρίξον, καὶ τὴν ἕλλην ἁρπάζει. καὶ δ' παρ' ἑρμῆ λαβοῦσα χρυσόμαλλον κριὸν, ἔδωκε πειν. ὑφ' οὗ φερομένων διὰ τ ἀέρος, συνέβη τὴν ἕλλην εἰς τὸ ὑποπείμενον καταπεσεῖν πέλαγος, ὅθεν καὶ παρ' ναυ. καὶ ἀπὸ ταύτης κληθῆναι ἑλλήσποντον. ὅθεν καὶ παρ' θενοπόνον θέτιν, καὶ βάλασσαν δ' ὡς τὸ ἑλλεσπόντιον εἰνάλεσε πέλαγος, πέλαγος. φρίξος δ' ἵππερ εἰς πόλχος, καὶ βύσ ἐπεὶ τὸν κριὸν φυξίῳ διί, τὸ δ' λέρος ἀλήτης ἱερεὺς ἄρεος ἄλσει παθήλωσε περὶ δρῦν, ὁ μυθεύεται φυλάττειν τὸν δράκοντα, φρίξος δ' λαβὼν χαλκιόπην τὴν αὐτῆ, γεννᾷ ἄργον, μελίαν, κάτιρ, φρόντιν, σθενον, καὶ ἔλλην. ὕστερον δ' ἀθάμας μήνιδι ἥρας, ὅτι τὸν διόνυσον ὡς πόρκην ἀνέτρεφε, λαβὼν παρ' ἑρμῆ καὶ τ ἐξ ἴνος ἐγένητο παίδων. αὐτὸς γὰ μανεὶς, λέκεγον τοξεύει, ἐνὸ δ' σὺν παλαίμονι, τῷ καὶ μελικέρτῃ, ἔπλατο εἰς θάλασσαν, ἀθάμας δ' εἰς πισᾶν βοιωτίας. χρησμὸν ἔλαβεν, ἐκεῖ κατοικεῖν, ἕως ξένοις ἀγρίοις ξενισθῇ. λύκοι δὲ περὶ τὴν ἀπ' αὐτῇ πλυθεῖσαν ἀθαμανίαν ἰδόντες αὐτὸν, ἅρπαγον, κατάλιπόντες τὰ κρέα τ προβάτων, γυναῖκα λεύκωθον, ἐκεῖ δ' γάμας θεμιστὼ τὴν ὑέως

A teste Plinio, Apia antè appellata, & Pelasgia, & peninsula, haud ulli terra nobilitate post ferenda, inter duo maria, Aegeum & Ionium, platani folio similis, propter angulosos recessus. Stephanus περὶ πολεων. πελοπόννησος, inquit, τρεῖς σὲ πωνυμίας, ἐπὶ μὲν γὰρ ἄπιος, τοῦ φορωνέως ἐπαλεῖτο ἀπία, ἐπὶ δὲ πελασγοῦ, πελασγία ἐπὶ δὲ ἄργους ἐμωνύμως ἐπαλεῖτο, ἐπὶ δὲ τῶν πελοπιδῶν, πελοπόννησος, Hodie uulgus Moream uocat. Pomponius Mela uniuersam in sex regiones diuisit, Argolm, Laconicen, Messeniam, Achaiam, Elin, & Arcadiam. Harum singulae, gentes eximias, & oppida celeberrima olim habuere. Ad Isthmum uno medio Isthmi interuallo condita urbs fuit, Corinthus, colonia Romana, applicata colli, antea Ephyria dicta, sexagenis ab utroq; litore stadijs. Adeò quondam celebris, ut M. T. Cic. in oratione pro Pompeio, non dubitarit eam totius Graeciae lumen appellare. Arcem habet æditam, & utraque maria, hinc illinc continentem, quæ ueteri appellatione Acrocorinthus dicta est, in qua fons Pyrene diuersa duo maria B prospectans, LXXXVII. M. passuum, ad Corinthiacum sinum traiectus est Patras à Leucade. Sunt autem Paetoliae, & fluminis Eueni. Corinthum cùm multos annos Romani, M. Mumio duce, uastassent, Augustus Caesar restituit tum loci commoditate, tum ueteri memoria claritudinis, restaurandam duxit, colonis libertini generis eò missis. Haec multis prouerbijs locum fecit. Quoniam autem ob mercatorum toto orbe huc confluentium frequentiam ea urbs meretricibus abundabat, κορινθιάζεσθαι, hoc est Corinthiari, uulgari ioca dicebantur, qui scortati omnibus uacarent, aut etiam Lenocinium exercerent. Corinthus non indignatur Ilium, in ignauos quidq; ita se gessit, ut hostes nihil habeant, cur magnopere indigneẽtur. Corinthia uideris corpore quæstum factura. in mulierem intempestiuè libidinantem. Corinthus & collibus surgit, & uallibus deprimitur Erasmus existimat posse detorqueri in hominẽ detractabilem, aspero ingenio, & sibi ipsi inæqualem. Corinthus enim cũ egregijs artibus præcelluisset, eorum regio tamen parum fuit frugum, ac fructuũ ferax, quod inæqualis esset, & petricosa. Fœlix Corinthus, at ego sim Teneates. Dionysius Corinthi. Non cuiuis homini C contingit adire Corinthum. ὃ πάντες οὐκ ἐς κόρινθον ἔρχονται ὁ πλοῦς, id est, non datum est cuiuis Corinthum appellere, uetustum, inquit, D. Erasmus noster, iuxta ac uenustum adagium de rebus arduis, & aditu periculosis, quasq; nõ sit cuiuslibet hominis affectare. Non satis tutus erat, ob urbis situm, nec facilis in Corinthiacũ portũ quibuslibet nautis appulsus. Sed rectius Strabo, qui Geographiae lib. 8. prouerbij originem ad Luxũ, & libidines meretricias apud Corinthios refert. Et ut paulò antè demõstrauimus, ob mercatorũ hinc ab ortu, inde ab occasu, commeantium frequentiã, locupletissimam in urbe fuisse rei meretriciae nundinationem. Ad hæc templũ erat Veneri sacrum, adeoq; ditatũ, ut plus mille puellas haberet Veneri Corinthiae consecratas. Harum maximè caussa undiq; toto orbe ingens hominum frequentia confluebat, negotiatores, nautae, hospites promiscui, quibus ea urbis supra modum ditabatur, qui propter luxum immodicũ urbs, & tricium cohortes in primis nobilitata illa fuit Lais, ad quã Gell. & Hora. referũt adagij originem. Hanc solebat Aristippus gloriari se unum habere. Ad hanc, ob uenustatẽ

forma tota Graecia ditiorum hominum ingentes uis confluebat, demerebatq; grandem pecuniam illa. Eam cùm Demosthenes clàm adisset, noctẽ unam ab ea petens, illaq; decem millia drachmarum poposcisset, ego, inquit, pœnitere tanti non emerim, ὃν ὀνεῖσθαι μετανοήσειν μὲ ταλάντου. Hanc laidem, quidam negant Corinthiam fuisse, sed Talantiam uolunt. Adagium copiosè explicatur ab Eras. Cæterùm Corinthus dicta fuit, à Cornelio filio Marathonis, Ephyra priscis, ab Ephyra filia Oceani. Iouis Corinthus, qui semper eadem dicunt, & faciunt.

Pelopis l.] Pelopẽ quidam affirmant Lydũ fuisse, alij Paphlagonẽ natione nõnulli, Phrygẽ, aliquando Persarũ seruũ qui Peloponesum ita subegerat, ut ab eo ipsa regio nomen, & incolæ cognomen, tulerint. Iuppiter suscepit ex Plutone Tmoli filia, uel ut alij, Crono, Tantalum: Tantalus ex Euryanassa Pelopem, uel ut Hyginus, ex Dione Atlantis filia: Pelops ex Hippodamia Oenomai, Atreum, & Tyestem: Atreo, & Aerope Cretica, prognati fuerunt Agamemnõ, & Menelaus: Thyestæ filius fuit Aegysthus. Atq; hic defecit stirps Tantali. Sed Homerus sceptrum Agamemnonis à Ioue, aut à Vulcano potius deducit lib. Iliad. Secũdo. ut hic Ioui illud donarit, à quo Mercurius acceperit, qui per manus tradiderit Pelopi equestri. Equester porrò dictus fuit, quod equestri certamine uicerit Oenomaum, & obtinuerit præmium uictoriae Hippodamiam Addatur & illud obiter, quod Homerus sceptrum regum insigne per Mercurium à Ioue deducit ad Pelopem, id indicat, quod sapientia cum eloquentia coniunctã magnis uiris diuinitùs in alios ius, & imperium confert, atq; hos reliquis omnibus dominari. Fabulantur, hunc Pelopem à Tantalo, cùm esset in deorum conuiuio, cœsum, ac Cererem eius brachium absumsisse: sed Deorum beneficio uitã recepisse. Ac cùm cætera membra rursum coissent, Ceres eburneum eius humeris adaptauit. Cætera, quæ ad Pelopem, Oenomaum & Hippodamiam attinent, studio omitto, ne nimium fabulis immorari uidear, & earum commemoratione odiosa prolixitas fastidium pariat, Et ratibus] Hunc uersum sic exponit Sulpitius, id est, facere rectam nauigationem, quod ad Maleam promontorium, ipsumq; tollere: quod quidem inter Messeniacum, & Laconicum sinum, 50. M. passuum protenditur. Hæc ille. Badius uerò, interciso, inquit, Malcæ promontorio. Horum neutra expositio neq; Glareano, neque mihi probatur. Est enim prorsus absurda. Neq; enim poëta dicere uult, ait Glareanus, Maleam tollendam. sed si Isthmus perfossus esset, non esse nauigandum circa Maleam periculosa nauigatione, quod quidem facere cogebãtur, tum Asiatici, tum Europæi, siquidem merces inuicem uendere uolebant. In Corintho autem permutare poterant, quod necessum non erat, si quidem peruius fuisset Isthmus, cui aderat Corinthus. Vnde et illa ex merciũ permutatione diues facta est. Hactenus uerè Glareanus. Est autẽ Malea promontoriũ Laconiæ, ex aduerso Cretam obtuens, à Maleo Argiuorum rege dictũ, quod per quinq; passuum millia in mare excurrit. Strab. Geographiæ libro octauo, tradit Corinthũ in Isthmo sitam, adeoq; duos habuisse portus, quorum alter ad ortum Asiam, alter ad occasum Italiam spectaret. Verum quod freti instar esset, non sine periculo eò nauigari, ut olim in mari Siculo, sed præcipuè circa Maleam, propter reflantes inde uentos. Atque hinc prouerbium celebratum, Maleam legens, quae sunt domi obliuiscere, μαλέα δὲ κάμψας ἐπιλάθου τῶν

θε τῶν ὄνομα δε Statius Theba lib. 6.

» Et raucæ circumsonat unda Maleæ.

Sed Homerus multò antè ostendit Odyss. 9. periculosa circa Maleã nauigationem fuisse, apud quem sic Vlysses.

» κεῖ νύκτα ἀσπερχὲς ἰκόμην ἐς πατρίδα γαῖαν,
» ἀλλά με κῦμα ῥῶ & τε περιγνάμπτοντα μάλεαν.
» κεῖ Βορέης ἀπίεσε παρέπ ἐξερ δὲ νυβάρων,

id est, interprete Eras.

» Forsitan & patrias redijssem sospes in oras.
» Sed me dum Maleam præteruehor, undaq; fluctuq;
» Et Boreas illinc pulsum admouere Cytheris.

Vergilius lib. 5. ——Maleæq; sequacibus undis.

Maleam igitur, legens, quæ domi sunt obliuiscere, tempestiuiter utimur quando, inquit Eras. discrimen negotij sui scipiendi uolumus ostendere, aut non esse suscipiendum, aut negligendam uitam. Etenim hi suorum oblitti uidentur, qui se temerè periculis obijciunt. Coit Arca.] claditur à Cæsare undiq;, in qua septi sunt ij, qui in diuersis orbis partibus, magnis cladibus uincentur. Et recenset alias quot loca in quibus sunt perituri: In Thessalia mox in Pharsalicis campis: in Lybia, ubi magna postea clade unà cum Iuba rege superabuntur. Aestuat] Furit, ac sæuit hic intra eas angustias, ubi castra habebat Pompeius. Poterat is locus angustus uideri tanto exercitui, alioqui uel mediocribus copijs satis amplus, & spatiosus. Arena.] Translatio, ab arenis theatralibus ad castra.

Prima quidem.] Initio, inquit, Pompeius non aduertit Cæsarem hoc opus moliri, quod tamen statim sensit. Illustrat comparationibus, quì id potuerit fieri. Veluti med.] Vt qui in mediterraneis Siciliæ degunt, non possunt audire sæuitiam Scyllæ & Charybdis in mari Siculo, contra Pelorum. Sicaniæ.] Siciliæ. Fuerunt Sicani Hispanum hominum genus, qui cùm aliquamdiu Latium tenerent, postea à Liguribus pulsi, in Siciliam transmiserunt. Hanc insulam supra modũ feracem sortiti, de suo nomine Sicaniam dixerunt, cùm antea Trinacria, & deinde Trinacris à Triquetra figura uocaretur. Exit enim in tres angulos, hoc est, promontoria. Horum unum ad Septentrionem, Pelorum uocant, quod ortum brumalem spectat, Pachynum, Lilybæum, Africæ obuersum. Sunt authores, qui tradunt, Sicanos Siculi regis ductu in Italiam uenisse & in Latio consedisse: atq; inde Oenotrorũ, & Aborigĩũ iniuria ejectos, insulam occupasse. Latrare Pelorum.] Translatio ducta est, à canibus ad promontorium. Constat inter Siciliam & Italiam fretum esse septem stadiorum. Peloro ex aduerso Italiã spectanti subiecta est Charybdis, ex aduerso opposita Scylla Italicũ litus tenet. Et quia Scylla horrendos sanos, per fluctus in concaua saxa elisos edit, monstrum hoc finxerunt poëtæ habere in imo uẽtre latrantes canes, ac lupos. Videtur Lucanus hunc terribilem Scyllæ latratum innuere inter Pelorum, & Italiam.

Prima quidem surgens operum structura resellit
Pompeium, ueluti mediæ qui tutus in aruis
Sicaniæ, rabidum nescit latrare Pelorum,
Aut uaga cùm Tethys, Rutupinaq; littora feruẽt,
Vnda a Caledonios fallit turbata Britannos.

a al. Calido.

Aut uaga.] Aut cùm feruet sæuitq; mare, mediterranea æstum non sentium. Tethys, metonyma. Rutupinaq; lit. fer.] Zeugma à fine. Est autem Rutupia litorale oppidum Britanniæ, circa quod ubi æstus maris fremuit, fremitus non peruenit ad syluam Caledoniam. Cùm hæc insula Claudij imperatoris armis, ductu Vespasiani Romano imperio subiecta esset, non ultra uicinitatem Caledoniæ syluæ uictoria eius fuit progressa. Iuxta hanc syluam, ea insulæ pars iacet, quæ tum minor, tum secunda Britannia, à scriptoribus dicitur: hodie Scotia appellatur. Itaq; maris sæuities ad Rutupiam non peruenit ad extremã insulæ oram Scotiæ uicinam. Hoc fortasse minus est, quàm ut annoteur, quod quidam Caledonios legant, nonnulli Calidonios per i quod in hac significatione extenditur, in altera contrahitur.

Vt primum ua.] Pompeius, inquit, ubi accepit se aggeribus, & castellis undiq; cinctum à Cæsare, à Petra deduxit agmina, & sparsit per diuersos tumulos. Petra.] Id suprà ostendimus loco edito fuisse nomen. Secundo, inquit Cæsar, consilio usus edito loco, qui appellatur Petra, aditumq; habet manibus mediocrem, atque eas à quibusdam protegit uentis, castra communit. Hinc, ait poëta, Pompeium agmina abducta per proximos colles sparsisse. Laxet.] desimeat.] Tendat.] extenuet.

b al. Ac,

Vt primum uasto septas uidet aggere terras,
Ipse quoq; à tuta deducens agmina Petra,
Diuersis spargit tumulis, ut Cæsaris arma
Laxet, & effuso claudentem milite tendat.
b At tantum septi uallo sibi uendicat agri,
Parua Myceneæ, quantum sacrata Dianæ
Distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma,
Quoq; modo Romæ prælapsus mœnia Tibris
In mare descendit, si nusquam torqueat amnem.

Parua Myceneæ.] Tantum spatij introrsum complexus fuit, in quo dispartiuit copias, quantum distat Aricia à Roma. Latij oppidum est Aritia, haud longè ab urbe, nempe M. pass. uel ut alij X. M. pass Circa Aritiam, Appij forum, per quod Roma proficiscentibus in mediterranea Campaniæ iter est. Hinc Foroappij à Plinio dicuntur, qui accolunt. Tres Tabernæ, proximæ Foroappij. Sed apud autores reperitur, si subiectis Aritiæ aruis carbo deciderit, terram ardere, perinde ut in agro Sabino, & Sidicino, unctum flagrare lapidem, Myceneæ Dianæ.] Tauricæ Dianæ, propter Iphigeniam, & Orestem, quã Myceneæ fuerunt. Itala sacerdotio Dianæ consecrata in Taurica fuit, hic insania Eumenidibus pla catis ibi liberatus fuit.

Nemora Ari. fac Diana.] Ostendimus Aritiam ultra Albanum montem, ad Forum Appij, siue Appiam uiam fuisse in cliuo sitam. Ibi frequentabatur Dianæ Aricinæ Lucus, quem Artemisium ipsi dicebant, quo magna hominum uis confluere solebat. Mendici qui agminatim huc conueniebant, in cliuo ibi sedebant, stipem emendicantes. Iuuenalis Satyr. 4.

Dignus Aricinos qui mendicaret ad Axes,
Et constat iuxta Aricià cliuum esse, ut etiam ipse Martial. testatur.
Debet Aricino conuiua recumbere cliuo. Hic fa-

h Hic fabulantur Hippolytum à Diana à morte reuocatum, atque nymphæ Aegeriæ commẽdatum. Vnde à Persio, cliuus is Virbi appellatur. Satyr. 6.

» ——Accedo Bouillas,
» Cliuum'q; ad Virbi——

Strabo libro Quinto, τὸ δὲ ἱερὸν ἐν ἄλσει, περίοικεῖται δὲ λίμνη. Templum in Luco, inquit, est, cui adiacet Lacus. Mycenæ Dianæ.] quod eius simulacrum Mycenas ab Oreste, Pylade, & Iphigenia ex Taurica translatum esset. Etenim Orestes iudicum Areopagitarum sententijs absolutus, ac dimissus, ab Apolline oraculum accepit, tum demum eum mania liberatum iri, si ex Taurica simulacrum Dianæ auferret. Quò ubi peruenit, à bubulcis captus, ac uinctus ad Thoantem regem perductus, unà cum Pylade fuit. Rex eos ad Iphigeniam sacerdotem misit. Cum hac, & ipso simulacro occultè in fugam abiuerunt. Tempestate acti, circa Seleuciam Antiochiã appulerunt, ad montem Melantium, qui Amanon inde uocatur, ecpit, quod ibi Orestes insania liberatus esset. Inde Mycenas uenerunt, Orestes Pyladæ Electrã sororem, uxorem collocat, ipse uerò paulo post, Pyrrho interfecto, Hermionem Helenæ, & Menelai filiam duxit. Reliquum uitæ in Orestia Arcadiæ degit, ubi serpentis morsu interijt. Cætera, quæ de Oreste uariè referuntur, quia huius instituti non sunt, prudens omitto. Sed ad simulacrum Dianæ redeo, ut quidam Latinorũ prodidêre. Delphis accepto oraculo ex tripode, ut in Tauricam ad Thoantem proficisceretur Orestes, inde Dianæ signum è templo sublatum, Argos ferret, ac tum demum malorum finem futurum, consensa naui cum Pylade breui in Tauricam sunt delati. Erat huic genti mos, ut hospites fines suos ingressos Dianæ Tauricæ immolarent. Hic ubi aliquamdiu in specu latitassent, ad capiendum consilium, à pastoribus oppressi ad regem deducti fuêre. Rex illico captus in templum Dianæ duci, & mactari imperat. Ibi Iphigenia ubi ex signis, & argumentis certis utrunque cognouit: accepitq; quid uenissent, tradidit eis Dianæ simulacrum. Thoas interueniens, rogabat, quamobrem id faceret, respondit, sceleratorum hominum quorundam interuentu sacrum id prophanatum fuisse, missum expiandum ad mare: caueret rex, ne quis ciuium interea urbe egrederetur. Paruit rex sacerdoti, Illa hanc occasionem nacta, consensa naui, cum fratre, & Pylade fugit, ac secundo uento usa, ad insulam Sminthen appulsa fuit, honorificeque ab Apollinis sacerdote Chryse omnes excepti fuêre. Nuncius interim Mycenas ad Electram allatus fuit, Orestem in Tauricis cum Pylade Dianæ mactatum. Aletes Aegisti filius id audiens, cùm iam ex Atridarum gente nulla stirps masculà superesset, animum ad occupandum regnum Mycenæum adiecit. Electra soror hac fama perculsa, extemplo Delphos proficiscitur, sortes consultura. Casu eodem die quo illa uenit, appulit eò cum sorore Orestes: & idem nuntius cædis addiderat, illum ab Iphigenia fuisse interfectum. Electra correpta ambusta fude, (nondum fratrem Oresten uiderat) statuit in oculos sororis Iphigeniæ irruere, & factura erat, nisi Orestes suo interuentu nuntium uanum coarguisset. Delphis Mycenas reuersi, Orestes Aleten obtruncat, & Pyrrhum Neoptolemum. Destinarat neci & Erigonen filiam Aegisthi & Clytemnestræ, sed à Diana cæde subtracta creditur, & in Attide sacerdos facta. Atque ad istum modum simulacrum Dianæ Tauricæ Mycenas perlatũ fuit, qua de causa poëta Ariciam sacratam Dianæ Mycenææ dicit, epitheticῶς. Quotq; modo.] Quantum Ostia ab urbe Roma distat. In littore enim sita est Ostia, supra quam Roma iacet interfluo Tiberi. Modo.] Quanto spatio Roma abest ab ostio Tibridis, ubi in mare Tyrrhenũ: effunditur, ut directum limitem metiamur, non obliquũ, non retortum flexuosumq; cursum amnis. Est enim Ostia colonia Romana, ab Anco Romano rege deducta. Quidã tradũt Ostiam ab Roma 14. millia pass. abesse.

Classica nulla f.] Non canitur classicũ ad ineũdum prælium, quale signum militari more ad pugnam militibus dari solet.

Classica nulla sonant, iniussaq; tela uagantur:
Et fit sæpe nefas, iaculum tentante lacerto.
Maior cura duces miscendis abstrahit armis.
Pompeiũ exhaustæ præbenda ad a pabula terræ,
Quæ currens obtriuit eques, gradibusq; citatis
Vngula frondentem decussit cornea campum.
Belliger attonsis sonipes defessus in aruis
Aduectos cum plena ferant præsepia culmos,
Ore nouas poscens moribundus labitur herbas,
Et tremulo medios obrumpit poplite gyros.

Immissaq; te. u.] tela in incertum mittuntur, quæ tamen cædem faciebãt. Multa inquit Cæsar, erãt intra eum locum manu fata, quibus interim iumenta pascerentur: atq; ut nostri perpetuas munitiones uidebant perducĩ ex castellis, ad castella, ne quo loco erumperent Pompeiani, & nostros post tergum adorirentur, timebãt. Ita illi interiore spatio perpetuas munitiones efficiebant, ne quo loco nostri intrare, atq; ipsos à tergo circumuenire possent. Sed operibus uincebant, quod & numero militũ præstabant, & interiore spatio minorem circuitum habebant. Quæ cum erant Cæsari loca rapienda, etsi prohibere Pompeius totis copijs, & dimicare non constituerat, tamen suis locis sagittarios funditoresq; mittebãt, quorum magnum habebat numerum, multiq; ex nostris uulnerabantur, magnusq; incesserat timor sagittarum: atq; omnes ferè milites, aut ex subcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis, aut tegmenta fecerant, quibus tela uitarent. In occupãdis præsidijs magna a al. gramina utercq; ui utebatur. Cæsar, ut quàm angustissimè Pompeiũ cõtineret, Põpeius, ut quã plurimos colles, quàm maximè circuitu occuparet, crebraq; ob eã causam prælia fiebant. Maior cura d.] Cæterùm operibus haud sine modico certamine ad exitũ perductis cura maiori utrinq; destinebantur Duces: obsessi peste laborabant, in summa commeatus copia: qui uerò obsidebant, omnium rerum, in primis rei frumentariæ inopia premebantur. His igitur curis duces anxij erant: hæc sollicitudo inerat. Pompeium.] Quasi Pompeius pabuli inopia laboraret, cũ [illegible]ũ rerum copia affatim abundaret, ut testatur cæsar, quotidie enim magnus nauiũ numerus undiq; cõueniebat, quæ cõmeatũ supportarent: neq; ullus flare uentus poterat, quin aliqua ex parte secundum cursum haberet. Ipse autem Cæsar, consumptis omnibus longè lateq; frumentis, summis erat in angustijs: & tamen singulari patientia milites ista ferebant.

Aduectos.] *hoc est inquit Sulpitius, cùm clausi intra præsepia palcis abundarent.* Tremulo po.] *ut in medio cursu, aut incessu potius, ob inediam genua labent, & crura destituant.*

Corpora] *Sed Cæsariani postea ex perfugis cognoscebãt, equos Pompeianorum tolerari, reliqua uerò iumenta interijsse: uti autem ipsos ualetudine non bona, ut Cæsar ait, cùm angustijs loci, & odore tetro, & multitudine cadauerum, et quotidianis laboribus insuetos operum, tum aquæ inopia summa affectos: omnia enim flumina, atque omnes riuos, qui ad mare pertinebant, Cæsar aut auerterat, aut magnis operibus obstruxerat. Atq; ut erant loca montuosa, & ad specus angustiæ uallium, has sublicis in terram dimissis, præsepserat, terramq; aggesserat, ut aquam continerent. Itaq; illi necessariò loco sequi demissa, ac palustria, & puteos fodere cogebantur: atq; hunc laborẽ ad quotidiana opera addebant: qui tamen fontes à quibusdam præsidijs aberant longiùs, & celeriter æstibus exarescebant.* Tum sonit, &c.] *Describit pestem, quæ tũ grassari cœpit inter Pompeianos à caussis, & effectibus, amplificat comparationibus eorum, quibus aër infici, & corrumpi solet.* Digerit.] *disperdit membra militum.*

Corpora tum soluit tabes, & digerit artus.
Traxit iners cœlum fluidæ contagia pestis
Obscurum in nubem. tali spiramine a Nessus
Emittit Stygium nebulosis aera saxis,
Antraq; letiferi rabiem Typhonis anhelant,
Inde labant populi, cœloq; parator unda
Omne pati uirus, durauit uiscera cœno.
Iam uiget atra cutis distentaq; lumina rumpit,
Igneaq; in uultus, & sacro feruida morbo
Pestis abit, fessumq; caput se ferre recusat.

a al. Nesis.

Traxit.] *Caussa pestis, tetter odor ex multitudine cadauerum, quo in nubem attractio, aër infectus fuit.*

Tali spi.] *comparatione, qua ratione teter fœtor ascenderit in nubem ex qua contagiosus morbus ortus fuit.*

Nessus.] *uariant hoc loco exemplaria: quædam legunt Nessus, nonnulla Nesis. Nessus, (si ita legas,) Centaurus fuit, quem Hercules cùm ex Calydone ad Euenum fluuium uenisset, circa ripam fluminis uersantem offendit. Solebat is imperitos uel uadandi, uel tranandi traijcere, equo sedens, non monstrum fabulosum. Nessus Deianiræ Herculis uxoris, quam uehebant, fluprandæ cupidus, (nam eam, & Hylam ex ea natum secum adduxerat) equi celeritate frætus in ulteriorem ripam transuectæ uim inferre conatus fuit. Id animaduertens Hercules, Nessum procul (per amnis enim interuentum comminus congredi nequibat) sagitta confixit. Qui ubi sensit uim ueneni, in se grassantis sentire cœpit. Hercule in traiectu fluminis occupato, Deianiræ persuasit amatorium uirus suo cruori inesse: fore, ut si, eo sanguine, quo Herculis sagitta esset illita, interior inungeretur tunica, quando eam maritus induisset, nullã esset amplius, præter ipsam, puellam amaturus. Credidit homini Deianira, quippe quæ Herculem deamabat, & nihil mali etiam suspicabatur. Insecta fraudis puella, priusquam maritus adesset, monstratam opem comparauit. Sed hæc ad præsens institutum nihil pertinent. At iuxta Calydenem amnis hic Euenus est, de quo diximus, circa illam collem Taphrossum esse, testatur Strabo Geogra. lib. [illegible], quem Plinius Taphiassum uocat. Centaurorum sepulchrum monstrabatur olim: è quorum tabo dirus, odor sub radicibus montis exhalabatur. Ab eo odore gentes accolas, Ozolas dici.* Scholiastes Homeri Iliad. β. *οἱ δὲ καὶ ἕτεροι πονηροὶ ἐπισκοποῦσιν εἶναι περὶ τὴν Αἰτωλίαν, ἐπὶ τῆς ἑτέρας πλευρᾶς οἰκοῦντες κατὰ τὸ ἠριοσάμ-*

πεδίον, πεπληρῶσθαι οὕτως ἀπὸ τῶν αὐτόθι ῥέοντος καὶ ὄζοντος τοῦ ταμοῦ, ὃν ἐποίησαν οἱ ἰχθῦες διαφθαρέντες ὑπ' ἀλλήλων τοῦ πνεύματος τῷ ὑπ' ἀὴρ ἐκπνέοντος τρωθέντος, ὥστε πνιγμὸν διὰ γῶν ἀνεφανῆ, τὴν εἰσπνοὴν ποιεῖσθαι κατὰ τὸν ἐνῶνον ποταμὸν ἐπεχέοντα βιαίως ἐκ τῶν βαθυλάκκων. Ὀζολίδες δὲ λέγονται καὶ τὰς λύρας τῶν βοσκημάτων διαφθειρομένων ὑπὸ τοῦ ὕδατος διὰ τὸ ὀζῶδες. id est. Sunt autem & alij Locrenses, qui cognominantur Ozolæ, circa Aetoliam, ad alterum latus degentes, iuxta campum Crissæum (à quo sinus Crissæus dictus est,) qui ita appellati sunt, quod illic fluat tetri odoris amnis, quæ sanies ac cruor dirus Centauri, ab Hercule ibi uulnerati, ac cæsi, fecit. Cùm illac traduceret Deianiram Oenei filiam, per flumen Euenũ, puellæ conatus is fuit uim offerre. Siue quod ibi caprarij sint, qui pellibus pecorum crudis, ac tetri odoris uestiuntur: Iam uerò sunt, qui legunt, Nesis hoc loco. Est autem Nesis insula Campaniæ iuxta Pliniũ lib. 19 cap. 8. Nam quod in Neside Campaniæ insula sponte nascitur, longè optimum existimatur. Loquitur de quodam herbæ genere. De hac agit hic haud dubiè poëta, quod statum Typhonis, sub Inarime conditi, inferat mentionem. Stygium ac.] *Infernalem, tetrum, diræ.*

Typhonis ant.] *Typhonem quidam Græcorum gigantem centum capitum fuisse produnt, atq; à Ioue fulmine ambustum, quod ei bellum faceret. Ab hoc omnis uenenatus ambustum, quod ei bellum faceret. Ab hoc omnis uenenatus uehementior, etiam Typhon uocatur. Huius filium fuisse aiunt Draconem illum immanem, qui mala aurea Hesperidum seruauit ad montem Atlantem, quem Hercules interfecit. Sed & Cerberum ab illo prognatum uolunt. Typhon à uerbo τύφεσθαι cadit, quod fumi euapolationem signat, unde diuersæ huius nominis formæ deriuantur. τυφὼν, τυφῶς, & τυφωεὺς. Maro lib. 9. Aenetid. Cyclopum hunc sub Inarime suum habere cubile id est, in Aenaria canit.*

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam
Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
Constructam ponto iaciunt. sic illa ruinam
Prona trahit, penitusq; uadis illisa recumbit,
Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ,
Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumq; cubile
Inarime Iouis imperijs imposta Typhœo.

Illud obiter annotandum, primam huius uocis modò extendi, modò contrahi, ut hoc loco apud Maronem.

Sed de Arimis à multis quæritur, ubi terrarum fuerint: quidam in Lydia, alij in Phrygia πεκαυμένη, *alij inter Marandrum & Lydiam: aliqui in Cilicia: nonnulli in insulis Pithecusis posuerunt. Fuerunt, qui in Syria collocarunt, Herodotus in Thalia.* ἀπὸ δὲ ἱππόσου αὐτὰς συρίσαντος ὧδε μέχρι σεβennυσθ & λίμνης, παρ' ἣν δὴ τὸ πάσσαλον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. ἀπὸ δὲ σεβennυσθ & λίμνης ἐν τῇ δὴ λόγος τὸν τυφὼ πεπρύφθαι. ἀπὸ ταύτης ἐν δὴ ἄλυπ & id est interprete Camerario, rursus est Syriorum regio, usque ad paludem Serbonida, iuxta quam tendit

A tendit in mare mons Casius. Serbonidem uerò paludem, in quæ sepultum Typhona fama fert, Aegyptus excipit. Sed ista quo alibi me annotasse. Monni paulò antè à Typhone omnem uentum uehementiorem Typhonem uocari: sed propriè is dicitur flatus, qui depresso sinu arctius rotatus nubem effregerit, sine igne: hoc est sine fulmine facit uorticem, qui appellatur Typhon: id est, uibratus ecnephias. Similem itaque flatum letiferum exhalabat tellus, cadaueribus equorum corrupta, ac pestiferum uirus, quibus correpti milites Pompeiani extinguebantur. Inde labant populi.] ex hoc corrupto cælo atque infecto aëre moriuntur milites.

Cœloq; paratior unda.] Nam aqua citius concipit pestilens uirus, quàm aer, id quod ex cæruleo colore facilè obseruatur. Virus ipsum pestem uocat.

Durauit.] adeò indurauit intestinorum recrimenta, ut non potuerint deijcere aluum. Amplificat effectus pestis: cutis riget: oculi corrumpuntur.

Sacro morbo.] execranda peste. Non enim dicitur nunc is morbus, uel ignis, qui propriè sacer à medicis uocatur: qui & comitialis, & Herculeus appellatur, item epilepsia, morbus S. Valentini, & morbus caducus.

Id magis atque.] Præsentia pestis signa sunt, & argumenta, obrepens somnus, horror febri consentiens, grauedo capitis, & uomitus, quæ quidem B omnia indies maiora, ac maiora fiebant, ac subita mors totis castris grassabatur.

Medij morbi.] mullæ ægrotationes diuturnæ extrahebant mortem, rerum afflatu tabifica lue illicò moriebantur.

Turbaq; cadentum.] Quo plures moriebantur, eò sæuiebat pestifera lues magis, ac magis. Dum mista iacent incondita uiuis.] dum corpora mortuorum insepulta passim totis castris iacent. Nam cadauera extra tentoria abijcere, ista deiita, & exequias uocabant.

Tamen hos minuere labores.] Et tamen minuebatur nonnihil malum hoc per uentum salutarem, q̃ corC ruptum cælt tractum ab ea regione auertebat, quæ aggeribus libera erat, & qua parte frumentum, & alia rum rerum copia nauibus aduehebatur.

Peregrina messe carinæ.] frumentum ab exoticis regionibus importatum,

At liber terræ spatiosis collibus hostis.] Transit ad castra Cæsariana, quæ ut pauciores milites habebant, ita maiori inedia premebantur. Suetonius in Cæsare. Famem, & cæteras necessitates, non cùm obsiderentur modo, sed etiam si ipsi obsiderent, tantopere tolerabant, ut Dyrrachina munitione Pompeius, uiso panis genere, ex herba, qua sumebantur, cũ feris sibi rem esse dixerit, amoueriq; ocyus, nec cuiquam ostendi iusserit, ne patientia, & pertinacia hostis animi suorum frangerentur. Verba Cæsaris ita habent, (nam ista multo fiere hoc pacto illustriora) At tum integras, atque meo lumes copias Cæsar inferiore militum numero continebat, cùm illi omnium rerũ copia abundarent. Quotidie enim magnus nauiũ numerus conueniebat, quæ commeatum supportarent: neque ullus flare uentus poterat, quin aliqua ex parte sibi studium cursum haberet. Ipse autem consumptis omni lo atque infecto aëre moriuntur milites.

Id magis atq; præceps agit omnia fatum:
Nec medij dirimunt morbi uitamq; necemq;,
Sed languor cum morte uenit, turbaq; cadentum
Aucta lues, dum mista iacent incondita uiuis
Corpora, nam miseros ultra tentoria ciues
Spargere, funus erat, tamen hos minuere labores
A tergo pelagus, pulsusq; Aquilonibus aër,
Littoraq;, & plenæ peregrina messe carinæ.
At liber terræ spatiosis collibus hostis
Aere non pigro, nec inertibus angitur undis,
Sed patitur læuam ueluti circundatus arcta
Obsidione famem, nondum surgentibus altam
In segetem culminis, cernit miserabile uulgus
In pecudum cecidisse cibos, & carpere dumos.
Et foliis spoliare nemus, letumq; minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas.
Quæ mollire a queũt flãma, quæ frangere morsu,
Quæq; per obrasas utero demittere fauces:
Plurimaq; humanis ante hoc incognita mensis
Diripiens miles, saturum tamen obsidet hostem,

bus longè, lateq; frumentis, summis erat in angustijs: sed tamẽ hæc singulari patientia milites ferebant. Recordabantur cum eadem se superiori anno in Hispania perpessos: labore, & patientia maximum bellum confecisse. Meminerunt ad Alexiã magnam se inopiam perpessos: multò etiã maiorem ad Auaricum, maximarum gentium se uictores discessisse. a al. queat. Non illis chordeum, cùm daretur, non legumina recusabant. Pecus uerò, cuius rei summa erat ex Epiro copia, magno in honore habebãt. Est etiam genus radicis inuẽtum ab ijs, qui fuerant cum Valerio quod appellatur Chara, quod ad mistũ lacte multum inopiam leuat. Id similitudinem panis efficiebat; eius erat magna copia: ex hoc effectos panes, cùm in colloquijs Pompeiani famem nostris obiectarent, uulgò in eos iacierent, ut spem eorum minuerent.

Aere non pigro.] Non premebantur corrupto aëre, non infecta pestilenti lue aqua laborabant, rerum omnia ipsis erant salubria. Nondum surgentibus altam.] id est, nondum maturescentibus segetibus, imò ne spicas quidem fundentibus, depasci herbas, & segetum gramina: uesci dumis brutorum more. Est autem culmus (ueteribus columus) frumenti calamus: & stipulam putant, folia propriè significare, quæ calamum ambiunt. carpere dumos.] Sunt, qui inter dumum, & nemus nihil interesse credant. Itaque carpere dumos, folia, & frondes intelligãt, id quod sequenti uersu interpretantur. Letumq; minantes herbas.] uenenium, ut cicuta, habentes, quarum potentiam, atque efficaciam ignorabant. Mollire flamma.] coquere, ac lixare, tum autem aut dentibus comminuere.

Abrasas [illegible].] Quæ transmittere per guttur in stomachum non sine palati labefactione quibant. Saturum ho.] & tamen Pompeianos omnium rerum copia abundantes obsidebant. Synecdoche hostem, pro, hostes, numerus pro numero.

Vt primum libuit ruptis euadere claustris
Pompeio, cunctasq; sibi permittere terras,
Non obscura petit latebrosæ tempora noctis,
Et raptum furto, soceri cessantibus armis,
Dedignatur iter, latis exire ruinis
Quærit, & impulso turres confringere uallo,
Perq; omneis gladios, & qua uia cæde parãda est.
Oportuna tamen ualli pars uisa propinqui,
Qua a Mimici castella uocant, & confraga densis
Arboribus dumeta tegunt. huc puluere nullo
Proditus agmen agit, subitusq; in mœnia uenit.

Propositâ, utriusque exercitus calamitate, huius famis, illius pestis, interim aliquot nocturna prælia ex alterutrius partis occasione, facta fuerunt. Postremo Pompeiani à a al. Numici. *L. Sylla, qui per noctem suis legionibus auxilium tulerat, fugati, victoriæ fortassè uiam dedissent, si cæsar instare uoluisset.*

Vt primum libuit ruptis.] *Vbi uisum fuit Pompeio erumpere castris, atque inuadere Cæsarianos, ut liberè euagaretur, non noctu, sed luci castellum oppugnauit, simul ut perrumpendo medias hostium acies causſa tentauerat, ne ex proximis præsidijs succurri posset. Sed duobus locis Cæsar hostibus suos obiecit. Vno, Volcatium Tullum, qui impetum legionis sustinuit, cum cohortibus tribus, atque eam loco pepulit. Altero, Germani munitiones egressi, multis hostium cæsis, ad suos incolumes redierunt. Cæsar tradit, uno die sex prælia facta fuisse: tria ad Dyrrachium ac totidem ad munitiones. Et in his prælijs, ex Pompeianis ad duo millia desiderati fuerunt: præter multos centuriones euocatos, inter quos fuit Valerius Flaccus. L. filius, eius, qui prætor Asiam obtinuerat. Signa militaria sex capta. Ex Cæsarianis 20. in omnibus his prælijs, non amplius cecidêre. Verùm in castello, uix fuit unus, qui non acceperat uulnus. Quatuor ex una cohorte centuriones oculos amiserant. Ad XXX. M. sagittarum in castellum coniecta fuerunt. Et cum scutum Scæuæ centurionis ad Cæsarem allatũ esset, innumerata in eo fuerunt. CCXXX. foramina quæ ipse inuicem M. CCæris donauit, atq; ab octauis ordinibus ad primipilũ se traducere pronunciauit. Nam huius maximè uirtute castellum conseruatum constabat, & cohortem postea duplici stipendio, frumento, speciarijs, militaribusq; donis amplissimè donauit. Poëta solum unius prælij facit mentionem.* Et raptum furto.] *Non uult furtim fuga dilabi, id quod specie ignauiæ, ac timiditatis præ se ferret.*

Latis exire ruinis.] *Sed hoc fuit consilium, ut deiecta parte aggeris non exigua suos in hostem emittere.* Impulso uallo.] *dissecto machinis uallo, ferro uiam per Cæsarianos facere.*

Opportuna tamen uall. li.] *Idonea ad perrumpendum.*

Qua Mimici.] *qua parte castellum Mimitij Pompeianos inuitabat ad tentandum iter.* Mimici.] *pro Mimitij. Eo nomine is fuit dictus, qui ei castello præfectus erat, quod Pompeius oppugnauit. Appianus. Qui uallũ, inquit, insuper tutati sunt, Mimitio, qui custodiæ præfuerat, plurima tolerante. Huius clipeo aiunt C. XX. sagittas inhæsisse, corpusq; eius sex uulneribus transfixum. Quem Appianus Mimitium, eum Cæsar Scæuam uocat, & item Lucius Florus. Sed Cæsar. CC. XXX. foramina in eius clipeo inuenta fuisse scriptum reliquit, nisi idem Mimitius Scæua, dictus fuerit, Mimici aut Mimiti legendum est, non Numici. Nam præterquam quod in illo penultima contrahitur, ipse etiam castelli præfectus significatur. Mimici, pro Mimitij apocope. In Numici, penultima producitur. Quid præterea affinitatis habet stagni nomen in Italia, cum castello ad Dyrrachium.* Confraga d.] *dumeta horrida, incula, & spinosa.* Puluere nul.] *Huc legionem ducit silentio, ne puluis concursu militum humo excitatus aduentum peditum Pompeianorum proderet.* Subitusq;] *nomen pro aduerbio, pro subitò.*

Ad mœnia.] *mœnia, Valla dicit.*

Tot simul è campis Latiæ fulsêre uolucres,
Tot cecinere tubæ, ne quid uictoria ferro
Deberet, pauor attonitos confecerat hostes,
Quod solum ualuit uirtus, iacuere perempti,
Debuerant quo stare loco, qui uulnera ferrent
Iam deerant, b nimbusq; ferens tot tela, peribat.
Tum piceos uoluunt immissæ lampadis ignes,
Tum quassæ nutant turres, c lapsumq; minantur.
Roboris impacti crebros gemit agger ad ictus,
Iam Pompeianæ celsi super ardua ualli
Exierant aquilæ, iam mundi iura petebant.
Quem non mille simul turmæ is, nec Cæsare toto
Auferret fortuna locum, uictoribus unus
Eripuit, uetuitq; capi, seq; arma tenente,
Ac nondum strato, Magnum uicisse negauit.
Scæua uiro nomen, castrorum in plebe merebat,
Ante feras Rhodani gentes, ibi sanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine uitem.

Tot simul è.] *Latias uolucres, Aquilas Romanas, dicit, insignia Imperij Romani hæc signa, hæ tubæ*
b al. nimbus agens. *tãtam trepidationem, tantumq; metum, attulerunt hostibus, ut nihil opus esset ferro aut iusto certè prælio decernere ad obtinendam uictoriam. Adeò tubarum clangor initio perculit hostem.*
c al. lapsus.

Quod solum.] *Ea erat, inquit, militum uirtus, ut quem quisque locum cepisset, ex eo non cederet, sed in eodem pugnando caderet aduersis uulneribus.*

Qui uulnera ferrent.] *Adeò omnes cæsi fuêre. Cæterùm dimicatum fuit, ut paulò antè dictum est, uno tempore, pluribus locis simul circa castella tumulis imposita, quæ uiginti quatuor erant: cæsaq; sunt Pompeianis, ad duo millia euocatorum, & sex signa militaria capta.* Nimbusq; ferens.] *Telorum nimbus immissus in hostes irritus fuit, quod nemi nem læderent. Nimbus metophora, pro multitudine.*

Roboris impacti.] *Arietis, testudinis ue, aut aliarum machinarum, quas in muros & aggeres impingere solebant, in oppugnationibus.*

Iam Pompeianæ celsi.] *iam signiferi aggerem conscenderant.* Iam mundi.] *Iam ui perrupto, captóq; aggere stabat mundus, sub utrius imperio esset futurus. Sulpitius sic exponit. Iam liber erat obsidione Pompeius, poteratq;*

a poteratq; per mundum uagari. Quem non mille.] Conscenderant uallum Pompeiani, Victores igitur ne mille quidem turmæ, neque ipsa fortuna, neque ipse Cæsar cum omnibus copijs deturbare potuisset, si eius hostis unus Scæua præstitit. Ac licet illi uallum tenebant, Scæua tamen quàm diu arma sustinebat, neq; stratus erat, neque illos uicisse. Toto Cæsare.] Glareanus hunc locum ita explicat. Hoc demum, inquit, intelligitur, si toto Pompeio, legeretur nihil illum proficere potuisse aduersum Scæuam. Cæsar enim Scæuæ nihil eripere uoluit. quippe qui pro eo pugnabat. Vnde quidam cum conditione loquutum poëtam uolunt, uidelicet tam fortiter pugnasse Scæuam, ut etiam ipsius dux Cæsar, Pompeio multò acrior, si contra Scæuã tetẽdisset, nihil eum omnibus copijs efficere potuisse. Vt sit speciosa comparatio. Et paulò pòst. De huius autem Scæuæ nomine, mirum est, tãtum apud authores uariatũ, ut alij, M. Scæuam, quemadmodum Valerius Maximus lib 3. cap. 2: alij Mimitium, ut Omnabonus ex Appiano: alij Numicium, ut Sulpitius ex nescio quo authore dictum tradunt. Neque id conuenit, uixerit ne post hanc pugnam. Subducto iam Marte uis, inquit Lucanus, quod Sulpitius exponit, id est, moueris cùm Cæsar dicat, eum ab se donatum ducentis millibus æris: & ab octauis ordinibus, ad primipilum traductum Hactenus Glareanus. Turmis.] Turma equitum 32. erant, & huic qui præerat, Decurio dicebatur, ut inter peditet, centuria, uel manipulus. Et ut centum pedites ab uno centurione, sub uno uexillo gubernantur, ita 32. equites sub uno uexillo, ab uno Decurione regebantur. Scæuq; uo. Huius scutum ad Cæsarem fuit relatum, 220. ictibus perforatum: uel, ut ipse scribit 230. Nec ipse imperator id facinus est ingratè prosequutus. Fortissimo uiro 200 M. æris donauit, traduxitq; eum ab octauo ordine ad primipilum. Plutarchus centum & triginta ictibus Scæuæ scutũ perfossum scribit. Tranquillus centũ & uiginti. Nec mirum, inquit, si quis singulorũ facta respicit, uel Cassij Scæuæ centurionis, uel C. Acilij militis, ne de pluribus referam. Scæua excusso oculo, transfixus femore, & humero, centum & uiginti ictibus scuto perforato, custodiam portæ, commissi castelli retinuit. Castrorum in pl.] in octauo ordine enim sedebat, ex quo ad primipilum ob meritum postea fuit à Cæsare traductus. Et in hoc quidem ordine militabat, faciebatq; stipendium sub bellum Gallicum. In eo bello, ob uulnera accepta pugnando fortiter gradum in re militari fuerat adeptus.

Latiã uitem.] Centurionis dignitatem gerebat. Plinius libro 14. capite 1. scribens de ritibus. Quid quod insertæ castris summam rerum, imperiumq; continent? Centurionum in manuum uitis, & opinio præmio tardos ordines, ad lentas perducit aquilas, atq; etiam in deliciis pœnam ipsam honorat. Addit hoc loco Micyllus eruditè ob id Plinium ducere pœnam in deliciis honorari, quod centuriones solerent eadem uite quam manu gestabant, ut uirgis lictores, in cedendis militibus uti. Hinc Lucilium, de quo est apud Cornelium Tacitum, dictum fuisse facetij militaribus, Cedo alteram, quod fracta uite in tergo militis, alteram clara uoce, atque identidem alteram poscret. Martial.

Vare Paræomas Latia modo uite per urbes
Nobilis, & centum dux memorande uiris.

Centurionem periphrasticè indicat.

Iuuenalis

Nodosam posthæc frangebat uertice uitem.

Silius Italicus.

Leuinus ab alta
Pincerno uitis Latiæ præsignis honore.

id est, centurionis munere amplissimo fungẽs, & quidem cum laude. Cæterum de Rhodani ortu, lapsu, & ubi se exonerat alibi ostendimus. Nunc ad cætera progrèdiamur.

Pronus ad omne nefas.] Quod laudi uertitur, id crimen uocat poëta, quod nescierit in bellis ciuilibus uirtutem esse magnum crimen cum liceat omnẽ uim armorum uirtute prohibere, nedum eam, quam ciuis ciui infert.

Hic ubi quærentes socios.] Vbi uidit contubernales suos abiectis hastis circumspicere tutum receptum ad fugam, huiusmodi uerbis ipsorũ ignauiã insectatus fuit. Impius pauor.] in Cæsarẽ, cui non seruatis fidem, sacramento militari datam. Abegit.] In fugam compulit, ut uideatur ad illud Homericum respexisse.

αὐτὸς φεύγων μετὰ νῆας βαλὼν παυὸς ὡς ἐν ὁμίλῳ,

id est, Quo fugit, ignauus uelut, in certamine, uertes Terga fugæ? Seruum pe.] Allusio ad illud poëtæ

Seruum pecus ut mihi sæpè Mouistis bilem.

Pronus ad omne nefas, & qui nesciret, in armis
Quàm magnum uirtus crimen ciuilibus esset.
Hîc tibi quærentes socios, iam Marte relicto,
Tuta fugæ cernit, quo uos pauor, inquit, abegit
Impius, & cunctis ignotis Cæsar in armis.
O famuli turpes, seruum pecus, absq; cruore
Terga datis morti? cumulo uos deesse uirorum
Non pudet, & a bustis? interq; cadauera quæri?
Non ira saltem iuuenes pietate remota
Stabitis? ex cunctis per quos erumperet hostis
Nos sumus electi, non paruo sanguine magni
Ista dies ierit. peterem fœlicior umbras,
Cæsaris in uultu, testem hunc fortuna negauit,
Pompeio laudante cadam. confringite tela
Pectoris b incursu iugulisq; retundite ferrum.

Absq; cru.] à turpi, fugere è pugna nondũ emisso sanguine.

Et bustis.] hoc est, non pudet etiam, non quæri inter cæsos ad sepulturam. Non ira sal.] Vt si maximè a al. haud alij nullã uos pietas in Cæsarẽ retineret, ira uos retineret ad uindicandum tum uos ab ignominia, tum interfectos cõmilitones. Ex cunctis.] Nos soli sumus b al. impulsu. idonei ab imperatore iudicati, ex omnibus legionibus, qui hosti obijceremur, & per quos hostis, si queat, erumpat. Proinde aut obsistendo uincendum est, aut fortiter pugnando moriendum.

Non paruo sanguine Mag.] Ab hostium cæde conatur suos reuocare ad officium.

Peterem fœli.] à maiore fœlicitatis portione. Si ero fœlix, quod pugnando cadã, multò fœliciorẽ me ducerem, si in conspectu Cæsaris cum magna laude, & principis præsentis testimonio occumbã. Testem hũc.] Sed fortunæ iniqui-

iniquitate fit, quod eius uirtutem meæ peæsentem spectatorem non habeam, ut clarior concidã, Pompeio lau.] *Ab hostis commẽdatione, quam non minus gloriosam duxit, quàm sui principis.* Confringit.] *Hortatur ad uoluntariam necem, si ab hostibus interfici nolint. Estq; epilogus orationis Scæuæ.*

Iam longinqu] *Descriptio oppugnationis castelli, ac defensionis, ut appareat, quid uirtus unius ualuerit aduersus aliquot hostium milia. Iam inquit longius apparebat puluis: sonitus, ac fragor mouit Cæsarem, iam otiosum, ac nihil sperantem.*

Iam longínqua petit puluís, sonitusq; ruinæ,
Securasq; fragor concussit Cæsaris aures:
Vícimus ô socij, ueniet, qui uendicet arces,
Dum morímur, mouit tantum uox illa furorem,
Quantum non primo succendunt classica tantu,
Mirantesq; uírum, atq; auidi spectare, sequuntur
Scituri iuuenes, numerò deprensa, locoq;,
An plus quàm mortem uirtus daret. ille ruenti
Aggere consistit, primumq; cadauera plænis
Torribus euoluit, subeuntesq; obruit hostes
Corporibus, totæq; uiro dant tela ruinæ,
Roboraq; & moles hosti, seq; ipse minatur,
Nunc sude, nunc duro contraria pectora conto,
Detrudit muris, & ualli summam tenentes.
Amputat ense manus, caput q; obterit, osseq; saxo
Ac malè defensum fragili compage cerebrum
Dissipat, alterius flamma crines q;, genasq;
Succendit, strident q; oculis ardentibus ignes.

hostiũ copijs oppressa, eoq; loco, unde difficilè erat fugere, plus posset pugnando ron sequi, quàm mortem. Paucis uerbis magnã sententiam complexus est. Ille ruenti.] *Scæua in summo agere, ruinam minanti.* Primumq; cada.] *Principiũ defensionis ab aggere. ut saxa in hostes subiectos deuolui solẽt, ita hic omnium primum cæsorum cadauera è turri præcipitat in cõfertos hostes.* Totæq;.] *Subeuntes.* Pompeianos muros. *Quicquid olonium habebat, id telorum uice illi erat.* Roboraq;.] *Reddit ipse, quæ illi telorum loco erant, Ligna, trabes, saxa* Seq; ipse.] *Adeo nonnunquam uidebatur minari, se ipsum uelle super agmina subiecta deijcere.* Nunc sude.] *Quo modo tutatus fuit castellum: cum scalas iniuliſſent. Contraria p.] Aduersa muter ascendendum. Contus propriè est, hasta longa, ac dura, sed extrema parte acuta, sed sine ferro.* Maro. « *Assueti longo muros defendere conto.*

Subijcit rẽ oculis hypotyposi. Ac malè.] *male munitis galea.* Alterius.] *quin & picatã stuppã, eamq; ardentẽ in subiectos deiecit, qua barbæ et capillitia corrupta fuêre, quare addit, in ipsis pilis ignem etiam stridoré edidisse.*

Vt primum cumulo.] *Trãsit ad ea, quæ defensionem Scæuæ sunt insequuta. Vbi, inquit, cæsorum tantus fuit aceruus, ut muro æquaretur, saltu se in medios hostes deiecit.*

a al. admouere

Vt primum cumulo crescente cadauera murum
Aequauere a solo, non segnior extulit illum
Saltus & in medías iecit super arma careruas,
Quàm per summã rapit celerẽ uenabula Pardum.
Tum densos inter cuneos compressus, & omni
Vallatus bello uincit, quem respicit hostem.
Iamq; hebes, & crasso nõ asper sanguine mucro
Percussum Scæuæ frangit, non uulnerat hostem,
Perdidit ensis opus, frangit sine uulnere membra.
Illum tot petit moles, illum omnia tela,
Nulla fuit non certa manus, non lancea fœlix,
Parq; nouum fortuna uidet, concurrere bellum,
Atq; uirum, fortis crebris sonat ictibus umbo,
Et galeæ fragmenta cauæ compressa perurunt
Tempora, nec quicquam nudis uitalibus obstat
Iam, præter stantes in summis ossibus hastas.

Non segnior.] *à comparatione, amplificat celeritatem saltus in Scæua. Ea celeritate præcipitauit, se in cadauerum struem, qua Pardus in uenabulorum aciem incurrit. Pardus uelocissimo cursu est, in quo ita extenditur, ut uentre pene terram contingat, & nisi statim consequatur prædam, ab insequendo absistit. Fœmellam Pardalim uocatam tradunt, & Pantheram, quasi dicas, πᾶν, & θῆρα. Sed truculentiores sunt fœmellæ, quàm mares. In Hyrcaniâ magnam earum copiam esse, proditum est, pictas orbiculis munitis, ut oculatis ex fuluo circulis; uel cæruleo, uel alba distinguatur suppellex Earum colore mirè quadrupedes omnes delectantur quidem, sed capitis torpitate terrẽtur. Quare occultato capite, reliqua dulcedine uitatas corripiunt, & solo cãdore. A Pardali, Camelo pardalis, collo equo similis, pedibus, et crurib. boui, Camelo, capite, maculis albis rutilâ coloré, pantherorum similitudine distinguentibus,* Horatius in epistola ad Augustum. « *Diuersum confusa genus panthera camelo.*

Quam nos pantheram Græci pardalim uocant. Angelus Politianus scribit à Sultano Aegypto Laurentio Medices suis temporibus missam unam dono, sed miratum fuisse unum, quod cum mas esset, etiam haberet cornicula. quod de his nihil in ueteribus memoriis legisset.

legisset. Sed Pardalis naturæ simijs inimica est, quas cum nullis uiribus queat assequi, quod in arboreis summas stasim subuolent, hac arte in eas utitur. Sternit se supinam sub ramis, ac porrectis cruribus fingit se mori. Delectantur simiæ in arbore sedentes, eo spectaculo. Vbi iam mortuam arbitrantur, unam aliquam emittunt exploratum, num uerè mortuus sit hostis ille. Illa pededentim accedēs, ubi nullum uidet uitæ signum, audet etiam ipsum, quasi cadauer conscendere, Quod ubi reliquæ simiæ conspexerint, depositio metu descendunt, & Pardalim omnia tolerantem circumsiliunt, postremò cōculcant ludibrij causa, donec Pardalis sentiens illas defatigatas saltando, repente remiscens, aliam dentibus, aliam unguibus corripit, dilaniat, ac deuorat. Hæc in Græcis collectaneis Apostolius Byzantius ad istum modum refert. Hinc prouerbium natum. Pardi mortem adsimulat, παρδάλεως θάνατον ὑποκρίνεται. ubi quis astu perniciem alicui modo est, quæ iuncta cum acie, primo angustior, deinde latior procedit, & aduersariorum ordines rumpit, quod à pluribus tela in unum locum mittantur. Quam rem militares caput porcinum nominant. Omni bello.] hoc est, omnibus copijs, aduersus quas steterat. Iamq; hæ] Mirè in hoc uersu se torquēt interpretes, quem alij aliter ita interpretantur, quasi Delio aliquo ad eius explicationem sit opus. Sulpitius, Non asper sanguine, id est, non obsitus cruore, inquit, qui crebris ictibus excutiebatur. Badius non asper. id est, non acutus, propter sanguinem crassum, qui adhærens aciei iam obtundebat. Vel, non asper, id est, non obsitus, sed frequenter detersus cruore. Sed Henricus Glareanus, ut omnia alia eruditè, ita hoc loco, poëtæ mentem rectiùs exponit. Non asper, inquit, id est, obtusus iam factus crasso sanguine, id est, multa cæde, ad quam crassus sanguis sequi solet.

Perdidit ensis n.] Ensis opus est, uulnera infligere, obtruncare, atque præcidere: hoc uidelicet opus perdidit. Quapropter addit, frangit, & non uulnerat hostem. Frangit sine.] Expolitione paulò obscurius dictum, dilucidius interpretatur. Ensis Scæuæ luxat, frangit, debilitat, ac non sauciat hostium membra.

Moles.] In illum ab omnibus Pompeianis tela undique certatim mittuntur. Et quæ in eum contorquebantur, non fallebant, sed certos ictus adferebant: neq; lancea à scopo aberrabat. Par nouum.] Cùm ne Hercules quidem contra duos, quamuis uiribus excellens, unquam steterit, ut unus pluribus par esset, & tamen Scæua cū tot millibus comminus fuit. Hos nouum par poëta, ut cùm dicimus Bitum cum Bacchio compositum.

Concurrere bel.] Omnes Pompeij cohortes concurrere aduersus unum Scæuam.

Peruront.] Angunt, ac stringunt tempora.

Stantes,] flexas in summis ossibus.

Quid nunc.] Auersione reprehendit, rideq; Pōpeianos, quod frustra in unū hominem tot sagittas perdant, hoc est, sine ullo aliquo momento mittant. Hūc aut.] Per risum mōstrat poëta illi uiam, qua poterit Scæua obrui: muralibus machinis, aut Pharetra. Est autem Pharetra hasta, cui ualidum ferrū præfigitur: & inter tubum, & hastile, sulphure, resina, bitumine, stuppisq; cō uoluitur, infuso etiam oleo, quod incendiarium uocant. Iam quæ balistæ impetu destinata, prærupto munimine, ardens figitur ligno, & turritam machinam frequenter incendit, Talibus telis utendum, monet Pompeianos, ut uel ipse Scæua, uel clipeus ijt tactus concepto igne corrumpitur. Hinc ar.] Aut aries, aut testudo, machinæ murales, in hominem agatur. De his alibi annotauimus. Balistaq.] Est autem balista, quæ funibus, neruis, aut chordis tenditur: quæ quanto prolixiora habet brachia, hoc est, quāto maior est, tanto spicula longius eiaculatur. Quæ si iuxta artem mechanicam temperetur, inquit Vegetius, & ab exercitatis hominibus, qui mensuram eius antè colligerint, dirigatur, penetrat, quodcunque percusserit. Itaque si balistis Scæuam adorti fuissent certatim, nullo momento sterni potuisset. Simile instrumentum erat Onager, quæ diripiebat lapides, sed præ neruorum crassitudine, & magnitudine saxorum pondera iaculabatur. Et quanto erat amplior, tanto maiora saxa fulminis in morem cōtorquebat. Iam pecto.] Iā amplius pectus non tegit, ut antè fecerat, sed abiecto clipeo dextra, læuaq; pugnat.

Ac culpa uix. f.] Sed ut pro Cæsare oc cumberet, nudabat pectus, abiecit clipeum, ut nō protectus hostiū telis se obijceret pugnando. Tot nlu.] Nouè dictum hoc, ut multa alia, obire uulnera, pro eo, quod est, tot uulnera infligit solus, & accipit inuicē, quot hostes, cum quibus res erat, dare poterant.

Densam syluā.] telorum, quæ immissa erant. Iam grad. f.] Stando, pugnādoq; defatigatur, & ex uno corpore, circumspectat aliquem ex hostium numero, in quē cum impetu corruat. Par pela m.] mōstrosis piscibus marinis, cetis, ac balenis grandibus, perleui momēto naues dorso euertibus in Oceano. Cōparationibus duabus amplificat uim ferociāq; Scæuæ. Libyca bel.] Ad eundē modū Elephas Libycus tetra belua occallet ad missila. Libyca.] Libyca fera, in prouerbijt abijt, in callidum, & uersipellem, moribus uarijs, & ingenio ancipiti. Hinc nata parœmia quod in Libyca uariæ ferarū species sæpenumero misceantur, atq; hinc alia, atq; alia ferarum monstra nascerentur, & Romam spectaculo produci solerent à præsidibus prouinciæ. Hinc & illa parœmia orta:

Quid nunc Vesani iaculis, leuibusq; sagittis
Perditis hæsuros nunquam uitalibus ictus?
Hunc aut tortilibus uibrata phalarica neruis
Obruat, aut nasti muralia pondera saxi:
Hunc aries ferro, balistaq; limine portæ
Summoueat, a stat nō fragilis pro Cæsare muris,
Pompeiumq; tenet, iam b pectora nō tegit armis,
Ac ueritus credi clypeo, læuaq; uacasse,
Aut culpa uixisse sua, tot uulnera belli
Solus obit, densamq; ferens in pectore syluam
Iam gradibus sessis, in quem cadat, eligit hostem,
Par pelagi monstris, c Libycæ sic bellua terræ,
Getulus densis elephas oppressus ab armis
Omne repercussum squalenti missile tergo
Frangit, & hærentes mota cute discutit hastas.
Viscera tuta latent penitus, citraq; cruorem
Confixæ stant tela feræ, tot facta sagittis,
Tot iaculis unam non explent uulnera mortem.

a al. Promoueat.
b al. pectore.
c al. sic Libycus denhs.

ἀεὶ φέρει ἡ Λιβύη τι κακόν. Libya semper mali aliquid adfert. Et huic simile, Semper Africa noui aliquid apportat. Getulus Elephas.] *Libycus Elephas. Est autem elephas animalium terrestrium maximum, & humanis sensibus proximum, de quorum commendatione, sensu, quando primum iuncti fuerunt, de eorum docilitate, clementia, intellectu periculi, memoria, quando primum in in Italia uisi, de pugna eorum, quomodo capiũtur, quando domantur, de partu, ubi nascuntur, copiosè enarratur à Plinio 12. capitibus primis lib. 8.*

Getulus elephas.], *Africa maximè producit elephãtos, ultra Syrticas solitudines, tum autem, & in Mauritanias. Sed & Aethiopes ac Troglodytæ ferunt, sed maximos mittit India. Aliquot adagijs locum fecit elephas. Elephantum ex musca facis, hoc est, res tenues supra omnem modum amplificas, Elephantus non capit murem, pro eo quod est, generosus atq; excelsus animus non curat humilem prædam: nihil facit lucra exigua, Elephanti celerius pariunt: de cunctatione immodica. Citius elephantum sub ala celes: de ijs, quæ nulla ratione disimulari possunt.* Getulus.] *Pulchrè, & eruditè Getulus. Nam qui ad Occasum montis Atlantis, Hesperij proximi Oceano habitãt, uarijs gentibus distinguuntur, quarum præcipuæ sunt Terotæ, Perorsi, & Berini, Hic magna elephantorum frequentia est, quorum uenatione hæ gentes ebore abundant. Ibi Nigritæ & Getuli, qui in littore purpuram, & muricem capiunt, efficacissimum omnium ad tingendum.* Ab armis d.] *Vel ab armatis uenatoribus, uel telorum multitudine,*

Omne reper.] *Omnia tela percussa duro corio bestiæ diffringit, & hastas tacta cute hærentes discutit.*

Viscere tu.] *At sagittæ non penetrant durum tergus, neque tantum uulnus efficiunt, ut ad sanguinem usque perueniunt.* Tot facta.] *Ad consimilem rationem, tot sagittæ in Scæuam emissa tantum uulnus non intuliserunt, ut esset lætale.*

Dict. p.] *Dilatatio narratiõis ab ictu certo cuiusdam sagittarij Cretensis, qui in Scæuæ oculũ contorsit sagittam. Et qua ferocia eam hic unà cum oculo extraxerit, tum autem deiectã humi pedibus proculcarit.*

Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scæuam, quæ uoto certior omni
In caput, atque oculi læuum descendit in orbem.
Ille moras ferri neruorum, & uincula rumpit,
Affixam uellens oculo pendente sagittam
Intrepidus, telumq; suo cum lumine calcat,
Pannonis haud aliter post ictum sæuior ursa,
Cùm iaculum parua Libys amentauit habena,
Se rotat in uulnus, telumq; irata receptum
Impetit, & secum fugientem circuit hastam.

Gortynis.] *Epitheti cè sagitta Cretensis, à sagittario Cretensi profecta. Cretenses uenandi studiosi, iaculãdi peritia olim exceluerũt, quare ab ijs sagittis accõmodari solent epitheta. Omniũ scriptorum fermè consensu constat, Cretam centum urbes olim habuisse, quarum 40 à Plinio recensentur, libro 4. cap. 12. quas eius ætas nouit Mela, pauciores, & eas notissimas enumerat, Gnosum, Cortynã, Dictynam, siue Dicten, Lyction, Lycasten Holopyxon. Phæstum, Cydonem, Manethusam, & ita q; à Cortyna, siue Gortyna, Gortynis arũdo, sagitta Cretensis: & à Dictyna, Dictæa manus, Cretensis Sagittarij: uel à monte Dictæo in Creta. Maro libro 3. Aeneid.*

„ *Dictæa negat tibi Iuppiter arua.*

Pannonis haud.] *à comparatione inuictum robur, atq; animum Scæuæ subijcit oculis. Ducitur hæc à natura ursæ.* Pannonis.] *Hungarica, siue Austrica ursa. Dupliciter Pannoniã Geographi statuunt. superiorẽ, & inferiorem. Superiorẽ hodie Austriã appellamus, cuius initiũ est ab Alpibus, mons Cæcius recta in Septentrionem porrectus, placidis iugis ad Danubiũ usq; pertingit. Quaquaversùm ortum uersus in plana decurrit, longo tractu uinetis cõsitus est. Occiduum latus, eiusq; summum iugum horret densissimis syluis: à fronte: mõs obiectus, Caluus uocatur ab eius loci incolis: A' meridie, parte Norici stringitur. Ad ortũ brumalem, et qua in fluuiũ Sauum egreditur, ad Alpes usq; extenditur. Vrbes hodie habet celebres, Viennam cum ueteri ducum Austriæ castro: Nouã ciuitatem cum arce munita aduersus omnem uim humanã Lintziũ oppidũ, quod Romani ueteres præsidio imposito Lentias dixerunt, propinquum est Norici Ripensis. In superiori Pannonia oppidum Brigetium fuit. Inferior uerò Pannonia quæ Hungaria nunc uocatur, ab Occasu Arrabone fluuio terminatur: ab Ortu Danubio, qui ubi Germaniam reliquit, in Meridiem fessus, Sauũ excepturus. Deinde reflexus Tybiscũ recipit. A' Meridie finiunt mitescentia Alpium iuga. Oppidorum memoratissimum est, Buda in colle clemẽter ædito, quàm à Septentrione Danubius alluit. A' Meridie amœna planicies excipit. Ad ortum, arcem habet regali magnificentia extructam. A' Buda ad Meridiem, Albanum est, uetus oppidum, in palustri planicie situm. Albam regalem hodie uocant, quod celebre sit conditorijs regum Hungariæ. Ea Pannoniæ pars, quæ in Sauum progreditur, Sauia, & Sauiensis regio dicitur. In Sauiensi tractu, Sirmium uetus oppidum est, iuxta quod Bacunius amnis in Sauum influit.* Vrsa.] *Plinius negat in Africa ursos gigni, cum omnium scriptorum testimonio & diuersum constet. Verg. lib. 8. Aeneid.*

Effultum foliis, & pelle Libystidis ursæ. Idem lib. 5.
Horridus in iaculis, & pelle Libystidis ursæ.

Martialis.

Et fræno Libyci domantur ursi.

Cæterum, soli Numidici ursi cæteris forma præstent. Addam interim mirum quoddam, quod de ursis proditũ est. Primis diebus, bis septenis tam graui somno premuntur, ut ne uulneribus quidem excitari queant. Vrsæ præsentis uestigia quæris. De eo dicitur παροιμιακῶς, qui timiditate præsens negocium declinat, atque ad alias ineptias dilabitur. Sumptum à timidis uenatoribus. qui dissimulant se sensisse ursum, & uestigia persequi fingunt, ut procul absint à periculo, τῶν ἀφανοῦς ποιούντων τὰ ἴχνη. Libys.] *Aliquis uenator Libycus qui ursam insectatus demum opprimit.* Amentauit.] *id est, iaculum amento torsit: nam amentum uinculum est, siue habena, qua telum ad brachium iaculantis alligatur, ut post uulnus recipi possit: & paruam habenam hoc loco illud amentum uocat.* Se rotat.] *Ipsa ursa uoluit se in uulnus, ac frendens morsu conatur impetere telum, quod iam lateri inhæret.*

Perdide-

Perdiderat uul.] Redit ad Scæuã, describitq; orit habitũ post acceptũ uulnus, amissumq; oculum.

Perdiderat uultu rabies, stetit imbre cruento
Informis facies, lætus fragor æthera pulsat
Victorum, maiora uiris è sanguine paruo
Gaudia non faceret conspectũ in Cæsare uulnus.
Ille tegens alta suppressum mente a furorem
Mitis, & à uultu penitus uirtute remota,
Parcite ait, ciues, procul hinc auertite ferrum,
Collatura meæ nil sunt iam uulnera morti,
Non eget ingestis, sed uulsis pectore telis,
Tollite, & in Magni, uiuentem ponite castris,
Hoc uestro præstate duci, sit Scæua relicti
Cæsaris exemplũ potius, quàm mortis honestæ.
Credidit infœlix simulatis uocibus Aulus,
Nec uidit recte gladium mucrone b tenentem,
Membraq; captiui pariter laturus, & arma,
Fulmineum medijs excepit faucibus ensem

Lætus fr.] Pompeia ni lætitia exultarunt ob separatum unũ militem. Addit hyperbolen, cùm clamorẽ eorum ad æthera peruenisse dicat. Victorum.] Pompeianorũ. qui unum hominẽ uicerat, & quidem cum multa suorum cæde.

Maiora.] amplificatio lætitiæ ob deiectum unum Scæuam. Ille.] Scæua dissimulauit dolorem, & iram animi, se mox ulturus. Procul.] Auferte hinc procul tela, ac desinite ferire: mea uulnera nihil ad mortem conferent, satcrit, si tela extrahantur.

Credidit infœ.] Mirum unde ista Appiani uenerint in mentem ut lueris proderet, unde ea sumpsit Lucanus, cum è Cæsare planè falsa esse conuincantur. Scribit enim ille, cum acriter pugnaret Scæua, quod sagitta oculo saucius, hastam diffregerit: ac mox eum Centurionem Pompeianum sibi notum allocutum ad istum modum. Serua tui similem, serua amicum, ac medicos mihi adhibe. Ad hæc uerba cùm duo accurrissent, alterum occidit, alterius humerum ense traiecit. Cæsar ipse tradit relato Scæuæ Centurionis scuto, inuēta in eo foramina fuisse, 230. quem, ut erat de se meritus, & de republ. donauit millibus ducentis æris, atque ab octauis ordinibus ad primipilum se traducere pronunciauit, Nam eius opera castellum conseruatum fuisse, magna ex parte constabat.

a al dolorem

b al tremẽtẽ,

Aulus.] Id erat Centurioni sibi noto nomen, quẽ implorabat, serua me amicum, ut Appian.

Incaluit uir.] Trucidato Aulo, rursus ait, Scæua uirtutem incanduisse, atque cæde unius ita animum recepisse, ut etiã minetur pluribus parem fortunam, qui credant eum tot uulneribus superatum esse.

Incaluit uirtus, atq; una cede refectus,
Soluat, ait, pœnas Scæuam quicunq; subactum
Sperauit, pacem gladio, si quærit, ab isto est
Magnus, adorato submittat Cæsare signa,
Aut similem uestri, segnemq; ad fata putastis?
Pompeij uobis minor est, caussæq; Senatus,
Quàm mihi mortis amor. Simul hæc effatus, & alCæsareas puluis testatur adesse cohortes. (tus
Dedecus hic belli Magno, crimenq; remisit,
Ne solùm totæ fugerent te Scæua cateruæ
Subducto iam Marte ruis. nam sanguine fuso
Vires pugna dabat. Labentem turba suorum
Excipit, atq; humeris defectũ imponere gaudet.

titudinis exemplum ostendit Acilius Cæsarianus, qui nauali prælio ad Massimam, iniecta in hostiũ puppem dextra, eaq; præcisa, memorabile illud Cynigeri exemplũ apud Græcos imitatus, hostilem nauim irrupit, & obuios umbone propulsauit. Dedecus hic bel.] Tum demũ Pompeiani magno decore liberati fuêre, cum non te. sed Cæsarem fugere uiderentur cum puluis procul exortus hostiis aduentum testaretur. Sed falsi opinione fuêre.

Pacem.] Insolens, ac ferox minatio. Si Pompeius pacem petat, eam à gladio suo C petendam. Ferro itaq; Cæsaris partes tueri uult aut fortiter mori, nũ aũt in illius castra discedere, ut modò finxit.

In Magni uiuentem ponite castris.

Aut similem.] Imbellem, ignauum, ac tumidum me putastis, ut uos estis? Vos non tam detinẽt amor Pompeij, aut etiam caussæ Senatus, quam me mortis desiderium, ut dulcius mihi sit pro Cæsare occumbere, quàm superesse. Simul hæc affatus.] Statim uidit puluerem pedibus cohortium aduentantium Cæsare, norum exercitum aliè apparere. Tranquillus scribit, Scæuæ præter oculum, humerum, ac fœmur transfixum fuisse. Pari for

Subduc iam Mor.] Pompeianis, ceu signo dato receptui, repetentibus castra, occumbens Scæua. Vires pugn.] Quàm diu pugnabat calidus sanguis suppetebat uires: ubi uero defertus non habebat, in quos fæuiret, sanguis riuis effluens, defecit uires, ac concidit.

Labentem.] Lõgè diuersius narrat ipse Cæsar, ut modo retulimus. Turba su.] Milites Cæsareani, qui cæsum ad Cæsarem portarunt.

Ac uelut inclusum.] Subductum à hostibus in fugam abiit, Cæsariani summa ueneratione prosequuntur, ac tantum non, ut numen in pectore hominis inclusum uenerantur & adorant. Viuam.]

Ac uelut inclusum perfosso in pectore numen
Et uiuam magnæ speciem uirtutis adorant.
Telaq; confixis certant euellere membris,
Exornantq; Deos, ac nudum pectore Martem
Armis Scæua tuis. fœlix hoc nomine [illegible]mæ,
Si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset
Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.
Non in bellorum spolijs ornare Tonantis
Templa potes, non tu lætis ululare triumphis:
Infœlix, quanta dominum uirtute parastis

uiuam imaginẽ uerè uirtutis admirãtur in Scæua. Virtus enim cùm animi sit habitus, & affectu, bonus, uideri non potest, effectus uideri potest.

Exornantq; Deos, ac nu.] Suspendũt ad imagines Deorum, ut

rum, ut monumentum immortale tantæ uirtutis, perinde ut solent opima spolia Ioui, & arma hostibus adepta templis Deorum inferri, aut ijs exornare curiam.

Armis Scæ. t.] auersio ad Scænam haud absq; affectibus. Fœlix hoc.] Exclamatio in uirtutem, ac fortitudinem Scænæ, quam dicit immortali gloria dignam, si eam cædem non in Romanũ ciuem edidisset, sed in Hispanos, aut Germanos, quasi uerò hi uiliores Italis habeantur. Durus Iber.] Hispanus. Iber propriè est Hispaniæ amnis clarus, Cantabricis ortus iugis, qui primum in ortum solis regressus, tandem alueo in meridiem flexo, mediam Tarraconensem rigat, ac Cæsarauguſtam præterlapsus, ad Dertosam in Mediterraneum effluit. Ab hoc celebri amne, Iberi iuxta siti populi, & Iberia, à Græcis Hispania dicta. Vrbes in ea celebres, Tarracon, Valentia, Cæsarauguſta, Barcino, & Toletum.

Cantaber.] Gentes Hispaniæ, quæ oram habitãt Borealem, ab Occasu statim occurrunt Gallæci, Celticum promontorium. Dein Celtici, à Celtis orti: mox bellicosissimi Cantabri. Astures, Varduli, & in Pyrenæum inclinantes Vascones. Longis Teu.ar.] Teutonos exponit Sulpitius, Gallos, sed inepte, inscitéq;. Teutoni, siue Teutones, Germani fuerunt, à qua gente etiamnum hodie Germania uernaculo idiomate suum nomen seruat. Hæc tota Septẽtrionalis à Gallijs Rheno fluuio diuiditur: à Rhetijs, & Pannonibus Danubio: à Dacia, & Sarmatia, mõtibus. Cætera Oceanus ambit. Innumeris ferè gentibus colitur: sed in duas partes initio fuit diuisa: in superiorẽ Germaniam, quæ Alpibus est propinquior: & inferiorem, ad Septentrionem, & Oceanum uersa. Hæc partitio adhuc durat sub appellatione Alemaniæ, quæ à Lacu Lemanno est, ut multi opinantur. Ipsa Germanorum gens indigena est, si ueteribus scriptoribus credendum est, qui hac coniectura adducti fuêre, quod terra ipsa, sit cœlo aspera, cultu, aspectúq; multis in locis informis penè, nisi Alpibus, uastisq; fluminibus, aut æstuoso adeunda Oceano, & ob id nullam unquam sensit aduenarũ colluuionem. Tuisto quidam in hac terra genitus, & Mannus eius filius, conditores gentis memorantur. Mãno tres filij fuerunt, unde Ingeuones sunt medij, Herminones Oceani accolæ, cæteri Istieuones dicti fuerunt. Ex Tuiscone plures liberos genitos arbitrantur quidam, à quibus Sueui orti sunt. Gambrinij. Vandali, Marsi. Germaniæ nomen existimant recentius à Germanis, qui Rhenũ trãsgressi, Gallos inde expulerint, à quibus omnes eius terræ gentes paulatim dici cæpere. Sed hæc satis de Germanis, & Teutonis, si hæc solum addidero, quod cum ueteres illi, nondum opulentarum gentium commertio contaminati, aurum, & dona contemptui haberent, uictu, ac cultu inelegantes, posteritas longè diuersos mores admiserit, ut Tacitus testatur, quod præcipuè gaudeant finitimarum gentium donis, quæ non solum singulis, sed publicè etiam mittuntur. Sed idem etiam author, de bellorum studio, raptúsq;, & de laboris domestici fastidio locutus, Pigrum & iners, inquit, uidetur studio acquirere, quod A possis sanguine parare. Claudianus testatur Germanos Romanis quietem uendere, hoc est, pecunia accepta, pacem addicere solitos.

Illi terribiles, inquit, quibus otia uendere semper
Mos erat, & fœda requiem mercede pacisci,
Natis obsidibus pacem tam supplice uultu
Captiuoq; rogant. ——

Longis armis.] Electi equi, inquit Tacitus, magna armamenta, phaleræ, torquesq;. Hinc satis opinor, satis constare, Teutonos non Gallos, ut Sulpitius credit, sed Germanos esse: Glareani uerba adscribam. Teutonos, Sulpitius Gallos existimat, inquit, quia cum Cimbris in Galliam, deinde cum Gallis in Italiam irruerunt. Elegans ratio. Sic enim & barbari Romani, aut Itali fuerint, qui toties in Italiam irruerunt. Teutoni, siue Teutones (nam utroque modo Latini inclinarunt) uerè Germani sunt, unde adhuc regio Teutschland nominatur. Nam Germania uocabulum est Romanum, ut rectè Strabo docet li. 7. quod Romani eis indiderunt: uel quod Gallorum essent, uelut B fratres, id est, moribus, corporibusq; similes. Vel (quod ut rius est, & apud me indubitatum) quod Teutones ipsi inter sese fratres uocant, etiam hoc tempore, Lieben brüdern, chari fratres. Vnde Galli ita eos uocarunt, à quibus & Romani didicere. Heluetij certè uerè adhuc, populari dominio, & lingua priscæ Galliæ imago, Germanos ita uocant Bruder. Cæterum uix dici potest, quàm humani scilicet in omnes nationes, imò omne, adeo hominum genus Romani fuerint: & hic in primis poëta, qui unum ciuem Romanum, quantumuis Catilinæ, aut Verri similem, mille Hispanis, Gallis, ac Teutonis, præferre non dubitarit, in hos sæuisse nihil, in Romanos, ingens dedecus. Sed ultus est Deus horum tandem superbiam. Hæc Glareanus, & ad Germanos non solum Romanum imperium, sed etiam linguæ Latinæ, & omnium bonorum artium laudem, gloriam, & palmam transtulit. Non tubel.] Hoc est, tu legibus Romanis, non potes uare, nõ potes in templum Iouis Capitolini inferre spolia, & id ornare spolijs, quod ciues Romanos occideris. Inter leges triumphandi, & hæc una erat, Ne parte ciuitatis lachrymante de ciuili bello, decernerent supplicationes: ouare, C aut triumphare, nefas erat, licet Cæsar triũpharit. Sed interpharе, neq; tẽplũ Iouis spolijs ornare potuit, ut Horatius de tribus Curiatijs Cæsis. Vlulare.] Sulpitius interpretatur, clamando prosequi triumphum: alius 10 clamare, ut ouationem uideatur innuere, quæ minor triumphus erat. Maior triumphus, si quis imperator quinq; millia hostium in uno prælio occidisset, eumq; numerũ apud Quæstorem urbanũ, urbẽ ingressus, iuraret se uerum retulisse: simul etiam, & numerum occisorum in prælio ciuium.

Dominum.] Virulenter id à poëta nusquã nõ maligno rerũ Cæsaris interprete dictũ, quippe cui Romani seruitutem essent, si uictoria per Scænã, eiusq; similes potiretur.

4 m. ac. Nec magis.] Pompeius ab Aego, & Rosillo fratribus Allobrogibus transfugis edoctus multa, quæ apud Cæsarem fierent, ui erumpere cõstituit.

Nec magis a hæc magnus castrorũ parte repulsus
Intra claustra piger, dilato Marte quieuit,
Quàm mare lassatur, quum se tollentibus Euris
Frangentem fluctus scopulum ferit, aut latus alti
Montis adest, seramq; sibi parat, unda ruinam
Hinc uicina petens placido castella profundo
Incursu gemini Martis capit, armaq; latè

Itaq; 40. lectas centurias noctu eduxit ad eam munitionis partem, quæ longissimè à portis castris aberat. Eam partem Lentulus Marcellus præsidio obtinebat,

Spargit,& effuso laxat tentoria campo,
Murandæq; iuuat permissa licentia terræ.
Sic pleno Padus ore tumens super aggere tutas
Excurrit ripas,& totos concutit agros,
Succubuit si quà tellus,cumulumq; furentem
Vndarum non passa ruit,tum fulmine toto
Transit,& ignotos aperit sibi gurgite campos.

A obtimebat,cui ob periculosam ualetudinem Cæsar Fuluiũ Posthumiũ submiserat. Hoc loco fossa erat 15. pedũ:et uallũ hosti opposuerat.

agger ab interno uallo, ad externum latitudine centenûm pedũ: fossa ab utraq; parte prorecta: ut si dimicandum esset,utrimq; resistu posset. Cæterum operis magnitudo eiusmodi erat,ut non pateretur, ad exitum circa mare perduci. Itaq; militibus terra, mariq; huc perductis,uno tempore Pompeiani intrà, extraq; Cæsareanos fatigarunt. Sed præstat ipsius Cæsaris uerba adscribere. Roscillus,& Aegus fratres hæc ad Pompeium detulerũt. Quibus ille cognitis,eruptionisq; iam antè capto consilio,ut demonstratum est,tegmenta galeis milites ex uiminibus facere, atq; aggerem comportare iubet. His paratis rebus magnum numerum leuis armaturæ,& B sagittariorum,aggeremq; omnem noctu in scaphas,& naues actuarias imponit:& de media nocte cohortes 60.ex maximis castris,præsidijsq; deductas,ad eam partem munitionum ducit,quæ pertinebant ad mare, longissimeq; à maximis castris Cæsaris aberãt. Eôdẽ naues, quas demonstrauimus,aggere,& leuis armaturæ militibus completas, quaeq; ad Dyrrhachium naues longas habebat,mittit,& quid,à quoq; fieri uelit præcipit. Ad eas munitiones Cæsar Lẽtulum Marcellinum Quæstorẽ cum legione noua, positum habebat. Huic quod ualetudine minus cõmoda utebatur,Fuluiũ Posthumiũ adiutorẽ summiserat. Erat eo loco fossa pedũ 15. & uallus contra hostẽ in altitudinẽ pedum 10. Tantũdemq; eius ualli agger in latitudinẽ patebat:ab eo intermisso spatio pedũ ſexcentorũ,alter conuersus in contrariã partẽ erat uallus humiliore paulò munitione. De cæteris postea dicetur. Nec magis.] Pompeius hac parte castrorum repulsus Scæuæ maximè uirtute, non magis translato in aliã partẽ bello,quieuit,quàm mare solet quiescere, ubi fluctuum uiolentia scopulum, aut promontorium impulerit,quod ad postremũ crebrò uerberatum ruit. Claustra.] Castra undiq; circũuallata.

Dilato Mar.] id est, neq; distulit diu certamen,quo agitatur mare sæuiẽdo fluctibus, ubi uno,atq; altero impulsu non euiceris scopulum,aut montẽ in continenti eminentem,& excelsum. Euris.] Ventis,species, pro genere.

Seram rui.] hoc est, non subitam,sed tardam,ac lentã.

Hinc uicina.] hoc est,ad eam partẽ munitionem, quæ pertinebant ad mare,& longissimè à maximis castris aberant. Placido pro.] quieto,tranquilloq; mari. Nam mãre intra,extraq; Cæsarianos fatigauit. Ipse enim 60. cohortes ad partem eam,quæ propinqua mari erat,deduxit.

Laxat.] effundit per patentes cãpos lõgè lateq;. Mutã

Illos terra.] id est, aliis undarum sæuitia terra abluitur, decidit q;,alijs adijcitur. Lex de alluuionib. est. Alluuiones fluuiorũ, cuius ripis adhæserint, illius iuris fiunt.

Illos terra fugit dominos,his rura colonis
Accedunt, donante Pado,uix præsta Cæsar.
Senserat,elatus specula quæ prodidit ignis.
Inuenit impulsos presso iam puluere muros
Frigidæq; ut uereris deprendit signa ruinæ,
Accendit pax ipsa loci,mouitq; furorem
Pompeiana quies,& uicto Cæsare,somnus.
Ire uel in clades properat, dum gaudia turbet.

dẽq;]nã uehementer delectabat mutare locũ, cùm hactenus conclusus aggeribus, ac fossis fuisset. Padus.] *Veterib. Eridanus. ἠριδανός. Eridanus,à Duce coloniarũ. Padus omniũ fluuiorũ maximus est in Europa,per Istrũ, circa ostia. Ipse è Pœninis iugis,siue (ut Mela) imis radicibus montis Vesuli exortus,per mediã Galliã Togatam descendens Hadriaticum ingreditur. Nullum adeò cõstat esse amnẽ,qui breuiori cursu maiorem aquarũ molẽ colligat. Nã non solũ amnes, Apeninos, Alpinosq; nauigabiles accipit,sed lacus etiã immensos, qui se in eum exonerant. Triginta maximè flumina in Hadriaticum defert. Multa ueteres poëtæ de Pado,siue Eridano fabulati sunt,quæ nõ est operæ hoc loco pſequi. Padi ostia sunt Philistina, Clodia fossa. Brundulã. Carbonaria, Carpesia, q̃ hodie Magna Vacca dicitur. Ergo Pompeiũ excurrentẽ,Pado exundanti,atq; adeo proximos cãpos inundãti cõparat,ubi imbrib. Alpinis,& fluminib. auctus iam non cõtinet se intra suos alueos,sed illos excedẽs per oës circa agros expatiatur,perinde ut Nilus certis anni tẽporibus omnes circa terras,suo excursu perfundit. Eridanus,siue Padus inter sidera collocatur. Proficiscitur à sinistro pede Orionis, & perueniens ad Pistricẽ,rursum diffunditur usq; ad Leporis pedes,atq; hinc longius tendit ad circulũ Antarcticum. Huius copiosa descriptio extat apud Aratũ φαινομένοις, quos uersus nimis prolixum & odiosum foret hic adscribere. Germanicus Cæsar in Arati Phæno.*

*Planxere ignotis Asiæ Phœnicides undis "
Eridanus medius liquidis interiacet astris, "
Huius pars undæ læuum ferit Orionis, "
Lapsa pedem procul amotis qui piscibus usus, "
Vincula coniectat nodus cristam super ipsam, "
Aequora pistris adit. Sunt illi libera cœlo "
Sidera nonnullam specie reddentia formã. "
Sub Leporisq; latus uersam,post deniq; puppim "
Inter & Eridanum flexusq;,cauumq; carinæ. "
Atq; hæc ipsa notã se nullam ferre figuram. "
Sunt etiam toto sparsi sine nomine mundi "
Iter signa ignes,etiam quibus & sua desit "
Forma,per oppositi noscuntur lumina signi. "*

Totos concutit.] *quassat circumiacẽtes campos suo æstu.* Succubuit.] *subsidit,ac loco emota ui fluminis.* Cumulumq;] *ut Maro,cumulo præruptus aquæ mons. Regitur à participio. passa. Tellus non passa furentium aquarum uim,collapsa est.* Tum flum. toto.] *Tum totus amnis effunditur per proximam planiciem.*

Ignotos cam]*quia hactenus naturalẽ suum cursum intra alueos retinuit,nec quicquam campi plani abluit: rectè ergo ignotos campos uocat.*

Cod. lib. 7. Titu. 41. De alluuionibus,paludibus,et posessis,ad alium statum translatis Quamuis fluminis naturalem cursum operemanu facto aliò non liceat auertere,

Torquato ruit inde minax, qui Cæsaris arma
Segnius haud uidit, quam multo nauta tremente
Omnia subducit Circææ uela procellæ.
Agminaq; interius muro breuiore recepit,
Densius ut parua disponeret arma corona.

tamen ripam suã aduersus rapidi amnis impetum munire, prohibitum non est. Et cùm fluuius priore alueo derelicto, aliũ sibi facit: ager, quem circuit, prioris domini manet. Quod si paulatim ita auferat, ut alteri parti applicet, id alluuionis iure ei quæritur, cuius fundo adiecit. Vix prælia Cæ.] Pompeiani magna cæde Cæsarianorum castris Marcellini appropinquabant, non sine magno terrore illato reliquis cohortibus. Qua re nunciata, M. Antonius qui proximum locum præsidiorum tenebat, cum 12. cohortibus descendens ex superiore loco cernebatur à Pompeianis cuius aduentu nonnihil cõpressi fuerunt, & non parũ Cæsarianos is firmauit, ut se ex maximo terrore colligerent. Elatus spe.] Cæsar enim statim significatione per castella fumo facta, ut semper consuetudo fuerat, deductis quibusdam cohortibus ex præsidijs, eodem uenit. Inuenit Impulsos.] Cæsar cognito detrimento, & damno accepto, cùm animaduertisset Pompeium extra munitiones egressum, castra secundum mare iuxta Pompeium munire iussit, ut libere pabulari posset, nec minus aditum nauibus habere, belli ratione commutauit, quod propositum non tenuisset.

Frigida,] Non recenti pugna calentia. Pax ipsa lo.] Nam Pompeius suis, ut rebus bene gestis quietem concesserat. Mirum, ut poëta historiam miscet, atque omnia confundit. Ire uel. in.] ad insignem cladem accipiendam se præcipitat, ut solum Pompeianorum exuberantem lætitiam ex parta uictoria, posset turbare.

Torquato ruit.] Hic castellum Pompeij oppressum, ut præfectus obtinebat. Impetus Pompeianorum aliquantum Antonij interuentu suppressus fuit, qui eum 12. cohortibus occurrerat. Suppressus, inquam ille fuit circa præsidium Marcellini, Et cùm ibi acriter rursum pugnaretur, superuenit Cæsar cum aliquot cohortibus. Ibi hostem citra munitionem omnia tenere conspicatus, suos illis uallum obijcere præcipit, ut fossa post eos, qui in fronte dimicabant, celeriter educta, præsenti conatu hostis auerteretur. Ipse diuersa parte cum tribus & triginta cohortibus, Pompeij castra ex improuiso adortus, illicò munitionem irrupit. Aduersus Pompeius suis auxilio cum legionem plexitate impliciti, sua sponte turbari cœperunt.

Qui Cæsarr.] Rẽtraxit, inquit, uiso Cæsare, suos immurum interiorem, metu perculsos. Adeoq; prima trepidatio ab equitibus orta fuit. mox ubi non uno loco se ab hoste premi senserunt, crescente metu tota multitudo è castris præceps acta fuit. Segnius haud.] Haud serius armatas cohortes, cũ Cæsare approperantes uidit, quàm nauta detrahit omnia uela simulatq; procellosissimus uẽtus obortus subitò, malum sua ui flectit, incurvatq;. Fortasse non ineptè hic legeretur Cæcææ, pro, Circææ. Est autem Cæcias uentus, medio regione spirans, inter Aquilonem, & exortum, unus contra aliorum uentorum Septentrionalium naturam nubes non pellens, sed attrahens: cuius rei caussas duas Aristoteles in problematis reddit. Hinc prouerbium. Mala ad se trahens, ut Cæcias nubes.

Circææ procel.] Circæij quondam insulas fuit, immenso mari circundata, nunc uerò planicies. Theophrastus, qui primus externorum aliqua de Romanis diligenter, scripsit, mensuram insulæ Circæorum posuit stadia 80. A' Circæis palus Pontina est: quem locum 25. ante dixi. Cæsariani munitionum perplexitate impliciti, in fugam uersi sunt. Et tetra ubi colluctatio fuit orta in apertum euadere festinantium, cæci infossas ruunt, ac per abrupta præcipites eunt. Cæsar suorũ fugam sistere conatur, hunc præhẽsabat, illum hortabatur, alium reuocabat, signiferi obiecto ferro obstitit, sed neq; precibus, neq; minis sisti potuerunt.

Transierat primi Cæsar munimina uallis,
Quum superè totis emisit collibus agmen,
Effudit'q; acies obsessum Magnus in hostem,
Non sic Aetnæis habitans in uallibus, horret
Enceladum, spirante Noto, quum toto cauernas
Egerit, & torrens in campos defluit Aetna.

Transuerat.] Si peiorem aggerem Cæsar transierat, erat inter utranq; munitionem. Cùm Pompeius cum legione una adesset.

Obsessum hostem.] Cæsarem, & Cæsarianos. Torquatus tenebat interiorem aggerem, Cæsariani exteriorem. Non sic Aetnęis.] Tragica similitudine, Cæsarianorum seriam trepidationem, & formidabilem Pompeij ad munitionem aduentum, subijcit. Cæsarianos accolis Aetnæ, Pompeium Encelado comparat. Sulpitius hunc locum ita exponit. Non aliter metuit Cæsar aduentum Pompeij, quàm solent Catinenses metuere cùm Aetna flammam emittit, per montemq; spargit, Habitatores uallium Aetnæarum, Catinenses ipse accipit. At Catinæ Septentrionalis est Aetna, cui proximum est, Tauromenium ad Austrum à quo longius recedit Leontium, inde longius in meridiem abit. Catina littorale oppidum, ortum spectans. Et Notus, si pro Austrino uẽto hic accipiatur, non horrendus est Catinensibus, sed iucundus aduersus Aetnæum incendium, quod ab ijs, huius fragorem auertat, ne aũdiatur, imo ut ne flammam, aut fumus propè uideatur quidem. Simplicius ergo, & rectiùs meo quidem iudicio, acceperimus Notum pro quouis uento, ut species sit posita, pro quouis uento, hoc est pro genere. In uallibus Aetnæ.] Vel inter Messanam & Aetnam: uel intra Aetnam, & Tauromenium ad Meridiem. Aetnę.] Aetna in Sicilia eminentissimus montium est, de cuius ignifera natura quæ producuntur notiora sunt, quàm ut hic referantur. Huius egressio fuit orta in apertum euadere festinantium, cæci infossas ruunt, ac per abrupta præcipites eunt. Cæsar suorũ fugam sistere conatur, hunc præhẽsabat, illum hortabatur, alium reuocabat, signiferi obiecto ferro obstitit, sed neq; precibus, neq; minis sisti potuerunt.

tur interim loci facies, nunc in imum igni cõsidente, nunc scissa emicante flamma. Igniti interdum fluunt riui, nunc flammæ fumo, & caliginæ obductæ, nonnunquam ardentes eructat lapides. Et fuerunt, qui explorandi miracula caussa summum iugum conscendere ausi fuêre. Hi uelut patentem inibi aream stadiorum circiter uiginti speciem supercilio inclusam: media planicie nebulosum uideri tumulum. Extiterunt alij, qui crateris labrum transgressi, per ipsam aream paululum processerint, sed altioris cineris feruore, trepidè retrò flexerint, uestigia. Notum satis est, Empedoclem Agrigentinum miraculi caussam exploraturum ibi periisse, altero ex ferreis calceis, quos in eum usum pedibus induxerat, haud procul à crateris supercilio reperto.

Enceladum.] *Enceladus propriè maris epithetum est, et ob eam caussam etiam Enceladum Neptuni equum finxere. Fabulantur Enceladum gigãtem fuisse, ex Titano & terra prognatum. Hic cùm dies bello faciendo inductus adesset, quo cœlum oppugnaret, à Ioue fulmine ictus, sub Aetnam prostratus fuit. Lycophron tamen autor est, Typhonem sub ea conditum, uocatq; Siciliam*

» ὅθεν γιγάντων νῶτα τ' ἀμεταφρενον.
» θλάσασα, καὶ τυφῶν' ἀγρίου δέμας
» φοναμῷ ξέσσα δίξεται μονόγολον.

Alij Gigantum insulam Pithecusas dixerunt, quæ sunt circa Italiam. Has insulas initio gigantes coluerunt, postea Iuppiter arma aduersus se mouentes ubi debellasset, eis insulas imposuit, atq; simijs incolendas dedit: quare ἀπὸ τῶν πιθήκων, id est, simijs, Pithecusas appellarũt. Ex gigantum sobole ferunt solum Aristæum seruatum, quem neq; fulmen ambussit, neq; Aetna pressit. Claudianus libro 1. de Raptu Proser.

In medio scopulis se porrigit Aetna peruſtis, "
Aetna Gigantæos nunquam tacitura triumphos. "
Enceladi bustum, qui saucia membra peruſtus "
Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur. "
Et quoties detrectat onus ceruice rebelli, "
In dextrum læumq; latus, tunc insula fundo "
Velliur, & dubiæ mutant cum mœnibus urbes. "
Aetnæos apices solo cognoscere uisu, "
Non aditus tentare licet. pars cætera frondet "
Arboribus, teritur nullo cultore cacumen. "

Maro lib. Aeneid. 3.

Fama est Enceladi semustum fulmine corpus "
Vrgeri mole hac, ingentemq; insuper Aetnam "
Impositam, ruptis flammam expirare camminis. "
Et sessum quoties a motat latus, intremere omnem " a al. mittat.
Murmure Trinacriam, & cœlum subtexere fumo. "

Cauernas eg.] *eiaculatur lapides, saxa, & riuos ignis, quos in subiectos campos effundit.*

Cæsaris ut.] Ostendimus paulò antè tetram colluctationem in fuga fuisse ortam, ac trepidationem cœpisse ab equitibus: ac metu crescente, totam multitudinẽ è castris præcipitem actam.

Glomerato pul.] uictus miles fuit uel ipsius hostis aduentientis cõspectu, quem puluis exortus procul prodidit. Hostib. oc.] In fuga in hostes miles incidit, inquit.

In fata.] In mortem præsentem se præcipitant. Mitti ciuili ar.] potuit hic tanta ædi clades, ut Cæsarianis nulla uel spes, uel caussa rebellandi superfuisset. Ipse Dux.] Pompeium dicit suis recepui cecinisse, ne ulterius prosequerentur Cæsarianos. Ipse Cæsar in ea effusa fuga, mirum est, quãtopere laborabat, ut eam sisteret. Hunc præhensabat, illum hortabatur, alium reuocabat, signiferis obiecto ferro obstabat. Sed fuga neq; minis, neq; precibus, neque promissis sisti potuit. Atque hanc fœdior clades sequuta fuit. Et cum ipse medio conatu quendam procera statura militem dextera apprehendisset, ut reuocaret à fuga, ab eo transfixus fuisset, nisi uibrati in Cæsarem gladij ictum, unus scutigerorum opportunè eum excepisset.

Dux tenuit.] *Ea res una saluti fuit, ne uniuersus deleretur exercitus, quod Pompeius credatur ueritus hostium insidias suorum cursum inhibuerit, præsenti successu contentus. Omnibus ciuilibus bellis nullam eladem ipse Cæsar passus fuit, nisi per legatos. Adeò ipse semper prosperrimè, ne ancipiti quidem unquam fortuna pugnauit, nisi bis. Semel hic ad Dyrrhachium, ubi pulsus in fugam à Pompeio non instante, negauit eum uincere scire. Iterum in Hispania, ultimo, cũ desperatis rebus, de consciscenda nece cogitaret. Certè cùm post hanc aduersam pugnam in castra*

Cæsaris ut miles glomerato puluere uictus,
Ante aciem cæci trepidus sub nube timoris,
Hostibus occurrit fugiens, in'q; ipsa pauendo
Fata ruit, totus mitti ciuilibus armis
Vlq; uel in pacem posuit cruor, ipse furentes
Dux tenuit gladios, fœlix, ac libera legum
Roma fores, iurisq; tui, uicisset in illo
Si tibi Sylla loco, dolet heu, semperq; dolebit,
Quod scelerum Cæsar prodest tibi summa tuorũ
Cum genero pugnasse pio. proh tristia fata
Non Vticæ Libyæ clades, Hispania Mundæ
Fleisset, & infando pollutus sanguine Nilus
Nobilius Pharios gestasset rege cadaueres
Nec luba Marmaridas pressisset nudas arenas,
Pœnorumq; umbras placasset sanguine fuso
Scipio, nec sancto caruisset uita Catone.
Vltimus esse dies potuit tibi Roma malorum,
Exire è medijs potuit Pharsalia fatis.

reuersus fuisset, dixisse traditur, nescisse Pompeium uictoria, quæ iam parta erat, uti. atque eo die bellum eum confectum habiturum fuisse, si fugientem cum exercitu in uestigio sequutus fuisset. Fœlix ac libera.] *Pathetica exclamatio in infœlicitatem Pop. Rom. cui hac una clade sua libertas mansisset, si Pompeius instando sequutus fuisset. Nullæ clades, neque Aegypto, neque in Africæ locis diuersis, neque ad ultimum in Hispania acceptæ fuissent postea.*

Vicisset tibi Sylla.] *hoc est, si L. Cornelius Sylla melior imperator hoc loco Cæsarem uicisset, non commississet hostem elabi, sed fugienti institisset, & inter necionem copias deuictas deleuisset. Trium rerum maximè collatio hic obseruanda est: bellorum ciuilium personarum. Pompeij, & Syllæ, & rei militaris peritiæ. Sylla priori bello ciuili uicit Marianos. Sub eo Pompeius militarat adolescens,*

lescens, & multa secunda prælia fecerat. Sylla potius uictoria reliquas partium Marianarum, terra marique persequebatur, missis exercitibus in Africam, Siciliam, & in Hispanias: neque ab insequendo prius destitit, quàm inimicos ad internecionem deleuisset. Hoc exemplum posthea Cæsar parta de Pompeio uictoria, secutus fuit.

Si tibi.] S. Cornelius Sylla tuo commodo uicisset, qui biennium ante mortem, fracti fascibus, positis uirgis in Senatu, dictaturam deposuit.

Dolet heu.] Identidem pathetice exclamat, & cum indignatione incusat fata, quod prosperè cum genero ad seruitutem Pop. Roman. dimicaret.

Genero.] Pathos ab affinitate personæ.

Non Vticę Libyæ.] Haud quaquam Africa cladem uidisset circa Vticam. Cæsar circa solstitium hybernum in Libyam traiecit, & ad Adrumetum cum tribus millibus peditum & una ala equitum consedit. Hic duobus millibus Maurorum equitum à triginta Gallis equitibus repulsis, inde digressus Leptim potitus fuit deditione uoluntaria. Interim naues cõplures cum copijs ad eum uenerunt, & cùm circa Ruspinã ubi castra fecerat, cũ triginta cohortibus frumentatum proficiscitur, in hostium exercitum incidit cui Labienus transfuga præerat. Pugnatũ fuit acriter, dubia pugna, quod Pompeiani multitudine abundarent. Hic Labieni equo pilo à Tirone transuerberato, hostes uehementer turbati fuêre. Ibi Cæsar duplici prælio non cum magna manu uicit: dederat suis receptius signum, cùm L. Petreij, & Cn. Pisonis interuentu, cum una Numidarum ala, frequentiq; eius generis peditatu suis præsidio adessent. Potitus & hîc uictoria fuit Cæsar. Erat Cato Vticæ, qui noctes & dies non desijt Cn. Pompeium Magni filium ad uirtutem hortari. His diebus Scipio cum octo peditum legionibus, & quatuor equitum millibus ex Vtica profectus, circa Adrumetum, cum Petreio, & Labieno castra contulit. Omnes hostes fugauit Cæsar: superauit hic Varum. Mox Scipionis & Labieni castra adortus, cœpit. Iuba rex, & Petreius ex acie dilapsi, qui ut unà perirent, mutuis uulneribus concurrerunt. Petreius regis ictu prior concidit: rex à seruo interfectus perijt. Faustus Sylla seditione militari ortu occisus fuit. Scipio item ferro se traiecit, & in fluctus præcipitatus fuit. Hispania Mundæ] Ad Mundam Hispaniæ oppidum cum Pompeij Magni liberis tam periculosè Cæsar postea dimicauit, ut de morte conficiscenda cogitarit, ubi triginta & amplius hostium millia cæsa fuerunt: & in his Actius Varrus, & alter Labienus. Cn. Pompeij in spelunca latentis caput, ad Cæsarem delatum fuit. Pollutus sa Ni.] Sanguine Magni Pompeij cæsi ab Achilla, qui à rege Ptolemæo ad eius cædem missus fuerat. Phario reg.] Ipso Ptolemæo rege Aegypti, antonomasia. Pharus insula Alexandriæ fuit obiecta, & ponte continenti annexa. Non Iuba.] Numidarum A rex, ut Bogud Mauritaniæ, qui grauiter unà cum Sittio illius opes bello Africano afflixit. Ptolemæus libro quarto partem Cyrenaicæ, Marmaricæ Libyæ nomine censuit, quod Marmaridæ supra Cyrenaicos, & Parætonios latè habitarint, usque ad Syrtim maiorem porrecti. Plinius libro 5. Mareotim Libyam, post Catabathmon, Aegyptio affinem facit. Marmarides in ea ora recensens.

Scipio.] Pompeij socer, apud quem in Africa imperij summa erat, quod opinio teneret, Corneliorum gentem in ea terra inuictam esse: ob id Cæsar despectissimã quendam ex ea familia secum adduxerat, cui salutationi erat cognomen. Scipionem ostendimus modò ferro se traiecisse, & in mare præcipitatum fuisse.

Pœnorum q.] Quos duo Africani secundo, & tertio bello Punico in Africa uicerant quondam.

Sancto Catone.] Integro ac incorrupto uiro. Erat Cato tum Vticæ, cùm Cæsar in Africa aduersus Pompeianos duces, defunctus bello Alexandrino, res gereret. Cato hortabatur Scipionis milites, qui acie excesserant, B & in oppidum irruperant, ut secum oppidum tuerentur, constanter recusarunt, sed accepta pecunia ab eo, & P. Sylla, cum hoc urbe sunt profecti. Hortatur inde Vticenses, ut seruitijs manumissis oppidum defenderent: sed ubi ne unum quidem sensit in urbe esse, cui id consilium placuit, à cœna sub aliam noctem cubiculum ingressus, sine ulla turbatæ mentis suspicione, sibi manum intulit. Filius, & cæteri domestici irruperunt in conclaue ad cadentis strepitum: & iacentem sustulerunt, accersiuerunt q; medicum, & curatur uulnus. Simulata inde quiete, ubi sensit neminem circa se esse, uulnere atrociter dilacerato, animam effudit. Cæsar M. Aquino eius filio ueniam dedit: auditoq; patris eius interitu, uehementer indoluit, atque alta uoce exclamauit. Ego tibi C to inuideo mortem tuam, tu mihi meam uictoriam, & salutem inuidisti. Vltimus ille d.] Pathos ab auersione.

Exire è med.] Potuisset horrenda illa clades, in Pharsalicis campis Thessaliæ postea accepta declinari, in quibus Asinius Pollio, qui sub Cæsare militauit, sex millia Pompeianorum uno bello prælio cæsa fuisse prodidit. Nonnulli 25. M. tradiderunt. At Cæsar ad 15 M. peC rijsse scriptum reliquit. Ex quibus in acie senatores 10. ceciderunt: & in his Domitius, quem Cæsar ad Corphinum obsessum liberum dimiserat, centum & octoginta signa militaria relata fuêre. Aquilæ undesexaginta. Eodem prælio capti ex Pompeianis uiginti quatuor, & inter eos M. T. Cicero, ut quidam podidêre: Plutarchus tamen negat eum ob aduersam ualetudinem pugnæ interfuisse. Sed de hisce postea prolixior instituetur commentatio, ubi ad eam pugnam peruentum erit. Nunc ad ea, quæ sequuntur.

Deserit ad.] Cæsar in castra reuersus DCCCC. milites desiderauit è suis: equitũ duos & LX. XXX. centuriones, X. tribunos militum: signa militaria XXXII. Post illud prælium, Pompeius à suis Imperator est appellatus. Labienus ante Allobroges trãsfuga, captiuos Cæsarianos à Pompeio impetratos, trucidauit. Itaque Cæsar belli rationem mutandam ratus, milites ex omnibus præsidijs euocatos oratione graui hortatus fuit,

a xl, auerso.

Deserit a aduerso possessa numine sede
Cæsar, & Emathias lacero petit agmine terras,
Arma secuturum socerí: quacunq; fugasset,
Tentauere suo comites diuertere Magnum
Hortatu, patrias sedes, atq; hoste carentem
Ausoniam peteret. nunquã me Cæsaris inquit,
Exemplo reddam patriæ, nunquan̄q; uidebit
Me, nisi dimisso redeuntem milite, Roma.
Hesperiam potui motu surgente tenere,
Si uellem patrijs aciem committere templis,

Ac medio pugnare foro, dum bella relegem,
Extremum Scythici transcendam frigoris orbem,
Ardentesq; plagas. Victor tibi Roma quietem
Eripiam: qui ne premerent te prælia, fugi?

A fuit, ne ea, quæ acciderant grauiter ferrent, cum quibus componerent tot rerum fœlicium successus, in Italia, Gallia, Hispania. Inde aliquot signiferis ignominia notatis, animos reficere reliquos iussit, ac deinde prima uigilia præmissis impedimentis, paulò pòst, quarta uigilia totis portis cæteras legiones dimisit, statim ipse cum duabus legionibus pleno gradu agmen secutus fuit. Pompeius Cæsarem insecutus ad Asparagum consedit. Interim Cæsar transit Genusium amnem in ueteribus castris tantisper constitit, quoad Pompeianos aliis rebus occupatos sensit, Inde longius progressus, Apolloniam, Ericum, & alias urbes præsidio firmauit: ac statim per Epirum & Acarnaniam in Macedoniam flexit iter: Secutus fuit eodē Pompeius per Candauiam. Domitius audito Pompeij aduentu, ad Aeginium Cæsarem expectauit: ut paulò pòst Domitio cum legionibus accepto, Gomphos primum Thessaliæ oppidum peruenit. Aduerso.] Cæsar reliquit sua castra, aggeres, & castella, in quibus infœliciter cum hoste dimicarat. Aduerso numine: deo, ac genio irato suo conflixerat cum clade suorum Et Emathias.] Petit Thessaliam, periphrasis Thessaliæ. Initio dictum est, Emathiam Macedoniam esse Plinio, quæ Pyrrhia, Hæmonia, ac Thessalia etiam dicta fuit, nomen ab Emathio ne rege sortita olim Aemonia dicta. Lacero ag.] quod multos iam in conflictu amiserat, & cum reliquis legionibus Thessaliā peteret. Arma sec.] Est autem hic ordo. omnes senatores id dabant operam, ut Pompeium Cæsarem secuturum hortarentur, ut Romam cum exercitu peteret, tuereturq; Italiā & urbem, ubi nullus iam erat hostis, & mitteret Cæsarem fugientē. Comites Duces Pompeianos dicit: & diuertere, pro inde auertere retro in Italiam. Nunquā me.] Verba sunt Pōpeij renidentis horratui suorum. Non me uidebit patria exemplo Cæsaris, ut armatus urbē ingressus ciuilibus terrorem injiciā, neq; Roma me uidebit amplius, nisi absq; milite ingredientem. Hesperiam.] Ab antecedentibus factis confirmat consilium suum. Si armatus uoluissem Italiæ, si urbi Romæ terrorem inferre, id potuissem facere, cùm initio belli ciuilis, urbe, & Italia excederē: si ea stetisset sentētia, potuissem aliorū exemplo cum hoste in medio foro dimicare, sed nolui patriā sanguine ciuili imbuere. Patrijs.] pathos à loco, Impietatē deprecatur, quod nolit aras Deorum, & patrios focos cruore ciuiū prophanare, ac maculare. Bella rele.] Dum ciuile bellum Italia prohibeam & in alium orbem submoueā, malo in ipsam Scythiā exercitum traducere, aut si quid est ulterius, quam in Ausoniam hoc rerū statu armata manu redire. Scythicū orbem.] In ipsam Scythiam. Scythia ab Europa, cuius partē citra Tanaim perscribit, ad Aquilonem, & ortū, usq; ad incognitam terram, quàm longissimè porrigitur, hinc Ponto, atq; Asiæ, illinc ab humeris, montibus Rhipheis inseritur: mox longè late q; ad ortum euagata innumeras gentes complectitur quidem, sed finibus parum notis. Ipsa uerò tellus à Scytha Herculis filio nomen obtinuit. At Plinius Scythen, non Herculis, sed Iouis filium fuisse ait, eumq; arcum, & sagittam primum inuenisse: & gentē uniuersam à feruis ortam fuisse. Ardentesq;.] Africæ populos, qui arboribus solis subiecti sunt intra tropicos, quæ regiones ueteribus inhabitabiles creditæ fuerunt, licet diuersum postea fuerit cōpertum. Victor tibi.] Negatiua est oratio, per interrogationē enūciata, quasi dicat, nunquam futurum est, ut patriæ quietē, ut pacem, ut trāquillitatem eripiam. Et nonnihil uarietatis est, in auersione ad urbem Romam. Emphaticōs, patriam sibi charissimam indicans. Addit statim argumentum, se ob id ex Italia fugisse, & superum mare traiecisse, ne bello infestaretur.

Ah a potius.] Sed potius Cæsar te posideat, quàm ut per me detrimentū capiat, ullumue incōmodum accipiat. Sic fatus.]

Ah a potius bello ne quid patiaris in isto,
Te Cæsar putet esse suam. sic fatus in ortus
Phœbæos conuertit iter, terrāq; secutus
Deuia, quí uastos aperit Candauia saltus,
Contigit Emathiam, bello quam fata parabant.

a al. Ac pōtius.

Deuia terræ cum secutum præcedentē dicit. Ad meridiem Apollonia est, inde Aulon, Elyma, Ericū. Mox Acroceraunia, inde Epirus. Hinc iter ad ortū in Acarnaniā, à qua Septentrionalis est Macedonia. Candauia.] A Lysso, inquit Plin. Macedoniæ prouincia. Gētes Parthini & à tergo eorum Dissaretæ. Montes Candauiæ à Dyrrhachio 79 M. pass. Hæc Plinius. Hos montes quidā tribuunt Epiro, ut qui Illyricum à Macedonia dirimant, Contigit Ema.] Peruenit in Thessaliam regionem à fatis futuræ cladi destinatam, locum fatalem, in quo Pompeiani funderentur à Cæsare. Per Emathiam & Macedoniam, & Thessaliam innuit.

Demonstrauimus paulo antè, Cæsarē, quoad sensit Pompeianos aliis rebus occupatos, castris egressum, transgressum Genusium in ueteribus suis castris constitisse. Mox lō giùs progressum, Apolloniā, Ericum, aliasq; urbes præsidio firmasse, ac statim, per Epirum, ac Acarnaniam, in Macedoniam iter auertisse. In ortus.] Cæsarem secutus fuit Pompeius. Dyrrhachium Macedoniam ad oxtum spectat, ad meridiem, Acroceraunioru montes, & Epirum, atq; Acarnaniam, ad Septētrionē: Dalmatiā, Scardonā, & montem Scardū. Terræq; se.] pulchri per

Thessaliam.] Chorographiam Thessaliæ, narraturus cladē Pharsalicam, præmittit. Describit autem eam regionem, maximè à mōtibus quinq; quibus cingitur; ambi

Thessaliam, qua parte diem brumalibus horis
Attollit Titan, rupes Ossæa coërcet:
Quū per summa poli Phœbū trahit altior æstus:
Pelion opponit radijs nascentibus umbras.
At medios ignes cœli, rabidiq; Leonis
Solstitiale caput nemorosus submouet Othrys.
Excipit aduersos Zephyros, & lapyga pindus,
Et maturato præcidit uespere lucem:

turq;. Sūt autem Ossa, Pelium, Othrys, Pindus, & Olympus. Mire torquet se hoc loco Sulpitius, qua poëtæ errorē impingit, quod inter Ossam & Olympum, Pelion colloceat,

Sed Glareani iudicium mihi magis placet, cuius uerba hæc sunt.

Nec metuens imi Boream habitator Olympi
Lucentem totis ignorat noctibus Arcton.

Quod de poëta hoc mirandum non est, inquit, qui uicina quæq; cõmiscet ut statim in locis Thessaliæ apparebit, cùm nomina Peloponnesiaca cum Thessalicis, & item Bœotica, nec solum nominum loca, sed & locorum fabulas notissimas, confundit. Hoc tamen loco, si quis pro Ossæa in secundo uersu legerit, Othræa: in saxo contrà pro Othrys, Ossa. Deinde, per summa poli, non Cancri tropicum, sed æquatorem intelligat, quemadmodum omnes Astrologi, quos hic poëta libenter sequitur, intelligere solent. Quippe huic declinationes, & ascensiones, illis longè aliter, quàm uulgò, intelliguntur, denominatæ. Denique per medios ignes caput solstitiale, non æquator, sed tropicus Cancri accipiatur. Per hunc Ortus æstiuus, cõuenturam puto huius poëtæ descriptionem cum Herodoti, atque adeo cum Ptolemaica picturæ. Quidam stellas capitis Leonis Lucani temporibus in bona parte Cancri fuisse perhibent. At ego puto illam signorũ differentiam trium sphærarum decimæ, nonæ, ac octauæ, ne illi quidem sæculo notam fuisse, tantum abest, ut poëta quicquã de ea scire potuerit. Hæc Glareanus, cuius iudicium mihi uehementer approbatur. Quod si perrabidũ Leonem proximum signum calidũ non minus, ipsum Cancrum accipiamus, non uidetur omnino esse inscitum. Sed conferamus nunc Herodoti descriptionem, quæ extat πολυμνίας, cũ Lucani uidere erit, quid inter se dissideãt. τὴν δὲ θεσσαλίαν λόγος ἐστὶ τὸ παλαιὸν εἶναι λίμνην, ὥστε συνεπλησιάζουσαν πάντοθεν ὑπερμήκεσι ὄρεσι. τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς τὴν ἠῶ ἔχοντα, τόν τε πάλιον ὄρος καὶ τὸν Ὄσσαν ἀποκλείει, συμμίσγοντα τὰς ὑπωρείας ἀλλήλοισι. τὰ δὲ πρὸς βορέω ἄνεμον, Ὄλυμπος. τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρην, Πίνδος. τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην, ἀνεμον νότον, Ὄθρυς, τὸ μέσσουντε τούτεων τῶν λιχάδων ὀρέων, ἐστὶ, ἔσσα κοίλη. id est, tradunt Thessaliam, quod continuis sit montibus longissimis circundata, lacum olim fuisse. Ad Ortum omnia Pelium, & Ossa excludunt, latera inter se commiscentes. Ad Boream, Olympum habet. Ad Occasum, Pindum, ad meridiem, & notum Othryn. In medio dictorũ mõtium, Thessalia caua sita est. Inter Olympum & Ossam angusto meatu Peneus in mare labitur. Eam intercapedinem Tempe uocant. Quà parte diem bruma lem ho.] ab Ortu brumali, Ossan habet, inquit, Pelium, ad ortum iuxtà æquinoctialem, quem Lucanus Astrologus secutus, summa Poli, ut Glareano etiam uidetur, uocat. Herodotus id dixit in eandem sententiã τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς ἠῶ ἔχοντα, τόν τε πάλιον ὄρος, καὶ τὸν Ὄσσαν ἀποκλείει, συμμίσγοντα τὰς ὑπωρείας ἀλλήλοισι.

Opponit.] ut in æquatore sit, hoc est, ad ortum æquinoct. id quod Herodotus dixit, πρὸς ἠῶ.

Medios ignes.] Solstitiale caput æstiuum tropicum haud dubiè dicit, circulum cancri uidelicet inter quem & uirginem proximus collocatur Leo, signum non minus calidum, quàm ipsius Cancri. Multi dies à die ueri Solstitij, non multum in quantitate absunt. Tum Sol per multos gradus minimum latitud uariat. ut à 10. grad. Geminorum ad 20. Cancri. imò à Geminis ad Leonem. Stellæ capitis Leonis poëtæ temporib. in bona parte Cãeri erãt.

Pindus.] hic cingunt occiduũ latus, Herod. τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρην, Πίνδος. Zephyros &la. Zephyrus, idẽ qui Latinis Fauonius, ab Occasu aduersus Eurum spirat: & Iapyx idem uentus, quod ex Iapygia oriatur, Iapygia Apuliæ est regio, promontorium Iapyx oppidum, à filio Dædali, postea Barion dictum. Plinius, Ossan ad Ortum, ut Pelion. Pindum uerò ad occasum uergentem ex aduerso etiã collocat, sicut & Othryn, in quibus Lapithas habitasse tradit, eadem ratione, qua ub Herodoto statuitur. Atq; hos theatrali forma sitos autor est. In Thessalia, inquit, sunt 4. & 30. montes, quorum nobilissimi Cercetii, Olympus, Pierus, Ossa: cuius ex aduerso Pindus, & Othrys, Lapitharum sedes, ad Occasum uergentes: ad Ortus, Pelios, omnes theatrali forma inflexi. Et paulò pòst, Inter Ossan, & Olympum Peneus memorosa conualle defluens. D. stadijs dimidio eius spatio nauigabilis. In eo cursu eum pe uocantur. Pindus.] Ἡ δὲ Πίνδος occiduũ latus claudit. τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρην, Πίνδος. & Fauonium sic dixit. τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρην, Πίνδος. Et enim qui eolum aũ dicem Olympi, à tergo aduersus Boreæ flatũ, monti hæ nefitio propter altissima eius iuga sunt muniti. Græci scribane ἄνεμα ἀπὸ ὀπωπῆσαι πρὸς βορέην, & ob id ac surpari pro ipso cælo. Sed uerisimilius est, hac de causa pro cælo accipi sæpenumero: quod ob eius summa cacumine ob immensam altitudinem Sol nunquam suos radios subducat, nec nubibus obscuretur: atq; hinc tradunt grammatici suum etymon ducere, ὄλυμπος, ὁ ὁλοκαταφὴς. hoc est, totus lucens. Est alius Olympus mons Lyciæ, præter oppidum: alius in Lesbo: alius in Hellesponto. Lucentem totis ignorat.] Boreale latus igitur claudit Olympus, per quem ab Aquilonis sæuitia incolæ interioris radicis non infestantur. Addit amplificationem uastæ altitudinis, quod per eius excelsa iuga Cynosuram aut Helicen clarè lucentem uersus Septentrionem nequeant uidere cùm Thessalia eo leuatio polaris sit longitudin. & latitudin. grad. 49 ○. 38. 4. Herodotus author est, τόν τε ὄλυμπον, τὴν ὄσσαν μεγαθείῃ τε ὑπερμήκεα ἐόντα, id est, Olympum, & Ossam celsitudine ingenti esse. Cæterum eius uertex in tantam altitudinem surgit, ut eius summa iuga accola cælum ipsum uocent. Hinc Lucanus, Nubes excedit Olympus. Proditum est literarum monumentis in eius summo cacumine aram fuisse Ioui dicatam, in qua, si quid extorum reliquum superat, aut quæ de extis remanebant nec difflabantur uentoso flatu, nec pluuia diluebantur, sed exacto anno ita reperiebantur, ut fuerant relicta, & perpetuo ab omni uentorum corruptione uindicabantur. Præterea literæ in cinere scriptæ fuerunt ineorruptæ in insecuis anni ceremonijs. Fuerunt plures Olympi nomine uiri diuersis artibus clari. Vnus, frater Generosæ, qui è Cilicia Alexandriam ad medendum Sarpedoni uenit. alius Mysus auletes, & poëta melicus, & elegiarum scriptor, qui ante tempora Troiani floruit, à quo mons Mysia nomen inuenit: tertius Phryx, recentior auletes sub Gordio. Arcton.] Vrsam minorem, quæ priori pede circulum Arcticum describit. Est autem 15. circulus, qui ab omni parte à Polo mundi 23. gradib. ac minut. 30 distat. Sunt autem duæ Arcti, quas Latini Vrsas, & Plaustra nominant, à quibus 13. circulus nomen habet.

Maior

Maior Vrsa Helice, minor uerò, Cynosura, siue, Canis cauda dicitur. Harum alterutra capita deorsum, alterutra sursum aspiciunt. Vocantur & arcturi: quorum minor a pluribus Phœnice, à Græcis Arctophylax, à plurimis Cynosura, siue canis cauda nuncupatur. Hanc minorem Vrsam Sidones inter nauigandum obseruant, cuius caudæ stella ultima Polus Boreus est, qui nunquam nobis occidit. Græci nocte maximè maiorem Arctον Helicen speculantur, & inter nauigandum cursum ad eam regunt. Aratus loquens de duobus axibus, in quibus machina mundi uoluitur, quorum alter nobis sub pedibus nunquam conspiciuus, alter boreus, quem semper supra uerticem habemus, & nunquam demergitur de eorum posteriori.

ἄρκτοι, ἅμα τροχόωσι, τὸ μὲν γὰ παλέονται ἅμαξαι,
αἱ δὲ τοι ἐφ' ἁλὸς μὲν ἐπ' ἰξύας ἄλλον ἔχουσιν
ἀλλήλων. αἰεὶ δὲ νέφεσιν κέκρυπται φορέονται,
ἔμπαλιν ἐν δίνῃς τετραμμέναι. ἐς δ' ἑτέρην δὲ
ἠρήτην θεὸν οὐδὲ δι' ἠέρος μεγάλης ἰότητι
οὐρανὸν εἰσχυβισαν, ὅμιν τότε κυρίσσονται
λίπσῳ ἐν εὐδελέι ὄρει & σχεδὸν ἠελίοιο
ἄντρῳ ἐγκατέβαντο, καὶ ἑτρεφον ἐν ἑὸν αὐτὸν
λιπσαὶ νηέρται, ὅτε πρόσσω ἔμπεδον ἦεν.
οἱ τὴν μὲν νυκτὸς ἐπιπλομένην καλέουσι,
τὴν δ' ἑτέρην, ἐλίκην. ἐλίκην γε μὲν ἄνδρες ἀχαιοὶ
εἰ κλήσονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγωνέειν.
τῇ δ' ἅρα φοίνικες πίσυνοι & πειρώσοι ἁλάλκασιν.

Itaq; altitudo rupium Olympi intercipit accolis radicis imæ conspectum ursæ, totas noctes lucentis.

Hoc inter mon.] A descriptione ambitus Thessaliæ, interiora eius regionis diligẽter depingit, addẽs interim ad delectãdum, fabulas diuersas.

Hos int.] Demonstrauimus paulò antè ex Herodoto, totam Thessaliã lacũ fuisse, ob id, quod montibus ẽgissimis, & ijs quidẽ cõtinuis, in orbẽ sit circumdata. Quare disertè adjecit Lucanus agros, qui inter montes in media ualle siti sunt, olim latuisse perpetuis paludibus. Flumina d.] Quã diu cã pi fluminibus perfundebãtur. Tempe per.] inter Thessaliæ flumina excidit Peneus claritatẽ, calculo uiridis, iuxta Gomphos ortus inter Ossam, & Olympum per nemorosam defluens cõuallem, collibus utrinq; hoc est, dextra, lauáq; molliter curuis, longo spatio nauigabilis. Per hũc cursum tẽpe Thessalica uocantur, V. M. pass. longitudine, C & V. infermè latitudine ager pulcherrimus: gramineus, refertus arboribus, auium omne genus cõcentu canorus, iugis dextra, læuáq; leuiter sese attollentibus. Stagnauit.] Omnis hæc regio antea stagnasse creditur, cũ latus campis altius esset, & coniunctã inter se mõtes aquæ exitum non præberent. Sed secutis postea terræmotibus: uel (ut quidam tradunt) Neptuno: uel (ut alij) Hercule authore, Ossa ab Olympo diuulsa abruptis littoribus, Peneus in mare irrupit, & hanc fœlicissimam regionem siccam destituit. Postquam discess.] Postquã Ossa Herculis manu ab Olympo diuulsa est, in mare aquarum moles subito effusa fuit. Ouid. de hac regione amœnissima.

» Est nemus Hæmoniæ prærupta quod undiq; claudit
» Syluca, uocant Tempe per quæ Peneus ab imo
» Effusus Pindo spumosis uoluitur undis.

Qui uerò ab Hercule hoc factum contendunt, id inter cæteros eius labores recensent. Seneca.

» Emitte tecum dirutus qualis iugis
» Præceps citato flumini quærens iter,
» Quondam stetisti saxa cùm uasto impetu
» Patuere Tempe, pectore impulsus tuo
» Hucmons, & illuc cecidit, & rupto aggere
» Noua cucurrit Thessalus torrens uia.

De tempis Thessalicis, & eorum amœnitate mirè uenusta narratio extat apud Aelianum in uaria historia, quã adscripsissem, si tum cũ hæc cõmentaremur, libri copia ad manum fuisset: Quinq; maximè ab Herodoto celebrantur flumina, quæ per Thessaliam decurrũt. Peneus, Appidanus, Onochonus, Enipeus, a al. Pharetris Pamisus, quæ ex mõtibus cingẽtibus Thessaliam sese colligentia per unã planiciem, & eam quidam angustã cursum in mare tendũt ubi cõmiscentur. Oppida Thessaliæ claristima sunt, Phthia, Thebæ, Gomphi, Pheræ, Pharsalus, à qua campi Pharsalici dicti, in ripa fluminis Enipei. Subitaq; ruit.] Postquã sensit mare aquã in se ostijs effundi, & Peneũ exitũ fuisse adeptũ. Indigenæ habuêre persuasum id usheméti alicuo terræmotu accidisse, qui montiũ dictorũ distidiũ ad Neptunũ ἐνοσιγαῖον, id est, terræ motorẽ referunt. Alij ad Herculẽ (ut paulò antè memorauimus) aut aliquẽ mortalẽ id opus referũt. Hinc quæcũq; amœna fyluis, & montibus uideri uolumus, figuratè Tẽpe appellare solemus. Maro.

» Speluncæ, uiuiq; lacus, & frigida Tempe.

Suidas τέμπεα. τὰ παλαιώματα, καὶ τέμπη, λέ μεγάλη τῆς θεσσαλίας ὀρῶν, περὶ τὸν ὄλυμπον, καὶ τὴν ὄσσαν γενὰ καθόλη ἦ, καὶ ἐν τοῖσδε τοῖς ὄρεσιν αἱ γενώτατα διεκβολαί. οἱ δὲ σὺν λεν Ἀριστόφανες, λίσως ἦ μανε λοντικὰ ὄρη τῶν καλύμενα καὶ ἐ γενοὶ τόποι. ἡ δ' ὁδὸς. μεγάλην ἐν μαραθῶνι μάχην θετταλοὶ νικήσαντες ἦν ἀπὸ ταύτης τῶν τεμπῶν, id est. Tẽpea sunt cõcauitates. Et Tẽpe, fauces illæ, & angustiæ montiũ Thessaliæ inter Olympũ & Ossan. In uniuersum deniq; angustissimi exitus, & eruptiones in omnibus mõtibus, & loca arborib. cõsita. Propriè tamẽ montes Macedoniæ sic dicũtur; & locorum angustiæ. Herodotus. Post præliũ Marathone. Thessali Medicè loquebantur, ueriti obturationẽ locorũ circa Tempe. Nereus.] Mare. metonymia. Emathis Pha.] Thessalica Pharsalus, in cuius campis Romanorũ acies concurraturæ essent, utilius ac melius mansisset sub aquis, ne tantum sanguinis Romani ibi funderetur. De Pharsalo, & Emathia antea dictũ est. Pharsal. re. a. q. rei Achil.] Tota Thessalia regnum Achillis potius latuisset perpetuò sub aquis, quàm ut in usum tantæ cladis emersisset.

Hos inter montes, media qui ualle premuntur,
Perpetuis quondam latuêre paludibus agri,
Flumina dum campi retinent, nec peruia tempe
Dant aditus pelago, stagnumq; implentibus unũ
Crescere cursus erat, postquam discessit Olympo
Herculea grauis Ossa manu, subitæq; ruinam
Senfit aquæ Nereus, melius mansura sub undis
Emathis æquorei regnum Pharsalos Achillis
Eminet, & prima Rhœteia littora pinu
Quæ tegit Phylace, Pteleosq;, & Dorion ira
Flebile Pieridum, Trachin, precioq; nefandæ
Lampados a Herculeis fortis Melibœa sagittis.

Regnum Achil.] Pharsalus siue Pharsalum patria Achillis, ciuitas libera, ut ait Plin. unde Pharsalici campi, Cæsaris uictoria nobilitati. Vrbs est maritima ad sinum Pelasgicũ, in ripa Enipei fluminis. Hæc initio Phthia dicta fuit, à Phthio, Neptuni filio, Phthiæ puellæ meminit Aelianus. quàm cùm adamaret Iuppiter, eam in columbã transformauit. φθίη, inquit Homeri scholiastes, πόλις θεσσαλίης παραθαλλάσσιος, πατρὶς ἀχιλλέως. Fuit hæc regia sedes Pelei iuxta quã, Hellada urbẽ regis Hellenis fuisse produnt authores. Erat ille filius Deucalionis, qui in Thessalia, & Phthiotide regnarit. Hanc Achilles ipse lib. Iliad. 1. ἐριβώλακα, καὶ βωτιάνειραν. nominat. Ipsa regio Phthiotis nũcupatur. Huius oppida fuêre, Pagasæ, Demetrias, Posidonũ promontoriũ, Larissa, Echinus, Sperchia, Thebæ Phthiotidos. Eam regionem Mela Macedoniæ, Plinius Doridi attribuit. Sed doctiores Straboni accedunt, qui eam in Thessalia collocat iuxta Oetan, ad Austrum excurrentem, & ad Dolopiã usq; radices q; Pindi euagantem. Itaq; Pharsalos, siue Phthia patria, ac regni sedes Pelei & Achillis ab eo prognati. Aequorei Achillis.] Fabulãtur in Achillem filiũ Thetidis, & Pelei, singulos Deos sua pulcherrima dona cõtulisse. Mater eũ, statim ubi in lucẽ editus fuit, pedibus arreptum, in Stygias aquas immersit, ne ab ullo mortaliũ uulnerari posset, nisi ea pedis parte, qua cũ tenuerat, cũ totũ corpus intingeret. Postea Chirami centauri nutriendus datus fuit: & inter Lycomedis filias habitu muliebri absconditus, ex Deidamia genuit Pyrrhũ. Iam Aequoreũ eũ uocat, quod è nympha Marina Thetide, & Peleo homine mortali procreatus sit, ut est in fabulis Lycophrõ. ex nescio quibus authoribus refert, septem liberos sexus masculi Thetin ex Peleo procreasse, quorũ sex ingnẽ abiectos enecasse, ut qui eius naturam nõ referrẽt: quod q; se indigna passa esset. Quod ad Achillem prohibita fuit. Pindarus tradit, Apollinem, Neptunum, & Iouem de Thetidos nuptijs contendisse, sed secundum quosdam historiographos uetitos fuisse à Themide, uel ut Aeschylus, à Prometheo. Vel pariet, inquit, filium patre præstantiorem. Apollodorus uerò, Iouem, & Neptunum solos concertasse de illius nuptijs, Thetin, ut à Iunone educatam, noluisse cum Ioue consuescere. quã obrem Iouem iratum coniunxisse eam homini mortali. Iam Chironis consilijs Peleus eam in uarias formas sese uertentem obtinuit, & cum ea congressus fuit uersa in sepiam, à qua promontorio Iolci Sepiadi nomen datum. Nuptiæ celebrantur in Pelio, ac Dij certatim contulerunt dona. Neptunus, Xanthum, & Balin equos: Vulcanus, ensem: & alij alia. Thetis eum enixa Ligyronem nuncupauit præterquam secundum Apollodorum, postea Achilles denominatus fuit, quod traditus fuisset Chironi instituendus ad res gerendas, & disertè dicendum. καὶ δίχα κοινῆς χυλῆς, ἤγαγε τροφῆς ἀναπρέφεσθαι. Et uesperi eum coniecit in ignem. Mane iam orta luce unxit eum ambrosia, ut quæ eum immortalitate donaret. Porrò Peleus conspicatus eam filium in ignem proijcientem, & clarum auxilium implorantem, ipse se ad reliquas Nereides subduxit. Inde Peleus filium Chironi commendauit docendum, & educandum. Hæc fermẽ Apollodorus. Agamestor uerò Pharsalius, tradit Achillem initio Pyrisium dictum, in Thetidis epithalamio, atq; inde, ad eum modum Achillem appellatum. Euripides tradit Peleum semel cum Thetide coiuisse, idq; in Sepiade. Porrò qua arte Achilles mortẽ declinare studuit, ne ad Troiã cum Græcis proficisceretur, huiusmodi historia à Græcis A
refertur. ἀχιλλεὺς ἀχέων τὸν ἑπλοΐα ἀνολφεύειν, καὶ φεύγειν
θεὶς, ὑπενείκη πόρη εἶναι. καὶ ἐλθὼν ἐν σπήλῳ ὥπὸ μετὰ
τῶν λυκομήδους παίδων, ἔνθα καὶ ἡ δηϊδάμεια συνῆλ
θεν, ὀλυσσεὺς δὲ ψαλεὶς ὑπὸ ἀγαμέμνονος, ἀτρακτίδος,
καὶ ἠλακάτας, καὶ ὅσα τοιαῦτα γυναικῶν ἐργαλεῖα, ἔτι δὲ
καὶ ξίφη, καὶ τόξα, καὶ ἰὸς ἐψεύσατο. ἀχιλλεὺς δὲ φθέγ
λυκομήδης, ἐπίγνω αὐτὸν, καὶ τοῖς ἕλλησιν ἤγαγεν. ἀχ
γὰς γυναῖκες τὰ γυναικῶν ἐπεκόγχαζε. ἀχιλλεὺς δὲ
φη λαβὼν, ἐπειρᾶτο πενεῖν λεξιῶς, καὶ οὕτως ἠλέγχθη
ἀλλὰ ταῦτα μὲν ψεύδεται, καὶ μεμυθολόγηται. τὸν
ἀληθὲς οὕτως ἔχει. ἄρτι λαβὼν πρὸς γάμον ὁ ἀχιλλεὺς
λῆ Λύκαμαν τὴν θυγατέρα λυκομήδους, συνδιετρίβη
ἐν οἷς βαλκάνοις, καὶ παρθενῶσι, τόθι τῆς νεηγαμί
ας. ὅθεν ἐμυθεύσαντο. ὅτι γυναικεία ὑπέδυ. ἀγγελίαν
λῆς ἐν φρατείας πλαγγέλλουσες τῶ ὀδυσσεύς, πρα
θύμως ὑπήνυσε, καὶ ἐξώρμησε πρὸς τὸν πόλεμον, καί
περ μανθάνων ἀπὸ χρησμῶ βραχυχρόνιον εἶναι, ὁ
πρὸς τὴν τροίαν ἐκπλεύσα. τὴν ἀγγελίαν, καὶ τὸν ἐκ
χρησμῶ φόβον εἰς ξίφη, καὶ ἀτρᾶπλος ἐξέθετο, ὅτι γὰρ B
ὑπ' ἐδειλίασεν ἀχιλλεὺς, ἀλλὰ καὶ προθύμως πρὸς
τὸν πόλεμον ὥρμησεν, ὡς ὅμηρ & μαρτυρεῖ ἐν τῇ λ.
ἐκ ψολίας, τὸν νέξορα παρεισάγων πρὸς τὸν πάτερα
πλον λέγοντα. ἦλθον ἐγὼ, καὶ δι' ὀδυσσεὺς, λαὸν ἀ
γείροντες, κατ' ἀχαΐδα καλλιγύναικα, καὶ τὰ λοιπά.
Fuit autem Achilles Thetidis Chironis, & Pelei Thessaliæ regis filius. Sed propter cognationem Thetys, yos, nominis uidetur fabulandi materia nata, ut hæc proilla usurpetur. Phylace.] Eminuit, & Phylace non procul à Thebis Phthioticis, quæ dedit Protesilaum, qui omnium primus cum sua naui appulsus, in littus Troianum emicuit, cæsus q; fuit. Ab hac ipse Phylaceius dictus fuit: & ab Ouidio matres Phylaceides. Vrbs sita est ultra montem Othryn ad ortum, huic uicina est Pyrasus, dicta Demetrium, à Cereris fano nobili XXX. passus ab urbe.

Quæ tetig.] Metonymia, continens, pro contento, significat, ut dixi, Protesilaum. Prima pi.] prima nauis, materia pro re confecta. Rhœteia.] Troiana. Duo sunt promõtoria Troadis, Rhœteum, & Sigæum, in quorum altero Aiax, altero Achilles sepultus fuit. Cæterum Plinius Phylacen in Magnesia collocat quæ Thessaliæ annexa est. Sed Rhœtea littora extra sinum sunt. Rhæteo, Dardanio, & Arisbe habitata oppidis. Pteleosq.] Pteleon nemus Plinius statim ad sinum Pelasgicum recenset. Thebæ Thessaliæ, inquit, nemus Pteleon. sinus Pelasgicus. Pteleos inter Antronа, & Alon fuit, ab ulmo arborẽ, ut uidetur πτελέα, à qua fortasse apud Theocritum Pteleaticum uinum nomen inuenit, aut Ptelea Ephesia, uel ipsa Epheso, quæ & Ptelea aliquando dicta fuit. Antron urbs est Magnesiæ Thessalicæ regionis, quæ & Antronia, circa quam proceri asini gignebantur. Vnde Antronij asini in prouerbium abiêre, de robustis, & corpulentis, sed nullius ingenij hominibus.

Dorion.] Strabo scribit, Pteleon non magis habitari, & coloniam fuisse aduenarum de Pteleo Thessalico. Sed Dotion alijs cãpus, alijs mons est, & à Plinio in Magnesia, quæ Thessaliæ est annexa, statuitur, inter oppida. Dotion, inquit, Melitea, Phylace. Dorium uerò tum quoq; eminuisse, ait Lucanus. quod mirũ. Sed Strabo nulla exstare uestigia huius author est. Constat ab Homero in catalogo significari locum in Messeniæ Aulone. Verba Homeri sunt in Catalogo. καὶ οἳ δὲ-

καὶ Πελεδὼν, καὶ Ἕλος, καὶ Λέπριον,

Pausanias etiam intra Cyparissias, & Andaniam lira fluuiũ Electrum, uersus Cyparissias, ruinas Dorij ait ostẽdi. Idem etiam à pylis Arcadicis quatuor M. pass. fluuiũ abesse prodit nomine Balyran, quod in illã abiecerit lyram Thamyris, in cruciatu, & ægritudine cæcitatis, de quo mox dicturi sumus. Ira fleb. Pi.] Poëta & nomina, & fabulas confundit, cum enim loquatur de Dorio siue Dotio, ut quidã legunt in Magnesia, attexit illico fabulã Thamyrit, qui abiecerit lyram in fluuiũ Balyram, qui à Pylis Arcadicis, ut dictũ est, quatuor M. passuũ abest: & Dorij ruinæ ostẽduntur uersus Cyparissias, aut Triphyllia, quæ Elidis. Hoc uerò loquitur loco, de Dorio Thessaliæ, ad quam tota narratio spectat. Sed de hac discrepantia paulò pòst dicemus. Aiunt hũc Thamyrũ filiũ fuisse Philammonis, & Arsiæ, uel ut nonnulli Argiopæ, nymphæ Parnassidos, uel, ut alij, Eratus Musæ, primus fertur libidine arsisse in mares, natione Thrax, & poëta, cuius in Theologia uerfur ferũtur ad tria millia, & eũ Musis eum de cantus laude certasse ab Homero scribitur, atq; ob id oculis orbatus fuit. In prouerbiorũ Græcorũ uolumine de eodẽ refertur. cùm formæ præstantiæ omnes superaret, initio in masculam libidinẽ raptus, accensusq; fuit. Inde Musas adamauit, ac cum eis de carminibus certauit, & quidem his cõditionibus, ut uictor earũ cõplexu potiretur, victus, quod eis uideretur, inuicem pateretur. Superatus ad postremũ oculis priuatus fuit, & Lyra: unde prouerbiũ natũ Thamyras insanit, in eos, qui præter ingenium propriũ aliquid moliuntur. Addunt quidã, de Argiopa nympha Thamyræ matre, cùm grauida à Philammone non reciperetur, ut uxor, migrauit in Thraciam ad Odryssas. Hanc fabulam allegoricè sic reddunt Thamyram amisisse oculos morbi diuturnitate, id quod & Homero accidit, sed hunc nihilo segnius carminis studium prosequutum, illum uerò uictum oculorum cruciatu, & animi ægritudine poëticæ curã abiecisse. Homerus lib. Iliad. β. scribens, quos populos secum ad Troiam Nestor adduxit.

καὶ Πελεδὼν, καὶ Ἕλος, καὶ Λέπριον ἐνθάτε μῶσαι,
ἀντομέναι, θάμυριν τὸν Θρῆικα παῦσαν ἀοιδῆς
οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου οἰχαλιῆος,
φεῦτο γὰρ εἰν Οἴχῃ νικησόμεν, εἴπερ ἄρ αὐτὰι
Μοῦσαι ἀείδοιεν κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο
αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο, καὶ ἐπίκλαθον ἰνδαρισταί.

hoc est interprete Iachimo Camerario.

Qui Pieleon'q; tenent, quiq; Ampigeniam, Helosq;,
Et qui Dorion, Aonides ubi tempore prisco
Oblatum Thamyrin spoliarunt carmine Thracem.
Oechalia hic uenienti ab Euryto Oechalieius,
Iactabat ipsas se cantu uincere posse
Cantantes Musas natas Iouis altitonantis.
Ergo illæ iratæ cæcum fecêre, modosq;
Eripuere admirandos uocisq; Lyræq.

Suidas, fabulam modò redditam his uerbis refert. θάμυρας, θρᾴξ, ἐξ ὑδωνῶν τῆς ἐν βρίγυοις πόλεως ἢ θάμυρας, θρᾴξ, ἐξ ὑδωνῶν τῆς ἐν βρίγυοις πόλεως, υἱὸς φιλαμμώνος, ἢ ἀρσινόης, ἱστορεῖ ὅμηρος, πρὸ Ἰλίου. καλεῖ δ' ἄλλος, Φέμιος. οἱ δ', ἀπὸ Ὀλύσσης ὄρους Θρᾴκης. οὗτος ὁ θάμυρις ἐπεδὴ εἰς τὰς μούσας ὕβρισεν, ἐπηρώθη. φέρεται δὲ αὐτῷ θεολογία, εἰς ἕπτα γ. καὶ πρῶτος ἠράσθη παιδὸς ὁμωνύμου τοῦτο, υἱὸς καλλιόπης, καὶ μάγνητος, οἱ δὲ πρῶτα φασί τινα τάλλωνα ἐρασθῆναι πρότερον χρυσόπης ἵππου. οἱ δὲ, λάϊον φασὶν ἐρασθῆναι πρότερον χρυσίππης ἵππου. οἱ δὲ, ἰταλίσκας πρότερος κατ' ἀνάγκην στρατείας ἐνεχθῆναι τοῦτο. κατὰ δὲ κάλλος, οὗτος ὁ Διὸς πρῶτος ἠράσθη γανυμήδους. Θάμυρις μαινέσθαι, ἐπὶ τῶν καλὰ σύνεσιν παρέχοντα διακρίνων πρέσβευε. Ouid. item Amorum 3. Glareani iudicio huc quoq; quadrat, qui idem propè morum multò antè annotauit, cuius uerba operæprecium quoq; est hic adscribere. si appendicis loco de Thamyra illud addidero ex uaria historia Ioannis Tzetzæ, quod πεντακισχιλιοστὸν ἔτος, id est mundi creationem scripserat quinq; millibus uersuum. Cùm autem esset homo arrogans, nec sibi ingenio parem ullum crederet, & uiderent poëmata intercidere, fabulati fuerunt, eum cantu cum Musis certasse, & iratas eum occæcasse. Hæc ille. Porrò Henrici Glareani uerba sunt. At quæ hic sequitur, inquit, haud scio, an eodem modo defendi queant, quãdo poëta Græciæ nomina, & fabulas cum locis ita cõfundat, ut nihil discriminis sit reliqui. Notũ est Homeri in catalogo carmen, de Pylijs sub Nestore in Peloponneso.

καὶ Πελεδὼν, καὶ Ἕλος, καὶ Λέπριον, ἐνθάτε μῶσαι
ἀντομέναι Θάμυριν τὸν Θρῆικα παῦσαν ἀοιδῆς,

Noster hic poëta in Thessalia omnia ponit & nomina, & fabulas, cùm in Peloponneso ea atq; adeò Achaia facta ab Homero dicantur. Quidam hunc locum excusatum ire putant, si pro Dorion, legant Dotion. Nam Dorion quidem esse in Peloponneso propè Messenios in ipsis adeò Pylijs, de quo loquatur Homerus ubi Thamyrio uictum multarint Musæ, sed Dotion esse Thessaliæ campum, de quo posse hoc loco intelligi. Verùm hoc nihil ad fabulam. Imò nec sequentia de Thebis Bœoticis ad Pithoticas applicata ullo pacto defendi possunt. Concedatur hoc poëtæ in opere imperfecto, qui hæc, & huiusmodi alia emendaturus, si licuisset per scelestatum Neronem, erat. Phiribus de his solicitum esse non est opus. Hactenus Glareanus. Siue igitur hic Dotion, siue Dorion legas in Thessalicis, neutro fabula referri potest. Plinius libro quarto, capite quinto, in quo oppida Achaiæ recenset, in Messenia, quam dicit duodeuiginti montium esse, inter alia autem, inquit, ipsa Messene, Itome, Oechaliæ, Arenæ, Pteleon, Thryon, Dorion, Thamyræ uatis clara temporibus.

Thrachni.] Quin & illud de Thamyra adscribatur ex 4. Statij.

Getico, quos flebile rati
Dorion, hic fretus doctas anteire canendo
Aonias, multos Thamyras damnatus in annos
Ore simili citharaq; quis obuia numina temnat?
Conticuit præceps, quis non certamina Phœbi
Nosset, & illustres satyro pendente Celenas?

Trachin.] Trachin, quæ & Trachus, sub Oeto monte à salebris appellata, siue asperitate, & duricie. τραχὶς πόλις θεσσαλίας, ὑπὸ τὸν Οἴτην, ὑπὸ Ἡρακλέους, κτισθεῖσα, καὶ ὀνομασθεῖσα διὰ τὴν τραχύτητα, inquit Strabo. Trachus tum quoque emersit. Meliboea.] in Magnesia item est Promontorium, ait Pli. Acantium, Oppida. Meliboea, Rhyzus, Erymne & Patria Philoctetæ Pæantis filij, qui unus fuit ex comitibus Herculis. Hic moriens in mõte Oeta illi mãdauit, ne cui mortaliũ reliquias corporis sui mõstraret, & huc eũ iureiurando adegit. donauitq; ei Pharetram suam, arcum, & sagittas felle hydræ Lernææ imbutas. Postea Græci oraculo Delphico moniti fuêre, ad euersionẽ Troiæ sagittis Herculis opus esse. Philoctetes inuẽtus, & de Hercule interrogatus, primo negauit se quicquam de eo scire. Tandem cõfessus fuit, eũ mortuum: &

tuum: & cũ urgeretur uehemẽtius ad prodendum sepulchrũ, ne periurij teneretur, ictu pedis locũ indicauit. Ipse inde ad Troiam deductus, cũ solus sagittis, Lernæa sanie tinctis uti nequibat, casu unius sagittæ in pedẽ, quo Herculis sepulchrũ mõstrârat, uulnere propè immedicabili affectus fuit. Inde cũ fœtor pedis è uulnere ferri à Græcis non posset, in Lemno relictus fuit. Postea cæso Achille Vlysses in Lemnũ regressus, sagittas unà cũ Philoctete ad Troiam reduxit. Capta iam Troia, ne in patriã ager rediret, dolore impeditus, in Calabriã uertit iter, ibiq; Petiliam cõdidit. Melibœa] Sunt qui produnt, Philocteten ob seditionẽ profugũ, hunc Lucaniæ sinũ tenuisse, & Petiliã aduersus omnẽ uim uicinorũ egregiè munuisse, metropolim Lucaniæ ἡ πετιλία, scribunt Græci, ἡ τῶν λευκανῶν μητρόπολις φιλοκτήτου ἐγὶ πίστωμα, κατὰ φάσιν ἐμπεσόντος ἰῶς μελιβοίας. Est & Melibœa præter littorale oppidũ Magnesiæ, etiam uicus in mari Laconico. Ostendimus Philocteten Pœantis filium fuisse. Euenit aliquãdo quod cùm in Lemno ad arã Mmeruæ Aureæ, hydræ morsu uulneratus esset, fuerit eo immedicabili uulnere tardior factus, & à Græcis ibi relictus. Nouerant serpentũ morsibus tactos, nisi à Vulcani sacerdotibus, illic curari non posse. Pindarus Troiæ captæ gloriam Philoctetæ tribuit, ωυθίων, α'. additq; eum ex Lemno profectum, & ab hulcere adhuc macilentum, diu quæsitum ad Troiam uenisse.

φαντὶ δὲ λαμνόθεν ἕλ-
" κει τειρόμενον μιαλλάσ-
" σοντας ἱλθεῖν
" ἥρωας ἀντιθέους παί-
" αντ' ἰὸν τοξάστην,
" ὃς πρίαμοιο πόλιν πέρ-
" σεν, τελεύτασέν τε τόνον λαναοῖς.

" Quo quidẽ loco addit interpres, φιλοκτήτης ἀνεθλεγὸν πῆρι, idem huic affirmat Lycophronis enarrator, sed quo pacto, quóue casu acciderit, annotat scholiastes authoris Cassandræ, ἀχθένθ' ὑπ' λύμνῃ τῇ φιλοκτήτῃ, τοξικῇ, ἰὸν ὁμολόχησαν αὐτόθι, ἡ ἀλέξανδρος, ἡ πρῶτος μὲν χρεὶς ἀλέξανδρος ἡμάρτε φιλοκτήτου. δεύτερον δὲ ὀξύτατος ὁ φιλοκτήτης βάλλει καλὰ χῦρα λειαῦ τὸν ἀλέξανδρον, ἐνθὺς δεύτερον ὀϊστὸν ἀφεὶς, ἐυπόστατα τὸ τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν, ἡ τρίτῳ βέλει κατὰ τὸν σφυρὸν πέρας αὐτὸν ἀνειρεῖ. hoc est, abductus ex Lemno Philoctetes, certauit cũ Alexãdro sagittis. Hic prior emisso telo à Philoctete aberrauit. Deinde Philoctetes diuerberat læuã manũ Alexandri. Mox iterũ misso telo excussit illi dextrũ oculũ: ac tertio iaculo transfixa plãta ipsum trucidauit. Atq; hãc quidẽ ob caussam Lycophron eũ ἀνεθόπλιτον uocat. Melibœa. for. sa. Her.] Reuera fortis, quòd Troia nõ nisi arcu, & sagittis Herculis præsentibus capi nõ posset. Pretioq; nef. L.] Oraculũ à Pythiã relatum erat, quod iussit Herculẽ cũ omni bellico apparatu in Oetam montẽ deferri. Porrigitur is mõs ab ortu in occasum solis à Thermopylis in Ambraciũ usq; sinum recto tractu. Huic ille sentiens, uiuusq; impositus cùm iam omnem spem uitæ abiecisset, facẽ admoueri iussit. Cæteris triste ministerium recusantibus, Philoctetes, qui ab eo arcũ, & sagittas dono acceperat, pyræ ignem admouit. Sũt qui tradant Philocteten postea ab eo sagittã, & arcum dono ob id accepisse, quod facem iniecisset. In quibusdam Græcorũ commentarijs reperio, arcum, & sagittas Philoctetæ relicta, ob Pœantis patris eius in decessu in Herculem merita, non ob admotã facem in Oeta: & ipsum Herculẽ arcum à Teutaro Scythia accepisse, bubulco Amphitryonis, à quo etiã artẽ iaculandi didicerat, ut & ipse Lycophron prodidit. Addatur & illud additamenti de uulnere, & iactatione Philoctetæ post excidiũ Troianũ. Vetus Orpheus tradit Machaonẽ cum in Lemno sauciũ medicatum fuisse. Iam uerò quo casu & fortuna in Italiam fuit delatus euerso Ilio, ita annotauit Lycophronis enarrator. μετὰ δὲ τὴν ἰλίου πόρθησιν, ἐυευεθεὶς, φεύγων πότε, ἡ μετὰ δὲ τὴν ἰλίου πόρθησιν, ἐυευεθεὶς, φεύγων πότε, ἡ ἀντιφ&, καὶ ὁ ἐλαφύνος&, καὶ φιλοκτήτης, μέχρι μὲν μαχῆ& καὶ κοινῇ ἔπλευσαν. εἶτα μενεθεὶς μὲν εἰς μᾶλον ἐλθὼν βασιλεύει, τῇ ἐκεῖ βασιλέως πολυάνακτ& τελευτήσαντ&. ἄντιφ& ἢ ὁ θεσσαλὸν εἰς πελασγὸς ἐλθὼν, χώραν καλαχιὼν θεσσαλίαν ἐκάλεσε. φεύγει δὲ καὶ ὁ φιλοκτήτης πρὸς μὲν ἰάπυγα ἐξωθεὶς, περὶ τὸν ἀδριαν, εἶτα περὶ πύρρον, ἐπεὶ κατῴκησεν ἐλαφύνορος δὲ ἀποβαίνοντ& ἐν τροίᾳ, οἱ σὺν αὐτῷ ἐπιφέντες περὶ τὸν ἰώνιον, ἀπολλωνίαν κατῴκησαν, τὴν ἐν ἠπείρῳ, καὶ οἱ τῆ τλαπολέμου παῖδες ὠκησαν. ἐν δὲ νικλάῳ ἱστορεῖται ῥοδίοις ἐκ πρώτης ἀρχῆς ἰβηρικὰς νήσους ὠκησαν. ἐν δὲ νικλάῳ ἱστορεῖται ῥοδίοις ἐκ πρώτης ἀρχῆς ἰβηρικὰς νήσους ὠκησαν. εὗρον, ὅτι οἱ τῆ τλαπολέμου φιλοξένων τὴν αὐτῶν παῖδίαν, καὶ ἡγουνὰ τλαπολέμου τῆ παῖδίᾳ τὴν μεγάλως ἀφορισάσας, ἀγῶνας ἐπὶ τῷ τῶν τεθνεώτων λευκοῖς φύλλοις ἐστεφανοῦντο, ᾗ οἱ παῖδες ἠγωνίζοντο, ᾗ εἰ νικῶντες λευκοῖς φύλλοις ἐστέφοντο, οἱ τῆ πρωτοεπλάς, εἰς. πελένην ἀπερρίφησαν πλησίον πεδίου πανάγρου. φιλοκτήτης δὲ ἐξόδου εἰς ἰταλίαν εἰς ναυπακτὸν, καὶ πολεμήσας λευκανὸν, πλησίον κρότωνος&, καὶ θουριήν, ᾗ κρημνισθὸν κατοικεῖ. καὶ οἶον κρότωνος&, καὶ θουριήν, ᾗ κρημνισθὸν κατοικεῖ. καὶ πεσὼν τὸν ἄξονα, ἀναῖς ἀπόλλωνος ἱερὸν ἵδρυσε, οἱ καὶ τόξον αὐτῷ ἀνέθεσε, ὥς φησιν ὠρίων. οὕτως ὁ φιλοκτήτης ἀναιρεῖται. πρὸ γὰρ τῆ τροθυθῆναι τὸ ἴλιον, ἦν πεπρωμένα. ἀπὸ γὰρ τῆ τροθυθῆναι τὸ ἴλιον, ἦν πεπρωμένα. λένης ἀχαϊκῆς πόλεως τινὲς ἐλθόντες εἰς ἰταλίαν, κατῴκησαν. μετὰ δὲ ἴλιν πόρθησιν πλεύσαντες οἱ ῥόδιοι ἐκεῖσε, ᾗ ἐπολέμησαν πρὸς τὸς ἐκ πελένης μεταθέοντας ἐκεῖσε, ᾗ ἐπολέμησαν πρὸς τὸς ἐκ πελένης μεταναστάντας, οἷς ῥοδίοις βουθῶν φιλοκτήτης ἀναιρεῖται τοίνυν, οἷς ῥοδίοις βουθῶν φιλοκτήτης ἀναιρεῖται τοίνυν, Idem enarrans hunc Lycophronis uersum.

εἰνωτρίας γῆς πεχρίνη βεβρωμένον.

In hãc sententiã scribit. Vbi nũc Roma est ac regio initio Oenotria appellata fuit, in qua Philoctetes post euersionẽ Ilij habitauit, ut Dionysius, Dion, & omnes, q res Romanas scripserũt, referunt. Iam uerò & illud nequaquã otiosè prætercundũ, quod nomen Philoctetæ minimè simplici ter à ueteribus sit acceptũ, cũ auarũ, & cupidũ possessionũ signet. Et interdũ ab huius Philoctetæ morib. qui eorum pedẽ natrice, aut uenenata sagitta læsus, in Lẽno subsedit, reliquis Græcis ad Troiã profectis multa dira imprecatus, quod unus in ea insula ab ipsis desertus esset, prouerbiali specie usurpari potest. Quare Cicero ad hãc alludẽs historiã, Trebatiũ, Cæsarẽ in Britanniã proficiscentẽ, non subsequentẽ, lib. 7. epistol. famil. Philocteten uocat. Itaq; qui simulata in ualitudine corporis, aut animi ægritudine, aut morbo aliquo, ut apud ueteres, ita hodie quoq; Philoctetæ dici possunt. Hinc Cice. eũ alicubi Philoctetẽ uocat, qui patriæ suæ diras, sicut ille fecit, imprecetur. Ouidius.

Dure Philoctete, licet exercere, meumq;
Deuoueat sine fine caput.

Cæterùm Ciceronis uerba si quis requirat, legat epistolã ad Q. Fratrem lib. epistolarum 2. Certè mollis hic, & effœminatus fuit habitus, id quod etiã testãtur Martialis, & Ausonius. Sed ista plusquã satis de Melibœo Philo. Melibœa fo.] patria igitur Philoctetæ fortis Herculis sagittis, quæ illi pretium fuerant accensæ nefandæ pyræ tunc quoq; emersit.

Olim La-

Olim Lar.] *Tum quoq; emerſit Lariſſa, quã quondã potẽtem, temporibus Troianis uidelicet, quæ ad Troiam miſerãt Achillẽ, Græcorũ fortiſſimũ indicat. Theſſaliẽa dicit, à qua Achillet Lariſſæus dictus fuit. Oppidũ etiã eſt maritimum, ad ſinum Pelaſgicũ, ab Achille nobilitatũ potentia, & opibus fuit. Traduntq; quidã Iolcum antea appellatã. Quidã prodũt, ob id Lariſſam Achillis patriã putatã, quod haud procul à Phthia, ubi nauis creditur, totius Theſſalici regni capite, diſtaret. Sunt Lariſſæi, Aſiæ Scythicæ populi: Lariſſa Arabiæ oppidũ. Lariſſa Syriæ cauæ: nobilis etiã uicus in Trallibus. Lariſſa in Italia, Pelaſgorũ conditio. Pauſanias in Theſſalia duas Lariſſas fuiſſe affirmat, ambas à Pelaſgi filia nũcupatas, quarũ altera in littore maritima condita fuerit. Apollonij enarrator lib. 4. Argonau. Lariſſam conditã aſtruit ab Arriſio: qui à Perſeo nepote diſceo inter feſtus fuerit. Fuit & Lariſſa, Cremaſte cognomento, quã L. Apuſtius bello Macedonico ſubito interuẽtu oppreſſit, rurſum alia in Creta penſilis: alia in Peloponneſo arx Argiuorũ. Et in Attica Lariſſa extitit. Dixi paulò antè, à Pauſania duas Lariſſas Theſſalicas referri, alteram littoralem, alterã ad Peurum amnem: uerũ utram hoc loco innuit poëta, uidetur ſatis ea periphraſi, quaſi digito monſtrare. Vbi nob. q.]ubi quondã Argos fuit nobile. Nũc aratro uertitur. Plures Argi fuerunt. Clariſſima omnũ urbs fuit Argos Peloponneſiacũ nõ procul à Mycenis ad Inachũ amnẽ, quæ differentiæ cauſſa Argos Hippium nocabatur, propter agrum paſcẽdis equis aptũ. Dicitur & Diſpion, quaſi ſitiẽs: ofum, ab aquæ penuria: unde fit, cur plures utãtur eodẽ puteo, quod apud eam gentẽ eſt arctiſſimæ ſocietatis uinculũ: fuit & Phoroneũ dictũ ut aiunt, à primo rege. Eſt aliud Argos Theſſaliæ oppidũ, quod Pelaſgicũ uocatum fuit. Traditur hoc Argos Theſſalicũ uetuſtiſſimũ omniũ, in ea terra cõditum, à quo ipſum regnũ Argiuũ appellarunt. Argos ipſum, haud procul inde, ubi poſtea Lariſſa habitata eſt. Sed hoc à Phoroneo conditũ, & in eo Inachũ regnaſſe quidã arbitrati ſunt, qui fuit patre Phoronei. Hoc Argos oſtendit Lucanus Nam cũ Romani rerũ potirentur, eius nulla uſquã extabant ueſtigia. Atq; hac de cauſſa, diſertè ſubijcit. nũc ſuper illud Argos aratur. Hoc regnũ Argiuum ortum creditur unà cũ Cretenſi una tempeſtate, cùm Iuppiter in Creta, cũ Abrahamo moreretur, regnaret Arant.] Hinc ſuſpicãdi materia quibuſdam præbita fuit, Argos in Theſſalia campũ fuiſſe tantũ planum, nõ urbem, cui id nomẽ fuerit. Traditur & aliud Argos in Acarnania, quod Amphilochicũ cognominatur, quod Alemæon, eiuſq; liberi cõdiderũt, ut eſt apud Strab. lib. 7. Argos Apuliæ oppidũ Diomedis monumentum, initio à nomine patriæ deſertæ, Argos Hippium nominatũ: inde Argyrippã, ad ultimũ Arpos dixerũt. Plin. lib. 4. cap. 7. Theſſaliã ſiue Aemoniam, ut ipſe ſcribit, author eſt, aliquando Pelaſgicũ Argos appellatã fuiſſe. Peloponneſiacum uerò, Achaicũ dixêre. Vetères ubiq; Th.] Diuerſis regionib. aliæ atq; aliæ Thebæ fuiſſe proditur. Vna in Aegypto, ubi Callimachus ſcribit, ſpeluncã oſtẽdi, quæ cũ modo uenti plena ſit, ſolũ interlunijs nullũ flatũ reddat. Alias celebres in Bœotia. Tertiã Ciliciæ faciunt ſub Placia propè Troiã. Quarta eſt Ioniæ, iuxta Miletũ. Quinta Attica, Cataoniæ Sexta. Septima Italiæ: Octaua Syriæ, Nona Theſſaliæ Phthiotidis, de qua hic meminit.*

Atq; olim Lariſſa potens, ubi nobile quondam;
Nũc ſup. Argos arant, ueteres ubi fabula Thebas
Monſtrat Echionias, ubi quõdam Pentheos exul
Colla, caputq; ferens ſupremo tradidit igni,
Quæſta, quod hoc ſolum nato rapuiſſet Agaue.

Veteres ubi ſ. Th. Echi.] *Echion unus illorum fuit, quorum opera Cadmus adiutus Thebas ædificauit. Ab hoc Echione Thebani, Echionidæ & Echionij appellantur. Sed Cadmus ex Aegyptijs Thebis, ubi Ogygus imperabat, in Græciam profectus, in Bœotia inter celeberrimos amnes, Iſmenum, & Aſopũ ſuas Thebas condidit, quas heptapylas quidã à numero ſeptem portarũ, nominauit: ipſas autẽ portas Cadmi. Ogygias dixit, ab Ogygo Aegyptiorũ rege, qui in Aegypto tum regnũ obtinebat. Has nonnulli Cadmæas Thebas uocant. Lycophron Ogygias eas dixit. Vrbem poſtea Zethus, & Amphion ampliarunt, ac muris cinxerunt, quorũ poſterior tanta uocis ſuauitate fuiſſe prohibetur, ut cantu cytharæ frætus ſaxa ſua ſpõte eis οἰκοδομίαν concurrerent. Thebas uerò Theſſalicas, opinor eas eſſe, quas quidam à Thebo Promethei. Eu ſtathius, à Thebe Aſopi filia nominatas arbitratur. Itaq; cũ Echionias Thebas dicat, epitheto, & Theſſalicas has, & Bœotias, ſiue Cadmæas Heptapylas confundit. Echion adfuit Cadmo, in condendis Thebis non in Theſſalia, ſed in Bœotia. Atq; hæ Pindarum lyricorum principem edidêre, eaſq; uaſtauit Alexander Macedo.* Vbi quond. Penth.] *Multo ampliùs exemplo miſcet Thebas. Pentheus enim rex Thebanus fuit in Bœotia, filius Echionis, qui ad uicum Scolum ob contempta ſacra Bacchi, à Bacchabidus, & ſuis diſcerptus fuit. Itaq; Pentheus accepto malo cœpit Bacchum reuereri. Euripid. in Bacchis, παυσὼ νὺν ἐγγὺς ὢν. ἐμάνθανεν. Fabula refertur apud Ouid. lib. 3. Meta. apud Eurip. in Bacchis. & Aeſchylũ in Pentheo.*

Exul Agaue.] *Hæc Cadmi filia, Pẽtheum ſuũ filiũ, & Echionis, impulſu liberi patris diſcerpſit in Orgijs Bacchi. Vehemẽter oderat Dionyſiaca ſacra, ut impia, & nefariorum referta. Hic cum Liberi ſacra non ſolum negligeret, ſed matrem etiam, & reliquũ fœminarũ gregẽ ab ijs prohibereret, fortè cõſpectus à Bacchante matre, & duabus materteris diſcerptus fuit Ouid. lib. 3. Metamor.*

Prima ſuum miſſo ſiolauit Penthea Thyrſo “
Mater, & ô geminæ clamauit adeſte ſorores. “
Propertius.
Pentheos in triplices funera grata greges, “

Porphyrio in 2. odarum Hora. ſcribit, Pentheum fulmine tactũ periiſſe, nõ ob contemptũ ſacrorũ, ſed quod Liberum patrem in cuſtodia clauſum teneret. Scolus locus dicebatur, unde abductus Pentheus, & diſtractus dicitur. Is pagus eſt in ora Aſopiæ ſub Cithærone, triſtis, & aſper, inculus, & inamœnus, unde prouerbiũ natum. Ad ſcolũ ne ipſe eas, neq; aliũ comiteris: quoties ſignificare uolumus, abſtinendum eſſe à conuictu cuiuſpiam aut à loco, ubi nil ſit ſperandum, quod uel ad uoluptatem faciat, uel ad emolumentum. Exul..] *rectè Mycillus, ut paulò antè memini, Pentheus matrem, & uniuerſum Bacchantium gregem à ſacris prohibuerat, agriſq; interdixerat. Contortum nimis mihi uidetur, ſi ſecul, hic acciperetur, pro alienata mente, ut Omnibonus.*

Pentheos.] *Genitiuus Græcus eſt à πενθεὺς, εως. ὁ πενθὴς, ου δ. ὁ, ε&ω. refertur q; ad colla, caputq; Mater furore agitata ferens colla, caputq; Penthei. Ouid. libro tertio Metam.*

Saucius

» Saucius ille tamen, fer opem matertera, dixit
» Autonoë, moueant animos Aëlæonis umbræ.
» Illa quis Aëlæon, nescit dextræq; precantis
» Abstulit, Inoo lacerata est altera raptu.'
» Non habet infœlix, quæ matri brachia tendat,
» Trunca sed ostendens deiectis uulnera membris,
» Aspice mater, ait, uisis ululauit Agaue,
» Collaq; iactauit, crinemq; per aëra mouit.
» Auulsumq; caput digitis complexa cruentis
» Clamat io, comites, opus hoc uictoria nostra est.

Persius Satyr. prima, de Pentheo, technitas, & Bacchi Dionysia fastidiente, atq; infestè persequente,

Et raptum uitulo caput ablatura superbo
——Bassaris.

Bassaridem, hoc loco poëta, Agauen Bacchiam uocat, quæ furore, & temulentia percita, ei omnium prima caput abstulit. Atque hinc à Lucilio, Pentheus sortitus creditur nomen. ωἰνοβόος, ἀπὸ τοῦ, luctus. Persius eum uitulum nominat, ac Ouidius aprum scribit ipsu uisum fuisse eum.

Ille mihi feriendus aper.

Supremo ig.] *busto, ac sepulchro. Quæsta quod.] Quod non plus superesset, quod rogo imponeret, ubi iam restituta fuit.*

Ergo abrup. pa.] *Clausula narrationis de locis & urbibus postea conditis, quæ in Thessalia emerserunt, ubi stagnũ, quod hic paludem appellat, per fossis uel ab Hercule, uel à Neptuno angustijs, uel alio casu diuulsis inter Ossam, & Olympum, in mare erupit, unde eũ ineluserit fluminib. quæ in multos amnes inde discesserunt. Hæc nunc longo ordine describit, atque ita hanc narrationem dilatat.* Purus Aeas.] *Enumerat amnes plures Thessaliæ, quàm ab Herodoto recensentur: uerùm is tantum quinq; celeberrimos commemorat, cùm hic ferè omnes, tum claros, tum obscuros narret, in quos lacus is abruptus discesserit, hoc est, in uarias plagas regionis erupit.* Aeas parui gur.] *Aeantem limpidum dicit modicis alueolis in mare Ionium influere. Aeas non ex Thessaliæ, sed Macedoniæ montibus Candauijs oritur, ac circa Apolloniam Ionio miscetur. Flumen Aous, ait Plinius, à quibusdam Aeas, cognominatũ: Apolloniam, quondam Corinthiorum colonia, 7. M. passi à mari recedens. Videtur hic potius in Adriaticum quã in Ioniũ excurrere.*

Auectæ pa. Isid.] *Periphrasis, Inachi patris Iuo, auectæ per Iouẽ, postea Isidis nomẽ sortitæ in Aegypto Inachus amnis est celeber Peloponesi, qui per Argiuũ agrũ in sinum Argolicum in ortum exit. Plinius lib. 4. cap. 5. describens sinum Argolicum in Achaia. Qui sequitur sinus ad Scyllæum inquit, Argolicus appellatur, traiectu L. M. passuum. idem ambitu C. LXXII. M. Oppido Boëa, Epidaurus, Limera cognomine: Zarax, Cyphanta portus. Amnes Inachus, Erasinus, inter quos, Argos Hippium cognominatum. Fuit Inachus primus Argiuorum rex, à quo Inachus fluuius nomẽ accepit. Ab hoc ipsi Argiui Inachidæ dicti fuêre. Scribit, περὶ ποταμῶν, author, hunc fluuium Camanorem initio uocatum, & quidem hanc ob caussam Inachum ad postremum appellatum. Inachus ex Oceano prognatus, filia Io à Ioue corrupta, ipsum Deũ conuitijs multis persecutus fuit, & adeunt ex interuallo fuit secutus. Iuppiter indignum ratus, se ab homine audire, & ferre contumelias, Tisiphonem unam furiarum in eum misit: atq; ita œstro cõcitus, in amnem Camanorem, nuper Aliacmonẽ uocatum se præcipitem dedit. Cæterũ, ut ad historiam regrediamur, constat hũc omniũ primum genti demõstrasse & leges, societati humanæ utiles proposuisse, diuinos ei honores decreuêre. Vnde fabulãdi materia pœtis præbita fuit.* Auectæ Isidis.] *Huius filia Io credita fuit, quã cùm Iuppiter uitiasset, & in Cretã auexisset, Iuno pellicis impatiens, infestè eã persecuta fuit. Hinc illud infabulandi etiã occasionem cõcesit, Io Inachi fluuij filiam fuisse. & Iunonis metu in uaccam transformatam, quã cum illa à marito dono accepisset, œstro immissa tamdiu tantopere exagitatam, ut furore correpta nusquam cõsistere posset, donec in Aegyptum trauecta, in Isidem deã mutata fuit. Ab Inacho, Inachium oppidũ Peloponnesi, inter Scyllæum promontorium, & Isthmum, & Argos Dipsium alio nomine dictum. Ipsa Peloponnesus, Inachia appellatur. Sed quid hic Inachus, ad Thessaliã? Hecataeo annotauit, quod loquatur de Inacho amne, qui ex ijsdem montibus Macedo descendit, unde Aeas, licet uicinus exortæ fuerunt. Et cùm nulli essent arbitri, non legibus*

Argis Hippijs regnasse, ut modò memini. Huius filia Io à Phœnicibus naui est in Aegyptum delata, qui uẽditis per otium mercibus, regiã inde puellã, quæ eũ æqualibus ad litus spectandi studio descenderat, ui rapiã secũ deportarunt. Aegyptij, ad quos delata fuit sub Isidis nomine: quia tritici, & hordei usum prima ipsa

Ergo abrupta palus multos discessit in amnes,
Purus in Occasus, parui sed gurgitis Aeas
Ionio fluit inde mari, nec fortior undis
Labitur auectæ pater Isidis, & tuus Oenen
Penè gener crassis oblimat Echinadas undis:
Et Meleagream maculatus sanguine Nessi
a Euenos Calydona secat, fert amnem citato.
a al. Eucnus Maliacas Sperchius aquas, & flumine puro
Irrigat Amphrysos famulantis pascua Phœbi:
Quiq; nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aëra, nec uentos tenues suspiret Anauros:
b al. non cognoscit. Et quisquis, pelago per se iam b cognitus amnis
Penco donauit aquas, & gurgite rapto
Apidanos, nunquamq; celer, nisi mistus Enipeus.

A legibus, sed armis litet dirimebantur. Hinc fabulandi occasio data, Herculem Acheloum singulari certamine superasse: ac Deianiram uictoriæ præmium abstulisse. Adhæc, alterum eius cornu confregisse: nam Herculem Oeneo affinitate coniunctus, factis aggeribus, & aquarum ductibus, fluuium agros antea magna damna dantem constrinxit, & ex duobus alueis, quorum flexuus à poëtis cornua dicuntur, siccauit alterum. Penè gerer Achilous, cui Deianira desponsa quidem fuerat, sed Herculi in matrimonium cessit.

Oblimat Echinad. un.] Docui paulò antè Acheloum ex Pindo monte oriri: hic inde per Dolopiam delabens Argos Amphilochicos primo, mox super Acarnanum campum supernè, urbem Straton, Oeniadasq; interfluit, & ad postremum in mare contra Echinades exit. Cùm Phormio Atheniensium dux tertio belli Peloponnesiaci anno, in Acarnaniæ mediterranea hostiliter cum una cohorte Messeniorum, & altera classiariorum irrupisset, solos Oeniadas Acarnanum hostes per hibernas pluuias, eorum terram Acheloo restagnante, inuadere nequiuit. Hanc terram Alcmæon Amphiarai fi- B lius, posti matrem interfectam tenuit, atque ea statim ipsa nomen ab Acarnane eius filio est adepta. Penè gener.] Diximus modò, Acheloum penè generum Oenei à poëta uocari, quod Deianiram ei adductam, Hercules interceperit. Quod commentum huc spectat. Hercules in Oenei gratiam Acheloo amne pluribus in locis diducto, Calidonium agrum sagaci corriuatione feracissimum reddidit. Hinc Græcis quæsita materia fuit fabulandi omnia ea, quæ de Hercule & Acheloo, & eius altero cornu prodita sunt. Verum fidei magis consentaneum est, eo meritò Deianiram Herculi connubio lætatam, quàm imperatæ affinitatis id hostimentum fuisse. Echinades oblimat.] Echinades insulæ sunt modicæ Acarnaniæ obiacentes, contra ostium Acheloi fluminis, qui tantum arenæ è Pindo, tantum glebæ ex Acarnaniæ agris secum in mare defert, ut earum conuecta hæ insulæ nascantur. Plinius lib. 21. cap. 85. Nascuntur enim, inquit, nec flumi- num tantum inuectu, sicut Echinades insulæ, ab Acheloo amne eò uectæ, maiorq; pars Ægypti à Nilo, in quam à Pharo insula, noctis & diei cursum fuisse, si Homero C credimus, sed & recessu maris, sicut eidem de Circeis. Ouid. lib. 2. Metam. inuoluero fabulæ, uerum inuoluit, falsaq; insulas scribit à Naiadibus, quod hæ insulæ, fluuio Acheloi aggestæ sint. Stat. Thebaidos 2.

» Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit

Stephanus Echinades ab asperitate, uel copia Echinorum, uel uate Echino, dictas credit. Est & Echinus Stephano oppidum Acarnaniæ, non procul ab ostio Acheloi, unde Echinadibus nomen factum uerisimilius est. Echinus, inquit Plinius, & in ore ipso, colonia Augusti, Actium, cum templo Apollinis nobili, ac ciuitate libera Nicopolitana. Thucydides libro secundo. De Acheloo, & Echinadibus. ὁ γὰρ ἀχελῶος ποταμὸς ῥέων ἐκ τῶν Αἰθίκου ὄρους διὰ Δολοπίας, καὶ ἀγραίων, καὶ Ἀμφιλόχων καὶ διὰ τοῦ Ἀκαρνανικοῦ πεδίου. ἄνωθεν μὲν πολὺς καὶ βραχὺ πόλιν, ἐς θάλασσαν διήκοντα παρὰ τὴν Στρατὸν ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν. πεῖν τοὺς δὲ καὶ τῶν νήσων τῶν ἐχινάδων αἱ πολλαὶ κατ' ἐπιπολὺ τῶν οἰνιαδῶν, τοῦ ἀχελώου τῶν ἐκβολῶν ὀλίγον ἀπέχουσαι, ὥστε μέγας ὢν ὁ ποταμὸς προσχοῖ ἀεὶ καὶ ἀεὶ τῶν νήσων, αἱ ἠπείρωνται. ἐπεὶς δὲ καὶ πᾶσας οὐκ ἐν πολλῷ τινὶ ἂν χρόνῳ τοῦτο παθεῖν. τότε γὰρ ἐξῦμά ἐστι μέγα, καὶ πολύ, καὶ βαθερόν, ἅτε νέοι ποτωμοί, καὶ ἀλλήλαις τῆς χρόας ὡς τῷ μὴ σπεδαννύσθαι, σύνδρομοι γίγνονται παραλλαξ, καὶ οὐ κατὰ στοίχων κείμεναι, οὐδ' ἔχουσαι ἐνέδρας διαδ. ὡς τοῦ ὕδατος ἐς τὸ πέλαγος, ἴσημοί δ' εἰσὶ, καὶ οὐ μεγάλαι. Λέγεται δὲ καὶ ἀλκμαίωνι τῷ Ἀμφιαράου, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρὸς, τὸν ἀπόλλω τοῦτον τὸν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν, ὑπεκστάντα γῆ εἶναι λύσιν τῶν μιάσμάτων, ὡς ἂν εὑρὼν ἐν τούτῃ τῇ χώρᾳ κατοικίσαι, ἃ τις ὅτε ἔκτεινε τὴν μητέρα, μή πω ὑπὸ γῆς ἐωρᾶτο, μηδὲ γῆ ἦν, ὡς τῆσδε ἄλλης αὐτῷ μεμιασμένης. ὁδὲ ἀπορῶν, ὥς φασι, μόλις πανεύρησε τὴν προσχωσιν ταύτην τῷ ἀχελῴου. καὶ ἐδώκει αὐτῷ ἡ γῆ ἀφ' ἧς ἐκέκτητο διαίτας τῷ σώματι. ἀφ' οὗπερ καὶ τὴν μητέρα, οὐκ ὀλίγον χρόνον ὕστερον ἀπελθόντες, οἱ κατοικισθέντες ἐς τὰς περὶ οἰνιάδας τὸ πᾶν, ἐδυνάσευσέ τε, καὶ ἀπὸ ἀναρνᾶνος & παιδὸς ἑαυτοῦ, τῆς χώρας τὴν ἐπωνυμίαν ἐγκατέλιπε. Quorum uerborum hic ferè sensus est. Acheloüs fluuius, ut suprà dictum est, ex Pindo monte, per Dolopiam, & Agræorum, Amphilochorum, & Acarnaniæ planitiem delabitur, & circa urbem Stratum influit in mare Ionium ad Oeniades, ac circa urbem restagnans, hyeme per aquas inuium, perplexumq; iter facit, ad ductandum exercitum per ea loca. Contra Oeniades iacent insulæ multæ Echinades, parum admodum, aut nihil distantes ab ostijs Acheloi, quare cùm amnis is sit ingens, semper alluit ipsas insulas, quæ continens fiunt, essq; spes breui fore, ut hoc ipsum ijs accedat. Ipse autem aquarum impetus ingens est, multus, & turbidus. Insulæ uerò densæ, aone inter se ob effusum fluxum commisceantur, in ipsa serie alternante quadam uarietur inuicem coniunctæ sunt: neque ordine iacent, neque rectos decursus, ac transitus habent in pelagus. Desertæ iacent, & exiguæ. Aiunt Apollinem Alcmæoni Amphiarai filio, posti cædem maternam iussisse oraculo, ut hanc terram inhabitaret: subiecisse, non futurum, ut unquam his terriculamentis liberaretur, priusquam in his locis agere deprehenderetur, quæ tum à solo conspectæ fuissent, cùm matrem trucidaret, neq; terra esset, ut quæ uel ulla alia ab eo pollutæ fuissent. Ille uerò addubitans, ut fama est, uix tandem aduertit allunionem Acheloi. Euenos.] Hic amnis è monte Aetoliæ Calidromo ortus, & iuxta Calydonem in mare Ionium defertur, ut Calydon media planè sit inter Acheloum, & Euenum. Nomen indeptus fertur, ab Eueno Martis filio, patre Marpessæ, qui se hunc in amnem præcipitem dedit. Ouid. Metam. 9.

Nanq; nona repetens patrios cum coniuge muros "
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas "

Fuit & Euenus philosophus, item alij duo Parij Elegiarum scriptores. Meleagræam Caly.] Epitheticòs. Calydonem Meleagræam nuncupat Calydon primum Aetoliæ urbs clara regia Oenei patris Meleagri, à qua ipsa regio Calydonia dicta est. Abest à mari septem millium quingentorum passuum spatio. Per Calydoniam ut paulò antè memoraui, Euenus Ionium intrat. Hinc proxima sylua, Calydonia, & aper Calydonius prodigiosæ magnitudinis, in ea, à Meleagro interfectus, dictus fuit. De Caledonia porrò sylua in Scotia. suprà memnimus. cuius secundam syllabam, quidam per e. scribunt. & o. corripiunt.

ripiunt. Martial. Nuda Calydonio sic uiscera præbuit ursо. Quinte Calydonios Ouidi uisure Brisannos.

Meleagræ.] quod Meleagri tum patria fuerit Calydon, tum in sylua terribilem aprum confecerit. Prognatus fuit Meleager, ex Oeneo, & Althea: quo nato mater uisa fuit tres Parcas, foco assidentes uidere, & manu stipitem tenentes, & puero uitam, stipiti æqualem assignare. Althea, dilapsis Parcis, diligenter stipitem extinctum seruauit. Vbi postea Meleager euasit in uirum, cum Diana, quod ab Oeneo spreta esset, in agrum Calydonium aprum terribilem immisisset, qui eam regionem latè uastabat, Meleager collecto robore iuuenum, aprum interfecit, & eius caput Atalantæ regis Argiuorum filiæ, quæ prima bestiam uulnerarat, ut spoliorum portionem donauit. Auunculi cum id ui puellæ auferre conaretur, utrunque occidit. Itaque nunciata fratrum morte Althea, doloris impatientia in furorem uersa, fatalem stipitem in ignem coniecit, quo exusto, Meleager etiam exustis intus intestinis omnibus consumptus fuit. De Meleagro est legere apud Naso. libro octauo. Historia paulò diuersiùs refertur ab interprete Lycophronis. Meleagrum donasse Atalantæ apri caput, & pellem, ut primitias laborum puellæ. Inde auunculos id indignè ferentes occidisse. Addit esse authores, qui arbitrentur, non facem fatalem, illum stipitem fuisse, sed φυλλάδα ἐλαίας, ut ipse scribit, hoc est, lectulum ex frondibus, & foliis oleæ arboris congestis aut stipite, quem in partum, & unà Meleagro effudit, & ex uatum responsis diligenter seruauit. Quod si illa φυλλάς, illabefactata seruaretur, illabefactatus, & Meleager foret. Sin uerò corrumperetur, simul & Meleager corruptus foret. Atque hanc quidem Altheam ægritudine ob amissos fratres concepta, igne consumpsit. Indè cubiculum ingressa ubi repperit filium extinctum, illico & se quoque interemit. Euenos mac. sa. Nes.] Retulimus loco non multum hinc diuerso, quod Hercules ex Calydone cum Deianira, & Hilo filio profectus, cùm ad Euenum fluuium peruenisset, Nessum Centaurum circa fluuium uersantem offendit. Consueuerat is uadandi, ac natandi imperitos traducere. Per Centaurum, non monstrum, sed hominem equo insidentem intellige. Nessus puellæ, quam uehebat equo stuprandæ cupidus, equi celeritate frætus, puellæ in ulteriori ripa uim offerre conatus fuit. Hercules, quia cominus congredi interuentu fluminis prohibebatur, Nessum procul sagitta transfixit. Hinc poëta Euenum maculatum sanguine Nessi dicit. Sperchius.] Hic fluuius Thessaliæ est, è Pilio effusus citato cursu in Maliacum sinum, uel ut uidetur, Pelasgicum exit. Huic Achilles comas suas uouerat, si è Troia incolumis domum reuersus fuisset. Est, & oppidum eiusdem nominis, & in faucibus Sperchij fluminis est. Echinus oppidum.

Maliacas aq.] Cùm littora leguntur à promontorio Sepiade, per Demetriam, & Boion, Pteleon, & Echinum, ad Pagasæum sinum cursus est. Ille urbem Pagasam amplexus, amnem Sperchium accipit. Et Minyæ Colchida petentes, inde Argo nauem soluere memorantur. Ab eo ad Simium tendentibus, illa prænauiganda. Maliacus, & Opuntius, grandes sinus. Hæc Pompo. Flumine p.ir. Amphry.] Et hic fluuius Thessaliæ est, ad quem Apollo armenta Admeti regis pauisse dicitur, quod ipsam hic quoq; subijcit. Ab Amphrysoamne, Apollo Amphrysius, & uates, ac Sibyllæ, Amphrysiæ appellantur. Anauros.] Hic item Thessaliæ est fluuius, labitur ex Pindi iugis, quasi absq; aura. Torrens potius, quàm fluuius, ex pluuia aqua collectus. Omnia flumina ex imbribus nata hoc nomine appellantur. Apollonij scholiastes. οἱ τὰς ἐξ ὑετῶν συνισταμένους ποταμοὺς οὕτω καλοῦσι. Apollonius libro primo Argonaut. loquens de Iasone torrentem Anaurum transgresso.

Ἀμφὶ δ' ὄγε πτέρνῃσι, τήν ῥα καταβράξιν, ἰόωσαν
Χειμερίοις ῥεέθροισι διὰ ποσσὶν ἀναύρου,
ἄλλο μὲν ἐξεσάωσεν ὑπ' ἐλύθων, ἄλλο δ' ἐνίσχε
πάλλιπεν αὖθι πέδιλον ἀνισχόμενον προχοῇσιν.

id est, interprete Francone Nerdeno.

Post cum torrentem pedibus transiret Iason,
Vt uates perhibent nobis, hyemalis Anauri,
Infixus cœno seruatur calceus alter,
Alter detentus perijt fluuialibus undis.

Quos uersus nos ita ex tempore reddidimus.

Tempore non longo ut tum fama ferebat, Iason
Fluminis ingressus ripas hybernus Anauri,
Alterum ibi ex undis ægrè talare recepit,
Alterum in imo adeo fixum torrente reliquit.

Nec uenat. nec neb.] Hinc Anaurus suum sortitus est nomen, quasi absquè aura, ob id, ut ostendimus paulò antè, quod ex pluuia aqua collectus decurrat, potius torrès, quam fluuius, χείμαῤῥος. Et quisquis pe. per se.] Sunt qui legunt, non cognitus, hoc est, qui nomen suum secum non defert in mare, sed Peneo in ipso cursu miscetur. Hunc loco non multum hinc diuerso, ostendimus eláritate ante cunctos conspicuum, & oriri iuxta Gomphos, atq; inter Ossam, & Olympum, nemorosa conualle defluere D. stad. dimidio eius spatio nauigabilem. In eo cursu Tempe uocantur. V. M. passuum longitudine, & VI. fermè latitud. Peneus accipit Europum amnem: sed non recipit. Nam olei modo supernatantem, breui spatio portatum abdicat: pœnalis enim aquas, ut Plinianis uerbis utar, diriq; genitas argenteis suis misceri recusat. Hunc Europon, amnem à Strab. nominatum Homerus, Titaresa uocat lib. Iliad. 2. dicitq; non in totum misceri Pęneo, sed olei modo supernè tantùm influere.

ὃς ῥ' ἔξ ὠκυρόοιο συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ,
ἀλλὰ τέ μιν καθύπερθεν ἐπιῤῥέει ἠΰτ' ἔλαιον.

Orcum eundem quidam etiam appellant, quod ex Styge ortũ ducere credatur. Sed de Titaresо paulò pòst. Curgite r. Apidanos.] Diuersum hoc dictum est ab Ouidio. ut cum indicio annotauit etiam Micyllus, qui Apidanum senem, hoc est, pigrum uocat, & tardum, & Empeum irrequietum Metam. 1. Apollo. Argon. 1. ἀπιδανὸν μέγαν, & λίην ἐνίπεα uocat, quos dicit simul deorsum ferri, & in unum concurrere & misceri.

ἔνθα μὲν ἀπιδάνου τε μέγας, καὶ λίθ' ἑλισσὺς
ἄμφω συμφορέονται ἀποπροθεν εἰς ἓν ἰόντες.

Nunquam ce. nisi. misi. Empeus.] Testatur hoc ipsum & Strabo. ἐνιπεὺς ποταμὸς θετταλίας, ὃς ῥέων ἀπὸ τῆς ὄθρυος λήγεται τὸν ἀπὸ κανὸν ποταμὸν ῥέοντα ἀπὸ πόλεως φαρσάλου. hoc est, Enipeus fluuius Thessaliæ, qui è iugis Othrei decurrens accipit Apidanum amnem labentem ab urbe Pharsalo. Est & alius Enipeus in Peloponneso, eodem authore, oriens ex Σαλμώνης πρώνης, exit in Alpheum Asopus.] Circa Sicyonem mediam Corinthi regionem præterfluens, exonerat

A ratur in ſinu Corinthiaco. *Alius in Aſia, qui una cum Ca*
pro fluuio Laodicen ad Lycum fluuiũ, alluit. alius item
in inſula Paro. Pauſanias ſcribit Aſopum hunc, de quo
hic agitur, flumine ad Scolum, ſolere altiſſimos iuncos
alere. Labitur ex Cithærone, atque in ſubiectos campos
egreſſus, diuortia facit: rurſuſq; intercapedine triũ ſtad.
iterum in unum coit. Inſulæ, quam efficit, nomen eſt Oe-
noë, quam indigenæ Aſopi filiam fuiſſe credunt. Phœ-
nixq; Me.] *flumina Theſſaliæ, ait Plinius Apidanus,*
Phœnix, Enipheus. *Sed Melas in Thracia fluuius eſt, à*
quo ſinus appellatur. Multorum re uera fluuiorum no-
men eſt Melas, unus eſt in Mygdonia: alius in Cilicia, qui
eam à Pamphilia diuidit: alius in Thracia, ut iam dictũ
eſt: rurſus in Bœotia è Parnaſſo labens, ſacer Mineruæ,
quod in eius ripa magna ſit Oliuarum copia. Huius Sta-
tius lib. 7. meminit.

Palladiuſq; Melas Hecateia gurgite nutrit, "
Flumina.—

Hic omnium fluuiorum Græciæ ab ipſo fonte nauigabilis eſt, atque circa æſtiuum ſolſtitium, ſtata accipit incrementa, perinde ut Nilus, nec longius excurrit, ſed in lacus, & cuniculos delapſus modica ſui parte Cephiſo infunditur. Additur miraculum, quod aquæ eius omnes efficiãt mgras. Et in Sicilia Melas alius collocatur.

Solus Titareſus.] Accipit Aſopos curſus, Phœnixq;, Melasq;,
Solus in alteríus nomen cum uenerit undæ
Defendit Titareſas aquas, lapſusq; ſuperne
Gurgite Penei pro ſiccis utitur aruis.
Hunc fama eſt Stygijs manare paludibus amnẽ,
Et capitis meniorem fluuij contagia uilis
Nolle pati, ſuperumq; ſibi ſeruare timorem.

hoc eſt, cùm aruſſo ſuo nomine Peneo miſtus, communem eum eo appellationem ſeruat. Homerus libro Iliad. ſecũdo, unde poëta hunc locum ſumpſit, hunc Titareſum ex Stygijs undis oriri canit, unde etiam Plinius pœnales aquas dicit, & diris genitas Penenum ſuis argenteis miſceri non recuſare. Verba Homeri paulò antè citata, libet paulò prolixius hoc quoque loco adſcribere.

B
" οἵτ' ἀμφ' ἰμαρτὸν τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο,
" ὃς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίῤῥοον ὕδωρ.
" οὐδ' ὅγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ,
" ἀλλὰ τέ μιν καθύπερθε ῥέει ὡπὶρ ῥέεθρα νύτ' ἐλαύνων,
" ἔρχει γὰρ λευκὸν ὕδατος ἐκ ἱερὴν ἀποῤῥώξ.

Id eſt, interprete Ioachimo Camerario.

" Pinguia qui coluit pulchrum ad Titareſion arua,
" Flumina Penei decurrunt cuius in undas,
" Nec nitidis miſcentur aquis, fluitantq; ſuperne,
" Non ſecus ac olei latices ſuperinnatat unguen.
" Nam Stygis exoritur ſacro de fonte perennis,
" Dij cuius iurare timent, & fallere numen,

Cæterum Titareſus, ut modò nobis dictum eſt, à Strab. Europos uocatur, Plinio uerò, Eurotos, niſi mendum ſit exemplaris. Oritur è monte Citario, cuius aqua pinguior
C *à Penei limpidiſſimo flumine reſpuitur. Atque ideo Homerus, & poſt eum Lucanus, & alij ferunt eum è Stygis undis erumpere. Conſtat apud poëtas Stygem inter infernorum annes recenſeri, è quo fluere aiunt hunc, & ſcaturire.* ὁ πανεὶς ποταμὸς ῥέων διὰ τῶν τεμπῶν, ἐρχόμενος ἀπὸ τῆς πίνδου ὄρους, καὶ διὰ μέσης θεσσαλίας, καὶ τῶν παπιθῶν, καὶ περραιβῶν, ἀφιέμενός τε, τὸν ἐνιπέα ποταμὸν, ὃν ὅμορος ἐστὶ περραιβοῖσιν ὠνόμασαν, διορίζει μακεδονίαν μὲν πρὸς βοῤῥᾶν, θεσσαλίαν δὲ πρὸς νότον, αἱ δὲ τοῦ εὐξώπου ποταμοῦ πηγαὶ, ἐκ τοῦ πιταρίου ὄρους ἄρχονται, ὅ ἐστιν συνεχὲς τῷ ὀλύμπῳ. καὶ ἔστιν ὁ μὲν ὀλύμπος, τῆς μακεδονίας, ἡ δὲ ὄσσα τῆς θεσσαλίας, καὶ τὸ πήλιον. *Pro ficcis r. ar.] quod ſupernè tantum innatet, & non limpidis eius undis miſceatur, quas poëta ἀργυροδίνας, Plinius argenteas appellat.* Hanc ſi. eſt Sty.] *Deſcribit Titareſum ab eius origine, & fontibus, & natura. quod cum ex ſacratis undis Stygis ſcaturiat, nolit uili fluuio commiſceri, nec ab eo labefactari.*

Memorem m.] *originis ſui apud inferos memor, non uult pati contactum Penei, quem uilem fluuium nominat. Iam uerò illud non oſcitanter etiam hoc loco in Lucano obſeruandum eſt, eum amnem, qui ab Homero Titareſius* πενταειόλαβον, *& item à Strab. uocatur, tetraſyllabũ hic Titareſum dici.* Superumq; ſi. ſc. ti.] *Atq; hoc eſt, quod Maro Aeneid. 6. canit.*

Dij cuius iurare timent, & fallere numen. "

Styx παρὰ τὸ στυγνάω. *id eſt, triſtor dictum eſt, quod animos in curarum uoraginem mergat. Hũc religioſum iuſiurandum deorum poëticorum eſſe uolunt, ut qui eum iurauerit, illum annum, & diebus 9. ambroſia, & nectare defraudari. Eſt autem fons ſacer Heſiodo, Oceani filia: ſiue quod eiuſdem nominis alius ſit apud inferos. Iouis conſilio id Dij religioſum iuſiurandum fecerunt, ut ait Homeri ſcholiaſtes. Teſtatur id Iuppiter ad Iunonẽ, apud eundem uatem Iliad. 15.*

" ἴσω νῦν τόδε γαῖα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθε, "
" καὶ τὸ κατειβόμενον στυγὸς ὕδωρ, ὅστε μέγιστος "
" ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι. "

Idem Stygem κάρτερον ὅρκον. *id eſt, efficax, ualidum, & forte iuſiurandum uocat libro 19. Heſiodus in Theogonia docet, quam pœnam periura numina ſuſtineant, animam uidelicet irrequietè, atq; eo tempore, non guſtare ambroſiam, & nectar. Et poſt eum ueluti morbum 9. illos dictos annos, extra conſortium, & conuictum aliorum Deorum eſſe oberrandum. Ac decimo tandem anno recuperare priſtinum ſtatum. Atq; hoc quidem eſt, quod Lucanus hoc loco dicit, ſuperumq; ſibi ſeruare timorem, quod Stygem intrare non auderent, ut fallerent.*

Vt primum em.] Vt primum emiſſis patuerunt amnibus aruis:
Pinguis Bœbitio diſceſſit uomere ſulcus:
Mox Lelegum dextra preſſum deſcẽdit aratrum.
Aeolidæ, Dolopesq; ſolum fregere coloni,
Et Magnetes equus, Miryæ gens cognita remis.
Illic ſemiferos Ixionidas Centauros,
Fœta Pelethroníjs nubes effudit in antris.

ab amnium deſcriptione. tranſit ad priores Theſſaliæ cultores. in quorum enumeratione uiuis quàm grauit, et copioſus eſt, quorum nonnullos etiã fabuloſis peripharſibus ad delectandum deſcribit. Vt primum e.] *Poſtea, effuſis fluminib. in alia, atq; alia maria, ut de-*

monſtratum eſt, & agri iam, atque adeò ipſa tellus in aprico apparere cœpit, alij, atq; alij terram occuparunt, ut pinguem relictà, atque fertilem gleba. Pinguis Bœbi.] A Bœbitijs, Lacus Bœbeis nomen ſuum retinuit in Theſſalia: à Bebe oppido, ut multi opinantur, condito à Bebicijs, qui initio circa eam regionem habitarunt, ubi poſtea Demetrias, condita fuit. Homerus in Catal. Pheras, Bœben, Lacum Bœbeidem, & Iolcum coniungit. Pheras, dico, Theſſaliæ, quarũ omniũ urbiũ ducẽ facit Eumelũ. Fuerunt & Pheræ, inter Megaram, & Bœotium. εἶλε φέρας ἐνέμοντο.

» παρὰι βοιβηΐδα λίμνην,
» βοίβην, ἠὲ γλαφυρὰς, ἠὲ ἴαολκόν. id eſt,
» Iam quicunq; Pheras iuxta Bœbeidas undas
» Bœbenq; Glaphyras colunt firmamq; Iaolcum.

Eſt enim Lariſſa Iolcus: Demetrias, Pagaſa: Pheræ à tergo habent Pierum ad Macedoniam protendentem.

Mox Leleg. d.] Poſt Bœbitios, terram, inquit, colu erunt Leleges. Plinius author eſt, Locros Epicnemidios, olim Leleges appellatos fuiſſe, per quos amnis Cephiſus defertur in mare: lib. 4. cap 7. Gens ipſa Lelegum, à Lelege rege uocata fuit. Cõſtat Leleges inde in Theſſaliam, ui proximam regionem ſedibus mutatis cõmuniter commigraſſe. Strabo uerò lib. 7. idem Plinio affirmat. Idem etiam hos Heſiodi uerſus adducit.

» ἤτε κὴ λοιρὸς λελέγων ἡγήσατο λαῶν,
» τοὺς ῥά ποτε κρονίδης ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδὼς,
» λεπτὸς ἐναίσιμος ἀλίσσε πόρε λευκαλίωνϑ.

Quorum uerborum hic ſenſus eſt. Certè Locrus ducebat Leleges, quibus Iuppiter aliquando ſelectos in terris Deucalionis donauit. Deucalionis, & Pyrrhæ regnũ fuit Theſſalia, teſte eodem Strab lib. 9. ut diſertè etiam citat Micyllus. Pindarus Pyth. hymno 2.

» ὄν' ἐνδὶ ἀφύκτοι-
» σι γεο πέδιλοις ποσσὶν
» τὰν πολύποινον ἀνελὲ-
» ξατ' ἀγγελίαν, ἄνευ δὶ οἱ χαρίτων τέκο
» γονον ὑπερφίαλον
» μόνα κὴ μόνον, οὔτ' ἐν ἀνδρά-
» σι γεραοφόρον, οὔτ' ἐν θεῶν νόμοις
» τὸν ὀνόμαξεν τράφεισα πένϑ
» ταυρον. id eſt, Lonicero interprete.

Hic uerò in ineuitabilia membris ſuis uincula prolapſus, uulgatum ſuſcepit nuncium: ſolaq; nubes ſolam arrogantem, mortalemq; prolem peperit, neq; inter homines, neq; inter Deos munus ferentem, quæ nutrix Centauro nomen indidit. Ibi poëtæ interpres, λέλεγες γάρ φασι πρότερον αὐτοὺς ὡρ. σαγεφενομένους, διὰ δὲ τὸ ἀποκεντῆσαι τοὺς ἵππους προσαγορευθῆναι ἱπποκενταύρους. hoc eſt, ferunt Leleges prius eos appellatos. & poſtea, quod equos ſtimulis, & calcaribus ad curſum concitaſſent, Hippocentauros dictos. Aiunt priſcis temporib. Lacedæmonẽ planè fuiſſe paluſtrẽ, donec Eurotas aquas paludis ad mare deduxerit, à quo fluuio nomen datũ exiſtimant. Fuit autem Eurotas filius Myletis Lelegis regis indigenæ, à quo poſtea ſedib. mutatis, Lelegũ populus in Theſſalia uocatus fuit. Sed Mylete ſine maſcula ſtirpe è medio ſublato, Lacedæmõ Iouis, & Taygetæ filiur regnum occupauit, ducta in uxorem Sparta Eurotæ filia: à qua regioni, à matre uerò monti nomen indidiſſe quorundam opinio eſt. Eratoſthenes tradit, teſte Plin lib 5. cap. 30. inter cæteras Aſiæ gentes, etiã Leleges interiiſſe. Miletus Ioniæ caput, Lelegis antè, & Pityuſa, & Anactoria aliquãdo nominata fuit. Itaq; Leleges poſtea terrã habitarunt, ac coluerunt. Aeolidæ.] Quũcunq; initio quondã intra Iſthmũ habitabant, diu Aeoleis nommati fuerũt: ac mox intrà, extraq; omnes, præter Athenienſes cum Megarenſibus, & ipſos etiam Dorienſes, Parnaſſi accolas, Cæteræ Peloponneſo circumnectæ gentes, in Aeolici nominis appellationem abiuere. Poſt hæc Dores Heraclidas in Peloponeſum ſecuti, in ea terra perſeuerarunt. Conſtat aũt Helladæ eandẽ eſſe, quæ ſit Theſſalia, & Dryopis. Ibi genitus fuit rex Græcus, à quo Græcia ibi Hellen, à quo Hellenes. Hos eoſdẽ Homerus tribus Bnominib. appellauit, Myrmidonas, Hellenas, & Achæos. Dores à Doro Hellenis filio ſub Deucalione Phthiotidis orã coluerunt. ſub Doro, quæ ad Oſſam, & Olympum iacet. Indeq; à Cadmæis ea gens electa, in Pindo locum reuuit. quẽ Macedoniã dixerunt Aeolus uerò, Hippotæ filius fuit, cùm in Liparam uenìſſet, ac Liparũ regem ſenio confectum reperiſſet, eius filia in matrimonium ſumpta, non tantũ Liparæ inſulæ, ſed & alijs omnibus imperauit: unde eæ poſtea Aeoliæ dictæ fuerũt. Sed ab Aeolo Hellenis, deducitur Aeolides, huius Aeoli filij fuere, Creitheus, et Athamas Aeolidæ. Apol. l. 1. Argon. ἀλλ' ἄμ' αὐτοῖσιν

γείνατο πυλαχίμοις ἐν ἐυθεμέεσσ' ἀέθλοις

Dolopesq;.] Dolopes Aetolorũ populi fuerunt, ut Athamanes, Perrhebi, Tymphæi, Ephyri, Aemenſes, Megarenſes. Inde migrarũt in Theſſaliã, inuaſeruntq; proxima Pindo loca, unde Achelous ad Echinadas curſum præcipitat. Dolopiæ ciuitas celebratiſsima fuit Clitene, quã Peleus aliquãdo obtinuit, & poſtea Phœnici conceſſit, tradiditq; filiũ Achillẽ armis ſimul, & literis inſtituendũ, ut teſtatur Homerus. Etenim Dolopes, de quibus hic agitur, antiquũ Aetolorũ populi, ut modò dixi, uarijs rerũ caſibus iactati, Magneſiã cõmuniter cõmigrarũt. Quare nonnulli Dolopes ſimpliciter ἔθνος θεσσαλικὸν uocant. Fuerunt Dolopes optimi funditores, & aduerſus Cẽtauros auxilia Lapithis tulerũt. Homerus author eſt, Dolopũ ducem ad Troiam, Pyrrhũ fuiſſe, ut Aetolorũ Thoantẽ. Strab. τὸν μὲν ἀκαρνανῶν, ἀμφίλοχοι, εἶτα δολοπες, ἢ ἢ αἰνιάδες ὄρος, ἀφ' οὗ ὁ ἀχελῶος ῥεῖ πρὸς τὰς ἐχινάδας. Magnetes.] Homeri ſcholiaſtes enarrans hunc uerſum lib. Iliad. β.

μαγνήτων δ' ἦρχεν πρόθοος. id eſt, interp. Iacch. Came. Magnetum at Prothous ductor.

νῦν τῶν τὴν θεσσαλικὴν μαγνησίαν οἰκούντων. hoc eſt, qui habitant nũc Theſſalicã Magneſiam. Meminit huius loci itẽ Strabo. Eos uerò Magnetes, qui à poëta in ultimo Theſſalicorũ catalogo memorãtur. exiſtimauerim Macedonibus Pierijs uicinos, qui intra tempe, à Peneo, atq; Oſſa, uſq; ad Pelium trant. Peneum loca habent maritimus. Sunt igitur Magnetes Penei fluuij, & Pelij montis accolæ. Quod uerò uocat Magnetes cognitos equis, alluſit ad illud Pindaricum Pythiorum hymno 2. qui Theſſalos equos

quor. ὃς ἵπποισι μαγνητίδεσσιν ἐμίγνυτ' ἰῷ πάλιον ὄφρ' οἷς, id est, qui & equis Magneticis mixtus fuit iuxta Pelij conualles. Volens significare Magnetes Pelij montis accolas fuisse, ubi Centaurorum erat sedes. Minyæ] Quæ cum Argo naui prima ausa fuit mare tentare, ubi cum Argonautis Pagasas Magnetidas soluerēt. Apollonius lib. 1. Argon.

» —ἐνθάπερ ἀκταὶ
» πλέονται πάγασαί μαγνήτιδες. id est,
ubi littora, unde soluturi erant, dicuntur Pagasæ Magnetides. Minyas memoratur plures habuisse filias. Erat autem Iason filius Alcimedes, quæ Climenes fuerat filiæ Minyæ. Stesichorus, Eteoclymenes tradit, citante interprete Apoll. Pherecydes uerò Alcimedes. Hesiones Dainai, & Ionis filiæ filius erat Orchomenus, unde urbs Orchomenus appellationem accepit. Ab hoc, & Hermippa Minyas cognomen sortitus fuit. Natura tamen à Neptuno, qui in Orchomeno morabatur. Ab hoc ipsa Argonautarum gens, Minyæ dicti fuerunt. Scepsius Demetrius tamen affirmat, eos qui Iolcum incolerent, propriè Minyas uocatos fuisse. Homerus in Catalogo Orchomenum Minyeum nuncupat, & Plinius, ipsum in Thessalia amnem Orchomenum Minyeum antea dictum testatur, Scholiastes Iliad. Homericæ Orchomeni in Bœotia Minyam regnasse. Orchomenon habuisse suum nomen ab Orchomeno Ionis & Hermippæ. παραὶ ῥέει αὐτὸν, inquit, ποταμὸς μινύας, ἀφ' οὗ μινύαι ἐκλήθησαν οἱ τὴν χώραν κατοικοῦντες. Apoll. rationem reddit, cur ominer Argon. Minyæ dicti fuêre.

» τὸν μὲν ἀρίστους μινύας περιναιετάοντας
» κήδεσθον μάλα πάντας, ἐπεμαίετο θυγατρῶν
» οἳ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι, ἀφ' αἵματος εὐχετόωντο
» ἔμμεναι.—

Remis.] expeditione Argonautica. Nauis Argo in ora Magnesiæ ad Pagasas structa fuit, ut Callimachus, & Strabo arbitrati fuere: unde Pagasis, à compacta ibi naui uel ut alij, à fontium propinquitate, nomen inditum fuit. Distat is locus, Stad. 20. ab Iolco, Pindarus ad Demetriadem Pagasis finitimam Argo nauim compactam affirmat. Atque ea quidem longarum nauium prima tra ditur mare ingressa, à celeritate nomen adepta. ut Dionysius, & alij quidam ueteres scriptores referunt. Apollonius tamen libro primo Argonaut. ab Argo, qui nauem fabricatus fuerit, credit nominatam. Illic semi f.] Centauros fabulata fuit antiquitas biformes fuisse, priori parte humana, posteriori equina forma. Viri fuerunt, Peliíq; montis Thessaliæ accolæ, à quibus primum monstrata sit ratio pugnandi ex equo. Sed aiunt ita aliquando accidisse, ut cum fortè circa Peneum amnem sedentes aquarentur, haberentq; equi potantes ora fluctibus immersa, eam procul spectãtibus speciem præbuerint, quam postea in centauris figurãdis fabulosa expressit antiquitas. Horum aliquot, Hercules cùm apud Pholum hospitaretur, tumultuosè in eius ædes irrumpentes sagittis confecit, ut Daphnin, Argeum, Amphiona, Hippotiona, Thereum, & alios nonnullos, qui hospitales sedes, & mensas se præsente uiolabant. Ixionidas.] Ixionis filios & nepotes. Ixion Thessalis imperauit nefarius, nam socerum suum in fossam specie carbonariæ ardentẽ demersit: à Ione conuiuio exceptus, eius uxori stupri iniuriam obtulit: re cõperta, pro Iunone ei nubem subiecit. Ixion cùm eam turpitudinem ipse tacere non posset, & apud quos fuis e- blateraret, à Ioue ad inferos præcipitatus fuit, & rotæ alligatus sceleris sui pœnas dedit. Hanc pœnam ita allegoricè interpretantur. Eos radijs rotarum districtos pendere, qui nihil consilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil uirtutibus explicantes, sed se, & actus suos fortunæ ludibrio permittentes, casibus, & rebus fortuitis semper rotantur. At Fulgẽtius longè aliter historiam refert; Phlegyæ fuisse filium, ac Dian Dionei filiam uxorem duxisse. Ex Nube (ἐκ τῆς νεφέλης) procreatus illi fuit Centaurus, à quo Centaurorũ genus originem habuit, ut Homeri scholiastes lib. Iliad. 1. Didymus Odyss. lib. 21. pluribus uerbis stupri oblati causs as refert. Ἰξίων, inquit, ὁ Διὸς παῖς, Λαπίθης τὸ γένος, ποιεῖται πρὸς τῆς τῶν θεῶν τραπέζης γενόμενος, καὶ θεῶν πολὺ τὸ νέκταρ, καὶ τῆς ἀμβροσίας, ἀψάμενος, ἐκ ὅπως αὐτὸς ἀμείβηται τῷ Διὶ εὐεργεσίας ἐσκέπτετο, ἀλλὰ διὰ τῆς μητρυιᾶς Διώνης, ἐπείρασε τῆς Ἥρας γάμου ὑποπτεύσασα ἡ θεός, ἀνήνεγκε τῷ Διὶ τὴν Ἰξίονος λύσσαν. ὁ δὲ ἐνθυμούμενος βλάψαι πάλιν τοῦτο τὸν τύραννον ἀμοιβαλλόμενος τὸν ἐξ αὐτῆς γεγενημένης ἑκάτινος ὅμως ἐπιτεχνήσεως τῆς ἐξ ὧν ἐπειρᾶτο γνώμης, σκιαπῶν ἢ εὗρε τὸ ἀληθές. νεφέλην γὰρ ἄρα παρεικάσας. μόνην ὑπὸ τῷ θαλάμῳ τῶν Ἰξίονος κατέλιπεν. ὁ δὲ ὡς ἦραν ἐβιάσατο. καὶ τὸ σὺν ὀλίγῳ ἀγαναπτήσας ἴσως θανάτῳ περιέβαλε. τιμωρίαν γευσάμενον γὰρ αὐτὸν τῆς ἀμβροσίας, ὡς μὴ ἂν αὖθις ἀποθανεῖν, ἀλλὰ τροχὸς πτώσας ὑποπλέκεσθαι ἐδίκασε τὸν Ἰξίονα πρὸς τοῖς ὠμοῖς τροχῶν πυκνίδας. καὶ ἕκαστον κατὰ τῶν σφαιρειδῶν φέρεσθαι βεβῶντα, ὡς τὸν εὐεργέτας ἀμείβεσθαι προσῆκεν. γένεται ἐκ τῆς νεφέλης παῖς Ἰξίονος δίμορφος. τὰ μὲν κατώτερα μέρη τῆς μητρὸς ἔχων. αἰγὰρ νεφέλαι ἵπποις ὁμοιοῦσι. τὰ δὲ ἐντὸς τερα μέρη ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ μέχρι τῆς κεφαλῆς, τὸ πατρὸς ἴδιον. φερόμενος δὲ οὗτος κατὰ μανίαν, ἀπόλαυσιν εἶχε τὴν ὁρμὴν πρὸς τὰς συνουσίας, ἑῴκει γὰρ τὸ πατρὸς ἀπολασίᾳ, ᾗ πολλάκις ἐκακοήθησε ταῖς κατὰ τὸ πήλιον ἵπποις. ἐντεῦθεν λέγεται τὸ τῶν κενταύρων ἀναφῦναι γένος. ὅθεν καὶ τὸν περίβλεπτον ἐπίπλοιον Ἰξίονος ὑὸν ὄντα λαμβάνειν ἰθέλει γύναιον παρὰ τῶν συγγενῶν κενταύρων τὴν βίαιον, τὸ πρεῦ χοντος αὐτὸν παρθένου ἐποδλάμεναι. Ixion generè Lapitha, ex Ione prognatus, ad Deorum mensam admissus fuit. Potus iam multo nectare, & ambrosia expletus, non satis potuit paria Ioui referre inuicem, uerum propter innatam maliciam tentauit Iunonis nuptias. Illa suspicata id, quod futurum erat, detulit ad Iouem Ixionis furorem. Ille ubi iterum id ipsum in animum induxisset facere, atq; ipsa Ixionis pertentasset arte quadam, sententiam, deprehendit tandem id, quod res erat. Nubem assimulatam solam reliquit in Thalamo Ixionis. Atq; ita Iunonem compressit. Quamobrem Iuppiter indignatus uehementer fuit. Gustata ambrosia cùm mori non posset, rotis alligauit Ixionẽ, ut perpetuò ijs circumageretur. Ex Nube, siue Nephele, et Ixione prognatus fuit biformis filius, cuius posteriores partes referebant matrem, (nam nubes ad modum equas referunt) priores uerò ab umbilico usq; ad summum patrem Ixionem. Cùm igitur hic uagaretur per Magnesiam, intemperantem circumferebat secum passim libidinem in equas. Hac impetus indomiti licentia patrem suum imitatur, & sæpe cùm equabus ad Pelium montem consuescebat. Atq; hinc ortũ aiunt Centaurorum genus. Pindarus.

» ἐπεὶ δὲ παρέλεξατο Ἰξίων τῇ νεφέλῃ

" ἄνευ χαρίτων ἔτεκε γόνον ὑπερφίαλον.
" ὃς ἵπποις μαγνητίδεσσιν ἐμίγνυτο ᾠδίῳ
" ἐξ ὧν ἐγένετο στρατὸς ὅμοιος τοῖς τοκεῦσι,
" τὰ κάτω τέτρωτο τῇ μητρί, τῷ δὲ πατρὶ τὰ ἄνω. id est,
" Vbi uerò Nubi concubuit,
" Sine gratijs procreauit filium insignem
" Qui equabus Magneticis iuxta Pelium mixtus fuit:
" Ex quibus exercitus prognatus fuit, parentibus similis,
" Parte inferiore matri, superiori uerò patri.

At Tzetzes hanc Pindari de Ixione prodigiosam fabulam probabiliter refutat: & longè copiosius de Ixionis rota historiam narrat ueram Chiliade 5. liberrimè & Pindarum, & Palæphatum refutans. Fœta.] *Grauida Nephele in antro* Pelethronio. Peletronijs.] *Antrum* Peletronium, *à monte Thessaliæ* Pelethronio, *cui nomen & ipsi inditum est, à* Pelethronio, *qui in eo primus dicitur inuenisse, uti ephippijs in equis, uti & frenis, & strato equorum, ut tradit* Hygmus. *cap. de inuentoribus rerum.* Monyche.] *Inter proles innumeras propè Ixionis, & Nubis, recensetur, & Monychus.*

Pholoës.] *Pholoës montis Arcadiæ non solum, sed & Hæmoniæ* Pholus *post pugnam Centaurorum & Herculis hospitis sui prosè conflatam, cum sagittas iacentium corporibus extraheret, & una manibus excidisset, fortuito casu ictus periit: & quo habitarat loco fuit sepultus, montíq; inter cæteros Hæmoniæ illustres, nomen ad posteros dedit. Porrò quod ad Pholoen Arcadiæ, quidam tradunt Centaurorum reliquiæ, post pugnam Lapitharum in Arcadiam fugisse, ubi postea ab Hercule internecione deleti fuere.*

Rhœtef.] *Et hic Ixionis, & Nubis filius fuit, auersio ad* Rhœtum *Centaurum, cum quo Hercules in Oetamonte congressus fuit. Corax Aetoliæ mons contingit Oetam. Hic ab ortu solis in occasum porrectus, à Thermopylis in Ambracium usque sinum rectilineo tractu à Parnasso ad Pindum, montanam scindens regionem, ad Thermopylas uergens: qua parte in præcipuam assurgit altitudinem. In huius summo iugo oraculi iussu constructa pyra, Hercules uiuus, sentiensq; combustus fuit.* Rhœte.] *Fuit alius Rhetus Gigas, quem Dionysius in Leonem conuersus confecit. Verum alterum Hercules in monte Oeta summa difficultate, cùm alias atque alias arbores ui euulsas torqueret, superauit.* Phœbe.] *Loquitur de Centaurico bello, quod pro Pholo Centauro Herculi fuit conflatum. Vbi iam à Pholo hospitio exceptus fuisset, reliqui Centauri in subitam temulentiam effusi tumultuosè in Pholum impetum fecerunt. Hercules indignum ratus mensas hospitales, se præsente uiolari, Pholi antrum irrumpentes foribus submouit, inde suis sagittis eos occidit, quos paulò antè memorauit.*

Improbe.] *Periphrasis Nessi, de quo antea dictum est, qui transuectæ Deianiræ trans Euenum amnem, stuprum offerens eminus ab Hercule, qui adhuc in aduersa ripa erat, sagittis Lernæ sangume imbutis traiectus fuit.* Teq; senex Ch.] *Centaurus hic etiam fuit, Saturni, & Phillyræ filius quæ Oceani fuit. Vnde ipse etiã Chiron, Phillyris appellatur. Etenim cùm Saturnus louem filium quæreret in Thracia cum Phillyra Oceani, in æquum uersus concubuit, ex qua Chironem Centaurum suscepit, dumidio hominem, dumidio equum: sic enim fabulantur. Hic non modo Centauros, sed omnes etiam suæ ætatis mortales bonitate, & iustitia superauit. Nauigauit cum Argonautis, quorum medicus fuit. Herbarum & maximè utres inuenisse dicitur. Ex hoc Aesculapius remedicam dedicisse creditur, citharam Achilles, Astrologiam Hercules. Adhunc cum Hercules diuertisset, & ipse sagittas eius sanguine hydræ Lernææ imbutas manibus contrectaret, miraretuŕq; qui fieret, ut illis immania monstra cõficeret, una fortè manibus elapsa pedem ipsius uulnerauit, quo uulnere extinctus creditur. Verum post natum diem beneficio deorum in astra sublatus dicitur, & Sagittarij nomen est adeptus.* Ouid.

Nona dies aderat, cùm tu iustissime Chiron
Bis septen stellis corpore iunctus eras.

Verum de Chirone, siue Phillyride sidere mox paulò. Hic Chiron filiam reliquit Thetidem, ex qua, & Peleo prognatus fuit Achilles. Hunc Chiron, ut multos aliorum heroum liberos, ministrandum recepit. Ex hoc dicit uenandi iaculandiq; ex equo artem, rem medicam, & alias nonnullas artes. Docuit Iasonem & Aesculapiũ, & Achillem maximè. Tradunt eum non biformem historiographi fuisse, sed eximium philosophum, ut Ioannes Tzetzes, Chil. 7. Primus inuenit artem equestrem, herbariam, medicinã, citharœdicam, & alias aliquot egregias artes, ob quas poëtis fabulandi materia prabita fuit. Ita cius Tzetzes, enarrans hunc Lycoph. uersum.

τὸν πατρὶ πλήσιον ἐγγυαλίζων, τοῦς τῆς μη-

hanc historiam refert. φοίνιξ ὁ Ἀμύντορος δὲ, τοῦς τῆς πατρὸς αὐτῷ κλεοβούλης ἐπισχὼν μιγεὶς τῇ τοῦ πατρὸς παλλακῇ κλυτίᾳ, ἣ φθίας, καὶ τινας, ἔτυφλωθη παρ' αὐτῆς. φυγὼν δὲ ὁ φοίνιξ, ἦλθε πρὸς πηλέα, ᾧ ὃς ἀπαγαγὼν αὐτὸν πρὸς τὸν χείρωνα, ἐπέσευεν ὑγιᾶ γενέσθαι ὑπ' αὐτοῦ, ᾧ ταῦτα μὲν τὰ μυθικά, τὸ δ' ἀληθὲς. σὺν τῷ ἔχει, μιγέντα τῇ παλλακῇ γρὸς αὐτοῦ ὁ πατὴρ, ὃν κατηράσατο μὴ τεκεῖν παῖδας, ὃν ᾧ ὀφθαλμὸν λέγω. φεύγων δὲ φυγὼν ἦλθε πρὸς τὸν πηλέα, ᾧ ὃς ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς τὸν ἄντερον χείρωνα, ἔδειξεν αὐτῷ τὸν ἀφιλλέα ἐπεὶ θαυμάζομενον, ᾧ παρῴδωκεν αὐτὸν αὐτῷ εἰπὼν. ἴδε ᾧ παῖς σοῦ, ἄγαγε δὲ αὐτῶν λοιπὸν, ᾧ θαύμασον ἰόν. ᾧ τὰ λοιπὰ, ὥσπερ χρὴ πατέρα φίλον ἀναγεμὸν ἰόν. ᾧ τὰ λοιπὰ, id est, Phœnix Amyntoris filius matris Clerobulæ precibus inductus, ut cum Clytia, uel, ut alij, Phthia, patris sui pellice stupri consuetudinem haberet, oculis ab eo priuatus fuit. Fugit itaq; Phœnix, & ad Peleum uenit, à quo ad Chironem Centaurum ductus fuit, à quo precibus contendit, ut oculis suis mederetur. Et hæc quidem fabulosa sunt. Verum historicæ ueritas sic habet. Pater cognito, quod cum pellice sua stupri consuetudinem habuisset, execrationibus cum sterilem reddidit, ne unquam prolem procrearet: quos oculos appellat. Hic fuga inde ablatus, ad Peleum uenit, à quo in antrum Chironis ductus fuit. Ille simul ei ostendit filium suum Achillem qui ibi eruditebatur à Chirone, tradidit́q; eum illi per manum, addẽs, en tuum filium: adduc eum tecum, & in reliquum forma, perinde, ut addecet instituere charissimam prolem. Hactenus ille. Chiron, cùm Herculis exceptus hospitio pertractanti arma sagitta excidisset in pedem, Centaurea curatus dicitur: quare eam herbam alioqui Chironion uocant, Folia sunt lata, & oblonga, serrata ambitu, densa ab radice, caules ternũm cubitorum geniculati. Et in his capita sunt ceu papauerũ. Radix uasta, rubescens, tenera fragilisq;, ad bina cubita, madida, succo amara, eum quadam dulcedine. Et Panaces, Chironeon dictum, ab eodem Chirone repertum est, contra cicutam efficax.*

Celidæ

Gelido qui f.f.] Chironem quidam Sagittarium esse credunt, quod Centauri corpore figuretur, spectans occasum, & ueluti immittere sagittas incipiens. A pedibus usque ad humeros in hyemali circulo collocatus. Vnde à poëta gelido sidere fulgere dicitur. Caput eius solum extra eum circulum apparere uidetur. Arcus eius Lacteo circulo medius diuiditur. Ante pedes eius, corona quædam est stellis effecta. Occidit præceps, oritur directus. Habet autem stellas duas in capite, totidem in arcu: in sagitta extrema, unam, in dextro cubito unam: in priori manu unam: in uentre unam: in interscapilio duas: in cauda unam. in priori genu unam: in pede unam: in inferiori genu unam: in pollice unam. Verum his accedo, qui Chironem, Phillyridem Centaurum esse affirment (quam poëta sagittarium eum nuncupat) quippe, qui Saturni, & Phillyræ sit filius. Porrò quo pacto inter sidera sit relatus paulò suprà ostendimus. German. Cæsar.

» Inde per ingentes costas, per crura per armos,
» Nascitur intacta sonipes sub uirgine, dextra.
B Seu prædam è syluis portat, seu dona propinqua
» Placatura Deos, cultor Iouis admouet aræ.
» Hic erit ille pius Chiron, iustissimus unus
» Inter Nubigenas, & magni doctor Achillis.
» Sic humero medium scindens iter ætheris alti:
» Sic tenuem traxit nubem, stellas'ue recondit:
» Toto clarus equo, uenientes nunciat Euros.

Collocatur sic, ut in circulo Antarctico niti pedibus, humeris hyemalem sustinere uideatur. Proinde sidus geliditum rectè dicitur. Capite propè caudam Hydræ contingit. Hostiam dextra manu tenet supinam, quæ pedibus, & extremo ore circulum hyemalem contingit, inter eum, & Antarcticum circulum collocata. Crura Centauri à reliquo corpore diuidit circulus lacteus. Spectans ad ortus signorum totus occidit, Aquario, & Piscibus exortis. Oritur cum Scorpione, & Sagittario. Habet stellas tres supra caput obscuriores: in singulis humeris, singulas claras: in cubito sinistro, unam: in manu unam: in medio pectore equino unam: in prioribus poplitibus utrisq; singulas: in interscapilio, quatuor: in uentre, duas claras: in cauda, tres: in lumbo equino, unam: in genibus posterioribus singulas: in poplitibus singulas. Hostia habet in cauda C duas: in pede, ex posterioribus, primo unam: in utrisq; pedibus unam, in interscapilio unam claram: in priori parte pedum unam: infrà, alteram: in capite, tres. Pindarus Pythiorum Oda. 3.

» θέλων χείρωνά νε φιλυρίδαν
» ἐκ χρεῶν τᾶθ' ἁματέρας ἀπὸ γλώσσας
» οὐκ κοινὸν εὔξασθαι ἔπος,
» ζώειν τὸν ἀποιχόμενον
» ἀρανίδαν γόνον εὐ-
» φυέστατα κρόνᾳ.
» βάσσαισι τ' ἄρχειν πάλιν.
» φῶς ἀγρότερον
» νόον ἔχοντ' ἀνδρῶν φίλον. οἷ-
» ος ἐὼν ἤθρεψέ ποτε
» τέκνον ἀνωλυίας.
» ἄστρον γυαρκές & ἀσκλαπιόν.
» ἥρωα παντοδαπᾶν ἀλεκτῆρα. id est,

Lonicero interp. Optarim ego, communi hoc linguæ nostræ carmine, si res ita ferat, Chironē Phillyriden, cœlestē, lateq; moderantē Saturni prolē uita defunctū, modo reuiuiscere: eumq; in stabilibus Pelij montis habitare locis, agrestē quidem hominē, sed amico erga mortales animo. Qualis erat, cùm filium perfecta indolentia desiderabilē educauit Aesculapiū, heroēm illum, quorumuis morborū propulsatorē. Impetis Scor.] Quod exoriens cū Scorpione, & Sagittario, illum petere uideatur. Verū Chiron Phillyris nō figuratur arcu inter sidera, sed hostiā in sinu, leporemq; in extrema hasta gestans. Itaq; Sagittariū Centaurum hoc loco indicat qui orientē Scorpionē infestās, cum tenso arcu, & sagitta impositā oritur, ut præcedenti minari uideri possit. Scorpius enim cū Libra, siue Chelis, duorū signorū spatiū obtinet. Pendent enim Chelæ à primo dextrorū pedum. Hæmonio ar.] Thessalico arcu. Hæmois enim in Thessalia omnium primus regnauit, per id tēpus, quo Iosippus in Aegypto Pharaonī sua somnia interpretabatur, à quo terra ipsa Hæmonia nuncupata est. Hac tellure f.] Docuimus paulò antè, Thessalorum inuentū fuisse, pugnare ab equis, atq; ob id Cētauros partim humanā, partim equinā speciem procul spectantibus præbuisse, cum equi ora aquis immersa haberēt. Diximus Peletronū, frænа, ephippia, & strata equorum inuenisse. Bellerophontem equo uehi, ut author est Plin. lib. 7. cap. de inuentoribus rerū. Cæterum Q. Curtius classicus author est, Thessalos equites, Acarnanas, & Aetolos inuictā manum fuisse, & bello natā. Quod ipsum astruit, & Plato in Menone. Sed & Polybius conferto prælio equites Thessalos insuperabiles esse affirmat. Thessali omnū primi usi sunt acibus, ad rhombi speciē instructis, cuius rei ferunt Iasonem Thessalum authorē. Addamus hic, quia in Thessalica, commentatio incidit, de infamibus Thessalorum, & studijs, & moribus nonnulla, ut uitia etiam cum uirtutibus componantur. Perfidiæ in primis notabantur. Demosth. Olynthiaca prima. ἐπὶ τῶν Θετταλῶν, τῶν γὰρ ἄπιστα μέν ἦν διὰπαντὸς φύσει, καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις. id est, Inde Thessalica. Hæc enim natura infidā erant, & semper quidem omnibus mortalibus Thessalicæ alæ, de chlamydibus, qualibus utebantur Thessali manicatis φαιροδωτοῖς. In his, anguli proiecti, alarū quadam similitudine eminebant. Perfidia maximè malè audiebāt, ob Medeæ historiam ab Iasone descriptam, ut aiunt quidam, & in primis Vlpianus rhetor: siue quod bello Peloponnesiaco, ordinibus in acie mutatis, ab Athenienſibus ad Lacedæmonios transfugerint. Vnde prouerbio iactari cœpit. Thessala fides, de uana, & quæ in rebus honestis, nihil habeat pensi. Euripides, πολλοὶ μὲν ἦσαν, ἀλλ' ἄπιστοι Θετταλοί. hoc est, multi quidem erant, sed & perfidi Thessali. Plagium illis quoque ab Aristophane impingitur: & improbitas eorum libro 9. ab Herodoto taxatur. Thessala mulier, de uenefica, & malarum artium perita. Thessalorum commentum, de ijs, qui in acie locum deserunt: tum qui cultu delicatiore utuntur: tum qui dolis quempiam circumueniunt. Thessalorum fraudulentiam notat Euripid. in Phœnissis.

καί πως νοήσας ἐτεοκλῆς τὸ θεσσαλῶν “
εἰσήγαγε τὸ σόφισμ' ὁμιλίας χθονός. i. interp. Eraſ. “
Ac sentiens hoc Eteocles, mox Thessalam “
Adhibuit artem, gentis ob commercium. Idē alibi. “
πολλοὶ μὲν ἦσαν, ἀλλ' ἄπιστοι Θετταλοί. id est, “

Multis quidem aderat, lubrica tamen fide Grex Thessalorum.

Refertur etiā ad hunc modū paræmia. ἀεὶ γὰρ τὰ τῶν Θεσσαλῶν ἄπιστα. Semper enim res Thessalorū infidæ. Sed ista hactenus. Nunc ad ea, quæ sequuntur.

Primus ab æquorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes, bellis feralibus omen,
Exiliit, primus chalybem, frænosq; momordit,
Spumauitq; nouis Lapithæ domitoris habenis.
Prima fretum scindens Pagasæo littore pinus
Terrenum ignotas hominem proiecit in undas,
Primus Thessalicæ rector telluris Ionos
In formam calidæ percussit pondera massæ.
Fudit & argentum flammis, aurumq; moneta
Fregit, & immensis coxit fornacibus æra.
Illic (quod populos scelerata impegit in arma)
Diuitias numerare datum est, hinc maxima serpēs
Descendit Python, Cyrrhæaq; fluxit in antra,
Vnde & Thessalicæ ueniunt ad Pythia Laurus,
Impius hinc prolem superis immisit Aloeus,
Inseruit celsis propè se quum Pelion astris,
Sideribusq; uias incurrens abstulit Ossa.

Primus ab.] Ad inuenta Thessalorum trāsit à terræ eius primis cultoribus. Ac primum quidem equum, bellis natum omē, hic è saxis à Neptuno percussis, exiluisse canit. Hunc locum uariè torquent interpretes omnes, præter Micyllum, nunquam satis, ob eximiam eruditionē laudatum. Quidam exponunt ad hunc modum. Hic Cadmū sæuisse Martios Draconis dentes, unde Terrigenæ statim orti, inuicē mutuis uulneribus confecerint. Verum ista fabula de Bœotia memoratur, nō Thessalia, & peculiariter de Cadmi progenie narrat poëticè. Etenim terrigenæ illi uiri in quos is incidit, Palæphatus uicinarū gentium incolas fuisse existimat, in quos is uir incidit. qui in Cadmum subitò conspirassent, quare è terra erupisse crediti fuēre. Deinde, Lucanus loquitur de equo, belli omine, qui è saxo in Thessalia uerberato, exiluerit. Proinde, ea expositio huc nihil quadrat. Sulpitius ita exponit, ut eius explicationē ad uerbum adscribam. Equus primum natus est, inquit, in Thessalia, cùm Neptunus cum Pallade certans de nomine imponendo Athenis, trīdente saxum Thessalum percussit. Conuenerat autem inter eos, ut à præstantia rei, quæ nasceretur ex ictu ipsorum uictoriam consequerentur: illa percussa terra, cùm olea apparuisset, uictrix euasit. Hæc Sulpitius. Debuisset eodem etiam commento addidisse, Neptunum saxum sua cuspide uerberasse, unde eruperit equus. Primum fabula loco non conuenit, cum dicat Lucanus saxum in Thessalia tactum, equum fudisse, cum altera fabula doceat de Attica. Et ut fabulemur etiam cum poëtis, hic quidam equinum caput à Neptuno inuentum, & oleam à Minerua. ferunt, quamobrem hanc de suo nomine Ἀθήνης, Athenas urbe appellasse. Herodot. certè non equum circa Athenas, sed mare in certamine illo nobili fuisse. Verba Herodoti sunt οὐρανίας, ἐγὶ ἐν τῇ ἀκροπόλει ταύτῃ ἐρισχθῆ, τῷ γυγενέϊ λεγομένου εἶναι, νηός. ἐν τῷ ἐλαίῃ τε, καὶ θάλασσα ἔνι, τὰ δὲ μάγ ὑπὲρ ἀθηναίων, ποσειδέωνά τε, καὶ ἀθήνην ἐρίσαντες περὶ τῆς χώρης μαρτύρια θέσθαι. hoc est. In hac arce est Erechthei terrigenæ, ut aiunt, templum, in quo oleæ est, & uis aquæ scaturientis. Et fabulantur apud Atheniēses, Neptunum, & Mineruam certasse, ac loci testimonia posuisse. Hanc fabulam ita exponunt Mythologici, Cecropis temporibus oleam in arce, quæ postea Palladi dicata fuit, sponte enatam, nec multum inde loco diuerso fontis scaturiginem emicuisse. Cecrops his prodigijs commotus, ad Delphicum oraculum misit, Pythia uates respondit, Mineruam per oleam significari, in cuius tutela ea arbor esset, uim scaturientis aquæ, Neptunum: esse autem in arbitrio ciuium, ab utrius nomine appellatum uellent nouum oppidum. Erat tum Atticorum moris, ut mulieres promiscuè, unà cum uiris suffragia mitterēt. Itaque omni multitudine in comitium uocata, cùm mulieres Mineruæ, & uiri Neptuno dijs fauerent: euenit ut plures fœminæ in Attica fuerint inuentæ, quàm uiri: & eam ob rem, urbi, à Minerua, quæ ἀθήνη Græcè dicitur, nomen datum fuerit. Sed hæc res. siue historia sit, siue fabula, nihil ad præsentem institutum facit. Addam & aliud cōmentum, sed locum repugnat, & euentus. Apud Arcadas fabulantur Cererem quærentem filiam à Neptuno adamatam, & cum illa concubitum recusassset, ferunt se equam transformasse: atque idem etiam facilitasse, Neptunum, unde natum Arionem fabulantur. Atque hinc ab Arcadibus Neptunum Hippium uocari. Sed Pindari interpres hunc locū poëtæ Lyrici explicās. ποσειδῶν ποσειδῶν & πετραίε. id est, Nate Petraei Neptuni. τιμᾶται, inquit, ποσειδῶν πετραῖος & πεῤῥαιβοῖοις, ὅτι διατεμὼν τὰ ὄρη θετταλικὰ, λέγωσι τὸ πέλαγος πεποίηκε. διὸ αὐτῷ ἐπιτρέχειν πολὺν πάντα πεποίηκε, πρότερον διὰ μέσης τῆς πελασγιώτιδος ῥέοντα. hoc est, Colitur apud Thessalos Neptunus Petraeus, ut qui montes Thessaliæ medios dimiserit, Tempe, inquam effecit, ut per ea amnis Peneus flueret, qui antea per mediam urbem labebatur. Sonipes omen.] Appositio. Primus chal.] Nam illorum inuentum fuit, ab equis pugnare. Hinc semper præstantissimi in bello equites fuēre Thessali, quorum, ut Agrianorum uirtute maximè postea usus fuit aduersus Darium Alexander. Certè Homerus, cùm uellet ostendere, qui inter duces uirtute, & equorum strenuitate præstiterint, excellentiæ laudem ita Eumelo tribuit, ut Achillem Thessalum excipiat, tum ipsum, tum ipsius equos, in quibus omnia, quod ad præstantiam, incomparabilia essent. Certè Thessalicis equis tribuit primas. Quare cùm in fine Iliad. uellet Diomedem in funebri certamine uictorem declarare, implorat poëta Mineruæ opem, ut uictoriæ Eumeli resisteret. Itaque iugo fracto ipse è curru excutitur, & uix tandem post alios omnes ad metam peruenit. ἕλκων ἅρματα καλὰ ἐλαύνειν προσόθεν ἵππους. Addē, quod oraculum Thessalicum equitatum alijs præferat: id autem est huiusmodi.

γαίης μὲν πάσης τὸ πελάσγιον ἄργος ἄμεινον
ἵπποι θεσσαλικαὶ, λακεδαίμονιαί τε γυναῖκες.
ἄνδρες δ' οἱ πίνουσιν ὕδωρ καλῶς ἀρεθόωσι.
ἀλλ' ἔτι τῶν δ' εἰσὶν ἀμείνονες, οἵτε μεσηγὺ
τίρυνθ' & ναίουσι, καὶ ἀρκαδίης πολυμήλου
ἀργεῖ' ἀενθώρηκες κέντρα πολέμοιο.
ὑμεῖς δ' ὦ μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
οὔτε δυωδέκατοι, οὐδ' ἐν λόγῳ, οὐδ' ἐν ἀριθμῷ.

hoc est, Camerario interprete.

Toto alijs terris prius orbe Pelasgicon Argos,
Thessalicæ sed equæ, Sed Spartæ fœmina ciuis,

At

At bibitur quibus unda uiri præstant Arethusæ,
Quos etiam superant inter Tyrinthia sedes
Oppida quæ tenet Arcadiam & Argiua iuuentus,
Lintheus in Martis quos armat prælia thorax.
At uos ô Megarûm colitis qui mœnia, nec iam
Tertia pars, nec quarta manet, quin bis nec sexta,
Quorum non numerus, natio non ulla putatur.
Tribuitur etiam alicubi Thracijs equis palma. Fre-
nos &.] Plinius de inuentoribus rerum lib. 7. cap. 56. Pu-
gnare ex equo, Thessalos, qui Centauri appellati sunt, ha
bitantes secundum Pelium montem. Frenos, & strata e-
quorum, Peletronium. Lapithæ d. h.] Lapithæ à La-
pitha Apollonis filia creduntur & originem duxisse, & o
minati, qui secundum Othryn habitabant in Thessa-
lia. Hic perpetuum ferè bellum erat cum Centauris, sed
primum omnium cum Ixione, cum Pirithoo deinde: u-
terq; illos suis sedibus expulere: adeoq; Centaurus etiam
eos è Pelio fugauit, concesitq; illis campestria inhabitan
da. Eli domuisse equos primi existimãtur, ut testatur. Ver
gil. lib. Georg. 3.

Frena Peletromi Lapithæ, gyrosq; dedere.
Impositi dorso atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.
Aequus uterq; labor æquè iuuenemq; magistri
Exquirunt, calidumq; animis, & cursibus acrem.

Prima fre.] Multis suprà retulimus Argo nauium lon
garum primam, ad Pagasas in ora Magnesiæ structam,
tentasse mare, in qua Argonautæ Colchos uecti fuerunt:
quare poëta terrenum hominem, id est, sonem cum ma
gna horum manu in undas proiectum, hoc est, mare in-
gressum primum miratur ex Thessalia. Thessa t. rec.]
Ionus.] Ionum, dicit interpres, Apollinis filium fuisse,
ac regnasse in Thessalia, & ut fuit auarus, primum per
cussisse monetam auream, argenteamq;. Nos uerò alibi
demonstrauimus, Ionum Dyrrhachi filium fuisse, qui ab
Hercule, ab adolescentis patre, rediens ex Hispania, cum
in agri portionem adscitus fuisset, in pugna aduersus ho-
stes, cæsus per imprudentiam occubuit, corpusq; eius ab
eodem in mare proiectum, quo eius memoriam ita pro-
pagarat. Sed Solinus mare Ionium dictum autumat, ab
extrema Italiæ regiuncula. Lycoph. ab errore Ius, Inachi
filiæ. Rursum aliqui ab Ionum naufragio. Nonnulli ab
Ione quodam Adriæ patre, qui inde mari Hadriatico no
men imposuit. Ista fusius à nobis alibi dicta sunt. Sed
cum ex his liqueat, Ionum non in Tessalia, sed in Illyrio
cum patre Dyrrhachio regnasse, nulli dubium est, erro-
rem esse in scriptura. Proinde diuersam lectionem te-
nendam censeo, quæ habet Ithonos, siue Itonos, siue Itho-
mos. Iton fuit in Phthiotide, Thessaliæ regione, oppi-
dum, monumentum Itonil regis, ubi Crocium campum
fluuius Amphrysus rigat. Vnde Pallas Minerua Itho-
nia dicitur, quod hoc loco eximium templum habuerit,
& magnis honoribus ibi coleretur. qualem etiã in Bœo-
tia habebat eadem. Ithome uerò, oppidum est in Phthio-
tide Thessaliæ. Est & aliud in agro Messeniaco, quam
Lacedæmonij post 10. annorum obsidionem in deditio-
nem demum acceperunt. Stat. lib. 4. Theb.

Phanaq; Messene, montanaq; nutrit Ithome.

Huius meminit & Thucyd. libro secundo. Demetrius
Phalereus, Philippo Demetrij filio dixisse fertur, oporte-
re eum has duas prius urbes (Ithomen, & Corinthum)
tenere, si cuperet sub suam ditionem Peloponnesum re-
digere. Tenere prius utrum q; cornu, quàm bouem obtine-
ret. Nunc de Itono, quid authores prodiderunt, inuestiga-
gemus. Stephanus Ithomum alterum Thessalum he-
roëm uocat, à quo, ut modò memini, oppidum Iton, siue
Itome conditum fuit. Pausanias in Bœoticis. Βοιωτοῦ
δὲ, τὸ μὲν πᾶν ἔθνος ἀπὸ Βοιωτοῦ τὸ ὄνομα ἴσχη-
κεν· τὸν δὲ Ἰτώνου παῖδα, καὶ νύμφης Μελανίππης. Ἰτω-
νον δὲ, ἀμφικτύονος εἶναι λέγουσι. Item alibi in Eliacis,
βασιλεῦσαι πρῶτον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ λέγουσιν Αἴθλιον. παῖδα δὲ αὐτὸν εἶναι Διός τε, καὶ πρωτογε-
νείας τῆς Δευκολίωνος, Αἰθλίου δὲ, ἐνδυμίωνα γενέ-
σθαι. τούτου τὸν ἐνδυμίωνος σελήνην φασὶν ἐρᾶσθῆναι,
καὶ ὡς θυγατέρες αὐτῷ γένοντο ἐκ τῆς θεοῦ πεντή-
κοντα. οἱ δὲ ἧττόν τι εἰκότα λέγοντες, ἐνδυμίω-
να λαβόντι Ἀστεροδίαν γυναῖκα. οἱ δὲ τὸν Ἰτώνου τοῦ
Ἀμφικτύονος καὶ Χρομίας, ἄλλοι ὑπερίππαν τὸν Ἀρκά-
δα. id est, Gens uniuersa Bœotorum nomen sortita est
à Bœoto Itoni, & Melanippes filio. Itonum uerò ferunt
Amphictyonis fuisse. Et in Eliacis. Aiunt in hac terrâ
omnium primum regnasse Aëthlium, eumq; filium Io-
uis, & Protogeniæ Deucalionis fuisse. Aëthlium Endy-
mionem procreasse. Hunc uerò Endymionem à Luna
adamatum: ut filiæ illi fuerint ex Dea, quinquaginta.
Alij uerò, qui uerisimiliora referunt, Endymioni ex
Asterodia uxore ducta. Nonnulli Chromiam Itoni qui
Amphictyonis fuit: alij Hermippen, quæ ex Arcada pro-
gnata fuit. Hactenus Pausanias, quæ etiam Micyllus
diligenter annotauit. Fuit autem Amphictyon Deuca-
lionis, Et Deucalion Thessalis imperauit, in qua terrâ
Græcus rex regnauit & Hellen Deucalionis filius. Pro-
inde Itonos tenendum existimo. Quin & illud hoc lo-
co minime prætereundum censeo, ex septuaginta Her-
culis filijs, quos reliquit (ut quidam tradunt) Ithoneum ex Paphyra suscepit, qui in Bœotia regnauit, ubi
Ithonem condidit. Hunc ostendi à quibusdam non Itho-
neum, sed Ithomum dici. Quanquam & in Macedo-
nia Ithone urbs traditur fuisse.

Signauit pond. ca.] Percusiit duream, argenteamq;
monetam omnium primus, & metalla è terræ uenis ef-
fodit, & cocta in massas fundit. Illic quod p.] id
quod in ea non solum terra, uerumetiã toto orbe ad bel-
la nefaria homines impellit, quorum si nullus esset usus,
nulla furta, nulla latrocinia exercerentur. Hic maxima
s. Pyth.] In Thessalia, inquit, terribilis ille serpens Py-
thon apparuit, à πύθω putredine, quod ex putredine
terræ post diluuium Deucalionis natus fuerit. Hinc A-
pollo Pythius dictus est, quod eum serpentem à Iunone
immissum in prima infantia interfecerit sagittis: siue à
πυνθάνομαι consulto, interrogo: à quo Phœbades
Pythiæ uates dicuntur. Et Pythia, orum, ludi Apolli-
nares, in Apollinis instituti, ob cædem serpentis Pytho-
nis pestilentissimi: aut (ut est apud Strabo. libro nono.)
Draconis sceleratissimi hominis. Huius serpentis corio
sacer ille tripus Delphis, in quem uates uaticinatura des-
cendebat, contectus erat. Fluxit in an. Cyr.] Del-
phicum antrum petiuit. Alibi diximus, Cirrham oppi-
dum Phocidis esse, ad radicem montis Parnassii. Vn-
de ipse Apollo Cirrhæus, & Laurus Cirrhæa dicitur.

Thessal. laud.] Ex Thessalia, inquit, Delphos mit-
tuntur Laurus ad sacra Apollinis, non è Delphis.

Impius Aloeus.] Hunc Titanis, & Terræ filium fu-
isse fabulantur, cuius uxor Iphimedia à Neptuno per

uitium ſtupri oblatũ gemellos peperit, Otum, & Ephialten, quos Aloeus ab infantia pro ſuis educauit, à quo etiã patronymica uoce Aloidæ dictæ fuere. Hi cũ auxiliũ Gigantibus ſuperis bellum facientibus ferrent, Apollinis, & Dianæ ſagittis confecti fuerunt. Maro lib. Aeneid. 6.

" Hic & Aloidas geminos immania uidi
" Corpora qui manibus magnum reſcindere cœlum
" Aggreſſi, ſuperiſq; Iouem detrudere regnis.

Hom. Odyſſ. 11. refert Vlyſſem apud inferos Iphimediã Aloei uxorem uidiſſe, quæ cum Neptuno ſe rem habuiſſe inſolenter iactitarat. Hæc pepererat duas proles gemellas quidẽ, ſed quæ non diu ſuperſtites erant futuræ, Otum, & Ephialten. Hos Tellus omnium mortaliũ proceriſſimos procrearat, & poſt Orionẽ etiã longè pulcherrimos. Nã nonũ ætatis annum ingreſſi, nouẽ ulnas longi, lati totidẽ cubitos dicebãtur: ac tum Dijs immortalib. bellũ minari cœperunt. Primũ Oſſan Olympo aggreſſi ſunt ſuperimponere: inde ambobus Pelion accumulare, ut per eos montes aſcenſum in cœlũ ſibi pararẽt. Atq; effeciſſent id quidẽ, ſi minores euaſiſſent. Sed utrunq; Apollo ſagittis confecit, antequam pubeſcerent. Hæc hominum mõſtra procreauit Theſſalia, ut & Lapithas, & Centauros. Proles.] Otum, & Ephialten, gemellos fratres qui ab Aloëo, Aloidæ dicti fuerunt, quibus cãm ſingulis menſibus nouem manus adnaſcerentur, poſtea Gigantibus contra Iouem ſuppetias tulêre. Pelion.] De Theſſaliæ montibus ſuprà diſſeruimus. Vbi Pelion, inquit, propemodum ad cœlum uſq; uertice ſuo peruenîret, Oſſa Pelio impoſita continuit orbes cœli, ne uerterentur, & ſtellæ uias ſuas currerent, & meatum naturalem retinerent.

Hac ubi.] Hactenus in rebus Theſſalicis copioſè uerſatus ad hiſtoriam redit, & primũ quidẽ ad Sextũ Pompeium trãſit, qui quantopere cũ aliquo mulitũ uulgò de euẽtu belli fuerit ſolicitus, enarrat. Quem quia præſcire uehementer cupiebat, quod oraculũ, & quæ non conſuluerit, deſcribit. Hac tellure.] hic in Theſſalia Pompeius, et Cæſar caſtra locarant, quã ob id damnatam fatis dicit, quod ea clade P. R. nobilitanda eſſet. Mens præſa.] id eſt, omnes ſolicitii erant de euentu futuræ pugnæ, quæ cũ eſſet incerta, quo inclinaret ſperabant, ſimul & metuebant. Palàm.] Et certò cõſtabat, inſtare prælium, neq; diu futurũ, quin in pugnã deſcẽderetur, atq; de ſumma rei omnib. utrimq; copijs dimicaretur. Propius iam f.] Singulis propè horis fatalẽ diem propius adeſſe, qui uictorẽ, ac victum declararet. Peiorq; uer.] ſemper deteriorẽ partẽ ſibi quiſq; metui, id quod ſequenti uerſu luculenter redditur, paucos fuiſſe, qui bene de euentu futuræ pugnæ ominarentur. Sextus miſtus.] Et inter meticuloſos illos erat etiã Sextus Pomp. qui non ſolum à paternis uirtutib. poſtea degenerauit, uerumetiam illius triumphos deſœdauit, cum piraticã in Siculo freto exerceret. Hũc ſcribit magicas artes ſolicitaſſe ad cognoſcendũ caſum, & aleã belli. Qui mox.] Qui paulò pòſt, patria exul pirata fuit factus in mari Siculo, & Libyco. Sextus Pomp. poſt fratris interitũ in Hiſpania ad Mundam à Cæſare neglectus, (quia admodũ adoleſcens erat) poſt eam dimicationẽ, primo ignotus circa littora Oceani cũ paucis piraticã exercuit, Paulò pòſt agnitus breui magnã hominũ manum contraxit, & claſſe ſupra modum auctа, terribilis eſſe cœpit Iberiæ. Cæſar antequã eſſet interfectus, miſit Carinã quendã, qui audaces illius conatus frangeret, ſed fruſtrà. Cæſare interim Romæ interfecto, nauibus, quas in Hiſpania reliquerat repetitis, alijſq; undique cõtractis, cum numeroſa cloſſe Siciliã petiuit. Bithinicũ obſedit, ſibi inſulã tradere recuſantẽ. Qua recepta claſſem multò opulentiorem inſtruxit illo exercitu, qui quotidie ex Italia triumuirorum metu, ad eum confluxit. Mittitur Saluidienus aduerſus eum cum exercitu ab Octauio, qui cum pedeſtrib. copijs circa Rhegium ſubſedit. Pugnatur in freto Siculo, ſed ancipiti prælio, cũ Octauius ab Antonio Brũduſium accerſitur. Sed iſta ſatis ſunto de pirata Siculo Sexto Pompeio.

Hac ubi damnata fatis tellure locarunt
Caſtra Duces, cunctos belli præſaga futuri
Mens agitat, ſummiſq; grauem diſcriminis horam
Aduentare palàm eſt. propius iam fata moueri
Degeneres trepidant animi, peiorq; uerſant.
Ad dubios pauci præſumpto robore caſus,
Spemq;, metumq; ferunt. turbæ ſed miſtus incerti
Sextus erat, Magno proles indigna parente.
Qui mox Scyllæis exul graſſatus in undis,
Polluit æquoreos Siculus pirata triumphos.
Qui ſtimulante metu fati prænoſcere curſus,
Impatiensq; moræ uenturiſq; omnibus æger,
Non Tripodas Deli, non Pythia conſulit antra,
Non quæſiſſe libet, primis qui è frugibus altrix
Ore Iouis Dodona ſonet, quis noſcere fibra
Fata queat, quis prodat aues, quis fulgura cœli
Seruet, & Aſſyria ſcrutetur fidera cura.

Aequoreos tri.] Nam pater piratas Siculos terra mariq; perſequutus fuit, uicitq;, & de ijs triumphauit.

Qui ſtimulante metu.] Sextus metu exitus futuræ pugnæ, uehementer cupiebat eius euentum prænoſcere.

Non tripod.] Enumerat ſpecies aliquot oraculorum, ac diuinationum, quibus futura præſentiuntur, quæ Sextus Pompeius tamen non conſuluit. Tripod.] Non conſuluit oraculum Delphicum aut Deliacum, quod omnium toto orbem celeberrimum, & ueriſtimum habebatur, unde quicquid uehementer uerum credi uolumus, ex tripode dictum, dicere ſolemus. De tripode autẽ, quid ſit, alibi fuſiùs eſt explicatum. Deli.] pro Delij, Apollinis figuratè. Pythia an.] non Delphicum tripodem, ac Cortinam, in quam Pythia uates reſponſura deſcendebat. Neq; hoc antrum conſulebat. Antra pro antrum. Dodona al. pr fru.] Quod Dodonam altricem frugibus dicat, in cauſa eſt, quod arbores glandiferæ nutrices inopis, & ferè ſortis mortalium uictum aluerint initio. In Dodona ſylua glandifera eſt memorabilis, unde Maro proxima regione Chaonia, epitheticè glãdẽ Chaoniam nuncupat lib. 1. Georg.

" Veſtro ſi munere tellus
" Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta. Eſt autẽ

Chaonia Epiri regio, ubi Moloſſi, ubi Theſprotij. In his regionib. fuit Dodona urbs celebris oraculo Iouis Dodonæi. Pauſanias hãc in Theſprotide ſtatuit, cui aſſentitur Homeri interpres li. 2. Iliad. Strabo, Plinius, Mela, in Moloſſide collocant, eumq; locum ſitum ad Septentrionem The-

A Thesprotidis, templumq; ibi Iouis, ubi ex quercu oraculũ Iouis Dodonæi erat. Hanc autem urbem dictam uolunt à Dodone nympha Oceanitide: nonnulli à Dodone Iouis, & Europæ. Ipsam urbem sine discrimine Dodonem, siue Dodonam nuncupant. Hoc q; oraculum celebre toto orbe erat. Herodo. in Euterpe tradit hoc inter omnia Græciæ oracula fuisse antiquissimum de cuius origine, quid referat, non pigebit adscribere, τάδε λωβωνεώων φάτιος τῶν ἀγυπτίων ἀναπεπταμένας. τὴν μὲν ἀνθρώπου ἐς λιβύην, τὴν δὲ παρὰ σφέας ἀπονέεσθαι. ἐσσομένην δὲ τὴν ἐπὶ φηγὸν αὐλίζεσθαι φωνὴ ἀνθρωπηίη, καὶ χρεὼν εἶη μαντήιον αὐτόθι δίους γενέσθαι, τὸ δὲ τοῖσι, καὶ ὃς ἐκ τούτου ποιῆσαι. τὴν δ' ἐς τοὺς λιβύας ἰοῦσαν πελεῦσαι τὰς λίβυας ποιέειν. ἔστι δὲ καὶ τούτου δεῦρο. id est, Duæ fusci coloris columbæ uno tempore ex Aegypto deuolarunt, quarum una in Africam, altera ad ipsos (in Epirum) uenerit. Hæc fago insidens humana uoce loqui cœpit: in eo loco Iouis oraculum condi oportere: sęq; interpretem futuram, inquit, fore, ut ea, quæ ibi prodita essent, certò euenirent. Pari ratione eam, quæ in Libyam delata fuit, aiunt Ammonis oraculũ Aphros cõdere iussisse. Est enim & hoc ipsum Iouis. Idem author eodem loco multa alia annotauit, de Dodonæorum sacerdotibus, & columbis, quæ hoc loco nõ operæ est referre. Cæterum duas barbaras fuisse mulieres, quæ à uocis stridore columbæ dictæ fuêre. Mirum ni spiritus hæ colũbæ impuri fuerint. qui ea specie Africæ, & Europæ uno tempore sunt insidiati, ut cæcos mortalium animos tenebris abundè inuolutos maiorib. immergerent. Ab hoc dæmone è fago, uel, ut alijs è quereu uaticinante Alexander Molossicus, & multi alij mortales turpiter decepti fuerunt. Alibi (si rectè memini) de ære Dodonæo, & parœmia annotaui. Non igitur libuit Sex. Pomp. ne hoc quidem oraculum Iouis Dodonæi, de pugnæ euentu consulere. Et per enallagen temporis, quæsisse, dixit, pro quærere. Quis prodata] Recusat auspicia, & augurià consulere. Inter diuinationum species, auspicia recensentur, quæ à Græcis οἰωνοσκοπίαι. id est, diuinationes ex auibus dicuntur: cuiusmodi est item augurandi scientia, à garritu, cantu, uolatu, et gustatu. Cùm enim pullis gallinaceis è caueis productis cibus porrigeretur, si eum non caperent, calamitatem portendebat, aut tripudium solistimum. De augurandi scientia multa Cicero in libro de legibus. Ipsa autẽ ars peruetusta est, & à Chaldæis profecta, primum ad Græcos, inde ad Hetruscos, ab Hetruscis ad postremum ad Latinos dimanauit. *Augurandi artem Caras quidam inuenit, ut Aruspicium Delphus, Ignispicium Amphiaraus, Auspicium Tiresias Thebanus. Interpretationem somniorum, & ostẽtorum Amphictyon. Atlas Astronomiam. Homeri enarrator libro 1. manticen in tres diuidit species: in auspicia, contemplationem siderum, & diuinandi scientiam ex somnijs. Sed Cicero summatim omnem diuinationem in duas diuidit species, in fũrorem, ut in afflatis uidere est, & in artem: ut in auspicijs, augurijs, somniorum interpretamentis, & fulgetrorum peritia.* Quis nosce. fib.] *Non consulit Aruspices, quam artem diuinus à Delpho inuentam, qua ex extis, & intestinis cæsarum hostiarum futura diuinantur.* Quis ful. cæ. s.] *non fulgetrorum peritos adit, ut ab ijs aliquid certi noscat. Cicero Diuinat. primo. Vtar igitur, nec adducar, ut reor, aut in extis totam Hetruriam delirare, aut eandem gentem in fulguribus errare. Vt augurales, ita & fulgurales libri habebantur.* Et Assyria scru.] *Non Astrologos adhibuit in consilium, qui è cursu, & coniunctione planetarum, & signorum futura denunciant. Huius sideralis scientiæ luppiter Belus apud Babilonios, caput Chaldaicarum gentium, ut Astronomiæ Atlas, inuentor fuit. Cicero Diuinat. primo. Vt enim Aegyptij ut Babilonij in camporum patentium æquoribus habitantes, quum ex terra nihil emineret, quod contemplationi cœli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. Hetrusci autem, quod religione imbuti, studiosius, & crebrius hostias immolabant, extorum cognitioni maximè se dediderunt, quodq; propter aëris crasitudinem, de cœlo apud eos multa fiebant: quodq; ob eandem caussam, multa inusitata, partim è cœlo, alia ex terra oriebantur.* Hucusque Cicero Plinius quatuor tradit sectas Astrologiæ fuisse. Chaldæam, Aegyptiam Græcam, & quartã, cuius Cæsar fuerit author. *Est & diuinatio quædam, quam Græci pyromantiam appellant, quæ per ignem fit, quando obseruatur, quid fulgur, fulmen ue, quid alia quæuis ignea potestas significet. In tantum creuit Magorum quondam uanitas, ut & siderum obseruatione, & artibus quibusdam rerum, & uerborum maleficijs, scire se omnia, & posse profiterentur. Huius generis fuit et aëromantia, quæ fit per aërem, quoties ex auium uolatu, gustu, cantu, aut uentorũ, imbrium, grandinumq; insueta procella aliquid præsentire uolunt. Huc etiã pertinet Hydromãtia, quæ fit ex aqua. Geomantia, quæ fit per signa quædam raptum in terra facta, aut per disparsas arenas. Chiromantia, ex inspectione lineamentorum manus. Et Necromantia, de qua mox dicetur.*

Aut si quid taci.] *Aut si qua erat alia diuinandi ratio tacita, quæ nullis uerborum ambagibus aut murmure fiebat, quales paulò antè retulimus.*

Aut si quid tacitum: sed fas erat ille superuis
Detestanda Deis, sæuorum arcana Magorum
Nouerat, & tristes sacris feralibus aras,
Vmbrarum, Ditisq; fidem, miserq; liquebat
Scire parum superos, uanum, sæuumq; furorem
Adiuuat ipse locus, uicinaq; mœnia castris
Aemonidum, ficti quas nulla licentia monstri
Transierat, quarum, quicquid nõ audierat, ars est.
Thessala quinetiam tellus, herbasq; nocentes
Rupibus ingenuit, sensuraq; saxa canentes
Arcanum ferale, magos. ibi plurima surgunt
Vim factura Deis, & terris. hospita Colchis
Legit in Aemonijs, quas non aduexerat, herbas.

Ille super.] *Verum Sex nouerat quædam arcana sacra fieri, & oracula ore reddi, quæ superi Dij detestarentur, eaq; arcana esse magica.* Magorum.] *id est, necromanticorum. Magus persica uoce, sapiẽtem signat: easq; uocant suos magos, quos Græci philosophos: Latini sapientes: Galli Druydas: prophetas Aegyptij: Indi Gymnosophistas. Sed magia posteris temporibus in infamem appellationem*

lationem conceſsit. Huius duas potiſsimum ſpecies faciunt: unam infamem, & immundorum ſpirituum auxilio uſurpatam, quæ à Goëtia, id eſt, quæ incantationibus, & carminib. ueneficis exercetur, quæ honeſto uocabulo Theurgia dicitur etiam: altera, ea eſt quam multi philoſophiam naturalem uocant. Goëtiæ libros, damnatæ lectionis uocat Vlpianus Iuriſconſ. Quæ uerò propriè magia dicitur, perfecta eſt, & abſtruſæ ſcientiæ uis. Goëtia legũ ſcitis exterminata eſt. Plin. magicam artem fraudulentiſs. uocat, adeoq; è medicina profluxiſſe credit in Perſis de ortam à Zoroaſtre, qui ſex milibus annorum ante Platonis mortem fuiſſe proditur ab Eudoxo. Vicies centena milia uerſuum condita ab eo ſcripſit Hermippus. Idẽ Pli. ex Hoſtane affirmat. plures eſſe magiæ ſpecies & præter ſuprà memoratas, etiam ex ſphæris, lucernis, peluibus, & ſecuribus. Præterea, ex umbrarum, & inferorum colloquijs, de quibus mox dicetur, quæ omnia Nero uana, & falſa comperit. Magicas herbas primi in noſtro orbe celebrauere Pythagoras, & Democritus. Triſtes fac. ſ.] Nouerat item aras umbrarum, horrorem facientes infernalibus ſuis, & diris ſacris, quibus mortui euocentur. Et fidem etiam Ditis, hoc eſt, Plutonis: Cui perſuaſum erat, nullam aut paruam admodum eſſe oraculorum fidem in ſuperis, ac proinde nihil certi ab ys ſe accepturum. Vanum ſæ.f.] Verum cùm animum in omnes uerſaret partes, ipſa Theſſalia, in qua caſtra erant Ducum, furibundam mentem trahebat, monſtrabatq; ei aliam ſpeciem uaticinij ex mortuis. Vicinaq; mœ.c.] Pharſali, in cuius conſpectu caſtra poſita erant, Theſſaliam omniũ monſtrorum fœcundam eſſe, proinde facile inuenturum ſe ueneficam, quæ impuri ſpiritus afflatu, aut umbræ alicuius uoce futura denunciaret. Aemonidas Theſſalas ueneficas dicit. Tranſierat.] quas ueneficas nulla magiæ ſpecies latebat, nullũ ueneficij, aut incantamenti genus præteribat. Quarum quicq] Quæ etiam artes tenent, quæ incredibiles ſunt. Tenent artes, quæ fidem excedunt. Cuiuſmodi etiam ſunt illa, quæ poëtæ de uarijs ueneficis canunt, ut carminibus homines in bruta poſſe mutare, meſſes in alios agros poſſe traducere: elementa cõcutere: turbare humanas mentes: carminis ui interimere. Maro.

» Carmina uel cœlo poſſunt deducere lunã. Idẽ alibi.
» Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis
Ouid. de Medea.
» Cum uolui, ripis mirantibus amnes
» In fontes redire ſuos, concuſſaq; ſiſto,
» Stantia concutio cantu freta, nubila pello,
» Nubilaq; induco, uentos abigoq; cogoq;:
» Viuaq; ſaxa ſua, conuulſaq; robora terra,
» Et ſyluas moueo iubeoq; trem ſcere montes.
» Et mugire ſolum, manesq; exire ſepulchris,
» Te quoq; luna traho. Naſo.
» Carmine læſa Ceres ſterilem uaneſcit in herbam,
» Deficiunt læſi carmine fontis aquæ.
» Ilicibus glandes, cantataq; uitibus uua
» Decidit, & nullo poma mouente fluunt.
» Tibullus de maga:
» Hanc ego de cœlo ducentem ſidera uidi,
» Fluminis hæc rapidi carmine uertit iter,
» Hæc cantu ſindit q; ſolum, manesq; ſepulchris
» Elicet, & tepido deuocat oſſa rogo.
» Dum libet, hæc triſtis depellit nubila cœlo,
» Cum libet æſtiuo, conuocat orbe niues.

Et inter leges 12. Tab. hæ erant, Qui fruges excantaſſet. Ne' ue alienã ſegetem pellexeris. Hæc, & alia multa incredibilia ſunt, & tamen qua ſunt arte, ſe poſſe præſtare rentur. Theſſala tell.] Theſſaliam herbarum ueneficarum referiam canit, atq; hinc etiam factum, quòd, cùm fœminæ uiris ueneficiorum ſint peritiores, ea terra ueneficis mulieribus ſemper fuerit infamis. Quare Menander poëta, qui in illis regionibus genitus proditur, fabulam, ambages mulierum Lunam detrahentium complexam, Theſſalam corum Lunam detrahentium complexam, Theſſalam cognominauit Veneficæ maximè utebãtur rhombis, ad deducendam Lunam, in Theſſalia. Martial.

Quæ nũc Theſſalico lunã deducere rhõbo. Idẽ alibi. "
Numerare quis pigri damna poſsit ſomni, "
Dicere quot æra uerberent manus urbis, "
Cum ſecta coloo luna uapulat rhombo "
Solebant ad deducendam lunam ærem percutere ſagæ noctu. Ouid. "
Themeſaq; concuſſit æra.
Theoc. in Pharma. de uenefica, quæ rhombo ſuis uſa, in alliciendo adoleſcente in amorem ſui.
ὡς ἄνεμος τόδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ ἀφροδίτας. hoc eſt, "
ὡς νεῦ & ἄνεμος πόθ' ἑὸν ἔμμεναι ἔνδοθι δῶμα. "
Vertitur hic rhombus uelut æneus, huc ita amator "
Ocyus ante fores noſtras uertatur, & adſit.

Herbasq; no.r.] Magicas dicit, quæ re uera nocentiſsimæ ſunt. Recenſentur maximè à Plinio hæ. Coriaceſia, & Callicia, quibus Pythagoras aquam glaciari tradit. Corinthas, cuius decocto in aqua ſuceo, ſerpentum ictus curentur, ſi foueantur. Et qui ueſtigio in herba effuſum contigerint, aut reſperſi fuerint, inſanabiles pereunt. Aproxis, herba, cuius radix perinde ut naphtha ex interualo ignem concipit. Si florente Aproxi, corpora humana in mortem inciderint, quamuis ſenatus, admonitionem eius ſentit, ubi iterum florere cœperit. Aglaophotis quæ maximè in Arabiæ marmoribus naſcitur in littore Persico: unde & Marmaritides etiam uocatur. Hac magi, cùm uelint Deos euocare, utuntur. Achemenidon, cuius radix ſi in paſtillos digeratur, ob numinum uarias imaginationes noxij in cruciatibus omnia noctu conſtientur. Plures referuntur ab eodem herbarum magicarum ſpecies, quas hoc loco recenſere odioſum nimis foret. Nocentes proinde herbæ in rupibus Theſſaliæ copiosè naſcuntur, ſiue hæ ſint, ſiue aliæ, ut uerbena, quarum nomina nõ recenſet. Iam uerò & in montibus dicit, ut oſtendat ferocitatem, & agreſtis ingenij homines. Senſurq; ſa.] Et quod maius eſt, inquit, Theſſalia huiuſmodi montes produxit ſaxeos, qui magorum canentium myſteria dira, uim perinde ſentiunt, ac ſi uiuis corporibus, carmibus, & pellibus conſtarent. Aethiopis amnes, & ſtagna ſiccat, & eius tactu clauſa operiuntur. Latare dari ſolita à Perſarum regibus legatis, ut quocunque uenirent, omnium rerum copia abundarent. Alia herba, cuius illatæ ab alite exilijt cuneus arbori à paſtoribus adactus. Ibi plurima fur.] Multa ibi naſcuntur genera herbarum, quibus uenefica num ſuperis facere uidentur: dum earum uirtute arcana futurarum rerum ex eorum mentibus rliciunt, & extrahunt, neque uerò ſolum, ſed terris uim faciunt, dum quæ uolunt, extorquent. Et terris hoſ. Col.] Ab exemplo Medeæ, quæ è Colchide in Theſſaliam ab Iaſone adnecta, ibi magicas herbas eas collegit, quibus poſtea in ueneficijs ſuis uſa fuit, Colchis.] Ipſa Medea in Colchidenatæ.

A de nata. Colchis ad Albaniam extima est, occasum uersus, celebrata historia Medeæ & Iasonis, qui illius beneficio aureum rapuerit uellus. Est is tractus auri & metallorum diues. Constat ueteres Colchos origine Aegyptios fuisse, quum Sesostres Aegyptiorum rex, inuasa Europa, & Scythia tentata solum, cum parte exercitus ad Phasim consedisset. Cæterùm Medea, & Circe herbarum ueneficarum peritissimæ fuerunt, ut apud omnes authores constat. A' Medea ferunt pellicem naphtha concrematam, ubi sacrificatura ad aras accessisset, coronati annis ueneficijs instructæ fuêre. Circe diuersa ueneficarum herbarum genera & ipsa postea inuenit, tum earuem & radicum quarundam potentiam. Sarmatarum regi connubio coniuncta, eum statim ueneficio interemit. Ipsa cùm sola regnum obtineret, impotenter illud administrauit. Quare regno pulsa in Italiam fugit, & promontorium occupauit in Latio, quod ab eius nomine Circeium cœptum fuit appellari. Abundat uarijs id herbis, B quibus ea ad ueneficia utebatur. Medea, quamuis & ipsa à matre, & sorore ueneficia didicisset, benigniori fuit ingenio. Nam cùm pater & sua sponte, & uxoris impulsu hospites suos mactare solitus esset, eum precibus flectere, & ab eiusmodi immanitate barbara abducere conabatur. Interdum etiam patre inuito hospites è unculis eripiebat, unde is ira percitus eam in carcerem conijcere statuerat: uerum Medea re comperta ad templum Solis aui sui, quod erat in littore, dilapsa, tanquam in tuto asylo saluteni suam tuebatur. Interea Argonautarum appulsu tradito aureo uellere, cum ijs, Iasonis amore accensa, in Græciam profecta fuit, & tandem in Thessaliam uenit: ubi Aesonem patrem Iasonis confecta ætate uirum, ad iuuentam reuocauit herbis magicis. Sed de Medea satis, si hoc addatur solum delato aureo uellere Creonti Corinthiorum regi (ut quidam in literas retulerunt) ac Medea repudiata, Iasonem Creusam regis filiam duxisse uxorem, ac postea patria eiectum in Thessaliam reduxisse. Cæterùm multa eum in Asia memoratu digna gessisse. Quas non ad.] sed quas in Thessaliam è Colchide importarat, cùm alioqui Colchis ueneficarum herbarum, ut in Ponto, sit feracissima. Est enim Ponto uicina, ut modò dictum. In ea iuga Caucasi ad Rhiphæos montes flectuntur, altero latere in Euxinum, & Mæotim deuexa, altero in Caspium, & Hircanum mare. Ponto mihi lecta uenena, ipse dedit Mœris, Nascuntur plurima Ponto, ait Vergil.

Impia tot popu lis.] Itaq; impia carmina ueneficæ genitis in Thessalia, conuertunt aures Deorum, tot populis ipsas imploranti bus.

Vna per æther.] Solæ uox carminum ueneficarum penetrat cœlos, & ad Deorum aures peruenit, quas ferit, ac cogit, deferíq; C carmina earũ ad Deos, quos uel nolentes compellit pro suo arbitratu.

Quod non cura Poli.] hoc est, quod numen nunquam auocatur à cura gubernandi cœli, & orbium cœlestium, ac machinæ totius mundi, tamen uiribus carminũ magicorum ea auerti tur. Quando execrandum murmur peruenit non solum ad sidera, sed ad cœlos, imò id ipsos Deos usque, tunc Chaldæi, tũc Aegyptij licet soluant, & aperiant antiquorũ magorũ uetusta monumẽta, Thessalæ tamen ueneficæ murmur abducit ab orum aris, &

Impia tot populis, tot surdas gentibus aures
Cœlicolum, diræ conuertunt carmina gentis,
Vna per Aethereos exit uox illa recessus:
Verbaq; ad inuitum perfert cogentia numen,
Quod non cura Poli, cælíq; uolubilis unquam
a Auocat, infandum tetigit cùm fidera murmur,
Tunc Babylon Persæa licet, secretaq; Memphis
Omnem uetustorum soluat penetrale Magorum:
Abducit superos alienis Thessalis aris.
Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit
Non fatis adductus amor, flammisq; seueri
Iliciris arsêre senes, nec noxia tantum
Pocula proficiunt, aut quum turgentia succo
Frontis amaturæ subducunt pignora fœtæ.
Mens hausti nulla sanie polluta uenení
Excantata perit, quos non concordia misti
Alligat ulla thori, blandæq; potentia formæ,
Traxerunt torti magica uertigine fili.
Cessauêre uices rerum, dilataq; longa
Hæsit nocte dies, legi non paruit æther.
Torpuit, & præceps audito carmine mundus:
Axibus & rapidis impulsos luppiter urgens
Miratur non iræ polos, nunc omnia complent
Imbribus, & calido producunt nubila Phœbo,
Et tonat ignaro cœlum Ioue, nocibus ijsdem
Humentes latè nebulas nimbosq; solutis
Excussere comis, uentis cessantibus æquor
Intumuit, rursus uetitum sentire procellas
Conticuit turbante Noto, puppimq; ferentes
In uentum tumuere sinus, de rupe perpendit
Abscissa fixus torrens, amnisq; cucurrit
Non quà pronus erat. Nilum nõ b expulit æstas:
Mæander direxit aquas, Rhodanumq; morantem
Præcipitauit Arar, submisso uertice montes
Explicuere iugum, nubes suspexit Olympus.

penetralibus, quãtum Deorum penes ipsos est, & cogit eos sibi parere, & sua iussa exequi. Babylon Persea.] capta à Cyro rege Persarum, quo tempore in ea regnabat Labyrinchut, quẽ Iosephus Balthasarẽ uocat, qui latè inter Assyrios opibus pollebat, filius Nitocris reginæ, quæ Babilone in Assyria quinque ætatibus post Semiramidem regnum tenuerat. Siue quod Persis, cuius rex Cyrus Babyloně expugnauit, à Perse Iouis & Danaes filio, nomẽ accepisse creditur: à quo Persepolis totius gentis caput. Cœlum Persæ Iouem credidêre, & Solem, Mitram appellarunt, quem in primis uenerati fuerunt. Apud hos Magi in magno honore, pariter, & ueneratione fuerunt, ut neq; publica sine eorum consilio administrarẽtur, nec legitimè factũ uideretur, quod eorum sententia approbatum non fuisset. Apud ueteres, Magos

a al. Aduocat

b al. extulit.

artium, rerumq; in natura uarietate præstantes, excellentium cognitione, non malis artibus imbutos dixêre, ut paulò antè annotatum est. non maleficos, ut hominum uulgus eos nominauit. Ad eum modum scribit Plinius libro 29. capite secundo, Pythagoram & Democritum de natura herbarum scripsisse, peragratis prius Persidis, Arabiæ, Aethiopiæ, Aegiptiq; Magis. Sed Persici præcipuè disciplinam futura præsentiendi sibi uindicabant, translatam ab Histaspe, Darij superioris patre, à Brachmanis Indiæ sapientibus, quos Philostratus Apollonium Tyaneum adijsse prodidit. Zoroastres (quidam Zoroastres scribunt) subitò natus risisse proditur, manifesto futuræ scientiæ præsagio. Primus magicas artes exercuit in Bactris, horoscopos rerum, & siderum motus diligentiùs obseruauit. Quidam tamen cœli, & astrorum rationem ad Belum, Nini patrem retulerunt. Scripserunt de Magia & Zamolsis, Zoroastres, Soromasti filius, Damigeron, Apollonius, Hostanes Dardanius, Eudoxus, Alchindus Rogerius, & nostris fermè temporibus, Lichtenbergius. Nunc ad institutum

Memphis.] Aegyptus, ubi ijdem prophetæ sunt, qui apud Persas magi. Pars pro toto. Memphis, Aegyptiorum regia fuit, ab Ogdoo rege extructa, cum filia Memphis ei nomen indidit, cum qua Nilus stupri cõsuetudinem habuit, sub imagine tauri. Sunt, qui eam sic à sorore Cambysis appellatam credant, uel (ut alij) ab uxore, postea Meroë fuit dicta, insula omnium, quas Nilus efficit, amplissima: Libyam uersus, uastis arenæ cumulis circumsepta, qua in Arabiam iacet obuersa, præceps, & abrupta: ad meridiem, Astaboræ, Astabodis, & Astabosæ fluuiorum occasu perfunditur: reliqua parte, quæ septentrionem spectat, Nilo clauditur. In ea, regia fuit initio Aethiopum, cùm Moses belli dux creatus à Pharaone aduersus illos exercitum ductaret. Carmine.] Recenset obiter effectus carminum Thessalicarum ueneficarum, quales multi apud alios poëtas memorantur, & nos paulò antè citauimus. Non satis ad a.] qualia sunt, incendere senes effœtos turpi amore, & quidem minimè naturali, cũ ea ætas & uoluptatibus careat, & earum titillationem non desideret iam liberata. Solutiones, & legationes naturæ, cuiusmodi in magia naturali traduntur multa.

Nec noxia po.] philtra tantas uires nõ habent, quantas carmina Iuuenal.

» ——hic Thessala uendit
» Philtra, quibus ualeat mentem uexare mariti. Ouid.
» Philtra nocent animis, uimq; furoris habent.

Sunt autem philtra pocula amatoria propriè, & amoris illecebræ, quibus amorem hominibus conciliant. Interdum amorem ipsum signant, & res quaslibet ad amorem pellicientes. Huiusmodi philtra noxia pocula uocat, quibus tantæ uires non sunt, quantæ incantamentis.

Subducunt p.] Et cùm equarum pullis detrahunt hippomanes, ueneficium amoris, quod illis innascitur, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu deuorat fœta: quare diserte addit, fœtæ amaturæ. Quod si non deuoret, sed subducatur à uenefica præreptum, non admittit partum ad ubera. Si quis præripuerit, habeatq́ue, in rabiem aliquando id genus agitur. Amissa matre reliquæ fœtæ educant orbum. Quin & hippomanes tantas in ueneficio uires habet, ut effusum æris mixturæ in effigiem equæ Olympiæ admotos mares equos in rabiem coitus agat. Vergil. Aeneid. 4.

Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor.

Theocritus Idyllio secundo.

ἵππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' ἀρκεάσι, τῷδ' ἐπὶ πάσαι
καὶ ὦλοι μαίνονται ἀν' ὄρεα, κἠς θοὰς ἵππους, id est,
Hippomanes planta est, quo pulli in montibus altis,
Veloces & equæ temerè insanire laborant,

Præter propriam, & genuinam significationem, etiam plantam uocat Theocritus. Efficatiora carmina sunt, ad amores conciliandos, aut ad alia uenificia quàm ulla philtra, aut hippomanes. Et fœtam equam, repudiat, nec pro suo agnoscit, proinde nec ad ubera admittit.

Mens haustinon sanie.] Et quod maius est, inquit, citra adiumentum ueneni ullius, carminibus ueneficarum insaniæ diuersis generibus mentes humanæ uersantur, & turbantur. Qualia porrò ea sint, mox adijcit.

Quos non concordia.] ut si nec uxor maritum, nec maritus uxorem amare coniugali complectatur, uenefica perficit suis artibus, ut inuicem deament, & quidem carmine nõ torti rhombi, ut modò dictum est, ad lunam, quo ueneficæ Thessalæ, eam detrahebant, ut ait Propertius.

Deficiunt magico toti sub carmine rhombi.

Sed tales mentes discordes uertigine, ac nexu potius filij uarij conuertuntur, ac coniunguntur, ut illa in Pharmaceu. Vergiliana.

Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore
Licia circundo, terq́; hæc altaria circum
Effigiem duco —— Et paulò pòst.
Nectle tribus nodis ternos Amarylli colores,
Nectle Amarylli nodos, & Veneris die uincula necto.

Hæc mihi uidetur, citra cuiusquam reprehensionem, poëtæ esse germana sententia. Loquitur enim de conglutinatione animorum inter coniuges discordes: quanquam id rhombo quoque fiebat, ut paulò antè ostendimus ex Pharmaceu. Theocri. Cessauêre uices rerum.] Præterea carminibus efficitur, ut rerum naturæ uices, ac leges perpetuæ mundi cessent, ut differatur, longa nocte: siue dies dilata longa hæreat nocte, neque cœlum cursus sui perpetuam legem seruet, sed confundatur. Quin & mundus, qui perpetuò uoluitur certis temporum uicibus, carminibus torpet, & tardius mouetur.

Axibus &.] Ad hæc, miratur Iuppiter, cœlum impulsum polis non uersari, sed stare. Nunc om com.] Quod modò toto æthere effusus imber terras aquis repleat: modo calido Sole cœlum nubibus densis obsemebretur. Sed &, quod Ioue nescio, cœlum tonet, cùm ipse tonitrui author dicatum à poëtis.

Vocibus ijsdem.] Iam uerò ijsdem carminibus efficitur à ueneficis ut soluto capillitio nimbos, & nebulas in cœlum inducant: ut maria nullo uento immoescant, contrà, prohibetur carminibus sæuiente tempestate, ne concitentur, miscеantúrue, sed tranquilla iaceant, & æqua. Noto.] species pro genere, quouis uento turbante, non tamen sit turbulentum. Puppimq; ferentes.] hoc est, ut uela plenis sinibus contra uentum impellant naues. De rupe pependit.] Efficiũt carminibus, ut flumina torrentia, hoc est, quæ è rupibus, & altioribus montibus defluunt, sistantur. Id quod Maro dixit. Sistere aquam fluuijs. Amnisq; cucurrit.] id est, iuxta prouerbium, Sursum uersus sacrorum feruntur flumina, sue fontes,

A fontes, ἄνω ποταμῶν, de rebus præposteris. Nilum non expulit.] Super hæc, prodigium aliud refert, carminibus fieri, ne Nilus suo excursu quotannis agros perfundat, ut fertiliores sint. Nilus euagari incipit solstitio, aut noua luna, aut primo lente: deinde uehementiùs, quâ diu sol in leone est. Mox eo transgresso in uirginem pisces, incipit, atque in Libra residet. Si 12. cubitos non excessit, fames certissima. Nam tanto tardius decedit, quanto abundantius creuit, & sementem arcet. Sed poëta dicit, carminibus fieri, ne Nilus suo decursu crescat, agrósue riget, mundet̃q; Mæander direxit.] Et hoc ipsum ἀντίστροφον, quod Mæander tortuosus amnis, & subinde in se recurrens, carminibus efficiantur, ut in rectum cursum, sinum flexuosum torqueat. Lydiæ est, quæ & super Iouiam procedit. Errat enim supra modum flexuosus. Est & Mæander picturæ inde genus dictum, siue ab exemplo Labyrinthorum, cuiusmodi est uidere in quibusdam pauimentis. Huc spectauit Prudentius, uir uerè prudens in carmine suo.

O tortuose serpens,
Qui mille per Mæandros
Fraudesq; flexuosas
Agitas quieta corda.

Rhodanum̃q; moran.] Ararim diximus alibi tam leuiter Rhodano misceri, ut nescias utrò se moueat. Rhodanus fluuius ex Alpibus se rapiẽs per Lemanum lacum, segnem deferens Ararim: nec minus seipso torrentem Isaram, & Druentium, inquit Plinius.

Submisso uertic.] Carminibus etiam Olympus mõs in planum campum æquatur. Huius uertex usque adeò attolli fertur, ut summa eius cœlum accolæ uocent. Hinc passim à poëtis, pro cœlo usurpatur. Olympus dicitur, ὡς ὅλ& λαμπων, id est, totus lucens, quod solem clarum habeat, & nullis unquam nubibus fuscetur. Contrà dicit carminibus euenire, ut Olympus supra uerticem uideat nubes.

Solibus, & nul.] B Et media Hyeme, quo tempore in Scythia à rerum natura propter inclementissimum frigus, & asperrimũ damnata, quod eò solnec radios, nec umbram mittat senos menses alicubi, sagarum incantamẽtis efficitur, ut uix quamuis alia dissoluatur, & liquescat. De Scythia alibi diuersis locis luculenter dictum est. Loquitur maximè de hyperboreis, C quorum regionem Plinius uocat à natura damnatam.

Impulsam si Te.] Aliud miraculum artis magicæ. Cùm Oceanus exortu signorum tempestuosorũ, ut arcturi, Orionis, & Hyadum maximè sæuiat, Thessalicarum fœminarum carminibus ita constringitur, ut à littoribus prohibeatur. Sulpitius sidus lunam exponit ad cuius motum Oceani æstus, & reciprocatio certis uicibus meat, remeat̃q; ut alibi fusiùs retulimus. Terra quoq; im.] Hunc uersum. Sulpitius exponit. Faciunt terræ motum, inquit, & firmamẽtum terræ centrũ ipsum, quod immobile est, concutiunt, ut Macrobius tradit. Hæc ille. In omni sphæra, medietas, inquit. Macrob. centrum uocatur. Nihil est aliud centrũ, quàm punctum, quo sphæræ, aut orbis medium certissima obseruatione distinguitur. Axem.] centrum. Axis sphæræ uocatur dimetiens ipsius, circa quam uoluitur. Et medium orbem, ipsum quoq; centrum dicit, ut

Solibus, & nullis Scythicæ cùm bruma rigeret,
Dimaduere niues, impulsam sidere Tethyn
Reppulit Aemonidum defenso littore carmen.
Terra quoq; immoti concussit ponderis axem,
Et medium uergens a nisis titubauit in orbem,
Tantæ molis onus precussum uoce recessit,
Prospectum̃q; dedit, b circũuoluentis, Olympi
Omne potens animal lethi, genitum̃q; nocere,
Et pauet Aemonias, & mortibus instruit artes,
Has auidæ Tigres, & nobilis ira Leonum
Ore fouent blando, gelidos his explicat orbes,
In̾q; pruinoso coluber distenditur aruo,
Viperei coëunt abrupto corpore nodi,
Humano̾q; cadit serpens afflata ueneno.
Quis labor hic superis cãtus, herbas̃q; sequẽdi
Spernendi̾q; timor? cuius commercia pacti
Obstrictos habuêre deos? parere necesse est?
An iuuare ignota tantum pietate merentur?
An tacitis ualuere minis? hoc iuris in omnes
Est illis superos? an habent hæc carmina certum
Imperiosa Deum? qui mundum cogere, quicquid
Cogitur, ipse potest. illis & sidera primum
Præcipiti deducta polo, Phœbe̾q; serena
Non aliter diris uerborum obsessa Venenis
Palluit, & nigris, terrenis̃q; ignibus arsit.
Quàm si fraterna prohiberet imagine tellus,
c Inferret̃q; suas flammis cœlestibus umbras:
Et patitur tantos cantu d deprensa labores.
Donec suppositas propior despumet in herbas.

a al. Nisus.

titubare usus est uerbo, pro cõtremiscere. Porrò de terræ motu, & hiatibus multa Plinius libro quinto. Verum ista paulò obscurius dicta uideri possunt. Tantæ molis onus percussum.] Terra etiam debiscit, ac diduxit se in uastum hiatum cãtu magico, ut liceat ad antipodas aduersum cœlum despectare, & hemisphæriũ, quod sub terra est, & quidem cum mugitu. Cæterũ inter terræ miracula recensentur, hiatus, citra magicas artes, qui à Græcis χάσματα dicuntur. quoties terræ in profundum recedunt.

b al. circumlabentis.

Omne potens anim.] Qui in & omnia animantia in perniciem humanã nata, horrent uim carminũ, & feraciam deponũt, & parant se ad mortẽ suis artibus. Sed & Aemonias artes dixit, Thessalas per metonymiam artes puta ueneficarum. Prodest, inquit Sulpitius eis, & faciunt ad inferandam mortem.

c al. Inseret̃q;
d al. depressa.

Has auidæ Tigres.] De immani natura Tigrium alibi dictum est. Animal truculentum est, & uelocitatis tremendæ, maximè cognitum quando capitur. Hoc animal Hircani ferunt, & Indi. Plinius tamẽ dicit, Tigrin aspectu magis quam feritate esse conspicuam. Efficiunt sagæ, ut Tigres sanguinariæ, & Horrendæ Leones ipsas amplexu foueant, & molliter demulceant.

Gelidos his explicat.] Coluber serpens in aqua uiuit, qui

uit qui huius adipem, & fel habent, mirè adiuuantur, qui Crocodilos uenantur: belua enim nihil aduersus eos audit. E' quorum genere est enydris, serpens masculus, & albus. Veneficarum artibus coguntur se explicare, & extendere, ubi in orbes se conuoluerint colubri.

Viperei nodi.] hanc inde nomen habere putant, quod ui pariat, nam erosis lateribus matris fœtus in lucem prodit. Sola serpentium dicitur terra condi: aliàs uel anima fame dura, modò algore dempto. In coitu uiperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine. Vipera igitur in partes ferro diuulsa, carminibus rursum coit. Hum[illegible]is cadit serpens at.] hoc est, serpens uel solo afflatu ueneficæ rumpitur, ac dissilit. Quis labor.] ecphonesis in uiolentas incantandi artes, & horrendas herbarum quibus utuntur, potentias, ut cum Diis pactæ uideantur ueneficæ, ut prodigiosa illa rerum miracula efficiant. Est autem hic sensus. Quæ tandem cura, quæque solicitudo cogit superos, ut in hac arte magica sequantur carmina sagarum, & herbarum uires? quodque timeant spernere earum impium conatum? cuius commercia pacti] Vt commercia huius fœderis quodammodo Deos habuerint sibi deuinctos ad obsequendum per omnia. Quare addit necesse esse, ut Dii ipsis pareant, uel, ut disiunctim exponatur. Necesse est, ut eis pareant, an iuuat potius eis parere non coactos? Ignota tantum pieta.] modò sit pietas prætextu auxilij diuini alios non solum ledere, uerũ etiam inficere, & funditus perdere. Atque hinc pietatem ignotam uocat ironicè, cum quiduis sit potius, quàm pietas, alios incantare, & ueneficijs tollere.

An tacitis ual.] Quibus tacitæ Deos cogunt, ut præsentes incantationibus pareant, & in uota adsint.

Hoc iuris.] Interrogat per admirationem poëta, num ueneficæ imperium habeant in omnes Deos, ut in sua uota descendant, imò cogant suis nutis parere, an peculiares Deos inuocant, quibus imperent carminibus suis. & pro arbitrio fingant. In dubium rem trahit, num certum aliquod numen habeant, cum ministerio prodigiosa miracula, à natura abhorrentia ædant. Alij enim Dij poetici alijs rebus seruiunt, & inter eos Mercurius maximè artibus magicis præsidet. Quare non temerè poeta per admirationem, aut dubitationem potius hæc se auertit. Qui mundum.] id est, qui Deus certus poteſt mundum ad omne id præstãdum cogere, ad quodcunque ipse carminibus cogitur?

illis & sidera primum.] à Thessalis ueneficis primũ ui carminum stellæ cœlo sunt deductæ: ab ijsdem effectum eadem arte, ut luna mutato nativo colore, non solum expalluerit, uerumetiam è cœlo in terram fuerit detracta. Obsessa uenenis.] carminibus magicis coacta. Ea enim uenena uocat.

Nigris.] Sulpitius, rubuit, inquit, luce non clara, sed fumosa est, ut est terrenus ignis. Quãm si fraterna] Pendet à uersu. Non aliter ingressit, quàm si eclipsim patiatur, qua propter obiectam, interpositamq; terram inter ipsam, & solem obscuratur. Duæ sunt eclipses maximè, solis, qui interuentu Lunæ occultatur: & Lunæ, quæ terræ obiectu, & interpositu, solis umbra amissa, nitescit, & obscuratur. Luna non nocturno tempore defici, & non nisi plena. Sol non nisi interdiu, & interlunio: & ut Plin. non nisi nouissima primáue luna, quod uocant coitum. Porrò, quod Luna modò palleat, rursum rubeat: mox albicet aut horreat, sunt physicæ rationes.

Fraterna imag.] Solis umbra, quæ auferitur terræ interpositu nocte. Suas umb.] noctu tantum, stellæ apparent. Nox enim nihil aliud est, quàm terræ umbra.

Despumet.] rorem suam effundat in herbas, quibus utuntur ueneficæ ad artes suas magicas.

Hos scele. ri.] Ab exemplo illustris ea tẽ pestate ueneficæ, ut fingit poëta, Describit magna copia uerborũ ceremonias Erichthus in necyomantia eius. Vt pauca de Necromantia præmittamus, antequã ad poëtæ uersuum explicationem transeamus: illud in primis produnt cognitu memorabile, quasdam gemmas esse, quæ à membris hominum & animalium membris cognomina ducunt, quibus ars ea exerceatur. Ananchitide dicunt deorum imagines euocari, ut Synochitide umbras inferorũ teneri. Quin & Aglaophitide herba, quam & marmari

Hos, scelerum ritus, hæc diræ carmina gentis
Effera, damnarat nimiæ pietatis Erichtho,
Inq; nouos ritus pollutam duxerat artem.
Illi nanq; nefas urbis submittere tecto,
Aut lapsibus ferale caput, desertaq; busta
Incolit & tumulos expulsis obtinet umbris.
Grata Deis Erebi, cœtus audire silentum,
Nosse domos Stygias, arcanaq; Ditis operti,
Non superest, non uita uetat, tenet ora profanæ
Fœda situ macies, cœloq; ignota sereno,
Terribilis, Stygio facies pallore grauatur,
Impexis onerata comis, si nimbus, & atræ
Sidera subducunt nubes, tunc Thessalia nudis
Egreditur bustis, nocturnaq; a fulgura captat,
Semina fœcundæ segetis calcata perusit,
Et non letiferas spirando perdidit auras.
Nec superos orat, nec cantu supplice numen
Auxiliare, uocat, nec fibras illa litantis
Nouit, funereas aris imponere flammas
Gaudet, & accenso rapuit quæ thura sepulchro,
Omne nefas superi prima iam uoce precantis
Concedunt, carmenq; timent audire secundum.
Viuentes animas, & adhuc sua membra regentes,
Infodit busto, fatis debentibus annos
Mors inuita subit, peruersa funera pompa
Rettulit à tumulis, fugere cadauera lethum.

a al. fulmina

den uocent. magi Deos euocant. Est autem Necromantia, siue necyomantia, diuinatio, quæ fit per cadauera, quæ suscitata euenta rerum prædicunt, aut etiam ex umbris mortuorum apud inferos, ut apud Homerũ Vlysses ex Tiresia multa cognoscit: Maro Vergilianus ex Anchise: & Menippus apud Lucianum ductu Mithrobarzanis Chaldæi descendit ad inferos, & mortuorũ res cognoscit. Hos scelerum ri.] Has ceremonias magicas Erichtho Thessalidum perditissima, sed tanquã nimis pia adhuc damnarat. Vel dãnatas adhuc nimiæ pietatis

Fumantes iuuenum cineres, ardentia'q; ossa
E' mediis rapit illa rogis ipsam'q; parentes,
Quam tenuere facem, nigro'q; uolantia fumo
Feralis fragmenta tori, uestes'q; fluentes
Colligit in cineres, & olentes membra fauillas.

tauit, quasi uerò nimis pia ea carmina essent, præijs maioribus, quæ amplius præstari possent. Erichtho.] *Nomen ueneficæ Thessalicæ sumpsit poëta ex epistolis Heroidum Ouidij, ubi in epistola Sapphus eius meminit his uerbis.*

» *Illuc mentis inops, ut quàm furialis Erichtho*
» *Impulit, in collo crine iacente, feror.*
» *Antra uident oculi scabro pendentia tofo,*
Quæ mihi Mygdonij marmoris instar erant.

Ad eundem modum subijcit poëta prosopographiam Erichthus. Primum quidem à loco, in quò se ferè continebat. Diræ genitis.] *Veneficarum Thessalidum, quæ maximè carminibus id genus delectatæ fuerunt.*

Iniq; nouos.] *Veneficia, & necromantiam nouis ceremonijs exercuit.* Illi nanq; n.] *à loco quem incolebat, ut Sappho, antra uident oculi, ita Erichtho, nefas duxerat sub tecto in urbibus habitare, sed in sepulchris uitam ducebat.* Cœtus audire.] *à studijs, quibus potissimum delectabatur.* Tenet ora.] *à formæ qualitate scelerataæ ueneficæ.* Cœlo ferens.] *quippe quæ uel perpetuo mortuorum conditorijs se continebat: aut si inde prodiret, noctu prodibat.* Stygio.] *à uultus, & oris habitu, tristi, & horrendo pallore grauatur, qualem uidere est in Trophonianis, aut etiam mortuis.*

Impexis.] *à capitis neglecti horrore.* Sidera.] *Nubium enim interuentu, cœlestium corporum lux morbis admittur, ut aër obscurior sit.* Nodis bust.] *nutasse non inscitè exponi potest hypallagicòs, ut ipsa nocta nuda dicatur prodire, ad captanda fulmina, aut fulgura.* Nocturn. fol.] *Pyromantiam innuit, quæ diuinatio per ignem fit, dum obseruant quid fulgur, quid fulmen, aut alia ignis potestas quæuis significet.* perusit] *quacunq; incedebat, super semitem eam compressit.*

Et non let.] *auras salubres, & cœlum minimè infectum, anhelitu suo pestilenti, ueneno corrupit.* Nec supe. no.] *uide ueneficarum scelera, & impietatem, quas dicit, nec orare superos, neque eorum auxilium implorare.* Auxiliare.] *O numen, auxiliare mihi, adsis in mea uota præsens, ut perficere liceat, id quod instituo.* Nec fib.] *In aruspicina consulebatur exta & capita extorum, & iecinorum fibras: hoc est, extremitates. Hanc artem ipsa psychomantia non agnouit uenefica. Aruspicium inuenit Orpheus Delphus, ut ignispicium Amphiaraus.*

Funereas.] *hoc est, litare cadauera mortuorum, uel è sepulchris eruta, uel è rogis subtracta.* Thura.] *Omnia funerea. Et thura, inquit, litat, quæ accensis rogis subduxit.* Omne nefas.] *summatim exclamat, nihil sceleris nefarij illi negari à superis in Necromantia sua, uel ad primam precationem.* Carmenq;.] *Addit caussam, cur statim ad primas preces illi adsint, quod horreant audire secundum carmen, hoc est, alteram inuocationem.*

Viuentes.] *horrendum hoc, & immane, uiuos homines sepelire, aut rogo imponere.* Fatis deb.] *Senes eosq;, qui diutius superesse in uitam poterant, uel inuitos compellat ad necem.* Peruersa p.] *Sulpitius exponit, ex tristicia in lætitiam mutata. Fortasse ita rectè exposuerimus. Quemadmodum funera efferuntur è funestis locis ad bustum, & sepulchrum, ita diuersa pompa ipsa Erichtho illa è sepulchris domum suam effert, & cadauera reuiuiscunt.* Fumantes iuuenum cineres] *in rogis cineres iuuenum efficationes ad ueneficia, quàm senum. Adhæc, præripit parentibus faces in liberorum suorum bustis, quas efficaces ad uenefica sua credebat.*

Nigro'q; uol.] *præterea colligebat lignorum busti reliquias semustas, & ambustas, & adhuc fumantes funden teq; fauillas, tum autem & uestium reliquias. Nam thorum feralem, ipsam pyram uocat, in qua tanquam in thoro, mortuus imponebatur.*

Aſt ubi ſeruantur ſaxis quibus intimus humor
Ducitur, & tracta durescunt tabe medullæ,
Corpora, tunc omnes auidè desæuit in artus:
Immergit'q; manus oculis gaudet'q; gelatos
Effodisse orbes, & siccæ pallida rodit
Excrementa manus: laqueum, nodos'q; nocentes
Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,
Abrasit'q; cruces, percussa'q; uiscera nimbis
Vulsit, & incoctas, admisso sole, medullas.
Infertum manibus chalybem, nigram'q; per artus
Stillantis tabi saniem, uirus'q; coactum
Sustulit, & neruo morsus retinente pependit,
Et quodcunq; iacet nuda tellure cadauer
Ante feras, uolucres'q; sedet. nec carpere membra
Vult ferro, manibus'q; suis, morsus'q; luporum
Expectat siccis raptura è faucibus artus.
Nec cessant à cæde manus, si sanguine uiuo
Est opus, erumpat iugulo, qui primus aperto.
Nec refugit cædes: uinum si sacra cruorem:
Extra'q; funereæ poscunt trepidantia mensæ.
Vultere si uentris, non qua natura uocabat,
Extrahitur partus, calidis ponendus in aris.

Aſt ubi ſer.] *Si inciderit in sepulcros in tumba marmorea, in qua solent corpora à corruptione conseruari cadauera inuolat aui de in omnia membra. Quæ quidē particulatim enarrat.* Immerſit] *primū unguibus in oculos inuolat: quibus effodiendis, mirè gaudet uenefica.*

Excremē. ma.] *pulcritudinē manus, & sanitatem, tū autem & unguium sordes, ac præsegmina.* Laque. no.] *funem strangulati detribus discerpit ac soluit. Atq; hinc addit. eā corpora pendentia carpere, hoc est, discerpere.* Abrasit'q; cru] *hoc est, auulsit cruces.* Percuſſa'q; uiſcera.] *pluuia longa maceratas carnes, His opponit, medullas incoctas sole.* Immerſit'q;. *a al.*

Inſer. cha.] *cathenas manibus iectas, aut ferreas etiam manicas: quibus rei uinciuntur.* Saniē.] *ut paulò antè, purulentiam defluentem per membra.* Virus'q; co.] *id est, sanguinem corruptum, & congelatum.* Et neruo.] *Cum iectis dentibus cadaueribus strangulatorum, cum non posset carnem auellere, morsicus ea præhendens, pependit, ut irrundo, quæ nō nisi plena, decidit.*

Sedet.] *seruat, ne auferatur.* Nec ceſſant.] *uariā eadem*

cædem uenèficæ tribuit. Si sanguine uiui hominis indiget calido, qui recens ex aperto iugulo profluat.

Exta trepid.] Si sacra funerea poscunt exta adhuc palpitantia, & uiuum cruorem. Volue.] imò uiuus & partus aperto ferro uentre partum extrahit, quem aris calentibus imponat, non naturali exitu.

Et quot.] Necromantici uolunt spiritus alios alijs pestilentiores esse, tum autè, et statis horis alijs nequiores. Poëta hoc loco alias umbras alijs truculentiores esse, ut sunt homines Et cum omnium hominum uitæ necisq; potestas penes uenèficam hanc esse fingatur, si ferocem animã requirat, crudũ hominem ac trucem enecat. Id enim dicit, facere manes. Illa comam.] Quin & sinistra manu, ut est eius religio, adolescentibus morientibus primam barbæ lanuginem uellit. Sunt enim ephœbi, qui iam ad pubertatis annum perueniunt, quod sint in pube, quæ iam primũ emissa est. Hinc ephebia, prima ætas adolescentiæ: & comam, & primam barbæ lanugine morientibus absecdit.

a al. auulsit. b al. accîdit

Et quoties sæuis opus est, ac fortibus umbris,
Ipsa facit manes, hominum mors omnis in usu est:
Illa genæ florem primæuo corpore a fulsit:
Illa comam læua morienti b abscîdit Ephebo,
Sæpe etiam charis cognato in funere dira
Thessalis incubuit membris, atq; oscula figens,
Truncauitq; caput, compressaq; dentibus ora
Laxauit, siccoq; hærentem gutture linguam.
Præmordens, gelidis infudit murmura labris,
Arcanumq; nefas Stygias mandauit ad umbras.

Sæpe etiam.] Et hoc inter ceremonias psychomãtia habuit, quod cognati mortui membris in funere incubuit: mortui caput obtruncarit, os clausum mortui dentibus aperuerit. Gelidis inf.] aliquid in ore mortui immurmurauit, quasi negotium aliquod perferendum ad inferos arcanum mandaret.

B

Hanc ut fama loci.] Tandem aliquãdo ad ipsam uenèficam transit: tempus, & locum, in quo eam offendit, tum autè & quid molientem refert. Pompeio.] Sexto à tempore, quo in Thessaliam descendit cum sidis ministris, motus fama uenèficæ. Alta nocte p.] Venit itaq; in Thessaliã media nocte. Hãc periphrasti. cè à Solis meatu sub terra describit, qui ubi apud antipodes lineam meridianã attigerit, supra terrã media nox est. Apud nos contrà, ubi in puncto meridiano consedit, sub terra nox media est. Hoc tempore Pompeius in Thessaliam peruenit, & uenèficam in deuexa parte montis Aemi sedentem offendit, & quidem in caute præruptæ.

Hanc ut fama loci Pompeio prodidit, alta
Nocte poli, Titan medium quo tempore ducit
Sub nostra tellure diem, deserta per arua
Carpit iter, fidi scelerum, sueticq; ministri
Effractos circum tumulos, ac busta uagati
Conspexêre procul prærupta in caute sedentem:
Qua iuga deuexus Pharsalica porrigit Aemus.
Illa magis, magicis q; deis incognita uerba
Tentabat, carmenq; nouos fingebat in usus.
Nanq; timens, ne Mars alium uagus iret in orbẽ:
Emathis & tellus tam multa cæde careret.
Pollutos cantu, diris q; uenefica succis,
Conspersos uetuit transmittere bella Philippos.
Tot mortes habitura suas: usuraq; mundi
Sanguine cæsorum truncare cadauera regum
Sperat, & Hesperiæ cineres auertere gentis,
Ossaq; nobilium, tantos q; acquirere manes.
Hic ardor, solusq; labor, quid corpore Magni
Proiecto rapiat, quos cæsaris inuolet artus,
Quam prior affatur Pompei ignaua propago.

Aemus.] Supra in Thessaliæ descriptione, & montium, qui eam cingunt, situ, ostendimus. Hæmum montem Bisaltiæ hærere & uasto iugo procumbere in Pontum, sub Hæmo ad Strymonem fluuium esse Philippos uersus mare, haud longè ab Amphipoli, Atheniensium aliquando colonia, quam Strymon etiam ex Hæmo delapsus peninsulæ forma amplectitur. In his campis Philippicis Cæsar Brutum, & Cassium Cæsaris Dictatoris interfectores fudit. Pharsalica iuga, Thessalica dicit per tropum, in quibus uenèficam noctu sedentem oppressit, aut certè, qua spectabat Hæmum. Ptolomæus Thraciam à Septentrione altissimis Hæmi montis iugis terminat, mediam Thraciam diuidit Straboni. Atque hinc apparet, poëtam Hæmum, & Philippos Thessaliæ existimasse, cùm sint Thraciæ, Sed de his uide primum librum. Illa magis.] à studio quo eam occupatam inuenit. Excogitabat, uerba, & carmina magica, incognita ipsi magis, & Dijs adeò magicis, quæ omnia in artes nouas, id est, nondum ætatas meditabatur. Timens n.m.] Sollicita erat, ne extra Thessaliam dimicaretur: ac tum usu, ac fructu cadauerum frustraretur. Mars bellum metonymia.

Emathis tol.] Thessalia, De Emathia dictum est alibi. Philip.] in campos Philippicos ad Strymonem non autè in Thessalia, ubi de summa rei pugnatum fuit.

C

Pollutos cantu, diris q; uenefica.] uenèficijs, carminibus, & herbarum succis, quibus ea loca infecit, ne eò transferretur bellum incendium, sed intra Thessaliam se constringeret.

Philippos.] Philippi alioqui urbs Macedoniæ est. E' Thracia Macedoniam intrantibus primum occurrit Neapolis urbs maritima. Inde remotior à mari, ad amnem Strymonem Philippi sunt, clarissima colonia, sed quondam à Philippo rege nomen sortita. Antea Datos dicta fuit. Sed multò prius, quod fontes multi circa collem uberrimis scaturirent aquis, Crenides appellatæ fuerunt. Hoc oppidum Philippus rex Macedonum aduersus Thraces muniuit, & de suo nomine Philippos dixit. Vrbs condita fuit in colle prærupto, à Septentrione nemoribus conclusa, ad meridiem, uastam habet planiciem, ad mare usque excurrentem. Proximè Philippis ad occasum brumalem Amphipolis sita est, ut paulò antè memini. In Thracia uerò sub Rhodope Poneropolis antea dicta postea Philippopolis à conditore: ad postremum, Trimontium, cui Hæmi excelsitas subditur. VI. M. pass. Mortes.] Tot cæsorum cadauera, quibus pro arbitrio ad sua uenèficia uterentur. Vsuraq;.]

Quæ

A Quæ mortes futuræ essent mundi usura sanguine multo, ad truncanda cadauera regum eorũ, qui uel ipsi, uel quorum auxilia prælio interfutura erant. Auertere.] Rostrq; ac.] Tantorum heroum manes suæ potestati, atq; imperio subijcere. Hic ardor.] Itaq; hoc unicè nũc illi curæ est, quod membrum Pompeij, quot artus rapiat Cæsaris, si inter cæsos inueniantur. Nam metaphora uerbi inuolare ducta est, ab auibus, ut ex Donato Sulp. etiam annotauit. Quãm pri.] Erichtho adhunc modũ allocũtus est Sextus, quẽ Poëta rectè ignauã propaginẽ uocat, quod parũ uirtutẽ paternã imitaretur domi, militiæq;.

O' decus Aem.] Peritoria oratio Sexti Pompeij, Orditur à Captatione beneuolẽtiæ à persona uenefice, dum illi præscientiã rerũ tribuit, & plura etiam, quàm hominibus tribui debeant.

O' decus Aemonidum, populis quæ pandere fata,
Quæq; suo uentura potes diuertere cursu,
Te precor, ut certum liceat mihi noscere finem,
Quem belli fortuna paret. non ultima turbæ
Pars ego Romanæ, Magni clarissima proles,
Vel dominus rerum, uel tanti funeris hæres.
Mens dubijs a perculsa pauet, rursusq; parata est
Certos ferre metus, hoc casibus eripe iuris,
Ne subiti, cæciq; ruant: uel numina torque,
Vel tu parce Deis, & manibus exprime uerum.
Elysias resera sedet, ipsamq; uocatam
Quos petat è nobis mortem, tibi coge fateri.
Non humilis labor est, dignũ est quod quærere cures,
Vel tibi, quò tanti præponderet alea fati.
Impia lætatur uulgatæ nomine famæ
Thessalis, & contra:——

a al. percussã.

Aemonid.] Thessalarum uenefearũ multarum. Aemonidum pro Thessalarũ, antonomasia. Ventura di.] Duo maximè illi adscribit fatorũ præscientiã, & potestatem impediendi fata. Te precor.] propositio petitionis.

Non ulci.] beneuolentia à persona sua, quam à dignitate patris cõmendat, cum dicit, Magni clariss.] nõ maior natu. Quod si nullus, inquit Glareanus, ad hoc refellẽdum alius esset author, saltem hic noster poëta sufficeret, cùm lib. secundo patrẽ filiũ Cn. Pompeiũ alloquentẽ his uirbis introducat: Tum sobole ex tanta natũ, cui firmior ætas Affatur. Mox in decimo octauo paulò pòst uersu. At simul à prima: Simul Badius exponit pro immediatè aduerbio, in nullo apud Latinos, usu, cũ illud simul, exponi cõueniebat. per statim, ut quemadmodũ apud Horatiũ, Liuiũ, cæterosq; præstãtiores authores passim inuenitur. Hoc obiter libuit adscribere. Cæterũ Cn. Põpeius maior fratrũ erat, perijtq; postea in Hispania. Sextus uerò minor, de quo hoc loco agitur, uaria fortuna postea cũ Antonio & Octauio mari dimicauit. Vel dominus.] Si pater rerũ potitur, ego cum eo simul uincã: sin magna clade discesserit uictus, eius cladis ego simul particeps ero. Indicat poëta post patris ruinam, ipsum quoq; simul fato post longa bella periturũ. Mens dub.] Caussa cur à uenefica certior fieri cupiat. Per antithesin pugnantia se mouere contendit: hoc est, duos contrarios affectus ad cõsultã petenda se stimulare ait: nempe metũ periculi in rebus dubijs, & uirtutẽ accensam spe ad tolerãda omnia aduersa ac secunda, quæ fortuna ferat, Hoc iuris.] proinde, inquit, eximo exanimo hũc scrupulum, ut certus sim futuræ pugnæ euentus. Ne subiti.] ne temerè, ne improuisi in pugnam, atq; incerti ruent. Vel numina.] Compelle superos, & extorque ex illis rerũ certitudinem, aut si tibi uidetur, inter superos quietos, & exprime uerum ex aliquo manium, idq; arte necromantica, in qua tu excellebram aliquã, ex qua euentũ pugnæ discamus, simul quid nostrorũ in prælio sunt casuri: hæc tibi referat. Elysias.] Elysium domicilium beatorũ animorũ est quò soluti corpore migrare dicũtur. Seruius ἀπὸ τῆς νόστου, id est dissolutione corporis, & animæ, elysium dictũ existimat. Alij μεθίσιον ἀλύσεως, dicunt, à profectione, quod qui sanctè, & piè uixerint, eò migrent. Est enim ἄλυσις, profectio & iter. Suidas Elysium ita describit, Elysium delubrũ est apud inferos: alij in Aegypto: nonnulli in Lesbo: rursum quidam, regio, siue cãpus tegulis instratus. Sunt autem huiusmodi loca inaccessa. Cæterum Polemõ author est, Athenienses eo nomine locum effossum uocare. Idem Suidas. Elysius campus est, in quo apud Græcos iusti degunt, qui post mortem illuc sint migraturi Sic qui puniri meruere, in Cocytũ, & Pyriphlegetontem abibunt. Didymus Odyss. 4. domicilium quidẽ heroũ esse scribit, sed ita appellatũ ab Eleutheri cuiusdã religiosissimi hominis filio, Elysio: siue quod corpora ibi maneant ἄλυτα. Est aũt locus in insulis beatorũ animorum. Veteres Elysium campũ esse existimarunt in medio inferorum, Philosophi in insulis fortunatis collocarunt. Fuerunt qui dicerent esse circa globũ, aut circulũ potius lunarẽ, ubi purissimus est aër. atq; hinc Verg. in 6. dicere, aëris in campis, loquens de Elysio. Nec defuerunt, qui in Hispanijs posuerint, in quorum subterraneis ipsum Plutũ habitare credidere: et quidẽ propter admirabilem in eo tractu fœcũditatẽ metallorũ. At Plato in Gorgia doctissimè tradit, quid sit Elysius cãpus, qui eum uocat μακάρων νῆσον, seu potius μάσ, in quibus habitent fœliciter, extra omnia mala, ὀπῆν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐνῆες πανταπᾶσι. τὸν δὲ ἀλίνοος, καὶ ἀθάνατος ἐς τὸ τῆς τέτεως τε, καὶ λίνης ἀεσμοτήριον, ὃ δὴ τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι. id est, in omni fœlicitate, & amœnitate cõstat sine incõmodis habitare. Qui iniustè, & impiè uixerũt, in suppliciorũ, ac pœnæ carcerẽ quẽ Tartarum uocant, descẽdere. Proinde excie aliquẽ è fœliciũ animorũ pratis (si uidetur) unde certum cognoscamus. Mortemq;.] Sulpitius exponit, ad hũc modũ, et uoca mortẽ deã, ut pãdat tibi, quos uelit perimere. Et rectè quidẽ, si uera lectio sit, mortẽ. Cesellius Vindex tria, inquit, in lectionib. Antiquis, nomina Parcarũ sunt Nona, Decima, & Morta: et uersum hũc Liuij poëtæ antiquissimi citat ex Odyss. Quãdo dies aduenit, quam profata Morta est? Quo quidẽ loco, Morta pro Parca accipitur. Expẽdat igitur apud se lector nõ obesæ naris. Mortam ne, an, Mortẽ sit legendũ. Non hum.] Amplificatio rei, quã petit: ostenditq; rem magnã esse, adeoq; operæ pretium, cur operã suã impartiat. Quãobrem addit, uel tibi, nedũ nobis. Quo tan.] Quò incerta belli fortuna incliuet, quò tendat. Impia.] Venefica Erechtho, gaudet tacitè in sinu, quo nominis sui celebritas etiã ad Romanos peruenisset, & quidem ob excellentiam artis magicæ.

Si fata mi.] *Fatũ, Græcis εἱμαρμένη, est. Definitur à Chrysippõ hoc pacto. Est sempiterna quædam, et indeclinabilis series rerum, & catena uoluens semetipsa sese, atq; implicans per æternos cõsequentiæ ordines, ex quibus apta, nixaq; est. Nõnunquã pro natura etiam omnium philosophorum calculis accipitur: & pro nutu, siue uoluntate: item pro morte. Cicer. Fatum appellat, ordinẽ seriemq; caussarum, cùm caussa caussæ nexa rem ex se gignat. Ea est, ex omni æternitate fluens ueritas sempiterna. Sene. Quæst. na. Quid intelligit fatum? existimo necessitates rerũ omnũ, actionemq; quas nulla res rumpat. Aucipitur nõnunquã pro oraculo quod Dij fantur.* Minora.] *Proinde in duplicia fata faciunt, minora, & maiora. Maiora mutari nõ posse dicunt, quod sit sempiterna ueritas ex æternitate fluens: maximè si ad uniuersum genus humanum pertineat. Singulorum uerò res posse mutari, & fato aliquo prorogari, rerum summas minimè. Hinc Erichtho promittit iuuenti se alicui uel uitam adempturũ, uel mortes alicuius in lucem hanc ab inferis esse euocaturũ.* Pronum erat.] *Sed quia maiora fata mouentes de summa belli uidelicet, hoc fatum ineuitabile est. Si de priuato alicuius fato proponeres, facilè esset mihi, uel deos inuitos ad quiduis cogere. Id enim necromanticæ condonatur.* Vnam cum.] *Id ueneficio nostro donatur, ut cum constellatio alicuius præfixerit certũ mortis momentum, eam extrahamus, contempsit omnibus sideribus. Tribuunt Astrologi multa planetis, coniunctionibus signorum, sed superstitiosa illa, quæ artificialis uocatur uana est, & nihil certi, nihilq; firmi potest addicere ut ipsi etiam fateantur, astra mihi necessariò futurum denunciare sed pronos tantum eò inclinare.* Et quamuis.] *Contrà, si siderum, & planetarum cõiunctiones portendant alicui grandiorem ætatem, iactitat se posse ante promissum diem fatalem, eius uitam uel meam ætatis cursu abrumpere, idq; herbis suis magicis, quas in eum usum paratas, præsentesq; habent.* At simul à.] *Quod si fata, non à sideribus, nõ à corporũ cœlestium uiribus, sed ab æternitate proficiscantur, in qua longa temporum serie caussa caussam traxit, & fata maiora de rerum summa constant in illis, si quid uelimus Thessalæ uenefi cæ artis potentia mutare, (quoniam omnes mortales pari iure sub illis tenentur) plus efficium fors fortuna, quam nostræ artes.*

Si fata minora moueres,
Pronũ erat ô iuuenis, quos uelles, inquit, in actus
Inuitos præbere deos, conceditur arti,
Vnam cùm radijs presserunt sidera mortem,
Inseruisse moras, & quamuis fecerit omnis
Stella senem, medios herbis abrumpimus annos.
At simul à prima descendit origine mundi
Caussarum series, atq; omnia fata laborant,
Si quicquam mutare uelis uno'q; sub ictu
Stat genus humanũ, tunc Thessala turba fatemur,
Plus fortuna potest. sed si prænoscere casus
Conuentus, faciles'q; aditus, multi'q; patebunt
Ad uerum, tellus nobis æter'q; Chaos'q; (tur.
Aequora'q;, & Campi, Rhodopeia'q; saxa loquen-
Sed pronum, cum tanta nouæ sit copia mortis,
Emathijs unum campis atrollere corpus.
Vt modò defuncti, tepidi'q; cadaueris ora
Plena uoce sonent, nec membris sole perustis
Auribus incertum feralis strideat umbra.

Sed si præ.] *Sed si nihil aliud nũc prænoscere cupis, quàm euentum belli, & nineum peritiam sibi arrogat uenefica: ut rectè annotauit etiam Sulpitius, ut per tellurem, Geomantia, per æthera, Pyromantia: Chaos, necromãtia intelligatur: per æquor, Hydromantia: per campos, omnia auguriorum genera, quæ ex auibus sunt. Addit inde hyperbolen, cùm addit, saxa etiã loquutura sit uelit.* Chaos'q;.] *ἀ χάσκω. hiatum rerum initium Hesiodo, & quod ante Deis natum sit. Ouid confusam & informem rerum, & terræ cõgeriem uocat. Est. & χάος animal, lupum forma referens, maculis Pardum.* Rhodopeia'q;.] *Rhodope Thraciæ mons est à Thracum regina Rhodope, ubi sepulta: uel à Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon suscepit, qui monti nomen fecit. Ouid. canit. Rhodopen, ob deorum contemptum, mutatam fuisse. Stephano etiam Thraniæ urbs est.* Sed pronum.] *Interim, inquit, mihi facile est, de euentu belli te certiorem facere, cùm tot cadaueris mihi copia sit præsens, è quibus unũ aliquod in campis Macedonicis aut Thessalicis potius mihi excitandum erit, sed modò mortuum, ut distinctis uerbis expressè loquatur, non blæso ore.* Plena uoce.] *diserta, & intelligibili, non autem fracta, ob putredinem organorum, aut sirídula.* Membris.] *Cuius Mẽbra æstu solis perusta etiam non sint, unde stridorem, non autem uocem emittat. ac proinde nihil certi perciperemus: ut sunt multa oris uitia.*

Dixerat.] *Exordiũ ceremoniarum necromantices à descriptione temporis nocturni, & qualitate Erechthus.* Continuo.] *Ad accessum ueneficæ lupi territi abierunt in fugam, aues etiam adhuc famelicæ exterritæ auolarunt.* Dum Thessa. uatem.] *interim dum uenifica unũ ali quod cadauer eligit, quod ratem est facturum, unde futurarũ rerum euentum cognoscat.* Et gelid le.] *Et interiora scrutatur, præcipuè eas partes, & instrumenta. Vnde uox humana proficiscatur, sed in quo neq; fibræ pulmonis, et alio rum extorũ læsæ sunt.* Pulmõ-

Dixerat, & noctis geminatis ante tenebris,
Mœstum tecta caput squalenti nube pererrat
Corpora cæsorum, tumulis projecta negatis.
Continuo fugere lupi, fugere ferarum
Vnguibus impastæ uolucres, dũ Thessala uatem
Eligit, & gelidas letho scrutata medullas,
Pulmonis rigidi, stantes sine uulnere fibras
Inuenit, & uocem defuncto corpore quærit.
Fata peremptorũ pendent iam a multa uirorum,
Quem superis reuocasse uelit, si tollere totas
Tentasset campis acies, & reddere bello,
Cessissent leges Erebi, menstro'q; potenti
Extractus Stygio populus pugnasset Auerno.

a al. cuncto.

Electum tandem traiectum gutture corpus
Ducit, & inserto laqueis feralibus unco,
Perscopulos miserum trahitur, per saxa cadauer
Victurum, montisq; caui, quem tristis Erichtho
Damnarat sacris, alta sub rupe locatur.

A Pulmonis.] *Pulmo inter uiscera natura spongiosus est, quare capit spiritum sectus ad speciem ungulæ bubulæ. Atque hæ duæ partes fibræ dicuntur, ut omnium uiscerum extremitates. Hinc uox attrahendo, emittendoq; proficiscitur.* Fata perem.] *Nunc incertum est quis omnium, in tanta strue cadauerum in uitam reuocabitur.* Quem sup.] *pro eo, quod est, quem omnium in uitam, siue in lucem hanc reuocet. Collati inferis, superorũ appellatione censemur apud poëtas, ut & cœlestes.* Claud. Semperq; teneamus,
Quod superi tenuêre semel.
Maro. Superasq; euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor est. Reuocasse.] *Enallage temporis pro reuocare.* Si tollere.] *Si uoluisset omnes cæsos in uitam reuocare, & restituere prælio, inferorum leges oportuisset cedere: ut (ut Sulpitius) concederet, ut simplex positũ sit pro composito. Alioqui ab inferis nulli patet reditus ad superos: proinde inferorum leges silere oportuisset.*

Erebi.] *Inferorũ ἐρεβ&. σιον&. ἐρεβεννος, niger. Quidam Erebum fluuiũ apud inferos esse contendunt.*

Monstroq; pot en.] *Ad prodigium naturæ, quod tanta hominum uis ex Auerno Stygio, id est, ab inferis ueneficæ artibus extructa rursus in pugnam rediisset.*

Electum tandem.] *Tandem inquit, inuenit unum cadauer, quod ex magno aceruo elegit, cuius guttur traiectum erat: hoc cadauer iniecto unco laqueis immissis per scopulos, per saxa raptauit, sed quod statim uitam reciperet.* Montisq; cani.] *Hoc sepositum sub rupe montis, quem huc delegerat.*

Haud procul à Ditis cæcis depressa cauernis
In præceps subsedit humus, quam pallida pronis
Vrget sylua comis, & nullo uertice cœlum
Suspiciens, Phœbo non peruia taxus opacat.
Marcentes intus tenebræ, pallensq; sub antris
Longa nocte situs, nunquam, nisi carmine factũ
Lumen habet, non Tænareis sic faucibus aer
Seditiners, mœstum mundi confine latentis,
Ac nostri quo non metuunt emittere manes
Tartarei reges, nam quamuis Thessala uates
Vim faciat fatis, dubiũ est, quod traxerit illuc.
Aspiciat Stygias, an quod descenderit, umbras.

B Haud pro.] *Loci descriptio, hoc est antri, per quod manes ab inferis euocantur.*

A' cauer. Di.] *Haud procul inde uastus fuit hiatus, inquit, in præceps profundus, per quem solent inferi manes emittere.*

Ditis.] *Dis Pluto dicitur, diuitiarum, & inferorum deus.*

Depressa h.] *profundus specus, debiscens, & in præceps profundus.* Sylua.] *In diuersis descriptionibus uiarum ad inferos apud poëtas, speluncas fingunt in primis, & eas quidem caliginosas, uestitas syluis, per quas cœlum conspici non potest. Sed alij alius uenustius describunt, & ornant arboribus, aliisq; rebus, quæ inferis conueniunt, & gratæ sunt. Verg in 6.*

Spelunca alta fuit, uastoq; immanis hiatu
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris,
Quam super haud ullæ poterant impunè uolantes
Tendere iter pennis: talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad connexa ferebat.

Maro præterquam quod uiam scrupis instratum fingit. adiungit syluam opacam, & lacũ Auernum. Lucanus syluam taxam ponit decorè, per quam sol conspici nõ potest: omnia accommodatè inferis rebus. Verùm paulò pòst alios quot poëtarum Topographias conferemus. Taxus.] *Rectè taxus, sylua taxo consita, non querna, non fagina,* Taxus Græcè σμίλαξ, *abieti similis arbor: fert baccas, in quibus lethale inest uenenum: sed in primis in Hispania. Arguit hoc ipsum denominatiuum, toxicũ, quasi taxicum. Gracilis arbor est, tristis, dira, nullo succo, Mas noxio fructu. In Gallia, uasa uiatoria uinis ex ea facta, mortifera sunt. In Arcadia tam præsentis uenenum est, ut si qui dormiant sub ea, cibúmue capiant, moriantur. Apprimè igitur syluam ex taxo constare fingit.*

Marcentes in te.] *Tenebrosæ speluncæ id genus ab omnibus poëtis circumscribuntur, ob altissimas inferorum tenebras.* Situs.] *situs propriè est, authore Donato, corruptio ex humore, & diuturnitate contracta, qua & deterioret fluunt species, uno loco, & prolixo tempore constitutæ.*

Nunquam nisi.] *Proinde perpetua caligo horrorem ingredientibus facit, nisi quando carminibus discutitur.* Tœnareis.] *amplificatio à collatione. Tœnarum tradunt umbrosum esse antrum in radice promontorij Maleæ, in Laconia: haud procul à Sparta. In quo propter uastum hiatum, & perceptum strepitum progredientium, ibi descensum esse ad inferos ueteres fabulati fuerunt.* Maro. Georg. 4.

Tœnareas etiam fauces, alta ostia Ditis. "

Proper. libro secundo.

Quod non Tœnareis domus est mihi fulta columnis. "

Statius Theb. 2. ità quoq; uiam ad inferos describit.

Hoc, ut fama, loco pallentes deuius umbras "
Trames agit, nigriq; Iouis uacua atria ditat "
Mortibus, Arcadij perhibent si uera coloni, "
Stridor ibi, & gemitus pœnarum, atroq; tumultu. "
Feruet ager, sæpe Eumenidum uocesq; manusq; "
In medium sonuere diem, lætæq; triformis "
Ianitor agricolis campis auditus abegit. "

Cæterum circa Tœnarũ erant λατομίαι, hoc est, lapidũ pciosorũ lapidicinæ, qui Laconica marmora, & Lapides Tœnarei dicebãtur, τὸ ἀγορ]αῖον λαπωνικῆς, ἐν ᾧ γόμιον ἦν κα]άγαν εἰς ἄδλαν, ἔνθα καὶ τοῦ σιδῶνος ἱερὸν ἀσφάλιον, ἐκεῖσε δ' ἀπ' ἐλω]ας ἐπέτασε παθεύδ]ας ἐν τῷ ἱερῷ τῆ ποσειδῶνος ἄδλα δείσαντες ἀνέηλου οἱ λακεδαιμόνιοι. hoc est, Tœnarum promontorium Laconiæ est, in quo fauces erant ad inferos deducentes: quo in loco templum quoq; uisebatur Neptuni præsidis. Illic supplicantes in sacello Neptuni, Helotas nihil ueriti Lacedæmonij interfecerunt. Tœnarus dictus Stephano est, à Tœnaro Iouis filio, fratre Gerasti, qui cum Calabro fratre nauigans, locum quendam Peloponnesi occupãs, Neptuno templum extruxit, quod Tœnarum appellauit. Est item Tœnarus Icarij filius, à quo

nomen

nomen promontorio, portui, & ciuitati. *Ab oppido Tænaro, Tænaritæ eius accolæ uocantur, & in Tænaro promontorio, spelunca ea erat, per quam aditus erat ad inferos, ut modò dictum est. Olim Lacedæmonij captiuos, qui in Tænarum confugerant, reductos, capitis supplicio afficiebant. Vnde prouerbium nascebatur. Tænarium malum, in eos, qui crudelius in famulos sæuirent. Audiamus Senecam in Hercule Furen. describentem speluncam Tænaram, qua Hercules cum Thesæo comite descendit ad inferos.*

» *Spartana tellus nobile attollit iugum*
» *Densis ibi æquor Tænarus syluis præmit*
» *Hic ora soluit datis inuisi domus,*
» *Hiatq; rupes alta, & immenso specu*
» *Ingens uorago faucibus uastis patet,*

Latumq; pandit omnibus populis iter.
Non cæca tenebris incipit primo uia
Tenuis relictæ lucis à tergo nitor,
Fulgorq; dubius solis afflicti cadit,
Et ludit aciem. tale non dubiè solet
Præbere lumen primus, aut seruo dies.

Itaq; addit syluas, & tenebras non crassas illas quidem, sed dubias in hiatu. Aër iners conf.] *appositio. Munitum latentē dicit inferos sub terra latentes.* Quò no.] *In quem spacium inferorum iudices, & reges nihil uereatur animas emittere. Glareanus ad quam humū deprimum euocarit hue umbrā an ipsa ad imos manes descēderit, id quod sequēs uersus declarat.* Stygias.] *infernales.*

Discolor.] *Ab habitu uenefice, quā dicit uaria uestē, id est, diuersorum colorum indutam fuisse. Quod Glareanus dicit, coniunctionem, & prò id est. positam posse uideri, rectè ille, id enim poëtis familiare est, maximè Vergilio, per epexegesin: ut sit interpretatio præcedentis uerbi, discolor. Badius, uario exponit. habens uarium usum induendi, aut amiciendi, fortè quod utriq; sexui competeret: uel quod superne, & inferne indui posset.* Aperitur.] *Et hoc loco uaria lectio, scrupulum injcit. Si legas aperitur, ut sit sensus uultum detegi reiectis comis. Sin operitur: obnupsisse caput reiectis crinibus in tergum. Sed prior lectio meo iudicio ut uera tenenda est: id quod ea quæ sequuntur, coarguunt. Vt pauidos iuuenis comites, ipsumq; trementem. Conspicit exanimi defixum lumina uultu,*

Iam noua, iam uera.] *Hic nunc re uera reuiuiscet, redibitq; prisima forma, & figura mortuo, qualis fuit prius quam moreretur, eodem uultus habitu apparebit.*

Loquentem.] *Hunc hominem restituunt.*

Ripamq; sonantem ignibus.] *Rectè Sulpitius. qui Pyriphlegetontem, Tartarum ambientem exponit.* πυριφλεγέθων, ὁ πῦρ ὡς πυρὶ φλέγω. *igne ardeo.*

Eumenides possent.] *Furiæ tres, quæ antiphrasticè itæ dictæ sunt, quod quiduis potius sint, quàm εὐμενεῖς, benignæ, mites, & propitiæ. Sed Oreste restituto ferunt mutasse nomen. Glareanus, Badius, ait, non satis circumspectè, Eumenidas, in accusandi casu legit: ideoq; & repetit uerbum, ostendam, & supplet. Si hæc omnia possent uideri à uobis sine horrore me præsente. Rectius Sulpitius exponit, Si ego ostenderem uobis omnia horrenda, quæ in inferno sunt, non esset uobis metuendum: quippe manes metuunt me præsente. Hæc ille. Verum hæc duo uerba, possent uideri, nihil uexant lectorem, quæ mihi cum conditione dicta uidentur. Si possent Eumenides uideri: quasi dicat, non possunt, alioqui, me præsente, absque timore uideretis. Hucusque Glareanus.* Eumenides.] *Furias esse tres infœlicium conscientiarum ultrices Megeram, Tisiphonen, & Alecto, nemo ferè est, quē ignoret. Has dixit, antiphrasticè benevolas, & mites Latinè uocari, quiduis potius, quàm mites. Has tres aiunt Acheruntis filias esse, atque noctiu uno partu ædias, & apud inferos uocantur canes. Hinc Lucanus.*

Iam uos ego nomine uero
Eliciam, Stygias

canes in luce superna Desiluam.
Inter homines hac in uita furiæ uocantur.

Maro.

Cæruleis unum de crinibus anguem
Conijcit, imq; sinum præcordia ad intima subdit.
Quò furibunda domum monstro permiscerat omnem.
Apud superos uerò diræ nominantur. Idem.
At procul, ut diræ stridorem agnouit & alas,
Infœlix crines scindit Iuturna solutos.
Dicuntur, & uolucres. Idem poëta.
Iamiam linquo acies, ne me terrete timentem.
Obscœnè uolucres, alacum uerbera nosco.

Stat lib. 4. Stygias lustrare seueris

Eumenides prohibet aquis.

Cerberus excutiens.] *Canis trieeps apud inferos, & eorum custos.* κέρβερος, ὡς κρεβόρος, *carnem consumens, ut terra, quam Cerberus prope signat. Hunc Cerberum ab inferis extraxisse fabulantur Hercules. Tradunt quidam hunc Serpentem fuisse in Tænaro Laconiæ, ubi paulò antè ostendimus ad inferos aditum fuisse, ut in poëtarum fabulis est. Diis canis dictus fuit: quem quia Hercules trucidauit poëtæ fabulandi materiam inde sumpserunt: Alexandri Epirotici canis etiam Cerberus uocatus fuit, qui cum Leonibus ausus erat decertare.* Vincti terga gigantes.] *Terræ filij crediti fuêre, qui cum Ioui indicto bello cœlum aggressi fuissent oppugnare, ab eo fulmine percussi, & in Tartarum deiecti traduntur, ubi impietatis suæ pœnas soluunt. Quod si ad Physica ista trahantur, nihil aliud sunt, quàm spiritus in terra conclusi, qui cùm exitum non inueniunt, quò sibi uiam faciant, montibus altissimis sæpè ita quassatis, ut aut rumpantur, & dissiliāt, aut grandia*

a operitur.

b al. uincti in terga.

grandia saxa eiaculantur contra Iouem : hoc est uersus cœlũ, habitarunt alioqui ut aiunt, Gigantes Phlegrã, quæ antea Pallene dicta fuit, cum quib. cum Hercules pugnaret, tonitrua, & fulmina è cœlo mittebantur. Atq; hinc fabulandi materia sumpta est poëtis, de pugna deorũ contra Gigantes. Victi terg] inter pœnas, quas dant ob impietatem in Deos, & omnes mortales. Metuentes] me formidantes: & proinde nihil est, quod trepidetis, cùm me ex æquo, & uos metuant. Ostendit non esse, cur nauium conspectum timeant.

Pectora.] Quibus artibus mortuo animã restituerit, & quæ mõstra rerum ad id adhibuerit, nunc ostendit. Primũ dicit noua uulnera fecisse, per quæ aperta in pectus calidum sanguinem infuderit, & corporis interiora corrupto sanguine expurgarit.

Pectora tunc primum feruenti sanguine supplet,
Vulneribus laxata nouis, taboq; medullas
Abluit, & uirus large lunare ministrat.
Haud quicquid fœtu gemit natura siniſtro
Miscetur, non spuma canum, quibus unda timori
Viscera non Lyncis, non duræ nodus hyems est
Defuit, & cerui pasti serpente medulla
Non puppim retinens Euro tendente rudentes
In medijs echeneis aquis, oculiq; draconum,
Quæq; sonant fœta tepefacta sub alite saxa.

Virus luna.] Spumam Lunæ, eam forsan intelligit, quam interdum matutino arboribus, & herbis hærere uidemus. Huc quicquid.] Quæcunque monstra, à natura damnata sunt, & infœliciter nascuntur, huc adhibentur. Et huius generis aliquod recensetur,

Spuma ca.] rabidorum canum, quorum rabies, inquit Plin. libro 8. cap. 40. Sirio ardente, ut diximus, hominí pestifera est, ita morsus letalis aquæ metus. Quapropter obuiam itur, per 30. eos dies gallinaceo maximè fermo, mixto canum cibis, aut si præuenerit morbus, uetratro. Hæc Plin.

Quibus unda timori.] Nam in rabiem acti horrent imagines suas in aqua uidere. Et morsus similiter lætalis est, aquæ metus, ut ostendimus.

Viscera non Lyncis.] Lynces Aethiopia maximè gignit, ut Sphingas. animalia sunt fusco pilo, & mammis geminis (ut ait Plinius libro 8. capite 21.) in pectore. Lynceũ humor ita redditus, ubi gignuntur, glaciatur, ac reperitur in gemmas, carbunculis similes, & igneo colore fulgentes. Lyncurium uocatas, atque ob id fuccino à plerisq; ita generari prodito, Nouere hoc Lynces, & inuidentes terra operiunt, eoq; celerius solidatur illa. His tanta uisus est perspicacitas, ut per medium possint uidere parietem. A Sphingibus, & earum perspicuitate haud dubiè nata fabula est de Lynceo, quem Apollonius Rhodius scribit libro 2. ea oculorum acie ualuisse, ut etiã terram ipsam oculorum acumine penetraret

» λυγκεὺς ἦ, καὶ ὀξυτάτοις ἐνὶ κηρσὶ
» ὄμμασιν, εἰ ἐτεόν γε πίλει πλέον ἀέρα κεῖνον
» ἠὲλίου καὶ νέρθε κατὰ χθονὸς αὐγάζεσθαι.

id est, interp. Eras.

At mira uisus pollebat acumine Lynceus,
Si modò uera est fama uirum quæ prædicat illum,
Perfacilè inspexisse sub altis condita terris.

Hinc Lynceï perspicacitas in hyperbolen prouerbialem cesit, Plinius libro secundo, capite decimoseptimo, aliam cuius perspicuitatis tradit rationem. Nouissimam, inquit, lunam primamq; eadem die, uel nocte nullo alio in signo, quàm in ariete conspici, id quoq; paucis mortalium contingit. Et inde fabula cernendi Lynceo. Hic primus reperisse traditur fodinas metallorũ, æris, argenti, auri. Atq; hinc credunt uulgo natam fabulam, quod ea uidisset, quæ sub terra cõdita essent. Sed de Lynceo satis. Viscera itaq; Lynceis animantis uenefica huc adhibuit. Nodus hyems.] Huic pisci proditur utranq; esse naturam, uidelicet alternis annis esse marem, alternis fœminam : & sine mare parere uulgò creditur. Refragatur Aristoteles. Collum & iuba cõtinuitate spinæ porrigitur, flectiq; nisi circumactu totius corporis nequit. Inter stabula pastorũ, sermonem humanum simulat, nomenq; alicuius addiscit, quem euocatum foras laceret. Vomitionem hominis imitatur, ad solicitandos canes, quos inuadat. Ab hoc uno animali sepulchra eruuntur, inquisitione corporum. Fœmina rarò capitur. Oculis insunt mille uarietates, & oculorum mutationes. Canes contactu umbræ eius obmutescunt : Et quibusdam magicis artibus, omne animal, quod ter lustrauerit, in uestigio hæret. Hyænæ coitu Leæna Aethiopica parit Crocutam, similiter imitantem uoces hominum & pecorum. Hyænæ plurimum gignuntur in Africa. Aelianus prodidit, ut paulò antè Iuuenalem memini, si hoc anno Hyænam marem conspexeris, eandem anno sequenti fœminam agnosces. Contrà, si fœminam nunc, postea marem. Venire etiam in utriusq; sexus naturam, ut ineat, & ineatur, uicissim, perinde ut in fabulis poëtarum de Cancro, & Teresia proditum est. Verba Aeliani hæc sunt, si quis requirat.

τὴν ὑαίναν, τῆτε μὲν ἄῤῥενα εἶναι δοκεῖν.
τὴν αὖ τὴν εἰς νέωτα ὄφιν θῆλυν νῦν. μετὰ ταῦτα
ἄῤῥενα. κοινωνοῦσι δὲ ἀφροδίτης ἑναλλὲξ, καὶ γαμοῦσιτε· καὶ γαμοῦνται ἀνὰ ἔτος. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἀμείβουσι τὸ γένος. ὅτι ἂν τὸν παλαιὸν, τὸν ταρσεῖκον ἀρχαῖοι ἀπέδειξε τὸ ζῷον τοῦτο, ἀ κόμποις, ἀλλὰ τοῖς ἔργοις αὐτῶν. Quin & illud scitu dignum est, pelles Hyænæ, & Phocarum non tangi de cœlo. Qua propter is mos est nautis, his summa uelorum communire. Plin. lib. 37. ca. 10. Hyæniæ, inquit ex oculis Hyænæ, & ob id in uasa inueniri dicuntur : & si credimus, linguæ hominis subditæ futura prædicere, hactenus de hyæna.

Cerui pasti serpen.] Plinius libro 8. cap. 32. de ceruis. Singulare, inquit, abigendis serpentibus odor adusto cornu ceruino. Et lib. 28 cap. 9. Exitio his (serpentibus) esse ceruos, inquit, nemo ignorat, ut si quæ sunt, extractas cauernis mandat. Et lib. 11. cap. 53. Elephantorũ animã serpentes extrahit, ceruorum item urit. Echeneis.] Plin. lib 32. cap. 1. Vnus, ac paruus admodum pisciculus, omnia hæc, pariterq; eodem impellẽtia, Echeneis appellatus in se tenet. Ruant uenti licet, & sæuiant procellæ, imperat furori, ũresq; tantas compescit, et cogit stare nauigia, quod non uincula ulla, non anchoræ pondere irreuocabili iactæ. Infrænat impetus, & domat mundi rabiem, nullo suo labore, non retinendo, aut alio modo, quàm adhærendo. Hæc tantilla est satis contra tot impetus, ut uetet ire nauigia. Sed armatæ classes imponũt sibi turrium propugnacula, ut in mari quoque pugnetur, uelut

uelut è murice. Idem lib. 9. cap. 25. Est paruus admodum piscis assuetus petris, hoc carinis adhærentes naues tardius ire creduntur, inde nomine impositio: quam ob caussam, amatoriis quoque uenefiçijs infamis est: & indiciorum, ac litium moras, quæ crimina una laude pensat, fluxus grauidarum utero sistens, partusq; continẽs ad puerperium, in cibos tamen non admittitur. Pedes eum habere arbitratur Aristoteles, ita posita pennarum similitudine. Hæc ille. Aristoteles libro 2. capite 14. de natura anim. Remoram nonnulli per errorem pedes habere crediderunt. Expes omnino est. Sed quoniam pinnas habeat, pedibus similes, hinc fit, ut pedibus instare uideatur. A' retinendis nauibus nomen habet. ὡς ἔχων τὰς νῆας.

Euro.] quouis'uento. Species pro genere. Oculisq; A draco.] Draconum oculi, ait Sulpitius, qui nascuntur in Aethiopia. Verum oculis eius, & inueteratis & cum mel le tritis, inunctos non pauescere ad nocturnas imagines serunt, etiam pauidos cordis. Atq; hoc quidem rectius, atq; huic loco accommodatius. Quæq; sonari.] Aetiten dicit, quem aliqui dixerunt Gagaten. Hic lapis inædificatur nido aquilæ, ad multa remedia utilis, nihil igne deperdens. Est autem lapis iste prægnans, intus cùm quatias, alio ueluti in utero sonante. Sed uis illa medica non nisi in nido direptis. Hic Plin. libro 10. cap. 3. Aëtiten Zoroastes magus omnibus lapidibus prætulit. Sub ali.] sub aquila incubante.

Non Arabum uolucer.] Iaculum intelligit, qui ex arborum ramis uibratur, ac uolatu per corpora transit. Subit arbores, è quibus ui maxima se eiaculatur, penetratq;, quodcunque animal obuium dederit fortuna. Vipera.] Pinnotheram dicere uidetur, qui minimus ex cãcrorum genere est, & ideo oportunus iniuriæ. Hinc solertia est, inquit Plin. inanium ostrearum testis se condere, & cùm acceuerit, migrare in capaciores. Hinc à poëta custos præciosæ conchæ uocatur. Sed magis mihi probatur, quod Mycyllus annotauit, poëtam loqui de uipera, sine serpente, quæ in mari rubro peculiariter uersatur, & conchas in quibus uniones, siue margaritæ nascuntur obseruat.

Non Arabum uolucer serpens, innataq; rubris
Aequoribus custos prætiosæ uipera conchæ,
Aut uiuentis adhuc Libycæ membrana Cerastæ,
Aut cinis Eoa positi Phœnicis in ara.
Quo postquã uiles, & habentes nomina pestes
Contulit, infando saturatas carmine frondes,
Et quibus os dirum nascentibus insputt, herbas
Addidit, & quicquid mundo dedit ipsa uenenj,
Tunc uox Lethæos, cunctis pollentior herbis
Excantare deos, confundit murmura primum
Dissona, & humanæ multum discordia linguæ,
Latratus habet illa canũ, gemitusq; luporũ, (tur,
Quod trepidus bubo, quod strix nocturna querũ-
Quod strídẽt, ululantq; feræ, quod sibilat anguis,
Exprimit, & planctus illisæ cautibus undæ,
Syluarumq; sonum, fractæq; tonitrua nubis,
Tot rerũ uox una fuit, mox cætera cantu
Explicat Aemonio, penetratq; in tartara lingua.

Cerastæ] in Cerastis corpore eminent corniculæ, fæpe quadrigemina, quorum motu reliquo corpore occultato, follicitent se ad aues. Nicander θηριακοις.

„ ἓν δ' ἀρωὴ δ' ὀδόντα μὲθ' ἑπτοντα περάσσυν
„ ἠὼτ' ἐχεν, τῷ γάρ τι δομὴν ἐνδύλλεται ἰσην,
„ ἄλλοτε μὲν θισύρεσσι, τοτὲ δ' ἐν δοιοῖσι περάσσης,
„ ἤτοι ὁ μὲν κολὸς ἐστιν, ὃσ' οὖ περάσσι πεποιθώς
„ χροιῇ δ' ἐμφερὴς λεπίνετοι, ἐν δ' ἀμαθοισιν,
„ ἢ νὺ ἀμαιρυχίσι παρὰ τίβου ἐνδυνὶς αὐει.

Quo loco poëta Cerasten dolosum uocat, quod in uijs, per quas plaustra aguntur, se occultet, ut obuium & in quem incidat, perimat mutilatum item uitiatumq; cornibus Sunt enim nonnulli quatuor cornibus feroces. ut diximus. Fretus rursum, ac nixus cornibus in colore obscuro extenuatur. Quin & circa semitas sedulò, ac diligenter degit. Plura idem author de Cerastis, & interpres lectu, ac scitu digna scribunt. Membrana Lib.] corium libycæ Cerestæ, fortasse quod in Libya uel plures sint, uel solæ, uel Ferociores, propter æstum. Eoa Phœ.] Aethiopes, & Indi nobilem ante Arabiæ auem Phœnicem ferunt, atque adeo unum toto orbe, aquilæ magnitudine, fulgore auri, circa colla, reliquo toto corpore purpureum, sed raro uisum, caudam cœruleam roseis pennis distinguentibus: cristis faciem, caputq; plumeo apice honestante. Phœnicem nemo uidit uescetem, authore Manilio. & in Arabia solis sacrum esse, uiuitque annos DCLX. Vbi consenuerit, casia, thuriq; B furculis construit nidum, repletq; odoribus, & superemoritur. Inde ex ossibus, et medullis primo nascitur ceu uermiculus, mox statim fit pullus. Principio iusta priori reddit funeri, & totũ defert nidum prope Panchaiam solis urbem, & in ara ibi deponit, & exuritur. Scribunt quidam, ubi obierit uermiculum, demum nasci, & fotum à Sole, iterum phœnicem fieri: uersari in Aegypto, mori in Aethiopia. Chæremon Aegyptius prodidit Phœnicem uiuere septem milia annorum & sex, & mori in Aegypto. Sed plurimorum consensus est in Panchaia Solis urbe in ara uitam eum finire. Cinis itaque Phœnicis ueneficiæ non defuit. A' Phœnicis uiuacitate nata est paræmia. Phœnice uiuacior, cuius etiam raritas prouerbio locum fecit, Phœnice rarior, de rebus, aut hominibus inuentu raris.

Ouid. Metamorph. lib. 15.

„ Vna est, quæ reparet, seq; ipsa reseminet ales
„ Assyrij Phœnica uocant, nec fruge, nec herbis
„ Sed thuris lachrymis, & succo uiuit amomi.
„ Hæc ubicunque suæ compleuit sæcula uitæ,
„ Ilicis in ramis tremulæq; cacumine palmæ,
„ Vnguibus, & duro nidum sibi construit ore,
„ Quo simulac casias, & nardi lenis aristas
„ Quassaq; cum fulua substrauit cynnamia myrrha,
„ Se superimponit, finisq; in odoribus æuum.
„ Inde ferunt totidem, qui uiuere debeat annos,
„ Corpore de patrio paruum phœnica renasci.
„ Cùm dedit huic ætas uires, onerisq; ferendo est
„ Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ
„ Ferisq; pius cunasq; suas patriumq; sepulchrum,
„ Perq; leues auras Hyperionis æde potitus
„ Ante fores sacras Hyperionis æde reponit.

Et apud Lactantium Firmianum extat nobile carmen de Phœnice, quod nimis longum est, hic adscribere. Eoa.]

A Eoa.] Orientali. *In Panchaia enim Solis urbe in araid facit.* Quo postquam.] *Vbi ad hunc specum ista rerum nostra coëgit, quas pestes Lucanus nuncupat.* κατ' ἐξοχήν. *addidit & quosdã arborum ramos, & herbas, quas teneras adhuc infecerat suo sputo, & carminibus, & quantum ueneni ipsa inuenit, adiecit præterea.*

Tunc uox.] *Diuersis collocationibus rerum amplificat ueneficæ tartaream uocem, qua excantauit deos. Hãc omnibus herbis efficaciorẽ fuisse canit.* Latratus.] *Latrat horrendum ut canis, ut solent caduco, aut sacro morbo correpti: tum autem ululatum luporum imitatur. Addefuralem bubonis ignaui carmen, & genitum,*

Strix noc. qn.] *Nocturna, & sua quærela auis importuna: inuadit puros nutricum egentes, & eorum succum, & sanguinem uitalem extrahit. A' quarum similitudine, fœminas Striges appellamus, quæ ſſuo cõtactu puellulos effascinant, tum autem, & lactis, & mammarum oblatione. Huic disertè Serenus.*

Præterea si fortè premit Strix atra puellos, "
Viroſa immulgens exertis ubera labris. "

Striges, strigis, etiam oleris genus est Quod str.] *Ferarũ stridorem, & uarias uoces imitatur, & sibilum anguium: fluctuum etiam scopulis illisorum fremitum. Adhæc, syluarum fragorem, & cœli tonitrum.* Tot rer. *Clausula horrendarum uocum, quibus in necromantia uenefica utebatur.* Cant. Aemo.] *Ac statim cætera huius negotij Theſſalicis Carminibus persequitur: tantaq; earum uis fuit, ut ad inferos, usq; rex ueneficæ penetrarit.*

Eumenides.] *Inuocatio furiarũ, & quantum rerum damnatarum est apud inferos, ut in uota & preces* B *adsint ut corpus positum, ad canendũ eucntura animent. De Chaonũ uno loco annotatum est.*

Eumenides Stygiumq; nefas, pœnæq; nocentũ,
Et Chaos innumeros auidũ cõfundere mundos,
Et rector terræ, quem longa secula torquet
Mors dilata deũm, Styx & quos nulla meretur
Theſſalis a Elysios, cœlum, matremq; peroſa
Perſephone, noſtreq; Hecates pars ultima, perquã
Manibus, & mihi ſunt racitę commertia linguæ:
Ianitor, & sedis laxæ, qui uiscera sæuo
Spargis noſtra cani, repetitaq; fila sorores
Fracturæ, b tuq; ô flagrantis portitor undæ
Iam laſſate senex, ad me redeuntibus umbris,
Exaudite preces. si uos satis ore nefando,
Polluto q; uoco, si nunquam hæc carmina fibris
Humanis ieiuna cano, si pectora plena
Sæpe dedi, & laui calido profecta cerebro,
Si quis qui uestris caput, extaq; lancibus infans
Imposuit, uicturus erat, parete precanti.
Non in tartareo latitantem poscimus antro,
Aſſuetam q; diu tenebris, modo luce fugata
Deſcendentem q; animo primo pallentis hiatu
Hæret adhuc Orci, licet has exaudiat herbas
Ad manes uentura semel, ducis e omina nato
Pompeiana canat. d nostri modo militis umbra
Si bene de uobis ciuilia bella merentur.

Mundos in.] Platonem mundum unum esse genitũ scribit, & eum quidem sensibilem, a deo conditum, & animatum, eoq; præstantiorem eo, quod omnia careat. Vnum tantum esse, & finitum, quod hypodigma, ad quod creatus fuerit, unicum sit. Habere similitudinem sphæræ, quod conditoris ea quoque figura sit. Et C *addit, mundum esse immortalem, eo, quod non dissoluatur, in id quod non est. Epicurus plures esse dicebat, & interire cum partes mutantur. Alios sphæræ alios oui speciem præ se ferre, & alios aliã similiter formã non tamen quamuis formam admittere, Mundos esse infinitos, siue huic similes, siue dissimiles. Furor est inquit Plinius, mensuram eius animo quosdam agitasse, atq; prodere ausos: alios rursus occasione hinc sumpta, aut his data innumerabiles tradidisse mundos, ut totidem rerum naturas credi oporteret: aut si una omnes incubaret, totidem tamen soles, totidem lunas, & cætera etiam in uno, & immẽsa, & innumerabilia sidera: quasi non eadem quæstione semper in termino cogitationis occursura, desiderio finis alicuius: Aut si hæc infinitas naturæ omnũ artifici posit assignari, non illud idem in uno facilius sit intelligi tãto præsertim opere. & Hæc. Plin. Hinc persuasus Alexander Mag. uoluit plures mundos deuicta Asia quærere. Quare Iuuenalis, de Alexandro loquens.* Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis, inquit. *Inuocat igitur Chaos auidum etiam tum rursum miscere innumeros mundos, si sint.*

Rector rer.] *Periphrasis Plutonis, quem non posse mori dicit, cùm eius mortem in longa secula differri constet: ac proinde tædio uitæ lõgioris torqueri. Optat mori, sed mors illi non contingit.*

Styx.] *inuocat & Stygiam paludẽ, quã dij iurare prohibentur. Si quis iurauerit annũ, & nouem dies à Nectare, et Ambrosia, hoc est à cõuiuio Deorum excluditur, ut in fabulis est.* Nulla Theſ.] *O' Elysia prata animorum beatorum, quæ nulla uenefica meretur, exaudite etiam meas preces.* a al. Elysij. b al. Tractũrx.

Perſepho.] *peroſa matrem Cererem, quæ ſuperorum accumbis mensæ, tu quoq; mihi iam operanti adsis. Adeo Perſephone matrem exosa creditur,* c al. omnia. d al. noti.

ut repetita illam sequi recusaret. Hecates noſ.] *quod illa uel primum locum in magia obtineat, siue ultima pars, extremum refugium perinde ut dicimus, extremam anchoram, pro, extremo refugio. Hecaten tergeminã fingũt poëtæ. siue quod Proserpina, Luna & Diana idem sint uatibus numen, siue quod triplex sit Lunæ uicissitudo: cùm surgit in cornua: cùm diuidua est, & cùm pleno orbe lucet. Sunt, qui eam triformem uel ob id faciunt, quod triũ capitum sit.* Ouid *lib. 7 Metamorph.*

Tuq; triceps Hecate, "
ita ut dextrum caput æquinum sit, siniſtrum caninũ, medium hominis agrestis referat. Filiam Tartari hanc fingunt: & forsan per ultimam eius partem Tartarum, intelligere uidetur. Hinc ab Orpheo, *παρεκφόναις dicitur. Alij Iunonem, Dianam & Proserpinam, unum numẽ esse contendunt. Hanc in triuijs uenerabantur olim. Pheræam ex Ioue prognatam, & in Triuijs expositam, eductamq; à pastoribus. Sub nouilunium ditiores uespere cœnã mittebant Hecatæ, (ut dicebatur) in triuijs: nocte pauperes aderant, clausis portis, qui eam famelici diripiebant. Postridie persuadentes uulgo, Hecaten id quod appositũ fuisset, deuorasse. Vnde quoties significare uolumus, quid*

per tumultum direptum, Hecates cœnam appellare solemus. Eandem, & præparcam, & sordidam appellabãt ueteres, quod apud inferos umbræ tenui, ac uilissimo cibo uictitare dicuntur: ut malua, & porro. Ipsa uerò Hecate Mœnides, & triglides, contemptos pisciculos apud nos, ut sibi sacros in deliciis haberet. Apud Athenienses, locus erat Trigla ubi Hecatæ Triglantinæ simulachrum uisebatur. Rursum Triglam Hecatæ cõsecratã uoluerunt, ob nominis rationem. Lycophronis scholiastes, aliam adducit rationem, quamobrem ueteribus in triuijs culta fuerit. ἐκά τη ἑτέρα φεραίοις τῆς αὐλῆς θυγατρες, ἡφα τῆ διὸς τεχθεῖσα, ἣν τριόδοις ἐρρίφη, βυκόλοι δὲ φέρητ' ἂν, φερχθεῖσι ἐφ' ἑνὸς ἀνεθρέψαντο, ὅθεν ἐν ταῖς τριόδοις ἀντὶ τῆς θυσίας ἐπετέλουν. Φεραίαν ἢ ἐν. φεραῖς τετιμένην, &c. A' Lycophrone βριμὼ τρίμορφος appellatur, propterea quod participet cum cœlo, terra, & inferis. Seruius Hecaten dictam putat, παρὰ τὸ ἑκατὸν, centum, quod centum habeat potestates. Haclenus περὶ τῆς ἑκάτης. Per quam.] cuius Hecates beneficio mihi cum dijs manibus colloqui datur, & cõsilia miscere in magicis rebus Commemorat eius beneficia.

Tacitæ linguæ.] murmurantis & susurrantis. Nam ueneficis intima familiaritas fuit cum Hecate, & Tisiphone. Horat in Sermo. Hecaten uocat altera, sæuã, Altera Tisiphonen. In magicis silentio opus est, alioqui eorum turbantur sacra testatur hoc ipsum idem poëta Sermon. lib. 1. Satyr. octaua.

» Singula, ingt, quid memorẽ, quo pacto alterna loquẽtes
» Vmbræ cum Sagana resonarent triste, & acutum:
» Vtq; lupi barbam uariæ cum dente colubræ
» Abdiderint furtim terris, & imagine cerea.
» Largior arsit ignis: & ut non testis insultus:
» Horruerim uoces furiarum, & facta duarum:
» Nam disposa sonat quantum uesica, pepedi,
» Diffusa nate ficus, at ille currere in urbem.

Ad crepitum uentris dicit sagas fugisse. Sed rectius uidetur tacitam linguam, accipiendam, pro taciturnitate, & continenti lingua ne arcana ipsorum proderentur Nefas enim magnum ducebatur inferorum arcana prodere, & propalare. Ianitor & se.] Periphrasis Cerberi canis, quẽ fingunt inferorum in ipso statum limine custodem peruigilem. Laxæ se.] Sulpitius laxum exponit amplum.

Qui uiſ.] Qui carnibus humanis, terræ illisis uescris, ut ad etymon uocabuli allusisse uideatur. κρέβερος, ὡς κρέας βορῶν, id est, carnẽ uorans. Repetita.] Et uos ô Parcæ, quarũ in manu mortaliũ uitæ principiũ, progressus, & finis est. Repetita fila dicit, quod ruptũ semel reuelluri hominis, sint repetituræ, & tractura rursum è cœlo: aut uel factura, hoc est peremptura reuocatum in uitam.

Tuq.] Auersio ad Charontẽ, quem periphrastice portitorem flagrantis undæ nuncupat, hoc est, Pyriphlegetõtis fluuij. quem crebrò traijciendo lassatum fingit, & propter laboris perpetui assiduitatem lassatum facit, & senẽ.

Exaudite.] Quos inuocaui nũc. Allusum est, ad illud Vergil. lib. Aeneid. quarto, post inuocationem aliquot cõsimilium numinum. Et nostras audite preces. Pectoraple.] Sulp. corpus grauidæ mulieris exponit: testatur eam expositionem, id quod statim poëta addit. Cõmemorat sua beneficia, et meritia erga inferos. Lani cal.] Extata dicit Sulp. alicuius infantis. Solẽt alioqui uenefici & uenefic æ infantes è grauidis extrahere in usum ueneficiorũ suorũ, ingratiam Diuorũ, quos in sua uota euocarent. Si quis.] Aliud magis nefariũ & impium cõmemorat beneficium. quod infantis uiui, à se maclati caput, & exta, lanceib. imposita obtulerit: id quod inferis uehementer gratũ fuisse non dubitat. Porrò cùm addit uestris: significat peculiares catinos cõsecratos Dijs inferis fuisse. Non in.] à facili rei, quam est petitura, ut umbrã nuper fato defunctã, & adhuc circa amnẽ Lethæũ errantẽ, aut potius ad Stygẽ & nondũ à Charonte transuectam in tartara, tradat. Poëtæ è doctrina Philosophorũ, Platonici circa Corycum, et Stygem centum annos, quos uniuersos uocant, purgationi dedicatos animos errare uolunt, quibus uitiorum sordes eluuntur, ut aliquãdo Elysij fœlicitate fruantur. Rursum demum admissi stagna exoptata reuisunt.

Proinde facilius ducit ex horum numero aliquem in corpus destinatum extendere, quam ex imo tartaro exciere. Est autem tartarus imus inferorum abyssus, ubi sontes animæ puniuntur. Assuetam.] amplificatio umbræ damnatæ, à circumstantia temporis, & qualitate loci.

Modo.] Sed quæ paulo antè defuncta uita ad uos descenderit, & quæ ipsis Orci faucibus adhuc fedeat.

Licet has ex.] Quamuis exaudit, mea carmina, & ueneficia; quæ semel ad imos manes sunt uentura, tamẽ ea nat futuræ pugnæ euentum Sexto Pompeio. Sicq; anima huius nostri militis paulò antè cæsi. Si bene.] à meritis Ciuilium bello, & commodis.

Hæc ubi f.] Postquam Erechtho uenefica ad istũ fermè modum absoluit suã precationem, ut umbra è proximis inferorũ regionibus, nuper admodum mortui militis in cadauer emittat, ostendit, ut extẽplo corpus militis fuit animatũ.

Aspicit.] Venefica Erechtho. Exanimes.] Cadauer hominis mortui, quod statim uocat claustrum, quippe in quo concluditur anima. Corpus enim philosophis animæ quasi sepulchrum est, in quo quiescit, donec à Deo inde exire iubetur. Hinc Græcis per paranomasiã corpus σῶμα dicitur, quasi σῆμα sepulchrum. Fingit animã trepidantem, ac timentem ire

Hæc ubi fata, caput spumantia q; ora leuauit.
Aspicit astantem proiecti corporis umbram:
Exanimes artus, inuisa q; claustra timentem
Carceris antiqui, pauet iri in pectus apertum,
Viscera q;, & ruptas letali uulnere fibras.
Ah miser, extremum cui mortis munus iniquæ
Eripitur, non posse mori, miratur Erichtho
Has fatis licuisse moras, irata q; morti
Verebat immotum uiuo serpente cadauer.
Per q; cauas terræ, quas egit carmine, rimas
Manibus illatrat, regni q; silentia rumpit.
Tisiphone, uocis q; meæ secura Megæra
Non agitis sæuis Erebi per inane, flagellis
Infœlicem animam? iam uos ego nomine uero

Artem inire corpus.

Elicíam Stygíasq; canes in luce superna
Destituam, per busta sequar, per funera custos,
Expellam tumulis, abigam uos omnibus urnis.
Teq; deis, ad quos alios procedere uultu
Ficta soles Hecate, pallenti tabida forma:
Ostendam faciemq; Erebi mutare uetebo.

Carceris an.] Differè, carceris antiqui. Cic. lib. 6. de Repub. imo uerò, inquit, ij ui uũt, qui è corporũ uinculis, tanquã è carcere euolauerunt. Ita Cic. Ideo corpus Gracis tiam Σῶμα, quasi dicitur. Quare Cicero, utrunq; uolens significare corpus esse uinculum: corpus esse sepulchrum, hoc est. σῆμα, quod carcer sit sepulcrorum.

Antiqui.] in quo paulò antè anima cõdita fuerat. Pauet] ipse poëta per epexegesin reddit, quod uocat apertũ pectus: nempe letale uulnus, quo accepto in prælio, ceciderat. Extremum.] quasi non posse mori, extremũ mortis beneficiũ sit. Miratur Erich.] Hoc demiratur uenefica, quod extemplo non ingressa fuerit corpus umbra, sed adhuc restiterat, quare uerberibus, & flagellis anguinis corpus diuexare aggressa fuit Per cauas.] Ergo carminibus effecerat, ut terra se in hiatũ diduceret, per quẽ cum B manibus colloquia misceret. Suprà docuit, uenificã id præstare posse. Manibus] Metaphora à cambus sumpta. Regni.] Nam cum apud inferos nulla uox ab umbris audiatur, Erechtho eò uocem immittit. Tisipho.] Expostulat cũ furijs, quod animã proiecti corporis, nõ urgeant flagellis: minatur ob id, quod carminibus non pareant, se ipsas educturam in hanc lucẽ, atq; ibi destituram.

Erebi per in.] per umbrarũ regionem. Vmbræ non oc

Eloquar.] Minatur Proserpinæ, se proditurã mortalibus, qui bus dapib. detineatur apud inferos, quàm ui li cibo uellitet, uideliC cet mænidibus, & Trigidis, cõemptissimis piscibus apud nos. Addunt nõnulli septẽ punici mali grana, quæ in delicijs habeat.

Eloquar immensõ terræ sub pondere, quæ te
Contineant Ennea dapes, quo fœdere mœstum
Regem noctis ames, quæ te contagia passam
Noluerit reuocare Ceres, tibi pessime mundi
Arbiter, immittam ruptis Titana cauernis,
Et subito ferire die paretis? an ille
Compellandus erit, quo nunquam terra uocato
Non concussa tremit qui Gorgona cernit apertã
Verberibusq; suis trepidã castigat a Erinnym.
Indespecta, tenet uobis qui tartara, cuius
Vos estis superi, Stygias qui peierat undas.

Ennea] Proserpina. Fabulantur Platonẽ à Ioue Proserpinæ coniugiũ petiuisse. Cum Iuppiter negasset Cererẽ passuram, ut in tartaro tenebroso degeret sed hortatur eum, ut raperet: id quod fecit cum fortè circa Aetnã cum Venere, Diana, & Minerua flores legeret. Venit enim eo Pluto uectus quadrigis. Re comperta Ceres à Ioue obtinuit, ut anni parte dimidia apud inferos, dimidia apud superos uersaretur. Huius coniugium cum Pirithous à Pluto ne postea petisset, à furijs laceratus dicitur. Ennea.] Vbi Ceres monstrasset seruandi seminis rationẽ, terræq; iterum mandandi, eius filia Proserpinæ ab Orco (sic Pluto uocatur) Molossorum rege ex Sicilia rapta fuit. Vnde poëtis fabulandi materia præbita fuit. Duæ maximæ arces sunt in Sicilia, Syracusa, & Eryx. Inter has media est, Vrbs Enna teste Strabone (ubi rapta dicitur) edito loco, & undiq; præcipiti sita, cõdita à Syracusanis, appellata umbilicus Siciliæ. quod in medio insulæ cõdita sit. Immanet subiacentib. cãpis florũ ingenti ubertate simul & uarietate ridendis. Fuit hic aliquã do Cereris tẽplũ peruetustum, ubi eã summis honoribus colebatur: ad quã propitiãdã, Romani aliquando 15. uiros legatos misere. Hodie uulgò Enna uocatur, ubi qui regias uices gerit, propter regionis

rupant loca, sunt enim incorporeæ. Velut animã loris et flagellis ab inferis exturbari in hũc lucẽ, ut corpus induat. Dixit paulò antè uenificã uidisse ad stantẽ militis iacentis animã. Sed quia detrectat induere corpus, fingit se eã non uidere. Iam.] Bifariam id accipi potest uel nomine uero hoc est nommatim, propriùs nominibus, alias posti aliat, appellando nõ Erinnyes: nõ furias, non Eumenides, sed Tisiphonem, Alecto, & Megaram: uel nomine uero uocando infernales canes, quas hac in luce detinebo neq; ad inferos redire sinã. Ferunt Epimenidem tradidisse, has Saturni filias fuisse: & citant hos uersus.

ἐν τῷ καλλίνυμῳ δ' ἐγένετο χεύτη ἀφροδίτη,
μαίρακι' ἐυθέντεσι, καὶ ἱερίννυες ἀίτλοπάροι.

Quarum matrem Ister facit Euonymen, quæ eadẽ est cum tellure. Sũt qui duas tantũ fecere, & earũ duo simulacra in Attica posita fuisse. Perbũ.] Persequar uos per rogos, per sepulchra, expellã è cõditorijs cinerã, nisi paruerit is carminib. nostris. Teq;] Per auersionẽ, & Proserpinæ minatur. se eam ab inferis tractũrã, & natiuo uultu Dijs obiecturã, ad quos alia forma, inquit, accedere soles quàm mortales. Ficta] Non eò uultu, quo uersaris inter umbras, & mortales terres. Quãobrẽ addit, se obstaturã, quò minus infernalẽ formã mutet. Erebi.] infernalẽ.

illius tota insula commoditatem, solet conuentum habere. Cic. in Verrem. Vous est opinio, inquit, iudices, q̃ constat ex antiquiss. Græcorum literis, atq; monumentis, Insulam Siciliam totã esse Cereri, & Liberæ consecratam. Hoc cũm Cetera gẽtes sic arbitrã- a al. Erinnẽ.
tur, tum ipsis Siculis iam persuasum est, ut enimus eorum insitum, atq; in natum esse uideatur, nam & natas esse has in his terris Deas, & fruges in ea terra primũ repertas, arbitrantur, & raptam esse Liberam, quam eandẽ Proserpinam uocant, ex Ennensium nemore, qui locus, quod in media insula est, umbilicus Siciliæ nominatur. Hæc ille. Ab Enna, Ennæus: Hinc Ennæa Ceres, quæ in eius templo apud Ennam colebatur: cuius simulachrum tanto erat expressum artificio, ut qui intuerẽtur, aut ipsam uidere Cererem, aut effigiem non humana manu factam, sed cœlo lapsam, arbitrarentur Pessime ar.] Pluto Auersio ad Plutonem, cui etiam minatur, nisi pareat. Hũc mundi arbitrum: regemq; noctis appellat: cui obiectura sit terribilem Titanem: exiturum cum perpetuis tenebris assuetum in hãc claram lucem, quam horreat. Arbiter.] rex & præceps tenebrarum. Titana.] Titenus frater fuit Saturni qui eum regno expulit. Titani filij Titanes fuêre: hi postea paternũ regnum recuperatur, bellũ cõtrà patruelem Iouẽ susceperunt, à quo superati, fugatiq; sunt. Hinc Gigantũ fabula nata est, eos cœlum expugnare adortos, uictosq; & animas ad inferos fulmine deiectas, corporibus uerò diuersis locis mõtes superimpositos, ne eluctarentur;

rentur. Est & alia fabula superiori diuersa. Cùm Iuppiter suo timeret Olympo à Gigantibus, Titanas auxilio implorauit. Vnde paræmia dimanauit, Titanas imploras, τιτᾶνας καλεῖς, ubi quis suis diffisus uiribus, alienum auxilium implorat. Titana im.] Quoniã autem, Titanes homines forma, & aspectu terribiles fuêre, in prouerbiũ cessit, Titanicus aspectus τιτανώδης πρόσωπον, hoc est, Titanicum obtueri: pro torue aspicere: & τιτανικὸν σπέρμα. Titanicum semen. τίτανας λίθος κεκαυμένη, καὶ ἄσβεστος, λευκὸν, ὑπὸ γύψου, κονίαν. Suidas Titanas exponit καταχθονίους δαίμονας, infernales dæmonas: & terram Titanicã, solam Atticã nõnulli esse uoluerunt, ab uno uetustiore Titano, qui circa Marathonem incoluerit, qui solus non militarit aduersus Deos, teste Philochoro ἐν τετραπόλει Stephanum Titanam fœminino genere, regiunculam Sicyonis facit, suo tempore tamen Titaniũ scribit dictam. Titanus etiam mons Thessaliæ, ita dictus à candore. Titanus fluuius Aeoliæ, & ab eo dicta ciuitas.

Titana.] Sunt authores, qui tradunt Titanas sex fratres fuisse, & quinq; sorores, à Titea matre ita nuncupatos. Ruptis ca.] montibus qui illis impositi sunt, ruptis. Et sub, feriere die.] quasi uerò is magni supplicij loco sit ducturus, quod in superam lucem traducatur.

Paretis?] meis carminibus magicis? an alius grauior, ac trucu entior accensendus erit, qui te cogat parêre iussui meo? An ille compellandus.] Omnes interpretes intelligunt hac periphrasi, Demogorgonem, & ipse poëta id satis statim arguit. Veteres Demogorgonem dixerunt, Deum terræ, hoc intelligi uolebant, naturã communem omnem rerum parentem, & altricem. Hunc Demogorgonem ut imperatorem, uindicẽ, & omnium rerum gubernatorem promittit se in eum immissurũ, ni morẽ gerat. Fingunt eum in Tartari abyssо iacere. Rectè Omnibonus, qui annotat, per hunc Demogorg. intelligi animam mundi, quæ uegetat omnia, quæ omnibus naturis præposita est, de cuius semine firmamentum, Solem, Lunam & Stellas factas credebant. Lactantius in Statium Papin. Qui Deum inquũ, summum Demogorgonẽ dicit, cuius nomen scire non licet, infinitè autem philosophorum magnorum per se etiam confirmant, re uera esse præter hos Deos cognitos, qui colantur in templis, alium principem, & maximum dominum, cæterorum numinum ordinatorem, de cuius genere sint Sol atque Luna. Cæteros uero, qui circumferuntur, astra nominari, quæ eius clarescunt spiritu. maximis in hoc authoribus, Pythagora, & Platone, & ipso Tagete conuenientibus. Hęc ille.] Adijcit Micyllus ex Boccatio, qui tum temporis mihi non erat ad manus, cùm ista commentarer, qui eundem Demogorgonem terribile exponit, quod de solo principe, ac summo Deo dicitur, ut Propheta Dauid in Psalmo suo. Magnum, sanctum, & terribile nomen eius. Sed alij, inquit, idem Micyllus, (cui inter interpretes primas tribuo) contrà, Demogorgonis nomen, ut fictitium, ac uanũ reijciunt, & pro eo, Dæmogorgi uocem restituendam esse contendunt, quod hoc potissimum nomine summum, ac primum Deum, creatorem omnium, Plato, atque alij quidam appellarint. Quod quidem, inquit, ut ipse in medio uel in quo, ita illud rursum existimo, utrunq; poëtam Statium, & Lucanum ad consuetudinem, & morem Magorum respexisse, ut qui inter cæterarum deorum nomina, quibus exorcismos suos conficiunt arcanum, atque ineffabile illud suum, atque potentissimũ Dei, quoties ad extremum uentum esset, & cùm ijsdem summam necessitatem spiritibus, atque umbris eliciendis adhibere uellent, tum demum citare solerent. Siue hoc aliud, atque diuersum aliquod: siue idem cum tetragrammato illo censendũ יהוה quod ne hodie quidem Iudæi suis literis, suáq; uoce enunciant. In hoc enim nomine, cùm Magi, tum alij multi summam uim summámq; potentiam, inesse arbitrati sunt, eóq; B idem appellarunt, id est, schem hamphoras, hoc est, nomen explanationis, quod eius explicationi mira, atque incredibilia effici posse credant. Huc usque Micyllus. Huc spectare uidentur illa, quæ Henricus Cornelius Agrippa ad Aurelium scribit, de lapide Benedicto, citra cuius adminiculum nihil occultæ philosophiæ magistri, nihil Alcumistæ efficere possunt. Hunc ubiq; inueniri esse in cœlo, esse in terra: omnibus obuium, à nullis tamen cognitum.

Compel.] An Demogorgon euocandus erit, quo implorato, semper terra concutitur, ac morietur?

Qui Gor. c.] Qui Gorgonem Medusam intuebatur, illicò in saxa uertebantur. Medusam debellauit Minerua beneficio Perseus. Sed de Gorgonibus alibi diximus. Erinnem.] uel, ut in quibusdã codicibus. Erinnam. Furiarum maximam: quæ cùm in fontes umbras animas, loqui sæuire flagellis soleat, ipsa à Demogorgone inuicẽ uerberibus excarnificatur.

Nedespecta nobis.] Qui imis Tartari profunditatibus agat, sed quas uos nunquam uidistis. C

Cuius.] Si Demogorgon abyssum tenet, illi superi sunt Pluto, & Proserpina.

Stygias qui peierat.] Volunt iusurandum per Stygiam paludem, religiosum esse Dijs superis, ut qui per illum amnem iurarit diebus nouem ambrosia, & nectare defraudari. Soli Plutoni permissum est, Stygem iurare, ut testatur etiam Maro lib. 6. Aeneid. «

Dij cuius iurare timent, & fallere numen.

Vni dicit Demogorgoni licere iurare Stygem. Peieratur dixisse, simpliciter, pro, iurat.

Protinus astrict] ἀναβίωσις, hominis mortui, Describit enim, quo pacto paulatim anima irrepserit in corporis membra, & arterias. Diduc al. semel. cit totũ in aliquot partes corporis. b al. distento.

Protinus astrictus caluit cruor átraq; fouit
Vulnera, & in uenas, extremaq; mẽbra cucurrit.
Percussæ gelido trepidant sub pectore fibræ:
Et noua desuetis subrepens uita medullis
Miscetur morti: tunc omnis palpitat artus,
Tenduntur nerui, nec se tellure cadauer
Paulatim per membra leuat, terraq; repulsum est,
Erectum'q; a simul b distentum lumina rictu
Nudantur, nondum facies uiuentis in illo,
Sed morientis erat, remanet pallor'q;, rigor'q;:
Et c stupor illatus mundo, sed murmure nullo

Cruor.] Primas s al. stupet partes tribuit calori sanguinis, quod in eo uita sita esse creditur: alij in corde: nonnulli in cerebro: quidam in cerebro, & corde, & sanguine. Sanguinem igitur dicit incaluisse primũ, quod signum fuit reuiuiscentis cadaueris. Frigeret sanguis, aut reflaret ciu

A it circa cor in mortuit.

Et in uenas] Dispersus fuit, in omnes uenat, ut undiq; suas uires uitales recuperaret. Percussæ.] Palpitant uitalia, præcordia, hoc est, pulmo iecur, renes, & quantum præcordiorũ est, incipiunt reuiuiscere. Per fibras, quæ pro priè extrema intestino rum signant, omnia ea intelligit. Et noua.]

Ora astricta sonant, uox illi, linguaq; tantum
Responsura datur: dic, inquit, Thessala magna,
Quod iubeo, mercede mihi, nam uera locutum
Immunem toto mundi præstabimus æuo,
Artibus Aemonijs. tali tua membra sepulchro,
Talibus exuram Stygio cum carmine syluis,
Vt nullos cantata magos exaudiat umbra.
Sit tanti uixisse iterum, nec uerba, nec herbæ
Audebunt longæ somnum tibi soluere Lethes
A me morte data. tripodas, uatesq; deorum
Sors obscura tenet. certus a discedit ab umbris,
Quisquis uera petit, duraeq; oracula morti
Fortis adit, ne parce precor, da nomina rebus,
Da loca, da uocem, qua mecum fata loquantur.

Nam uetus deposita nunc redit in pristinum corpus, in quo reuiuiscit. Desierat enim iam antea uiuere, & nunc miscetur cadaueri mortui hominis.

Omnis palpitat artus.] *A consequentibus, nam uenit, fibrit, arterijs, & præcordijs confirmatis, sequitur artium, & neruorum corroboratio.*

B Distento lum.] *hoc est, sinus oculorum, quos alij fossas nominant, nudantur, aperiuntur, ut oculi contecti apparerent.* Nondum facies.] *Quo pacto facies uiui hominis in illo nondum erat, sequenti uersu reddit. Idẽ pallor, & uigor in ore adhuc sedebat, qualem in mortuo uidere est.* Et stupet.] *Quippe qui è tenebris in lucem claram reuocatus solem obtueretur.* Sed murmure nul.] *Clauso ac compresso ore nullam adhuc uocem edebat.* Dic inquit, Thess.] *Verba sunt ueneficæ Erichthus ad reuiuiscentem. Magnam Thessalam eam per iphrasticè uocat, ut excellentẽ in sua arte.* Dic quod.] *Principium ductum à petitione.* Et ne gratis beneficium præstitisse uideatur, promittit remunerationẽ simul. Nam ue. l.] *Reddit, quam nam mercedẽ polliceatur. Si uerum respondeat, promittit se effecturam suis carminibus, ne liber deinceps ab ullo excantetur mago.* Artibus Aemo.] *Thessalicis ueneficijs, hoc est, in summa ullis ueneficijs sagarum, aut magorum.* Tali tua.] *Docet*

C *quibus artibus, & qua ratione id præstabit, ne illi amplius unquam noceatur.* Carmine cum.] *Talibus lignis rogum, in quo comburaris, instruam, addis diritis, & horrendis carminibus, ut umbra tua excantata omnes magos facilè, cõtemnat, & ad eorum ueneficia, obsurdescat, quantumuis sit efficacia futura.* Sit tan.] *Tanti æstima hoc beneficiũ, quod per me reuocatus in uitam sis, ad dicendum mihi uera. Magni beneficij loco ponendum duerit, quod nullo æuo amplius reuocabitur secura.* Nec uerb.] amplificatio. Magos.] *Veneficos. Magus Persica uox est, quæ idem signat apud eos, quod apud nos, sapiens: apud Græcos philosophus: apud Gallos, Druydæ: Aegyptios, prophetæ: Indos, Gymnosophistæ: apud Assyrios, Chaldæi. Accipitur hinc magus pro eo, qui maleficium, & artes uetitas legibus exercet. Nam cùm apud Persas potissimum Magi cultui Deorum uacarent, paulatim eorum superstitio, & uanitas creuit eò, ut non solum obseruatione siderum fata prædicent, sed artibus etiam, nescio quibus, & maleficijs se omnia scire profiterentur. Vnde magica, ipsa incantãdi ars, siue magice, es. Maxima ei fuit toto orbe authoritas, quod sola tres alias artes humanæ mentis complexa, in se unam redegit. Plinius artem eam è medicina natã non dubitat, ac specie salutari paulatim irrepsisse, ut sanctiorẽ, quàm ipsam medicinã. Admiscuit inde artes mathematicas, adoleuitq; in tantum fastigijs, ut regib. in oriente imperauit, ubi orta creditur in Perside à Zoroastre, uel ab eo uno, uel postea alio. Illum teste Pli. Eudoxus 6. M. annorum ante Platonis mortẽ fuisse prodidit: certè, Hermippus scriptum reliquit, uicies centũ milia uersuũ de ea arte à Zoroastre cõdita fuisse. Plura de hac arte Plin. Magia pro sapientia & perfecta rerũ naturaliũ cognitione, accipitur. Duæ species Magiæ maximè traduntur, quarũ una nihil aliud est, quàm consumatus naturalis philosophiæ apex, quàm principes philosophorũ ueluti sanctiorẽ quandam disciplinã summo studio, & longinquis peregrinationibus cõquisiuerunt. Altera, quam Goëtiam, uel Thurgiam uocant, dæmonũ imperiorũ inuocationibus, & incantationibus exercent, quæ omnib. uetita est. Plinius eam artẽ intestabilẽ uocat. Proinde ita persuasum sit, inquit, intestabilem, irritã, & inanẽ esse, habẽtẽ tamẽ quasdã ueritatis umbras, sed in his ueneficas artes pollere, nõ magicas. Huius Magiæ nõ una est species: Hydromãtia, quæ fit ex aqua: axiomãtia, quæ fit securibus, & dolabris, lecanomantia, quæ fit peluibus: unde diuinãt: Catoptromantia, per specula: Pyromantia, quæ fit per ignem, quam Amphiaram inuemsse, dicitur: Geomantia, quæ fit per terrã: Chiromantia per lineamenta manuum. Necromantia, siue Necyomantia quæ fit per euocationẽ umbrarũ, ut hic apud Lucanũ, & per inferorũ colloquia: quoties necromanticorũ incantamentis, mortui resuscitati, diuinare, & ad interrogata respõdere uidentur, quã nonnulli etiã existimant Sciomantiã dici. Sunt qui Necromantiã, à Sciomantia ita distinguant, quod Necromantia ad erigendũ cadauer sit sanguis necessarius, in Sciomantia, sufficiat sola umbræ euocatio, Capnomantia, quæ fit ex fumo aræ, cuius motu futura sentiuntur, Coscimantia, quæ fit per cribrum, quo genere etiã hodie mulieres aliquot in Gallia utuntur, ad inuestigandas res furto subtractas. Ex huius Magiæ fonte Hetrusci aruspices apud Italos: apud Indos Brachmanes, & Gymnosophistæ, apud Gallos, Druydæ, & Bardi: apud Siculos, Galeotæ: ibiq; terrarũ, Astrologi. Hæc quoniã nonnihil uoluptas habent ad leuãdum tædiũ, libuit copiosiùs cõmentari.* Longæ somnũ.] *hoc est, ex inferis in uitã odiosius reuocari. Et longum somnũ perpetuam quietẽ uocat: mors enim nihil aliud est, quàm somnus. ut ij, qui mortui sint, dormire dicantur etiã in sacris literis. Hinc Homerus mortem, & somnũ germanos fratres uocat.* αὐτοκασιγνήτους. Lethes.] *obliuionis, quod ex aq. Lethæo animæ dicuntur longam obliuionem rerum in uita actarum potare.* Tripodas.] *Phœbades, & Diuorum uates consulti, tum autem & Sibyllæ, nõ reddunt oracula dilucidè, sed ambagibus obscuris dubios, & incertos auditores dimittunt. Hinc Apollo* λοξίας, *dictus fuit, quod obscuris uera inuolueret. Porrò, quid Tripus fuerit, quid cortina unde uaticinabãtur, alibi an-*

notauimus. Proinde, quicquid uehementer uerum significare uolumus, è Tripode dictam solemus dicere: perinde ut Sibyllæ folia in eandem sententiam trahuntur.

Sors.] Responsum siue oraculum obscurum, ut si in interpretatione erratum fuerit, uitium sit interpretis, error uerò minimè in uate, aut Dæmone. Certus] Cõtrà fit in Sciomántia, & Necromantia, ubi auditor non dubius abit, sed certus. Proinde ita distinguendus est hic uersus. Quisquis uera petit ab umbris, certus, non au-A tem dubius discedit, Vehit uenefica Necromantiam per-stringens aliorum oraculorũ dubiam fidem. Duræq.] Fortis, & intrepidus ex mortuis oracula petit. Ne pa-ce p.] precor ne uereàris uera proloqui. Da nomi.] Itaq; petit uos nominatim aperiri, petit locum, in quo audiat, petit audire uocem, qua fatuorum arcana, hic mos tuus prodat.

Addit &] Venefica incãtatione finxit umbram, ut quicquid audire cuperet, sciret cadauer mœstũ. Quicquid.] De quacunq; re cõsuleret umbram, id sciret. Tristia.] Principium narrationis ad docilitatem spectat, & attentionem. Negat ingenuè se in Parcarum concilio fuisse, & proinde fatetur se nescire, quid de bello & fatis ducum statuerint. Promittit tamen se prodituram ea, quæ apud inferos, & uiderit, & audierit ab umbris. Enumerat grauiter duces aliquot illustres, & fortes uiros, qui sanguine suo pariter, & uirtute auctum Imperium R. posteris liberum tradiderunt.

a Respexi. b al. tacitè.

Addidit & carmen, quo quicquid consulit, umbrã
Scire dedit, mœstum fletu manante cadauer,
Tristia non equidem Parcarum stamina dixit
a Aspexi, b tacitæ reuocatus ab aggere ripæ:
Quod tamẽ è cũctis mihi noscere cõtigit umbris,
Effera Romanos agitat discordia manes:
Impiaq; infernam ruperunt arma quietem.
Elysias alij sedes, ac tartara mœsta
Diuersi liquere duces: quid fata pararent,
Hi fecere palàm. tristis fœlicibus umbris
Vultus erat, uidi Decios, natumq; patremq;,
Lustralis bellis animas, flantemq; Camillum:
Et Curios: Syllam de te fortuna quærentem.
Deplorat Libycis perituram Scipio terris
Infaustam sobolem: maior Carthaginis hostis
Non seruituri mœret Cato fata nepotis,

Reuocatab.] à ripa fluminis Acherontei. Verum hoc tacitæ, si ad ripam referas, ubi umbrarum silentia sunt, uel, si tacitè scribatur, ut referatur, ad reuocatus, ut tacitè reuocatus dicatur: uel ut per hypallagen sit dictum.

Quod ta.] attentio. Quoniam autem ex Parcis nihil accipere potui, pandam tamen, quod ex alijs umbris didici. Recte Glareanus, desideratur uerbum aliquod, inquit, aut hæc sunt, aut, dicam, aut, quid simile. Mirum uerò commentatores, ne uno quidem uerbo eius rei meminisse. Ista Glareanus. Effera Ro.] Propositio generalis. quam statim bifariam diuidit. Vmbrarum aliæ liquere tartara, aliæ ex Elysijs pratis emigrarunt.

Elysias, sed.] Fœlices animas dicit, mœnia piorũ prata indicat sanctos, & pios uiros relinquere: infœlices inuicem deserere tartara, quarum omniũ quietem ciuilia bella ruperint. Diuersi.] ex diuersis emigrantes locis.

Quid fa.] docilitas ad sequentem enumerationem Imperatorum. Ro. Tristis fo.] Orditur maximè à breui descriptione fœlicium animorum, à qualitate uultus.

Vidi Decios.] Duos strenuos Imperatores primo loco recensei, quorum uterq; se pro exercitu Ro. diuersis bellis deuouit. Natumq;] Decium filium superioris Decij.

Natumq; pa.] De patre primum, deinde de filio dicemus. Pater bello Samnitium, tribunus adhuc sua uirtute seruauit exercitum, & hostes fudit, fugauitq;. Quamobrem multiplices honores ei consule habiti fuerunt. Inter alia dona militaria aurea corona illi data fuit: centum boues, & inter hos, albus auratis cornibus. Milites, qui cum eo fuerant, duplex frumentum accepere: binos in præsentia boues, & binas tunicas. Paulò pòst Decius bello Latino cum Tito Manlio Consul creatus fuit. Decius in prælio læuum cornu tenens, cum uidisset milites suos hostium impetu pressos, ad principia se recepit: ac mox ad M. Valerium conuersus. Deorum, inquit, Valeri auxilio opus est populo Romano. Agedum Romani populi pontifex, præsare carmen, quo me pro legionibus deuoueam. Tum pontifex primum illi prætextam togam induxit: deinde obnupto capite, manu subter togam ad mentum exerta, super hastas pedibus subiectas stantem, hæc uerba concepta pronunciare iussit. Iane pater, Mars Quirine, Bellona, Lares, diui Nouensiles, & Indigetes: diui, quorum est potestas nostri, hostiumq; Dij manes, uos precor, ueneror, ueniam precor: uti Populo Roman. Quiritium uim, uictoriamq; prosperetis: hostesq; Populum Roman. terrore, formidine, & morte afficiatis. Ego, sicut uerbis nunc nuncupaui, ita pro Re publ. Quiritium, legiones, auxiliaq; hostium meum Dijs manibus deuoueo. Hæc ita precatus lictores ad collegam ire iussit, ac nunciari se iam deuotum: Inde ipse Gabino ritu cinctus, armatus in equum insiluit, seq; in medios hostes conicit. Mox cæso Decio, ita consternatæ fuerunt Latinorum legiones, ut fugam ea parte fecerint, in quam se immiserat. B C

Natumq; patremq;] Huius filius Decius contra Gallos profectus, bis eorum equitatum fudit. Inde Romani ab hostibus armatis in essedis sedentibus, equorum, & rotarum strepitu inuictis, territi in fugam uertuntur. Desierant iam Galli insequi Romanos, dederantq; illis respirandi spatium. Decius conspicatus suorum fugam sisti non posse, patris exemplum sequutus, M Liuium deuotionis carmen præfari iussit, ac statim eo ritu cinctus, in confertissimam Gallorum aciem calcaribus additis, equos egit, ubi telis infestis undiq; petitus concidit. Casus ducis illico Romanorum exercitum à fuga reuocauit, uicitq; ad postremum: de qua uictoria collega triumphauit.

Lustrales animas.] Appositio expiatorias, quippe qui pro exercitus salute se deuouerant. Lustrale quod purgandi, & expiandi uim habet: aqua lustralis, sacrificium lustrale: exta lustralia.

Flent. Camillum.] Furium Camillum dicit, qui obVeientanam prædã à L. Apulio Tri. in iudicium arreptus, (dicebatur ex illa æneas pateras compilatas domi habere,) cum nihil præsidij in ciuibus uideret, in exilium abijt, deos

deos precatus, ut, si innoxio ea iniuria fieret, absentis desiderio breui tenerentur. Breui Galli Brenno duce in Italiam irrumpũt, atque urbem afflictis, ingenti clade Romanis ad Allium, extra Capitolium capiunt, (eò enim pleraque iuuentus confugerat). Ardeæ tum exulabat Camillus, in cuius agros cum Galli populabundi irrupissent, Camillus cum expedita Ardeatium manu eos nocte oppressit, & magna clade affectos fudit, fugauitq. Interim Dictator absens creatus, Veios accersitur, Capitolio adhuc arcta obsidione presso. Tribunis inter hæc negotium à senatu datur, ut urbem auro ab hostibus redimerent, quo numerato Brennus exercitum ex agro Ro. deduceret. M. auri pondo promissa sunt prolata iniqua pondera. Sulpitius recusauit, superaddito gladio, auditaq. uox est, Væ uictis. Interim dum altercando tempus teritur, priusquam aurum esset appensum, Camillus cum exercitu supernenit: cuius iussu auro è medio sublato, quo Galli se ad prælium expedirent, edicitur. Gallis pactionem auri obtendentibus, responsum est, nullum fœdus iniussu Dictatoris, nullasq. pactiones fieri posse. Quin & ultimo se certamini accingerent, auro, & arce potituri, si uincerent. Inde conuersus ad suos, patriam, inquit, non auro, sed ferro redimendam esse. Victi hic Galli sunt atraciori pugna ad octauum ab urbe lapidem, quàm ad Alliam Romani. Adeoque deleti, ut ne nuncius quidem acceptæ cladis superfuerit. Paulò diuersius ista à Plutarcho, & Polybio referuntur.

Flentem Camillum.] Quod nunc Quirites sui in se mutuo ferrum stringerent, quos ipse sanguine à hostibus uindicauit. Et Curios.] M. Curius Samnitium diuitias contempsit: Samnites contrà paupertatem eius mirati fuerunt, cùm ad eum magnum auri pondus missum publicè attulissent, benignis uerbis inuitatus, ut eo uteretur: uultum risu soluit. Superuacuæ, inquit ne dicam ineptæ legationis ministri, narrate Samnitibus uestris, imperare, quàm ipsum fieri locupletem Curium malle. Idem Pyrrhum regem ex Italia expulit. Triumphauit de Lucanis, & Sabinis.

Syllam.] Sulpitius exponit, quod Pompeius necessarius esset à Cæsare superandus, & in Aegypto periturus. Esto: certè uiuens fassus fuerat, aliquid suæ fœlicitati deesse, quod sibi Capitolium dedicare non contigisset. Se fœlicem, & annum, quo de Mithridate triumphauit, appellare iussit: Filium Faustum: filiam Faustam nuncupauit. Fortuna.] Auersio ad fortunam, cui suam fœlicitatem tribuerat in uita.

Deplorat Scipio.] Scipionem Aemilianum exponit Sulpitius, qui non fuit maior hostis Carthaginis: cùm P. Cornelius Scipio secundo bello Punico, qui Annibalem uicit, maior, siue superior fuerit, sed ad neutrum referendum, illud maior. Adscribam Glareani uerba, tnam idem Sulpitius hunc Scipionem, qui bello Ciuili in Africa periit, generum Pompeij uocat) oppido inconsideratè, inquit. Hic enim Scipio Metellus Cn. Pompeij non gener, sed socer fuit: quippe cuius filia Cornelia, de qua ad finem prioris libri Pompeio, post Iuliam mortuam, nupta fuit. Nec de gente (puto) Cornelia, sed Cæcilia adoptatus fortè, in Corneliam, ut posterior Scipio ex Aemilia, in eandem Corneliam. Quod si etiam de Cornelia fuisset gente, non tamen à Scipione Aemiliano, quippe cuius nulla proles legitur. Cæterum secundo deinde uersu distinguendum, post uerbum sobolem. Et maior Carthaginis hostis, referendum ad Catonem Censorium, qui utique maior hostis fuit utroque Africano. Maiorem enim tributariam duntaxat fecerat. Sequens arbitrium Senatui obtulit, delenda Carthagine. Cato uerò ficu recens ex Africa allata, & oratione benè longa, ut ea urbs deleretur, euicit. Hæc Glareanus. Itaque sic digeri potest constructio: maior Cato, hostis Carthaginensium, deflet fata Catonis minoris Vticensis.

In faustam sobolem.] L. Scipionem, quem ob id, quod ex Corneliorum gente esset, ut quibusdam placet. Hic post Iuliæ mortem filiam suam Corneliam Pompeio nuptum dederat, atque ea de caussa initio Ciuilis belli ei Asia, & Syria prouincia decreta fuerat, ueneratque postea ad Pompeium cum magna auxiliariorum manu ex Asia sub Pharsalicam pugnam. Illic fœdam auaritiæ notam contraxerat ob acerbam tributorum exactionem. Hic & Domitius Lentulus in castris Pompeij ante pugnam Pharsalicam ad comitium usque de Cæsaris pontificatu publicè disceptabant. Post pugnam Pharsalicam, cùm Cæsar deuicto Pharnace rursus in Africam traiecisset, ipse in Libyam transmiserat, quod opinio percrebuerat Corneliorum gentem in ea terra esse inuictam, summa imperij Scipioni delata erat. Quare Cæsar despectissimum quendam hominem ex Corneliorum familia, cui Salutioni erat cognomẽ, eò secum aduexit. Postea Scipio cum Iuba, & Fausto Sylla à Cæsare uictus, cum paucis nauibus Hispaniam petebat, sed à Siccio ad Hipponem circumuentus, post nauale prælium ubi omnia perdita uidit, seipsum ferro traiecit, abiensq. in uulnus in altos fluctus fuit præcipitatus. Faustus Sylla aliquanto ante Catonis interitum, & ipse cum una equitum ala iter in Hispaniam intenderat, insidijs à Bogude, & Siccio, cum liberis, & uxore uenit in hostium potestatem. Nec multo post orta inter exercitus dissensione occisus fuit.

Non seruituri nepote.] Catonis Vticensis mortem mœret, qui ne uideret dominatum Cæsaris, sibi conscisciit necem. Cato Vticæ omni præsidio destitutus, rebus in ea trepidatione quãtum potuit constitutis, quum conuiuio interfuisset, neque semel quidem mutato uultu, aut mente turbata, cubiculum sub mediam noctem ingressus, desperata reipublicæ salute manum intulit. Domestici & filius ad cadentis strepitum in cubiculum irrupere, collapsum tollunt: uocatur unà cum medico chirurgus: medicamentis impositis, uulnus curatur. Filius lacrymis in primis patrem obtestatur, ne patriam, ne liberos, amicos in tanto discrimine destitueret. Ille simulata quiete, ubi neminem sensit circa se esse, uulnere atrociter lacerato animam effudit. Interea Cæsar, ut Catonem in suam potestatem redigeret, festinabat Vticam potiri, Messalam cum equitibus eò misit, cui Vticenses obuiam facti se suaque dediderunt. Cæsar acceptâ Catonis morte, uehementer indoluisse dicitur, atq; exclamasse, ego Cato tibi mortem inuideo, tu mihi meam salutem & uictoriam. Seruitu.] parta ciuili uictoria, Populus Romanus amiserat libertatem.

Solum te Cons.] Solum te Consul depulsis prime tyrannis
Transit ad eum à mœ Brute pias inter gaudentem uidimus umbras

stis, qui prægaudio gestiebat, apud inferos.

Abruptis Catilina minax, fractisq; cathenis
Exultat, Marisq; truces, nudisq; Cethegi.
Vidi ego lætantes popularia nomina Druſos
Legibus immodicos, auſosq; ingentia Gracchos
Aeternis Chalybum nodis, & carcere Ditis
Conſtri ctæ plauſere manus, camposq; piorum
Poſcit turba nocens: regni poſſeſſor inertis
Pallentes aperit ſedes: abruptaq; ſaxa
Aſperat, & durum uinclis adamanta, paratq;
Pœnam uictori: refer hæc ſolatia tecum
O' iuuenis, placido manes, patremq; domumq;
Expectare ſinu, regnisq; in parte ſerena
Pompeio ſeruare locum, nec gloria paruæ
Sollicitet uitæ, ueniet quæ miſceat omneis
Hora duces. properate mori, magnosq; ſuperbi
Quamuis è paruis animo deſcendite buſtis:
Et Romanorum manes calcate Deorum.

Recenſet autem hoc loco, L. Iunium Brutum patriæ liberatorem & primum Conſulem, poſt exactos reges. Hunc ſolum inter umbrarum agmina dicit ſe uidiſſe lætitia perfuſum, quod tyrannos reges ad libertatem patrandam, ciuitate expulerit,

Prime Conſul.] *Tarquinio Collatino, qui poſtea ſe magiſtratum ob nominis ſimilitudinem, abdicare iuſſus fuit. Lætiorem hunc facit, quod dominis eiectis, libertatem Pop. Rom. pepererit, reliquos mœſtos, quod poſteri eam ſint amiſſuri, & ſeruitutem cum dominatu Cæſaris induturi: ſimul quod De. & M. Brutus nepotes ſui, ac progenies, perfecto bello uictorem ſint percuſſuri.*

Inter pias umbras.] *qui patriam ſanguine ſuo à iugo aſſeruerunt.* Marij] *& qui Iugurtham armis exuit, & iunior, qui Præneſte oppreſſus periit.*

Catilina] *Addit & Catilinam, quamuis ſceleſtum, & patriæ proditorem, ſeditioſum, qui fractis cathenis præ gaudio exultarit: cum quo coniungit eius ſocium in coniuratione illa, C. Cethegium. Eius coniurationis principes erant, Publius Lentulus Sura Ordinis Sena. P. Antonius. L. Caſsius. C. Cethegus. Ceparius. L. Vergunteius, & nonnulli alij.* Fractisq; cathe.] *fingit hos graues pœnas dare ob admiſſa ſcelera in Repub. perturbanda. Nudum Cethegum facit, quod umbræ nudæ ſint, ac ſine ueſtibus: ſiue quod nudæ dicantur uinculis conſtringi.* Cethegi.] *numero pluratiuo ſignificat ipſum genus, & Cethegi ſimiles. Sulpitius dicit allufum eſſe ad humerum exercitum, quo hæc familia prælior itebatur.*

Vidi ego Druſos.] *Druſos popularia nomina appoſitio. Plures fuêre Druſi apud Rom Druſus, qui Scordiſcos uicit ad Danubium. Nero Druſus cum collega Salinatore Haſdrubalem uicit, & occîdit. Et præter hos, Druſus Auguſti priuignus, qui Germanos trans Rhenum domuit, qui ex equo lapſus, ex fractura cruris periit. Sed multo antè Liuius Druſus Tribunus Plebis ſocios, & Italicos ſpe ciuitatis ſollicitauit: quibus adiuuantibus inuitis patribus, Legem agrariam, & frumentariam tulit: item & legem iudicialem, ut iudicia ex æquo penes Senatum, & homines equeſtres eſſent. Sed cum ſocijs ea præſtare non poſſet, in primis promiſſam ciuitatem. Italici defectionem cœperunt moliri: ob quam M. Druſus Senatui factus inuiſus, ut Socialis belli author, domi ſuæ occiſus fuit. ſed quo authore incertum. Populares hos uocat, quod Tribun. Plebis hic Druſus fuiſſet. Eſt autem propriè populare, quod eſt populi alicuius: nonnunquam charus populo, & qui eius auram captat, & emeretur.* Δημοτικὸν. *Cicero. Nil tam populare, quàm bonitas interdum plebeius, & ignobilis: item qui eſt eiuſdem conditionis, ac generis. Terent. in Phor. Amicus meus ſummus, & popularis Geta Accipitur & pro ciue ſimpliciter popularis. Terentius in Adelph. Obſecro populares. Interdum pro ſubdito accipitur. Liuius lib. primo de bello Macedon. tentando nunc ſociorum, nunc popularium animos. Populari nomine uocari, eſt uulgari, ſiue uulgò uocari: Itaq; ut ad inſtitutum reuertamur, popularia nomina poëta hic dicit, Druſos Tribun. Plebis charos populo, & captatores auræ populi: quemadmodũ Liuius de Appio Claud. libro tertio, decad. primæ. Regimen, inquit, totius magiſtratus penes Appium erat fauore plebis: adeoq; nouum ingenium ſibi induerat, ut plebicola repentè, omniſq; auræ popularis captator euaderet.* Legibus immodicos Gracchos.] *Tiberium, & C. Gracchum dicit, filios Sempronij Gracchi, & Corneliæ, adoleſcentes ingenijs adeo diuerſis, ut exijſdem parentibus orti nõ uiderentur. Militarat Tyberius ſub Scipione in Africa, primiſq; hoſtium muros aſcendit: inde cũ Mancino in Hiſpania ad Numantiam. Tanta hic eius fuit authoritas apud hoſtes, ut in fœdere tranſigendo nullum Rom. ad ſe mitti præter ipſum paterentur Numantini. Virtutis eius famam adiuuabat gloria paterna rerũ in ea terra geſtarũ, cũ quo ipſi olim fœdus percuſſerant. Tribunus Plebis factus legem agrariam in gratiam multitudinis tulit. Hæc præſcriptum fuit, qui plus agrorum poſſideret, quàm ueteri lege permitteretur, ut agros ad id temporis uſq; poſſeſſos, ueteribus dominis cum fructibus ſuis reſtituerent, æqua facta æſtimatione. Erat autem uetus lex, ne quis ſupra quingenta terræ iugera poſſideret, neque armenti maioris, quàm C. capitum: aut minoris L. pecus paſceret. Hac lege inopi multitudini cautum uoluere, ne omnia locupletibus prædæ eſſent, quare ea plebi uehementer plauſibilis fuit. Contrà ira, & odio locupletum animos accendit. Alij aliam legis ferendæ cauſſam adferunt. Huic legi nemo infeſtior erat, quàm Scipio Naſica, ob agrorum multitudinem, quos poſſidebat. Quare à patribus in curia accuſatur grauiter, quod hac rogatione ad regnum ſibi uiam ſtrueret: quódque domi nocturnos haberet conuentus, quodq; ſacroſanctum læſiſſet magiſtratum in Octauio collega poteſtate deiecto. Res ad ſeditionem uſque proceſſit. Fit concurſus à Senatu in Capitolium, duce Naſica: plebs ordinis authoritatem reuerita fugit. Patrum primores ſubſelliorum pedibus refixis, in Gracchũ obuium impetum fecerunt, occideruntq;. Simili fato, & C. Gracchus poſt aliquot annos periit. Rectè igitur Gracchos ingentia auſos fuiſſe dicit, cum ita multitudinis concitandæ gratia patres oppugnarent. Hi gratulantur ſeditioſis plauſu manuum, quippe diſcordia, & flagitijs inuita delectati: quamuis in tartaro Ditis, hoc eſt, in imo inferorum abyſſo grauiter pœnas dant. Et quo exuberantem lætitiam oſtendat, etiam in uinculis ſceleribus, & diſcordiæ, manibus chalybeis manicis conſtrictis, applaudunt.* Camposq; piorum.] *Damnatorum mag-*

nes

Arua poscunt campum Elysium, in quo uersantur piorum animæ ἀδίνατον. Regni possessor inertis.] peritissimum in diuisione regni Saturni, Plutoni regnum inferorum obtigisse, quod primus rationem funeris magnifico apparatu, & pompa inuenisse dicatur. Ab hoc cant tartarum aperiri interim, ut fontes grauibus pœnis castiget: saxa abrupta asperari: adamantina uincula parari uictoris belli ciuilis in posterum, ut pro nefario bello, & iniusto patriæ illato pœnas det. Obscurè innuit Cæsarem uictorem aliquando in uita patrum manibus periturum, & in tartaro exoluturum pœnas pro inuasa monarchia, & dictatura perpetua oppressa patria.

Victori.] Cæsari. Refert hæc.] Epilogus narrationis ad Sextum, ut ista referat patri: simul fœlices animos expectare, & ipsum Pompeium, & eius liberos, quod fortiter propugnando pro patria ceciderint diuersis orbis partibus. Reguis in parte serena.] in campo Elysio, ubi piorum animorum sedes placida est, & amœna.

Nec gloria.] Ne sit sollicitus de tantula uitæ portione, quæ post pugnam Pharsalicam superesse posset cum magna nominis sui gloria, quam abundè in superiori uictoria fuit consequutus. Consequetur & suas Alastor uictores breui, qui paulo diutius superuicturi sunt. Ostendit Cæsarem paucos post annos interiturum.

Veniet hora.] Aderit hora, quâ acerrimè confligent inter se, & Cæsariani, & Pompeiani: quæ committat eos aleam pugnæ

Properate mori.] satis indicat, penes quos sit uictoria futura, & qui uicti magna clade sint fugituri ex acie Pharsalica, cùm dicat, properate mori, palàm innuit, Pompeianos. Magnoq; animo.] Significanter arguit Pompeium humili busto crematum iri. Truncum enim corpus in mare deuolutum, pelagi æstu ad littus Aegyptiacũ depulsum. Philippus enim libertus modica materia ex fragmentis nauium conquisita, ut potuit, eodem loco, ubi percussores iacenti corpus ademerant, tumulauit. Vbi postea id carmen fuit repertum.

Templi pondus erat, modica qui clauditur urna.
In quem locum postridie L. Lentulus ex Cypro appulsus, cùm fortè circa littus iter faceret, recens bustum conspicatus, quis, inquit, fatis hic quieuit? statim uelut amens factus, fortasse tu hic es Magne. Qui & ipse paululum hinc progressus captus fuit, & in carcere necatus. Magno animo.] intrepido animo ad inferos descendite, licet humili busto, & inglorio.

Et Romanorum.] *Ibi pedibus proculcate umbras inimicorum, qui tanquam Dij postea Romæ colentur: ut etiam titulum Diui præ se laturi sint. Diuus Iulius, Augustus, Diuus Claudius, Diuus Caius.*

Quem tumulum Nili.] Disceptatur adhuc, & quæstio sola est, Cæsarine corpus, an Pompeij in Nilo, aut Tybride demergetur. Obliquè indicat Pompeium in mare præcipitatum iri cæde confecta, & Cæsarem Romæ periturum percussorum manibus. De ea re solum quæstio est, uter circa Nilum, hoc est, uter in Aegypto, rursum uter circa Tybrim Romæ exhalabit animam. Ducibus tantum de funeran Cæsar: quod quidam perinde est, ac si dicat, ubi sint interituri. Tu fatum?] Auersio ad Sextum, qui uarijs casibus post pugnam Pharsalicam iactabitur.

Parcæ da.] Fingit eius fatum penes duas fatales esse, uel se tacentem, & tamen subobscurè, illum docet locot fatales familiæ, hoc est, patris, & liberorum, ut paulò post dicetur. Tibi certior uates gen.] Promittit poëta in posterum, idq; exemplo. Aeneæ Vergiliani, & Anchisæ, quod ipse haud est descripturus.

Vates genitor Pom.] hunc filio in somnis apparuisse fabulatur in Sicilia, uel cùm Siciliæ latus inter Tyndaridem, & Mylas Pompeianis armis teneretur, centum 65. nauium classe, quæ acie cum Octauio dimicaturæ erant. Sed inter se ita comparârunt, ut CCC. utrinq; nauibus in pugnam prodirent. Quo prælio nauali Pompeius cum 18. nauibus fugit. Vel cùm ex Sicilia ad Antonium legatos mitteret ex Parthico bello reuersum ad eius amicitiam petenda. Ipse quoque] Nescio, quo pater te uocabit, aut à qua regione iubebit te abstinere, quamúe mundi plagã uitare. Europam mi.] Nulla orbis plaga tuti esse poteritis, neq; in Europa, neq; Asia, neque Libya. fortuna Trium Pompeiorum sepulchra diuersis orbis plagis distribuet.

Quèm tumulum Nili, quẽ Tibridis abluat unda
Quæritur, & Ducibus tantũ de funere pugna est.
Tu fatum ne quære tuum cognoscere, Parcæ
Me reticente dabunt: tibi certior omnia uates
Ipse canet Siculis genitor Pompeius in a oris.
b Ipse quoq; incertus quo te uocer, unde repellat
Quas iubeat uitare plagas, quæ sydera mundi.
Europam miseri, c Libyen, Asiamq; timete,
d Distribuet tumulos uestris fortuna triumphis:
O miseranda domus, toto nihil orbe uidebis
Tutius Emathia.

a al. armis.
b al. Ille
c al. Libyã q;
d al. Distribuit.

Sextus Lampsaco occupato in Asia, Cyzicum oppugnare adoriebatur. Cyzicenis Phurnius auxilio uenit, quem prælio superauit. Quo successu, magnus ad eũ undiq; fuit concursus, Mox Nicæa, & Nicomedia captis, cũ exercitu & pecunia auctus omnibus formidabilis esset. Breui audacissimi illius conatus, à Titio cum ualida classe misso fracti fuerunt: cuius accessu territus Sextus suas ipse naues incẽdit. Tum uerò omnes illustres uiri ab eo ad Antonium transiuere. Erant autem Pompei socer Libo, Fannius, Thermus, Antistius, & Castius Parmensis, de quorum postremo Horat.

Scribere quod Cassi Parmensis opuscula uincat.

Pindarici fontis, qui non expalluit haustus.

Itaq; Sextus horum defectione perculsus, in Bithyniæ mediterranea fugit, in Armeniam transiturus. Hunc Titius et Amynthas Antoniani duces assecuti ternis castris, cùm in tumulo quodam eum obsedissent, tribus scutatorũ milibus, noctu in hostem immissis, ea parte, quæ irruptionem fecit, Antonianos cum magna cæde reppulit. Inde retrò conuersus, cùm equitatus inopia frumentatione prohiberetur consternatus animo, Phurnio se dedere uoluit: à quo, cùm non reciperetur: uoluit Amynthæ: à quo cùm reiectus esset etiam, noctu cum paucis iter ad mare intendit. ut Titij classem incenderet, uerùm à Scauro proditus, qui maturè rem ad hostes detulerat, ab Amynthæ equitibus oppressus fuit. Titius eum Mileti interfecit, natum

anno

annos XL. Quidam ad Antonij iussu factum credunt: rursum sunt, qui eo inscio occisum putant, & id Planco Syriæ præfecto mandatum fuisse. Distribuet forū.] Martialis.

Pompeios iuuenes Asia, atq; Europa, sed ipsum
Terra teget Libyes, si tamen ulla teget.

Ita tres Pompei, pater, & duo filij diuersis mundi plagis sepulti fuerunt. Pater in Aegypto, quæ Libyæ est: maior in Hispania, quæ Europæ est ultimæ pars ad occasum: Sextus minor in Asia: in quorum busti terræ diuersitate distinguendis fortuna suum ludibrium ostendit.

Vestris tri.] hoc est, familiæ uestræ, ut rectè Micyllus. Neq; enim Cn. Pompeius, neq; Sextus unquam triumpharant. At pater de his tribus mundi partibus triumphauit. De Libycis, uicto Domitio, & reliquijs Marianarum partium: ante legitimam ætatem iunctis currui quatuor elephantis, ut quidam tradunt de Hispanijs superato Sertorio: ad ultimum de Asiaticis uicto Mithridate, quem omnium clarissimum fuisse constat. O miseran. d.] concludit suam narrationem pathetica exclamatione, in tragicum exitum trium Pompeiorum. Tutius Ema.] Epitome belli cum Sexto Pompeio ex Lucio Floro. libro quarto. Sublatis, inquit, percussoribus Cæsaris, supererat Pompeij domus: alter iuuencum in Hispania occiderat: alter fuga euaserat, contractisque infœlicis belli reliquijs, cum insuper Ergastula armasset, Siciliā, Sardiniam q; habebat. Et iam classe medium mare insederat, (quàm diuersus à patre) ille Cilicus extmxerat, hic secum piratas agitarat. Tanta mole belli premius in Siculo freto iuuenis oppressus est: magnúq; famam ducis ad inferos secum tulisset, si nihil tentasset ulterius, nisi quod magnæ indolis est sperare semper. Perditus enim rebus profugit, Asiam q; uelis petit, uenturus ibi immanus hostium, & catenas: & quod miserrimum est fortibus uiris, ad hostium arbitrium sub percussore moriturus. Non alia post Xerxem miserabilior fuga. Quippe modò trecentarum quinquaginta nauium dominus, cùm sex septémue fugientibat, eximcto prætoriæ nauis lumine, annulis in mare abiectis, pauens, atq; respectans, & tamen non tumens ne periret. Hæc L. Florus. Tutius Emath.] Quasi dicat: sic igitur concludo nullum locorum esse, & patri, & tibi toto orbe, in quo minus periclitabimini, de uita quàm in Emathia, hoc est, in Macedonia, siue Thessalia: pater in Aegypto, Cato Uticæ, Scipio, & Sylla, Petreius in Numidia interierūt, Cn. Pompeius fratrū maior natu in Hispania postea periit, ipse Sex. Pompeius in Asia trucidandus erat. Proinde nullus in orbe locus ipsis Pompeijs ad conseruandam uitam, tutior uidebatur, quàm Emathia.

Sic postquam.] Supersit epilogus breuis cadaueris. Narrat in hoc poëta, quibus ceremonijs primū cadauer rogo sit impositum. Deinde ut Sextus ab Erichtho in castra fuerit reductus.

Sic postquam fata peregit,
Stat uultu mœstus tacito, mortemq; reposcit,
Carminibus magicis opus est, herbisq; cadauer
Vt cadat, & nequeunt animam sibi reddere fata:
Consumpto iam iure semel, a tum robore multo
Extruit illi rogum. b uadit defunctus ad ignes
Accensa iuuenem positum strue inquit Erichtho,
Tandem passa mori. Sextoq; ad castra parentis
It comes, & cœlo lucis ducente colorem:
Dum ferrent tutos intra tentoria gressus,
Iussa tenere diem, densas nox præstitit umbras.

a al. tunc.
b al. uenit.

Fata.] narrauit euentum belli, & Pompeiorum trium fata, statim iterum orauit mortem. Est autem poscere petere rem debitam. Proinde dixit, mortemq; reposcit, ut debitam. Carminib. ma.] ut rursum extinguatur, desiderantur iterum carmina, desiderantur herbæ magicæ, ne uiolenta morte secundò decedat. Neque fa.] Nam semel suo iure Parcæ hunc è rebus humanis sustulerant, quare in eum nunc Erichtho ueneficæ erat, quæ sola animā inferis, unde euocarat, reddere poterat. Quamobrem addit fata suum ius cōsumpsisse. ut quod iterum in eundē usurpare, non poterant. Tum robore.] A materia, qua rogus constitit.

Sextoq.] Perinde ut Aeneas à Sibylla ab inferis ad naues, ita hoc loco sextus à Necromātia in castra patris à ueneficā reducitur.

Et cœlo luc. d.] Diluculante aurora, à temporis matutini ratione, cum dispalescētibus tenebris Lucifer auroram reduceret. At quanto illustrius hoc Vergilianum, cùm aduentantem diem uellet significare.

Iamq; iugis summæ surgebat Lucifer Idæ,
Ducebatq; diem?

Densas nox præstitit.] hoc est, nox iam perfecit suas tenebras densiores, cùm iam apperteret aurora, & lucifer diem duceret. Huc fortasse pertinuerit exemplum Gabieni, & Pompeij, cuius meminit Plinius libro 7. capite 35.

FINIS LIBRI SEXTI.

M. ANNEI

M. ANNEI. LVCANI CORDVBENSIS POETÆ CLARISSIMI, DE BELLO CIVILI, LIBER SEPTIMVS.

CVM COMMENTARIIS AC EXPLANATIONIBUS eruditissimis D. LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII.

ARGVMENTVM IN SEPTIMVM LIBRVM M. Annei Lucani, per SVLPITIVM.

SEptimus ut Magni narrauit somnia, plorat
Fata ducis, mox turba omnis sibi prælia poscit,
Censet idem cupidus facundo Tullius ore:
Dux dat id inuitus, scribit tum dira poëta
Prodigia, instructas acies, factura Ducumq;
Verba suis animos, & prælia gesta, fugamq;
Inuehitur posthæc in te sæuissime Cæsar,
Damnans Pharsali completos sanguine campos.

Egnior Oceano.] *Pugnam Pharsalicam poeta narraturus initium ducit à Chronographia, hoc est, ab exortus diei descriptione, quo prælium inituri erant. Huiusmodi Chronographiæ nonnuntiosæ, & ut euidentiam quãdam habeant, uelut hoc loco. Nam ut significet horrendam cladem instituisse, à signis.*

Egnior Oceano, quàm lex æterna uocabat,
Lucifícus Titan nunquã magis æthera contra
Egit equos, a cursumq; polo ra piente retorsit,
Defectusq; pati uoluit, raptæq; labores
Lucis, & attraxit nubes: non pabula flammis,
Sed ne Thessalico purus luceret in orbe,
Ac nox fœlicis Magni pars ultima uitæ
Sollicitos uana decepit imagine somnos.
Nam Pompeiani uisus sibi sede theatri
Innumeram effigiem Romanæ cernere plebis,
Attolli'q; suum lætis ad sydera nomen
Vocibus, & plausu cuneos certare sonantes.
Qualis erat populi facies, clamor'q; b fauentis
Olim quum iuuenis, primi'q; ætate triumphi
Post domitas gentes, quas torrens ambit Iberus.

Solem mœstũ ortũ fuisse ostendit, quod ad eius spectaculũ tergiuersaretur. Huius generis est illa uergiliana Chronographia libro Aeneid. 4.

» Nox erat & placidum carpebant fessa soporem
» Corpora per terrarat, syluæq; & sæua quierant
» Aequora, cũ medio uoluũtur sidera lapsu.
» Cùm tacet omnis ager, pecudes, pictæq; uolucres,
» Quæq; lacus latè liquidos, quæq; aspera dumis
» Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
» Lenibant curas & corda oblita malorum

Statim addit amplificationem doloris Didonis, quæ nec tum quidem quiescebat. At non infœlix animum Phœnissa, &c. Segnior Oceano.] ἀλυσιτέλου *quidem, sed ad amplificationem pertinens rei ingruentis. Non possunt segnius, aut celerius æterna lege orbes cœlestes circumagi: alioqui motus mundi, & omniũ corporum cœlestiũ, ac planetarum reuolutiones confunderentur.* Lucifícus Titan.] *Sol, siue dies ille fatalis, qui exercitibus Romanis luctum & calamitatem illaturus erat.* Aethera contra] *Anastrophe hoc est, contra mundum. Aetherem cœlum dictum esse multi illustres authores crediderunt,* ἀπὸ τοῦ αἴθω, *ardeo, quod igneus sit, inter quos fuit Anaxagoras Clazomenius. Eam tamẽ existimationem Aristoteles refutat, quod cœlũ nihil habeat elemẽtale, sed essentiam esse incorruptibilem, quam Cic. Quintam uocat naturam.*

Aethera contra egit equos.] *Contra cœlum, mundum potius, qui & cœlum dicitur, cuius circumflexu omnia teguntur: qui aliàs totam compagem rerum cœlestium significat, à luna infimo planetarũ, usq; ad mundi ambitum. Cæterum mundi nomen ab ornatu, tum à Græcis, tum à Latinis ita appellatur: illi* κόσμον *uocant. Inter cœlum, & terram septem pendent stellæ, certis spatijs discretæ, quæ à Græcis planetæ, nostris errantes dicuntur, quod contrarium mundo cursum agant. Nam cùm mundus ab oriente in occidentem uoluatur, illi contrà ab Occidente in Orientem assurgũt. id quod*

a al. curruq;

b al. fauentũ.

quod cùm in alijs, tum in Lunæ maximè motu obseruatur. Astrologi dextera ad occasum reijciunt, læua ad exortum. Illi pectore ad Meridiem uerso, ad Ortum dextrã ad Occasum protendunt. Atq; ita cursum mundi naturalem ab læua in dextram esse obseruarunt: contra planetarum, à dextra in læuam, mundo contrarium.

Titan, Sol.] Titane, Titania astra appellantur à Marone. Cursumq; polo ra. retorsit.] Retorsit cursum, uel (alij legunt) currumq;, quasi tardius retro cursum suum egerit Sol, ne præsens cladis spectator adesset, uestitauit oriri & (ut ita dicam) quodammodo tergiuersatus fuit emergere. Retorsit.] contra mundum, à quo tamen ab ortu in occasum raptus fuit. Defectus pati.] eclipsim, qua obscuratur, & lumen amittit. Interuentu Lunæ occultatur, perinde ut Luna obiectu terræ. Hæc subeunte, repentè obducuntur tenebræ. Solis defectus nunquam fit, nisi luna nouissima aut prima quod uocant coitum. Raptæq; labo. lu.] interpretatio eclipseos, siue defectus solaris. Interuentu lunæ, laborat Sol, ac lux nobis aufertur. Attraxit nubes.] aliud signum cur Sol horruerit uidere instantem cladem. Non pabula flã] corporibus cælestibus præbebantur. Heraclui Ephesij assertio erat, densatum ignem liquescere, & constantem aquam fieri, eamq; concretam in humum uerti, & quidem id adesse inter inferiora. Rursum humum effundi, atque inde fieri humorem. Ex eo reliqua fermè omnia, ad euaporationem eam retulit, quæ ex mari fit, ipsamq; ad superiora uiam esse. Euaporationes, quas ipse ἀναθυμάσεις uocat ex terra fieri & mari contendit, alias perspicuas, & liquidas, alias tenebrosas. Et has euaporationes, flammas reddere liquidas, quæ sidera sint, ijsq; ali. Sed ne Thessa.] Caussa, cur id sit factum, ne in Pharsalicis campis purus, cùm pugnaretur, lucaret. Atnox.] Amplificatio à somnio, quod scribunt quidam authores Pompeio obiectũ per quietem fuisse, ea nocte, quæ ultima præcessit pugnam Pharsalicam. At Appianus aliud somnium refert, ab hoc diuersum. Excitatum ab amicis, somnium retulisse: paulò antè templum se Romæ consecrare uisum Veneri uictrici, uoti Cæsaris ignarum. Inter omnia genera somniorum, quæ à Physicis recensentur, quatuor maximè doctorum hominum iudicio sunt discernenda. Primum uulgare est & prorsus naturale, & in uniuersum omnibus commune, quoties dormientibus ea occurrũt, quorum curis uigilantes occupantur. Claudianus

„ Iudicibus lites, aurigæ somnia currus. Et Theocri.

„ πᾶσα νύμφ' ἄρτις μαντίνεται, ἰχθύα πέζῳ.

Humorum uel abundantia, uel penuria, spiritus excitat imaginationem. In uitioso phlegmate somniant se natare: crassus humor in ephialte, caussa est cur thorax, adeoq; totum corpus premi existimetur. Sed nihil habet certi. Secundum genus est, adumbrans futura euenta allegorijs quibusdam, sed non est diuinum: non enim habet causssam perspicuam in agitatione humorum, & exuberãtia, sed sunt quædam naturæ præsagæ rerum, quas uocãt φύσεις λαλὰς καὶ εὐθυνείρους, καὶ ἐντόχους. Hoc ut plurimum aliquid signat, quemadmodum alius alio ad pugnam est propensior, aut accursum expeditior. Huius generis fuit somnium Ciceronis de Octauio, quem nondum uisum somniabat reipub. principem futurum. Huius generis fuit Syllæ, Luculli, & Augusti. Sed quia coniecturis tantum nititur propter ambiguitatem interpretationis, qua illustres sæpè uiri falsi sunt, ei fidem habere prohibemur. Tale hoc somnium Pompei fuit, qui cum Cæsare congressurus per somnum monitus fuit, ne pugnam detrectaret. Inde cùm certissimam uictoriam sibi polliceretur, putabat sibi Romæ in theatro sedenti à frequenti concione applaudi. Sed errabat in interpretatione somnij, Applausus erant exhortationes assentatorum. Lentuli, Domitij, Ciceronis Metelli, & aliorum senatorum, qui postridie certam uictoriam pollicentes, exhortantesq; ad prælium, sublimẽ animum inani spe implebant. Huiusmodi somnium Darij de Alexandro fuit: Hamilcaris Carthaginẽsium ducis ad Syracusas: Agamemnonis ad Troiam apud Homerum lib. Iliad. Secundo. Tertium genus est diuinum, quod habet testimonium Dei: ut Iacob, Iosephi, Danielis, Pharaonis, Nabuchodonoseris, & aliorum. Quartum planè impium est, ut ueneficarum somnia, Cassij, Bruti, & aliorum similium fanaticorum hominum profecta ab impuris spiritibus. Sed ad institutum redeamus: hoc est: ad Pompeium. Adeò spes uictoriæ omnium animos occuparat, postquam Scipionis copiæ Pompei exercitum auxerant, ut quod temporis ad pugnam intercederet, id morari reditum in Italiam crederent. Et quia Pompeius nil temerè facturus uidebatur, eam consuetudine de industria bellum trahere insimulabant. Magna adhæc inter Pompeianorum principes orta fuit de præmijs altercatio. Alij Consulatum, alij sacerdotum, nonnulli Cæsarianorum bona sibi deposcebant Domitius, Lentulus, & Scipio de Cæsaris pontificatu ad comicia usq; disceptabant. Pompeiani theatri.] in suo theatro, quod ipse magnifica apparatu extruxerat. Etenim Mithridate uicto, & rebus Asiaticis compositis, Pompeius Mitylenen petijt, in Italiam transiturus. Cùm hic scenicos poëtas fortè spectaret, Theatri formã contemplatus, quia ualdè placebat, typum ex stylo expressit, per similem alterũ Romæ, sed multò Mitylenæo capacius, maiorq; apparatu ædificaturus, quod postea perfecit. Attollisq; suum.] Cornelius Tacitus lib 14. tradit. Pompeium à Senatoribus incusatum fuisse, quod sedem theatri mansurã posuisset, cũ antea subitarijs gradibus & scena in tẽpus structa fuisset: uerum eum parsimoniæ cõsuluisse, quod perpetua sedes theatro locata esset potius, quàm ut immenso sumptu singulis annis strueretur. In hoc theatro mirabiles fama effigies posuerat, & ob id diligenter à magnorum artificium ingenijs elaboratæ fuerunt, ut tradit Plin. lib. 7. cap 3. Idem multa de eodem lib 36. cap. 15.

Attolisq; suum.] Pompeius iuuenis quatuor & uiginti annos natus, ex Africano bello Romam uenit, cui Sylla obuiam cum ingenti multitudine processit, eumq; primo congressu. Magnum appellauit: quod tamen cognomentum in Aphrica fauore militari illi datum nonnulli tradunt: alij ex uictoria Orientali de Pharnace reportata, eum Magnum appellari contigisse scribunt. Quo tempore obtinuit, ut triumpharet. Et ut cõspectiore aliquanto apparatu urbem inueheretur, quatuor elephantes currui adiunxit, id quod omniũ primus Liber pater India deuicta fecisse proditur. Magnus inde fauor Pompeio conciliatus fuit: partim quod illi uirenti ætate acciderat, partim quod eques adhuc, necdum per ætatem in curiam admissus insignem triumphũ egisset. Procillus scribit, equis eum in urbem, quod urbis pœta non fuisset beluarum capax, cui opinioni etiam astipulatur Plutarchus.

Quas torrens ambit. Ibe.] Post domitos Hispanos, ab Ibero

h ab Ibero fluuio rapido, & uiolento. Hic uicis Sertorium de quo paulò pòst. Cæterum constat satis tum primum in epistolis eum Magni appellationem usurpasse, cùm in Hispania aduersus Sertorium bellum gesisit. Fuit ea appellatio honorifica, & ingens, quæ ad id tempus nulli Romanorum contigerat. Vt igitur de laudibus huius uiri aliquà dicamus. Plinius eius res gestas, & triumphos, Herculis propè, ac Liberi patris uictoriis æquat. Primum Syllanis temporibus à Sicilia recuperata laudum suarum titulos auspicatus fuit, Africa tota subacta, & in deditionem redacta, Magnique nomine inde spolio rapto, eques Rom. (id quod antea nemo) curru triumphali reuectus est: & statim ad Solis occasum transgressus, excitatis in Pyrenæo trophæis, oppida DCCC. LXXVI. h Alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris in ditionem redacta, uictoriæ suæ adscripsit: & maiore animo Sertorium (de quo iam mox dicturi sumus) domuit, bellóque ciuili (quod omnia cõcutiebat externa) extincto, iterum triumphales currus eques Rom. induxit, totiesque imperator, antequam miles.

Et quæcunque fugax.] Aliàs, quacunque. Sertorius fug] Exul, & fugitiuus ex urbe, & Italia in Hispaniam, quas ad arma concitauit. Proscriptus in ulteriore Hispania bellum ingens excitauit. Pompeius B cùm adhuc Quæstor esset, cum imperio Cõsulari aduersus illum missus est. Sertorius aliquot urbes expugnauit, & in potestatem redegit. Mox Q. Metellus proconsul L. Herculeiũ Quæstorẽ Sertorij omnino cum exercitu cecidit. Pompeius etiam tum dubio euentu cum Sertorio pugnauit. ità ut singula ex utraq; parte cornua uicerint. Sertorius Metellum, & Perpennã cum duobus exercitibus prælio fudit. Cuius uictoriæ partem cum cuperet auferre Pompeius, parum prosperè pugnauit. Deinde Sertorius obsessus Calagurij, assiduis eruptionibus non leuiora damna obsidentibus intulit. Sub ista C Sertorius magna crudelitate in suos sæuire cœpit: inter quos etiam fuerunt multi amici secum proscripti, quos crimine proditionis insimulatos trucidari iussit. Sertorius cum Mithridato fœdus sub hæc percussit, unde factum, cur ille Pop. Rom. statim bellum intulerit, adiutus classe Sertoriana. Verum rex à Pompeio, et Metello uictus fuit. Sertorius belli, ac militiæ artibus, omnibus par, Pompeiũ, & Metellum ab obsidione Calagurij depulit, quorũ Pompeium Galliam, Metellum ulteriorem Hispaniam petere coëgit. Tandem Sertorio domestica fraude oppresso, uicto deditóque Perpenna, urbes ab illo occupatas in fidem Romanam uenere, Osca, Terme, Tutia, Valentia, Auximaq; et Calguris in fame nihil nõ experta. Victores triumpharunt. Postea, inquit Plin. ad tota maria, & deinde Solis ortus missus Pompeius, hos retulit patriæ titulos, more sacris certaminibus uincentium. Neq; enim ipsi coronantur, sed patrias suas coronant. & plura, quæ sequuntur. Vesperè pacato.] hoc est, Hispania post cædem Sertorij, & uictum Perpennam. Quin ista appendicis loco de Sertorij exitu addantur, Plutarchus author est, Sertoriũ prius periisse, quàm Pompeius fuisset hiberna egressus.

Et a quæcunq; fugax Sertorius impulit arma,
Vesperè pacato, pura uenerabilis æquè,
Quàm currus ornante toga, plaudente Senatu
Sedit adhuc Romanus eques, seu fine bonorum
Anxia uenturis ad tempora læta refugit,
Siue per ambages solitas contraria uisis
Vaticinata quies, magni tulit omina planctus,
Seu uetito patrias ultrà tibi cernere sedes,
Sic Romam fortuna dedit. ne rumpite somnos
Castrorum uigiles. nullas tuba uerberet aures.
Crastina dira quies, & imagine mœsta diurna
Vndiq; funestas acies feret, undiq; bellum.
Vnde pares somnos populi, noctemq; beatam
O' fœlix, si te uel sic tua Roma uideret.
Donassent utinam superi, patriæq; tibiq;,
Vnum, Magne diem, quo fati certus uterq;
Extremum tanti fructum caperetis amoris,
Tu uelut Ausonia uadis moriturus in urbe,
Illa rati semper de te sibi conscia uoti,
Hoc scelus haud unquam fatis hærere b putauit,
Sic se dilecti tumulum quoq; perdere Magni.
Te c misto flesset luctu, iuuenisq; senexq;,
Iniussusq; puer, lacerasset crine soluto
Pectora fœmineum, ceu Bruti funere, uulgus.

Appianus eum cũ Perpenna primis hostium motibus ex Lusitania occurrisse, prodit: ubi quia Rom. plerique à Sertorio ad Metellum transierunt, remota à se suorum popularium custodia, Hispano milite suum munuit corpus: simul & suorũ studia à se alienauit. Manst tamen ob ipsius ducis præstantiam miles in officio: quo anno Palantia à Pompeio oppugnata fuit, sed Sertorius suo accessu obsidionem solui. Mox Metellum adortus hostis qui circa Calgurũ castra habebat, ad tria millia ex eius exercitu interfecit. Ad

a al. quacũq;

b uetus cod. putatum.

c al. mixto;

id temporis usq; Sertorio res prosperè cesserant. Inde cura belli, rerum deposita, uoluptatibus, & intempestiuis conuiuijs deditus, omnia circa se labi patiebatur. Hinc domestica odia orta in eum fuêre, quæ propter sæuitiam adeò in eum exarsere, ut in conuiuio à Perpenna, & paucis alijs coniuratis, fraude fuerit interemptus. Destinatæ cædis signum erat, phiala, à Perpenna cum strepitu in medium proiecta. Surrexit miles illico in authorẽ cædis, fuissetq; incursu militum discerptus, nisi per primores exercitus, quos muneribus subornauit, militarem seditionem oppressisset. Sed nihil æquè præsentem inuidiam auxit, ac testamenti publicatio: quo pro concione recitato, conuictus est Perpenna, non solum ingratitudinis, sed etiam impietatis, quod in eum manum iniecisset, à quo testamento scriptus fuisset hæres. Hunc exitum habuit Sertorius, homo egregius tum belliceis artibus, tum singulari amore erga patriam: qui solitus esset prædicare, malle se Romæ ignobilem haberi, quàm procul à patriæ conspectu multarũ gentium imperium tenere. Quẽ animi affectum secutus, ad leniendum patriæ desiderium, Rom. nobiles, qui fuerant fugæ suæ comites, Senatum appellabat, per quos & urbes, & maiora negotia ebibat. Inde Prætoribus, & Quæsto. creatis, non patiebatur in ullâ re disciplinam Rom. labefactari. Anno nono circiter quã in Hispaniam uenerat, periit, Perpenna postea à Pompeio uictus, cæsus fuit. Nunc ad rem. Pura toga.] *Hac Ty-*

rones, & nouæ nuptæ induebantur. Plinius, de C. Cecilia, *Ea prima texuit, inquit, rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur, nouæq; nuptæ.* Hæc ἀπαρυφος, καὶ τέλεος dicebatur. Cice. ad Atticum. *Et si Ciceroni meo togam puram cùm darem Arpini uel lem, hanc eram ipse excusationem relicturus ad Cæsarem.* Hanc puram in maribus etiam uirilem dici ab authoribus opinantur. Itaque Pompeius eques Romanus, XXIIII. annos natus curru triumphali iuuenis, & togatus penè tyro in urbem reuectus fuit, uel Sylla, qui tum consenuerat, neque diu postea superuixit, inuito, sed cum magno plausu Senatus. Id uult Lucanus, cùm dicit, cum uenerabilem fuisse in iuuentute, quando ea ornabat currum triumphalem, & quidem cum magno fauore senatus. Notum illud Pompeij iuuenis adhuc, cùm Sylla illi suum triumphum inuideret, ô Sylla, inquit, plures mortalium multo orientem uenerantur Solem, quàm occidentem, ad ætatem suam alludens, quæ sibi ab eo exprobebatur. Sic planè habet, nascentem laudem comitatur fauor, contemptus senescentem. Atque hæc quidem hactenus de Pompeio. Nunc de toga aliqua dicantur, cuius mentio frequens est apud Romanos scriptores. Toga uestis erat, quæ tunicæ superinduebatur. Plutarchus in Tyberio, & Caio, αὐτοῦ δὲ τοῦ τιβερίου φεύγοντος ἀνελάβετό τις τῶν ἱματίων, ὁ δὲ τὸν τήβεννον. ἀφεὶς καὶ φεύγων ἐν τοῖς χερσὶν ἐσφάλη. Fuit cùm Populus Romanus non uteretur toga, sed sola tunica. Quamobrem Horatius populum Romanum tunicatum uocat. Et quia togati solebant potentiores comitari, & deducere per urbem, unde Martialis tales molestias deprecans, togam raram optat, inter cæteras uitæ suæ fœlicitates.

» *Lis nunquam, toga rara, mens quieta, inquit.*

Ne uidelicet cogatur mane potentiorum liminibus salutationis caussa hærere, eoq; honoris gratia in forum, uel in curiam deducere. Fuit interdum etiam diurna & nocturna uestis toga, uiris ac mulieribus ex æquo cõmunis. Postea uerò dilapsa res fuit, ut mulieres in adulterio oppressæ, uirili toga amictæ, in publicum ignominiæ caussa prodirent. Martialis.

» *Coccina famosæ donat, & iamnina mœchæ,*
» *Vis mage, quæ meruit mittere, mitte togam.*

A toga, Comœdia togata, Latina, ut palliata, Græca Saturnalibus ad quinq; dies, togis sepositis, utebantur synthesibus. A toga etiam, Gallia togata dicta fuit, ab eius uestis Romanæ usu, in ea Galliæ parte. Et Hispani togati, qui Beticã colunt. Quoniam autẽ huius uestis usus Romæ erat pacis temporibus, toga pro pace, ut sagum, pro belli tẽpore usurpatur, quod id in bello gerebãt. Sed hæc hactenus. Sedit adhuc eques Ro.] *nondum senatorij ordinis, id quod nemini anteà contigerat, ut eques Ro. iuuenis 24. annos natus, ante legittimã ætatem permissu totius Senatus triũpharet.* Seu fine bono.] *In fine omniũ uictoriarũ, fugit animo ad præteritæ ætatis perpetuũ fœlicitatis cursum: quod indubitatã uictoriã, futuræ pugnæ sibi polliceretur. Inquirit poëta aliquot huius somnij caussas, quas enumerat, quanquã plures, adduci possunt. Siue per ambages.*] *Macrobius lib. cõmentariorum primo in somniũ Scipionis, Somniũ ita definit, ut uocetur, quod tegit figuris, & uelut ambagibus, non nisi interpretatione intelligendã significationẽ rei, quæ demõstratur. Quod, inquit, quale sit, non à nobis exponẽdum, cum hoc unusquisq; ex usu, quid sit, agnoscat. Visum, siue uisionem definit, quod eodẽ modo, quo apparuerat, eueniet. Insomniũ, Græcè ἐνύπνιον, quoties cura oppressi animi, uel corporis, siue fortunæ, qualis uigilanti fatigauerit, talem se ingerit dormienti. Quidã duas potissimũ somniorũ caussas inquisiuerunt, alterã intimam, alterã extimã. Atq; intimã rursum esse duplicẽ, unam, fortuitũ in quiete phantasmatũ motũ. Atq; hic præsagit omnino nihil, qualia plurima sunt somnia. Vbi multa sunt somnia, ibi plurimæ uanitates inquit ecclesiastes. Altera ex corporis affectione proficiscitur. Homines enim frigidioris naturæ, glacie spiritalis. Ex quibus illa è corporibus cœlestibus, & aëre nos cingente dimanat. Porrò extimã caussam physici dicunt ex Deo esse, quam etiã bonam appellant. Hanc etiã in duo genera partiuntur: unã imaginariã uisio ingeritur; alteri eiusdẽ intellectus. De hoc genere quod diuinum hæbet testimoniũ paulò antè dictũ est, cuiusmodi Græci duã πεμπτὰ, καὶ ὀνείρους, καὶ θείας ὀπτασίας uocant: ὃς φαίνεσθαι τὸ ὄδε. Quamobrẽ Homerus hoc somniũ diuinũ ἀγγέλου nominat, hoc est, nunciũ Iouis. Sed hæc satis de somniis.* Tulit omnia.] *præsentiones magnorũ malorum.* Seu uetito.] *Alia somnij caussa, quasi fortuna hoc pacto uoluerit significare Pompeiũ nunquã amplius post illã Romæ uisurũ, atq; ita per quietẽ tantum, Romæ uisum se fuisse, & sibi à frequenti multitudine applaudi. Plutarchus in uita Põpeij author quoq;, Pompeiũ sibi uisum per quietem se ad theatra proficisci, & in eo à uulgo multitudinis longè sibi applaudi. Deinde Veneris genetricis templũ splẽdidis spolijs exornare.* Ne rumpite som.] *Pathetica apostrophe ad stationarios uigiles castrorũ, ut silentio excubias agãt, ut Pompeius uel unam hanc noctẽ uoluptatem præsentẽ ex somno suo capiat, cũ dies insequẽs oceanum calamitatũ, ac miseriarũ sit allaturus.* Vnde pares som.] *Omnibono accedo, qui per interrogationẽ legit: & alter uetustorũ codicũ interrogationẽ habet. Hic Mycillus accipit securos, et placidos populi somnos, quanquã & hi etiã turbulẽtos, & motorios: ut ita dicã, interdũ uident: nonnunquã & placidos, ut aurea somnia somnient. Sed quia Põpeius triumphos, & applausib theatralib. ab adolescentia assueuerat, in hac pugna imminẽte eosdẽ sibi uidere existimauit, quasi nõ dubiã sibi polliceretur uictoriã Somnia id genus uulgus hominũ, qui in talibus uersati nõ fuerunt, nõ uident: quorũ somnia etiã ut uana reijciuntur, cũ regũ, & magnorũ principũ ut plurimùm à deo proficisci credantur. Videtur poëta ad somnium Agamemnonis alludisse, quod extat apud Homerum lib. Iliad. 2. Verba Nestoris sunt.*

» ὦ φίλοι, ἀργείων ἡγήτορες, ἀλλὰ μέδοντες,
» εἰ μέν τις ὄνειρον ἑτέρου ἀχαιῶν ἄλλο ἔνισπε,
» ψεῦδός θ' μὲν φαῖμεν, καὶ νοσφισσόμεθα μᾶλλον,
» νῦν δ' ἴδεν, ὃς μὲν ἄριστος ἐν ἡμετέρῳ ἐνὶ στρατῷ εὐχετάασθε.

Id est, interprete Io. Ca.

» *O Danaum imperio, & uirtutibus inclyta turba,*
» *Toto alius si quis narraret ab agmine Graium*
» *Talia uisa, fidem sibi non acquireret autor.*
» *Cum uero ille tanti quem gloria regni est*
» *Viderit armandi belli ad discrimina Graios*
» *Consilium capiamus.*—

Sed nimis contrusa est Omniboni explicatio. O fœlix, si te uel sic.] *Exclamat in fœlicitatem dormientis, ac somniantis*

& somniantis Pompeij, cui ea nox beata uisa fuit, nec postea aliam uisurus esset. Opponit fœlicitatẽ, si euentus rei somno responderet, ac diuorũ beneficio talis conspiceretur, qualẽ se somniarit, uel unũ diem. Vterq; certus.] Et tu, gruentis cladis, & cædis suæ in Aegypto. P. R. impenden tis seruitutis suæ, & libertatis amittendæ, Cæsare uictore, ac Rempub. mutuaturo Dictatore perpetuo. Tu uelut Au so] Vrbe Ausonia, periphrasis Romæ. Vadis nunc in pu gnã, spei uictoriæ plenus, atq; adeò propè certus, ut rerum potitus Romã redeas, ibiq; sis moriturus. Illa rati sem per.] Roma. Assueuerat certã & uictoriã sibi de te polli cere: ut cũ triumpho urbẽ redux intrares & saluus ante oculos populi uersareris: eandẽ spem, idem uotũ de te nũc cõceperat. Sed nunquã fore, ut tu in prælio succumberes, qui à primis annis uincere assueueras: multò minus, ut uel tuo busto spoliaretur, uel in Aegypto tam infœliciter pe riret, littusq; maris tuũ futurũ esset sepulchrũ. At fefellit hic opinio. Fatis hærere.] Transfert calamitatis causſam in fata, quibus ita uisum fuit ut ita miserè post hanc unam aduersam pugnam tantus uir, princeps reipub. ex tingueretur. Te mixto.] A consequentibus clarissimum funus, si Romæ in patria defunctus in toga fuisset. Publico luctu omnis generis mortalium elatus fuisset, & crematus in campo Martio. Admiscet affectus à sexu, ætate, habitu, & gestibus.

Bruti funere.] I. Bruti funere. Liberatoris urbis, Col legæ (Bruti) funus, ait Liuius libro secundo, quanto tum potuit apparatu fecit Valerius Cons. Sed multo maius morti decus publica fuit mœsticia, eo ante omnia insignis, quia matronæ annum, ut parentẽ eum luxerunt, quod tam acer ultor uiolatæ pudicitiæ fuisset. Itaq; talem honorem, inquit poëta, Pop. Ro. Pompeio habiturum fuisse, si in patrio solo decessisset. Fœmineum uulgus.] pathos à sexu, uulgus matronarum, perinde, ut in funere Iunij Bruti liberatoris.

Nunc quoque.] Quamuis arma Cæsa ris nunc in bello formidant, qui iniquus uictor sit futurus ob perpetuã dictaturã, siue quod iniquè ob iniustam causſam, ut Lucanus tuetur, uincet, ueniatq; ipse adeo Cæsar, quãuis uictor nun cius montis Pompei, tamẽ ô Magne uel in uito uictore omnes Romæ flebunt & pueri, & senes, & matronæ, ac tuam mortẽ deflebunt, non solum priua tim, sed publicè etiam ad Iouis limina, et puluinaria Deorum, indicto iustitio, & festis diebus. Dum thura C f.] Id quod in publico luctu, aut lætitia ob uictoriã fieri solebat. O miseri.] Vetera exẽplaria habent ubiq; edere dolorem: non odere dolorem. Sulpitius exponit, odere dolorẽ, esse Hypallagen, quasi poëta dicat, quorũ dolor odit, uel edit gemitus. Meo iudicio, edere legendũ est. pro consumpsere dolorẽ. metaph. à corpore ad animum. Est aũt propriè dolor, ægritudo crucians, ut lamentatio, ægritudo cũ ciulatu. Contrà, lætitia est in bonorũ opinione. Vicerat astra.] A temporis matutini descriptione, quo die pugnaretur. Oriente enim Solẽ, obscuran tur omnia signa, & stellæ. Re iam frumẽtaria præparata, confirmatisq; militibus, & satis longo spatio temporis, à Dyrrhachinis prælijs intermisso, quod satis perspectũ habere uideretur, tentandũ Cæsar existimauit, quid'nã Pompeius proposuit, aut uoluntatis ad dimicandum haberet. Itaq; (inquit Cæsar) ex castris exercitũ eduxit, aciemq; instruxit: primum suis locis, paulóq; à castris Pompeij longius, cõtinentibus uerò diebus, uti progrederetur à castris suis, collibusq; Pompeij ianis aciem subijceret, quæ res in dies confirmatiorem eius efficiebat exercitum. Superius

Nunc quoq; tela alicet paueant uictoris iniqui,
Nunciet ipse licet Cæsar tua funera, flebunt:
Sed dum thura ferunt, dum laurea serta tonanti,
O miseri, quorum gemitus b edere dolorem,
Qui te non pleno pariter planxere theatro.
Vincerat astra iubar, cũ mixto murmure turba
Castrorum fremuit, fatisq; trahentibus orbem
Signa petit pugnæ, miseri pars maxima uulgi
Noh totum uitura diem, tentoria circum
Ipsa Ducis quæritur, magnoq; accensa tumultu
Mortis uicinæ properantes c admouet horas.
Dira subit tabies, sua quisq;, ac publica fata
Præcipitare cupit: segnis, pauidusq; uocatur,
Ac nimium patiens soceri Pompeius, & orbis
Indulgens regno, qui tot simul undiq; gentes
Iuris habere sui uellet, pacemq; tueret.
Necnon & reges, populiq; queruntur Eoim
Bella trahi, patriaq; procul tellure teneri.
Hoc placet ô superi, quum uobis uertere cuncta
d Propositum, nostros erroribus addere crimen.
Cladibus irruimus, nocituraq; poscimus arma,
In Pompeianis uotum est e pharsalica castris.

tamen institutum in equitibus, quod demõ straumus, seruabat, ut (quoniam numero multis partibus esset inferior) adolescẽtes, & expeditos ex antesignanis electos militet ad peruicitatẽ, armis inter equites præliari iuberet, qui quotidiana consuetudine usum quoque eius generis præliorum perciperent. His erat rebus effectum, ut equites mille apertioribus etiam locis septẽ millium Pompeianorum impetum, cùm adesset usus, sustinere auderent: neq; magnopere eorũ multitudine terrerentur. Nanq; etiam per eos dies prælium secundũ eque stre fecit, atq; unum Allobrogem ex duobus, quos perfugisse ad Pompeium suprà docuimus, cum quibusdam interfecit. Pompeius, quia castra in colle habebat ad imas montis radices aciem instruebat, semper, ut uidebatur, expectans, si iniquis locis Cæsar se subijceret, Cæsar nulla ratione ad pugnam elici posse Pompeiũ existimans, hanc sibi commodissimam belli rationem indicauit, uti castra ex eo loco moueret, semperq; esset in itineribus, hoc sperans, ut mouendis castris, pluribus adeundis locis commodiore frumentaria re uteretur, simulq; in itinere, ut aliquam occasionem dimicandi nanciscereturr, & insolitum ad laborem Pompeij exercitum quotidianis itinerib. defatigaret. His cõstitutis rebus signo iam profectionis dato, tabernaculisq; detensis, animaduersum est paulò antè extra quotidianã consuetudinem longius à uallo esse aciem Pompeij progressam, ut non iniquo loco posse dimicari uideretur. Tunc Cæsar apud suos, cùm iam esset agmẽ in portis, differendũ est, inquit iter in præsentia nobis, & de prælio cogitandũ, sicut semper deposcimus, ani mo

a al. ille.
b al. odere.
c al admonet in uet. cod.
d al. propos. est. Crimen. uetust. cod. per interrogationem legit.
e al. Pharsalica in uetusto codice.

mo ſumus ad dimicandum parati, non facilè occaſionem poſtea reperiemus. Confeſtimq; expeditas copias educit. Hactenus Cæſar. Signa petit pug.] Cũ iam pugna inſtaret, omnes ferè Pompeiũ Agamemnonẽ, & regem regũ appellando, atq; ex breuiſſima cunctatione illi muidiã facientes, ut ſignũ pugnæ proponeret, perpulerũt. Id hoc loco oſtendit Lucanus, cũ dicit turbã caſtrenſem fremuiſſe, pugnæq; ſigna poposciſſe, & Põpeij cunctationẽ mouſaſſe. Cæſar, Pompeius quoq; inquit, ut poſtea cognitum eſt, ſuorũ omniũ hortatu ſtatuerat prælio decertare. Lucius Florus. Põpeius aduerſus hæc nectere moras, inquit, tergiuerſari ſimul, ut hoſtem intercluſum undiq; inopia commeatuũ terreret, utq; ardentiſſimi Ducis cõſeneſceret impetus. Nec diutius profuit Duci ſalutare conſiliũ. Milites otiũ, ſocij morã, principes ambitũ ducis increpabãt. Itaq; cũ poëta dicit, quod pars maxima uulgi pugnandi copiã peteret, hoc nihil aliud eſt, quàm quod poëta dicit, ſocios increpaſſe morã. Non totũ uiſura diem.] Quia mane cœpit pugnã, & paucis horis fuſus fuit Pompeius, & tota cõfecta, ut miſerũ uulgus totũ diem non uiderit. Tento tela circum.] Anaſtrophe. Incuſabant enim Ducis ſignitiẽ, ut Cic. etiam eius ignauiã taxarit cauillo, quod cùm à Põpeianis contemptim rogatus eſſet, cur tã ſerus uenifſet, nihil paratũ adhuc ad pugnã inueniret. Sua quiſq; ac.] Quod porrò dicit, quemq; cupere præcipitare nõ ſolum ſuũ fatũ, ſed etiã publica fata, idẽ ſuperiori eſt, quod dixit fata orbẽ trahere, ad Imp Ro. mutationẽ, ut ad monarchã per hanc unã pugnã traheretur: & magna clade Pompeianorũ ex libertate in ſeruitutẽ perpetuã traheretur: amiſſo Põpeio ciuitatis principe, occiſis tot Senatoribus, & equeſtribus, præter ſex millia incõditæ turbæ militũ, ut ſuo loco dicetur, uel ut alij, quinq; et XX M. uel (ut Cæſar) XV M. Ad hunc modũ, omnes certabant cõmuni rabie fatalẽ horã præcipitare, cùm differre ſatius fuiſſet. Segnis pauidusq; uo.] Sic præcipitantib. fatis prælij, ait Florus functa eſt Theſſalia, & Philippicis campis, orbis Imperij generis humani fata cõmiſſa ſunt. Tarditatẽ, & ſegnitiẽ Pompeij, interpretabãtur affectationẽ regni, ut tanto diutius cũ Imperio eſſet, cui ab ineunte ætate aſſueuerat. Indulgens regno orbis.] ut tanto diutius cum Imperio eſſet, & orbi imperaret, ut aſſueuerat, queſi uerò illud tempus cunctationem, ac ſegnitiem poſtulaſſet: aut etiam affectationem Dictaturæ perpetuæ, ac non tempus eſſet agi rem. Populi Eoi.] Aſiaticæ gentes, ac reges, quorum catalogum ſuprà recẽſuit. Appianus Pompeij auxilia enumerat ex nationib. Orientalibus, equitũ, & peditũ lib. 2 de bello Ciuili. Lacedæmonij ſub proprijs regibus diſtributi fuerunt. Ex Peloponneſo, alij. Bœotij, & Athenienſes. Ex Græcis tenuia auxilia ſed quicunque in circuitu maris, Orientẽ uerſus, incolunt, ferè omnes ad eum uenerãt, Thraces, Helleſpontij, Bithynij, Phryges, Ionij, Lydij, Pamphylij, Pyſidæ, Paphlagones, Cilicia adhæc, & Syria, Phœnices, & Hebræi, Arabes, Cyprij, Rhodij, Cretenſes funditores, aliiq; inſulares Reges ac Dynaſtæ, Deiotarus Orientaliũ Galatarum tetrarcha. Ariarathes Cappadocum rex. Taxilus Armeniorum princeps, qui intra Euphratem incolunt. Megabates Armeniorum ſupra Euphratem rex: & plures præterea ſuos præfectos cum auxilijs miſerant. Atq; hos quidem reges, & Orientales populos innuit poëta, qui de ſegnicie Pompei queſti fuerunt. Hoc placet.] uetus codex interrogationẽ habet. ut per indignationem interroget, num ſuperis ita uiſum ſit, ut errori cõmuni etiam crimen addant, & calamitatem. Belli trahi.] Prælium differri, cùm longè numero equitum, ac peditũ ſuperiores eſſent. Nam cum Cæſar haberet duo ſupra uiginti millia militum, inter quos erant circa mille equites, Pompeium bis totidem ſecuti fuerant, inter quos ſeptẽ millia equitũ fuêre. Sunt qui hoc prælio ſeptuaginta millia Italorum concurriſſe tradant. Qui uerò numerum numerum ſcribunt, ſexaginta millia prodũt. Qui rem in maius auxêre, ter centum millia: alij quater centum in pugnam producta memnerunt, quorum tertia pars fuerit Cæſaris. Atque hinc communes omnium querelæ audiebantur de Pompeij cunctatione, quod præſentiſſimam uictoriam omnes uno ore ſibi polliterentur, quaſi uerò ea de cauſſa ſuperaturus eſſet, cùm multitudo, ac frequentia non ſit cauſſa ſufficiens, & principalis uictoriæ. Itaque caſtra Pompeij nihil aliud communibus uotis optabant, quàm pugnam in campis Pharſalicis.

a al. actor. in uetuſt. cod.
b al. timuit in uet. cod.
c al. Humani generis.
d al. te trãſc.
e al. ipſa tua.

Cunctorum uoces Romani maximus a autor
Tullius eloquij, cuius ſub iure, rogatq;
Pacificas ſæuus b tremuit Catilina ſecures,
Pertulit, iratus bellis, cùm roſtra, formidq;
Optaret, paſſus tam longa ſilentia miles.
Addidit inualidæ robur facundia cauſſæ.
Hoc pro tot meritis ſolum te Magne precatur,
Vti ſe fortuna uelis, proceresq; tuorum
Caſtrorum, regesq; tui cum ſupplice mundo
Affuſi, uinci ſocerum patiare rogamus.
c Humano generi tam longo tempore bellum
Cæſar erit? merito Pompeium uincere lentè
Gentibus indignum eſt, à d tranſcurrẽte ſubactis.
Quò tibi feruor abit? aut quò fiducia fatiẽ
De ſuperis ingrate times? e cauſamq; Senatus
Credere Dijs dubitas? e ipſi ſua ſigna reuellent:
Proſilientq; acies. pudeat uiciſſe coactum.
Si Duce te iuſſo, ſi nobis bella geruntur;
Sit iuris quocunq; uelint concurrere campo.
Quid mundi gladios à ſanguine Cæſaris arces?
Vibrant tela manus, uix ſigna morantia quiſquã

Cunctorum uoces.] Amplificaturus narrationem orationem diſerta Ciceronis, proſopographiã eius breuẽ præmittit. Laudat eum ab eloquentia maximè, & authoritate in ſuo Conſulatu. Quoniam communem omnium militum fremitum, & indignationem ob ſegnitiem Pompeij, ac cunctationem commemoratuit, quibus nihil ille motus fuit, artificioſè, & accommodatè loco, & tempori Ciceronẽ hominẽ ſummè facundum, ad perſuadendũ prælij, & moram abrumpendã introducit, decorum in hac re ſeruans. Autor] appoſitio. Laus Ciceronis à facundia, & eloquẽtia. Cuius ſub iure ro.] non ſolũ ab authoritate, uerumetiã ſcueritate in adminiſtratione togata repub. qua Catilinæ coniurationem oppreſſit. Pacificas ſ.] Conſulatem maieſtatem non in bello, ſed pace. Conſilio, & authoritate magis, quã armata manu conatus eius retudit. Sæuus.] nefarius, & impius.

Expectat.propera,ne te tua classica linquant.
Scire Senatus auet,miles te Magne sequatur,
An comes,ingemuit rector,sensitq; Deorum
Esse dolos,& fata suæ contraria menti.

piur, qui patriam ferro, & incendio euertere statuerat. Toga pro pace: secures, pro consulatu, syneedoche. Cum rostra fo.] *Ante curiam Hostiliam,rostra erant,sic dicta, à rostris nauium, quæ ex hostibus capta, ibi erant fixa. Naues Antiatum, inquit Lucius, partim in naualia Romæ subductæ,partim incensæ,rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornare placuit: Rostraq; id templum appellatum. Hæc Liuius. Huc in concionem Po, conuocabatur, ad quem Cicero concionem ex eo loco solebat hic caput eius, & manus ab Antonio postea fixa fuerunt. Forum iudiciale dicit,in quo Cicero bonis lateribus declamare consueuerat. Cæterum, Ius,non solum illud dicitur,quod naturale est,aut gentium, aut Ciuile, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis,decretis principum, & authoritate prudentium uenit: & publicum,in sacerdotibus,& magistratibus: aut priuatum: uerumetiam locus est,in quo ius redditur, ut tradit Paulus de lege, & legis origine. Lex uerò est,diffinitore Chrysippo,diuinarum,& humanarum rerum noticia,quæ,& rogatio dicitur, & obnunciatio.* Miles.] *pro,milites, numerus,pro numero.* Addidit inualidæ.] *Caussam infirmam per se probabilem sua facundia reddidit Cicero,de meundo prælio.* Hoc pro tot.] *Suasorij generis exhortatoria oratio est. Exordium ductum est,à supplicibus precibus, quas fortunæ tribuit cuius beneficio in omnibus bellis semper fœlix extitisset, & procerum in castris,et regum obsecrationibus ad capessendam pugnam. Iam eum Fortunam affusam cum proceribus castrorum, & regibus, ad pedes Pompei supplicem fingat, prosopopœia est. Fortuna precatur, & reges. Zeugma, à medio. Proceres cum supplice mũdo rogamus, syllepsis casuum: proceres rogamus,euocatio implicita.* Vti se fortuna uelis precatur.] *hoc est,consueta sua benignitate,ac fœlicitate tua. Cic. in Oratione pro Lege Manilia. quatuor Pompeio tribuit,quæ in summo Imperatore esse oportet,scientiam rei militaris,authoritatẽ, uirtutem, & fœlicitatem.* Affusi.] *ad genua tua prostrati, quo mores sunt supplicum,& suppliciter aliquid petentiũ.* Vinci socerum.] *propositio orationis, ut patiatur Cæsarem uinci,quod nõ potest fieri,nisi pugnandi copia fiat. appellatiuũ pro proprio perinde ut Terentius senem dixit,pro Chremete herum.* Humano generi.] *Ab indigno: quasi dicat, tam diu Cæsar humanas gentes bellis infestabit, ut nunquam sit futurus finis illi bellandi?* Meritô.] *opponit Cæsaris præcipitantiæ, accelerati in uincendo, Pompeij tarditatem, præsentemq; cunctantiam, quam gentes humanæ indignè ferunt.* Te transcurrente.] *Quasi dicat,multas nationes incredibili semper celeritate cursum ab eo subactas, ut qui semper moram oderit. Vnde addit quò uetus ille ardor abiit? Mithridaticum, Ibericum,piraticum,& alia bella, quanta celeritate confecerit, nemo ferè est,qui ignorat.* Fiducia fati.] *Nã semper suas uictorias fatales duxit, & fatis nixus ferè nunquam falsus fuit. Quò igitur illa tua pristina, & constans fiducia, & certa uictoriæ spes nunc discessit?* De superis.] *Et quia lentior es ad pugnam, uideris planè uictoriam desperare, neq; Dijs amplius fidere.* Caussamq; Seua.] *ut ostendat orator,publicam esse, & proinde iustam,non priuatam ipsius Pompeij caussam,quæ odio soceri suscepta uideri potuisset. S. P. Q. R. non suscipit bella iniusta, cur igitur nõ credis Dijs immortalibus, à quibus iniustis caussis præsens uictoria nobis proficiscitur? Quasi dicat, qui ponit Dijs uictoriam suam,is nunquam fœliciter pugnauit.* Ipsi sua sig.] *Senatus signa Dij quasi sua reuellent,qui Romanum tuentur Imperi.* Pudeat.] *A turpi. Cùm sponte possis, uincere, & uictoria stet ante fores, ergo cogeres induci ad uincendum?* Si duce te iusso.] *A loco argumentum. Si dux tu belli sis creatus à Senatu: si hic bellum gerit, & non tu: ergo quocunque in campo concurratur in pugnam,ut nõ differatur cunctando diutius.* Quid mundi gla.] *Quod quidem perinde ac si dicat, cùm omnes mortales optent Cæsarem sublatum è rebus humanis,quacunque ratione, quare tu unus resistis omnium clamoribus,ac uotis poscentium uno ore,ac consensu prælium.* Propera, ne te.] *à periculo moræ.*

Classica.] *Sulpitius exponit, ne te contempto milites prælium ineant. Fortasis ne te deserant, & à signis desciant. Classicum inter alia significat in re militari signũ, quod ad pugnam datur. Hinc classicum canere. pro excitare stantes in procinctu ad prælium. & prouerbialiter, pro, hortari aliquem, & animare ad rem quempiam.*

Scire Senatus auet,miles te Magne.] *Rectius hunc locum Glareanus exponit, quàm Sulpitius, Vno uerbo Pompeium quasi circumcludit, ut aut fateatur se tyrannum,aut pareat Senatui, qui eum Ducem aduersus Cæsarem elegerit. Totum pondus in duobus uerbis est, Miles, & comes, ut non minus argutè, quàm diligenter annotauit Badius,Sic Glareanus. Concludit itaque Cicero, ut si fateatur Senatum Pompeium militem sequi, eum tyrannum esse, cui tantum authoritate eius imperium sit delatum: sin comitem, agnoscat Senatum superiorem se, & ei parere oportere, ut in alijs rebus, ita maximè hic, cum pugnam postulet.* Ingemuit rector; sensitq;.] *Pompeius, Aduertit quod ad pugnam multus traheretur, & restitans,quod animus præsagiret calamitosum euentum pugnæ.*

Si placet hoc, inquit.] *Accusat militum, & Senatus imprudentiam, qua uidentes, ac uolentes in suam perniciem ruãt, cum sine sanguine possent uincere. hoc est, fame, & inedia ad deditionem Cæsarem compellere, qui iam ad herbaceos panes etiam redactus fuerat. Transfert imminentem cladem in fata, quæ se inuito rei Romanas in miseram cladem trahunt.* Milite Magno.] *Me duce, tertia, pro prima tra.*

Si placet hoc,inquit,cunctis,si milite Magno,
Non Duce tempus eget,nihil ultra fata morabor.
Inuoluat populos una fortuna ruina:
Sit q; hominum magnæ lux ista nouissima parti.
Testor Roma tamen Magnũ, quo cuncta perirẽt,
Accepisse diem,potuit tibi uulnere nullo
Stare labor belli: a potuit sine cæde subactum:
Captiuum q; Ducem Romanæ b tradere paci.
Quis furor ô cæci scelerum? ciuilia bella
Gesturi metuunt,ne non cum sanguine uincant?

a al.potui.
b al.uiolatæ

Abstulimus terras, exclusimus æquore toto
Ad præmaturas segetum iciuna rapinas
Agmina compulimus. uotum effecimus hosti,
Vt mallet sterni gladijs, mortesq; suorum
Permiscere meis, belli pars magna peracta est,
His, quibus effectum est, ne pugnã tyro pauere:
Si modo uirtutis stimulis, iraq; calore
Signa petunt. multos in summa pericula misit
Venturi timor ipse mali. fortissimus ille est
Qui promptus metuenda pati, si cominus instẽt.
Et differre potest, placet hæc tam prospera rerum
Tradere fortunæ, gladio permittere mundi
Discrimen, pugnare Ducẽ, quàm uincere malunt.
Res mihi Romanas dederas fortuna regendas,
Accipe maiores, & cœco in Marte tuere.
Pompeij nec crimen erit, nec gloria bellum.

persona. Exordio confitetur castrẽsibus clamoribus improbis se uictum, ac principatu cedere, seq; nõ quidem, ut imperatorem, uerum militem pugnaturum, quandoquidem ita Senatui uisum est, qui Ducem belli nunc se fateatur. Apud Appianum longè aliam habet orationem Pompeius, milites in prælium educturus, de qua postea dicturi sumus. Nihil ultra f.] non tergiuersabor diutius, sed quocunque fata me trahunt nunc sequar, quia uideo sic necesse esse. Inuoluat populos.] Et quia compellitur bellare, per indignationem uidetur optare, ut populos commissos fortuna una clade deleat. Sicq; hominum.] Aut si non omnes ferro absumantur, certè precor, ut sit hic dies magnæ parti ultimus in rebus humanis, quod tam improbè pugnam, & cladem exoptent. Testor Roma.] Per auersionem testatur Romam, se non accersuisse diem hunc fatalem tam florentibus copijs, neque præstituisse antè suis, sed uel à fortuna constitutum, uel à totis castris obtrusum. se inuitum accepisse. Potuit tibi.] hæret in auersione ad urbem, testans uictoriam nullo sanguine stare potuisse. si res suo arbitrio stetisset, uerùm cunctando fame Cæsarem ad deditionẽ compelli potuisse. Captiuumq; Ducem.] Cæsarem captum in nostram potestatem redigere, ac tradere in pristinã pacem, quam ipse prior uiolauerit: uel ad nouam pacem ab integro, quæ adhuc turbata bello est. Quædam exemplaria, inter quæ unum uetus est, legunt, Romanæ paci, quasi ea tantum ciuium Romanorum interesset, ac Italiæ.

Quis furor.] Exclamatio per indignationem, quod ad pugnã prosilire gestiant, ac cum miserabili clade uincere uelint. Quod si uictores euaserint, ea constatura uictoria sit multo ciuium sanguine, qua re nihil sceleratius est. Quod bellum magis nefarium est, quæ pugna magis impia, quàm ciuium inter se, maximè Romanorum, qui rerum domini sunt, & Imperatores orbis? Non cum f.] Quasi uerò glorioſum sit in prælio multum sanguinis ciuilis fundere, ac non potius ignominia dignum. Abstulimus.] A facili opponit argumẽtum, nullo sanguine, sed fame Cæsarem uinci posse. Exclusimus eum mari, prohibuimus illum commeatu, terra, ut ad herbaceos panes propè uentum sit, ut ad Dyrrhachium. Quanquam hic non admodum fame laboratum fuit, sed Cæsar in animo habebat, copias suas alibi abducere, ut hostem ueſtigio sequẽtem in aliquam pugnãdi necessitatem adduceret. Aequore toto.] Quod Pompeianæ classes maria tenerent, partim ad comeatum undiq; conuehendum, partim ad excludenda auxilia, quæ Cæsari mari adesse potuissent: & L. Scipio Latissam oppidum maritimum magno præsidio tenebat. Ad præmaturas.] aliud famis genus, quod segetes uix dum maturas diripuerint præ nimia fame canina. Vt mallet ſter.] Milites Cæsariani ex recenti clade accepta tanto mœrore, tanto pudore ex fuga affecti fuerunt, ut milites pœnam in se ultro deposcerent, magisq; fuerint consolandi, quàm puniendi, simul efflagitabant una uoce, ut in prælium iterum ducerentur. Hanc pugnandi necessitatem Pompeius Cæsari tribuit, & cædem suorum suis admiscere, quàm cunctando diutius. Belli pars magna.] ut Tyrones etiam pugnã poscant. Multos in ſum.] Exclamatio in ignauos milites, quos timor pugnæ in periculum extremum rapit: contrà eum fortissimum uocat, qui alacri animo, & gladiatorio patitur, quæ metuenda sint, & horrorem imminentia. Placet hæc.] Et cùm omnia nobis secunda sint, contrà, hostibus aduersa, hoccine uestræ prudentiæ est, tradere nostra rerum fœlicia hostibus? & in pugnam totius orbis periculum conijcere, quàm sine sanguine uincere? Variè traditur, inuitus ne Pompeius ad pugnam processerit an dux, & hortator, prælij, ut Appianus tradit, sed eum tamen diu, multumq; reluctatum, ne de summa rei decerneretur, quod cunctando facilius Cæsar uinci posset, cui unus Cato fuerit assensus, quod ciuibus parcendum existimaret. Alij eum captum imperij consuetudine putant, & ob id bellum traxisse de industria. Hæc libuit identidem repetere, quo illustrior sit oratio Pompeij. Gladio permittere.] in pugnam cruentam, ubi citra periculum certamen finiri potuerit.

Res mihi Romanas.] Auersio pathetica ad fortunam. Nam ab ineunte ætate Rempub. gesserat, ut totiès à nobis iam dictum est. Accipe maiores res.] quàm unquam abs te accepi, fac ipsa nunc eas, in præsenti discrimine defendas. Nã ex hoc bello neq; gloriam consequar, neq; si succubuero, crimen in me erit. Quin Pompeij, pro, meum, enallage personæ.

Vincis apud su.] Auersio ad Cæsarem per indignationẽ. Nã cùm Pompeius ciuium amore prælium differret, tum quod existimaret (ut dixi) Cæsarem facilius cunctando uinci posse, Cæsar

Vincis apud superos uotis me Cæsar iniquis,
Pugnatur, quãtum scelerũ, quantumq; malorum
In populos lux ista feret, quot regna iacebunt?
Sanguine Romano, quàm turbidus ibit Enipeus?
Prima uelim caput hoc funesti lancea belli
Si sine momento rerum, partisq; ruina
Casurum est, feriat. neq; enim uictoria Magno
Lætior, aut populis inuisum hac clade peracta,
Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen.

annem moram adiosam duxit, & militer, suspensa ante tentorium tunica rubea, signo belli, ad prælium se expedire iussit, pietate in ciues posthabita obtinuit quodammodo à Dijs pugnandi pote-

Omne malum uicti, quod fors *a* fert ultima rerũ:
Omne nefas uictoris erit. sic fatur, & arma
Permittit populis, frenosq; furentibus ira
Laxat, & ut uictus uiolento nauita Coro
Dat regimen uentis, ignauumq; arte relicta
Puppis onus trahitur, trepido confusa tumultu
Castra fremũt, animiq; truces, sua pectora pulsant
Ictibus incertis, multorum pallor in ore
Mortis uenturæ est, faciesq; simillima fato.

meorum intuitum no men meum erat apud omnes populos. Sin uictus è pugna excessero, miserabilis fuero. Pompeius, tertia persona pro prima. Omne malum uicti.] *In uictum, omne malum recidet, clades usque ad internecionem: infamia, & quantum mali in uictum iactari solet, quod eum Dij, quod iniustam suscepisset, tutatusq; esset causam, percussissent. Talia obloquia insignes uiros post amissam uictoriam ferè comitari solent. Rursum, uictor audiet omne nefas in se torqueri, ob ignominiam uictoriæ in bello Ciuili in qua nulla laus, sed omne dedecus uictorem sequitur. Quare sapienter cautum fuit, ne quis de ciuibus deuictis triumpharet.* Frenosq; furentibus.] *Dat facultatem currendi ad arma, quorum classicum dari (ut erat furor) uolebant. Perpetuæ metaphoræ in allegoriam exeunt.* Et ut uictus.] *Illustrat furorem militum, & Pompeij uictum animum à similitudine ducta, à nauta, qui ui uenti uictus nauem, quam diutius tenere, nequit, flatus, & Dei arbitrio committit.*

a al. foret.

Violento Coro.] *uento, qui ab occasu solstitiali spirat, Zephyron, & Argesten uocant.* Puppis onus.] *Impulsu uenti, citra nautæ operam, aut artem.*

Trepido confusa tumul.] *Ad eundem modum totis castris fit fremitus, discurratur ad arma dissolutè, nemine prohibente.* Ictibus incertis.] *ut nesciant quæ spe, quo consilio ad arma concurrant. Sperant, metuunt, uarijs motib. animorũ agitantur.* Multorum] *A signis imminentis cladis, & instantis ruinæ, quam, fatum uocat.*

Aduenisse diem.] Caussa metus, & pallo ris in uultibus militum, nempe hunc fatalẽ esse eum diem, & qui conderet fatale urbis deinde, & perpetuum imperium monarchicum, id quod tum in occulto erat. Quæri Roma quid.] Hoc prælio palam erat futurum, ut quæreretur, quid esset Roma, libera ne, an serua: si sub unum monarcham redigeretur ne, an libera esset mansura sub consulari Imperio annuo. Huius rei Roma certa erat futura confecto prælio. Pericula nescit.] Nemo suum futurum periculum nouit, sed quisq; speret, inuicem timet, ut in prælio fieri solet. sed metus maior est, quàm spes uictoriæ. Quis littora.] Amplificatio timoris à maiori: maius enim est, uidere mul-

Aduenisse diem, qui fatum rebus in æuum
Conderet humanis, & quæri Roma, quid esset,
Illo Marte palàm est: sua quisq; pericula nescit,
Attonitus maiore metu, quis littora Ponto
Obruta, quis summis cernens in montib. æquor,
Aethera q; in terras deiecto sole cadentem
Tot rerum finem timeat sibi? non uacat ullos
Pro se ferre metus, urbi, Magnoq; timetur.
Nec gladijs habuere fidem, nisi cautibus *a* asper
Exarsit mucro: tunc omnis lancea saxo
Erigitur, tendunt neruis melioribus arcus:
Cura fuit lectis pharetras implere sagittis.
Auget eques stimulos, frenorũq; *b* aptat habenas.
Si liceat superis hominum conferre labores,
Non aliter Phlægra rabidos tollente Gigantes
Martius incaluit Siculis incudibus ensis,
Et rubuit flammis iterum Neptunia cuspis,
Spiculaq; *c* extenso Pæan Pythone recoxit,
Pallas Gorgoneos diffudit in *d* ægide crines,
Pallenæa Iouí mutauit fulmina Cyclops.

tarũ rerum finem, & proinde iure sibi timere, quàm spectare mala, quæ Reipub. Rom. eueniẽt, ex pugnæ huius euẽtu, ex quo pauci sibi metuãt, sed longè maxima pars Pompeio timet, & Imp. Roman. Quis littora.] *Quasi dicat, nemo sibi timuerit, qui uideret littora inundari Oceano, aut mõtes diluuio in summis cacuminib., ablui: aut æthere m, qui cernat cadentẽ, Sole in terras præcipitato?* Nõ uacat ullos.] *sibi timere, sed Põpeio Imper. & libertati.* Nec gladijs.] *iam obtusis, & hebetibus, nisi nunc denuo subigantur in cotibus, quo accommodatiores sint in pugna ad cædendum.* Nisi cautibus ac.] *Alia narrationis amplificatio ab apparatu telorum, idq; imitatione Vergiliana. Apud quem lib. 7.*

a al. cotib. in uet. cod.
b artat. in ueteri codicib.
c al. extento.
d al. ægida.

» Quinq; adeò magnæ posuis incudibus urbes
» Tela nouant.—

Lucanus scribit Pompeianos milites, suas lanceas, ensses, aliáq; tela in cotibus, & saxis acuisse. Cura fuit.] Ornare suas pharetras electis, nouis, & præacutis sagittis. Stimulos.] calcaria dicit, quibus equi ad cursum incitantur. Si liceat supe.] Quod si fas est res humanas cum negotijs Diuorum conferre. Ad eundem modum, inquit, Gigantes expediuerunt sua arma, & nouarunt sua tela ad bellum quondam: amplificatio studij Pompeianorum. Phlegra.] Phlegræi campi intra Cumas iacent, & Neapolim. Habitabat hic ferox hominum genus, quos uel quia proceriore statura essent, quàm cæteri mortales, maioréq; corporis mole, uel ob scelera, & graues iniurias, quibus finitimos accolas premebant, Gigantes uetustas appellauit. Hi cùm ad Herculis accessum prohibendum prælio instructi ei occurrissent, una pugna, sed perdifficili deleti fuerunt. Hi campi, in quibus fuit pugnatum, à uetustissima Vesuuij montis conflagratione, nec ab Aetnæa multum dissimili, Phlegræi dicti sunt, ut quidam authores tradunt. Non in Thessalia Phlegra fuit, sed inter Cumas, & Neapolim campi Phlegræi, id quod indicat satis poëta, qui locum fermè quasi digito monstrat, cùm Martios eorum enses in Siculis, quasi Aetnæis, sine Vulcanijs incudibus incaluisse canat. Phlegræi campi, inquit Plinius Acherusia Palus, Cumis uicina. At idem Phlegram in Macedonia locat quam Lucanus, ut paulò pòst indicabimus, hoc loco, planè uidetur significare. Oppida Pallene, inquit, Phlegra. De Pallene mox etiam dicetur. Incaluit inc. Si.] Incudibus Aetnæis, In Aethna monte, ob perpetuum incendium antiquitas fabulata fuit, Vulcanum perpetuò Ioui fulmina cudisse, perinde ut in Vulcanijs. Ibi eum habere suos ministros Bronteum, Steropen, & Pyragmonem, qui perpetuò huic studio incumberent. De Aetnæ natura, & proluuio alibi dictum est. Rabidos Gigantes.] Strabo libro quinto. Ballenen dicit Cheronnesον esse, in Isthmo sitam, antea Potidæam dictam, tum Cassandriam, quæ Phlegra prius fuerit appellata. Incoluerunt eam fabulis agitati Gigantes, gens impia, & scelesta, quos Hercules deleuit. Habet autem urbes quatuor maximè, Aphyton, Menden, Scionen, Sanen. Neptunia cuspis.] tridens Neptuni, quo terram uerberat, unde Ennosigæus dicitur, quo perinde uti creditur, ut Iuppiter fulmine. Pœan.] Apollo spicula sua, quibus Pythonẽ occiderit, in igne recoxit. Apollo Pœan dictus fuit, παρὰ τὸ πάσσειν, id est à cædendo, quod Pythonem terribilem draconem sagittis confecerit. Macrobius Physicam fabulæ rationem reddit, libro Satur. primo.

Pythone extenso.] Dracone interfecto sagittis. Python terræ filius fuit, ingens Draco, qui ante Apollinem ex oraculo in monte Pernasso responsa reddere solitus erat. Huic ex Latonæ partu interitus erat fato futurus, quo tempore Iuppiter cum Latona Poli filia rem habuit. Id simulac Iuno resciuit, effecit, ut in eo loco pareret, quo Sol nunquam accederet. Python aduertens Latonam ex Ioue grauidam, eam persequi cœpit, & interficeret. Porrò Latona Iouis iussu uento Aquilone ad Neptunum delata fuit, à quo in insulam Ortygiam portata fuit, fluctibus opertam. Pytho eam non inueniens, in Parnassum redijt. Neptunus Ortygiam in maris superficiem extraxit, appellauitq; Delum. Ibi Latona Apollinem, & Dianam peperit. Quibus Vulcanus dono sagittas dedit. Quarto, quàm natus esset die, matrem ulturus, Parnassum contendit, & Pythonem sagittis interfecit. Hinc Pythias dici cœpit. Pallas Gor.] Et ipsa recudit suam ægidem, in qua sparsit caput, & crines Gorgonis Medusæ. Tres fuisse produntur Gorgones in extrema ora Africæ, Stheno, Euryale, & Medusa, quarum postrema sola fuerit mortalis. De his Hesiodus.

γοργὼς θ' αἱ ναίουσι περὶ πλυτὸν ὠκεανοῖο
ἐσχατιὴ πρὸς νυκτὸς, ἵν' ἑσπερίδες λιγύφωνοι
Σθενώ τ' Εὐρυάλη τε, μέδουσά τε, λυγρὰ πάθουσα,
ἣ μὲν ἐὼν θνητὴ, αἱὼ δ' ἀθάνατοι, καὶ ἀγήρω
αἱ δύο, τῇ μεμιῆ παρελέξατο κυανοχαίτης
ἐν μαλακῷ λειμῶνι, καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.
τῇσδ' ὅτε δὴ περσεὺς κεφαλὴν ἀποδαίροῖτο,
ἐξέθορε φρυσάορτε μέγας, καὶ ϖώγασος ἵππος.

Erant his capita draconum, squamis obsita, dentes prægrandes, suum instar: singuli oculi: adhæc manus, & alæ, quibus per aërem ferebantur. Inerat his ea uis ut se conuisos per aërem ferebantur. Inerat his ea uis ut se contrà obtuentes, in saxa uerterent. Medusam petebat Perseus, Orci galea contectus. Huius comas Minerua in angues mutarat, quod in suo templo, non prato (ut Hesiodus ait) à Neptuno uitiata esset. Et oculis Persei in clipeum æneum, in quo ipsius Gorgonis imaginem uidebat, manum in Medusam librans, Palladis beneficio eius caput desecuit. Sunt, qui eam ferri splendore perculsam scribant. Reliquæ sorores uolantes, Perseum quidem insequebantur, sed cùm illum propter Platonis galeam uidere nequirent, persequi desierunt. Perseus ab expeditione in Seriphum reuersus, Polydecten aggressus fuit, sed frustra amicos implorantem. Quos adgiam concurrentes, Gorgonis capite obiecto, obtutesque in saxa uertit. Polydecta sublato, ac Dicty in fratris locum suffecto, Gorgonis caput Palladi restituit: galeam, peram, & talaria, Mercurio, qui ea nymphis, à quibus acceperat, reddidit, & falcem adamantinam Mercurio. Cæterum domum Gorgonis, & eius insulæ miracula scribit Plinius libro sexto, capite 31. Loquutus de terrarum fronte extrema in Africa, primum se circumagêre in occasum, ac mare Atlanticum. Contra hoc promontorium Gorgones insulæ narrantur, inquit, Gorgonum quondam domus, bidui nauigatione distantes à continenti, ut tradit Xenophon Lampsacenus. Penetrauit in eas Hanno Pœnorum Imperator, prodidítq; hirta fœminarum corpora uiros pernicitate euasisse, duarumq; Gorgonum cutes argumenti, & miraculi gratia in Iunonis templo profuit, spectatas usq; ad captam Carthaginem. Copiosè prosequitur historiam post Zenodotum, enarrator Lycophronis. γοργὼν, καὶ γοργὶς terribilis, &c. Verba Annonis sunt, si quis requirat, ναῆσε δὲ ἐς ἑτέρα, μεγὰ ἀνθρώπων ἀγρίων. πολὺ δὲ πλείους ἦσαν γυναῖκες, πασσάλοις τοῖς σώμασιν, ἅσοι ἑρμηνέες ἐπάνδρων γορίλλας, πιθόντες δὲ ἄνδρας μὲν συλλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθημεν. ἀλλὰ πάντες μὲν ἐξέφυγον, πρμμένοι βάτοις ὄντες, καὶ τοῖς μετρίοις ἀμυνόμενοι. γυναῖκες δὲ πολλὰς, αἳ διαπονοῦσί τε καὶ σπαράττουσι τοὺς ἄγοντας, οὐκ ἤθελον ἕπεσθαι ἀποπτύοντες μὲν ἐσαὐτὰς, ἐξεδείραμεν, καὶ τὰς δορὰς ἠνομίσαμεν ἐσκευάσθαι. Pallenæ.] De Pallene paulò antè dictum est, esse in Macedonia, aliquando Potideã, Cassandriã dictam, & Phlegram, ut Strabo scriptũ reliquit, & Gigantes hanc habitasse, impium, ac nefarium hominum genus

nus: sunt qui Pallenen Thraciæ adscribant. Inde igitur fulminis epitheton mutuatus est quasi dicat Gigantæa fulmina, propter Gigantes oppidi quondam cultores. Et Cyclopem fabrum aliquem ex Vulcani ministris uocat, à quo recusa fuerint hebetata multo usu Iouis fulmina. Hæc est illa Pallene, quæ & Phlægra olim dicta fuit, ubi Xerxes Ampelon, & Toroneum promontoria, ex Sitoniæ ora prætervectus, commilitium accepit. Nescio quas ineptiat hic nugatur Sulpitius, de Pellena, oppido Achaiæ ad Sycionem. Pallena verò, inquit, in Laconia est sita, ut Strabo docet. Sed legendum arbitror, Phalenea, id est, Thessalica, à Phalenis oppido iuxta Phlegram, ut Plinius habet, ubi Gigantes sunt fulminati. At quanto rectius Glareanus, & Micyllus. Quæ verò hoc loco adduxit Sulpitius inquit Glareanus, aut ex corruptis authorum codicibus citauit, aut ipsius codex postea corruptus est. Pallenæa omnibus legendum. Pallena enim Macedoniæ regio, cuius urbes sunt, Potidæa, quæ & Cassandria, Aphytis, Aege, Therambus, Solone, Mendis, Sama, ut Herodotus libro septimo tradit. Ipsa Pallena olim Phlegra appellata, idem inquit Herodotus. Plinius autem libro quarto, capite 9. Phlegram subiungit Pallenæ. Phlegræos uerò campos in Campania iuxta Cumas ponit. libro 3. capite 5. & libro 18. capite 11. ad idem Strabo lib. 5. Fabula uerò de Gigantibus, haud dubie in Pallenæo regione primum ficta, postea in agrum Cumanum delata, nullam aliam ob caussam (ut Strabo inquit libro 5.) quàm quod terra ipsa Cumana suapte uirtute præliorum concitatrix esset: uel quod ibi Sulphuris, & ignis, & aquarum calidarum plena sint omnia. Et talibus ignis & aquæ profluuijs Gigantum uulnera fulminibus deiectorum tribuuntur. Hæc Glareanus. Micyllus haud minus eruditè ista explicauit. Pallenæa, inquit, legendum, à Pallene. Est enim oppidũ Macedoniæ, siue Thraciæ, quod & Phlegra aliquando dictum fuit, ut Stephanus ex Eudoxo tradit. Et meminit Eustathius, in Catalogo, πελλήνη, inquiens, πόλις ἀχαΐας, ἡ μέν τοι πελλήνη, διὰ τοῦ ἀ, ἡ πόλις θρᾴκης, καὶ χερρόνησος δὲ τρίγωνος, ἡ καὶ φλέγρα λεγομένη. περὶ ἣν ἡ στάσις τοὺς γίγαντας πεπολέμησε. Fulmina igitur Pallenæa uocat poëta, uel quibus mox Iuppiter apud Pallenen contra Gigantes usus est. κατὰ ἀναχρονισμόν: uel (ut Oribono placet) quibus eodem loco antea Aloidas Oton, & Ephialten prostrauit. Hæc Micyllus. At Pellene, de qua somniat Sulpit finitima Sicyonijs ciuitas ultima Achiuorum est, VIII. M. pass. à mari. Fuit & uicus hoc nomine, ubi lanæ multiplices texerentur, ut prouerbio quoque celebratæ fuerint. πελληνικὰ χλαίνα, καὶ χιτὼν πελληνικός. id est, Pellenicæ lanæ, & tunica Pellenæa.

Non tamen abstin.] Transit, ad dilatandam narrationem ad prodigia, quæ in castris Romanis obiecta fuerunt, quibus pugnæ Pharsalicæ clades luculenter denunciata fuit. Enumerat ordine multa mõstra, qualia lectitandis historijs occurrunt. Sed excutiamus singula.

Prodere.] significare uarijs portentis futuræ pugnæ euentum.

Nam Thessa.ru.] Cùm Pompeius exercitum in Thessaliam duceret, horrenda euntibus prodigia è cœlo abiecta fuerunt. Sed authores graues sunt, qui produnt, aliquot prodigia Pompeio à Dyrrhachio, digresso oblata fuisse, quorum aliqua hic refert poëta. Valerius Maximus libro primo titulo de prodigijs. Cneum, etiam Pompeium inquit, omnipotens Iuppiter abundè monuerat, ne cum C. Cæsare ultimam belli fortunam experiri contenderet. Egresso à Dyrrhachio, aduersa agmini eius fulmina iaciens examinibus apum signa obscurando, subita tristitia implicatis animis militum, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga. Sed inuictæ leges necessitudinis, pectus aliquando procul ab amentia remotum, prodigia ista iusta æstimatione perpendere passæ non sunt. Itaque dum ille eleuat authoritatem amplissimam: & opes priuato fastigio excelsiores, omnia ornamenta, quæ ab ineunte adolescentia ad inuidiam usque contraxerat, spatio unius diei confregit. Quo constat, in delubris

Non tamen abstinuit uenturos prodere casus
Per uarias ò fortuna b notas. nam Thessala rura
Cùm peterent, totus uenientibus obstitit æther,
In'q; oculis hominum fregerunt c fulmina nubes,
Aduersas'q; faces, immenso'q; igne columnas
Et trabibus d mixtis auidos e Typhonas aquarũ
Detulit, atq; oculos ingesto fulmine f clausit,
Excusit cristas galeis, capulos'q; solutis
Perfudit gladijs, ereptra'q; pila liquauit:
Aethereo'q; nocens fumauit sulphure ferrum.
Necnon innumero cooperta examine signa
Vix'q; reuulsa solo, maiori pondere pressum
Signifer mersere caput. rorantia fletu
Vsq; ad Thessaliam Romana, & publica signa.
Admotus superis discussa fugit ab ara
Taurus, & Emathios præceps se iecit in agros:
Nulla'q; funestis inuenta est uictima sacris.

Deũm sua sponte signa, militarem clamorem, strepitum'q; armorum adeò magnum Antiochiæ, & Ptolemaide auditum, ut in muros concurreretur. Sonum tympanorũ Pergami abditis delubris editum: palmam uiridẽ Trallibus in æde Victoriæ sub Cæsaris statua, inter coagmenta lapidum, iustæ magnitudinis enatam: quibus appareret, cœlestium numen, & Cæsaris gloriæ fauisse. & Pompeij errorem inhibere uoluisse. Hæc Valerius Maximus. Cæsar post pugnam hæc prodigia uisa scribit libro 3. Itaque quæ post discessum à Dyrrhachio euenerũt, poëta huc usq; distulit, cum Thessaliam peterent. Totus uenientib.] Sulpitius exponit, quasi prohibens accessum. Reclius signis manifestis terruit petentes Thessaliam, ne eò contenderent, promouens prodigijs horrendam cladem imminere. Glareanus. Vide hoc loco, 7. ordine uerba, inquit, ad duos duntaxat relata nominatiuos, obstitit æther. deinde proximè sequente uersu. fregerunt ad fulmina. Quarto deinde uersu. uerba duo, detulit, & clausit, quem habẽt nominatiuum: Badius ad Detulit. silet, ad. clausit, supplet uersus, æther. cùm tamen medius intercesserit nomina uris. Fulmina, cum uerbo fregerunt. Et ad uerbum, detulit, non maius referendus uideatur. In proximo inde uersu. Excusit silet: sed in perfudit, supplet fulgur. Quod & ipsum, in Excusit, intelligi oportet. Atque adeò etiam

a al.prod.mõtus. in uetust. cod.
b al. natura.
c al. flumina.
d al. mistis.
e al. Siphonas in uet. cod.
f al fulgure, in uet. cod.

etiam in uerbo liquauit, &c. Fregerunt fulmina.] primum prodigium: Fulmina à nubibus fracta fuisse. Atque hoc quidē esse uidetur, quod Valer. Max. dicit, quod Iuppiter agmini fulmina iecerit. Aduersasq; faces.] Secundū ostentū, Faces aduersas obiectas agmini fuisse. Faces emicant, quæ nō uidentur, nisi cū decidunt. qualis Germanico Cæsare gladiatorū spectaculo edēte, præter ora populi meridiano tēpore transcurrit. Columnas.] Tertiū ostentū, colūnas ardētes uisas. Porrò de facib hoc addatur. Duo esse earū genera, Lampades, quas faces uocāt, et Bolides, id est iacula, Faces lōga uestigia faciunt. priore parte ardēte, Bolis perpetuò ardet, & longiorē trahit limitē. Porro colūna dicitur, cùm cōcisso humor, ac uigēs se sustinet. Atq; hanc quidē igneā hoc loco uocat. Trabib. mixtis.] Quartū prodigiū, trabes, quas Græci docos, Δοκους, uocāt, quæ & ipsæ nonnunquā emicāt, quales apparuerūt quū Lacedæmonij uicti Imperiū Græciæ amisere. Typhonas auid.] Quintum, Typhon, qui flatus est arctius depresso sinu rotatus effringit nubas, sine fulmine, & uorticē facit, hoc est, uibratū cenephian. Defert aliquid secū abruptū è gelida nube, cōuoluens, uersansq;, & ruinā suā illo pondere, aggrauās, & locū ex loco imitans rapida uertigine: præcipua, inquit Plin. nauigātium pestis, nō antemnas modo, uerū ipsa nauigia cōtorta frangens tenui remedio aceti in aduenientē effusi, cui frigiditissima est natura. Idē illis ipso repercussui correpta secum in cælū refert. sorbetq; in excelsum. Plin. scribit Typhonē nomē adeptū à Typhone rege Aethiopū, & Aegyptiorū. Typhon nō fit aquilonius, nec nualis. Zeno Citticus Typhonē definiebat fulmen uiolentū, magna ui spiritus demissum siue fumantē spiritū rupta nube dilapsum. Auidos aquarū uocat, quod hybernis mēsibus, & austrino polo fiat. De Typhone dæmone centū capitū, multa fabulantur, Pindarus, Aeschylus, et alij Græci, eorumq; interpretes: unde, inquit Ioānes Tzetzes, omnis uētus uehementior typhon uocatur. ἐξοὺ πᾶς ἄνεμος

» ὑροδρώτηρ. τυφὼς ἡκλεῖται. Idē Chiliade 8.
» τυφὼς ἐστὶ νῦν λοιμῶν τις τῶν ἑκατογκεφάλων
» ὃν ἀπεφαίνῳ τῷ Διὶ πώποτε πολεμῆσαι.
» νῦν δὲ ὁ φοδρὸς τις ἄνεμος πυρώδης ὀσίαν,
» ἐξανάστασιν αὐτόπρεμνα δένδρα, καὶ πάταγον.

Id est, Typhon est, & dæmon quidam centum capitum,
Quem ferunt etiam olim cum Ioue bellasse.
Nunc porrò uehemens uentus est, sed ignea subsātia.
Euellens radicitus arbores, atq; confringens.

Atq; oculos in f.] & Valerius scribit, Iouem aduersa agmini fulmina iecisse. Excussit cristas galeo.] Sextū prodigiū, Fulmine cristas galeis deiectas. Capulosq;] Septimū, capulos gladiorum in uaginis liquatos fulmine, perinde ut pila, quæ è militum manibus lapsa liquefacta fuerunt. Aethereoq;.] Octauū, cuspides hastarum fumasse fulmine, uel, ut ipse ait, sulphure. Est autem fulmen sulphureæ naturæ. Innumero examine.] Nonum. Signa examinibus apum obscurata. Vixq; reuulsa so.] Decimum. Signa ægrè è terra emota, & extracta. Signiferi.] Vndecimum prodigium. Nam quo uiolentius extrahebat, hoc magis pronum caput in terram fuit.

Rorantia flo.] Duodecimū. Signa Romana maduisse, usq; ad Thessaliam. Admotus su.] Decimumtertium hostiam fugisse ab ara. Ab ipsis altaribus, inquit Valer. hostiarum fuga. Nullaq; fo.] Decimumquartum. Nullam uictimam inueniri potuisse. Huiusmodi multa prodigia apud authores leguntur. Seruio Tullio puerulo dormienti circa caput flammam emicuit. Consimilis flamma ex capite L. Martij Ducis eluxit. L. Sylla Con. cum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subitò ab una parte aræ anguem prolapsam conspexit. Bos mugitu in sermonem conuerso humanum, uouitate monstri audientium animos exterruit. Carnis partes in modum nimbi dissipatæ ceciderunt. Aliquando infans semestris in foro boario Romæ triumphum exclamauit. Alius cū elephantino capite enatus fuit. Pluit lapides: lac: sanguinem. Lupus in Gallia uigili è uagina gladium abstulit. Scuta sanguinem sudarunt. Metentibus cruentæ spicæ in corbem deciderunt. Aquæ sanguine mixtæ fluxerunt. Bos aliquando dixit Caue tibi Róma. C. Flaminius inauspicato Co. creatus, cū Annibale conflicturus ad Thrasimenum, ubi signa conuelli iussisset, lapso equo, in caput humi prostratus fuit. Inhibitus signiferis moueri signa sua sedi posse negantibus, malum, in continuo ea effodissent, minatus est. Multo plura id genus prodigia prodita inuenias apud bonos authores, ut Liuium, & alios.

At tu q.] Poēta suo more rhetoricatur, Vt orationem dilatet, per auersionem inuehitur in Cæsarē, ut quorum familiæ iure fuerit infestus, ro-

a al. per Osgaiq;. quos dæmones, fœa. in uete. cod.

b al. Bebephi

gat quos furias inuocauit in hoc prælio ut inimicos uinceret: quadā in cod. ne si uerò (ut id addam tosto.

c al. quæq. cani) nulla uictoria

d al. fratri. contingat nisi ab inferis manibus, & Eumenidibus, cùm à Superis illa proficiscatur solis. Scelerum.] Quasi superi sint scelerum authores, & uincere bello, ac prælijs, sit scelus. Cæsar prælium

At tu quos scelerum superos? quas ritè uocasti
Eumenidas Cæsar? Stygij quæ numina regni?
Infernum'q; nefas? & mersos nocte furores?
Impia tam sæuè gesturus bella litasti?
Iam dubium, monstris'ne Deum, nimióue pauori
Crediderint, multis concurrere uisus Olympo
Pindus, & abruptis mergi conuallibus Aemus,
Edere nocturnas belli Pharsalia uoces,
Ire a per Ossæam rapidus b Bœbeida sanguis
In'q; uicem uultus tenebris mirantur opertos,
Et pallere diem, galeis'q; incumbere noctem,
Defunctos'q; patres, & cūctas sanguinis umbras,
Ante oculos uolitare suos, sed mentibus unum
Hoc solamen erat, quod uoti turba nefandi
Conscia quæ c patrū iugulos, quę pectora d fratrū
Sperabat, gaudet monstris, mentis'q; tumultu.
Atq; omen scelerum subitos putasse furores.

initurus apud milites testatus fuerat, sæpius pacē, & pacis cōditiones optasse, & ab inimicis, nihil æqui, & sane receptum fuisse. Quas Eumenid. uocasti.] Quas furias inuocasti. Et ut stomachū effundat, eādē sententiā per expolitionē repetit sæpius: ut, quos Deos inferos, quod nefas Stygium implorarit, quas furias inimanib. & inferorū tenebris mersas inuocarit ad obtinēdā uictoriā. Scelerum.] quasi superi sint scelerum authores, & uincere bello, ac prælijs, sit scelus. Cæsar prælium furias sic dictas παρ' εὐφημισμόν, quasi quiduis potius, quàm

ria q. lemurib. litarit. Hæc omnia eodē tēdūt. Eumen.]

quàm propitias, & benignas. Sed in Oreste reconciliato mutarunt suum nomen. Litasti] longè aliter tradit Appianus de Cæsare. Acies deinde præparari audiens, inquit, lætatus necessitate cognita, qua Pompeius ab exercitu ad pugnam cogeretur, statimq; suos conuocari imperat. Nocte media perfectis sacris, Martem inuocauit, eiusq; parentem Venerem, Et mox. Templum igitur Victoriæ, fauenti gratis Romæ dedicaturum uouit, si ritè peregisset. Cùm autem fulgor è cœlo labens è Cæsaris ad Pompeij castra penetrasset, ibidemq; extinctus esset, qui in exercitu Pompeij aderant, quidpiam splendidũ ab hostibus ad se futurũ, prædicabant, Cæsar autem se in Pompeium insurgentem, gloriam eius extincturum. Hæc Appianus libro 2 de bello Ciuili. Idem Cæsar victricem Venerem, Pompeius Herculem inuictum in auxilium uocabat. Iam dubium monstris ne.] Ipsi deinde Pompeio, inquit Appianus, eadem nocte cùm victima fugisset, neutiquam deprehendi potuit. Apum præterea examen in aris constitit. Trepidatio quoque ante lucem in exercitum incidit, ad quam accurrens Pompeius, & singula constituens, non multò post est somno consopitus. Excitatus ab amicis somnum retulit. Paulò antè templum se Romæ consecrare uisum Veneri victrici, uoti Cæsaris ignarus. Hucusque ille. Multis concur.] Nam inter utrorum millia, ait Appianus, qui in unum concurrebant, multa præter opinionem, & admiranda contigere, quæ quisque animaduertens acri pœnitentia eo in loco repletus est. Pindos concur. Olympo.] Primum monstrum. De his montibus & alijs Thessalicis, alibi diximus, qui omnes iacent theatrali modo inflexi.

Asmps.] Secundum. De hoc quoque monte dictum est. Strabo scribit Hæmum longè omnium maximum esse, ac Thraciam mediam diuidere. Hic uisus est subsidere, abruptus à suis conuallibus, Edere noctur. uoces.] Tertium. Paulò antè retulimus ex Valerio Max. In delubris deorum signa sua sponte conuersa fuisse, ac militarem clamorem strepitumq; adeo magnum Antiochiæ, & Ptolemaide auditum, ut in muros concurreretur, Sonum tympanorum Pergami Adytis delubris editum, & nonnulla alia, ut ibi legere est, ea, quæ retulimus. Rapid. sanguis per Off. Bœbeid.] Quartum monstrum. Bœbeis uisa est sanguinem fluere. Lacus Bœbeis in Thessaliâ est, ubi & fons Messeis. Bœbis, idis, siue Bœbias, adis, siue Bœbeis, adis, à Græcis βοιβις, uel βοιβιας, uel βοιβηις, stagnum, de quo diximus, siue lacus ad radicem Ossæ. Hinc Bœbeidem Ossæam nuncupat. Valerius Flaccus.

Perderet & pingui miseros in Bebride crines.

Inq; uicẽ] Inuicem, sectio siue, timesis. Quintũ, corpora inter ipsos uisa fuerunt, uel sine capitibus, uel eorum capita obducta caligine: cuiusmodi rerum species hodie interdum à nonnullis conspiciuntur. Pallere diem.] Sextum monstrum pallor diei. Galeisq.] Septimum. Defunctos p2.] Octauum, umbras parentum & amicorum uisas ante oculos uersari, quæ omnia cladis prænuntia fuerunt. Sed montibus unum Solamen.] Glareanus hunc locum explicans, hoc carmen, inquit, fuit in caussa, cur Badius, & præcedentes nomen uersus, & sequentes quinque, de militibus Cæsarianis intelligi uoluerit, multum torquens ad suam opinionem uerba, ut illa quos lux extrema manebat, id est, expectabat ad mortem inferendam, cùm omnia de Pompeianis intelligat poëta quippe, quos extrema Lux uerè manebat. Nec obstat illud. Quod patrum iugulos, &c. In utroque enim exercitu, tum in fratres, tum in omnes paria uincendi erant desideria. Sulpitius silet. Quæ ex Valerio allegat monstrũ apparuisse, ea Cæsar lib. de bello Ciuili narrat, sed post pugnã Pharsalicã. Hæc Glareanus. Omen sceleste.] prodigia, quæ impiã cladẽ, & sceleratã significabant.

Quid mirum.] Transit in enumerationem aliquot populorum in castris Pompeij, qui adhæc signa trepidarũt. Ab his populis contraxerit ut auxilia: quare de eo ac nõ de Cæsare, ut diximus, illi uersus intelligendi sunt. Etenim Cæsarianos nõ manebat lux extrema, in eo enim prælio nõ amplius quàm ducẽtos milites desiderauit: sed Centuriones fortes uiros 30. amisit. At ex Pompeianis, circiter M. X V. Sed in deditionẽ uenerunt amplius millia 24. præter eos, qui se Syllæ dediderũt. Multi in finitimas ciuitates fugerũt, ut sæpe loco dicetur. Lymphato.] furioso metu. Tyrijs qui Gad.] Tyriorũ nobilitas ab omnib. propè authorib. celebratur. A Romanis Tyrij & à regibus libertate donati fuerunt. His uetus rei maritimæ studium fuit, qua tam illustres extiterunt, ut multæ coloniæ ab ijs fuerint deductæ. Ab his Carthago cõdita æmula Imp. Ro. in Libya inde Leptis, Utica, & extra terrarũ cõfinia, Gades. Circuitus X I X. M. passuũ est. A Bœtidis ostijs. stad. D C C C. X V. Insula admodũ modica. Lata stadiũ unũ, Longa L X X X. Incolæ opulentissimi sunt, propter negotiationem. Hinc hospites Ro. hic uocat. Sed ista paulò diligentius & accuratius explicẽtur. Gadim, ostendimus insulã esse prope Betim fluuiũ Hispaniæ erumpentem Hanc quidã Erythræam uocãt, & addunt caussam, quod Tyrij ab Erythræo mari profecti, eò delati fuêre, non, quod Tyrij ab ipsis orti sint. Fuit & Aphrodisia, & Iunonis insula appellata, à Calpe septingẽtorum stadiorum interuallo. Ostendimus insulam modicam esse, sed excellentem tamen dignitate incolarum uirorum. Hic equestris ordinis Gaditanos quingentos in uno censu numeratos, aliquando proditum est, idq; in uno, & peregrino oppidulo, quod Gandium tum uocabatur. id quod in nulla Italicarum urbium contingebat; præter Patauinos. Posiea Balbus Gaditinus uir triumphalis alterum oppidum, quod Neapolim dixit. Ex Gadio, & Neapoli, Didyma urbs deducta est, omni genere uoluptatum abundans. Et in hac quidem insula tradunt Geryonis fratres habitasse. Habet pascua mirum in modum bona, & herbas, quibus greges, & armenta pascantur. Hominum genus Lascium; taculatores, fœminæq; saltatrices, ac tibicines inde ad urbem Romam confluebant. Atque hæ quidem artes in ea potissimum insula discebantur. Altera Gadis insula minor multò, in qua oppidum ciuium Romanorum erat, quod Iulia fuit appellata. De Gadibus ista

Quid mirũ populos, quos lux extrema manebat
Lymphato trepidasse metu: præsaga malorum
Si data mẽs homini est, Tyrijs qui Gadib. hospes
Adiacet, Armeniumq; bibit Romanus Araxem:
Sub quocunq; die, quocunq; est sidere mundi,
Mœret, & ignorat caussas, animumq; dolentem
Corripit, Emathijs, quid perdat, nescit, in aruis.

memorantur. Cùm olim Tyrij oracului scisciterentur, aiunt ipsis fuisse responsum, ut ad Herculis columnas coloniam mitterẽt. Eos, qui speculandi gratia missi fuerũt, ubi ad fretum, & angustias Calpes peruenere, orbis terrarum terminos esse ratos, quod Laborum Herculis metæ fuissent, Gades ibi occupasse: & in altera earum, urbem ad occasum, templum uerò Herculis ad Orientem condidisse. Atque hinc quidem columnarum Herculis nomen, propugnatum fuit. Quidam tamen Herculis columnas esse crediderunt, quæ intra Herculis ædem Gadibus erant, ex ære 8. cubitorum, in quibus in conditione delubri illius factus, erat insculptus. Ad has columnas proficisci solebant hij, qui nauigationem suam fœliciter absoluissent. Herculi sacrum facturi. Atque ita se iuuari existimabant, ibiq; maris, & terræ finem esse à sacerdotibus persuadebantur. In templo Herculis Gadibus fons fuit, authore Polyb. dulcissimæ aquæ, cui fluxus maris contrarius esse uideatur, etiam augescente mari, fons deficit, refluente completur. Caussa miraculi additur, spiritus è cauernis terræ in superiores partes exhalans, dum terra accessu maris operitur, egredi prohibetur, ideoq; ad interna reuersus, fontis meatus recludit. Incolæ hoc miraculo Herculis tribuũt, nõ naturali rationi. Cæterũ, quãuis Gades duæ sunt insulæ, utramque tamen tam singulari, quàm plurali numero, Gadem. siue Gades. Hinc Gaditanus, a, um. Puella Gaditana libidinosa, procax, saltatrix, dulcius cantillans, quàm honestam decet. Gaditani uiri, dicaces, scurræ, & gesticulatores. Atq; hæc quidem satis de Tyrijs Gadibus. Armenium Araxem.] Etiam ij ipsi lugent Romani in Armenia ad Araxem. Labitur hic Araxes ex Armenia, nomen sortitus ab Araxo Pyli filio, Oritur in Mantienis, ubi & Cyndes: quem Cyrus Babylonica expeditione in multas dissecuit partes, & sexagenno ore in paludes euoluitur. Accolunt hæc loca ij, qui crudis uiclitant piscibus, & pellibus marinorum uitulorum amiciuntur. Paludibus inde Araxes emersus, perpetuo cursu in Caspium pelagus elabitur. Sed de Araxis ortu inter authores non conuenit. Herodotus in Mantienis Plin. in Heniochis montibus, quos alij Coraxios dixerũt, ortum habere opinatus est, VI. M. passuum ab Euphratis fontibus: Musi (uel ut alij uolunt) Cyro amne auctũ, in Caspium mare effunditur. Romam bibit Arax.] ex Araxe, synecdoche, pars pro toto. Sub quoc.di.] sub quacunq; plaga mundi. sub quocunque signo Zodiaci homines agunt, mœrent, sed caussam mœroris ignorant. Quid perdat.] Sulpitius exponit, qui propinqui pereant. Ego malim interpretari, quod in campis Thessalicis amissuri sint libertatem suam Romæ, unum domicilium, cuius Imperio deinceps parebunt, inseruituri. Emathijs.] Thessalicis, ut sæpè antè dictum est.

Euganeo.] Poëta narraturus Cornelij auguris Patauij augurium, montem, ac locum à proximis fluminibus describit, in quo illud captauit. Cæterum Patauij C. Cornelius augur erat celebris ea tempestate. Hic cùm auguria capturus resedisset, in monte Euganeo, (ut poëta scribit) primo

Euganeo, (si uera fides memorantibus) augur
Colle sedens, a Aponus terris ubi b fumifer exit:
Atq; Antenorei dispergitur unda Timaui.
Venit summa dies, geritur res maxima dixit:
Impia concurrunt Pompeij, & Cæsaris arma,
Seu tonitrus, ac tela Iouis præsaga notauit:
Aethera seu totum discordi obsistere cœlo:
c Perspexitq; polos, seu d numẽ e in æthere mœstũ,
f Solis in obscuro pugnam pallore notauit.
Dissimilem certè, cunctis quos explicat, egit.
Thessalicum natura diem: sic g cuncta perito
Augure meus hominũ cœli nona signa notasset,
Spectari h toto potuit Pharsalia mundo.

a al. Maponus.
b al. fumiger.
c al. prospexitq;.
d al. numẽq;.
e al. lumen.
f al. solus, in uetusto cod.
g al. si.
h al. ẽ toto.

Antenoris comites, antiquis sedibus expulerunt. Veneti ex Paphlagonia profecti ad Troiam cum Pylemene militarunt: quo amisso, seditione agitati, Antenoris ductu in Italiam uenere. Polybius tamen in dubium trahit, ob corporum cultum, & rei maritimæ studiũ, sintne Veneti, qui ad Adriã colunt Paphlagonum gens, an potius à Gallis Venetis, Oceani accolis oriundi. Plin. uocat Euganeorum Veronam: ac Graiarum Alpium incolas, præstantesq; Euganeos uocat. Aponus.] A proximis fluminibus. ganeum montem depingit, in quo sedebat augur. ad augurandum. Est autem Aponus fluuius haud procul à Patauio, unde teter fluuius exeat, ut dicit poëta. Suet. in Tyberio. Monitus est Ceryonis oraculo, ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret. euenit, ut summum numerum iacti ab eodem ostenderent: hodieq; subaqua uisuntur hi tali. Adiecliuè Aponus, a, um. Patauinus. Antenorei Tima.] Allusum est, ad illud Vergil.

" Antenor potuit mediis elapsus Achiuis
" Illyricos penetrare sinus, atq; intima tutus.
" Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui.

Atq; Antenoreũ Timauũ, quod per eum in illas terras penetrarit. Porrò Timauum. Plin. scribit contra hunc amnem insulam esse paruam, cum aquis calidis, quæ pariter cũ æstu maris crescunt, ac minuuntur. Strabo. κατὰ τὸν πίμανον μυχὸν ἄτερ τοῦ κόλπου ὁ τῶν ἐρεσῶν ἐστὶ παραλία. μυχοὶ δὲ πολλοὶ. Vrbium, inquit Mela, quæ procul à mari habitantur, opulentissimæ sunt, ad sinistram, Patauium

A Patauium Antenoris, Mutina & Bononia, Romanorum colonię. Ad dextram. Capuę, à Thuscis: & Roma quondam à pastoribus condita: nunc si pro materia dicatur, alterum opus. At in oris proxima est à Tergeste, concordia. Interfluit Timauus, nouem capitibus exurgens, uno ostio emissus Hæc Mela. Qui diligenter uetustatem seruantur, uolunt hunc numerum priscorum consuetudine, pro quauis multitudine esse usurpatum. Martialis tantum Timauum multifidum appellat, cùm constet 7, ostijs tantum exire. Sed qui diligenter ea loca præsentibus oculis perlustrarunt cosmographi tradunt nusquam ullum Timauum extare hodie, præter obscurum riuulum, & eum quidem pedibus peruiū, ut fabulosa planè esse iudeantur, quæ de tot huius amnis ostijs celebrata sunt. Sed sunt sui fluminibus ortus, & interitus. Augur sed.] C. Cornelius celebris ea tempestate augur Patauinus, ut suprà memoratum est. Venit sum.] Imitatione Vergiliana libro 2. Aeneid.

Venit summa dies, & ineluctabile fatum.

Sed priusquam pergamus ad causas huius uaticinij, ad-

B dam illud, quod eruditè hoc loco Omnibonus de Timauo annotauit, & Antenoreo Timauo, cur ita à poëta dicatur. Non dixit, inquit. Antenorei Timaui, quod Timauus sit propè Patauium, sed per quē Antenor nauigauit in Italiam. Non enim apud Antenoridas est Timauus. Est autem Timauus Venetiæ fluuius Cōcordiæ, atque Tergestæ proximus, qui ex monte quidem grandi, per nouem ora effusus, amplissimum ante alia fontem facit, ex quo tandem uno exiens alueo, in Adriaticum tenditur mare, in sinu Tergestino. Et Antenor in Italiam ueniens, per hunc amnem in Adriatici sinus mare penetrauit. Ista Ommbonus. Seu tonitrus.] Inquirit causas, unde pugnæ euentum exitumque inter nullo præsagire potuerit.

Tonitrus ac tel.] Diuinationem omnem dicit, quæ fit per ignem, quoties attendimus quid fulgur, quid fulmen: quid alia quauis ignea potestas significet. Fulmen enim sinistrum, optimum auspicium est, ut tonitruum Læuum. Aeromantia quæ fit per aërem, auium gustum, uolatum, cantumue aut per uentorum, imbrium, grandinumque insuetas procellas. Sic Hydromantia quæ ex aqua fit. Geomantia, quæ fit per signa, tumultuariè in terra facta, &c. Tela Iouis.] periphrasis fulminis, unde diuinatur etiam, quid auspicatum sit, aut inauspicatum.

Aethera seu.] Siue animaduertit, cœlestia corpora pugnare cum mundo, ac recusare, naturæ lege cursum suum torquere. Per spe Polos] Videtur significare augurium ex aëre, quod aeromantiam Græci uocant, unde uel iratum numen, uel propitium colligere potuisset. Alij legunt non numen, sed lumen mœstum: cœlum tristius, ingratumque, ex quo inauspicati quippiam diuinârit.

Solis in obscuro.] Obscurus pallor Solis forsan pugnam eruentam denunciauit, cladem huius & uictoriam alterius hinc notasse potuit, Dissimilem certè.] Comprobatio, quod nunquam antea mundus consimilem diem induxerit. Vnde augur collegit ex augurali scientia, id quod in Thessalia eueniret eo ipso die, quem Thessalicum diem uocat, quo in campis Thessalicis dimicatum fuit.

Si cuncta pe.] Si homines studio, & de industria ubique obseruassent adhibitis auguribus peritis noua signa cœlestia quæ tum apparebant, Pharsalica glades potuisset toto mundo spectari, nedum Patauij, à solo C. Cornelio augure.

O' summos ho.] Exclamatio per admirationē in laudes Populi Rom. quorū causa natura prodigiosa signa edidit, quorum fama ad posteros omnes dimanabit. Siue id fiet monumentis historiarum, siue poëtæ nostri præsentis studio, & carminis celebritate. Certè cùm hoc bellum legerint, legentes uatiē efficientur, sperabant, metuent de Pompeio: cui haud dubiè optabunt uictoriam sed frustra, atque ita uota eorum irrita erunt. Atque fata P. R. legente non omnino à scriptoribus omissa. Quamuis uidebunt Pomp. succubuisse, ac exitum fatalem habuisse, omnes tamen mortuo bene precabuntur. O' summos ho.] Laudatur summos hominum, hoc est, summos homines eos uocat, quos Maro Romanos rerum dominos multo antè dixit. Est autem hæc exclamatio præter admirationem, tota pathetica. Quorum for.] dilapsa eò discordia, ut respublica in partes diuisa armatos ciues inter se cōmiserit, ac sub pugnā cladē in cœlo signis euidentibus prædixerit populi terrarū. Fatis.] quorum miseriæ, calamitati, cædi, ac pugnæ cœlū operam dedit, ut nō tantū spectaret, sed etiā mundum intentū ad id spectaculū esse uoluerit. Hæc apud f.] Seras gēes omnem posteritatē dicit, quæ multis pòst sæculis in rebus humanis erūt, ad quā fama huius pugnæ, ac cladis peruenet. Siue aliquid.] Aut certè nostra isthæc monumenta in omnem æuum duratura ipsa rem enarrabit gestam posteris. Spesque me.] Spes numero plurali dixit. Cū legerint posteri, et inter legendū optauerint, ac speraūerint Pōpeio uictoriā, cōtra metuerint aduersum pugnā ipsorū uota eos mouebunt, quando spe falluntur. Magne fa.] fauore mortuum prosequentur, auersio ad Pompeium.

O' summos hominum, quorum fortuna per orbē
Signa dedit, quorum fatis cœlum omne uacauit.
Hæc & apud seras gentes, populosque nepotum
Siue fira tantum uenient in secula fama,
Siue aliquid magnis nostri quoque cura laboris
Nominibus prodesse potest, cùm bella legentur,
Spesque, metusque simul, peritura uota mouebūt,
Attoniti omnes, uelitti uenientia fata.
Nō trāsmissa legēt, & adhuc tibi Magne fauebūt.

Miles ut aduers.] Narrat poëta, quo ordine Pompeius prior aciem suam instruxerit, & quos quibus cornibus præfecerit. Cæsar ubi pugnam instare uidit, suos in aciem ducturus, dirui iussit, & æquora castrorum uallum, ne cui suorum spes esset receptui, quod quidam Pompeianorum intuiti, hostem fugam meditari interpretabantur. At Pompeius

Miles ut aduerso Phœbi a radiantis ab ictu
Descendens totos perfudit lumine colles,
Non temerè immissus campis, steterit ordine certo
Infœlix acies, cornus tibi cura sinistri
Lentule, cum prima, quæ tum fuit optima, b belli
Et quarta legione, datur, tibi numine pugnax
Aduerso domiti frons dextri tradita Martis.
At medij robur belli fortissima densant.

a al. radiatus.

b al. bello.

Agmina, quæ Cilicum terris deducta tenebat
Scipio, miles in hoc Libyco dux primum in orbe
Et iuxta fluuios, & stagna undantis Enipæi
Cappadocum mōtana cohors, & largus habenis
Ponticus ibat eques. sicci sed plurima campi
Tetrarchæ, reges q; tenent, magni q; tyranni,
Atq; omnis a Latio, quæ seruit purpura ferro.
Illuc, & Libyæ Numidas, & Creta Cydonas
Misit, b Ituræis cursus fuit inde sagittis.
Inde truces Galli solitum prodistis in hostem.
Illuc pugnaces commouit Iberia cetras.
Eripe uictori gentes, & sanguine mundi
Fuso, Magne semel totos consume triumphos.

Pompeius multo aliter, qui multis audientibus testatus fuit, uidere se consilio Cæsarem uallum demoliri, & in prælium uenire, ut aut cum suis caderet, aut hostium castris potiretur. Cæsar cum Pompeij castris appropinquasset, ad hunc modum aciem eius instructam animaduertit. Erant in eius sinistro cornu legiones duæ traditæ à Cæsare dissensionis, ex S. C. quarum una prima altera tertia appellabatur. In eo loco ipse erat Pompeius. Mediā aciem Scipio cū legionibus Syriacis tenebat. Cilicensis legio coniuncta, cum cohortibus Hispanis, quas traductas ab Afrano docuimus, in dextro cornu erant collocatæ. Has firmissimas se habere Pompeius existimabat. Reliquas inter aciē mediam, cornuaq; interiecerat, numeroq; cohortes CX. expleuerat. Hæc erant millia LV. euocatorum, circiter duo millia, &c. Hæc Cæsar, à quo Lucanus uariat, uel hoc maximè, quod cum Pompeius sinistrum cornu tueretur, ipse L. Lentulum id curasse dicat. Ad hæc primam, & quartam legionem illi hoc loco traditas poëta canit. At Cæsar primam & tertiam legionem in sinistro cornu fuisse, author est. Pompeium constat priorem belli signum protulisse, cui ex aduerso à Cæsare cōclamatum fuit. Neq; hæc acierum descriptio cum Appiano conuenit, qui Phalangem, inquit, in medio regebat Scipio, Pōpeij socer. In sinistro cornu Domitius, in dextro, Lentulus constitit. Aframus, ac Pompeius exercitus curæ præfuēre. Cæsari duces aderant, Scylla, Antonius & Brutus. Cæsar ipse (ut assueuerat) legioni decimæ præsedit. Quod intuentes hostes, præcipuos equitum contra illum collocarunt, ut plures existentes, si potuissent fieri, eundē omni ex parte circūdarent. His perceptis, Cæsar audaciores ex omnibus pedites ad trium millium numerum in subsidijs locat: iubeq;, ut cū primum hostes aciei circumuenientes uiderint, subitò exiliant, unaq; prosilientes, relictis telis, hostium facies inuadant. Hactenus Appianus. Addit Cæsar, dextrū cornu eius riuum quendam impeditis ripis muniuisse, quā ob caussam cunctum equitatum, sagittarios, funditoresq; omnes in sinistro cornu obiecerat Pompeius. Cæsar superius institutum seruans, decimā legionem in dextro cornu: nonam in sinistro collocauerat, tametsi erant Pyrrhachinis prælijs uehementer attenuatæ: & huic sic adiunxit octauam, ut penè unam ex duabus efficeret. Cohortes in acie LXXX. habebat: quæ summa erat M. XXII. Cohortes duas in castris præsidio reliquerat. Sinistro cornu Antonium: dextro, P. Syllam: media acie, Cn. Domitium præposuerat: ipse contra Pompeiū constitit. Simul his rebus animaduersis, timens ne dextrum cornu à multitudine equitū circumueniretur, celeriter ex terna acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam instituit, equitatuiq; opposuit, & quid fieri uellet, ostendit: monuitq; simul, eius diei uictoriā in earū cohortiū uirtute constare simul tertiæ aciei, totiq; exercitui imperauit, ne imiussu suo cōcurrerent. Se, cùm id fieri uellet uexillo signū daturum. Et constat Cæsarem dextrum cornu tenuisse, ut contra Pompeium prælio concurrisse prodiderunt. Sunt qui quater centum, utrinq; in prælium producta aiunt, quorum tertia pars fuerit Cæsaris. Atq; hæc quidem in uniuersum dicta sunto. Miles ut.] synecdoche. Ex uno omnes. Pompeius aduersus solem, non aduersus a sole instruxit aciem, ita ut frontes eorum obumbraret, quæ præcipua interdum uictoriæ omittendæ pars est in b prælio. Nonnulla exemplaria legunt, radiatus, quod significantius hoc loco mihi uidetur: hoc est, radijs solaribus à fronte percussus, quod incommodum non parum obfuit Pompeio, & auersus sol non mediocriter Cæsarem iuuit. Ordinaturus enim aciem tria debet antè prospicere, Solem, pulueremq; & uentum iuxta præcepta rei militaris.

Perfudit lu. coll.] armorum fulgore contra orientem solem. ωιθανον. Proinde Cæsar ortum, Pompeius occasum tenebat. Non temerè.] Ostendimus paulò antè quo ordine Pompeius aciem suam instruxerat, ut tradit Cæsar. Appianus quatuor millia Italorū ad exercitus auram Pompeium reliquisse, prodit. Cæteros omnes interPharsalum oppidum, Enipeumq; fluuium ad pugnam instruxit. Quo in loco, inquit, Cæsar copias suas pariter eduxit. Ordine certo.] Primum uterq; Italos in tres C acies diuisos in fronte collocauit, modico interuallo inter se distantes. Supra hos equites per partes cornibus attribuit, quibus sagittarij, & funditores admisti inerant. In hunc modum Italorum natio ab illis distributa fuit, cui maximè uterq; eorum confidebat. Sociorum uerò, copias ueluti ad ostentationem quandam protulerunt. Pompeio sociorum copiæ aderant multiformes: de quibus iam dicemus. Infœlix acies.] Hoc rectè, nam uerè infœlix acies dici potuit, quæ præter partem Italorum, ac Romanorum, propè tota deleta fuit. Cornus tibi c. sinistri.] Sinistro cornu Lentulum præfuisse canit poëta cùm Appianus dicat. Domitium in sinistro, Lentulum in dextro constitisse. Cæsar uerò, Pompeium sinistrum cornu tenuisse scribit. Erant, inquit, in sinistro cornu legiones duæ traditæ à Cæsare initio dissensionis ex S. C. quarum una prima, altera tertia appellabatur: In eo ipso loco erat Pompeius. De Scipione, socero Pompeij, qui mediā aciem regebat inter eos conuenit. Porrò cornus antiquus genitiuus est, quartæ declinationis, à cornu nominandi casu. Lentule Domiti, auersiones. Iam uerò Cæsar dicit, non quartam legionem, sed primam & tertiam in sinistro cornu stetisse. Idem Cæsar scripsit, sinistro cornu Antoniū, dextro P. Syllam præfectum, media acie C. Domitium se præposuisse. Se contra Pompeium stare uoluisse. Sed hæc paulo antè dicta sunt. Domiti aduerso numine.] Ostendi suprà Domitiū hunc Lucium, sinistrum cornu tenuisse, non

a al. regno.
b al. Ithyræis.

A non dextrum. Et quod addit poëta, aduerso numine eum pugnacem fuisse. Hic erat ille L. Domitius (nam Cn. Domitium Cæsar in suis castris, siue acie potius, in medio collocauit id quod iam sæpe à nobis dictum est) quem Cæsar ad Corfinium obsedit, & in potestatẽ redegit: cui Cæsar pecuniam restituit, facta potestate, quocunque uellet abeundi, ut integrum esset, si uellet, uel ab armis discedere, & ad quietem, & otium se conferre, aut si in partibus manere haberet in animo utra magis cordi esset, eam sequeretur. Hic igitur inter 10. Senatores, qui in hac pugna Pharsalica ceciderunt, unà perijt. Rectè igitur poëta hoc addit, aduerso numine eum pugnacem fuisse. ut pusillanimum & minimè bellicosum, quales ferè infœliciter pugnare solent, cùm audaces fortuna iuuet, & intrepidos, & bellicosos uiros. Frons dextri Martis.] dextra acies in pugnam, quam cornu in re militari uocant. Acies dicitur exercitus instructus: frons uerò in re militari metaphoricè, quæ aduersus hostem spectat. Hæc si sapienter disponatur, plurimum iuuat: sin imperitè, mala ordinatione, quantumuis optimi sint bellatores franguntur, ut ait quidam Atmedij robur agminis.] Atq; hoc est, quod iam sæpè diximus, mediam aciem uexit Scipio, Pompeij socer. In hac robur erat militum. Quæ Cilicum terris.] Ex Græcia modica auxilia ad Pompeium uenerunt, sed quicunq; in circuitu maris uersus orientem incolunt, ferè omnes auxilia miserunt. Thraces, Hellespõtij, Bithynij, Phryges, Ioues, Lydij, Pamphylij, Pisidæ, Paphlagones, Cilices, Syrij, Phœnices, Hebræi, Arabes, Cyprij, Rhodij, Cretenses & alij insulares præter, & dynastas & reges, ut Deiotarum, Orientalium Galatarum regem, Ariarathem Cappadocum ut reliqui mittantur, quos enumerare nimis longum esset. De Cilicia alibi satis dictum est,

Miles in hoc.] Hic militabat sub Pompeio. Pugnæ Pharsalicæ defunctus ubi cũ reliquijs in fugam abijt, earum Dux fuit in Africa creatus contra Cæsarem. At hic mediam aciem turbatur cũ legionibus Syriacis, inquit Cæsar. Ciliciensis legio coniuncta cum cohortibus Hispanis, quas traduxerat Afranius, in dextro cornu collocatas fuisse, author est Cæsar, non in medio, ut poëta canit.

C Miles in hoc.] Non fuit hic miles Scipio. Nam ubi Pompeius in Thessalia uenit, tũctis cum Scipione castris, ita est cum eo honores partitus, ut apud illum elasicum caneretur, eidemq; alterum tenderetur prætorium. Auxerant enim Scipionis copiæ mirum in modum Pompeij exercitum, adeoq; omnium animos spes uictoriæ occupauerat, ut quicquid temporis ad pugnam intercederet, id morari reditum in Italiam crederent. Ariouista fluuios.] Quatuor Italorum millia ad exercitus curam reliquit, cæteros omnes inter Pharsalicum oppidum, & Empheum fluuium instruxit. Quo in loco Cæsar copias suas etiam eduxit. Cappadocum.] quorũ regem fuisse Ariarathem paulò antè demonstrauimus. Cappadocia longissimè omnium Ponticarum gentiũ introrsus recedit, minorem Armeniam, maioremq;, & Comagenem læno suo latere transit. Dextra uerò omnes in Asia dictas plurimis superfusa populis, magnoq; impetu scandens ad ortum Solis, inquit Plin. & Tauri iuga, transit Lycaoniam, Pisidiam, Ciliciam. Vadit super Antiochiæ tractum, & usque ad Cyresticam eius regionem, parte sua quæ uocatur Caraonia, contendit. Ipsa regio montosa est, unde opinor poëtam Cappadocum cohortem montanam appellare: sique adeo, quod castra sua in collibus, unde descendebant, habuerint. Nomen regioni inditum ab amne Cappadoce, constat. Cohors.] In legione erant cohortes 10. Sed prima cohors reliquas, & numero militum, & dignitate præcessit. Quærit enim uiros selectissimos tum genere, tum institutione literarum Atq; hæc quidem tenebat aquilam. Habebat pedites mille, & quinq; supra centum: tum autem equites loricatos centum triginta duos, appellabaturq; cohors militaria. Atq; hæc caput erat totius legionis: & ab hac, prima acies cœpit ordinari, cùm ad pugnam eundum esset. Secunda cohors habebat pedites 555. & suos equites, ut scribit Vegetius, atque ita ordine usq; ad cohortes 10. Ponticus eques.] numerus pro numero. Pontici equites, qui è Pontica regione profecti ad bellum uenerant. De Ponto alibi dictum est prolixius. Paulo antè docuimus Empeum amnem impeditis ripis dextrum Pompeij cornu muniuisse, quam ob caussam cunctum equitatum, sagittarios, funditoresq; omnes in sinistro cornu Cæsari obiecerat, ubi planicies spatiosa erat ad concurrendum, id quod propter Empeum amnem circa dextrũ cornu non poterat fieri. Tetrarchæ.] Qui quartã regni alicuius partẽ tenent, uti postea Herodes tetrarcha Iudææ fuit. Cæterũ Armenios, inquit Appianus, intra Euphraten incolentes Taxiles princeps adduxerat. Armenios uerò supra Euphraten Megabates, Artapi regis præfectus. Alij præterea inferioris potentiæ dynastæ, ad belli laborẽ unà se contulerrant. Feruntur & ex Aegypto 50. naues ad illum peruenisse, & ex Aegyptijs regibus, Cleopatra, fratre puero adhuc existente. Equitum alæ alioqui sõlebant ab utraq; parte protegere acies. Alij equites legionarij erant, quod legionibus connexi essent. Atq; omnis purpura.] Summatim omnes purpurati reges, & dynastæ, ac principes subiecti imperio Ro. Numidas.] Hos iuba rex Numidarum qui postea infœliciter cum Petreio in Africa perijt. Creta Cydonas.] inter maximè insignia oppida Cretæ Cydon numeratur, à Plin. lib. 4. cap. 12. Idem refert, prodigij simile esse, quot in tota Creta, nusquam in Cydoniatarum regione cerui nõ sint: item apri, attagenes, & erinacci. Hinc Cydonia mala, ex insigni oppido Cretæ Cydone aduecta, quæ à Latinis cotonea appellantur. De Cretensibus multa à nobis alibi annotata sunt. Itureis siue Ituræis.] Itureorum gens à Plinio in Cœle Syria collocatur li. 5. capite 23. Ithyra urbs alio qui in Tauro monte est, Parthiam uersus: unde Ithyræus. Mare. Ithyreos taxi torquẽtur in arcus. Hinc arcus epitheton est, Ithyreus. Ithyreos arcus, & Ithyreas sagittas dicimus, hoc est, Parthicos arcus, & sagittas. Itaq; Ithyræi in acie collocatos fuisse, quod præstãtissimi sagittarij essent, ut Parthi, aliquis dixerit. Sed Ithyræis, hic epitheticè exponendum est, ut uelocibus, qualibus Parthi ualuerunt. Nemo Ithyræas sagittas hoc loco Parthicas exposuerit, quod Parthi tum temporis hostes adhuc ob cædem Crassorum, Pop. Rom essent. Iam Ithuræis sagittis dixit, pro eo quod est: inde fuit sagittarijs suus cursus è montibus in planiciem. Solent plurimum epitheta duci à gentibus insignibus in arte aliqua. Porrò quod Sulpitius illuc, in postrema ad fluuium acie exponit, uidetur sui oblitus, nec situm loci satis obseruasse. Nam cum sinistrũ cornu in libero, & spacioso campo staret instructum, sagittarios, funditores leuis armaturæ milites Põpeius ad procursandum eò collocarat. Vt est, ad quãcunq; aciem illuc, & inde, sint referenda, constat Pompeium, cùm dextrum cornu circa riuum Empeum constituisset, cunctum equitum

sagittarios, & funditores omnes in sinistro cornu collocasse. Appianus equites, inquit, peditibus admisti, breui pugnam iniuere. Truces Galli.] Cæsar lib. 3. belli Ciuilis, Erant, inquit, apud Cæsarem, ex equitum numero Allobroges duo fratres, Roscillus, & Aegus, Adbucilli filij, qui principatum in ciuitate multis annis obtinuerunt, singulari uirtute homines, quorũ opera Cæsar omnibus Gallicis bellis optima, fortissimaq; erat usus. His domi ob has causſas amplissimos magistratus mãdauerat, atq; eos extra ordinem in Senatum legendos curauerat, agrosq; in Gallijs captos ex hostibus, præmiaq; rei pecuniariæ magna tribuerat, locupletesq; ex egentibus effecerat. Hi propter uirtutem non solum apud Cæsarem in honore erant, sed etiam apud exercitum chari habebantur. Sed freti amicitia Cæsaris stulta, & barbara arrogantia elati despiciebant suos, stipendiumq; equitum fraudabant & prædã omnem domum auertebant. Quibus illi rebus permoti, uniuersi Cæsarẽ adierunt palamq; deorum iniurijs sunt quæsti, & ad cætera addiderunt, falsum ab his equitum numerum deferri, quorũ stipendiũ auerterent. Cæsar neq; A tempus illud animaduersionis esse existimans, et multa uir tuti eorũ concedens, rem distulit totam, illos secretò castigauit. quòd quæstui equites haberent, monuitq; equites, ut ex sua amicitia omnia expectarent, & ex præteritis suis officijs reliqua sperarent, hæc Cæsar. Hi quàm maximas pecunias mutuati, perinde ac suis satisfacere, & fraudata restituere uellent, multis coemptis equis, ad Pompeiũ transierunt cum ijs, quos sui consilij participes habebant. Hos Lucanus Gallos hic dicit, in quem tota Gallia aliquot annos bellum gesserat.

Iberia.] Hispania. Nam Hispanæ cohortes, quas Afranius ad Pompeium traduxerat, in dextro cornu erant collocatæ. Has firmissimas se habere Pompeius existimabat cohortes. Cetras.] Scuta breuia. Eripe uicto.] Exclamatione per auersionem hortatur Pompeium, ut has gentes, quas in acie habet, Cæsari ad cædem obijcit, ne sint, quibus exercitu internecione deleto possit imperare.

Illo forte die.] Cæsar nulla ratione ad pugnã elici posse Pompeiũ existimans, hanc sibi cõmodissimã belli rationem indicauit, uti castra ex eo loco moueret, semperq; esset in itinerib. hoc sperant, ut mouendis castris, pluribusq; adeundis locis cõmodiore re frumentaria uteretur, simulq; in itinere, ut aliquã occasionẽ dimicandi nancisceretur, & in solitum ad laborem Pompeij ad exercitum quotidianis itineribus defatigaret. His constitutis rebus, signo iam profectionis dato, tabernaculisq; detensis, animaduersum est. paulò antè extra quotidianam consuetudinem longius à uallo esse aciem Pompeij progressam, ut nõ iniquo loco posse dimicari uideretur. Tunc Cæsar apud suos, cùm iam esset agmen in portis, differendum est, inquit, iter in præsentia nobis, & de prælio cogitandũ, sicut semper depoposcimus, animo simus ad dimicandũ parati, non facilè occasionem postea reperiemus. Confestimq; expeditas copias educit. Sic Cæsar, Appianus paulò diuersius refert, Cæsar ea nocte legiones, inquit, tres frumẽtatum miserat. Pompeij quippe tarditatem laudant, cùm consilium minimè immutare crederet, liberius ire iusserat. Acies deinde præparari audiens, lætatus est, necessitate cognita qua Pompeius ab exercitu ad pugnam cogeretur, statimq; suos conuocari imperat. Nocte media perfectis sacris, Martem inuocauit, suamq; parentem Venerem. Ex Aenea quippe, & Iulo eius filio Iuliorum genus, ut ex nomine intueri licet, uidetur emanasse. Huc usq; Appianus.

Illo forte die Cæsar statione relicta
Ad segetum raptus, moturus signa, repentè
Conspicit in planos hostem descendere campos,
Oblatumq; uidet uotis sibi mille petitum
Tempus, in extremos quo mitteret omnia casus.
Aeger quippe moræ, flagransq; cupidine regni,
Cœperat exiguo tracta ciuilia bella
Vtlentum damnare nefas, discrimina postquam
Aduentare ducum, suprema'q; prælia uidit,
Casuram fatis sensit nudare ruinam.
Illa quoq; inferrum rabies promptissima, paulũ
Languit, & casus audax spondere secundos.
Mens stetit in dubio, quam nec sua fata timere,
Nec magni sperare sinunt, formidine mersa
Prosilit hortando melior fiducia uulgo.

Ad segetum raptus.] Moturus tres legiones, quas mitteret frumentatum nocte. Atrociter hoc dixit, raptus, promoturus frumentatum. Signa intellige tres legiones Appiano. Conspicit] hoc est audiens parari acies, & ad pugnam instrui uehementer gauisus fuit.

In extremos casus.] Quo tempore de summa rei dimicaret. Hoc tempus B totiesq; optatũ, nunc tãdem præter spem obtigit. Votis mille.] amplificatio numeri, pro, multis uotis.

Flagransq; cu. r.] Quasi uerò Cæsar ob id dimicandi copiam optasset, ut regnaret solus, cum Pompeium insimularent captum imperij consuetudine, quod bellum traheret de industria. quam cõditionem in peius accipiebant. Nihil uidebatur enim temerè facturus.

Exiguo tractu.] paruo momento. Lentum nefas.] C pugnam tardam, tardum, quod Ciues Ro. concursuri erant, & quidem signis infestis, qua funesta clade multi perirent: id quod Pompeij magis, quàm Cæsaris culpa accidit, ut suprà sæpe demonstratum est.

Ruinam casuram.] Imperium Consulare intelligo, & libertatem Pop. Rom. Metaphora est, in uerbo nutare, quæ sumpta est, à frontispicijs ædificiorum, quæ quando rimas agunt, paulatim incipiunt minari ruinam,

In ferrum.] in pugnam, intellectio. Et hoc atrociter dixit, Cæsarem delectatum fuisse rabie pugnandi.

Languit.] minimè languit, sed lætatus fuit, ut ostendit Appianus, pugnandi necessitate cognita, semper prælium poposcerat. Nam illam rabiem promptissimam non refrixisse, uel illud argumento est, quod instante prælio, uallum diruì iusserit, ne in castra receptus esset, sed ut uel pugnando uinceret, & hostium castris potiretur, uel cederet in prælio cũ omnibus suis copijs, & internecione deleretur, id quod ita etiã Pompeius interpretatus fuit.

Fata.] Cæsaris fata non simunt eius meniem timere, ac trepidare. Contrà Pompeij fata nõ sinebãt eũ bene sperare. Quare Cæsar abiecta formidine, prosiluit, ad exhortãdos milites ad pugnã. Fiducia.] qui melius uideret suis rebus, quã uulgus militũ, quos ad pugnam hortaretur. Et tamẽ nunquã acrior, neq; alacrior Cæsaris exercitus fuit.

O domitor

O domitor regni, rerum fortuna mearum,
Miles, adest toties optatæ copia pugnæ.
Nil opus est uotis iam, fatum accersite ferro.
In manibus uestris, quantus sit Cæsar, habetis.
Hæc est illa dies, mihi quam Rubiconis ad undas
Promissam memini, cuius spe mouimus arma:
In quam distulimus uetitos remeare triumphos.
Hæc eadē est hodie, quæ pignora, quæq; penates
Reddat, & a emeritos faciat uos Marte colonos.
Hæc, fato quæ teste probet, quis iustius arma
Sumpserit. hæc acies uictum factura b nocentem.
Si pro me patriam ferro, flammisq; petistis,
Nunc pugnate truces, c gladiosq; exoluite culpa.
Nulla manus belli mutato iudice pura est,
Non mihi res agitur, sed uos ut libera sitis,
Turba precor, gentes ut uis habeatis in d omneis
Ipse ego priuatæ cupidus me reddere uitæ:
Plebeiaq; toga modicum componere ciuem,
Omnia dum uobis liceant, e nihil esse recuso,
Inuidia regnate mea, nec sanguine multo
Spem mundi petitis Graijs f delecta iuuentus
Gymnasijs aderit, studioq; ignaua palæstræ
Et uix arma ferens, & g mixtæ dissona turbæ
Barbaries, non illa tubas, non agmine moto
Clamorem latura suum ciuilia paucæ
Bella manus facient, pugnæ pars magna leuabit,
His orbem populis, Romanūq; obteret hostem,
Ite per ignauas gentes, famosaq; regna,
Et primo ferri motu prosternite mundum:
Sitq; palām, quas tot duxit Pompeius in urbem
Curribus unius gentes non esse triumphi.

a al. emerito

b al. nocentē est.

c al. gladijsq; exol. culpam in uetus. codic.

d al. omnes.

e al. nil.

f al. dilecta.

g al. aut mixtæ.

A O domitor regni.] Oratio Cæsaris ad milites generis deliberatiui, hortatoria est, ad prælium fortiter incundum. Captat beneuolentiam, reddit attentos. Narrat: perstringit aduersarium. Hortatur à spe cōmodorum. & primū quidem, à præcedentibus promissis. Perorat apte. Sed priusquam ponēræ uerba excutiā, uisum est Cæsaris orationē ex Appiano adscribere. Quæ difficiliora nobis fuerant: amici iam euicimus, inquit. Pro fame quippe & inopiam cum uiris decertauimus. Hæc dies cunctorum adferet iudicium. Recordemini eorum quæ ad Dyrrhachium mihi promisistis: & quæ me intuente iureiurando confirmastis, cum ad inuidiam succenseretis, non nisi uictores esse reditu-

B ros. Hi sunt cōmilitones, aduersus quos ab Herculeis aris mus columnis: qui nos ex Italia effugiunt, qui per decem belligerantes annos, ac tot hostes, uictoriasq; adeptos ex Iberis, Celtisq; ac Britannis, quadringentis ferè nationibus patriæ additis, fine honore, ut triūpho, domisq; reijciunt, quibus nec ipse cum iusta peterem, quiui suadere, qui meritorum gratiam nobis remnuunt. Nostris, quæ sine

C ulla ambitione posuerim, cùm quippiam ab illis iusticiæ, pietatisq; sperarem. Horum omnium uindices in unū mihi adeste, & meæ erga uos, si quid uobis est ingenij fidei, curæq; reminiscamini: liberalitatis præterea, ac munerū, quæ uobis contuli. Non enim difficile admodum tyrones, inexpertosq; uiros ab his, qui labores, ac prælia experti sunt, pugna superari. Adhæc iuueniliter ad inordinationē, & diffidentiā Ducis cōuersos, quem ego ad hoc bellum trepidantē inuitumq; descendere certò scio. Fortuna iam desuetum, segnitie ad omnia tardum iam effectū, neq; imperātem magis quā suorum imperio parentē. Et hæc pro Italis solum loqui me arbitremini: sociorum quippe nulla uberius nobis cura, aut ratio habenda est, neque cum illis pugnandum à uobis creditis. Mancipia quidem illa è Syria, Phrygia, & Lydia, ad fugiendum continuè, seruiendumq; parata, quos ego clarè expertus sum, & uos statim intuebimini. & Pompeium ipsum neutiquam ad ordinem belli appropinquantem. Italos itaq; duntaxat insequamini. Et si fortè socij uice canum uos circūcurrerint, aut tumultum concitarint, eos auertētes, ueluti cognatis uestris, ad illorum terrorem pariter utamini. Antè omnia uerò efficite, ut eorum, quæ polliciti mihi estis, non immemores uos inuenar, & uictoriam potius, quàm mortem eligentes, diruite ad pugnā accurrētes mœnia, fossas uestras obruite, ut nihil, nisi uictores abeamus. Videānō hostes ipsi destitutos castris. sciāq;, quoniam ex necessitate nobis iunctum est in eorum tabernacula castra ponere. Ad hunc modū Appianus digerit orationem Cæsaris.

Post iam distinguunt uetusti cod,

O domitor reg.] Quidam legunt, mundi, pro, regni. Si legas, regni domitorem militē, indicat Pompeiū hactenus imperium tenuisse, quē milites sui iam propè perdomuerint. Si mundi domitor, per amplificationem accipiendum est, qui mecum mūdi partes aliquot debellassit, συνεκδοχικῶς, ut Angliam, Germaniam, Galliam, Hispaniam, & Italiæ partē. Quin & miles, pro, milites, synecdoche, numerus, pro numero. Miles domitor, miles fortuna rerum mearū, appositio. O domitor.] Exordio captat beneuolentiam à personis militum, ad quos gloriam, & laudem omnium uictoriarum refert. Nil opus est uotis iam.] Sulpitius exponit, uouere deis pro pugna. Ego sic intelligo. Non opus est nunc precari, non optari pugnandi potestatem, cū pugnæ copia nunc adsit, & uictoria in manu, cuius fatum nunc manibus uindicate. Habetis Cæsarem, & eius fortunā præsentem, & in uestra potestate, qui nunquā infœliciter dimicauit: quo Duce nunquā malè pugnastis. Cæsar, quātus ego sum: tertia persona pro prima. Hæc est illa d.] ab antecedentibus promissis. Etenim Cæsar, acceptis ijs, quæ circa urbem gesta erant, ut Tribuni ciuitate electi fuissent, pro cōcione milites alloc utus quæstusq; de inimicorū iniuria fuit quod res præclarè in Gallia gestas sibi inuidentes, primū à se Pompeium alienassent: inde sua facta in peius uertendo, eò rem deduxissent, ut nisi dignitatem suam tueretur armis, se ad inimicorum libitū cadere oportere: omnia æqua tentasse, ut illorum inuidiā leniret, quæ quia non nisi suo posset capite expiari, tribunisq; plebis illorum iniuriæ obuiam ire conati, non solum ē curia, uerumetiā ex urbe extorres electi essent: unū tantum superesse, in quo spem positam haberent, ut ad uitam suam tuendam, militum suorum auxilium implorarent. Quapropter se obtestari omnes, ut si suarum uictoriarū testes essent, & suum studium in se exploratum haberent, suam dignitatem ab inimicorū iniuria armis uindicarēt. His Cæsaris uerbis tota concio assensa fuit, magnoq; clamore iussus fuit, ut suo iure militum opera uteretur, quæ suo Imperatori deuota nūquam esset defutura. Tum demum

mum Cæsar suorũ consensu focus: ex Rauenna cohortibus aliquot præmissis sub noctem Rheda Ariminũ profectus fuit, Rubiconis ad und.] Erat tum Rubicon fluuius Italiæ terminus, ut olim, Aesis in Piceno: & postea Phormio Iapidiæ amnis, atq; ad postremum Arsia. Rubicon labitur inter Rauennam, & Ariminum: Accolæ hodie Riconem uocant: atq; priusquam ad mare deueniat, cum amniculo quodã congressus, in Adriam obscuro nomine uadoso ostio deuoluitur. Promissam memini.] Audiamus ipsum Cæsarem contionantem ad milites, grauiter, & diserte lib. 1. belli Ciuilis. Omnium temporũ iniurias, inquit, in se cõmouerat: à quibus & inductum, & deprauatum Pompeium quæritur, inuidiæ, & obtrectationi laudis suæ, cuius ipse honori, & dignitati semper fauerit, adiutorq; fuerit. Nouum in republica intro ductũ exemplũ quæritur, ut Tribunitia intercessio armis notaretur, atq; opprimeretur, quæ superioribus annis armis esset restituta. Syllam nudata omnib. rebus Tribunitia potestate, tamen intercessionẽ liberam reliquisse: Pompeium, qui amussam restituisse uideatur, dona etiam, quæ antè habuerat, ademisse. Quotiescunq; sit decretum, darent magistratus operã ne quid respub. detrimenti caperet, qua uoce, & quo S. C. Pop. Rom. ad arma hi uocatus, factum in pernicios legibus in ui Tribunitia, in secessione Populi, templis, locisq; æditioribus occupatis. Atq; hæc superioris ætatis exempla expiata Saturnini, atq; Gracchorum cæsibus docet: quarum rerum illo tempore, nihil factũ, nec cogitatũ quidem: nulla lex promulgata, non cum populo agi cœptum, nulla secessio facta. Horatius, cuius imperatoris ductu nouem iam annis remp. fœlicissimè gesserint, plurimaq; prælia secunda fecerint, omnẽ Galliam, Germaniamq; pacauerint, ut eius existimationem, dignitatẽq; ab inimicis defendant. Conclamant legiones tertiædecimæ, quæ aderat, milites (hãc enim initio tumultus euocauerat, reliquæ nondum conuenerant) esse paratos esse Imperatoris sui, Tribunorumq; plebis iniurias defendere. Hæc Cæsaris uerba eò retuli, ut egregia promissa hoc loco apareant. Cuius spe.] Spei promissi uestri, nominis exitum non solum huius pugnæ, sed totius belli, cuius certam uictoriam nobis promittimus, quemadmodum hactenus uestra uirtute uictores fuimus. In quam diftu.] Quasi dicat, propter hunc diẽ qui dabit nobis non solũ uictoriã, sed belli ciuilis finem, dilulimus triumphos superiores, de Bello Gallico, & Britannico, quos inimici nobis negarũt.

Hæc eadem est.] Ab utili & iucundo, ut rectè etiam Sulpitius. Etenim post transitum Rubiconis hostes patriæ iudicati fuerant, quare confecto bello, uictores restituerentur, & patriæ, & liberis, & uxoribus.

Et emeritos colonos.] Vt hæc uictoria ob longam militiam duodecim propè annorum emeritos uos faciat milites. Emeriti dicebantur, qui à militia absoluti essent: ab emereor: à quo emeriti stipendia dicuntur, qui militia sunt perfuncti. Et metaphoricè, emeriti senes, & boues emeriti, qui amplius ad laborem non tenentur. Addit colonos, emeritos. Expendatur, quàm significanter hoc dixerit. Coloni sunt, qui ex maioribus urbibus, abundante multitudine, tanquam populorum examina quædam, ad minora oppida inhabitanda deducuntur: quales fuerunt Romanorum, Athemensium, Chalcidensium, aliarumq; clarissimarum urbium coloniæ, Græci, coloniam ἀποικίαν, aptissimo uocabulo dicunt. Coloni, à colendo, hoc est, ab inhabitando dicuntur. Vult poëta significare, eos hac uictoria potitos, triumphaturos primum, deinde in colonias deducendos, ut in otio reliquum uitæ degant.

Hæc fato.] Hodie fatũ, hoc est, prædestinatio diuina testabitur præsenti nostra uictoria, nostráne caussa iusti-
or sit, an inimicorum. Quis iust. ar.] Egóne, an Pom-
peius cum Senatu. Itaq; uter succubuerit in hac pugna, il-
le iniusta arma induisse conuincetur, ille nocens iudicabi-
tur. Si pro me pa.] A maiori ad minus. Plus enim fu-
it transito Rubicone patriam ferro, & incendio populari,
quàm uorsis gladijs cum inimicis de uictoria contendere,
id quod eo die futurum fuit. Gladiosq; ex.] Si enim
Dij uictoriam dederint, ea testabitur culpam in inimicis
esse, ac uos iustè gladios strinxisse. Nulla manus.] Epi-
phonema. Si alius quispiam iudicaret. Secus inimici no-
stri iudicarent, si de ea re iudices sumpti essent.

Non mihi res a.] Ab utilitate militum, non sua, quam
quam ad Cæsaris dignitatem tuendam bellum fuerat su-
sceptum. Et ut beneuolos magis habeat suos, illam utili-
tatem subijcit, ut liber populus sit, quasi hactenus Pom-
peio seruiuissent, qui unus princeps ciuitatis fuisset: qui
urbe discedens se ciuem pro hoste habiturum, qui sua si-
gna non sequeretur: uerum longè aliter Cæsar: in amicis
se habiturum, qui neutram partem sequeretur.

Gentes utrius.] quod ius & imperium, ipse Cæsar es-
set habiturus in omnia regna, hoc militibus tribuit, ut gra-
tiam, & fauorẽ eorum emereatur. Ipse ego priuatæ.]
accommodatè ad pugnandum pro uictoria. Per Anthya-
pophorã occupat suorũ existimationẽ de inuadendo Im-
perio, quam Pompeiam sibi persuaserãt, & sparserãt per
castra. Plebeiaq; toga.] copia, reddit illustrius quod se-
periori uersu dixit. Quare per togã plebeiam, intelligit,
tritam, uilem, & putrẽ plebeiam tunicam, cuiusmodi popa-
lus gestabat. Cur Horatius, popellum tunicatum uocat.

Vilia uendentem tunicato scruta popello.

Poëta togulam pro toga usurpauit Martialis.

Trita quidem nobis togula uilisq; patrisq;,
Denarijs tamen hanc non emo Basse tribus.

Omnia dum uobis.] Ego cõtentus ero uersari inter
ciues priuatus, ut unus è media plebe, dum uobis omnia li-
bera cõcedantur. Inuidia regnate m.] Huius nõ facio,
quod aduersarij me odio prosequũtur, modò uos regnetis

Spem mun.] Identidẽ inculcat cũ amplificatione cõ-
moda, cũ spẽ totius mũdi dicat eos nũc ferro, adeoq; uno
prælio petere, Extenuat laborẽ, ut proponat simul facilita-
tẽ. Modico sanguine uictoriã constituã ostẽdit. Gym-
nasijs ade.] Ab extenuatione uirtũ exercitus Põpeij. A-
studijs & exercitatione: coarguit gentiũ illarũ ignauiam,
quibus ille exercitus cõflatus fuit. In primis eũ cõstare gẽ-
tibus barbaris præter paucos Romanos. Barbaros homi-
nes imbelles, & ignauos, è gymnasijs, & palæstris uenisse,
in quibus moles barbari, & effœminati, in talibus ludis ex-
cebãtur: sed nulli magis quàm Græci. Apud hos præter
cæteros, Sybaritæ, et Milesij mollicie infames fuêre. Quin
& tota Asia luxus notata fuit. Ionia prima omnium un-
guentis delibuta, & ornata corollis accumbere solita fu-
it. Hinc mensæ secundæ, magnum gulæ irritamentum,
profectæ fuêre: ut apud Comicos Græcos Ionicum pro
molli, & delicato usurpatur. Hinc Propertius.

Ac tu seu mollis, qua tendit Ionia, seu qua
Lydia Pactoli tingit aratria liquor.

Horatius libro Odarum tertio.

Motus doceri gaudes Ionicos matura uirgo.

Addit

A Adde & ipſas Athenas, inuentricem omnis humanitatis, cultricem philoſophiæ, legum, frugum, & multarum artium repertricem, omne genus bellaria ab ijs ipſis inuenta fuêre. Hinc Attica bellaria, lauta nimium. Iam uerò, & Siculæ menſæ, & Syracuſanæ teſtant abundè gentium illarum perditum luxum, & proinde imbelliam. His addè & Leontinorum pocula. Atq; hæc fuſiùs collibitum fuit dilatari, ut intelligatur, Cæſarem iuſtè Pompeianam aciem ex his barbaris gentibus conflatam perſtringere, ut delumbem, & mollicie fractam.

Gymnaſijs.] Gymnaſia propriè apud Græcos erant, ludi, in quibus nudi iuuenes ad luctum exercebãtur. γυμνὸς nudus. Transfertur per metaphoram ad quaslibet ſcholas, ubi bonæ literæ traduntur. Studio palęſtrę.] Ludi illius, in quo luctandi ſtudium exercetur.

Vix ar. ſe.] Alia extenuatio exercitus Pompeiani, qui conſtet tyronibus, & inexercitatis. Barbaries diffona.] Turba barbarorum confuſa diuerſarum gentiũ linguarũ, quæ res uehementer in prælio aduerſatur victoriæ, B ubi nulla gens in pugna alterius linguam intelligit. Barbaries, pro Barbari. Ciuilia paucę manus bel.] Pauci admodum ciues Romani erant in caſtris, à quibus bellum Ciuile nomen habuit, ſed longè maxima pars barbarorum erat. Puguæ pars mag.] Et ne multitudine barbarorum terreantur, occupãt eum metum ex animis eorum eximere. Iamiam futurum dicit, ut regnã terrãrum, his populis, tanquam inutilibus terræ ponderibus magna clade leuetur.

Ite per ign. gentes.] Exhortatio ad fortiter dimicandum cum extenuatione barbarorum. Famoſa regna celebria ex Aſia. Proſternite mundum.] hoc eſt, partem populorum mundi, totidem pro parte, & item continens pro contento. Sitiq; palam.] Conſtet iam de quibus gentibus triumphauit Pompeius, quàm ignauis, & imbellibus. Etenim Cæſar poſtea victoria ſumma celeritate contra Pharnacem petitus, exclamauit per uiſum, atque hi ſunt, Pompeij, qui te magnum fecerunt, deridentes nomẽ Magni partum à fœminis quodammodo. Vnius gen.] Verùm cùm tot ſint diuerſæ, ut de totidem, ac ſingulis triumphetur. Quas enim, inquit, Pompeius gentes tot ipſe triumphauit, & in triumpho duxit in urbem, hæ non ſunt eiuſmodi ut ſemel de ijs in uniuerſum, ſed de ſingulis triumphetur: ut ſpe multorum triumphorum milites excitet ad victoriam, ſiue, ut Micyllus non eſſe dignos, de quibus unus triumphus agatur, nedum multi. Curribus.] Nemo ferè eſt, qui ignoret, Imperatorem curru in urbem inuehi ſolere, & hoſtes captiuos cathenatos ante currum duci.

Armenios ne mouet, Romana potentia, cuius
Sit Ducis, aut emptũ a nimio uult ſanguine quiſq;
Barbarus, Heſperijs Magnum præponere rebus?
Romano odere omnes, dominosq; grauantur,
Quos nouere magis. ſed me fortuna meorum
Commiſit manibus, quorum me Gallia teſtem
Tot fecit bellis, cuius non militis enſem
Agnoſcam: cœlũq; tremens cùm lancea tranſit,
Dicere non fallar, quo ſit uibrata lacerto,
Quod ſi ſigna Ducem nunquam fallentia ueſtrum
Conſpicio, facies q; truces, oculosq; minaces,
Viciſtis. uideor fluuios ſpectare cruoris,
Calcaros q; ſimul reges, ſparſum q; ſenatus
Corpus, & immenſa populos in cæde natantes:
Sed mea fata moror, qui uos in b bella ruentes
Vocibus c his teneo, ueniam date bella tenenti:
Spe trepido, haud unquã uidi tã magna daturos:
Tam prope me ſuperos camporum limite paruo
Abſumus à uotis, ego ſum, qui Marte peracto,
Quæ populi, reges q; tenent, donare licebit.

Armenios ne mouet] An exiſtimãdum Armenios curare, quis Romæ ſummum Imperium habeat, Cæſar ne, an Pompeius, an alius aliquis? quaſi dicat, minimè gẽtium id curãt, multo minus cupiunt emptum multo ſanguine Pompeiũ, ut proſit reb. Italicis, & imperio. Romano. C Imo ne unus quidem Barbarorum, quod nõ ſolum ipſum propter bella illata, ſed in uniuerſum etiam omnes Romanos oderint. Heſperias res dixit Italicas, & proinde Imperium inde intelligit, quod gentibus barbaris, tum formidabile, tum inuidioſum erat, quamuis ſocietate, aut amicitia iunctis. Dominosq; gra.] Veriſimile. Quos belli grauibus cum cladibus, & regnorum populationibus experti ſunt barbari, hos grauatè admittunt dominos, quod ob iniurias acceptas eos infeſtè oderint.

Sed me fortuna.] Confert ſe, & ſuam fortunam, cum ſorte Pẽpeij. Hic auxilia contraxit ab hoſtibus ſuis, quos armis deuicit, à quibus, quid fidei ſit, in pugna ſit experturus, uidetis. Me uero fortuna commiſit manibus meorum amicorũ, & fidelium contubernalium, qui quales erga me fuerint, uel bellum Gallicum teſtari poterit. Atq; hij meam dignitatem tuentur. Cuius nonnul. enſ.] à teſtimonio ſpectatæ fidei ſuorum erga ſe in bellis Gallicis, quos ita dimicãtes ſpectarit, fortiter ut ſingulorũ propè enſes adhuc agnoſcat. Cœlum tremens lan.] Vt & Lanceat etiam equitum. Quod ſi ſig.] à ſignis certa uictoriæ animat milites, ſi modo illa ſigna uictoriæ dicenda ſint: horrendum lucris, ac minas truculenter ſpirare. Videor fluuios ſpe.] A' præſentio ne rei futuræ, multa aceruatim ominatus ſimul euentura. Sed mea fata mo.] Quaſi iam à fatis ſibi tradita uictoriã in manibus habeat, & milites ultrò in pugnam ituros uideat, ſe mereat quod uictoriã differat. Atque hoc pacto multò magis per ſe ſatis alacres ſuos animos addit ad progrediendum in prælium. Habet & illud calor ad capeſſendum pugnam quod deprecetur culpam ſuam, & uenam petat à militibus, moræ. Spe trep.] Nunquã præſentius ſenſi tam magna Deos mihi daturos. qui nimia ſpe trepidem, atq; hodie: nec unquã tam mihi propitius, atque hoc die. Camporũ limite.] Paucorũ camporũ ſpatio abſumus à victoria, ibi Pompeiana acies inſtruebatur. In illa enim acie fuſa ſita erat victoria. Atq; ob id dicit paucis admodũ campis ipſos à victoria abeſſe. Votis.] qui bus ſemper precati ſumus victoriã, quæ nũc uobis oblata, & in conſpectu eſt. Ego ſum.] A' ſpe ampliſimorum cõmodorum quæ promiſit ſuis cõfectio pũ. His promiſit ſe daturum, quantũ terrarum, agrorũ, urbiũ populi inimici, & reges poſſident. Qui milites huiuſmodi pomorũ oſtentatione non accenderentur ad dimicationem?

a al. minimè
b al. in tela:
c al. cui.

Quo'ue poli.] *Exclamat Cæsar per admirationem, simul & auersionem ad superos, quo fato, siue qua cœlesti influentia (ut sic dicam) eueniat, ut tantum cladis permittant Thessaliæ. Quo poli mou.] Quo motu Firmamentũ hoc est, octauæ sphæræ, quæ stellifera sphæra est, quæq; duob. paruis circulis circa principia Arietis, & Libræ nonæ sphæræ trepidat: Hic motus apud Astronomos, motus accessus, & recessus stellarum fixarum appellatur. Hanc nouæ sphæra complectitur quæ Cristallinum, siue aqueum cœlum uocatur. In hoc nulla stellarum cernitur. Ex octaua sphæra, quæ trepidat, influxus cœlestes descendere Astrologi asseruut. Sulpitius exponit, qua conuersione aut regressione planetæ. Ego exponerem, inquit Glareanus. Quo motu poli, id est, cardinis, & quo uerso sidere cœli, id est quo cœli ex astris influxu, siue (ut uulgò loquuntur) influentia, Octauæ enim sphæræ polus mouetur saltem trepidatus (quem ita appellant) motu. Ita Glareanus, ut nos quoque annotauimus.*

a al. Quo'ne. b al. horç. in uetust. cod.

Quo'ue a polí motu, quo cœlí sidere uerso
Tessaliæ tantum superi permittitis b oræ?
Aut merces hodie bellorum, aut pœna paratur.
Cæsareas spectate cruces, spectate cathenas,
Et caput hoc positum nostris, effusaq; membra,
Septorumq; nefas, & clausi prælia campi.
Dum duce Syllano gerimus Ciuilia bella.
Vestri cura mouet: nam me secura manebit
Sors quæsita manu, fodientem uiscera cernet
Me mea, qui nõdum c uictum respexerit hostem.

c al. uicto hoste, in uetust. cod.

Tantum.] *Sulpitius interpretatur, ut sit rerum dominum creatura. Rectius mihi uidetur, ut in Thessalia tantum sanguinis sit fundendum, tum ciuium, tum barbarorum.* Thessalia.] *In Thessalia, uno prælio bellum confectum suis habituri.* Aut merces.] *In disiunctiuo, altera pars tenenda est. Posteriorem amplificat, ut suorum animos confirmet, ut eam prohibeant.*

Cæsareas cruces.] *Quibus ipse, & sui pœnas, sunt daturi, si fuerint uicti.* Et caput hoc.] *ἀναστικῶς] alludit ad crudelitatem Syllanam, qua multorum capita ad rostra suspensa spectabantur, ut Marij Iunioris & aliorum. Quod uerò eò spectarit, statim ipse coarguet.*

Positum rostris.] *Quæ Romæ rostra fuerunt, suprà demonstrauimus. Sulpitius, affixum caput exponit in suggestio, quod erat in templo, cui nomen rostra. Sed audiamus prolixius Glareanum, cõtra Sulpitium. Suggestæm, inquit, puto ego ante curiam non in templo fuisse & Comitium uersum, non ad templi parietes. Comitium porrò singulari numero locus erat ante curiam, circa quam nullæ tabernæ, sed quieta omnia. In altera autem Curiæ parte, forum erat, turba hominum, & officinis, tabernisq; strepitus. Cuius uestigium hodie uidemus oppidò elegans in sancta urbe Agrippina Colonia. Comitia uerò erant, totius populi conuentus, ad creandos magistratus, ad bella indicenda, ad pacem dandam desuetis, & ad quædam alia Reipub. munia, &c. Hæc Glareanus. Ante curiam hostilis A am erant rostra, à rostris nauium, quæ ex hostibus capta ibi fixa erant. Liuius. Naues Antiatum partim in naualia Romã subductæ, partim incensæ, rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornare placuit. Rostraq; id templum appellatum. Sub dextra horum à Comitio locus erat, ubi nationum legati subsistebant, qui ad Senatum mittebantur, à Græcis, Græcostasis dictus. Itaque rostra non erant in templo. Proinde si uicti fuero, hostis caput meum, & truncata membra ponit spectaculo, & ludibrio omnibus mortalibus in rostris.*

Septorumq; nefas.] *hoc est, Comitij, in quo stans populus Romanus, suffragia ferre solebat. Septa hæc loca uocabantur, in campo Martio inclusa tabulatis specie o B uilium. Quare septa interdum pro ouilibus ponuntur. A sepire, septa, & septum. Quare per epexegesim addit, clausum campum.* Prælia.] *Spectate etiam nefas septorum, & prælium clausi campi. Prius supplicium ad sepertinet, ut uictus cathenis Romam sit ducendus, & truncatum caput rostris suspendendum. Posterius uerò, spectate septorum nephas, & prælia clausi campi, ad multitudinem pertinet. Exempla planè congruerent, si uicti succumberent. Sylla proscriptorum qui in manus ueniebant, capita suspendit ad rostra. Cum ad portam Collinam Marius & Sylla dimicarent acerrimè, ad postremum Mariani uicti fugam cœperunt. Ceciderant in ea pugna utringue quinquaginta Millia hominum. 10. M. ex uicis capta. Samnites, qui numero captiuorum reperti fuerunt, sex millia numero, Syllæ iussu in Circo maximo, interfecti fuerunt. Horum exemplo illos ad Lanienam Pompeij, qui unus ex Ducibus Syllanis, supereſt, in septa & clausum Martiũ Campum. eos uenturos dicit, si uincant Promde operam dent, ut hoc dedecus fugiant. Pompeium non degeneraturum à suo Dictatore.*

Cum duce Syllano ger.] *Qui unus ducum Syl. C lanorum super est.* ἐφεξῆς. *Vt ueniat ipsis in mentem Syllæ crudelitas immanis, à qua Pompeius non degenerabit. Adhæc, ut ueniat ipsis in mentem, ut Carbonem nobilem uirum captum capitis damnârat. Concitat Pompeio inuidiam, & suos sibi conciliat.*

Me secura manebit.] *Pro me non sum sollicitus, nam cum ad ultimum discrimen res redacta erit, mihi manũ inferã, ne in inimicorũ manus ueniam, id quod statim reddit. Non incidam in manus inimicorum uiuus.*

Dij quorum.] *Exclamatione ad Deos, commendat suam pietatem in ciues, & clementiam in hostes, Ipse etiam multo antè Romæ testatus fuerat, se inter amicos eos habiturum, qui neutram partem sequeren tur Pepercit etiã Pompeianis oppressis.*

d al. inuictos, cod. uetusto. e al. credunt

Dij quorum curas abduxit ab æthere tellus,
Romanusq; labor, uincat, quicunq; necesse
Non putat in uictos d sæuum distringere ferrum,
Quisq; suos ciues, quod signa aduersa tulerunt,
Non e credit fecisse nefas. Pompeius in arcto
Agmina uestra loco uetita uirtute moueri
Quum tenuit, quanto satiauit sanguine ferrum?
Vos tamen hoc oro iuuenes, ne cædere quisquam
Hostis terga uelit, ciuis, qui fugerit, esto:
Sed dum tela uincant, non uos pietatis imago

In uictos.] *Variant exemplaria, quæ coniunctim inuictos legunt. Sed prior lectio uera est, & congruit cum sequenti. Vincat, inquit ille, qui uictor non cupit sæuire in deuictos*

Vlla, nec a aduerſo, conſpecti fronte parentes
Commoueant: uultus gladio turbare uerendos.
Siue quis infesto cognata in pectora ferro
Ibit, seu b nullum uiolabit uulnere pignus,
Ignoti iugulum tanquam scelus, impetat hostis,
Sternite iam uallum, fossasq; implete ruina,
Exeat ut plenis acies non sparsa maniplis.
Parcite ne castris, uallo tendetis in illo
Vnde acies peritura uenit.

a deuictos bello, ut fecit Sylla, & qui non oderit ciues, quod contra se in acie steterint. Indicat se talem esse, & ea clementia, ut uictor uelit omnibus ignoscere, quod contra se arma induerint. Appianus author, Cæsarem Venerem uictricem: Pompeium Herculem inuictum in auxilium inuocasse. Quiq; suos c.] Quamuis infestus Cæsari poëta est, uelit, nolit, hanc illi clementiam tribuit, ut condonet ciuibus in partibus esse, id quod in medio ardore pugnæ ipse testatus fuit. Nam cũ multus in eo prælio esset, medius inter Imperatorẽ & militem, uoces eius obequitantis exceptæ sunt, altera cruenta, & ad uiolationem efficax. Miles fac.] Miles faciem feri: altera ad iactationem composita, Parce ciuibus, cum ipse sequetur. Pompeius in ar.] Ab antecedenti crudelitate in Cæsareanos milites concitat illi inuidiam. Fuerant concluſi loco iniquo, atq; arcto circa castellum, ubi ad satietatem à Pompeianis cedebantur. Horum nunc suos commonefacit, ut sint memores, & se uindicent.

Vetita uirtute.] Cùm enim loco angusto, & uiarum faucibus concluſi starent, uirtutem præstare non poterant.

Vos tamen hoc oro.] Appianus author est. Cæsarem præcones aciei discurrere iussisse, ut à Romanorum cædem omne temperarent, sed in solos socios ferrum strinxerent. Cæsar libro tertio, describens suam clementiam in Pompeianos deuictos, confecto prælio, qui in montem confugerant, prima luce, inquit, omnes eos, qui in monte consederant, ex superioribus locis in planicie descendere, atque arma proïcere iussit, quod ubi sine recusatione fecerunt, passisq; palmis proiecti, ad terram flentes, ab eo petierunt salutem. Consolatus surgere iussit. Et pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes conseruauit, militibusq; suis iussit, ne qui eorum uiolarentur, neu quid sui desiderarent. Hac adhibita diligentia ex castris sibi legiones aliàs occurrere, & eas, quas secum duxerat, inuitem requiescere, atque in castra reuerti iussit: Hæc Cæsar de sua lenitate in hostes Romanos suos prælio uictos. Aldus legit, imputet, Sed omnino, inquit Glarean. Cæsar hoc uult dicere, hostibus terga præbentibus parcendum, & tanquam ciues eos habendos, at oppositos, ac contra stantes inuadendos. etiamsi sunt parentes, &c.

Hostis terga.] Qui deserta acie fugiunt, uicti sunt: quare rectè monet, ut ferrum, & hastas in resistentes uertant. Qui fugerit.] In amicis, & pro Romano habentur, ut non sit, cur eius tergum in fugam uersum cædatur, qui abiectis armis fugiat.

a al. auersis.

b al. nullo.

Sed dum tela.] Opponit fugientibus pugnantes uersis gladijs, monetq;, ut sine discrimine in eos sæuiant, quàm diu arma gerunt, & stringunt gladios, & nulli parcant, ne parentibus quidem, uerum & meminerint Homericũ illud solum, κτανέοντα καπέκτα. In pugna res agitur, & nulli parcitur.

Siue quis.] Siue cognatus sit, siue affinis, aut contubernalis, nihil refert sine discrimine grassetur ferrum.

Ignoti iugulum.] Vt parentes, ut consanguineos, ut affines, & cognatos trucidant, tanquã par scelus admissum grassetur in iugulum hostis ignoti. Aduersis frontibus pugnantes ferite, terga uertentibus parcite, quicunque ille fuerit.

Sternite iam uallum.] Cæsar suos in pugnam educturus, ubi pugnam instare uidit, dirui & æquari castrorum uallum iussit, ne cui suorũ spes esset receptui: quod Pompeianorum quidam intuiti, hostem fugam meditari interpretabantur. Pompeius uerò multo aliter, qui multis audientibus testatus est se uidere, eo consilio Cæsarem in prælium ire, aut ut cum suis caderet, aut hostium castris potiretur. Verba Appiani sunt, in epilogo orationis Cæsaris, Diruite, inquit Cæsar, accurrentes mœnia, fossas uestras obruite, ne nihil nisi uictores abeamus. Videant non hostes ipsi destitutos castris, sciantq;, quoniam ex necessitate nobis iniũctum est, in eorum tabernaculis castra ponere. Hæc effatus, Veteranorum ad duo millia, è castrorum custodia emittit. Hi muris egressi, magno silentio fossas æquauêre terra. Videns igitur eos Pompeius, cùm nonnulli fugam ab illis meditari crederent, audacia eorum cognita, suspirio palàm conquestus est, se pugnam cum feris accepisse. Hæc Appianus. Maniplis.] Syncope, pro, manipulis. Contubernium manipulus uocabatur: ab eo, quod coniunctis manibus pariter dimicabant. Continebat manipulus, siue contubernium, 10. milites sub uno papilione: his qui præerat, decanus dicebatur, ut centurio, qui centum.

Vallo tendetis in il.] Põpeij castra inuadetis, ibi figetis adhuc uestra tentoria hodie. Acies peritura.] Pompeij ex aduerso è castris in prælium prodiẽs. Cæsar enim uiso exercitu tribus aciebus procedere, suos quoque in acies eduxit.

Vix cuncta locuto.] Vix finierat orationem suam ad milites, quisque arma sua ad pugnam expediuit. Cæsar alius narrat. Signo profectionis dato, tabernaculisq; detensis, animaduersum est paulò antè extra quotidianam consuetudinem longius à uallo esse aciem Pompeij progressam, ut non iniquo loco posse dimicare uideretur. Tunc Cæsar apud suos, cùm iam esset agmen in portis, differẽdum est, inquit, in præsentia nobis, & de prælio cogitandum, sicut semper depoposcimus, animo simus ad dimicandum parati, non facilè occasionem postea reperiemus: confestimq; expeditas

—Vix cuncta locuto
Cæsare, quenq; suũ munus trahit, armaq; raptim
Sumpta uiris, celeris e capiunt præsagia belli,
Calcatisq; ruunt castris, stant ordine nullo,
Arte Ducis nulla, d permittunt omnia fatis.
Si totidem Magni soceros, totidemq; petentes
Vrbis regna suæ, funesto in Marte locasset,
Non tam præcipiti ruerent in prælia cursu.

c al. ceresq;

d al. permittunt.

expeditas copias educit. Præsagia bel.] *hoc est, expediunt se, ad id, quod præsagiuerat Cæsar, nullo tendentis in illo, unde acies peritura uenit.* Calcatisq; ruunt.] *iam enim demoliti fuerant castra, eaq; sola æquarant, ut scirent hostes, ut ait Appianus, ipsis ex necessitate iniunctum esse in eorum tabernaculis castra ponere.* Stant ordine nullo.] *Hoc uanum est, & falsum. Sic Cæsar, Cæsar, inquit, superius institutum seruant, decimã legionem in dextro cornu, nonam in sinistro collocauerat, tametsi erant Dyrrhachinis prælijs uehemẽter attenuatæ, & huic sic adiunxit octauam, ut penè unam ex duabus efficeret, atque alteram alteri præsidio esse iusserat. Cohortes in acie 80. constituas habebat, quæ summa erat M. 22. Cohortes duas castris præsidio reliquerat. Sinistro cornu Antonĩ, dextro P. Syllam: media acie Cn. Domitiũ præposuerat, ipse contra Pompeium consistit. Simul his rebus animaduersis, quas demonstrauimus, timens ne à multitudine equitum dextrum cornu circumueniretur, celeriter externa acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quantum instituit, equitatuq; opposuit, & quid fieri uellet, o-*

stendit, q; monuit eius diei uictoriam in earum cohortium uirtute constare, simul tertiæ aciei, totiq; exercitui imperat, ne in iussu suo concurret. Huc usq; cæsar. Ergo ordinibus instructis processerunt in prælium. Appianus, Cæsari duces aderant, inquit, Sylla, Antonius, & Brutus. Cæsar ipse, at assueuerat, legioni decimæ p̃sedit, quod intuentes hostes præcipuor equitum contra illum collocarunt. Cæsar item conspicatus Pompeium suos omnes, præter quatuor Italorum millia, quos ad exercitus curã reliquit inter Pharsalum oppidum, & amnem Enipeum instruere, eodem in loco copias suas etiã eduxit. Sed hæc satis de instructa Cæsaris acie. Fatis.] *Vt uincat is, cui fata uictoriam addixêre.*

Si totidem Magni Soceros.] *Cæsaris periphrasis. Omnia Cæsar semper in celeritate ponebat, ut hostes cunctantiores hoc pacto opprimeret. Si plures Cæsares habuisset in acie, qui regnum affectarent, inquit, ut Cæsar fecit, non tam præcipites in pugnam ruissent, sed cunctantius in prælium descendissent, & quidem ratione pugnæ melius subducta.*

Vidit hostiles.] *Postquam uidit Pompeius Cæsarem cum omnib. copijs è castris in pugnam prodire,*
a al. prœuectus. *ipse quoque nonnihil trepidans suas educit, & cohortatur ad pu*
b al Extremũ belli in codi. uetust. *gnam. Videns itaq; inquit Appianus sociorum copias huiusmodi prospectu terre factas, ueruus ne pugnaimita, confusio ab*
c al. parentes. *illis protinus emergeret, belli signũ ultrò protulit. Cui exaduer*
d al. Satiare in uetu. cod. cod. uetust. *so à Cæsare conclamatũ est, statimq; tubarum sono, & lituorum clangore, erectos uniuersos excitat. Et utpote in tam profunda multitudine, præcones, et præfecti hinc inde discurrentes, exercitũ per partes hortabantur. Ad hunc modum Appianus,* In rectum exire cateruas.] *Recta in se tendere, & se, atque acies suas petere. Nouè dixit, in rectum exire, pro eo, quod est, recta uia in se procedere.* Cateruas.] *Vt Macedones, Græci, & Dardani phalanges, in quibus octo millia censebantur, habuerũt, ita barbaræ nationes ut Galli, & Celtiberi, cateruis utebantur in prælijs, in quibus erant sena millia armatorum. Romani legiones habebant, in quibus singulis sena millia, interdum amplius militare consueuerant.*

Stat corde gelato.] *Inter tot uirorum millia, qui in unum conuerrebant, multa præter opinionẽ & admiranda contingere, quæ quisq; animaduertens, acri pœnitentia eo in loco repletus est. ait Appianus, & ueluti is dies, eorum, qui in terris sunt, uel primus, uel ultimus futurus esset, ma-*

Vidit ut hostiles in rectum exire cateruas
Pompeius, nullasq; moras permittere bello,
Sed superis placuisse diem, stat corde gelato
Attonitus tantoq; Duci sic arma timere
Omen erat premit inde metus, totũq; per agmen
Sublime a prouectus equo: quem flagitat, inquit,
Vestra diem uirtus finis ciuilibus armis,
Quem quæsistis, adest, totasq; effundite uires,
Extremum b ferri supereſt opus, unaq; gentes
Hora trahit, quisquis e patriam, choros q; penates
Qui sobolẽ, ac thalamos, desertaq; pignora quæ-
Ense petat, medio posuit Deus omnia cãpo, (rit
Cauſſa iubet melior superos sperare secundos,
Ipſi tela regent per uiscera Cæsaris, ipſi
Romanas d sancire uolent hoc sanguine leges.
Si socero e dant regna meo, mundumq; pararent
Præcipitare meam fatis potuere senectam:
Non iratorum populis, urbiq; Deorum est
Pompeium seruare ducem, quæ uincere possent,
Omnia contulimus, subire pericula clari
Sponte uiri, sacraq; antiquus imagine miles.
Si Curios his fata darent, reducesq; camillos,
Temporibus, Decios q; caput fatale uouentes,
Hinc starent, primo gentes Oriente coactæ,
Innumiraq; urbes, quantas in prælia nunquam.
Exciuere manus, totoq; simul utimur orbe.

gno stupore in dubiũ conuertit omnes. Vultraq; etiam ex parte lachrymas emisisse ferunt, cùm ut se amplius intueri possent, dies ille uideretur eripere, omnisq; Itala natio magno silentio perstitit immota. Hæc ille. Quod itaq; exercitui uniuerso accidit, hoc Pompeio tribuit, quem attonitum, & perculsum stetisse dicit. Gelato.] Attonito, cùm alioqui semper fuisset in prælijs, dux magnanimus, & fœlix. Omen.] inauspicata præsensio, ac signũ aduersæ pugnæ. Quem flagitat.] *Oratio Pompeij ad milites hortatoria est generis suasorij. In hacijs utitur argumentis, quibus maximè milites ad pugnam excitentur.* Quem flagitat,] *Exordium ductum à uotis militum, & ratione temporis per insinuationem. Etenim cùm sentiret eos metu ad pugnam examinari, cuius copiam sæpe antè popoſcerant, dissimulatu metu orditur ab antecedentibus uotis. Adeo pugnandi copiam optarant, maximè, ubi Pompeij exercitus Scipionis copijs in Thessalia auctus esset, ut quicquid temporis, ad uictoriam, quam certam sibi promittebant, intercederet, id morari reditum in Italiam crederent. Et quia Pompeius nil temerè facturus uidebatur, eam cunctationem ita calumniabantur, quasi captus Imperij consuetudine, de industria bellum traheret.*

Extremum fer.] *uetustus codex legit, extremum belli supereſt opus. hoc est, ut per epexegesin statim reddit,* finis

A finis belli ciuilis non præsens adest : nisi quod unum superest, ut ferro uictoriam haud dubiam adseratis.

Vna hora.] *Vnius horæ prælium tot gentes orbis uocat in periculum uitæ, ut uel succumbant, uel uictores patriæ, coniugibus, & liberis suis restituantur.*

Quisquis patriam.] *Pathos à loco, personis, sexu, & in primis à pietate suorũ in Deos.* Ense petat.] *à necessitate pugnandi & spe uictoriæ. Vt* Mars communis est, *ita & uictoria in medio posita ferro asserenda est.*

Omnia.] *eadem, fortunam aduersam, & uictoriam. Videtur allusum ad prouerbium,* Martis campus, *de ijs, qui militari confidentia præditi, rem non iudicio, sed ui gererent.* Medio Deus p.] *Nil sine magno labore mortalibus datur. Et quemadmodum dixit Comicus, nullum facinus sit sine magno periculo. Videtur respexisse ad illud Hesiod.* ἐν ἔργοις.

τῶν δ' ἀρετῆς πρόπαροθεν θεοὶ ἱδρῶτα θέσαν.

Dij ante uirtutem sudorem posuere. Quod quidem perinde est, ac si dicat, in rebus dubijs, & arduis maximè prius uirtutem probari. Caussa iubet.] *Ab æquitate caussæ*

B *fuit spem uictoriæ ostentat. Apud Appianum Pompeius eodem fermè argumento militum animos confirmat. Pro libertate, inquit pugnamus, & patria, iure legum freti, opinione recti.* Superos sperare se.] *Fauentes, & propitios, ut qui iustam caussam tuemur.* Ipsi tela re.] *Confirmatio, quod sint superos secundos habituri. Extincto Cæsare, parta fuerit uictoria. Atq; hoc quidem atrociter dictum est à Pompeio per uiscera Cæsaris.*

Hoc sanguine.] *Amplius confirmat suos, Deo uelle leges Romanos per Cæsarem propè euersas, rursum stabilire.* Si socero.] *A' signo præsenti promittit uictoriam. Socero Cæsari. Si Cæsari Dij uoluissent imperium orbis donare non seruassent Pompeium senem ad hoc bellum usque.*

Dij nobis propitij seruarunt Pompeium orbi Ducem. Relinquitur Deos nõ uelle Cæsari monarchiã tradere.

Pompe. ducem.] *enallage personæ tertiæ, pro prima, me ducem.* Quæ uincera p.] *In uniuersum proponit caussas, omnes propè quibus cõstabit uictoria, at non principales uictoriæ caussæ, sed solus Deus.* Subiere pericula.]

C *Idem apud Appianum eodem argumento confirmat suorum animas. Totq; præcellẽtibus, inquit, stipati uiris, quorum pars Senatorij ordinis est, pars equestris, aduersus hominem per latrocinia imperium sibi uendicantem.*

Clari uiri.] *Illi, quos suprà recensuimus, reges, tetrarchæ, dynastæ, & alij potentes Asiæ, Græciæq; populi.*

Sacraq; anti.] *Veterani milites, synecdoche, quinquẽ illustribus maioribus orti sunt, quorum imagines recensere possunt. Sponte non coacti, sed uoluntarij, quod plus est, quàm si Imperio, & authoritate senatus euocati essent.* Si Curios his.] *Ominatio, ab exemplis maioribus. Emphaticè Curios, numero plurali dixit. Fuit alioquì Curius Dentatus, quo nihil fuit cõmentiùs, is, qui de Samnitibus cæsis, & Sabinis, qui rebellauerant, uictis, & in deditionem acceptis.* Cos.] *Bis in eodem magistratu triumphauit.* Reducesq; Camillos.] *unus Camillus fuerat. Huic Furio Camillo cùm dies à L. Apuleio Trib. Pleb. dies dicta esset, in exilium abijt. Cùm Senones Galli Clusinum obsiderent, & Legati à Senatu missi ad componendum inter eos, & Clusinos pacem pugnãtes contra Gallos in acie Clusinorum stetissent, hoc facto concitati Senones urbem infesto exercitu petiuerunt fusis ad Alliam flumen Romanis, cepere urbem præter capitolium, in quod se iuuenes contulerant. Maiores natu cum insignibus honorum, quos gesserant, in uestibulis ædium sedentes occisi fuerunt. Et cùm per auersam partem Capitolij in summum euasissent, proditi clangore anserum M. Manlij opera præcipuè deiecti sunt. Deinde Romanis coactis propter famem despondere animum, finem obsidionis emerunt mille pondo auri. Statim Camillus absens dictator creatus, inter pendendum aurũ cum exercitu superuenit, & Gallos post sextum mensem urbe expulit, cecidit q;. Hoc authore consilium de migrando Veios discussum fuit.* Reducesq;.] *Vt Curius, ut Camillus, ut Decij ab inferis in uitam reuocarentur nostris his deploratis temporibus à nobis starent contra Cæsarem.*

Deciosq;.] *Patrem, & filium, quorũ uterq; & pro salute exercitus Dijs manibus deuouit : ac concitato equo, cùm pater se bello Latino in medios hostes intulisset, interfectus morte sua Romanis uictoriam restituit. Latini in deditionem uenerunt Quum aduersus Hetruscos, Vmbros, Samnites, Gallos, P. Decio filio & Q. Fabio ducibus pugnaretur, & Romanus exercitus esset in magno discrimine, P. Decius patris exemplũ secutus, deuouit se pro exercitu, & morte sua uictoriam, eius pugnæ. Pop. Rom. dedit.* Hinc starent.] *à nobis starent, & nostris partibus fauerent. nobiscum contra Cæsarem pugnarent.*

Primo gentes ori.] *Populi ex Asia extrema euocati, aut uoluntarij huc confluxêre : & quantum urbium toto ferè orbe est, huc miserunt auxilia quãta nunquã in prælium conuenêre.* Toto simul.] *paucis uerbis summatim omnia Orientalia auxilia per amplificationem complectitur, per synecdochen.*

Quicquid signi-
feri.] *Alia amplificatio auxiliorũ. Quãtum populorum inquit, comprehensum est intra tropicum Cancri, & circulum Arcticum, id totum in nostris castris uidemus. At qui populi, qui reges, qui Dinastæ Pompeium secuti fuerunt, suprà recensuimus. Nullos hic Cæsari relinquit. Signifer cyclus, siue circulus est Zodiacus, qui à nostris signifer, à Græcis, Zodiacus dicitur, quod in eo duodecim signa collocata sint, per quæ Solis cursus est. Signa à Græcis ζωδία, id est, animalia,*

Quicquid signiferi comprensum est limite a cycli
Sub Noton, & Borean hominũ sumus, arma moue
Nonne superfusis collectũ cornib. hostem (mus.
In medium dabimus? paucas uictoria dextras
Exigit: at plures tantum clamore cateruæ
Bella gerent Cæsar nostris non sufficit armis,
Credite pendentes è summis mœnibus urbis
Crinibus effusis hortari in prælia matres
Credite grandæuum, uerituma; ætate senatum
Arma sequi, sacros pedibus prosternere cauos
Atque ipsam domui metuentem occurrere Romã.
Credite, qui nunc est populum, podulũq; futurum.
Permistas adferre preces, hæc libera nasci,

a Duo uetusta exẽplaria manuscripta legunt. cæli. non cycli.

Hæc uult turba mori si quis post pignora tanta
Pompeio locus est, cum prole, & coniuge supplex
Imperij salua si maiestate liceret,
Voluere ante pedes Magnus, nisi uincitis, exul
Ludibrium soceri, uester pudor. Vltima fata
Deprecor, ac turpes extremi cardinis annos:
Ne discam seruire senex, tam mœsta locuti.
Voce a senis, flagrant animi. Romana q̃ uirtus
Erigitur, placuit q̃ mori, si uera timeret.

a al. ducis.

animalia hic appellantur, quibus is maximus circulus distinguitur: quorum extrema Capricornus ad Austrũ, Cancer ad Septentrionem Solstitia efficiũt. Atque hi tropici, præter æquinoctialem, in cælo quinque zonas, in terris, totidem plagas constituunt. Harum tres inhabitabiles creduntur: duæ extremæ propter intolerabile frigus, quæ polis arctico, & antarctico subiectæ sunt; intra circulum Arcticum ad Septentrionem, & Antarcticum ad Austrum, Tertia in medio inter tropicos sita, ob continuum Solis meatum, & discursum, & radiorum Solis perpendicularitatem (ut sic dicam) plaga terræ adusta malè, aut uix habitabilis est. Veteribus in totum hæ tres inhabitabiles creditæ fuerunt, hodie nauigatione diuersarum nationum habitari compertæ sunt. Reliquæ duæ, quæ tropicis, Arcticiq̃ circulis interiacent, hinc ad boream, illinc ad Austrum quod frigore hinc, illinc calore temperantur, habitabiles sunt. Spatium habitabilis Arcticæ inter Cancrum, & circulum Arcticum est uiginti tres grad. & triginta minutis, & totidem inter Capricornum, & Antarcticum circulum. Et totidem item ab Aequinoctiali utrinq̃ ad Capricornum uersus meridiem ad Septentrionem, ad Cancrũ usq; Cic. lib. 6. de Repub. Vides, inquit, habitari in terra raris, & angustis in locis, & in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, uastas solitudines interiectas, hosq; qui incolit

terram, modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios manare possit, sed partim obliquos, partim transuersos, partim etiam aduersos stare nobis, à quib. expectare gloriam certè nullam potestis. Cernis autem eandem terram, quasi rodimitam, & circumdatam cingulis: è quibus duo maximè inter se diuersos, & ipsis uertícibus cœli ex utra q̃ parte subnixos obriguisse pruina uides: medium autem illum, & maximum Solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles, quarum Australis ille, in quo qui insistunt, aduersa uobis urgent uestigia, nihil ad uestrum genus. Hic autẽ alter subiectus Aquiloni, quem incolitis, B cerne quàm tenui uos parte contingat. Omnis autem terra, quæ colitur à uobis, angustata uerticibus, lateribus latior, parua quædam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod Magnum quod Oceanum appellatis in terris, qui tamen tanto nomine, quàm sit paruus uides, &c. Hactenus Cicero.

FORMA ZONARVM IN PLANO.



Hunc locum fusiùs prosequutus sum, ut illustretur, τὸ, comprensum, limite cycli ad Borean, & Notum, hoc est, quantum hominum est sub zona temperata Septentrionali: à circulo Cancri, qui Australis est, usque ad Arcticum circulum, qui Septentrionalis est, nostro, inquit, imperio paret, in nostris castris est. Limes, & terminus Zodiaci Cancer hic, quod Sol ulterius non meet. Quamobrem Maro eam zonam temperatam esse extra anni & Solis uiam. Zodiaci latitudo 16. graduum est, propter rerum errantium siderum transgressum, quem per medium secat ecliptica, reliquens ultro citroq̃ 8. gradus latitudinis. V bi Sol primum Caneri pũcti attigerit, uertit annus, ac declinare incipit. Cycli signiferi.] Circuli Zodiaci, qui eo nomine à 12 signis, & animalibus in eo fixis dicti sunt. Cycli.] Circuli. Duo diuersi codices, digitis exarati, peruetusti pro cycli, cœli legunt, sed eodem redeunt, ut Zodiacum, siue signiferum, cognata uocabula appellarit. Sub no.] Intemperata nostra zona, ad Australem,

strum, & Septentrionem. Nonne superfl.] *Nonne hostium cornua equitibus cingemus? & Nam triplo & amplius superabat Cæsarem equitum multitudine. Persuasi inquit Pompeius, apud Cæsarem, equitibus nostris, idq; mihi se facturos confirmarunt, ut cum propius sit accessum dextrum Cæsaris cornu ab latere aperto aggrederentur, ut circumuenta ab tergo acie, prius perturbatum exercitum pellerent, quàm à nobis telum in hostem iaceretur. Itaq; sine periculo legionum, & penè sine uulnere bellum conficiemus. Id autem difficile non est, cùm tantum equitatu ualemus. Hæc ille. Plutarchus, & Appianus, mille dant: quibus ipse Cæsar astipulatur: Pompeio quinq; & quadraginta millia peditum: septem millia equitum in aciem deducta. Aly sexaginta millia Italorum. Quare facile uidebatur Pompeio, Cæsaris cornua equitatu eingere. Sed Cæsar his animaduersis, externa acie singulas cohortes detraxit, atq; ex his quartam instituit, equitatumq; opposuit, & quid fieri uellet, ostendit, monuitq; eius diei uictoriam in earum cohortium uirtute constare: simul tertiæ aciei, totiq; exercitui imperauit, ne iniussu suo concurreret. Se cùm id fieri uellet, uexillum signum datu rum. Itaq; hoc consilium de eingendis hostium cornibus equitatu, fefellit Pompeium.*

Paucas uix dextras.] *A' facili persuadet uictoriam in manu esse, quod cum longè equitum, peditumq; numero superarent, parua manu ad sternèdum hostem opus esse, ut non sit cur trepident.* Plures tantum cla.] *Ad hæc aliud argumentum à facili, quod paucis pugnantibus, reliquæ cateruæ clamoribus sublatis hostem territuræ sint. Apud Barbaros in caterua erant sex millia armatorum: atque hi solebant clamoribus sublatis in hostes impetum facere, pugnam inituri, id quod uituperat Homerus libro Iliad. 3. cùm Græci taciti, pectore robur spirarent, in prælium descenderent. Cæsar libro 3. neque frustra, inquit antiquitus institutum est, ut signa undiq; concinerent, clamoremq; unà omnes tollerent, quibus rebus & hostes terreri, & suos incitari existimauerunt.*

Nostris non suffic.] *hoc est, non par est nobis armatorum multitudine, ut nobis resistat. At frequentia non est præcipua caussa uictoriæ. Non sequitur. Cæsar non sufficit nostris armis, ergo nos uincemus.*

Credite pendentes.] *Epilogus constat affectibus. Pathos à pietate patriæ, & fictione gestus matronarum in urbis mœnibus. Hij affectus non leue momentum habent, & calcar ad excitandos milites ad pugnam.*

Crinibus] *ab habitu sexus.* Credite grandæuũ.] *ab ætate senum, & maiestate Senatorij Ordinis, qui per ætatem arma sequi non ualebant.* Sacros pedibus.] *à miserabili habitu, & gestibus uenerandorum senum.*

Romam dominam occurre.] *Pathos à pietate ipsi ut patriæ, quam specie paranomasiæ fingit militibus occurrere, & eorum opem implorare.* Credite qui nunc est populum.] *Commiseratio à precibus præsentis non solum Pop. Rom. Sed & posterorũ, qui adhuc nascentur.*

Hęc libera.] *Posteri, qui adhuc in rerum natura non sunt, liberi non serui nasci uolunt, & quidem eadem libertate, qua sui parentes prognati fuerunt, hos uindicabitis hodie uestra uirtute in pristinam & præsentem P. Ro. libertatem, in quo etiam mori uolunt, perinde ut uos.*

Si quis] *pathos à sua, uxoris, & prolis habitu, supplice si fas foret imperatoriam maiestatem supplicem se demittere ad militum pedes.* Magnus.] *uel ad præcedens membrum, uel ad id quod sequitur referendum: ut sit sententia. Ego Pompeius uoluerer ante pedes. Vel quod rectius uidetur. Ego Magnus Pompeius, nisi uinciis, exul deprecor fata ultima.* Exul] *à conditione pathos. Euocatio. Extremum cardinem annorum, extremam senectutem uocat.* Seruire] *à conditione, & ætate.* Turpes annos.] *Vt enim tanuæ in cardinibus uersantur, ita ultima uitæ humanæ pars in senectute uertitur. Vt omni ætati turpis iuxtà est & odiosa seruitus, & planè contra naturam, ita præcipuè senio, & senectuti in homine libero, multo fœdens, si cum magna gloria summum magistratum, & imperium per omnem uitam gesserit, & qui regere, & imperare assueuerit.* Flagrant animi.] *hoc est oratione Pompeij clarissimi Imperatoris militum animi accensi ad pugnam fuerunt.* Virtus Romana.] *Militum Romanorum uirtus erexit se ad pugnam.*

Si uera timeret.] *Variè ab authoribus traditur, intus'ne ad pugnam Pompeius processerit, & trepidarit, an hortator prælij fuerit. Cæsar tradit eum magno animo suis certam uictoriam pollicitum. Plutarchus & Appia diu multumq; eum reluctatum, ne de summa rei decerneretur, quod Cæsar cunctando facilius uinci posset, nisi quis, uerbum timeret, referre uelit, ad Rom. uirtut. Henricus Glareanus: Si uera timeret, ambiguè dictum, inquit, sed talia non pauca sunt, in hoc poëta hemistichia subobscura, quale paulò antè in Cæsaris oratione, ubi de morte sibi inferenda. Fodientem uiscera cernet, inquit, Me mea, qui nondum uictum respexerit hostem. Quem locum tanquam nihil difficultates habentem pulchre transilit Sulpitius. Badius strenuè luctatur, ac duplicem expositionem exhibet, quibus lectis nihilominus hærebis, quum sensus simplex sit, prius se morituram, quàm uictori se dedat, ac fictum fateatur, quod postea Vticæ fecit Cato. Haud secus hoc loco. Si uera timeret. Vbi Sulpitius exponit, uocem Si. bifariam. semel per quamuis, iterum per, quia. Dubiũ hic sanè, quis sit nominatiuus ad uerbũ timeret. Badius supplet nominatiuũ Dux, & rationè subnectit, ne in senectute seruire cogatur. Fortasis aũt et Romana uirtus intelligi potest hoc sensu. Si timeret Romana uirtus uerè euẽturã seruitutẽ q̃ innuit Pompeius. Et fortè, Si, pro. Siquidem. Sed lector iudicet. Porrò, quod proximo inde uersu sequitur.*

Ergo utrinq; pari concurrunt agmina motu

Irarum. Post irarum distinguendum puto. Neque genitiuus, irarum, cum, motu, construendum, etiamsi Sulpitius, ac Badius aliter: tum etiam Aldinus codex.

Ergo utrinq;.] *Post longat ambages amplificationum accingitur ad descriptionem pugnæ Pharsalicæ. Sed antequam eò perueniat, digreditur rursum in deplorationem status Imp. Ro. artificio oratorio, ut omnia splẽdidius narrentur.*

Ergo utrinq; pari concurrunt agmina motu
Irarum, metus hos, regni spes excitat illos.
Hæ facient dextræ, quicquid non expleat ætas
Vlla, nec humanũ reparet genus omnibus annis,
Vt uacet à ferro: gentes Mars iste futuras
Obruet, & populos æui uenientis in orbem

Motu iratum.] *Sic distinguendũ esse censet Glareanus rectè, & sensus postulat. Agmina utriusq; Ducis concurrunt utriusq; pari motu. Subijcitur distributio motus, Metus casus excitabat Pompeianos, spes contrà victoriæ, Cæsarianos. Inuidiosè eam spem, regni, appellat suos more poëta, ut ubiq; Cæsari durior est, & infestior toto opere.* Metus hos.] *Pompeianos. Nam cùm barbaræ nationes trepidare uiderentur, Pompeius animare ad pugnam eos oratione aggressus fuit. Contrà, cùm iam pugna instaret, nunquam acrior antea, neque alacrior exercitus Cæsaris fuit, ut tradit Lucius Florus: adeo contemptui illis erat confusa illa omnium nationum colluuies exercitus Pompeiani.*

Hæ facient dextræ.] *Digressio poëtæ in deplorationem Imperij Rom. qua amplificat narrationem. Hoc prælio tot Romanorum millia casura sunt, inquit, totq; aliarum gentium, quot nulla posteritas poterit restituere.* Expleat.] *farciat, & restituat.* Vt uacet.] *Licet nullum etiam habeant bellum, & otium, ac pax sequatur, hoc prælium futuros alioqui posteros, qui ex his uiris iam iam casuris nascerentur, extinguet, efficietq;, ut non nascantur.*

Natale ferret.] *Ferre, tollere à rebus humanis, simplex pro composito, pro auferre. ut ex ijs nulli procreentur. Agmi uenientis, pro, temporis insequentis populos. Iam uerò, quod natale dixit, pro natali, ea ratione enunciatum, qua, Martiale, Iuuenale, & similia efferuntur in ablatiuo cùm propria sunt: cùm uerò adiectiua, id est, habent in casu auferendi, ad quod etiam Glareanus annotauit.* Erepto natale.] *ereptis natalibus: una hæc pugna sine procreatione liberorum, siue progenie tot populos obruet, ut si genus humanum extinctum esset, breui horum stirpe restitui posset.*

Tunc omne Latinum nomen.] *Qui fuerint Latini, superioris libris dictum est.* Strabo libro 4. *ἡ τῶν Λατίνων χώρα, inquit, μεταξὺ κεῖται, τῆσ τε ἀπὸ τῶν ὠστίων παραλίας, μέχρι πόλεως σινουέσσης, καὶ τῶν σαβίνων. τὰ δ' ὄπτια ἐπίνεμόν ἐστι ῥώμης, εἰς ἃ τὸ τίβερις ἐκδιδώσιν, ἐντέτνεται δ' ὑπὸ αὐτῶν, μέχρι καμπανίας, καὶ σαυνιτῶν.* hoc est. *Latinorum regio sita est, inter maritimum tractum Ostiorum, & Sinuessam, & Sabinen. Porrò Ostia, urbis Romæ statio est, & nauale, in quæ Tibris effunditur. In latum porrigitur usque ad Campaniam, & Samnites. Latini à Latio, non à Latino Aborigimum rege nuncupatos, & Latini, & Græci fermè omnes scriptores tradunt Itaq; hoc prælio ea gente prope deleta, posteri, ad quos Latinorum nomen peruenturum est, prorsus non credent Latinos fuisse, aut certè tam extitisse populosam gentem.*

Gabij.] *Vrbs Latij. 10. stadia ab Roma distabat, ea uia, qua Prenestè itur: ab Albanis in Latio condita, ut plærag; alia oppida, quondam Sext. Tarquinij regno (ut sic dicam) & scelere nobilitata. Alij à Galato, & Bio fratribus Siculis conditũ fuisse authores sunt, & in Volscis esse.* Veiosq;.] *Veij in Thuscia fuerũt non procul à Fidenatibus, Tiberi tantum discreti, populus quondam opibus florens, & qui diu Romana ab initio urbis conditæ, arma exercuit. Post eladem Allianam Veios reliquiæ, Romanorum pertenderant: diu in urbe consultatio tum tenebat, de migrando communiter Veios.* Coramq;.] *Plinius Coram collocat circa Castrimonienses, & Coranos à Dardano ortos scribit. Catylus Amphiarij filius, post interitum patris ad Thebas oraculi iussu cum suorum cœtu, & sacris in Italiam missus fuit, atque ibi tres filios procreauit, Coracem, Tiburtum, & Catylum, quem plures Catillum uocant. Hi expulsis haud procul ab Roma ex oppido ueteribus Sicanis nomine mutato: illud de nomine fratrũ maximi, Tiburtum appellarunt. Sunt qui tradant singulos fratres singula oppida condidisse, Tiburum, Tibur, Catilum in monte Catilo, & Coram, à Corace in Volscis, haud procul à Velitris ut nonnulli produnt.*

Ruinæ.] *à signa extinctæ gentis, & prælio Pharsalico deletæ.* Albanosq; lares.] *Albam urbem exporrectam in dorso montis Longam cognomento dictam, conditam ab Ascanio filio Aeneæ, ab omne albæ scrophæ iuxta oraculi fidẽ eo in loco inuentæ cum triginta succulis. Hanc Longam Albam Tullus Hostilius, Tertius regum Rom. funditus euertit.*

Laurentum.] *in Latio urbs fuit, prope Lauinium, Laurolauinio proxima, à qua Laurentes appellati fuerunt. Lauretum enim à lauro uocatur, locus in monte Auentino, ubi Lauri sylua fuit. A Laurento, Laurentes populi, & Laurentia Faustuli pastoris uxor, Romuli & Remi nutrix. Penates Laurentinos, ipsum Laurentum, uix ruinæ poterunt monstrare.*

Rus uacuum.] *Omnia hac deleta oppida nunc rus solitarium, quod nullus Senator habitet, nisi nocte coactus, & inuitus, qui quæratur apud se ita iussisse Numã secundum Romanorum regem.* Nocte coacta.] *Hy. Callage, coactus qua ipse cogitur, ait Sulpitius rectè, ad sacra, quæ illic fiunt Ioui Albano in Latinis feriis ex uetere Numæ Pompilij instituto. Cæterum Latinæ feriæ orant conceptiuæ, ut ipsi uocabãt, quæ singulis annis à magistratibus in dies, uel certos, uel incertos concipiebantur, quibus pro communi salute totius Latij, Ioui Latiali in monte Albano sacra fiebant, idq; à præfecto urbis Latinarum feriarum causſa creato. In his feriis populis Latinis carnes diuidebantur ex præscripto uetusti fœderis, inter Romanos, & Latinos percussi, Sp. Cassio, & Postumo Cominio Conss. Et ne huius fœderis leges unquam intercidirent, Romæ in tabula ænea incisæ fuerunt.*

Non ætas hęc carpsit.] *Harum urbium, & oppidorum ruinas, licet cultores ferro, & incendio intercidirint, nulla ætas contexit, nullum tempus consumpsit, nec diminuit, sed adhuc extant, ut monumenta, & uestigia collapsarum urbium putria. Itaque, monumenta putria, regitur à uerbo carpsit, per epexegesin.*

Destituit.] *hoc est, sed destituit. Multæ significationis uerbum est. Significat relinquo, & desero in periculo;*

A riculo item priuare, dissoluere, & statuere. Crimen ciuile.] Digladiantur hoc loco interpretes. Quidã crimen ciuile nominandi casum esse contendunt, & referri ad uerbum, destituit: ut sit sensus: crimen ciuile in causa est, cur uidemus tot putria monumenta collapsarum urbiũ, quæ nulla ætas diminuit. Alij ad rò, tot uacuas urbes: ut adhunc modum exponatur: Videmus tot urbes uacuas esse crimen ciuile. Generis quo.] Exclamatio in deploratos mores hominum, quorum amentia, & audacia res Romanæ eò redactæ fuerunt.. Muros.] Amplificatio calamitatis, & cladis. Muris.] urbes. & oppida. pars pro tota.

Vrbs nos una.] A' loco, cum tot oppida, tot arces subuersæ iacerant, & nihil præter rumas, quæ monumenta sunt tantum, & uestigia, eorum quæ fuerunt, una Roma nos capit, & muris satis complectitur.

Vrbs nos una capit, a uincto fossore coluntur
Hesperiæ segetes, stat tectis putris aruis
In nullos ruituram b domus nulloq; frequentem
Ciue suo Roma, sed mundi fece repletam,
Cladis eo dedimus, ne tanto in c tempore bellũ
Iam posset Ciuile geri, Pharsalia tanti
Causa mali. d cedant e feralia nomina Cannæ,
Et damnata diu Romanis Allia fastis.
Tempora signauit leuiorum Romam malorum:
Hunc uoluit nescire diem. proh f tristia fata
Aëra pestiferum tractu, morbosq; fluentes
Insanamq; famem, permissasq; ignibus urbes,
Mœniaq; in præceps laturos plena g tremores,
Hi possent explere uiri, quos undiq; traxit
In miseram fortuna necem, dum munera h lõgi
Explicat eripiens læui, populosq; Ducesq;
Constituit campis, per quos tibi Roma ruenti
Ostendat, i quàm magna cadas, quæ k latius orbẽ
Possedit, citius per prospera fata cucurrit.

Vincto fossore.] Agri à seruitijs colũtur. Quod fossorem uinctum dicit, seruorum habitum arguit, qui cathenis constricti incidерent Horum Laboribus. ciues, inquit, aluntur, per hos colũtur agelli. Legitur in peruetustis exemplaribus, iuncto fossore colũtur, ut dicat, à colonis urbi propinquis agros, non à ciuibus coli. Numerum singularem usurpauit pro plurali. Hesperiæ segetes.] pro continente contentum, metonymia. agri fertiles Italici, antonomasia.

Domus nulloq;] Rectius, quam domos. Ostendit urbem raris habitari ciuibus, atque infrequentem esse: domos cultorum uacuas, iam minari rumas, agere rimas frontispicia. Et quos nemo habitet earum tecta putria uetustate collabi. Domus, singularis numerus pro plurali. Si ruituræ, sint nullos oppressuræ, non ergo habitabuntur. Nulloq; frequentem.] Fusioribus uerbis describit infrequentem urbem, quam dicit adeo ciuibus exhaustam inter se Ciuile bellum non possint gerere, nisi exteris populis, quorum fece urbs referta est, adiuuentur.

Fece.] Metaphoricè, abiectissimo hominum genere, & sceleratorum sentina. Porrò quot, quibusq; cladibus populus Romanus, & quibus bellis fuerit afflictus, longum nimis esset hic recensere.

Pharsalia.] Clades hæc futura ad Pharsalum, causa est, ne posset Ciuile bellum amplius geri, quod ea innumerabiles ciues ceciderint, ut Cannensis, ut Alliana cædes, cum hac nõ sint cõferendæ: amplificatio instantis cladis. Tanto tempore.] A' pugna Pharsalica, ad nostrã usque tempestatem. quamuis triumuirale bellum non pauca hominum millia absumpsit. Cæterum, quamõ Ciuilibus bellis Pop. Romanus iacturam fecerit, ex censu, post hoc bellum habito, pulchrè potuit intelligi. multitudine ciuium dimidio minore quàm antea reperta. Vltimum lustrum conditum inuenio apud L. Florum, abbreuiatorem Liuij, ante prius bellũ ciuile quo tempore Gracchus Tyberij frater, Trib. Pleb. pernicioſas leges tulit, & inter eas frumentariam, ut frumentum semisse, & triente plebi daretur. In hoc lustro, censa fuerunt ciuium capita, CCC. XC. millia. DCC. XXXVI. Proinde iusta poëtæ deploratio est, & querela pathetica de diminuto ciuium numero, et urbe uacua ciuibus, ut post hoc bellũ, nullum Ciuile amplius gerí potuerit.

Cedant feralia nomina Cannę.] Apposito, à maiori ad minus, quasi Cannensis clades nulla fuerit, collocata cum Pharsalica. In illa, ciues cũ externo hoste dimicarunt: in hac, ciues cum ciuibus. Deinde quasi hic plures in prelio ceciderint, quàm in Cannensi. ciues.

a al. iuncto.
b al. domos.
c al. uet. cod. legit corpori
d al. cedent.
e uetus cod. uulnera habet.
f uetus cod. quo tristia fata.
g al. timores.
h al. longe.
i al Ostendit.
k al. quo latius

Feralia.] Tristia & Funesta Romanis, quod in his locis, magna clade, à Pœnis, & Gallis uicti fuerunt.

Cannæ.] Apuliæ uicus, clade memorabili Ro nobilitate. Hic Annibal castra sua posuit, & Consules Romani Varro, & Aemilius bina castra fecerunt: munora altera trans Aufidum amnem, in quibus erat Seruilius cum parte copiarum. Aufidus amnis ut est omnium fluuiorum Apœninum montem diuidit, ortus in ijs iugis, quæ ad mare inferum spectant, per Apuliam in superum deuoluitur. Consules cum robore copiarũ in maioribus castris erant, quorum altero Aemylio Cæso, passim fuga facta fuit. Septem millia in munora castra euaserũt, decẽ in maiora: duo millia uicum Cannas perfugerunt: extemplo à Carthalone circumuenti, in hostium potestatem uenerunt. Alter Consulum cum 50. equitibus Venusiam profugit. Cæterum cæsorum numerus traditur ingens, Quadraginta millia peditũ: duo millia, & 700. equites cæsi: pars propè numero ciuiũ, & sociorũ: & præter alterum Cons. duo quæstores. Vnus, & 20. Tribuni militum Consulares, Prætorij, Aedilitij quidam: & in his Cn. Seruilius prioris anni Consul, & Atilius, qui cum Seruilio Cõsul fuerat Polybio Peripatetico & Minutius, qui sub Fabio equitũ magisterium gesserat 80. Senatores, aut qui tali honore functi fuissent, ut merito in Senatum legerentur. Tria millia in acie capta peditũ: equites 300. Ad 5. M. hostium, & sexcentos perierunt. Modij duo annulorũ Carthaginẽ missi sunt, qui cladem equestrium, & nobilium testati fuerunt. Incidit hæc clades in annum quadragesimũ, ac quingentesimum urbis conditæ. Allia.] Labitur Allia fluuius ex Crustuminijs montibus, nec multo pòst infra uiam Tyberi miscetur, quadragesimo ab urbe lapide. Ab Allia, Allienſis dies dictus est, tanquã infaustus. Galli, duce Brenno, ob cõtumeliam per Fabios iuris uiolatores acceptum bellũ Pop. Ro. pararunt. Romæ duces belli cõtra Gallos, tres Fabij consulari po-

sulari potestate creati fuerunt: & cum Fabij tribuni Q. Sulpitius Longus, & P. Seruilius Maluginensis. Sed tanta erat hostium celeritas procedendi ad urbem, ut uix ad undecimum lapidē illis obuiā Romani potuerint. Quadraginta armatorum millia fuisse dicuntur. Hic Tribuni cum tumultuario exercitu profecti, hostem omnia circa Alliam latè uastantem offenderunt. Ibi castris loco nondum capto acies Tr. instruxerunt, cornibus latius, quàm oportuit, extensis. Brennus multitudine, & hominū ferocia facilè Romanis præstabat. Hic pauor, & fugæ metus animos Romanorum occuparat. Hi primum præsidiarios Gallorum inuaserunt: quibus fugatis, circa tumulum, ubi robur exercitus stabat, aliquandiu hæsit dubia pugna. Mox dextrum cornu in fugam actum, ac per deuios montes Romam abijt. Qui uerò in sinistro stabāt. Barbaris irruentibus in Tybrim compulsi fuerūt, magna parte in ripa cæsa. Multi temerè flumen ingressi, ut erant armis impediti, uorticibus absorpti fuerunt. Plures natandi periti Veios pertenderunt. Plutarchus tertio à pugna die Barbaros Romam contendisse scribit: Liuius uerò, eo ipso statim die. Diem ad decimum quintum Calendas Sextiles insignem duplici clade, & quod ad Cremeram olim Fabij cæsi essent: & ad Alliam fluuium, cum exitio urbis, cum Gallis infœliciter dimicatum, atrum, & infaustum habendum censuēre, uocaruntq; Alliensem. Decretum simul fuit, ne eo die quid publicè priuatim'ue ageretur. Et quia Sulpitius Tribunus postridie Idus Quintiles non litasset, placuit postridianos diceret, qui Calendas Idus, & Nonas sequerentur, pari ratione atros haberi.

Romanis Fastis.] Fasti dies erant, in quibus citra piaculum prætoribus licebat dicere tria uerba, do, dico, & addico. Et nefasti rursum, quibus non licebat.

Ouid Fastorum primo.

„ Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur.
„ Fastus erit, per quem, lege licebit agi.

Iam uerò Fasti libri etiam erant, in quibus totius anni res populi Romani conscriptæ erant, & festorum causse explicabantur, quales sunt libri Fastor. Ouidij sex In eadem significatione dicitur etiam quarta inflexione, fastus, us, ui, ut apud Lucanum libro decimo.

„ Nec meus Eudoxi uincetur Fastibus annus.

Ante tempora Appij cæci apud Rom. Fastos non habebant: & pauci admodum norant, lege agi, nec'ne posset, donec Flauius scriba Flauij compilatis patroni sui scriniis, Fastos populo publicè proposuit: id quod adeo gratum Populo Romano extitit, ut illum primum Trib. Pl. deinde etiam Aedilem Curulem designarint. Libet hoc loco aliqua adscribere, quæ de faustis, & infaustis diebus à nonnullis prodita sunt. Heraclitus Hesiodum perstringere solebat, quod dierum alios faustos, alios infames dicere, ac ponere auderet, quasi uerò non omnū eadem esset, & ratio, & natura. sed casu potius factum fuit, quod interuallo annorum, tum ad Leuctras, tum ad Gerastum, eodem die mensis Hecatonei, duæ clarissimæ uictoriæ illis fuerint partæ, quā Græciæ libertatem attulerunt. Vno, eodemq; die ad Micalen, & Plateas. Persæ sunt à Græcis superati. Septimo mensis Vedromionis die: Thargilionis, regis Duces in Cranico, & Thimeles on Corinthius in Sicilia Carthaginenses uicit. Hi Mensses Græcis fœlices fuerunt. Contrà Metagemnion, infœlix: cuius septimo die ad Cranonem Græci cæsi fuerunt: & longè pòst, eadem die à Philippo ad Cheronam uicti ceciderunt. Talia casu, non autem dierum natura acciderunt, quod contrarijs exemplis facile conuincitur. Etenim eodem die, quo Romanus exercitus Cepionis ductu à Cimbris deletus fuit, annorum aliquot interuallo, Tigranes, & Armenij magno prælio à Lucullo uicti, cæsiq; fuerunt. Attalus rex, & Pompeius Magnus, natali suo periêre, id quod aliquot antè annis cuidam meorum auditorum, docto quodam homini quoque accidit. Atque hinc apparet, rectè Græco carmine prodituin esse. Ipsa dies aliquando parens, aliquando nouerca est. Id est, idem luctum adfert, & lætitiam: idem, uitam, & interitum. Tempora sig.lc.] Quasi clades Cannensis, & Allienſis in libris Pastorum signatæ leues sint præ Pharsalica, quæ iam imminet.

Hunc uoluit.] Noluit posteros hunc diem scire, & B ob id non signauit in suis fastis

Proh tristia fa.] Ab exclamatione in ingentem cladem futuram, quàm dicit tantum fore, ut qui faticinetur, ut ijs uiris, qui in ea perituri sunt, urbes uacuæ effectæ, peste, morbis contagiosis, fame, incendio, terræ motibus, rursum impleri possent. Morbos fluentes.] contagiosos, qui urbes & uicos exhauriunt,

Mœnia plena.] continens pro contento: siue pars pro toto. Terræ motus dicit. Vt hoc pacto digeratur ordo. Explere tremores laturos mœnia urbium in præceps, id quod aliquando accidit.

Quos undiq;.] Ciues, & populos, quos una hac clade protriuit Fortuna. Dum munera.] Glareanus & dura compositio est, inquit, & uerbum explicat uariè expositum. Sulpitius, explicat, inquit, in pugna extendit. Badius autem, Dum ipsa fortuna explicat: id est, detegit se, qualis esset: nam prius uisa est fauorabilis, Eripiens scilicet, Romæ, munera longi aui: id est, quicquid per tot sæcula contulerat, una hora auferens. Hæc Badius, cuius ordo placet. Sed quod de singulis pereuntibus poëta refert, id illum de Roma intelligere, non sanè placet. Hæc Glareanus. Hoc igitur prælio Fortuna tot sæculorum munera, uictorias, & triumphos Romano imperio rursum eripuit.

Populosq; Duces q;.] Polysyndeton. Tot diuersarum nationum populos, tot dinastas, tot reges, ut suprà memoratum est, constituit in acie. Et quia hi Imperio parebant toto orbe, ubi cæsi essent in prælio, poterat Roma uidere, quas habuerat uires, & quàm magnas amiserit.

Quò latius orbem.] Si legas quæ subauditur, Roma. Nunquam antea Imperium uel latius, uel amplius patuerat, quàm tum temporis. Et quò maius erat, eò citius uno prælio euersum fuit. Citius diuersis bellis autem fuerat, cum semper fœliciter, ac prosperè pugnaretur.

Omne tibi bellum.] Ratio quî citius per prospera fata cucurrerit res Roma- Omne tibi a bellū gentes dedit omnibus annis,
Te geminum Titan procedere uidit in axem,
Haud multum terræ spacium restabat Eoæ,
Vt tibi nox, tibi tota dies, tibi curreret æther,

na, singulis propè annis alias post alias gentes bella Imperio adiecerunt, quat Pharsalicum

a al. armis.

Omniaq; errantes stellæ Romana uiderent,
Sed retro tua fata tulit: par omnibus annis
Emathiæ funesta dies. hac luce cruenta
Effectum, ut Latios non horreat India fasces,
Necuetitos errare a Dacas in mœnia ducat,
Sarmaticumq; premat succinctus Cõsul aratrum.
Quod semper læuas debet tibi Parthia pœnas,
Quod fugiens Ciuile nefas, reditura'q; nunquam
Libertas, ultra Tigrim, Rhenumq; recessit,
Ac toties b nobis iugulo quæsita c negatur,
Germanum, Scythicumq; bonũ, nec respicit ultra
Ausoniam, uellem populis incognita nostris
Vulturis, ut primum læuo fundata uolatu
Romulus infami compleuit mœnia luco
Vsque ad Thessalicas seruisses Roma ruinas.

a al. Sacas. Daas. Dahas.

b al. iugulo uobis.

c al. uagatur.

A lium prælium unum subuertit.

Te geminum Titan.] Particulatim diuidit orbem, ut subijciat imperij Rom. amplitudinem, ut inde eius uires, & potentia colligatur. Sol uidit arma Rom. ad Aquilonem, & in meridiem usque propagata: in ortum ad Indiã proprè, & ad Occasum, ad insulas fere Fortunatas. Geminum axem, polum Arcticum ad Septentrionem, ubi Britannia est, & paulò propior Germania, ac Gallia. Alterum axem, polum Antarcticũ, qui meridionalis, depressus sub terra est. Africam arguit. Imperio Rom. paruisse. Haud multũ

B terræ Eoæ.] Orientalis in Africa, ad Parthos usq;, quos Cæsar paulò pòst uicit. Hic Crassi paulò antè, cùm in eos arma mouissent, infœliciter perierunt. Eoc.] Orientalis. cuius uocis prima syllaba modò producitur, modò corripitur. Vergil. lib. 1. Aeneid.

» Eoasq; acies, & nigri Memnonis arma.

Prima longa ἠὼς. Latinè aurora: inde ἠῶος, eous, Orientalis. Nonnunquam per ι scribitur ἰῶος, ac tum primam syllabam corripit, ut hoc loco, & apud diuersos poëtas. Vergil. 2. Aeneid.

» Confligunt Zephyrusq; Notusq; & lætus Eois
» Eurus equis. —— Lucanus lib. 8.
» Aut Arabum portus mercis mutator Eoæ.
Ouid. 2. Amorum.
» Gallus & Hesperijs, & Gallus notus Eois.
» Eois unus equorum Solis. Ouid. 2. Metamor.
» Interea uolucres Pyrois, Eois, & Aethon
» Solis equi, quartusq; Phlegon hinnitibus auras
» Flammiferis implent. ——

Haud multum terræ.] haud multum terræ ad ortũ supererat debellandum. Loquitur de Parthis, quos Cæsar statim uicit. Quin & Indi postea per Legatos Ro-

C mam missos, Augusti amicitiam petiuerunt. Vt tibi nox.] Glareanus diligentius hos uersus excutit, quàm alij interpretes. Vterq;, inquit, & Sulpitius, & Badius exponit, Nox, id est occidens, tota dies, id est, totus Oriens. Simplicius erat, Nox & dies absq; ulla expositione accipere. Dies enim, & nox unà cum æthere currunt. Orient, & Occidens non currunt: nihilo minus Orient, & Occidens intelliguntur. Sic Glareanus, Errantes stellæ] quas Planetas Græci ab errore appellant. πλανᾶσθαι, erro. Sunt septem corpora cœlestia, quæ motu mundo contrario uoluuntur, præter motum primi mobilis, quo ab Ortu in Occasum rapiuntur. Habent planè contrarium mundo conuersionem. A motu aliorum siderum aberrare uidentur. Atq; hæ stellæ, præserquam quod erraticæ, & errantes Latinè dicuntur, Nigidius etiam errones appellant. A summo ad infimum ita collocantur. Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. Quæ quia minimum orbem tenet, breuissimo tẽpore, hoc est, uiceDenis, & septenis diebus, & octonis horis orbẽ suũ permeat. Quantum regnorum toto orbe erat Romano Imp. parebat, quocunq; planetæ se uerterent, omnia uidebant subiecta Romanis. Sed retro tua fata.] At nunc, inquit, hic dies pugnæ Pharsalicæ, fœlicem illum, & secundũ cursum subuertit una clade. Par omnib. annis.] Non fortunæ fauentis cursu, neq; trophæis, sed contrà, rebus aduersit. Quãtum populorum, quantum regum tot exacti annis ab urbe condita Populo Rom. dederunt, quantum terrarum tot bellis, & prælijs acquisiuere, tantum una dies amisit. Funesta dies.] qua innumera funera attulit Romanis. Emathiæ dies, qua pugna Pharsalica cõmissa est. Principio operis dictum est, Emathiam Thraciæ finitimam, postea Macedoniã appellatam fuisse, ut Stephano, Plinio, ac Suidæ placet, à fratre Memnonis Emathione. Ambo Tithoni, & Auroræ filij fuisse traduntur. At poëtæ usurpant pro Thessalia nonnunquam, ob uicinitatem regiones confundentes: Sic Emathios campos, Thessalicos Lucanus & Vergilius Georg. primo uocauit.

Latios fasces.] Romanam potentiam signum pro signato. Penes Consules Ro. fasces erant, & secures. Paulò antè dixi Indos per legatos, quos Romam mittebant, ab Augusto pacem, & amicitiam petiuisse. Horrebant igitur, inquit Glareanus, Romanum imperium. Dacas.] Ita & uetustissima leguntur exemplaria. Daciam Scythiã Europæam uocant, & Thraciæ partem, aut certè finitimam. A Septentrione Carpatho monte, à Sarmatia diuiditur: ad Occasum Tibisco flumine ab Iazygibus Metanastis: ad Meridiem, ad Ortum, usque ad Danubium excurrit. A Dacia, populus Daci dicuntur. Fuit aliquãdo, cum Dani, Strab. lib. 7. Vnde in Comœdias Danorum, & Getarum nomina uenerunt. Dacia, hodie Valachia dicitur. Diuiditur in Trãsyluaniam, Zipserlandiam, Rasciã, Seruiam, Septem Castra, & Bulgariam, gens semper Romano Imperio rebellis tanta belli gloria quondam clara, ut Romani illis annua tributa penderent. Vires gentis Traianus, capto Decibulo eorum rege, fregit. Glareanus Daas hoc loco legendum censet, & rectè. priori syllaba breui, quæ in Dacus producitur. A Dacia enim Dacus deducitur, nõ Daca. Dahæ ultra Scythas populi sunt, ut multi alij, quos uniuersos Persæ Sacas uocant, à proxima gente, antiqui Arameos. Multitudo populorum innumera, & quæ cũ Parthis exæquo degat. Celeberrimi eorũ, ait Plinius, Sacæ, Massagetæ, Dahæ, Essedones, &c. Errare.] ne amplius incertis sedibus uagentur, ut solent Nomades, & Hamaxobitæ, qui plaustris rebus, uxoribus, & liberis impositis, ibi quotidie figebant sedes, ubi nox, & Sol occiduus eos oppressit. Quære addit, in mœnia: hoc est, oppida, & urbes ducat, ne magis incertis sedibus errẽt uagi. Nominatiuus uerbi ducat, ponitur in uersu sequẽti: Cõsul. Sarmaticumq; aratrum.] Aratro designet urbib. locum, quas habitent. Solent enim in condendis urbibus, aratro subiunctis uacca & tauro, sulcũ facere, in quo mœnia ponerentur, atq; ubi ad ea loca uentũ esset, in quibus

portæ extruerentur, per quas in urbẽ introitus esset, portabatur aratrũ, unde portæ loco nomen datũ fuit, Cæs. lib. 6. bel. Gal. Capit arma à proximis, atq; in porta consistit. Et lib. 8 Nihil relinquebatur, quod ornatũ portarum, itinerum, locorum omnium quà Cæsar iturus erat, excogitari posset. Succinctus Cons.] Ab habitu ducẽtis aratrum Consulis, in designandis mœnibus sulco. Sarmaticumq;.] Suprà docuimus duplicem esse Sarmatiam: Asiaticam, quã trans Tanaim, & Mæoticam paludẽ extendit in ortum: & alteram Europæã, cuius termini à Meridie Danubius: à Septentrione Oceanus: ab Ortu Tanais Mæotis, Põtus: ab Occasu Germania. Sunt tamen, qui Iazyges, & Dacos separant. De Sarmatiæ populis suprà copiosè disseruimus. Parthia] Debet Pop. Rom. pœnas. propter cæsos Crassos, & Legiones: quodq; Romanorum signa abstulerũt, quæ tamen postea Cæsari restituerunt. De Parthia alibi dictũ est. Libertas.] Hac pugna Pharsalica etiam effectum est, ut libertas amissa nunquã sit reditura, ubi semel ultra Tigrim, & Rhenum recesserit, hoc est, quàm remotissimè ab urbe Roma, De Tigri Armeniæ, & Rheno Germaniæ flumine suprà abundè dictum est.

Iugulo quæsita.] Morte quæsita à nobis Romanis, & periculo mortis, dũ Tyrannos sustollere studemus, semper elabitur libertas, dum insidiæ infœliciter cedunt. Germanum, Scy.] qua libertate suaui Germani gaudent, & Scythæ, alibi ostendimus, trans Rhenum in Ortũ Solis, & latus Germaniæ in Septentrionem conuersum, longè, latéq; extendi, terrarum uirorum, & populorum diuitem, & frequentem, Termini eius ueteres sunt, ab occasu Rhenus, à Meridie Danubius. Sed satius est hoc loco in totũ de Germania silere, quàm pauca dicere De Scythia diuersis locis nobis habitus est sermo. Scythia Septentrionalis regio est, à Scytha Herculis filio ita appellata. Ita diuiditur, à Tanai fluuio pars una remanet in Europa, altera in Asiam euagatur, ad Indiam ferè usque. Scythia Europæa, ad Thraciam usque extenditur. In ea solum est aurum producens.

Nec respicit ultra Ausoniam.] Infectatur liberè, & acerbè tyrannidem Cæsarum, & nullius magis, quàm Neronis, qui præter oppressam libertatem omnia sceleribus implebat. Ab hoc Lucanus interfectus fuit, inter coniuratos deprehensus. Ausoniam.] Italiã, & in primis Romam. Ausoniam. Antonomasia, ab Ausone Vlyssis & Calypsus filio, ea pars Italiæ quondam propriè dicta, in qua Beneuentum est, & Cales. Creditur ille Auruncam condidisse. Atq; hæc regio propriè Ausonia dicta fuit: & incolæ, Ausones, Ausonij. Postea tota Italia sic appellari cœpta est. Vellem.] Libertatis dulcedine semel gustata, nihil mortalibus grauius est, & durius seruitute, Quare rectè à quodam dictum fuit: quem Iuppiter odit, seruum fecit. Omnes liberi nascuntur, & natura libertati studemus, etiam qui fortunæ iniuria uel serui nascimur, uel in seruitutem captiui incidimus. Si libertas est (à qua etiam liberi uocantur, inquit Imperator) naturalis facultas eius quod cuiq; facere libet, nisi quod ui, aut iure prohibeatur, ἐλευθερία ἐστὶν, ἐξουσία ποιεῖν ἑκάστῳ συγχωρῆσαι πρᾶττειν, ἃ βούλεται, εἰ μὴ νόμῳ, ἢ βίᾳ κωλύοιτο, ergo naturæ repugnat seruitus, & longè grauissimum onus est ijs, qui ex libertate in seruitutem prolabuntur.

Vellem pop.] Optat patheticè Romanos ab urbe condita à Romulo, à quo aperuerat uicinis populis asylum, usque ad cladem Pharsalicam in seruitute uixisse, ne libertatis dulcedinem gustassent unquã. Vulcanis.] Etenim condita urbe certamen statim inter fratres ortũ fuit, uter urbi nouæ nomen daret. Eo demum decursum est, ut rem omnem materno auo permitterent. Is author ambobus fuit, ut Deos consulerẽt, ut uterq; iret, & suo templo sedens, captarent auguria, atq; utri meliores aues apparuissent, is caperet locum, & nomen urbi inderet. Romulus palatium, Remus Auentinum occupauit: alij Remo præpeti uolatu, sese obtulerunt. Quibus lætus ille Romulo statim iussit augurium suum nunciari, eumq; ad se uenire. Sed dum res ad eum perfertur, 12. illi uultures occurrunt. Lęuo uolatu.] Sinistro, & proinde infœlici. Nam illa prima cædis fraternæ caussa extitit. Infami luco.] Romulus ueterem conditorum urbium morem secutus, ut ciuitatem uiris impleret: Asylum aperuit inter arcem, & Capitolium, luco umbranti, (loco Inter montio nomen fuit) Huc serui, & qui domesticis iudicijs erant obnoxij, uelut ad unicum libertatis, & uitæ portum, certumq; profugium, ex circumiacentibus urbibus, migrabant: qui benignè accepti, & ad urbem communiter habitandam ommnibus officijs inuitati, & frequentiorem reddebant indies ciuitatem.

Seruisse Romam.] Auersio. Videtur aliquid tædium hoc loco læuaturum, si multiplicem opinionem de Romæ urbis nomine, & ratione, hic adscribam. Græci scriptores in dubium trahunt, unde Roma sit dicta: tum autem, quo tempore, & author sit condita, bis per omnia à Latinis uariant. Cephalon Gergethius uetustissimus author est, Secunda ætate post Ilium captum Romam conditam: & à Remo Aeneæ filio ei nomen inditum. Idem & Agathillus, & Demagoras (ut prodidit Dionysius) scripserunt. Damastes Ligeus, & alij nonnulli autumant, Aeneam ex Molosside in Italiam profectum, haud multò pòst Vlyssis in eandem terram aduentum, urbem ab eo conditam fuisse, & principis iussu, Romam appellatam, & quidem ab una Iliadum: cuius sensu Romanæ mulieres, longioris erroris tædio, classem incenderint. Aristoteles arbitratus fuit, non Aeneam, ac Troianos ibi eam classis iacturã fecisse, sed Græcos, qui post excisum Ilium, in eam Opicæ terræ partẽ fuissent delati ea tempestate, quum plures ex Phrygia in nauibus fœminas captiuas eò aduexissent: quæ ueritæ, ne si in Græciam uenissent, pellicatus suspicione inclementius à uictorũ uxoribus uexarentur, naues concremarint. Inde cum uiri necessitati compulsi urbem sibi condidisseut, eam de nomine unius, quæ facinoris author fuisse credebatur, nuncuparint. Rursus Gallias Agathoclis Tyranni rerum gestarum scriptor, Troadum unam in comitatu Aeneæ regi Latino nupsisse prodidit: ipsum duos ex ea filios procreasse, Remum, & Romulum, qui urbem à se conditam, de nomine matris dixerint. Xenagoras, & ipse historiarũ scriptor, ex Vlysse, & Circe ait, tres liberos progenitos: Romulum, Antium, & Ardeam: quorum singuli urbes in Latio conditas de suis nominibus appellarint. At Dionysius Chalcidensis, id nomen à Romo urbi inditum affirmauit quidem, sed eo, qui ex Ascanio prognatus fuit: uel ut alij, Ematione: rursum, ut nonnulli, Italo, cui Leuctra Latino prognata nupserit. Fuit alia opinio de ea re, Romulum, & Remum Aeneæ filios, post eius interitum, Romam, & Capuam condidisse. Liuius uerò, & omnes Latini scriptores testantur

testantur à Romulo, & Remo Iliæ liberis urbem conditam, & nomen accepisse. Atque hæc satis de urbis Romæ conditione. Vnde constat, quàm uaria sit opinio de conditore, & uetustate urbis.

Infami luco.] Compleuit urbem infami Asylo. Ostendi paulo antè Romulum inter arcem, & Capitolium, inter duo querceta umbranti luco hoc Asylum constituerat, ut seruis, obæratis, exulibus, & infamibus aliquo secelere eò tutum refugium esset, ἄσυλον Græcè, hoc est, asylum, locus est, aut templum religione sacrum, & inuiolabile, legibus consecrationis inuiolatum, unde nefas erat, quenquam extrahere, qui eò confugisset. Liuius libro octauo, Decadis tertiæ author est, templum Apollinis Delij Asylum fuisse. In summa omnia templa sacra à Græcis asyla nuncupata sunt. Tradunt, Athenienses omnium primos Asylum extruxisse, ad quod exemplum Romulus postea, condita urbe, alterum aperuit, inter Capitolium, & Palatium, in sacro luco, à quo Luceres dicti fuêre. Asylum ἀπὸ τῦ συλάω, prædor, & spolio: ὃ παρὰ τὸ συράω, siue σύρω traho, ἄσυλον exponunt. Est enim à particula priuatiua. Iulius Pollux περὶ τῦ ἀσύλου τόπου. εἰ δὲ καὶ ἄσυλόν τι εἴη, τῦτο δὴ καὶ ἀφυσφάγετον λέγε, καὶ φεύξιμον, καὶ ἱερὸν ἅπας. Suidas. ἄσυλον, ἱερὸν τὸ τίμιον, καὶ τυφλὸν τὸν εἰσέτας. καὶ ἀσυλίαν τὸ φρᾶγμα. Vergilius Aeneid. 2.

Et iam portibus uacuis, Iunonis Asylo “
Custodes lecti Phœnix, & dirus Vlysses “
Prædam asseruabant.—— “

Seruisses.] syncope, pro, seruiuisses. Thessali ruinas.] cladem Pharsalicam.

De Brutis fortuna.] Dilatat amplius narrationem à iusta querela de Brutis, quorum primus Iunius Brutus Romam à regum tyrannide liberauit, alter inter cõiuratos fuit, qui Cæsarem interfecerunt. Si Iunius Brutus patriam sub seruitute regum reliquisset, populo Romano Cæsarum tyrannis grauis, quippe qui temporum diuturnitatẽ ad eam occeluiisset, quibus nunc propter libertatem nuper amissam odiosa ad dura esset.

De Brutis Fortuna quæror, a quod tẽpora legum
Egimus, aut annos à Consule nomen b habentes:
Fœlices Arabes, Medíq; Eoaq; tellus,
Quam sub perpetuis tenuerunt fata tyrannis,
Ex populis, q regna ferũt, sors ultima nostra c est.
Quos seruire pudet, sunt nobis nulla profecto
Numina, cùm cæco rapiantur secula d casu.
Mentimur regnare louem. spectabit ab alto
Aethere Thessalicas, teneat cum fulmina cædes?
Scilicet ipse petet Pholoen? petat ignibus Oeten?
Immeritæq; nenius Rhodopes, pinusq; minãteis?
Cassius hoc potius feriat caput, astra Thyestæ
Intulit, & subitis damnauit noctibus Argos,
Tot similes fratrum gladios, patrumq; gerenti
Thessaliæ dabit ille diem? mortalia nulli
Sunt curata Deo. cladis tamen huius habemus
Vindictam, quantam terris dare numina fas est,
Bella pares superis facient ciuilia Diuos,
Fulminibus manes, f radijsq; ornabit, & astris,
Inq; Deũm templis iurabit Roma per umbras.

a al. quid.
b al. habẽtes?
c al. deest, est.
d al. fato.
e al. abstulit.
al. impulit in cod. uetustis.
f al. radijs.

Quid tempora legum.] Quid nunc posteros iuuat, maiores suos, sub legibus, quas ipsi condiderunt, summa æquitate uixisse: ijsque Rempub. muniuisse? Quid commodi nos nunc percipimur, maiores nostros, annos suos numerasse, ac signasse Consulum nominibus? M. Cicerone, & C. Antonio Cos. Iulio Cæsare, & M. Bibulo Cos. Ad istum modum à temporibus Bruti, & Tarquinij Collatini Cos. annos Populus Romanus notabat, Græcorum quidam Romanorum morem imitati, hoc ipsum fecerunt. Diodorus Siculus ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησιν Θεσσαλοῦ, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Φάβιον, καὶ Τίτον Κοίντιον. ἐπὶ δὲ τούτων Θηβαῖοι πάμποντες τῷ πρὸς Φωκεὰς πολέμῳ. καὶ χρημάτων ἀπορούμενοι, πρέσβεις ἐξέπεμψαν πρὸς τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, id est. Porrò Principe Thessalo apud Athenienses, Romani crearunt Cos. M. Fabium, & T. Quintium. Sub his Thebani bello contra Phocenses laborantes, simul pecunia egentes, legatos ad magnum Persarum regem miserunt. Hoc eidem historiographo perpetuum est.

Fœlices Arabes.] Has gentes fœlices à minori ad maius, uocat, præ nomine Romano: quod illi perpetua seruitute pressi malum non senserint, quippe quibus libertatis bonum summum, & uoluptas nunquam fuerit ostentata. Loco huic diuerso demonstrauimus, tres esse Arabias, Petream, Desertam, & Fœlicẽ, siue Beatam. A' Pelusio uno ostiorum Nili, Arabiã uersus Oriẽtẽ extimo incipere, et incolas Arabes dici: Ptolemæo Aegyptios. Erythræi occiduum latus colunt. Extra hanc tres Arabiæ sunt illæ, quas diximus. Medíq.] Media ab Occasu transuersa, obliquè Parthiæ occurrit, eamq;, & Hircaniã includit. Sed de Media supra copiosè. Eoaq; tellus.] Paucis totã Asiã uerbis cõplectitur, in qua quot fuerunt regna, tot reges habuerunt.

Tyrannis.] Initio reges, & monarchæ apud ueteres tyranni dicti fuerunt qui suis præerant. Et omnium ciuitatum imperia penes reges erant, quos eò maiestatis spectata uirtus, & moderatio prouehebat, non ambitio, qui etiam tyranni dicebantur, nullo discrimine. Vergilius Aeneid. 7.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. “

In eadem significatione hoc loco noster usurpauit poëta. Postea tyranni uox huc translata est, ut ij tyranni appellarentur, qui per insolentiam, non æquis legibus, non iure, sed ex libidine, quam pro legibus habebant, imperarent. Cicero Offic. secundo. Nec uerò huius tyranni solum, quem armis oppressa pertulit ciuitas, interitus declarat, quantum hominum odium ualeat ad pestem, & reliquorum similes exitus tyrannorum. Hinc tyrannis, uiolentum imperium. Sors ultima nostra est.] Patheticè, quasi dicat, me miserum, quod, post tot populorum seruitutem, nos postremi sumus, qui in id iugum ex libertate incidimus: cùm fœlices illi sint, qui iugum ferre assuerint. Nos in magna gloria perpetua, post exactos reges, communem omniũ gentiũ, quæ imperio nostro parẽt, sortem patimur. Quid miserius, quid miserabilius, quàm in eodem malo degere, cum ijs, quibus nos imperamus?

Quos seruire pud.] à turpi. Si libertas est honesta:

turpis contra est seruitus: multo turpior assuetis libertati liberis populis, & principibus orbis terrarum.

Sunt nobis nulla numina.] Impiè per iram, & indignationem stomachum effundit, nullos esse Deos, qui res Romanas curent: sed propter præsentem calamitatem, omnium mortalium casu ferri, ac rapi, & nulla prouidentiâ Diuina gubernari. Hæc fuit Epicuri assertio: nullam esse prouidentiam Dei: qua res humanæ regerentur, sed casu incerto sursum, deorsum ferrentur. Huic tãtum tribuit Lucretius, ut existimet eum præ reliquis solum lucem, & reliquos omnes tenebras esse philosophos. Et cùm addit, omnia secula cœco casu rapi, affirmat Deo res humanas non esse curæ, sed otiosum eum, & securum uiuere. Mentimur regnare Iouem.] Quo amentiæ per indignationem uenit, ut neget esse Deum. Theodorus philosophus primus omnes de Diis opiniones sustulit. Quare ut hominis impij libri in foro exusti fuerunt, si uerus Laërtius scriptor est.

Spectabit ab alto.] Quasi dicat otiosus cladis Romanæ spectator sedebit in cœlo Iuppiter, supprimens fulmen, quod alioqui iustè ipsum Cæsarem, & Cæsarianos ferire deberet, quod iniusta arma contra patriam hactenus liberam ad cædem induerit, quam per tyrannidem opprimere, & ad monarchiam redigere conatur. In quem usum habet nunc fulmen? quorsum dextra sua supprimit, ac non potius emittit? Scilicet ut eo feriat montes solum altos? & eorum cacumina in cœlum usque surgentia? Quid cessat, ac montes Thraciæ meruerunt, ut soli fulminum ignibus tangantur, & amburantur.

Pholoen.] Pholoe Arcadiæ mons est syluosus, ubi Centauri habitasse dicuntur: & libro Aeneidos quinto, famulæ cuiusdam nomen est. Pholus uerò. Centaurus fuit, ex Ixione, & Nube prognatus, qui Herculem hospitio excepit, cùm ad bellum Centaurorum proficisceretur. Ad postremum in nuptijs Pirithoi orta per uinum & ebrietatem pugna interfectus fuit.

Oeten.] Interrogationes indignantis, ac stomachantis poëtæ sunt, quod immerito fulmine Iouis percutiantur. Oeta mons est, inter Macedoniam, & Thessaliam, in quo Hercules in furorem actus seipsum exussit. Ab Oeta monte, Tragœdia Senecæ, Hercules Oeteus inscribitur. Mons is est ab ortu Solis in occasum porrectus, à Thermopylis in Ambracium usque sinum rectilineo tractu: à Pernasso ad Pindum montanam scindens regionem, ad Thermopylas uergens, qua parte in præcipuam assurgit altitudinem. In huius summo lugo oraculi iussu pyræ extructæ ignem iecit Philoctetes, qui ab Hercule sagittas, & arcum dono acceperat.

Rhodopes.] Rhodope, & Ismarus montes Thraciæ sunt, in quibus aiunt Orpheum uersari solitum: à Rhodope Thracum regina, quæ ibi sepulta fuerit: uel à Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, à quo alius mons nomen accepit. Ac Ouidius Rhodopen in hunc montem conuersam scribit, quod Deos aspernaretur. Est & Rhodope Ioniæ ciuitas. Quid igitur meruit nemus Rhodope, ut Iouis fulmine tangeretur? Cassius hoc.] Multi fuerunt Cassij apud Romanos. Verum hoc loco poëta significat Cassium illum (ut rectè Sulpitius annotauit) qui inter percussores Cæsaris unà cum Bruto commemoratus fuit. Hic cum Bruto contra Octauium, & Antonium bellum postea gessit, & rebus omnibus desperatis à Pindaro scutigero suo, ut ipse ei mandarat, obuoluto capite, iugulatus fuit: homo A ingenio crudeli, & Epicureæ sectæ, cùm Brutus consumatus Stoicus & Catonis auũculi sui imitator, multo placabilior uictis esset. Acerbitatem suam in Rhodios uictos declarauit, quorum quinquaginta ex primoribus, ad se accitos, posita hasta in publico, morte multauit. Atque hunc Cassium precatur Cæsarem potius ferire posse, cum Iuppiter suo parcat fulmini, Cassius Parmensis, ingenio concitato in scribendo carmine, & prompto extitit. Horatius lib. 2. Sermo.

"At si quis pedibus quid claudere senis
"Hoc tantum contentus, met scripsisse ducentos
"Ante cibum uersus, totidem cænatus, Hetrusci
"Quale fuit Cassii rapido feruentius amni
"Ingenium, capsis quem fama est esse libris, ac
"Aubusium proprijs. —— Idem in Epistolis.
"Sed quid te dicam facere in regione Pedana,
"Scribere quod Cassi Parmensis opuscula uincat,
Pindarici fontis qui non expalluit haustus.

Scripsit Elegiaca, & Epigrammata. Et quid sub Cassio, B & Bruto militarat Tribunus militum, rebus perditis Athenas fugit: ad quem Q. Varrus ab Augusto missus, fugientem inuentum occidit, & scrinium cum libris eius sustulit. Multorum opinio est huius Cassij Parmensis Thyesten Tragœdiã esse. Spurius Cassius crimine affectati regni damnatus fuit, & obtruncatus. Cassius Consul à Tigurinis in finibus Allobrogum cum exercitu cæsus fuit: reliquæ sub iugum missæ fuerunt. Rursus alius L. Cassius Trib. Ple. leges aliquot seditiosas tulit, ad diminuendã nobilium hominum potentiam. Fuit & competitorum Consulatus cum Cice. unus. Celebratur, & Cassius Longinus clarus iurisconsultus damnatus capitis à Nerone, quod nomen & stemma Cassij percussoris Cæsaris haberet: pronepos Seruij Sulpitij, & Eques Romanus. Alius Cassius Severus qui si cæteris uirtutibus colorem, & grauitatis oratoris adiecisset, ponendus inter summos, & præcipuos orationis adiecisset, teste Fabio. Huius scripta à Senatu abolita sunt. Auidius Cassius præfectus Antonij principis in Oriente qui dũ Imperator ipse res in Germania contra Marcomanos gerit, ab eo defecit. Sed superatus à principe suo C cæsus fuit. Marcomanonis Bohemos, uel Moranos esse putant. Ad postremum Cassius claruit præsul Narmensis, sub Totila rege Gothorum: cuius animum occurrens placauit, ne quam uim ciuitati inferret. Hoc loco tantum locquitur Lucanus de Cassio percussore. Sunt, qui & hunc uersum per interrogationem legũt rursum alij, qui secus,

Astra Thyestæ.] A minori ad maius. Propter scelus impium unius fratris in alterum Sol retro se mouit in Orientem, & noctẽ mundo induxit: cur non potius, & iustiori ratione id ipsum nũc faceret, ubi tot fratres, tot parentes cũ liberis concursuri sunt? Atreus & Thyestes Pelopis, & Hippodamiæ filij fuerunt, Tantali nepotes, cùm dissidentes diu inuicẽ nocere, non possent, in fictã amicitiã reconciliati sunt. Inde Thyestes stupri consuetudinẽ cũ uxore fratris habuit. Atreus id indignius ferens, quã par est credere, fratris filiũ interfecit, & coctũ in lebete ei epulandũ apposuit. Hoc impium, & nefariũ scelus Sol abominatus, ne polluereturꝰ eius rei aspectu, retro fugit, & currum auertit. Thyestes re cognita, ad Thesprotũm regem fugit, atque inde Sicyonem, ubi filiam Pelopiã habebat. Casu pudellæ nocte sacrificãti Minervæ interuenit, & ne sacra suo interuentu polluerentur, ipse in luco latuit. Ibi obnupto capite

A capite filiam compressit, ex qua compressione patri Aegisthum procreauit, extracto ense, quem in templo Mineruæ condidit, quo Aegisthus postea, post uarias iactationes, patre agnito, & uinculo exempto, Atreum interfecit, & patrem Thyesten in regnum restituit. Hygynus fabulam hanc de Solis fugam ad historiam refert. Atreum apud Mycenas primũ Solis eclipsim inuenisse. Quod cùm ei frater inuideret urbe decessit.

Astra Thyestæ intulit.] Si legas, intulit, ut intelligamus, noctem, pulso Sole retro, induxisse Iouem. Sin, abstulit astra, ut per astra Sol intelligatur, cuius aspectum terris abstulit. Est, & qui legit, Impulit: quod eôdem tendit. Impulit in ortum. Iuppiter Solem, & subitis noctibus damnauit Argos.

Argos.] Peloponnesum totum: à parte totum. συνεκδοχὴ. Acrisius tenuerat Argos multo antè Peloponnesi regnum fuit relictum ab Atreo Agamemnoni, Argos dictum, ab Argo nepote Phoronei. Porrò Argos urbem nobilem poëtis decantatam. Orestes omnium primum occupasse traditur. Strabo author est, Argos
B apud Homerum poni per se, & cum adiuncto. Per se cum ponatur, non solum ipsam urbem Argos, sed etiam totam Peloponnesum significare, in qua significatione hoc loco Argos accipio. Micenæ, & Argos uicinæ urbes fuerunt, quarum regnum fuit gentis Pelopidarum, Thyestæ, Atrei, Agamemnonis, Menelai, Orestæ, & Aegysthi. Inter eas non amplius inter fuit, quàm VI. M. passuum DCCC. Et ob eam caussam nomina Tragicis confusa fuisse idem Strabo docet. Homerus certè interdum ἀχαιοὺς, uniuersos Græcos uocat.

Argos.] Hoc nomine plures in Græcia fuerunt urbes, sed cognomentis distinctæ. Argos Achaicum, Pelasgicum, & Amphilochicum: quorum postremum fuit in Acarnania, & Italia: sed Pelasgicum, siue Peloponnesiacum in Thessalia à quibusdam collocatur urbs longè uetustissima, haud procul inde, ubi postea Larissa condita est. Sed cur hoc Argos Peloponnesi cum appellent, cum Thessalia longissimè ab Peloponneso remota sit, & Argos Peloponnesiacum Mycenis uicinum sit in
C Peloponneso, Arcadiam ad Occasum spectans, quæ umbelicum totius Peloponnesi tenet. Hoc Argos Homeri enarrator Eustathius, & Higynus, ab Argo Agenoris filio positum esse contendunt. Hic à priscis illis mortalibus ϖανόπλης appellatus fuit, propter multarum rerum tum usum, tum experientiam, simul & prudentiam. Qua de caussa in fabulosam narrationem abijt, Argo oculatior. Vt igitur hoc Argos paulò diligentius describamus, situm fuit loco æmœnissimo. Ab Oriente Asinen urbem spectabat: ab Occasu, montem Cronium: à Meridie, Mycenas, Persei opus: à Septentrione, Cleonas. Inter Argos, & Cronium, Inachus amnis decurrebat. Plinio Argos situm erat, inter Inachum, & Erasinum amnes, & Stephano, Anthiæ propinquum fuit. Epidaurus haud procul abest à littore, ubi ad Saronicum sinum deflectitur. Ergo Argos Pelasgicum à Phoroneo conditum fuit. Homerus Argos Pelasgicum libro secundo Iliados, Thessaliam uocat: aut Argos urbem conditam à filio Lynceï Abante. Argos Peloponnesiacum haud procul à Mycenis, etiam Hippion quibusdam dicebatur, ad differentiam aliarum ciuitatum eiusdem nominis, quod agrum haberet equis pascendis aptum. Dipsion etiam appellatum, ob siccitatem eiusdem loci, quod communiter fermè eodem puteo utantur. Et hoc Argos Stephanus Phoroneum dictum autumat. Verius est, Argos Hippium esse illud in Apulia Italiæ, conditum à Diomede, id quod postea Argyrippam, & postremò, Arpos dixerunt. Certè Thessalicum semper Argos Pelasgicum nuncupatum fuit. Affatim satis de Argis, de quibus authores uariant. Constat igitur Pelopen, & eius progeniẽ regnasse non in Thessalicis Argis, sed Peloponnesiacis, ut luculenter, ceu digito monstrauimus. Astra.] Intulit astra, exponit Sulpitius. noctem: rectè. Si, sustulit, rectiùs meo quidem iudicio. Tot similes fratrum gla] Iuppiter intulit diei noctem subitam, qua puniuit ob scelus duorum fratrum, Argos Peloponnesiacum, & Iuppiter dabit nunc diem Thessaliæ, quæ gerat tot fratres inter se commissos? tot parentes in liberorum uiscera ferrum stringentes?

Mortalia nulli.] Rursum stomachum, ut Epicureus, effundit in Deum, cui prouidentiam adimit.

Cladis tamen huius habemus uind.] Vindictam quam appellet, proximis uersibus recolit ironicè & Sulpitius deserte exponit, quod bellum Ciuile Diuos fecit. Iulium Cæsarem prius postea Augustum, quem etiam Senatus in Deos retulit quasi uerò illud esset, uindictam sumere de clade Pharsalica, Statuit populus Cæsari columnam propè xo, pedum. Numidici lapidis in foro, in qua erat scriptum PARENTI PATRIAE. Ipsum inter Deos relatum fuisse, ob id uulgò creditum fuit quod septem continuos dies stella crinita fulserit, haud multò pòst, quàm interfectus esset, cùm uotiui ludi ab Octauio, eius filio ederentur. Eius simulachro Cometes supra uerticem adijciebatur. Vnde Plinius affirmare uidetur, nusquam terrarum, nisi Romæ, in templo Cometen coli contigisse. Octauius Augusti cognomen à Senatu delatum lubens recepit. Iadi eius amicitiam petiuerunt. Iam uerò quod ad Augustum præterea attinet, eius interitus uarijs signis præmonstratus fuit; sed illud maximè memorabile fuit, cùm eius statua fulmine icta esset, prima nominis littera deleta fuit. Consulti talium ostentorum periti, futurum dixerunt, Augustum inde C. dies uicturum, qui numerus C. litera signatur. Fore præterea, ut post obitum consecraretur, quod Aesar Hetrusca lingua Deus diceretur. Atque hij quidem fuerunt, quibus ut Diuis pares superis honores post mortem delati fuerunt: ut omittam Diui prænomen in uita, etiam Imperatorum, qui longa serie postea eos secuti fuerunt. Vide uindictam cladis Pharsalicæ.

Fluminibus manes.] Suetonius Tranquillus in uita Cæsaris, Siquidem ludis, inquit, quos primo consecratos ei hærens Augustus edebat, stella Crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam creditumq; est, animam esse Cæsaris in cœlum recepti. Et hac de caussa simulacro eius in uertice additur stella. Hæc Suetonius. Plinius quoque id ipsum testatur libro secundo capite 25. Eo signo significari uulgus credidit, Cæsaris animam in Deorum immortalium numina receptam: quo nomine ad insigne simulacro capitis eius, quod mox in foro consecrauimus, adiectum est. Idem testatur eo occiso, Solem toto anno palluisse. Cæsaris thronũ stellam fuisse idem scriptum reliquit. Mense Iulio, Cæsaris stella oritur, quæ tempore fructus agrorum, ut segetes, & in montibus uuæ matureſcunt. Vergilius Bucol. Egloga IX.

" Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum
" Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
" Duceret apricis in collibus uua colorem.

Appianus libro 2. de Bello Ciuili, author est, Cæsaris corpus à Po. Ro. in forum delatum, ubi ueterũ Po. Regũ uisebãtur monumenta, atq; illuc ligna, sedesq;, & alia ibi parata populum intulisse, multaq; donaria contulisse, quæ pyram extructam coniecere, eosq; portatam noctem ibi constitisse. Hoc in loco arã Cæsari erectam, ubi postea templum illi fuit dedicatum, quod diuinis honoribus celebrarunt, quod Octauius Cæsar postea maiorem in modum auxit, paremq; Dijs immortalibus habere patrem uoluit. Similes honores posteris etiam Imperatoribus à Po. Ro. habitos post mortẽ, Tyrannis exceptis, qui talibus indigni fuerunt. Manes.] Animam Cæsaris, dicit, & eius hæredis Augusti, quemadmodum Alexander magnus summum iusiurandum esse uoluit in uita, ipsum Ephæstionem. Per umbras.] Horatius lib. 2. Epistol. ad Augustum Cæsarem.

Præsenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasq; tuum per nomen aras.
Nil oriturum aliàs, nil ortum tale fatentes.

a al. fati cursu.
b al. direpti.
c al. quàm minus.
d Hunc uersũ quædã exemplar. nõ habẽt.
e al quàm
f al. commi-nus.
g al. sensus. in cod. uetu.

Vt rapido cursu.] A longo excursu ad historiam redit. Appianus author est, pronantur. digijs multis maximè terrefactos, & pœnitentia, ut eius uerbis utar, repletos fuisse, eo in loco, haud aliter, quàm si ominarentur, eum diem ipsis uel primum, uel ultimũ in rebus humanis futurum fuisse: quæ res in stupore omnes conuertit. Quin & utrinq; lacrymas effusas ferunt: eũ dies ille uideretur ipsis intuendi inuicem copiã eripere. Itali magno silẽtio immoti aliquãdiu steterunt. Itaq; Pompeius eadem sociorũ auxiliares copias hoc spectaculo terrefactas, ueritus, ne pugnæ initio cõfusio ab illis statim oriretur & fuga, primus belli signum ultro protulit. Hoc Cæsar uidẽs, ex aduerso cõclamuit. Itaq; cùm exercitũ militari more ad pugnã cohortaretur, suaq; in eum perpetui temporis officia prædicarat: in primis cõmemorauit se testibus militibus uti posse, quanto studio pacem petisset, quæ per Vatinium in colloquijs, quæ per A. Claudium cum Scipione egisset: quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset, neque se unquam abuti militum sanguine, neque Rempub. alterutro exercitu priuare uoluisse. Atque hac habita oratione, exposcentibus militibus, & studio pugnæ ardentibus, tuba signum dedit. Ad hunc modum refert Cæsar. L. Florus scribit, nunquam Cæsaris exercitum uel acriorem, uel alacriorem fuisse.

Vt rapido a cursu fati supræma morantem
Consumpsêre locum, parua tellure b dirempti,
Inde manus spectant, uultusq; agnoscere quærũt,
Quó sua pila cadant, aut c sibi fata minentur,
d Inde manũ spectant, tẽpus quo noscere possent,
Facturi e quæ monstra forent, uidere parentes
Frontibus aduersis, fraternaq; f cominus arma:
Non libuit mutare locum, tamen omnia torpor
Pectora constrinxit, gelidusq; in uiscera sanguis
Percussa pietate coit, totæq; cohortes
Pila parata diu tensis tenuere lacertis,
Dij tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur,
Sed g sensum post fata tuæ dent Crastine morti,
Cuius torta manu commisit lancea bellum,
Primaq; Thessaliam Romano sanguine tinxit.

Parua tellure di.] modico spatio distantes inter se, ad pugnandum parati. Etenim inter duas acies tantum grat relictum spatij, ut satis esset ad concursum utriusq; exercitus. Pompeius suis prædixerat, ut Cæsaris impetum exciperent, neue loco mouerent, aciemq; distrahi paterentur. Dicebatur id fecisse admonitu C. Triarij, ut primus excursus, uisq; militum infringeretur, & acies distenderẽtur, atq; suis ordinibus dispositi, dispersos adorirentur leuiusq; casura pila sperabat, in loco retentis militibus, quã si ipsi immissis telis occurrisset. Inde manus sp.] Micyllus erudite hunc locum ita exponit, spectãt, siue circũspiciunt, inquit, in quã partẽ pila cadãt, & manũ siue multitudinem, quã fata sibi minentur, hoc est, cædem offerũt. Spectant item, siue obseruant tẽpus, quo quæ monstra, hoc est, quas cædes facturi forent, noscere possent. Ad hũc modum Micyllus. Quæ sibi fata.] quæ pila in se casura sunt ad cædem.

Facturi quæ monstra.] Obseruant manum, hoc est, hostis, quæ mõstra forent facturi. Monstra simpliciter exponunt, crudeles cædes. Monstrum proprie est, quicquid B deforme est naturæ, hoc est, præter naturam aut deficit, aut excedit. Summatim, quicquid contra naturam est. Cicero secũdo, de Natura Deorum, docet monstra etiam prædictiones & præsentationes esse rerum futurarum. Obseruant itaque tempus quo monstra utrinque sint facturi. Addit simul, quæ monstra illa sint, ut liberi in parentes tela sint missuri, frater fratrem germanum ferro, & hasta inuadet. Ea profecto monstra sunt, quod naturam oppugnent, adeoq; cõtra naturam est socerum, & generum armis contendere.

Videre parentes.] pathos à relatione, ut in eo quod sequitur, fraternaq; cominus arma.

Non libuit mutare locum.] Vt suorum occursum declinarent, sed pertinaces in suo quisq; loco constitit.

Tamen omnia torpor.] Hoc est, quod paulo antè C dixi. Pompeij sociorum copias terrefactas fuisse. Inter tot enim uirorum millia, qui concursuri erant multa horrenda contigerant præter opinionem. Quæ animaduertentes perculsi fuêre: uel (ut Appianus ait) acri pœnitentia eo in loco repleti sunt. At quasi is dies omnium, in tertij ipsis, uel primus, uel ultimus futurus fuisset, magno stupore in dubium omnes conuersi sunt. Perũt utrinq; lacrymas emisisse. Italici milites magno silentio immoti perstiterunt. Dij tibi non mentem.] Imprecatur pœta Crastino infœlicis conscientiæ sensum post mortem, quod primus in hostes excurrerit, & lacessiuerit pugnam. Crastinus, inquit, Cæsar, euocatus in exercitu Cæsaris, qui superiore anno apud eum primum pilum in legione decima duxerat, uir singulari uirtute. Hic signo dato, sedecimo me, inquit manipulares mei qui fuistis: & uestro Imperatori, quam constituistis, operam date. Vnum hoc prælium superest, quo confecto, & ille suam dignitatem, & libertatem nostram recuperabimus. Simul respiciens Cæsarem, faciam, inquit, hodie Imperator, ut aut uiuo mihi, aut mortuo gratias agat. Hæc cùm dixisset, primus ex dextro cornu procurrit, atque eum milites electi circiter CXX. uoluntariæ eiusdem centuriæ sunt prosequũ

A prosequuti. Cuius torta ma.] *Qui primus hastã in procursu in hostem torsit, quo iactu utrinq; præliũ initũ fuit. Appianus tertiæ, inquit. Crastinus turmæ ductor habere meruit. Is cũ Cæsar pugnã ingrederetur, & ab eo, quid speraret exposceret, clara uoce, umeemus, inquit, ô Cæsar, & me uiuum hodie, uel mortuum recipies. Exercitus autem clara, & illustria agentem intuebitur, testisq; erit uirtutis meæ. Inter cadauera repertus, muneribus donatus est, quæ cum illo sepulchro illata sunt: quod insigne propestragem. Cæsaris mandato erectum constat. Hunc ad modum Appianus*

Commisit bellum.] *lacessiuit prælium* Primaq; Thes. Ro.] *Pathos à dignitate gentis, quasi nefas grande fuerit, barbarorum terram nobili sanguine Pop. Rom, perfundere. qui orbi imperabat*

O' Præceps.] *Rursum interrumpit narrationem cœptam exclamatione in subitũ ardorem, & præcipitem excursum Crastini, ad ciendum prælium, cùm Cæsar nondum telum, quod manu tenebat, in hostes Emisisset. Est autem* B *tragica metaphora in uoce rabies, quæ propriè canum est, cum ueluti furore quodã acti, huc atq; illuc rapiuntur: à uerbo rapio, uel à raucitate uocis, qua canes nimio calore infestantur.* Ouid. Metam. 14.

» Stataq; canum rabies, subiectaq; terga ferarum
» Inguinibus truncis, uteroq; extante coërcet.

Metaphoricè, pro furore, ut hoc loco. *Hora. in Arte.*

» Archilochum proprio rabies armauit Iambo.

Inuenta est manus.] *Crastini manus, promptior in pugnam, & crudelior, quàm ipsius erat Cæsaris.*

Tunc strid. aer] *Mirum est, quàm laborat poëta, ad pugnæ simulacrũ oculis subijciendũ, & fortasse nimis operosè.* Aer elisus lituis.] *Lituus inflatus signum ad pugnam dedit. Lituus propriè baculus auguralis fuit incuruus, quo augures templa designabãt. Verg. lib. Aeneid. 7.* C

» Ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat
» Succinctus trabea, hoc est, baculo augurali.

A' similitudine, pro tuba, siue buccina incurua. ut hic Maro lib. Aeneid. 6.

» Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.

Classica.] *Synonyma lituus, tubæ, classica. Classicum est, ipsa tuba, & eius sonus, quo milites conuocari, & ad pugnam etiam excitari solebant. Hinc classicum canere,, à re militari sumpta metaphoras, in prouerbium abijt, pro, excitare ad rẽ quampiam. Classici præcones, qui cornu populum ad comitium cõuocabant, uel ex arce, uel circum muros, Classicus author, primi nominis, & quasi primæ classis,* Ausæ tubæ.] *hypozeugma. Tendit.* Tendit.] *hoc est, intendit aerem: subijcit amplificationem imitatione Vergiliana: It clamor cœlo, id est, clamor ad cœlum peruenit. Consimili hyperbole dicit noster hic poëta, fragorem ad cœlum peruenisse. Quid porrò inter connexum, & concauum interest, opinor me alibi annotasse. Connexa, pro concauo usurpauit. Et in uoce, fragor, metaphora est, pro, clamor irrupit in cœlum. Fragor propriè dicitur sonitus, qui ex arbore, aut alia ex re confracta redditur.* Vnde procul nu.] *Nubes nusquam ad cœlum, neq; tonitrua perueniunt, sed cum infralunarem circulũ deprimantur, clamor tamẽ cõcurrentium armatorum ad cœlum usq; peruenit. Appianus scribit à Pompeio belli signum ultrò prolatum fuisse, cui exad* a al. gemitus
uerso à Cæsare cõclamatum fuerit, ac flatim tubarum sono, & lituorum clangore erecto, uniuersus exercitus, præcones, & præfectos utrinq; discurrentes sparsim ad pugnam hortatos fuisse. b al. Octæq;

O^ præceps rabies, quin Cæsar tela teneret,
Inuenta est prior ulla manus. tunc stridulus aer
Elisus lituis conceptaq; classica cornu,
Sunc ausæ dare signa tubæ, tunc æthera tendit,
Extremiq; fragor connexa irrupit Olympi:
Vnde procul nubes, quo nulla tonitrua durant,
Excepit resonis clamorem in uallibus Aemus:
Peliacisq; dedit rursus geminare cauernis:
Pindus agit a fremitus Pangæaq; saxa resultant,
b Ossæq; gemunt rupes, uocesq; furoris
Expauẽre sub tota tellure relatas,
Spargitur in numerum diuersis missile uotis,
Vulnera pars optat, pars terræ figere tela:
Ac puras seruare manus, rapit omnia casus,
Atq; incerta facit, quos uult fortuna nocentes.
Sed quota pars cladis iaculis, ferroq; uolanti
Exacta est? odijs solus ciuilibus ensis
Sufficit, & dextras Romana in uiscera ducit.

Excepit reso.] *Alia hyperbole, clamorem in uallibus Aemi montis exceptũ fuisse. Aliàs demonstrauimus, Aemum omnium montiũ citra Pontum maximum esse, & altissimum, qui mediam Thraciam intersecat. Huius ualles ad clamores resonuisse dicit.*

Peliacis cauernis.] *Thessaliæ montiũ cauernæ reddiderũt echo, hoc est, resonũ clamorem. Peliacis cauernis, pro Thessalicis, antonomasia. Pelias, & Aeson fratres fuerũt, reges Thessaliæ. Pelias nepotẽ ex fratre, Iasonẽ Chironi instruendũ dedit, ac postea perspecta iuuenis indole, famæ, decorisq; parandi prætextu cũ Colchos ablegauit. Hinc à Pelia Peliacus, Thessalicus, qui absente Iasone ut tutor regnarit.* Rursus.] *nam in priori pugna ad Dyrrhachium Cæsar magna clade accepta in castra fugit.*

Geminare.] *quod ex clamore geminæ uoces reddantur, clamantiũ & quas Græcula recantat Echo.* Pindus agit fre.] *metaphora à leonibus ad montẽ: hoc est, ab animali ad nõ animal. Pindo mõti subiecta est Acarnania. E' Pindo defluit Achelous fluuius, ac decurrit præter Aetoliã ad Echinadas insulas cõtra Achaiã. Sitæ illæ sunt in interiori recessu maris Ionici inter Peloponnesum & Aetoliã, Calidonẽ, & Acarnaniã. Nõnulli codices legũt, gemitus, metaphora, ab homine ad montẽ traducta.*

Pangæaq; saxa.] *Pangæus, quasi totus terro, παγγαῖος est, promontoriũ est Thraciæ, Besis conterminũ, Macedoniæ adhærent, ad cuius radices Nessus defluit, non procul ab Hebro. Hinc regio Pangæa. Pangæa saxa, et Pangæa arua. Fabulãtur (ut est apud Plut ἐμ τῷ περὶ πάθους ὤν) Pangæũ Martis, & Critobules filiũ fuisse, qui per ignorãtiam cum filia stupri cõsuetudine habita, nimia mœsticia cõsternatus, in Carmaniũ montẽ fugit: et ob incredibilẽ animi ægritudinem gladio semetipsum traiecit. A' quo locus ipse Pangæus dictus est.* Octæq; ge. re.] *de Oeta mõte paulo antè memorauimus. Sunt qui leguni,* Ossæq;

Ossa,

Ossa, & Pelion montes Thessaliæ sunt, ut Olympus Macedoniæ, authore Strab. Spargitur in tumerum.] Crastinum reliqua acies fuit secuta, & procurrit. Missilia tela utrinque coniecta sunt. Hæc alij certa esse optabant, & non aberrare, alij in terram cõcidere, & sine momento cadere. Ac puras ser.ma.] siue sanguine ac cæde.

Casus.] incerto inuentu omnia tela emittebantur, ut uel transirent corpora, & uulnera facerent: uel aberrarẽt.

Atq; incerta for.] Fortuna, quam ipsi uolebant in omnibus rebus dominari, ques uoluit, fecit nocentes, ut sanguinem Romanum funderent.

Sed quota pars cl.] Per admirationem legendum est meo iudicio: quasi dicat, exigua pugnæ pars telis & hastis exacta est. Odijs solus ensis.] Primum aliquamdiu pilis certata fuit, ac mox ad enses conuersi sunt. Sed audiamus Cæsarem ipsum. Nostri milites, inquit, dato signo, cùm infestis pilis procurrissent, atque animaduertissent non concurri à Pompeianis usu periti, & superioribus pugnis exercitati, sua sponte cursum repressserunt, & ad medium ferè spatiũ constiterunt, ne consumptis uiribus appropinquarent: paruoq; intermisso tẽporis spatio, ac cursus renouato cursu, pila miserunt celeriterq;, ut erat præceptum à Cæsare, gladios strinxerũt. Neq; uerò Pompeiani huic rei defuerunt, Nam & tela emissa exceperũt: & impetum legionum tulerunt, et ordines conseruauerũt: pilisq; missis, ad gladios redierunt. Hæc Cæsar. Itaq; soli gladij tum temporis odijs ciuilibus sufficiebant. Romana in uisc.] Pathos à dignitate Populi Rom.

Pompeij.] Itaq; primum pilis res gesta est, deinde gladijs acriter pugnatum fuit. Appianus ait uirum sagittis fundisq; bellari cœptum.

Pompeïj densis acies stipata cateruis
Iunxerat in seriem nexis umbonibus arma,
Vixq; habitura locum dextras, ac tela mouendi
Constiterat, gladiosq; suos compressa timebat,
Præcipiti cursu uesanum Cæsaris agmen
a al. cuneosq; per. In densos agitur a cuneos, perq; arma, per hostem
Quærit iter, quà torta graues lorica cathenas
Opponit, tutoq; latet sub tegmine pectus.
Hac quoq; peruentũ est ad uiscera, totq; per arma,
Extremum est, quod quisq; ferit, ciuilia bella
Vna acies patitur, gerit altera, frigidus inde
Stat gladius, calet omne nocens à Cæsare ferrum,
Nec fortuna diu rerum tot pondera uertens
b al. torpẽte. Abstulit ingentes fato b torrente ruinas.

In densos cuneos.] Eodem tempore, inquit Cæsar, à sinistro Põpeij cornu, ut erat imperatum, uniuersi procurrunt, omnisq; multitudo sagittariorum se profudit, quorum impetum nostri equitatus non tulit, sed paulũ loco motus cessit, equitesq; Põpeiani hoc acrius instare, & se turmatim explicare aciemq; nostrã à latere aperto circuire cœperũt. Est aũt cuneus peditũ multitudo, quæ iuncta cũ acie, primo angustior, deinde latior procedit, & aduersariorũ ordines rũpit, quia à pluribus in unũ locũ tela mittuntur. Quã rẽ milites uocabãt. Caput porcinũ. Poëta Cæsaris agmen in cuneos Põpeianos cursu actum fuisse canit, diuersum à Cæsare. Frigidus inde stat.] A Pompeianis enses frigidi torpuerunt, nec cædẽ ullã memorabilem fecerunt. Contra Cæsariano rum gladij stricti calido sanguine assiduò maduerunt.

Nec fortu.] Fortuna non cunctata est tradere Cæsari uictoriam cum magna ruina, & cæde Pompeianorum.

Cateruis.] Cateruis Galli, atq; Celtiberi aliæq; barbaræ nationes utebãtur in prælio, in quibus erãt milia armatorũ, ut phalãgem Græcorũ Dardanorum, & Macedonum octo millia. At Romani legiones habebant, in quibus singulis sena millia, aut etiam amplius militabant. Cũ Cæsaris milites dato signo infestis pilis procurrissent, Pompeiani non concurrebant. Stipata.] compressè in aciem coacta. Vmbonibus.] clipeis coniunctis pars pro toto. Vix habitu lo.] à signo densitatẽ aciei demonstrat, ut uix locum habuerit mouendi dextras, ac tela emittendi. Compressa.] in ordinem coacta.

Præcipiti cursu.] Nam dato signo Cæsaris milites, ut dictum est, procurrebant. Et cùm animaduertissent, non concurri à Pompeianis, sua sponte cursum repressserunt, loricati, & contati omnes peditibus iungerentur. De leui armatura alibi diximus. Vegetius eod. lib. capite 14. Quartus item ordo, inquit, constituitur de scutatis expeditissimis, de sagittarijs ignioribus, de his, qui acriter uerutis, uel martio barbulis (quas plũbatas uocant) dimicant: quì dicebãtur Leuis armatura. Hic ordo, cum tertio ad prouocãdum cum missilibus, & sagittis, primo loco exibat, id quod perspicuè hoc loco exibat,

c al. diduxit. Vt primũ toto.] Tandem oritur descriptionem pugnæ, ad quam tot ambagibus præluſit.

Vt prímum toto c deduxit cornua campo
Pompeianus eques, belliq; per ultima fudit,
Sparsa per extremos leuis armatura maniplos
Insequitur, sæuasq; manus immittit in hostem.
Illic quæq; suo miscet gens prælia telo.
d al. petitur. cunctis. Romanus cunctis d petitur cruor, inde sagittæ,
Inde faces, & saxa uolant, spatioq; solutæ
Aeris, & calido liquefactæ pondere glandes.
d Ithyræi. Tunc & d Ithyræi, Mediq; Arabesq; e soluto
e al. soluti. Arcu turba minax nusquam rexere sagittas,
Sed petitur solus, qui imminet aër:
Inde cadunt mortes, sceleris sed crimine nullo
Extremũ maculant chalybem, stetit omne coactũ
Circa pila nefas, ferro subtexitur æther,
Nox super campos telis conserta pependit.
f al. Cum Cæsar & tũ Cæs. Tunc f Cæsar metuẽs ne frons sibi prima labaret
g al. habebat Incursu. tenet obliquas posti signa cohortes,
Inq; latus belli, quà se uagus hostis g agebat,
Immittit subitum non motis cornibus agmen,
Immemores pugnæ, nullo q; pudore timendi
nebantur in cornibus, teste Vegetio lib. de re militari 3. cap. 16. ita

& eo exibat, id quod perſpicuè hoc loco etiam teſtatur, & ſeruat poëta. Manipios.] pro, manipulos ſyncope. Manipulus contubernium uocabatur, quod coniunctis manibus pariter dimicarent. Centuriæ in manipulos, ſiue contubernia diuidebãtur, ut decem militibus ſub uno pilione unus præeſſet, qui decanus dicebatur, uti centuriæ præfectus, Centurio, Sulpitius, lõgè aliter manipulos exponit, malè detorto loco Liuiano: quem Glareanus his uerbis refutat, Conatur, inquit, ea ex Liuij uerbis lib. 8. ab V. C. confirmare, allegans uerba, quæ Liuius, de haſta iis leuis quidem armaturæ, ſed qui neque equites, neque Velites erant, ſcribit. Mox eiuſdem etiam uerba de Primcipibus apponit, ac Poëtam hoc loco de ijs intelligere aſſerit, quaſi principes etiam leuis armaturæ, aut equites, aut Velites fuerint, adeo nihil penſi habuit Sulpitius, quid citaret, ad huius loci ſenſum expediendum. Poëtæ ſenſus ex Cæſaris commẽtarijs planus eſt, hoc loci. Loquitur enim de Pompeij equitatu, quem in Cæſarianos prorupiſſe ait, unáq; cum eis leuem armaturã ſequutam, & ſagittarios, & funditores. Cum autem equitatus Cæſaris Pompeianorum equitum impetum non tuliſſet, ſed paulũ loco motus ceſſiſſet, ac Põpeij equites hoc acrius inſtitiſſent, ſeq; turmatim explicare, & Cæſaris aciem à latere aperto circuire cœpiſſent, ibi tum Cæſarem quartæ aciei ſignũ dediſſe, eam tanta ui in Pompeij equitatum impetum feciſſe, ut eorum conſiſteret nemo, omnesq; conuerſi, nõ ſolum loco excederent, ſed protinus incitati fuga montes altiſſimos peterent: quibus ſummotis, ſagittarios, funditoresq; deſtitutos inermes ſine præſidio interfectos eſſe. Hæc poëta ex Cæſaris commẽtarijs bono ordine proſequutus eſt. Sulpitius ſæpe aliena, nec citato authore, (ut debuit) antecliit, quæ poëtæ ſenſum non æquè, atq; Cæſaris uerba iuuant. Badius etiam malè uerbum, Inſequitur, de Cæſaris exponit, cum de Pompeianis Velitibus, qui equites ſequuti erant, intelligatur, deceptus poëtæ uerbis, Sæuasq; manus immittit in hoſtem, exiſtimans ſolos Cæſarianos ſæuas habuiſſe manus, non etiam Pompeianos. Hactenus Glareanus. Inſequitur.] Velites leuis armaturæ, equites Pompeianos ſequuntur. Etenim ſi equites impares forte eſſe futuri eſſent, uelociſſimi cum ſcutis leuibus prodites, ad hoc ipſum exercitati iiſdem miſceri ſolebant, quos expeditos Velites nominabant. Et Appianus tradit, cùm in proximo uentum eſſet, ſagittis & fundis bellari cœptum. Equites quoque peditibus admixtos breui in ſpatio pugnam iniuiſſe. Immittit in hoſtem.] In Cæſarem, in hoſtes Cæſarianos, ſingularis numerus pro plurali ſynecdoche. Diſertè ſæuas manus à Pompeio in Cæſarianos immiſſos dicit. Etenim equites à ſiniſtro Pompeij cornu uniuerſi procurrerunt, & omnis multitudo ſagittariorũ ſe effudit, quorum impetum equitatus Cæſaris non tulit, ſed paulum loco motus ceſſit. hoc acrius equitatus Pompeij inſtabat, & turmatim ſe explicabat, aciemq; Cæſaris à latere aperto circuire cœpit. Gens quæq;.] ut erant exercitus ex uarijs gentibus conſtati, quas alio loco recenſuimus. Inde ſagittæ, inde fa.] Vtrinq; ſuis telis certarunt, inquit, quæ ad pugnam parata circumferebant. Sed ſagittariorum Pompeij multitudine Cæſaris equitatus paululum loco ceſſit. Glandes liquefactæ.] Glans, præter arborum fructus, plumbum eſt, in modum glandis formatum Salluſtius, Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Eſt & ſumma pars colis. Has tanta uiolentia emiſſas dicit, ut ipſo curſu, ac uolatu in aëre fuerint eliquatæ. Tunc & Ithyræi.] Ithyra, urbs eſt in monte Tauro, Parthiam ſpectãs, à qua Ithyreus. Et quia præſtantiſſimi ſagittarij erant, arcus epitheton inde ducitur, ut Ithyreos arcus, Ithyreas ſagittas dicamus, perinde ut Parthicas ſagittas, quod Parthi arcubus, & ſagittis optimè uterentur. De Medis, & Arabibus alio loco à nobis dictum eſt. Soluto ar.] antiquus codex ſoluti legit. Hi populi præcipuè arcubus utebantur, ut Cretenſes, & Parthi. Nuſquam rexe.] in nemmem direxere ſagittas, ſed in aërem ſolum miſere: ſecus factum fuit, à Cæſarianis, & Romanis. Inde card. mor.] prodigioſa phraſis: quod mortes, numero plurali dixerat, pro eo, quod eſt; ex aëre cadunt ſagittæ mortiferæ, ut exponit Sulpitius. Scele. ſed cri. nullo.] quia nemini letale uulnus inflixerunt, ſed leniter extrema cuſpis ſanguine imbuta fuit.

Circa pila coactum nefas,] ſed ſoli Romani, qui pilis utebantur, coactim cædem faciebant. Ferro. amplificationibus iam ludit, cum dicit, aërem haud aliter ſagittis obductum fuiſſe, quàm ſi nubes caligmem terris induxiſſent: adeo nox præ telorum grandine terris imminebat. Tum Cæſar metuens.] Cum Cæſaris equitatus, Pompeij equitatũ, & ſagittarios, non tuliſſet, ſed paulum loco motus ceſiſſet: et equites Pompeiani hoc acrius inſtarent, & ſe turmatim explicarent, & Cæſarianam à latere aperto circuire cœpiſſent: id aduertẽs Cæſar, quartæ aciei, quam inſtituerat ex cohortium numero, ſignum dedit. Hanc quartam aciem poëta obliquas cohortes uocat. Etenim Cæſar initio metuens ne à multitudine equitum Pompeianorum dextrum cornu circumueniretur, celeriter ex terna acie ſingulas cohortes detraxit, atq; ex his quartam inſtituit, equitatuiq; oppoſuit, & quid fieri uellet, oſtendit: monuitq; eius diei uictoriam in earum cohortium uirtute conſtare. Simul imperarat tertiæ aciei, ne iniuſſu ſuo concurreret, Itaque quarta acies dato ſigno à Cæſare celeriter procurrit infeſtiſq; ſignis tãta ui in Pompeij equites impetum fecerunt, ut eorum nemo cõſiſteret, omnesq; conuerſi, non ſolum loco excederent, ſed protinus incitati fuga montes altiſſimos peterent. Quib ſummotis, omnes ſagittarij, funditoresq; deſtituti inermes ſine præſidio interfecti ſunt. Iſta Cæſaris uerba bona fide, & ordine reddidit Lucanus. At neſcio quid hoc loco ineptit Sulpitius de equitibus Decimæ legionis. Sed audiamus Glareanum, ipſum refutantem. Rurſus hic Sulpitius oſtendit ſe, inquit non admodum in Romana hiſtoria exercitatum, Tenet inquit, cohortes, id eſt, equites decimæ legionis. Quaſi equites in cohortes diuidantur. Poëta hic manifeſtè de Cæſaris quarta acie loquitur, quam cũ aciẽ inſtrueret, ad hanc pugnam, ex terna acie ſingulis detractis cohortibus, quartam inſtruxerat, equitatuiq; Pompeiano oppoſuerat, in qua eius diei uictoriam conſtare oſtenderat. Badius malè hic ſequitur Sulpitium. In Septimo inde uerſu metonymiam putat idem Sulpit. in uerbo, Sonipes. id eſt, eques, inquit, Pompeianus: non conſiderãs, quæ uerba ſequuntur, de equo, non de equite cum hic lõqui. Quomodo enim eques Pompeianus calcauit mẽbra regentis? & non potius equus transfoſſus? equitem deiecit ac calcauit. Hucuſq; Glareanus. Prima frons Laba.] Inter aciem & frontẽ. Acies eſt, exercitus inſtructus. frons quæ aduerſum hoſtem ſpectat. Vege. libro 3. capite 14. Incurſu.] Pompeianorum equitum, ſtatim quartæ aciei ſignum dedit. Obliquas coh.] Quartam aciem, ut iam dictum eſt. Non motis cor.] Inter duo cornua,

media ſtabat acies. Acies Cæſaris ita fuit inſtructa, ut Dextrum cornu ipſe teneret Cæſar. Siniſtrum M. Antonius, Mediam aciem, Domitius Calatinus tueretur. Hæc cornua immota ſteterunt, & in hoſtium equitatum immiſit ſubitum agmen, hoc eſt, cohortes illas ſubſidiarias quartæ aciei. Nam Cæſarem non fefellit, ut ipſe ſcribit, quin ab his cohortibus, quæ contra equitatum Pompeij in quarta acie collocatæ fuerant, initium uictoriæ oriretur: ut ipſe in cohortandis militibus pronunciarat. Vagus hoſtis agebat.] Pompeianus eques, turmatim ſe explicans ad circumeundum aciem Cæſaris. Immemores pugnæ.] mandatorum Pompeij, ut ſua oratione ante pugnam monuerat.

Præcipites fecere palàm.] Declararunt ſua fuga palàm, bellum illud uerè ciuile eſſe, quod infœliciter barbaris commiſſum eſſet, à quibus initium fugæ proficiſcebatur, unde horrenda cædes fuit ſequuta. Ab his enim equitibus, & ab ea parte, cui maximè confidebat, principium fugæ factum fuit. Didicit clariſſimus, & maximus Imperator, aliud eſſe cum barbaris, aliud cum Romanis A pugnare. Præterea, minus firmæ ſpei in Aſiaticis auxiliis, ut mollibus fœminis eſſe in prælio, quàm in Italicis hominibus, bello natis, & exercitatis. Sic Darius cum innumerabilibus Aſiaticis copijs cum Alexandro congreſſus, ſic Xerxes cum Themiſtocle: ita Antiochus aduerſus Romanos ſemper infœliciter dimicauit. Fuerint hic Duces pares peritia armorũ, & rei militaris: at copiarũ numero impar Cæſar, ſed uirtute & genere militũ ſuperior, inferior uiribus Aſiaticorũ auxiliorum, quibus frætus ſpe uictoriæ decidit Pompeius. Aſiatici cum Italis, Romanis, Gallis, & Germanis comparati, quibus conſtabat Cæſaris exercitus, quid aliud erant, quàm mulieres, molleſq; & effœminati homines? qui cùm in caſtris Pompeij omni rerum copia abundantes luxui uacarent, Cæſaris miniſterrimo, ac patientiſſimo exercitui contrà ſemper omnia ad neceſſarium uſum deerant. Infœliciter itaque bellum ciuile imbellibus fœminis uerius, quàm uiris à Pompeio fuit commiſſum.

Vt primum ſonipes.] Tranſit ad fugam primum equitum Pompeianorum, ibi conſpexerunt equum transfixum ſeſſorem excutere, & humi delapſum pedibus proculcare. Omnis equis ceſsit.] Cæſariani tanta ui in equites Pompeij infeſtis ſignis impetum fecerunt, ut eorum nemo conſiſteret, omnes que conuerſi, non ſolum loco excederẽt, ſi protinus incitati fuga altiſſimos montes peterent. Conuerſis frenis.] equis retro actis in fugam. Perdidit inde.] Inde cædibus ſæuitum eſt, non interficiendi modus ſeruatus eſt, ſed ſine diſcrimine in Pompeianos graſſati fuerunt, qui abiectis armis amplius pugnare recuſarunt. Hinc iugulis.] Iugulantur Pompeiani, cædunt Cæſariani, quod poſſunt. Hæc acies.] Cæſaris non poteſt tantum militum Pompeianorum ferro delere, quantum uirorum in acie, & in caſtris erat, quin adhuc ſupereſſent. Tam numeroſum is exercitum habebat. Erant ei, quinq; & XL. millia peditum, VII. millia equitum: cùm Cæſar XX. tantum mille peditum haberet, & ſolum mille equites. Vtinam Pharſa.] Auerſo ad campos Pharſalicos. Porrò uerò quem alium ſanguinem putat, ſtatim reddit. Hic numerus to.] Barbari, quibus maxima pars, exercitus Pompeij conſtabat, ueſtiant agros Pharſalicos oſſibus, & uiuant Romani. Vtinam fontes Theſſalici non inficerentur alio ſanguine, quam barbaro-

Vt primum ſonipes transfixus pectora ferro
In caput effuſi calcauit membra regentis,
Omnis eques ceſsit campis, glomerataq; pubes
In ſua conuerſis præceps ruit agmina frenis.
Perdidit inde modum cædes, ac nulla ſecuta eſt
Pugna, ſed hinc iugulis a hinc ferro bella gerũtur,
Nec ualet hæc acies tantum proſternere, quãtum
Inde perire poteſt. utinam Pharſalia campis
Sufficiat cruor iſte tuis, quem barbara fundunt
Pectora, non alio mutentur ſanguine fontes.
Hic numerus tõtos tibi ueſtiat oſsibus agros.
Aut ſi Romano compleri ſanguine mauis,
Iſtis parce precor, uiuant, Galataq;, Syriq;,
Cappadoces, Galliq;, extremiq; orbis Iberi:
b Armenij, Cilices. nam poſt ciuilia bella
Hic populus Romanus erit, ſemel ortus in omnes
It timor, & fatis datus eſt pro Cæſare curſus.
Ventũ erat ad robur Magni, mediasq; cateruas,
Quod totos errore uago perfuderat agros,
Conſtitit hic bellum, fortunaq; Cæſaris hæſit.
c Non illic regum auxilijs collecta iuuentus
Bella gerit, ferrumq; manus mouere rogatæ:
Ille locus fratres habuit, locus ille parentes.
Hic furor, hic rabies, hic ſũt tua crimina Cæſar.
Hanc fuge mens partẽ belli, tenebriſq; relinque,
Nullaq; tantorum diſcat me uate malorum,
Quàm multum bellis liceat ciuilibus, ætas.

a al. hic ferro

b al. Armeni, mendoſè.

c al. Illic nõ.

tum, ac non etiam Romanus cruor admiſceretur. Aut ſi Romano.] Aut ſi mauis Romanorum ſanguine campos, & amnes compleri, parce his barbaris, quos enumerabo, qui poſito bello Ciuili, ciuitate Romana donabuntur. Viuant Galatæ.] polyſyndeton. Galatæ, Galatia celeberrima regio minoris Aſiæ. Patet ea, qua Pompeiopolis eſt, & Boreas, contigua Paphlagoniæ: ab Ortu Bithyniæ, Myſiæ, & Phrygia cõmiſſa, Dindymenis in B gis, & Cælenijs mon C tibus mediys. Auſtrinam partẽ Piſidia finit: Orientalem Cappadocia, citra Achelaidem urbem, et montem Agæum, qui in media Cappadocia attollitur, adeo alius, ut à niuib æſtiuis prematur. Archelaida Halys præterlabitur, è Tauro monte deiectus, qui Paphlagoniam ab Ortu terminat, & à Ponticis gentib diuidit. Galatiam poſt magnas Alexandri uictorias, & auctas per Aſiam regni Macedonici uires Græci occuparunt: quibus poſtea Galli ſe magno numero Aſiam ingreſſi cõiunxerunt. Gallogræci dicti, gens mixta, & regio, quæ poſtea creſcentibus rebus, Galatia dici cœpit, quæ antea Gallogræcia fuerat nuncupata. Vtriuſq; uocis uſus apud ſcriptores manet. Galli cum multitudine hominum abundarent, cum trecentis millibus Alpes tranſgreſſi, per Illyricum, & Pannoniam florentiſſimum Græciæ tractum ingreſſi, non Europæ ſolum, ſed etiam Aſiæ terrorem inculſerunt. Hi Romam inuaſe-

rant

A rant Duce Brenno. Denique omnem Asiam uelut examine aliquo implebat: ut Iustini uerbis utar. Libenter de his uoluptatis gratia pluribus diuagari. Nulli reges Asiæ bella, sine auxilijs mercenarijs Gallorum gesserunt. Et quod maximum est, reges regnis suis eiecti, nusquam, nisi ad Gallos se receperunt. Denique sine Gallica uirtute desperabant, maiestatem suam se recuperaturos. Sic Bithyniæ regem in regnum suum restituerunt, & illud cum eo partiti, suam Terram Gallograeciam appellarunt. Ad hunc modum historiam digerit Iustinus: prolixius etiam Liuius libro belli Macedonici 8. Plinius, Galatas magna ex parte Phrygiæ agros tenere prodidit, unde liquet, eos finitima etiam occupasse. A candore corporis Galatas Gallos dictos credit Lactantius, γάλα, γάλακτος. Lac. Vnde prouincia Galatia dicta, in qua Galli Græcis se miscuere. Ab his prius Gallograecia, postea Galatia dicta fuit. Principio ipsa regio in quatuor præfecturas diuisa fuit, tetrarchias dictas. Tetrarchæ regibus dignitate pares erant. At deuicto Mithridate, ad Duces potestas uenit. Paulò post, Deiotaro, qui hoc Ciuili bello cum Pompeio se coniunxit, soli datum fuit. Inde Amyntæ: post
B quem à M. Lollio sub Augusto in prouinciæ formam Galatia redacta est. Syriæ.] Syriæ nomen latissimè patet. Huius initium est Arabia, qua in Syrbonin lacum uergit: à Meridie terminata Petræa, ab Ortu brumali, Deserta Arabia, & solitudinibus Palmyrenis. Ad Septentrionem latus eius excipitur ab Euphrate, & citra eum iuga Amani montis, Ciliciam disterminantis. Isico sinu finitur. Occiduum latus Phœnicium mare alluit. Præcipuæ Syriæ partes sunt, Palæstina, Phœnice, Damascena, Cœle, Decapolitana, Antiochena, Comagena, proxima Euphrati: & Apamena. Cappadoces.] Mons Scordiscus Cappadociam ab Ortu Minori Armeniæ adiunxit. Antitaurus superiora terminat: & quæ inde trans Melam amnem, ad Euphraten, Comagenen, & Ciliciæ montana excurrunt, annumerantur quidem à Plinio Cappadociæ, tum autem, & à Strabone, à Ptolemæo in minori Armenia relata Tauri iugo à Cilicibus digressa Lycaonia, & Occidua Cappadocia dirimuntur. Occiduum latus Paphlagonia, & Galatia terminant. Terra lata, & amnibus clara, inter quos Halys, olim Crœ-
C si regni cardo. Hic Iris amnis est, & Thermodon, quem Plinius Cappadocem uocat. Vnde Cappadoces dicti, antea Syri etiam dicti, & Leucosyri.

Gallijs, extremijs.] Allobroges. Post aduersam Cæsarianorum pugnam ad Dyrrhachium Rosillus, & Egus fratres Allobrogici equitatus duces à Cæsare increpiti, quod stipendium à se acceptum malignè equitibus redderent, ad Pompeium cum aliquot ex suis popularibus transfugerant: à quibus ille non pauca eorum dictus, quæ apud hostem fierent, ui erumpere constituerat. De his Allobrogibus Gallis hic agit Poëta. Iberi.] Hispani, ultimi populi ad Occasum Europæ. Armenij.] Alibi docuimus probatissimos scriptores duas Armenias facere: maiorem, & minorem: quare eius descriptionem hoc loco prætermittere consilium est. Vt tamen lectio uoluptate aliqua condiatur, pauca de Armeniorum celebrioribus rebus, ut additamenta adscribenda duxi. Montium Armeniæ Maiores præter terminales, præcipui sunt, Antitaurus, qui mediam eam transuerso cursu permeat: donec reflexus ad Boream, Sophonen clarissimum Armeniæ partem includat. Et quoniam Tauri iugis hinc, inde obuertitur, nomen inde habet. Ibi mons Abus est, quem Ptolemæus Periardes uocat: ibi Gordyus, seu Gorduus, siue Gordyæus apud Strabon. In hoc Arcam Noë consedisse post diluuium Berosus astruit, & multi eum posteris temporibus ex nostra religione secuti. Ararat uerò, quod Genes. cap. 8. legitur Armeniæ tribuunt. Et Hieronymus in Esaiam, Ararat campestrem regionem in Armenia esse dicit, per quam Araxes fluuius ad radices Tauri fluit. Hinc Araxea planicies Straboni dicta, qui arcam in altissimis Tauri iugis hæsisse tradit. Literæ Armeniacæ à cæteris gentibus sunt diuersæ. Mons Ararat est Armeniæ re uera, in cuius summis iugis sedit arca à diluuio. Huius montis uertex perpetuis niuibus rigit, eur inaccessibilis est. Aytonus, cuius temporibus tota Armenia Christianam pietatem coluit, prodidit, in uertice montis Ararat migrantem quandam speciem apparere, quam uetustam illam cataclysmi arcam esse incolæ arbitrarentur.

Cilices.] Cilicia propemodum tota montanis includitur, nisi ubi sinus Isicus alluit. A Septentrione Cappadocia includitur: ab Ortu Syria, ab Occasu Pamphilia montanis subijcitur: ad meridiem sinus Isicus alluit, ubi ad Issum oppidum mons Amanus per angustias Syriam aperit, quæ portæ Amanicæ, & Syriæ portæ, & pilæ appellantur, quod portis claudi queant, perinde ut Sarmaticæ, & Caucasiæ portis præmuniantur. Rursum uersus Occasum, iuxta Anemurium promontorium, & amnem Melam, montana ferè exasperant, ubi portæ Ciliciæ sunt, quas cum magno periculo transijt Alexander. Hinc Strabo libro 14. Ciliciam diuisit in asperam & planam, siue campestrem. Ciliciæ amnes sunt, Cydnus, & Pyramus. Vrbes celeberrimæ, Issus, Rhosus, Mallus, Mopsus, Anchiale, Aegea, Solæ, & omnium metropolis Tarsus, quam Romani propter dignitatem, & uetustatem liberam esse uoluerunt. Labitur Cydnus è Tauro, modicus quidem, sed liquore memorabilis: leni tractu è fontibus lapsus puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt, atque ita limpidus, & frigidus mare intrat. Mores gentis effecerunt, ut prouerbio notarentur, Cilix haud facile uerum dicit, κίλιξ ὁ φιλίως ἀληθεύσας. Cilicum exitium de crudeli & immani. Nam Cilices ob piraticam, quam exercebant, & assiduas hospitũ deprædationes, infames erant immanitatis, & crudelitatis nomine. Cilicij imperatores, homines hirsuti, & pilis obsiti. Quare saga pilis contexta, Cilicia uocantur. Hic populus Rom.] postea multi ex barbaris nationibus Romam commigrarunt, & ciuitate donati fuerunt. Semel ortus.] Simulac à paucis trepidatum fuit, totus trepidare cœpit, ac fugam capere. Et fatis datus est.] In fatis fuit, ut Cæsar uictoria potiretur, & prosperè rem gereret. Ventum erat ad ro.] Subsidiariæ cohortes tanto impetu fuerunt in Pompeianos inuectæ, ut momẽto temporis omnem equitatum ea parte auerterint. Tum sagittarij ab equitibus destituti, ad unum ferè cæduntur, Tum ferociter illæ cohortes præteruectæ, sinistrum Pompeianorum, quod hoc loci poëta robur uocat, inuadunt. Resistebant tamen Pompeiani: uerum tertia acie, eodem Cæsaris iussu immissa: confestim ea quoque parte in fugam uertuntur. Appianus signo, inquit, à Cæsare dato, qui in subsidijs constiterant, subitò accurrunt, & ad equites delati, erectis pilis Pessorum facies inuadũt. Illi hostium audaciã, plagasq; in os illatas non ferentes, nullo ordine fugam capessunt.

Eò loci peditatum omnem, depulsis Pompeij equitibus, Cæsaris equites inuadunt, circundantq; qui prius ab illis circundari timuerant. Quod animaduertens Pompeius, peditibus edicit, ne se ulterius in eos uertant, neque à Phalange longius excurrãt, aut telis cominus utantur, uerum eminus distantes iaculis è manu missis, insurgentes repellant hostes. Et paulò pòst. Decima legio, inquit, assistente Cæsare, læuam Pompeij aciem, quæ ab equitibus destituta fuerat, circumquaq; percurrit, & latera eius omni ex parte immobilis, telis missilibusq; cõfodit, quoad cõturbatis omnibus in fugam uertit: quæ res uictoriæ auspiciũ illi attulit. Hactenus ille. Cæsar, sed prouinus incitati fuga (Pompeiani) montes peterent: quibus summotis, omnes sagittarij, funditoresq; destituti inermes sine præsidio interfecti sunt. Eodem tempore cohortes sinistrum cornu pugnantibus etiam tum, ac resistẽtibus in acie Pompeianis, circumierunt, eosq; à tergo sunt adorti. Eodem tempore tertiam Cæsar, quæ quieta fuerat, & se ad id tempus loco tenuerat, procurrere iussit. Itaq; cum recẽtes, atq; integri defessis succesissent, alij autem à tergo adorirentur sustinere Pompeiani non potuerunt, atq; uniuersi terga uerterunt. Hæc Cæsar. Robur.] firmissimas turmas, exponit Sulpitius, ut ad Primilos, uexilla, et triarios, inquit. Sextus ordo post omnes à fortissimis, & scutatis, & omni genere armorũ munitis bellatoribus tenebatur, quos antiqui triarios appellabãt. Hi ut requieti, & integri acriùs inuaderent hostes, post ultimas acies sedere consueuerant. Si quid enim primis ordinibus accidisset de horum uiribus reparationis spes tota pendebat. Vnde in prouerbium cesit, res ad Triarios rediit. Siue igitur Triarios intelligit, siue sinistrum cornu, ut Cæsar, & Appianus, in paruo discrimine ponendum est. L. Florus, cum Pompeiut, inquit, adeo equitum copia abundaret, ut facile circumuenturus sibi Cæsarem uideretur, circumuentus ipse est. Nam cum diu æquo marte contenderet, iusq; Pompeij à cornu erupissent equitatus, repentè hic signo dato, Germanorum cohortes, tãtum in effusos equites fecere impetum, ut illi esse pedites, hi uenire in equites uiderentur. Hanc stragem fugientis equitatus leuis armaturæ ruina comitata est. Tunc terrore latius dato, iumentis inuicem copijs, reliqua strages quasi una manu facta est. Nec ulla res magis exitio fuit, quàm ipsa exercitus magnitudo. Multus in eo prælio Cæsar fuit, medius q; inter Imperatorem, & militem, uoces quoque obequitantis exceptæ, altera cruenta, sed docta, et ad uictoriam efficax. Miles faciem feri, altera ad iactationẽ composita, parce ciuibus, cum ipse sequeretur. Hæc L. Florus.

Quod totos errore uago.] Resistebant Pompeiani aliquandiu: uerum tertia acie à Cæsare eodem immissa, ea quoq; parte extemplò in fugam uersi fuerunt. Constitit hic bell.] Quod ibi resisterent Pompeiani, ut dictum est. Sulpitius exponit, hæsit, firmata est: cum Poëtæ mens sit, Cæsaris fortunam ibi ancipitem, ac dubiam fuisse, ut ubique Pompeianus est, Resistebant quidem Pompeiani, sed superueniente tertia acie, illico in fugam abierunt. Non illic regum auxilijs.] Ibi nulla barbarorum populorum auxilia steterunt: ibi nulli reges pugnarunt sed Romani, & Itali acriter pugnabant. Diuersa lectio est, in codice uetusto, togatæ, ut rectè etiam monuit Sulpitius. Ille locus fratres habuit.] mouet obiter rursum affectus, à relatione, & pugnæ horrenda facie. Hic sunt tua crimina Cæsar.] Nam ex Floro demonstrauimus in eo prælio multus Cæsar erat, suosq; obequitabat, & adhortabatur ad pugnam, clamitans uictoriam in manu esse, ferirent facies barbarorum, & ciuibus parcerent, cum ipse sequeretur.

Et cũ Lucanus dicit. Animis flagrãtib. addit, ignes. Voces quoque obequitantis exceptæ, altera cruẽta, sed docta, & ad uictoriã efficax, miles faciem feri. Et Appianus, decima legio, assistente Cæsare, ait læuã Pompeij aciẽ, quæ ab equitibus destituta fuerat, circumquaq; percurrit. Conspicit.] pathos à crudelitate. Mucrone.] gladij, qui antea leuiter extrema cuspide sanguã ne conspersi fuerant, nunc toti rubent, & madent. Quis multet nullũ.] quasi dicat, nemo quidem est horum Cæsarianorũ, qui horum quicquã præstet: tanta crudelitas, tanta militum immanitas est. Obit latis.] ipse Cæsar quasi cæsorum spectaculo delectetur. Quid poëta de Pompeio diceret, si ipse uictor in hac pugna fuisset? Vulnera mul.] Sulpitius

a al. Ah.
b al. furorq;
c al. respicit, & al. Inspicit.
d al. cruẽto.
e al. tantum primo.
f al. deest, τὸ, est.
g subigit.

Hæ potius p.la.] Præteritio, fingit se taciturum horrendã faciem pugnæ, cum maximè pergat queri, ac enumerare particulatim immania spectatu in ea pugna. Roma.] Auersio ad Romanos iam absentes. Hic Cæsar.] Hæc ea sunt, quæ tacebit. In primis in hac acie fleuit Cæsar, qui populum ad rabiem impulerit, qui stimulus ad furorem suis exitit: ut per appositionem fit dictum: nisi quis malit interpretari. In hac acie fuit Cæsar, hic fuit rabies populi Ro. hic stimulus omnis furoris. Vetus codex furorq;. Quasi dicat, in Cæsariana acie furor sæuit, ibi stimulus multus ad rabiẽ in conflictu. Agmina circum.] anastrophe. Ostendimus paulò antè Cæsarem in eo prælio fuisse, & medium inter Imper. & militem se gessisse.

a Hæ potius pereant lacrymæ, pereantq; querelæ,
Quicquid in hac acie gessisti Roma, tacebo.
Hic Cæsar, rabies b populi, stimulusq; furorum,
(Ne qua parte sui, pereat scelus) agmina circum
It uagus, atq; ignes animis flagrantibus addit.
c Conspicit & gladios, qui toti sanguine manent,
Qui niteant primo tantum: mucrone d cruenti,
e Quę presso tremat ense manus, quis lãguida tela,
Quis contenta ferat, quis præstet bella iubenti
Quẽ pugnare iuuet, quis uultum ciue perempto
Mutet, obit latis proiecta cadauera campis.
Vulnera multorum totum fusura cruorem
Opposita premit ipse manu. quacunq; uagatur,
Sanguineum ueluti quatiens bellona flagellum,
Bistonas aut Mauors agitans, si uorbere sæuo
Palladia stimulet turbatos ægide currus.
Nox ingens scelerũ f est, cædes oriũtur, & instar
Immensæ uocis gemitus, & pondere lapsi
Pectoris arma sonant, confractiq; ensibus enses.
Ipse manu g subicit gladios, ac tela ministrat:
Aduersosq; iubet ferro contundere uultus:
Promouet ipse acies, impellit terga suorum,
Verbere conuersæ cessantes excitat hastæ.

A Sulpitius hoc exponit de pietate Cæsaris in suos milites, haud scio, an rectè, Lucanus scribit Cæsarem multorum uulnera opposita manu obstruxisse, ne omnem cruorem effunderent, cum ipse paucos admodum in eo prælio desiderarit, hoc est, non amplius ducentos milites, sed Centurioner fortes uiros circiter XXX. Sanguineum uelari.] Comparatione Cæsaris ardorem in eo conflictu amplificat à Martis, & Bellonæ furore, quoties Thraces in prælio ad cædem extimulant. Bellona.] Dea belli ἐννώ. Hanc Duellonem quoque uocabant. Martis soror dicebatur, ante cuius templum fuit Romæ columna admodum exigua: super quam, quoties bellum indicebatur, hastam iaciebant. Filius Bellonæ, ἐννάλιος, quasi bellicosus dicebatur. Huius deæ sacerdotes nõ alieno, sed suo cruore sacra faciebant. Sectis enim humeris, & utraque manu districtos gladios exercentes currebant, quasi insanirent. Hanc uidetur Hyginus Belonen appellare, ea pite de inuentoribus rerum, & reperisse arcum.

Bistonas.] Bistonum gens in Thracia est, & stagnum eiusdem nominis Bistonis, ac regio, à Bistone Thracum rege nominata. Ouidius:

„ Et tuta à bello Bistonis ora fuit.

B Vnde Bistonius, Thrax. Thraciæ præsidere Mars creditus fuit, quod ea gens bellicosa semper fuerit. Hinc Verg. eam terram Mauortiam uocat. Aeneid 3.

„ Terra procul uastis colitur Mauortia campis,

„ Thraces arãt, acri quõdã regnata Lycurgo, Et alibi,

„ Gradiuumq; patrem, Gethis, qui præsidet aruis.

Cæsarem Bellonæ, ac Martì comparat, milites Thracib. Palladia ægide.] terribili scuto. Pallas quod Pallas eli peum gestaret, in quo caput Medusæ Gorgonis fixũ erat, uel ut alij, in pectore, ut multo terribilior esset. Perseus acceptis à Mercurio talaribus, & à Vulcano harpe adamantina, per aërem ad Gorgonas iter fecit. Erant enim Phorci filiæ, pro crimibus singulos angues gestãtes: & hæ quoscunque intuitæ fuissent, uertebãt in saxa. Tres fuêre sorores, pulchritudinem, & unum oculum inter se comunicabant. Nomina fuerunt Steno, siue Stenio, Euriale, Medusa. A' Minerua eum missum putant, & ab ea uitreum clipeum accepisse, per quem, nec uidere, nec uideri ab eis potuit. Hic dormentes Gorgonas repertas, Medusæ caput amputatum Mineruæ tradidit. Illa (ut dixi) clipeo inseruit, aut pectore, quo in bello multo terribilior appareret. Aegide Palladia Martem in bello Thracio utipoëta canit, ut flagello, & formidabili scuto hostes, & eorum currus in fugam extimulet. Visum est paulo prolixius Gorgonibus commentari, quoniam in earum mentionem per ægidem Palladiam incidimus. Sunt, qui prodant quatuor fuisse sorores, Scyllam, Sthenonem, Euryalem, & Medusam, atque habitasse insulas contrà hortos Hesperidum, quæ Dorcades dictæ fuerunt. Est autem γοργόν, terribile, & agile. Diodorus author est, olim fœminas bellicosas, non multum moribus ab Amazonibus diuersas Africum habitasse, quarum reginam Persus bello deuictam interfecit. Inuenio tres tantum, præter Scyllam, Gorgadas insulas in mari Aethiopico coluisse, à quibus nomina sortitæ fuerunt insulæ. Minerua Medusæ crines in angues ita uertit, ut qui eam intuerentur, illico uerterentur in lapides, & saxa. Ex huius cruore, Pegasum natum fabulantur, quare ex Neptuno, & Medusa natus fingitur. Addunt & illud, Deam Medusæ caput clipeo imposuisse, ut dixi. Historia multis uerbis apud Græcos, ab Apollonij interprete refertur, ut legere est in commentarijs nostris libro Aeneid. 2. Idem interpres addit, authores esse, qui prodant, Perseum cum capite Medusæ auulso è Libya diuolasse, & ex guttis sanguinis in terram lapsis feras natas, atque hinc factum cur ea regio ferarum sit fœcunda. Medusam unam sororum mortalem fuisse, author est Hesiodus duas immortales. Fabulæ rationem reddit Fulgentius libro Mythologicõn 2. Sed satis de Gorgonibus. Cæterum ægis est corporis munimentum in numine cum capite Medusæ. In Imperatoribus, Lorica uocatur. Nox ingens.] Sulpitius exponit, confusionem. Ego equidem arbitror ingentem cæcitatem eum significare, qua in perimendo nihil discriminis, et rationis habebatur, perinde ut nocte nullum rerum discrimen poni potest. Et ponderelapsi.] Homericum illud expressit, quod in Iliade frequens est.

λήπησεν ἢ πεσὼν, ἀράβησεν τεύχε ἐπ' αὐτῷ, id est, Labitur, atque super sonuerunt arma cadenteme Ipse manu s.] exaggeratio inclementiæ Cæsaris. Subicit, pro, subijcit, syncope, ad corripiẽdam syllabam mediam. Vetustum exemplar habet, subigit. Aduersosq; iub.] Signo à Cæsare dato, ait Appianus qui in subsidijs constiterant, subitò accurrunt, & ad equites delati, erectis pilis fossorum facies inuadunt. Illi hostium audaciam plagasq; in os illatas non ferentes, nullo ordine fugam capressunt. Ferro contundere uultus.] ferreis pilorum, & hastarum cuspidibus. Sic à Cæsare imperatum fuerat, ut scribit Florus, miles faciem feri, & parce ciuibus, cum ipse sequeretur, quod ipsum etiam Lucanus testatur, cum addit, Promouet ipse acies, impellit terga suorum. Conuersæ hastæ.] indicet eum non ea parte hastæ suos impulisse ad pugnam, cui cuspis præfixa erat, sed diuersa, quæ manu tenetur, ne suos uulneribus expeditos ad pugnam, afficeret. Boni Imperatoris fungebatur officio. Et ut erat clemens, & benignus erga milites, ita in impellendo minus durus, & asper.

In plebẽ uerat.] hoc est, quod modo ex Floro demonstraui, parcendum ciuib. est, hoc est, plebi tantum, qui sine iudicio, erro re magis, quàm scelere contra Cæsarem arma induerant. Monstratq; se.] In quem omnẽ pugnæ rabiem conuertant, ut qui bel

In plebem uetat ire manus, monstratq; Senatum.
Scit cruor Imperij, a qui sit, quæ uiscera b regum,
Vnde petat Romam, libertas ultima mundi
Quo steterit ferienda loco. c permista secundo
Ordine nobilitas, ueneranda'q; corpora ferro
Vrgentur, cædunt Lepidos, cædunt'q; Metellos,
Coruinos'q; simul, Torquata'q; nomina regum,
Sæpe Duces, sumos'q; hominũ, te Magne remoto.
Illic plebeia contectus casside uultus
Ignotus'q; hosti, quod ferrum Brute tenebas?
O' decus d Imperij, spes ô suprema Senatus,
Extremum tanti generis per secula nomen,

li, & iniuriarum causæ, & fontes essent, cũ à plebe culpa omnis abesset. Qui cruor Imper.] id est, nouit, quorum cæde ipse ad Imperium peruenire posset, quibus superstitibus difficile foret. Scit, quorum sanguine Imperium redimere potest. Quæ uiscera.] Sul-

a al. quis.
b al. rerum.
c al. permixta.
d a Imperijs

Ne rue per medios nimium temerarius hostes,
Nec tibi fatales admoueris ante Philippos,
Thessalia periture tua. nil proficis istic
Cæsaris intentus iugulo. nondum attigit arcem
a Iuris, & humanũ culmen, quo cũcta pręmuntur.
Egressus, meruit fatis tam nobile letum.
Viuat, & ut Bruti procumbat uictima, regnet.

a al. Iuris & humani culmen.

ra.] Sulpitius exponit, qui regibus charissimi. Sed haud scio, num simpliciter exponendum sit. Vnde petat Ro.] A quib. Imperium Romanum petat, quibus extorqueat monarchiam. Libertas.] hoc loco, quo fuit pugnatum, atque adeo hoc tẽpore, ultima libertas totius Imperij Romani stetit debellanda. Hac pugna amissa, libertas sublata fuit per monarchiã. Permista secundo.] Principes ordo erat Senatorius, hoc est, patrum, quorum liberi patricij appellabantur. Medius ordo, inter Senatores, & Plebem, equestris dignitas fuit. Equitibus Senatum permistum fuisse, inquit poëta, in hac clade Pharsalica. Ferro urgentur.] Senatores, & Equites sine discrimine interficiuntur. Non uanè hoc scribit Lucanus. Nam inter sex millia Pompeianorũ cæsa: uel. ut alij, inter XXV. M. uel, ut Cæsar, inter XV. millia, cecidere in hac acie Senatores X & cum ijs, L. Domitius, quem Cæsar ad Corfinium obsederat, & captum liberũ dimiserat. Cædunt Lepidos.] Enumerat, ut poëtis mos est, aliquot illustriũ familiarum nomina, ex quarum gente in prælio periêre. Et hac gente fuit M. Lepidus Triumuir, qui cum Octauio, & Antonio Imperium partitus fuerat: & cui in diuisione orbis Africa obtigerat. Metellos.] Metellorum gens multis egregijs triumphis illustrata fuit, unde alij alia cognomina reportarunt. Metellorum familia assueuerat bellicis cognominibus, ut Metellus Creticus: Metellus Balearicus: Metellus Pontifex, qui Consulem Posthumum reuocauit: Metellus Celer, pudicitia celebratus: Metellus Numidicus, Metellus Macedonicus: Metellus Pius cognomento. Coruinosq.] ex familia primi Valerij Coruini, qui id cognomen ab alite coruo adeptus fuit, quando cum Gallo pugnabat. In hac pugna mirum quiddam accidebat. Nam cum in certamen iret contra hostem, coruus galeam eius insedit. Quo omine Tribunus confirmatus, lætus precatus fuit numen, ut præsentem sibi pugnam secundaret. Cæso Gallo Coruino cognomen ei datum fuit, eaq; appellatio in posteros propagata fuit. Torquatasq; no. regum.] Manlius Torquatus ex prouocatione, ut Valerius Coruinus, hostium Ducem interemit, cui spolijs exuto, aureum torquem detraxit, à quo Torquati appellationẽ. tum ciuium, tum militũ fauore consequutus fuit. Hic à seuera disciplina militari, & in filium hostis uictorẽ seueritate, & acerbitate Imperiosus fuit appellatus. Cur torquata nomina regum, dixit poëta, miretur aliquis, cum nec ipse à regibus duxerit genus, nec ab eo reges prodierunt? Omnibonus, Torquataq; nomina regum, inquit, id est, principũ Romanorum: non quod reges fuerint. Nã Torquatus fuit, qui occiso Gallo, torquem, quo spoliauit hostẽ, collo suo imposuit: & à torque appellatus fuit, Torquatus, & ab eo gens omnis familiæ Torquata. Micyllus uerò, Sed uidendum, inquit, num longius poëta respexerit, nẽpe ò, quod externi, & barbari reges torquati, ac purpurati incedere soliti fuerint, atq; inde torquata regum nomina dixerit, καθ' ὑπαλλαγήν. pro torquatorũ regum nomina, siue regibus cõuenientia, si appellatiuè scilicet usurpentur. Cæterũ, nomina Torquatorum, pro, ipsis Torquatis, dixit κατὰ συνεκδοχήν. Hæc Micyllus. Itaq; Torquatos dicit, qui regũ, si nõ nomine, certè epitheta præ se ferũt, à torque, torquati reges. Sæpe duces.] Cædũt sæpe ducer, ut dynastas exterarũ nationum, cædunt centuriones, & eos, qui ordines ducebant, id quod per copiam statim reddit: summos homines: ut Senatores, & alios summos uiros, et primipilos, exceptο Pompeio. Te Magne remoto.] per auersionem, Pompeium non cæsum dicit. Simili apostrophe utitur ad Brutũ, qui plebeis armis tectus, et Cæsarianis ignotus, fortiter res gesit. Hic in dubium uerti potest, cum duo Brutitum essent, Decimũ ne Brutũ, cui postea reb. pacatis Galliã Cisalpinã Cæsar decreuerat, an M. Brutũ Catonis ex Seruilia nepotẽ innuit poëta, cui Macedoniã, quorũ alter fuere, quorũ hic poëta frequẽter meminit. Cõmentatores & nunquã distinguũt. M. Brutus Pompeiũ sequutus, de quo hoc loco, & lib. 2. ubi eius est oratio ad M. Catonẽ auunculũ. Decimus Brutus Cæsaris partib. adhærens Hic Massiliam mari oppugnauit: ut lib. 2. Cæsar: & hic poëta lib. 3. retulit. Vterq; postea Cæsari gratus, cõiurationi tamen adhæsere, quæ Cæsarẽ sustulit. Decimus autẽ, non Decius appellatus, qui Cæsarẽ sequutus fuit. Est enim Decius familiæ nomen, Decimus autẽ prænomen, ut Sextus. Multa huiusmodi malè hodie in Romana historia confundũtur ab inexercitatis, ac non bene attẽtis. Longè enim differũt, Quintus, & Quintius; Sextus, & Sextius: Septimus, & Septimius: Decimus, ac Decius. Illa prænomina, hæc nomina sunt. Cæterum hic poëta, ut fere Romani, hosce natos ex isto primo Cos putarũt, cũ Dionysius Halicarnasseus eũ absq; uirili stirpe periisse dicat. Id quod est uerisimile. Multi emẽ Iunij ex plebe Coss. fuêre à lõgo tẽpore. Vnde noua nobilitas, ut pleraq; Romanorũ, etiã Cæsarũ postea. Hæc Glareanus rectè. Itaq; M. Brutũ significat poëta, qui Catonẽ auũculũ habebat, ex eius sorore Seruilia progna tus, cũ qua Cæsar stupri cõsuetudinẽ habere uulgò credebatur. Quare cũ eũ in coniuratione in se ruentẽ uideret, ὦ σοφέυον, inquit, Græcè, hoc est, & tu fili. O decus Im.] Exclamatio in laudes M. Bruti, quod inter primos cõiuratos in Cæsarẽ grassatus fuerit, quasi ab eo spes ultima, & salus Senatus ob id pepẽderit. Extremum.] quasi is ultimus ex gente Brutorũ, à quo originẽ duxerit, postea extiterit. Dictũ paulò antè est, Brutũ nullos reliquisse liberos, Dionysio posteaquã percussit suos securi, qui inter cõiuratos deprehensi erãt. Ne rue.] dehortatur temeritatẽ in medio ardore prælij, ad interficiendũ Cæsarẽ. ne accersas tibi præmaturã mortẽ, ante diẽ fatalẽ. qui tibi præstitutus est ad Philippos. Fatales Phil.] ubi cũ Cassio aduersus Octauiũ, & Antoniũ perijt. Ingratus profectò cõtra uiros. Et cũ uictis Pompeianis, unà cũ cæteris fugeret, per paludẽ in pacatũ euasit, et Lariss am uenit. Cæsar eius salute lætus, ubi eũ ad se uenire iussisset, uenia dedit, & honoribus ornauit. Ab eo tũ intellexit, quo Pompeius à fuga se recipere cõstituisset. Philippos.] In Thessalia suo more Lucanus collocat Philippos. Philippi urbs olim Datos dicta fuit, sed Crenida prius, quod fontes plurimi circa eam

A lem uberrimis fœtent aquis. Vnde uetus fuit loco nomen. Philippus eam urbẽ aduersus Thraces ad Strymonẽ emunuit, Philipporq; de suo nomine uocauit. Condita urbs est in prærupto colle, à Septentrione nemoribus clausa: ad Meridiẽ uastam habet planiciẽ, ad mare usq; extẽsam. Hanc Antonius insẽdit postea: Brutus, & Cassius binos tumulos octonis stadijs distãtes castris occupauit. Philippi in Strymonẽ, & Nessum amnes clarissimos erant. Strymon ex Hæmo decurrit, cuius altissimis iugis ad Septentrionẽ Thracia terminatur. Philippi in Thracia ergo, nõ in Thessalia fuêre. Sed de Philippis alibi plusquã satis dictum est. Nil proficis istic.] In hac pugna Pharsalica, cum in fatis sit, Cæsarẽ Romæ sua manu, & coniuratorũ tuorum periturũ. Nondum attigit ar.] nondum confecit bellum, & ad destinatũ summi Imperij culmẽ & perpetuã dictaturam peruenit. Hæc summũ culmen fuit. Humanum cul.] ad monarchiam, qua omnes gẽtes humanæ gubernentur, cui totus orbis parere cogetur. uetus codex, Iuris & humani culmen legit. ut sit sensus, nõdum est egressus culmen iuris humani. hoc est, dictaturã triumensium. Tam nobile letum.] Cæsar meruit tam nobilẽ mortẽ. Etenim multi persuasum habuerunt id temporis, talem ei mortem ex sententia obtigisse, Legerat enim apud Xenophontem Cyrum Persarum regem lentũ mortis genus habuisse, quam ipse semper fuit aspernatus. Pridie quàm in curia periit, cum apud M. Lepidum cœnaret, orto sermone, quis nam esset commodissimus uitæ exitus, subitus, inquit, & inopinatus. Et aliàs rogatus de optimo mortis genere, subitum dixit, & improuisum esse. Nunquam formidarat mortem, & quod genus optarat semper, ei obtigit. subitum, & improuisum. si non optabile, minimè certè pudendum, quod clarissimorum ciuium manibus, in conspectu amplissimi Senatus honestè occubuerit, & fortiter. Tam nobile letum.] ut Bruti clarissimi Senatoris manibus, tanquam uictima pro salute Imperij, cæderetur.

Hic patriæ] In hac clade omnis nobilitas, quã uocat decus patriæ, cadit: & quos uocat patriæ decus, ipse statim reddit, patritios uiros, hoc est, à patribus ortos. Cadauer.] cadauera nobiliũ Romanorum. Ex uno plura intelligũtur, συνεκδοχικῶς. ueluti eũ dicimus, Romanus prælio uictor, pro Romani uictores. Pœnus cæsus, pro, Pœni cæsi. Agere magno,] in magno aceruo. Legit hic Sulpitius, et non mista plebe. Separati enim erant, ait, illi à plebeis C patricij, qui circa Põpeium pugnabãt. Ad mirandæ uetustatis codex habet commixta plebe. Sic etiam legit, teste Glareano, Antonius Sabellicus. Signi ficat poëta, confusa cadauera plebeis patriciorum fuisse, non separatim in unum locũ collecta fuisse. Mors pugnacis Do.] pro, Domitij. apocope, abscissum est, id est, à fine. Huius mortem inter cæteros Romanos nobiles clarissimam fuisse scribit. Sed audiamus Cæsarem potius, quomodo interfectus fuerit. L. Domitius, inquit, ex castris in montem refugiens, cum uires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus. Hæc ille. In eadem acie ceciderunt Senatores 10. Per omnes cla.] Semper Pompeium, & eius fortunam sequutus fuerat, tum secundam, tum aduersam. Ad Corphinium obsessus in deditionem uenerat. Ad Massiliã uictus euasit. Toties uictus.] Perijt hic tandem, ubi toties euasisset, perijt liber, patria nondum in seruitutem redacta. In mille uulnera.] acceptis mille uulneribus, numerus certus, pro incerto. pro eo, quod est, multis uulneribus saucius concidit. Venia secunda.] Primam ueniam ad Corphinium consequutus fuerat, postea hic tandem periit Cæterum dedito ad Corphinium Cæsar pecuniam restituit, facta potestate, quocũq; uellet, abeundi. ut inter grũ esset ei, ab armis discedere, si uellet, & ad quietẽ se conferre: aut si in partib. manere in animo haberet, utra magis cordi esset, eã sequeretur. Successor. Magni dese.] auersio, per sarcasmũ, Sub initiũ Ciuilis belli, nouis Coss. creatis, Marcello, & Lẽtulo, L. Domitius Aenobarbus successor Cæsari datus fuerat, ut Gallias obtineret. Et ut prouinciæ aliæ alijs decretæ fuerãt, L. Scipioni Pompeij socero Syria data erat. Astilli suffe.] Domitio satis fuit spiritus palpitãs in pulmone, ut clarè uocẽ edere non ualuerit: & tamẽ leni uoce hæc reddidit Cæsari. Non te.] Ego liber morior unà cũ

Hic patriæ perit omne decus, iacet aggere magno
Patricium campis a commista plebe cadauer.
Mors tamen eminuit clarorum in strage uirorum
Pugnacis Domiti, quem clades fata per omnes
Ducebant, nusquam Magni fortuna sine illo
Succubuit, uictus toties à Cæsare salua
Libertate perit. tunc mille in uulnera lætus
Labitur, ac uenia gaudet caruisse secunda.
Viderat in crasso b uoluentem sanguine membra
Cæsar, & crepitans, iam Magni deseris arma,
c Successor Domiti, sine te iam bella geruntur.
Dixerat. ast illi suffecit pectora pulsans
Spiritus in uocem, morientia q; ora resoluit.
Non te funesta scelerum mercede potitum,
Sed dubium fati Cæsar, genero q; minorem
Aspiciens, Stygias Magno duce liber ad umbras,
Et securus eo, te sæuo Marte subactum,
Pompeio q; graues pœnas, nobis q; daturum,
Quum morior, sperare licet, non plura loquutum
Vita fugit, densæ q; oculos d pressere tenebræ.
Impendisse pudet lachrymas in funere mundi
Mortibus innumeris, ac singula fata sequentem
Quærere letiferum per cuius uiscera uulnus
Exierit, quis fusa solo uitalia calcet:
Ore quis aduerso demisso faucibus ense
Expulerit moriens animam, quis corruat ictu,
Quis steterit, dum mẽbra cadũt, quis e pectore tela
Transmittat, uel quos campis affixerit hasta:
Quis cruor emissus perruperit aëra uenis,
In q; hostis cadat arma sui, quis pectora fratris,
Cedat, & ut norum possit spoliare cadauer,
f Abscissum longè mittat caput, ora parentis
Quis laceret, nimia q; probet spectantibus ira,
Quem iugulat, non esse patrẽ, mors nulla querela
Digna sua est, nullos q; hominũ lugere uacamus.

a al. fine eom mixta non uero, non mista.
b al. uersantẽ
c al. Accẽson
d al. uertere ten.
e al. pectora tela.
f al. abscisum

Pompeio, uident te uictorem, & rerum potitum, qui aliquando Pompeio, & mihi graues, & acerbas pœnas sis daturus, id quod moriens, saltem sperare possum, si non uidere. Non plura loquutum.] *Homericam periphrasin reddidit, ουον & ἀὲ οἱ ὄσσε ἐκάλυψεν. Et Maro, in æternam clauduntur lumina noctem.* Impendisse pud.la.] *Digreditur rursum ab instituto in excusationem, quamobrem non persequatur ordine singulorum cædem, & circumstantias cladis non persequatur. Et quum dicit in funere mundi, amplificatio cladis est, quasi in ea mundus concideret. Cæsar scribit, ex Pompeiano exercitu circiter millia XV. cecidisse, ut uidebatur: in deditionem uenisse amplius millia XXIIII. præter cohortes in castellis deprehensas, quæ se Syllæ dediderant, cum Cæsar in eo prælio non amplius ducētos desiderarit, sed Centuriones fortes uiros, ut ipse ait, XXX.* Ac singula fa se.] *Per præteritionem enumerat quæ præterire uolet. Fata singula, diuersos casus, & diuersa mortis genera uocat.* Per cuius uis.] *Primum pudet ordine recensere, quo uulnere illustres homines interfecti fuêre.* Vitalia calcet.] *Secundum, quis hostium Pompeianorum uitalia, intestinaq; pedibus proculcarit. Sunt autem uitalia propriè interiora corporis humani, in quibus maximè uita sita est, ut cor, cerebrum, sanguis, epar, & intestina omnia.* Ore quis ad.] *Tertium, quod per lacrymas referre pudeat.* Quis moriens ense fauci- A
bus immisso, animam effuderit. Quis corruat.] *Quartum, Quis ictu ceciderit.* Quis steterit.] *Quintum, Quis membris truncatis adhuc in fugam abire uoluerit.* Quis pectora telo.] *Sextum, quis alium telo traiecit.* Vel quos cam.] *Septimum, Quis quem solo affixit hasta.* Quis cruor.] *Octauum, Cuius cruor, perinde ac si à chirurgo uena incisa esset, eruperit in aërem, &* B
ipsius autoris arma fœdè conspersérit. Quis pectora.] *Nonum. Quis fratrem confoderit, & impius potuerit cum spoliare armis suis, & caput ferro auulsum à se longè proiecerit.* Ora parentis.] *Decimum, Quis patris caput nefarius, pariter atq; impius, uulneribus deformarit.* Quis laceret.] *uulneribus multis deformarit.* Quis lacerat.] *uulneribus multis deformarit. Nimet, ac naribus, & auribus abscisis contrunc at.* Nimia ira.] *Quod Sulpitius exponit, ostendat se non esse patrem, cuius ora lacerauerat, sed quempiam alium iugulare.* Mors nulla quere.] *Concludit summatim, non uacuum est, nunc diuersa mortis genera, iustis queretis prosequi, quam nulla digna satis esset, adeo omnes* B
quamuis magnas superant.

Non istas habuit pugnæ Pharsalia partes,
Quas aliæ clades, illic per fata uirorum:
Per populos hic Roma perit, quod militis illic,
Mors hic gentis erat, sanguis ibi fluxit Achæus,
Ponticus, Assyrius, cunctos hærere cruores
Romanus, campisq; uetat consistere torrens.
Maius ab hac acie, quàm quod sua secula ferrent,
Vulnus habēt populi, plus est, quàm uita, salusq;
Quod perit, in totū mundi prosternimur ævum:
Vincitur a hic gladijs omnis, quæ seruiet, ætas.
Proxima quid soboles, aut quid meruere nepotes
In regnum nasci? pauidi num gessimus arma?
Teximus aut iugulos alieni pœna timoris
In nostra ceruice sedet, post prælia natis
Si dominum fortuna dabas, & bella dedisses.

Non istas.] *Seruius Honoratus, dicit Glareanus, in octauo Aeneidos, non multis foliys à fine, ad illud Vergilij, Quosq; secans infaustum Allia nomen, putauit Allia fluuij nomen, hoc in*
a al.his. *loco Lucani per simplex L. Aliæ dicit: cum, aliæ hoc loco sit adiectiuum ad substantiuum clades, non proprium. Hæc ille.* Aliæ clades.] *Acceptæ à Pœnis, Gallis, & alijs diuersis populis. Vt ad Trasimenū, Trebiam, Ticinum, Cannas, in Hispanijs, & alijs aliquot locis. Exponit ipse poëta, quantum hæc clades Pharsalica, à reliquis præcedentibus differat. In alijs cædibus numerabantur corpora cæsorum militum: hic uerò numerabantur populi, qui strati, fusiq; fuerunt.* Sanguis ibi.] *Recenset aliquot gentes. Achiui ceciderunt in primis. Fuit uetus appellatio urbis Argiuæ, & Spartanæ, ut Achiui dicerentur ab Achæi filijs, Archandro, & Architele, ex gente Danai. Etenim fratris filijs interfectis, cum nemo nuptias uirginum cæde pollutarum admodum appeteret, pater illas obtulit quibuslibet ducere uolentibus, sine muneribus, & dotibus. Atque ita aliæ aliunde maritos acquisiuerunt. Fuit autem Achæus Xuthi filius, & Creusæ Erechteidos. Xuthus patrem habuerat Hellena filium Deucalionis, ab Hellene, Hellas fuit appellata in Thessalia, cum rerum potiretur Tisamenus filius Orestis, & Hermiones.* Ponticus.] *Pontici populi, quos Pompeio miserat Deiotarus rex. Pontus propriè est, ab amne Haly, usq; ad Phasim, & intimas fauces Euxini. Et Ponticæ gentes ab eo tractu Euxini maris uocatæ, quondam regnum fuerūt Mithridatis regis omnium maximi, quem Pompeius uicit.* Assyrius c.] *Assyrij quoq;, inquit, hic cæsi fuerūt. Assyria Trāstigritana est: cluditur à Septentrione mari Armenia, ab Ortu Media: à Meridie, Susiana, immanib. montium iugis interiacentibus, disterminatur. Assyria, ab Assure dicta creditur. Trogus ait, ab Assyrijs, Syrios esse, unde Assyriæ nomen factum uideri potest. Sed de his alibi satis.* Romanus tot.] *Inundatio (ut sic dicā) sanguinis Romani nimia effecit, ne barbarorum* C
cruor cohæreret. Tātus fuit illius fluxus. Malus in hac acie.] *Grauior, ac funestior clades hic accepta est, quàm credere par est, & quàm ea tempora ferre possent. Neque enim Punicis, neq; Syllanis tēporib. uires Romanæ tot externis auxilijs adiutæ fuêre.* Plus est, quàm u.c.q.] *Si hic tantū uita periret multorū, et salus, tolerāda clades foret. at in finitis partibus plus amittitur. Perit hic libertas Pop. Rom. & regnorū omnium, quæ Imperio parēt, ut ex liberis populis seruitia, ac mancipia reddantur.* In totum mundi p.æ.] *Respicit ad perpetuā dominationem Cæsarū, per quā in seruitute semper sit uiuēdum. Id enim planè uocat P.R. prosterni in æuum mundi, quàm diu stabit Imper. Rom.* Vincitur hic.] *Luculentius iam reddit, quod paulò obscurius dixerat, omnia insequētia tempora, omnis posteritas nunc ferro superatur, quæ cogetur nullo suo merito seruire.* Proxima quid so.] *Aptissimè infert posteros seruituros, nullo suo merito, ut dixi, qui nondū dulcedinē libertatis gustarūt. In regnū nas.] Sub Cæsarū tyrannide nasci, quorū ab urbe cōdita liberi fuerūt.* Pauidi.] *An nobis imputabūt, quod serui nascātur, &*

& uicturi sunt? Non'ne strenuè pro libertate pugnauimus? non'ne ui armata uiambrium è manibus una cum illa extortum est? An' non iugulum ad eam uindicandam opposuimus. Aliena pœna ti.] *Nos pœnam damus timoris posterorum. Proinde ô Fortuna, cum dederis posteris dominos, quibus seruient, hoc est, Cæsares, & tyrannos, eadem uia & bellum, & pugnas illis ipsis dedisses, nô autem nobis, aut certè utrisq.*

Iam Magnus tr.] Persequitur historiã, primum, ut Pompeius fuerit accepta clade affectus. Fusis, fugatisq; Pompeianis, uidit ipse Pompeius, inquit poëta, Deos transtulisse uictoriam ad Cæsarem, adeoq; summam rerum Rom. eis detulisse. Vix tota clad.] Quamuis tantam cladem accepit, uix tamen potuit fortunam suam incusare. Itaq; constitit in loco ædito, unde longissimus prospectus erat per uastã planiciem, & pugnantes, cadentesq; uidere poterat. Allusum ad illud Virgiliani lib. Aeneid 1.

—Vnde omnis
Troia uideri,
Et Danaûm solitæ naues, & Achaica castra.

Pari itẽ ratione Pompeius ex hoc aggere horrendam suorũ cladem spectare poterat.

Quæ bello obst.] Hæc clades paulò antè per concursum armatorum exactè cerni haud ualebat. Bellum pugnam, & prælium nominat, quod ei frequens est. Cæsar scribit, Pompeius, ut equitatũ suum pulsum uidit, atq; eam partẽ, cui maximè confidebat, perterritã, aliis dissisus, acie excesit, & protinus in castra se equo cõtulit, & ijs Centurionibus, quos in statione ad portã prætoriã posuerat, clarè, ut militer exaudirent, tueamini, inquit, castra, & defendite diligenter, si quid durius accederit, ego reliquas portas circumeo, & castrorum præsidia cõfirmo. Hæc cum dixisset, se in prætoriũ contulit summæ rei diffidens, et tamẽ euentum expectans. Appianus, Pompeius militum suorũ conuersione perspecta, inquit, mente collapsus est, ab exercitu secessit: indeq; in tabernaculũ delatus, sine uoce aliquandiu perstitit, quẽadmodũ Telamoniũ Aiacem in Ilio passum fuisse memorant, inter medios hostes à Fortuna destitutum. Tot telis sua fa.] Suum exitium undiq; à Cæsarianis peti. In fatis erat, ut suus exercitus funderetur à Cæsare. Nec (sicut mos est mi.] Solent miseri nonnulli per desperationem etiam exercitus reliquias extremo exitio relinquere, ut cum reliquis delerentur, id autem Pompeius nõ optabat, nec uoluit facere. Mersa, amissa, & desperata in pugna. Vt Latiæ turbæ.] optauit ciues Romanos uincere, ac ne reliquias Italorum superesse secum. Capta fuerunt in eo prælio ex Pompeianis quatuor, & XX.M. Dignos.] Deos ad quos uota, & preces fundat. Parcite, ait.] dilatatio narrationis à precibus Pompeij ad superos pro salute superstitum suorum. Principium orationis abruptum est, ut turbato in aduersa fortuna conuenit. Satis est, ut ego sim miser superstite mundo, et salua Roma. Quasi dicat. Superstitibus ijs auxilijs, qui non cæsi sunt, saluis reliquis multis ciuibus Romanis, in quos cædes grassata nondum fuit. Et si plura uulnera omnino iuuat mihi infligere, habeo uxorem, habeo liberos. Cn. et Sex. quasi illos quoque pro salute exercitus reliqui conetur offerre, ac propemodum deuouere. Ciuili'ne patũ est bello.] *Inter precandum, exposulat cum superis, quod sua mors, & suorum magnum momentum habeat. Itaq; infesti, oratq;, ut reliquijs huius belli, siue pugnæ potius uelint parcere.* Fortuna.] *auertit precationem ad Fortunam, quod id dat operã, ut omnia perdat: cum ipse extinctus, coniuge, & liberis peremptis, nihil relicturus, in quod ipsa ius ullũ sit habitura.* Sic fatus.] *Sic paucis preces fudit ad superos, inquit, & statim signum receptui dedit, et sicut paulò antè ex Cæsare ostendimus, ex castris se equo contulit, & Centurionibus, quos ad portam prætoriam posuerat, clarè mandauit, ut castra tenerentur: & si quid durius acciderit, inquit, ego reliquas portas circũeo, & castrorũ præsidia cõfirmo.* Reuocat.] *suos milites. iã ruentes sponte, uolentesq; in præsentẽ mortem.* Tanti.] *negat se tanti esse pretij, ut pro se in mortem præcipitem, & Cæsarianis, iam rebus perditis trucidandos obijciant.*

Iam Magnus tranſiſſe Deos, Romana'q; fata
Senſerat infœlix, a uix tota clade coactus
Fortunam damnare ſuam, ſtetit aggere campi
Eminus, unde omnes ſparſas per Theſſala rura
Aſpiceret clades, quæ bello obſtante latebant.
Tot telis ſua fata peti, tot corpora fuſa,
Ac ſe tam multo pereuntem ſanguine uidit.
Nec (ſicut mos eſt miſeris) trahere omnia ſecum
Merſa iuuat, gentesq; ſuæ miſcere ruinæ.
Vt Latiæ poſt ſe uiuat pars maxima turbæ,
Suſtinuit dignos etiam nunc credere uotis
Cœlicolas, b uoluitq; ſui ſolatia caſus.
Parcite, ait, ſuperi, cunctas proſternere gentes,
Stante poteſt mũdo, Romaq; ſuperſtite, Magnus
Eſſe miſer. ſi plura iuuant mea uulnera, coniunx
Eſt mihi, ſunt nati, dedimus tot pignora fatis,
Ciuili'ne parum eſt bello, ſi me'q;, meosq;
c Obruis? exiguæ clades ſumus orbe remoto?
Omnia quid laceras? quid perdere cũcta laboras?
Iam nihil eſt Fortuna meum. d ſic fatus, & arma
Signaq;, & afflictas omni iam parte cateruas
Circuit, & reuocat matura in fata ruentes,
Seq; negat tanti: nec deerat robur in enſes
Ire Duci, iuguloq; pati, uel pectore letum.
Sed timuit ſtrato miles ne corpore Magni
Non fugeret, ſupraq; Ducem procũberet orbis:
Cæſaris aut oculis uoluit ſubducere mortem.
Nequiequam infœlix ſocero ſpectare uolenti
Præſtãdũ eſt, ubicũq; caput: e ſeu tu quoq; cõiunx
Cauſa fugæ, uultusq; tui, fatiſq; f probatum eſt
Te præſente mori. Tunc Magnũ concitus aufert
A' bello ſonipes, non tergo tela pauentem:
Ingentes' animos extrema in fata ferentem:
Non gemitus, non fletus erat, ſaluaq; uerendus
Maieſtate dolor, qualem te Magne decebat
Romanis præſtare malis, non impare uultu
Aſpicis Emathiam, nec te uidere ſuperbum
Proſpera bellorum, nec fractum aduerſa uidebũt.

a al. tota uix.
b al. uouitq;.
c al. Obruit.
d al. ſic fatur.
e al. ſed.
f al. negatũ.

Nam ea magnanimitas in Pompeio erat, inquit, ut uel iugulum, uel pectus pro salute exercitus hosti obijceret.

Sed timuit.] *Caussa ab utili, simul & honesto, quare fuit receptui cecinerit. Se enim interfecto, reliquus omnis exercitus trucidaretur, ut uix unus aliquis cladis acceptæ nuncius dilaberetur. Adhæc, noluit se interficiendum Cæsari obijcere, ut ipse se morientem spectaret, & uxorem ægritudine afficeret. Nam caput eius alio loco, nempe in Aegypto uisurus erat Cæsar.* Seu tu quoque.] *Auersio ad Corneliam uxorem Pompeij. Siue, quod in fatis erat, in conspectu coniugis in Aegypto moreretur.* Tunc Magnum.] *Simul citato equo abripuit se, non formidans hostium tela à tergo sequentia, ut aliquis Homericum illud obijceret.*

ποῖ φεύγεις, μετὰ νῶτα βαλὼν, κακὸς ὣς ἐν ὁμίλῳ?

id est, Quò fuga, terga uelut timidus medio agmine uertens? Ingentesq; animos.] *Magnanimi Ducis, & constantis exemplar in Pompeio describitur. qui ne in extremis quidem, perculsus animo fuerit, neque gemuerit, neque fleuerit: sed dolor uerenda maiestate eluxit: eodem uultu, quo antè aspiciebat Thessaliam, ut figura oris uideretur mutatus.* Nec te uid. fu.] *Magna constantia Pompeij, qui nec in secundis superbierit animo, nec in aduersis abiecti, fractiq; animi fuerit, qualis constantia in multis illustribus uirit proditur fuisse, ut in Socrate, Phocyone, & alijs.*

Quanque fuit læto.] *Confert superiores triumphos tres, quos egit cum magna gloria, cum hac insigni clade Pharsalica. Vt in illis fœlix, ita hic infœlix fuit, ut* a al. pugnæ. in duob. uet. cod. *uemo infœlicior. Tres triumphi fuêre, quos egit, primus de Hiarba, quem cum Domitio iuuenis uicerat,* b al. illud. *hunc egit, Sylla obstante, adeoq; inuito,* c al. perspectare. *in quo, quatuor currui elephãtos adiunxerat, Liberũ patrem imitatus, ut eo magis conspicuus esset. Iterum triumphauit de Mithridate. In hoc triumpho prælata fuerunt aurea, & argentea uasa, & alia nõ pauca præciosiore materia: & in his duo millia, ex onyte lapide mirificè fabrefacta, quæ in Mithridatis supellectile reperta fuerunt. Argenti, auriq; signati, talentorum X X millia. Ante currum ducti septem Mithridatis filij, & Tigranes, senioris Tigranis filius: illius quinque uirilis stirpis, & duæ uirgines, & Orsibaris, & Eupatora: Atalces Colchorum sceptriger. Aristobolus Iudæorum rex: Cilicum tyranni: tres Iberum duces: Albanorum duo: Menander Laodiceus, præfectus Mithridatis. Atque hi omnes pro dignitate donati domum dimissi fuêre, præter Tigranem, & Aristobolum, quorum unus post alterum Romæ sunt interfecti. Tertius fuit Hispanicus, de Perpenna, & Sertorio uictis. Sic, inquit Florus, recepta in pacem Hispania, uictores Duces (Metellus, & Pompeius) externum id magis, quàm ciuile bellum uideri uoluerunt, ut triumpharent. Hæc Florus. Nam de ciue uicto non licebat triumphare. Est igitur hic sensus. Fortuna ut fuit infida Pompeio in secundis rebus, ita in aduersis fuit illo minor, quod eum de suæ constantia mentis deijcere non ualuerit.*

Quanq; fuit læto per tres infida triumphos,
Tam misero Fortuna minor. iam pondere fati
Deposito securus abis. nunc tempora læta
Respexisse uacat, spes nũquam implenda recessit:
Quid fueris, nunc scire licet, fuge prælia dira,
Ac testare Deos, nullum, qui perstat in armis
Iam tibi Magne mori, ceu flebilis Africa damnis,
Et ceu Munda nocens, Pharioq; à gurgite clades,
Sic & Thessalicæ post te pars maxima a turbæ.
Non iam Pompeij nomen populare per orbem,
Nec studiũ belli, sed par, quod semper habemus,
Libertas, & Cæsar erunt, teq; inde fugato
Ostendet moriens sibi se pugnasse Senatus.
Nónne iuuat pulsum bellis cessisse nec e istud
b Perspectasse nefas, spumantes cæde cateruas?

Iam pondere.] *Ipsa spe uictoriæ abiecta, & onere Imperij posito, quod fato quodam suscipere coactus fuerat, exoneratus cura Imperij fugis.* Tempora læta.] *Nunc otium est tibi reminisse anteactæ fœlicitatis, domi, & militiæ, tum autem, & plausuum theatralium, qui unus aliquando fueris Cos. in Repub.* Spes.] *Gloriæ, & Imperij.* Quid fueris.] *pathos à præsentis temporis statu collato cum priori fœlicitate.*

Testare Deos.] *Deos in testes aduoca, nullum eorum adhuc constanter pugnantium, mori tibi, hoc est, pro tua salute, sed pro libertate patriæ.* Ceu.] *Confert Pharsalicam cladem, & Africanam, & Hispaniensem ad Mundã, quotquot illic pugnãdo fortiter occubuêre, pro libertate cæli sunt. Durus est in cõpositione poëta, ut uix apprehendas, quid dicat. Nullus est, qui perseuerat in pugnando, quin si interficiatur, non moritur tibi, hoc est, in tuum incommodum, sed totius Imperij: ut omnes, qui in Africa perituri sunt, & in Hispania pro libertate. Sic quoque post te, hoc est, tuam fugam, pars maxima turbæ, uel (ut alij) pugnæ moritura est, pro salute Imperij, & reipub. libertate.*

Flebilis Africa d.] *in qua Cato, Scipio rex Iuba, & multi alij perierunt, inter quos fuit & Lentulus Consul* in pri. *statim appulsu.* Et ceu Munda n.] *Ad Mundam uicti fuerunt liberi Pompeij postea: in quo periclitatus fuit Cæsar, ut de inferenda sibi nece cogitaret. ut alio loco recensuimus.* Pharioq; à gur.] *Sub Pompitius exponit, in Alexandria, à Cæsarianis illata clader. In Aegypto sine partibus bellum aduersus Cæsarem exortum fuit. Quum Ptolomæus rex Alexandrinus summum Ciuilis belli scelus peregisset, fœdiusq; amicitiæ cũ Cæsare medio Pompeij capite, inquit Florus, sanxisset ultionem clarissimi uiri manibus, quærere fortuna, causa non defuit. Hæc ille. Hic cum Pompeianis ei nullum fuit bellum. At in Africa, (inquit Florus) cum ciuib. multro atrocius, quàm in Pharsalia.* Sic & Pharsalicæ.] *Auersio iterum ad Pompeium, quod post eius mortẽ maxima pars pugnantiũ ciuium in Thessalia, peribunt pro salute, et libertate patriæ. Alij codices pugnæ legũt. nõnulli, turbæ.* Populare.] *nobile habebitur & celebre amplius per totũ orbẽ. Est & populare, quod sit unius populi humile itẽ, & obscurũ.* Nec stud.] *Pugnãdi libido, sed libertate retinẽdæ, et Cæsaris interficiẽdi unicũ studiũ erit. Hi duo cõcertabunt. Cæsar, ut retineat dictaturã perpetuã: & libertas, ut iugũ seruitutis excutiat.* Pugnasse.] *ad uindicãdã libertatẽ, eãq; mordicus retinẽdã.* Non ne iu.] *Interrogat absentẽ, annõ mauult ita bello uictus esse, quàm*

A quàm uidere postea eiues suos oppressa libertate, turpiter Domino seruire? & cladis catastrophen perspicere? ut reliqui à Cæsarianis inclementer trucidabuntur? Grauis metaphora est, in uoce, spumantes.

Respice turbatos in cursu.] A' signo magnæ cladis. Incursu, coniunctim legendum potius, quàm diuisim. Et soceri miserere tui.] Cæsaris miserere, quod infœlici conscientia, Romam ingredietur, spectantibus tot ciuibus, quorum parentes, quorum liberi, & nepotes, affines, ac cognati abs te trucidati sunt in hac pugna Pharsalica. Factus campis fœli.] propter partam uictoriã, qua rerum potitus fuit, & monarcha factus est. In his campis Pharsalicis. Potest hoc uideri ironicè dictum à poëta, quasi magna sit fœlicitas, tanta ciuium cæde, ac sanguine inuadere Imperium. Quidquid in ignotis.] pathos à conditione, cùm eum exulem uocat: & à loco, cùm tantus imperator in ignota regione sit periturus. Et quas ignotas regiones uocat, sequenti uerseureddit, in Aegypto scilicet. sub Ptolomæo puero adhuc, à cuius principibus Achilla, & Photino & Septimio fuit interfectus. Pharios tyranno.] Aegyptiaco rege Ptolomæo. Anaphora, in repetitione, τοῦ. Quicquid. Pharus modica insula est Aegypti cõtra Nili ostia. Hanc dictam Pharon scriptores uolunt, à Pharo Menelai nauclero, ibi ab aspide interempto, & sepulto. In hac insula Pharo Alexander ille Magnus nouam urbem condere statuit. Sed cum magnæ sedis capax non esset, exaduerso in continente condidit Alexandriam. In eadem ingens turris stabat, quæ nauigantibus nocte lumen exhibebat, à Philadelpho rege excitata, quæ inter orbis miracula etiam numerata fuit. Hinc turres omnes, nauigantibus procul lumina præbentes, nonnulli pharos uocant. Hanc turrim Sostrates Cnidius struxit, insula Homeri ipsa Diuorum arbitrio, per quos hactenus summam gloriam et consequutus, ijdem rerum uices cum uoluant, & hanc, ut priorem sortem grata manu accipias.

Vincere peius erat.] præstat accipere, quàm inferre iniuriam, quam sententiam Plato in Legibus, & in Gorgia multis uerbis exponit, μᾶλλον ἀδικεῖσθαι, ἢ ἀδικεῖν. ubi exponit ænigma prouerbiale, Dimidium plus toto. μεῖζον ἥμισυ παντός. Prohibe.] Hortatur Pompeium, ut à lamentis ipse abstineat, & suos turpiter flere uetet, ut ostendat tantum dedecus in exercitu imperatorem cadere non debere. Sed cogitandum

Respice turbatos a in cursu sanguinis amnes,
Et soceri miserere tui: quo pectore Romam
Intrabit, b factus campis fœlicior istis.
Quicquid in ignotis solus regionibus exul,
Quicquid sub Pharios positus c patiere tyranno
Crede deis, longo fatorum crede fauori.
Vincere peius erat, prohibe lamenta sonare:
Flere uetat populos, lachrymas, luctusq; remittit.
Tam mala Põpeij, quàm prospera mũdus adoret:
Aspice securus uultu, non supplice reges,
Aspice possessas urbes, donataq; regna,
Aegyptum, Libyamq;, & terras elige morti.
Vidit prima tuæ testis Larissa ruinæ,
Nobile nec uictis fatis caput, omnibus illa
Ciuibus effudit totas per mœnia uires
Obuia ceu læto d promittunt munera flentes.
Pandunt templa, domos, socios de cladib. optant.
Scilicet immenso supereſt ex nomine multum.
Teq; minor solo, cunctas impellere gentes
Rursus in arma potes, rursusq; in fata redire.
d Si quid opus uicto populis, aut urbibus, inquit?
Victori f præstare fidem. tu Cæsar in alto
Cædis adhuc cumulo, patriæ per uiscera uadis,
At tibi iam populos donat gener, auehit inde
Pompeiũ sonipes, gemitus, lachrymæq; sequũtur.
Plurimaq; in sæuos populi conuitia diuos.
g Nunc tibi Magne fides, quæsiti uera fauoris
Contigit, ac fructus, fœlix se nescit amari.

a al. incursu.
b al. campis factus.
c al patiare.
d al. præmittunt.
e al. Sed.
f al. præstat.
g al. Nunc tibi uera fides quæsiti. Magne fauoris. in uet. codic. Et in altero item pari uetustate exemplo.

esse potius, ut sit animo constanti in aduersis. Deum pro suo arbitrio mortalibus & bona, & mala è suis dolijs dispensare.

Tam mala Pompeij.] Mũdus tam in aduersis, quàm in secundis Pompeium celebrabit, ut non sit, cur ob fortunam aduersam in hac clade lamentetur. Aspice.] Anaphora, consolatur illum à iucundo. Iubet eum animo aspicere uultu non mœsto tot reges, quos in regnum restituerit, & urbes, quas libertate donarit. Aegyptũ, Liby.] Primum Ptolomæum dicit, cui ipse tutor à Senatu datus fuerat. Plures fuerunt reges, de quibus optimè meritus fuerat: ut Tigranes, Pharnaces, Ariobargames. Libyamq; & ter.] ut Iubam regem, qui ortus fuerat longo stemmatis interuallo, à Syphace. Has terras elige tibi exilio, ubi uitam ducas, & in quibus moriaris. De his regibus quoniam tibi amici sunt, propter merita tua, summa cum humanitate te excipient, & ab inimicis te tuebuntur.

Prima Larissa.] Pompeius Cæsarianos intra munitiones intuitus, proiectis insignibus, equo sedens, Decumana porta, cum quatuor duntaxat comitibus egressus, citato cursu Larissam contendit. Neque hic diu commoratus, eadem celeritate paucos ex fuga nactus, ad mare descendit. ubi frumentariam nauem adeptus, quam Petitius quidam agebat, homo sibi non ignotus. cum 30. circiter comitibus eam ascendit, Lesbum profecturus, ubi Cornelia uxor posita erat. In castris post Pompeij discessum, fuga palàm facta est, & magna ex parte montes, sed multo maior numerus Larissam petijt. Sed Cæsaris uerba adscribantur. Pompeius, cùm intra uallum nostri uersarentur, equum nactus, detractis insignibus Imperatorijs, decumana porta se ex castris eiecit: protinusq; equo citato Larissam contendit: & ea quæ sequuntur. Appianus addit, eum nullo in loco euersum intermisisse. Larissa, urbs nobilis est, patria Achillis celebris, in littore sinus Pelasgici. Fuit, & alia Larissa Cremaste cognomento dicta. Nec uia dum f.] uerum æquè constans, & magnanimum in fortuna aduersa.

Omnibus illa.] Laudat Larissæos, ab humanitate, & liberalitate in Pompeium. Appianus tradit Pompeium paruam cymbam ingressum fuisse, cum adnauiganten

gantem nauem offendisset. Mitylenas peruenit. Teq; minor.] *Erat etiam nunc, ait Sulpitius, omnium maximus, sed seipso minor, id est, inferior animo, quàm esset gloria, & potentia.* Inquit.] *Pompeium Lariſſæit respondentem facit. Reijcit omnia eorum oblata donaria, ut sibi inutilia, concediq; victori Cæsari.* Patriæ.] *Pathos à personis, & gestu. Auersio ad Cæsarem, cui omnes humanas permittit, & donat uictus.* Auehit inde.] *Equo citato per Thessalica tempe, castris pulsus, Lariſſam contendit.* Gemitus, la.] *Simul oppidani Pompeium discedentem lachrymis prosequuti fuerunt: atq; in Diuos, quasi iniquos, in hac pugna, multa conuitia A iecerunt.* Nunc tibi.] *Auersione ad Pompeiũ absoluit hãc narrationẽ. Esiq; epiphonema ex fauore oppidanorũ collectum. Et qui fœlix est beneficio Dei, Etenim qui fœlix est, & fœlicitate sua erigitur, nescit se amari, maximè ab ijs, de quibus bene demeretur. Virtutem crescentem sequitur fauor. Gloriæ comes est fauor apud bonos, apud malos, inuidia. Sulpitius aliter exponit hoc epiphonema. In duobus peruetustis codicibus repperi has duas uoces commutatas, & transpositas. Nunc tibi uera fides quæsiti Magne fa.*

Cæsar ut Hesperio.] *Vbi Cæsar uidit hostes suos susos, fugatosq;, & ex fuga intra uallum compulsos, nullum spatium perterritis dare oportere existimans, milites cohortatus fuit ut beneficio fortunæ uterentur, castraq; oppugnarent. Qui etsi magno æstu fatigati (nã ad meridiem res erat perducta) tamen ad omnem laborem animo parati, imperio paruerunt.* Hesperio sangui.] *Romano, & Italico.* Vt uiles animas.] *In castris post discessum Pompeij fuga palàm facta fuit, eaq; magna ex parte ad montes inclinauit, sed multo maior numerus Lariſſam petijt. Cæsar parte copiarum in castris relicta, ipse cum quatuor legionibus cursu fugientes sequutus fuit, & magnum eorum numerum assecutus, atq; in tumulo occupato circumsessum, & aquatione exclusum, ad deditionem postridie compulit. Illi, inquit Cæsar, de deditione missis legatis, agere cœperunt. Pauci ordinis Senatorij, qui se cum ijs coniunxerant, nocte salutem fuga petierunt. Cæsar prima luce omnes eos, qui in monte consederant, ex superioribus locis in planiciem descẽdere, atq; arma proijcere iussit. Quod ubi sine recusatione fecerunt, passisq; palmis proiecti ad terram flentes ab eo petierunt salutem. Consolatus surgere iussit: & pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes conseruarit, militibusq; suis iussit, ne qui eorum, uiolarentur, neu quid sui desiderarent. Hac adhibita diligentia, ex castris sibi legiones alias occurrere, & eas, quas secum duxerat, inuicem requiescere, atq; in castra reuerti iussit. Hæc Cæsaris uerba retuli. Atq; ad istum modum ferro parcendum esse uoluit.*

Agmina fru. pe.] *Quod pugnandi spem, ut uicta abiecissent. Etenim, qui acie refugerant milites, & animo perterriti, & lassitudine confecti, missis plerisq; armis, signisq; militarib. magis de reliqua fuga, quàm de castrorum defensione cogitabant.* Sed castra fu. ne. uo.] *Cæsar Pompeianis ex fuga intra uallum compulsis, nullum spatium perterritis dare oportere existimans, milites cohortatus est, ut beneficio fortunæ uterentur, castraq; oppugnarent: qui etsi æstu, scribit Cæsar, fatigati (nam ad meridiem res erat perducta) tamen ad omnem laborem animo parati, imperio paruerunt. Castra à cohortibus, quæ ibi præsidio erant relictæ, industriè defendebãtur. Multo etiam acriùs à Thracibus, barbarisq; auxilijs. Neque uerò diutius, qui in uallo consiterant, multitudinem telorum sustinere potuerũt, sed confecti uulneribus locũ reliquerũt, protinusq; omnes ducibus usi Centurionibus, Tribunisq; militum, in alios magis, qui ad castra pertinebant, confugerunt. Atq; ad istum modum castris Cæsar potitus fuit.* Dum for. c.] *Ab oportuno.* Non ueritus.] *Nam quamuis pugna erat ad meridiem usque perducta, & magno æstu fatigati, tamen (ut dixi) ad omnem laborem animo parati, imperio alacres paruerunt.* Non magno hor.] *Cæsar castris potius, certè à militibus contendit, ne præda occupati, reliqui negotij gerendi facultatem dimitterent.* Plena uiri, dixit.] *Castra Pompeij omnium rerum copia referta erant. In castris Pompeij, inquit Cæsar, uidere erat triclinia strata, magnum argenti pondus expositum recentibus cespitibus tabernacula constrata, L. etiã Lentuli, & nonnullorũ tabernacula protecta hedera: multaq; præterea, quæ nimiam luxuriam, & uictoriæ fiduciã designarent, ut facilè existimari posset, nihil eos de euentu eius diei timuisse, quin necessarias conquirerent uoluptates. Atq; ij miserrimo, ac patientissimo exercitui Cæsaris luxuriem obijciebant, cui semper omnia, ad necessarium usum defuissent. Tum demum Pompeius, cùm Cæsariani intra uallum uersarentur, equum nactus, detractis insignibus Imperatorijs, & mutata ueste fugit, ut paulò antè dictum est.* Raptum Hespe.] *Hispanis, dicit Sulpitius, quas uicit. Fortasse de Italis dicit, et Roma, ex cuius arario aurum multum in stipendium illi depromptum fuerat,*

a al. haud. al. item, aut.

b al. nec.

c al. sic militem iussio, & eodem modo, in alio uetusto exempla.

rat, cùm ad bellum proficiscerētur. Eoas gazas.] Orientales opes. Hoc est, Asiaticas diuitias. hinc omnis luxus in urbem inuectus fuerat. Gazas.] opus, barbarapsius Pompeij fortuna illic congesta, expectat: uos eorum bonorum dominos, & direptores.

A uictis rapiantur.] A uictis, quos persequeris.

Ire super gladi.] prædæ nullam impietatem uerentur perpetrare auri, ac prædæ siti. Gradatim impietatem amplificat. Ire super gladios, & patrum suorum cadauera, Ducum, ac regum corpora.

Quæ fossa.] ecphonesi concludit rabiem inuadentium castra. Volunt quàm epulenta præda pro tanta cæde fuerit proposita.

Inuenēre quidem.] Atque hoc est, quod Cæsar commemorat, castra Pompeij omni genere luxus referta fuisse. Mundo spol.] Quod illuc omnes propè totius Asiæ populorum opes propemodum congestæ essent, quas hic uocat spolia totius mundi. Massæ.] auri, & argenti pondera. Atque ea speciatim nunc ordine amplificat, totum mundum in suas partes aliquot auri fœcundas diducens, simul ut auariciam Cæsarianorum subijciat, quasi uerò iuris belli non esset, ut uictor statim post uictoriam castris potitus, & ea diripiat, & milites spolia legant. Quicquid fodit Iber.] Quantum auri Hispania misit, tartaream eorum auariciam, & habendi situm explere non potuisset. Iberus, situt Iber Hispaniæ amnis diues nauigabili commercio, oritur in Cantabris, haud procul ab oppido Iuliobrica, CCCCL. pass. M. fluens, uniuersam Hispaniam Græci appellauere Iberiam. Oritur ad radices Pyreneorum montium. Labitur primo per campos, & aperta loca, æquis spacijs ab Idubeda, à Pyrenæo montibus remotus, uno ostio mari infunditur, quod ab ipso Ibericum uocant. Omnis regio à Pyrenæo metallis referta est, auri, argenti, ferri, plumbi, nigri, & albi. Tagus amnis.] Apud nos, inquit Plinius tribus modis, (inuenitur) in Tago Hispaniæ, Pado Italiæ, Hebro Thraciæ, Gange Indiæ. Nec ullum absolutius aurum est, cursu ipso, tritúq; perpolitam. Alio modo puteorum scrobibus effoditur, aut in ruina montium. Habet Tagus fluuius aurum in Celtiberis per Vectones, & Carpentanos fluens, pari penè tractu à Beri, & Ana fluminibus. Mox Lusitaniam scindens, ad Aequinoctialem occasum Oceano infunditur, præalto ostio, stadiorum XX. latitudine, Oceani æstu, adeo circumiectos inundat campos, ut ad CL. stadia latè pateat pelagi facies. Nauigatur ab ostio introrsum aliquot millia passuum grandioribus nauigijs, ac mox fluuiaticis Lembis. Iuxta Tagum uento Fauonio flante equas concipere multi authores prodiderunt, eumq; partum fieri perniciosissimum, sed triennium non excedere.

Diues Arimaspus.] Arimaspi Scythiæ populi sunt, haud procul ab ipso Aquilonis exortu, uno oculo in fronte media insignes, quibus assiduè bellum est circa metalla cum gryphis, eruētibus ex cuniculis aurū, mira cupiditate

Inuenere quidem spoliato plurima mundo
Bellorum in sumptus congestæ pondera massæ,
Sed non a implerunt cupientes omnia mentes.
Quicquid fodit Iber, quicqd Tagus b extulit auri,
Quodq; legit diues summis Arimaspus arenis,
Vt rapiant, paruo scelus hoc uenisse c putabant,
Cùm sibi Tarpeias uictor desponderit arces,
Cùm spe Romanæ promiserit omnia prædæ:
Decipitur, qd castra rapit, capit d improba plebes
Cespite patritio somnos e uacuumq; cubile
Regibus, infandus miles premit, inq; parentum,
In q; toris fratrum posuerunt membra nocentes,
Quos agitat uesana quies, somniq; furentes,
Thessalicam miseri uersant in pectore pugnam.
Inuigilat cunctis sæuum scelus, armaq; tota
Mente agitant, capuloq; manus absente mouētur.
Ingemuisse f putem campos, terramq; nocentem
Inspirasse animas, infectum q; aera totum
Manibus, & superam Stygia formidine noctem.

custodientibus, & Arimaspis contrà rapientibus. Idem hoc prodit Plinius libro trigesimotertio, capite quarto, Aurum, inquit, inuenitur in nostro orbe, ut omittamus Indicū, atq; à formicis, aut Gryphis apud Scythas erutum.

Vt rapiant.] Vt diripiant castra, adhuc putabant eam cædem paruo uenditam, quamuis immensas opes ibi nacti fuerunt, cùm ipsis etiam Romam spoliandam, ubi uicerit, promisisset. Tarpeias arces, ipsam urbem intelligit, non saxum Tarpeium, aut Hadriani molem.

a al. cōplenit.
b al. expulit.
al. expuit.
c al. putabāt.
d al. īmpia ple.
e al. cassumq; cubile.
f al. putes.

Decipitur.] Quasi suis, ac sibi multo plura promisisset, quàm inuenta fuerunt.

Capit impia.] ab indigno, quod plebs in patriciorum ac nobilium cespitibus somnum caperent, & quiescerent. Nam in castris Pompeij uidere erat triclinia strata, magnum argenti pondus expositum, & recentibus cespitibus tabernacula constrata. Vacuumq; cubile &c.] rursum ab indigno, quod regum tentoria, ac stibadia obscuri milites, ac barbari occuparent.

In thoris pa. & fra.] Pathos à relatione: quod in eorum lectis somnum caperent, quos filij parricidæ, (ait Sulpitius) peremerunt. Nocentes uocat sceleratos milites, & parricidas. Quos agitat.] Dilatat phaneumias eorum ab horrendis insomnijs, quibus agitabantur per quietem. Somniq; ferentes.] Insomnes infelices conscientiæ homicidijs, à furijs flagellari solent maximè, quarum rerum exempla multa in uita uidi. Tales neque quiescere possunt, neque interdiu quicquam uel præmeditatè loqui, uel consiliorum suorum rationes exactè colligere: ut ad omnem auram perterrefiant, & trepident. Ea quibus scelera perpetrarunt, animis obuersantur, & Telchines obijciunt. Hæc enim humanorum natura planè est, ut ea, quibus animus interdiu occupatus fuit, dormientibus occurrant, ijs inquietentur. Quare discretè poēta addit, quod per quietem ob animorum oculos simulachrum Pharsalicæ pugnæ Cæsarianis obuersaretur.

Inuigilat cunctis sæuum.] Hoc est, cur poetæ furias finxerunt, quibus semper infœlices conscientiæ excarnificantur. sicut & alastores, pessimos dæmones, qui malas conscientias mordent.

Armaq; toto.] Eiusmodi (ut dixi) sunt insomnia, ut interdiu perpetrata somniantibus occurrant.

Ingemuisse putes.] *Enallage personæ secundæ pro tertia. Metaphora à re animata, ad inanimata. Et terrã ipsam emisisse animas spirãdo. Superam noctem uocat, tenebras nostri hemisphærij plenas infernali formidine, & umbris. & manibus per aerem circumuolitantibus. Est autem fluuius apud inferos, ut Lethe, Cocyto, & Pyriphlegeton.* παρὰ τὸ γυγάζω, *aut* γύγω ἢ γυγέω, *odi, timeo.* γυγὸς, *tristis.*

Exigit à meritis.] *Quasi Cæsariani pro uictoria dijs graues pœnas dederint. Sed quas pœnas luerint, ipse iam statim infert.*

Exigit à meritis tristes uictoria pœnas,
Sibilaq́, & flãmas infert sopor, umbra perempti
Ciuis adest, sua a quæq́ premit terroris imago.
Ille senum uultus, iuuenum uidet ille figuras,
Hunc agitant totis fraterna cadauera somnis,
Pectore in hoc pater est, omnes in Cæsare manes,
Haud alios nondum Scythica purgatus in ara
Eumenidum uidit uultus Pelopeius Orestes,
Nec magis attonitos animi sensêre tumultus,
Cùm fureret Pentheus, aut quũ b desciſſet Agaue
Hunc omnes gladij, quos aut Pharsalia uidit
Aut ultrix uisura dies stringente Senatu.
Illa nocte premunt, hunc infera monstra flagellãt,
His senum.] *A' circumstantia personarum, & earum diuersa ætate. Et senũ, & iuuenum figuræ circa iacentium ora circumuolitant.*
Heu c quãtum d pœnæ misero mẽs cõscia donat,
Quod Styga, quod manes, e infestaq́ Tartara somnis
Pompeio uiuente uidet, tamẽ omnia passo
Postquam clara dies Pharsalica damna retexit,
Nulla loci facies reuocat feralibus aruis
Hærentes oculos, cernit propulsa cruore
Flumina, & excelsos cumulis æquantia colles
Corpora, f depressos in tabem spectat aceruos,
Et magni numerat populos, epulisq́ paratur
Ille locus, uultus ex quo facies'q́ iacentum
Agnoscas, iuuat Emathiam non cernere terram,
Et lustrare oculis campos sub clade latentes.

Sibilaq́, & flã.] *umbræ siue furiæ potius, & manes ciuium præsentes armati anguibus, & facibus terrẽt somniantes ut quiescere non liceat.*

Hunc agitant.] *à qualitate iuuenum uexantium dormientes per somnũ. Erat terra impia cædes alios infestat, & flagellat. Non est cædes horrendior quàm parricidium, & fratricidium, ut ita dicam, quod ultores Alastores ita puniunt, ut perpetuò comitari existimentur.*

Pectore in hoc.] *Alius imaginatur se patrem suum ante os obtueri, quem in prælio trucidârit.*

Omnes in Cæsa.] *Cùm alij alijs umbris cognatorum, affinium, & propinquorum agitarentur, omnes manes Cæsarem circumuolitabant.*

Haud alios.] *Orestes, inquit nondum restitutus, nondum placatus furijs, quibus diu agitatus fuerat, ad consimilem rationem Eumenidum imagines, quocunq́ uertebatur, obtuebatur se insequentes.*

Pelopeius Orestes.] *A' Ioue Tantalus prognatus fuit: ex Tantalo Pelops: huius fuerunt Atreus, & Thyestes: Atrei, Agemnon, & Menelaus: Thyestæ filius, Aegistus: Agamemnonis, Orestes, pronepos Pelopis.*

Scythica pur.] *in ara Taurica, à sorore Iphigenia sacerdote Dianæ Tauricæ. Agamemnonis, & Clytemnestræ filius fuit Orestes, quare à Vergilio lib. Aeneidos 2. Agamemnonius appellatur.*

Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes.

Hic post cædem Aegisthi adulteri, & matris, furijs actus, fugit Athenas, ijs fortè diebus, quibus Antisthenia ibi celebrabantur, regnante Demophonte. Alij memoriæ prodiderunt, cùm à tribus furijs infestaretur, eum in templũ Apollinis fugisse, nec ingredi ausas fuisse Eumenides, sed expectasse, dum exiret. Iudicatur in Ariopago cum Erinnibus Orestes, à quibus amplius non infestaretur. Tyndaro, & Erigone, Aegisthi, & Clytẽnestræ filia, paribus suffragijs iudicio uariantibus, absolutus, dimissusq́ fuit. Oraculum accepit simul & ab Apolline, mania eum liberatum iri, si ex Taurica simulachrum Dianæ auferret, Quò ubi peruenisset, captus à bubulcis, ac uinctus unà cum Pylade amico ad Thoantem regem productus fuit, ille eos ad Iphigeniam sacerdotem misit. Cum hac, & simulachro abiuerunt occultè in fugam. Inde tempestatis iniuria actì, circa Seleuciam, Antiochiam, & montem Melantium appulerunt. Montem Amanum ab eo appellatũ scribunt, quod ibi demum mania liberatus esset. Postea Athenas uenerunt Orestes Pylade uxorem dedit Electram: ipse paulò pòst Pyrrho Neoptolemo interfecto. Hermionẽ Helenæ, & Menelai filiã in cõiugem accepit ex qua suscepit Tisamenum, uel (ut alij contendunt) ex Erigone Aegisthi, Penthilum. Reliquum uitæ tempus in Orestia Arcadiæ egit, ubi serpentis morsu interijt. Alij scribunt, post Aegisthi, & Clytemnestræ cædem, circa Azanes Arcadas eum annum uersatum, atq́ oraculo monitum, illuc coloniam deducere. Qui oraculi monitis obtemperans, ex diuersis gentibus populum contraxit, quos Aeolos appellauit, cum quibus in Lesbum transmisit, ubi breui mortuus, ob præmaturam mortem, urbem cõdere nequiuit. Nepos eius Gras, post centum annos Lesbi imperio potitus, urbem condidit.

Nec magis attonitos.] *Ab alio exemplo maiori Pentheo, cuius animi furorem, Bacchadum, hæ inquietationes nocturnæ superarunt.*

Pentheus.] *Rex Thebanus filius Echionis fuit, qui ad Scolon ob cõtempta Bacchi sacra, à Bacchadibus, & suis discerptus fuit. Est autem Scolus uicus Parasopiæ sub Cithærone, regio aspera, unde prouerbium natum est, Scolum ne ipse eas, neu alium sequaris. At Pentheus, accepto malo cæpit Bacchum reuereri. Fabula explicatur ab Ouid. lib. 3. Metamorph.*

Cùm desciſſet, Agaue.] *mente capta, & mania agitata esset. Recẽsetur hæc inter fœminas quæ filios suos interfecerunt. In Illyrico Lycotherſen regem interfecit, & patri suo regnum tradidit. Furia agitata filium sagittaꝝ traiecit, aprum eum esse rata, & caput ei præcidit. Alij scribunt, Pentheum filium medijs Bacchi orgijs maniabus discerpsisse. Atq́ his quidem exemplis nocturnas agitationes furiarum amplificauit.*

Omnes gladij.] *Mirè infestus Cæsari est, quod etiam obijciat, præter Pharsalicos gladios in somnis eum agitãtes, etiam eos ensis, quos posterus dies uisurus sit, cùm à senatoribus*

A à senatoribus in senatu interficietur. Hunc infera.] Cæsarem furiæ infernales, malarum conscientiarum ultrices puniunt, & excarnificant.

Heu quantum.] Exclamatio in carnificinam infœlicis conscientiæ, quæ furijs propter immane scelus grauet pœnas luat. Quod Styga.] à minori ad maius, Si Pompeius adhuc superstite laruis, & intemperijs agitatur, quanto horrendioribus eo extincto exagitabitur?

Tamen omnia passo.] à constantia, & fortitudine animi Cæsaris, qui post tot terrores nocturnos, post tot horrendas furiarum uerberationes mente consternatus non fuit, ut etiam clara luce sequenti libuerit cæsorum cadauera spectare. Cernit.] Amplificatio eorum, quæ nullo dolore spectarit. Primum flumina plenis riuis sanguinem fluentia? inde corpora cæsorum in altitudinem collium congesta, & cumulata, ad hæc, ut acerui cadauerum depressi in tabem apparebant: ad postremum, ipse numerat cæsos Pompeianos. Epulis q paratur.] tyrannicè hoc à poëta de Cæsare dictum. Cæsar redactis fugientibus Pompeianis, in potestatem, pauca apud eos de sua lenitate locutus, quo minore essent timore, omnes conseruauit: militibus q suis iussit, ne qui eorum uiolarentur, ne quid sui desiderarent. Hac adhibita diligentia, ex castris sibi legiones alias occurrere, & eas, quas secum duxerat, inuicem requiescere, asque in castra reuerti iussit. Hæc Cæsar. Cultus ex quo.] Ego quidem crediderim Cæsarem tam Barbaro ingenio non fuisse. Inuat Emathiam non c.te.] Ipsum solum uideri non poterat, adeò cadaueribus constratum, & contectum erat, inquit. atq; ex eo spectaculo, uoluptatem eum cepisse.

Fortunam, superosq; suos in] Quoties contemplatur a-
B ceruos cæsorum, reputat apud se suam fœlicitatẽ, quæ ei suorum diuorum beneficio contigit. Diuos suos uidetur uocare Iouem, Martem, et Venerem genitricẽ, quã sub pugnam inuocauit. Ac ne læta.] Transit ad rethoricãdum latius ad iusta cæsorum, quos dicit eum nõ dignatum rogo. Et hic immoratur, ad dilatandum narrationem.

Perdat spectacula læta.] hoc est, ne læ
C tæ cladis spectaculo, & eam ad satietatem usque obtueri possit, inuidit Pompeianis cæsis sepulturam, hoc est rogum extremum, in quem inferiæ inferrentur more Pop. Rom. Inuideri igne ro.] Archaismus, pro eo, quod est, inuidet miseris, rogum, & bustum. Nec temporibus Ciceronis, nec postea ita quisquam locutus est: sed inuideo tibi, inuideo uictoriæ, inuideo tibi victoriam.

Cælo q nocenti.] Rectè Sulpitius, qui hic, hypallagen esse interpretatur. Quasi dicat, miscet infectum cadauerum fœtore cœlum campis Emathiæ. Ex corrupto cœlo, oriuntur mortalibus morbi pestilentes.

Non illum.] Ab exemplo minori ad maius conuincere conatur tyrannidem, & crudelitatem Cæsaris. Annibal Pœnus Secundo bello punico, post cladem Cannensem dignatus fuit Consulem Romanum L. Aemilium honore sepulturæ: multo iustiori ratione, eundem suis ciuibus præstare debuisset. Annibal Pœnus, hostis barbarus, externo hosti eam humanitatem declarauit. At Cæsar Romanus, in dissensione ciuili, ciuibus suis adeò etiam quibusdam amicis, hominibus sui ordinis, uiris excelsis, eum quibus summos honores gesserat, eum honorem habere noluit. Consulis.] L. Aemilij, qui ad Cannas cæsus fuit. Etenim Consulem quæsitum, sepultumq; ab Annibale, quidã prodidere. Idem Annibal & Marcelli Consulis corpus honorificè sepeliuit.

Fortunam, superosq; suos in sanguine cernit,
a Ac ne læta furens scelerum spectacula perdit,
Inuidet igne rogi miseris, cœloq; nocenti
Ingerit Emathiam, non illum Pœnus humator
Consulis, & Libyca succensæ lampade Cannæ
Compellunt, hominum ritus ut seruet in hostes.
Sed meminit nondum satiata cædibus ira
Ciues esse suos, petimus non singula busta,
Discretosq; rogos, b uerum da gentibus ignem:
Non interpositis urantur corpora flammis
Aut generi si pœna iuuat, nemus extrue Pindi,
Erige congestas Oethæo robore syluas,
c Thessalicã ut uideat Põpeius ab æquore flãmã.
Nil agis hac ira, tabésne cadauera soluat,
An rogus, haud refert, placido natura receptat
Cuncta sinu, finemq; sui sibi corpora debent
Hos Cæsar populos, si nunc non usserit, ignis
Vret cum terris, uret cum gurgite ponti,
Communis mundo superest rogus, ossibus astrã
Mixturus, quocunq; tuam fortuna uocabit:
Hæ quoq; eunt animæ, non altius ibis in auras,
Non meliore loco Stygia sub nocte iacebis,

a In uetusto cod. Ac ne læta &c. inde Fortunam, super.

b al. unum.

c al. Thessa. uideat.

Libyca Lampade.] In Cannis rogi extructi à Pœno Annibale. Non Cannæ ardebant igne, at corpora Romanorũ, seu potius ipsius Consulis cæsi ad Cannas circa Aufidum amnem. Lectis spolijs Annibal & suos sepeliendo causſa in unum locum conferri iussit ad VIII. M ut Polybius scribit: ut uerò Liuius V. M. & sexcentos.

Hominum ritus.] Ius humanum sepeliendi mortuos. Petimus non singula busta.] Extenuatio petitionis nomine omnium cæsorum Pompeianorum, ut si non singulis sui rogi concedantur, saltem unus omnibus in aceruum accumulatis permittatur, ne canibus, & auibus rapacibus corpora dilanianda relinquantur insepulta. Et quod addit, non interpositis flammis, ignibus non discretis. sed uno rogo uasto, & amplo congesto. Aut generi.] Docet, quam uastum bustum extrui in uniuersum omnibus postulet, si uolet Pompeij animum ægritudine afficere, ut uel syluam Pindi montis, uel Oetæ in bustum excindat, quo flammam inter nauigandum ab æquore longo interuallo respiciat.

Nil agis hac ira.] frustra, inquit, sæuis in mortuos impotentia hac tua animi. Quid enim refert, igné ne absumantur cadauera, & in cineres redigantur, an humi putrescant tabe, & uermibus conficiantur.

Placido natu receptat.] epiphonema collectum ex illo loco, de cremandis cæsorum corporibus.

Hos Cæsar populos.] Aut si tu negaueris his populis bustum, futurum tamen aliquando est, ut in cineres tũ redigantur, cum mare, terra, & cœlum ignibus miscebuntur. Allusit fortasis ad prouerbium,

ἐμῷ θανόντι γαῖα μιχθήτω πυρί. id est,

» Me mortuo terra miſceatur igni, uel, ut uertit Eraſ.
» Me mortuo conflagret humus incendijs,

Cicero libro 2. de finibus bonorum, & malorum. Quoniam & illa uox, inquit, inhumana, & ſcelerata dicitur eorum, qui negant ſe recuſare, quo minus ipſis mortuis terrarum omnium deflagratio conſequatur, quod uulgari quodam Græco uerſu pronunciare ſolent. Similiter, Seneca libro ſecũdo, de Cle. Cui, inquit, Græcus uerſus ſimilis eſt, qui ſe mortuo, terram ignibus miſceri iubet.

Communis mundo.] Sic Pythia apud Ouidium aſſore tempus.

» Quo mare, quo tellus correpta & regia cœli

Ardeat. Idem Cicero libro de Natura Deorum, & Plato in Timæo. Contemptim in Cæſarem dicit, quaſi præſentem ſuperbiam nihil faciat. Tum cum reliquis omnibus mortalibus, iam tum ſuperſtitibus cremabuntur, ut nihil ſit cur præſens iniuria doleat. Quocunq; .] Reſpexit ad Vergilianum illud lib. Aeneid. 3.

» Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas,

Non altius.] Anima tua non ibit in cœlum, ut uulgò creditum fuit poſt mortem tuam, ſed ad inferos deſcendet propter tuam tyrannidem. Oſsibus aſtra.] Cum una regia cœli conflagrârit, ut dicit Pythago. Quaſi dicat, illorũ animæ ibunt in cœlum, tua demergetur ad inferos.

Libera fortun.m.] Mors libera eſt ab iniuria fortunæ, in mortuos fortuna nullum ius habet, qui corporibus exuti, uel in cœlum, uel in damnatorum locum abripiuntur. Sed ſi qua uis illi eſt, eam in uiuos exercere credebatur.

Cœlo tegitur.] Pergit declamare contra Cæſarem. eum nõ temerè rura Pharſalica, ut uictorem, ſed cum propter grauem lentiam aëris, infecti putredine cadauerum cogatur diſcedere, cæſi ibi relicti, manent quodammodo camporum poſſeſſores. Et licet terra iniecta non tegantur, intecti tamẽ non iacent, qui cœlo tegantur, licet urnam, hoc eſt, ſepulturam nõ habeant.

Quid fugis.] infeſtè mucbitur in Cæſarem, inde relictis mortuorum diſcedentem. Cæterùm illud Hemiſtichium, Cœlo tegitur, qui non habet urnam, pulchrè dici poteſt in eos, qui extremo humanorum ſupplicio afficiuntur.

Tum.] alia diuerſa lectio eſt, tu, quo mihi hoc loco quadrare uidetur: atq; ita duo codices uetuſti diuerſis manibus in membranis exarati legunt: ut ſit auerſio ad Cæſarem in hanc ſententiam. Tu Cæſar, cui hæ gentes pœnas dant, (citra interrogationem) quod inhumatæ, & inſepultæ iacerant, quare deſeris hos agros Pharſalicos, quod cadauerum putredine corrupti aërem infecerint?

Aquas.] multo cæſorum ſanguine mixtas, atq; ſimul hoc corrupto cœlo cum tuis utere, qui cauſſa mali ſis, & cladis. Sed tibi.] Sed hæc cadauera putentia eripiunt tibi Pharſalicos campos, & tibi ſunt fugæ cauſſa,

Non ſolum Aemonij.] Cùm autem cadauera inſepulta manerent, ut fingit poëta, proximum eſt dilatandi genus, à quibus fuerunt diſcerpta, αὐτὸς, inquit Homerus, ἐλώρια τεῦχε κύνεσσιν οἰωνοῖσί τε πᾶσι. id eſt, Ipſos horoas canibus dilaniandos dedit, & auibus rapacibus. Non ſolum Threicei lupi ad hãc prædã belli Theſſalici uenerunt, uerum etiam Areades Leones. Funeſta ad pabula.] Ad cadauera humana lupi Threicei hac confluxêre gregatim. Thraces præſeroces & truces ob ingenium terræ gignit, ſimul ob frigiditatem regionis, cùm Africa, & Aegyptus mites, paruoſq; gignant, ut ait Plin. aſperos, truces q; frigidior plaga.

Biſtonij.] Threcei. In Thracia Biſtonum ſtagnum eſt, & gens. Ipſa regio, à Biſtone rege cognominata eſt. Hinc Biſtonius Thrax. Biſtonius, ſenex. Biſtonius canis. Odorati.] odoror, deponens. Sũt enim non minus ſagaces Leones, quàm canes. Ab odorando, Maro canes, odorum canum uim uocat. Et odora cano num uis. Pholoen.] montem Arcadiæ cum oppido Cyllene ſyluoſum, quare inde Leones quoq; erupiſſe canit ad prædam. Fortaſſe, quod Arcadia prægrandes gignat leones, eos quoq; huc mittit. De prægrandibus enim, ſed ſtupidis dici ſolet. Arcadicum germen, & Bos Arcadicus. Ariſtoteles author eſt, in Europa inter Achelo ium tantum, & Neſtum amnes leones eſſe, ſed longè uiribus præſtantiores ijs, quos Africa, aut Syria gignant.

Obſcœni canes.] Canaria abundat multitudine maximorum canum, unde etiam inſulæ nomen eſt.

Aëra non ſanum.] infectum fœtore putrium animãtium. Iamq; diu uolucres.] A' terreſtribus animalibus ad uolatilia tranſit & ea præcipuè, quæ carnibus humanis gaudent. Atq; hæc diu ſpe prædæ Romana caſtra ſecuta fuiſſe canit. Vos, quæ Nilo.] primum grues per auerſionem memorat. Hæ ex ultimis, in ultima abeunt: harum abſceſſu gens Pygmæorum indutias habet, cum ij

Libera fortuna mors eſt, capit omnia tellus,
Quæ genuit, cœlo regitur, qui non habet urnam.
a Tum cui dant pœnas inhumato funere gentes?
Quid fugis hãc cladẽ? quid olentes deſeris agros?
Has trahe Cæſar aquas, hoc ſi potes utere cœlo,
Sed tibi tabentes populi b Pharſalia rura
Eripiunt, campos q; tenent uictore fugato.
c Non ſolum Aemoniũ funeſta ad pabula belli
Biſtoniũ uenere lupi, tabemq; cruentæ
Cædis odorati Pholoen liquere Leones,
Tunc urſi latebras, obſcœni tecta, domos q;.
Deſeruere canes, & quicquid nare ſagaci
Aëra non ſanum, motumq; cadauere d ſenſit.
Iamq; diu uolucres ciuilia caſtra ſecutæ
Conueniunt, uos quæ Nilo murare ſolétis
Threicias hyemes, ad mollem e ſegnius Auſtrum
Iſtis aues, nunquam tanto ſe uulture cœlum
Induit, aut plures preſſerunt aëra pennæ
Omne nemus miſit uolucres, omnisq; cruenta
Alite ſanguineis ſtillauit roribus arbor.
Sæpe ſuper uultus uictoris, & impia ſigna
Aut cruor, aut alto defluxit ab f æthere tabes.
Membraq; deiecit iam laſsis unguibus ales.
Sic quoq; non omnis populus peruenit ad oſſa,
Inq; feras diſcerptus abit, non intima curant
Viſcera, nec totas auidè ſorbere medullas:
Deguſtantq; artus, Latiæ pars maxima turbæ
Faſtidita iacet, quam Sol, nimbiq;, dies q;
Longior Emathijs reſolutam miſcuit aruis.

a al. Tu.
b al. Pharſalica.
c al. Nec ſo.
d al. ſentit.
e al. ſerius.
f al. aere.

A cum ij dimicantium. *Sub hyemem è stagno Bistono in Africam, ubi temperatior aer est, auolant.* De singulorum animantium, *quorum hoc loco fit mentio, naturis disserere longum nimis pariter, & odiosum foret.*

Istis aues.] Grues, *quæ certis anni temporibus è frigore Thracio, ad Austrum in Aegyptum demigrare, & regiones mutare solent.* Vulture.] *singularis numerus, pro plurali. Nunquam cœlum tot uulturibus plenum apparuit. Nidificant in excelsissimis rupibus uultures. Bini fœtus cernuntur ferè, & tria tantum pariunt oua. Vmbritius aruspicum peritissimus æuo Plinij, tradit, triduo, aut biduo antè eos uolare, ubi cadauera futura sunt. Vnde prouerbium natum est in hæredipetas, & testamentorum captatores, uultures, & cadauer expecta, quod senibus orbis, ceu cadaueribus inhient. Tales uulgari ioco, ultures appellari solent. Plures pennas uocat, aues, quibus aër plenus fuit.* Omne nemus.] *A loco, ut copiosior sit narratio, simul affectus immiscet, à miserabili spectaculo sanguinis stillantis ex arboribus, & frustorum ex aëre decidentium in capita militum.*

Victoris.] *Cæsarit antonomasia.* Non omnis populus.] *Quia, inquiunt Sulpitius, multa corpora integra remanserunt. Etenim sat rapacibus auibus, & canibus, & ursis, & Leonibus fuit, tantũ nudam carnem discerpsisse, ossibus, & intestinis relictis.* In feras.] *Haud scio, an sit perspicua oratio. Abit populus in feras: id est, carnes humanæ in ferinas conuertuntur.* Laciæ pars mar. turbæ.] *Quod tantus esset cæsorum numerus, & multitudo, ut nõ potuerint omnes depasci.*

Sol, nimbiq.] *putredine corruptam in terrã redegerunt.* Emathijs.] *In terram resoluit, Thessalicam. Corpora siue condita fuerint, siue insepulta reliquantur, resoluuntur in terram diuturnitate, & longitudine temporis, quod omnia absumit.*

Thessalia infœlix.] Clausula, & peroratio libri Septimi, qua Thessaliam deplorat, & incusat, quod tam eruenta pugna, & tam miserabili clade superos læserit. Siue potius, quod nefario aliquo scelere superos antea offenderit, cur tanta clade, & tãmulto sanguine Romano eius cãpos imbuerint. Quod tempus, quæ ætas, quæ uetustas fuerit tam longinqua satis, ut aboleat huius belli memoriam, sarciat, acceptum damnũ, & tibi turpitudinem condonet.

Quę seges.] Qua si execrata sit, postquã sanguine Romano fuit imbuta. *Hoc est, nulla seges in Thessalicis campis surget, quin sit decolor futura, & purpureo colore infecta. Vt animantia quædam ad loci naturam colorem interdum mutant, sic quoq; herbæ nonnullæ ad terræ ingenium in diuersum colorem degenerant. Discolor propriè id dicitur, quod diuersi coloris sit, ut decolor, uitiati coloris: concolor, eiusdem coloris.*

Quo non Romanos.] *Ab impio, cum eam terram, aratris, & uomeribus scindent. Corpora, & ossa cæsorum ubi uiolauerint, uiolabunt & eorum manes, qui in sepulchris errare credebantur, quàm diu iusta non fuissent exhibita, ut est uidere apud Maronem, in funere Polydori, & Miseni.* Ante nouæ uenient acies.] *Sensus imperfectus: deest enim alterum orationis membrum, cum particula, quàm, quæ sententiam absoluit. Vt Antè leues ergo, &c. Quàm nostro illius &c.*

Ante nouæ uc.] *Aliter, Antè, quàm uiolabis impio uomore terram, in qua cineres, & ossa dispersa iacent, &*

a Thessalia infœlix, quo tanto crimine tellus
Lesisti superos, ut te tot mortibus unam,
Tot scelerum satis premerent? quod sufficit æuũ,
Ira memor ut donet belli tibi damna uetustas?
Quæ seges infecta surget non decolor herba?
Quo non Romanos uiolabis uomere manes?
Ante nonæ uenient acies, sceleriq; secundo
Præstabis nondum siccos hoc sanguine campos.
Omnia maiorum uertamus busta licebit,
Et stantes tumulos, & qui radice uetusta
Effudere suas uictis compagibus urnas,
Plus cinerum Emoniæ sulcis telluris aratur,
Pluraq; ruricolis feriuntur dentibus ossa.
Nullus ab Emathio religasset littore funem
Nauita, nec terram quisquam mouisset b arator,
Romani bustum populi, fugerentq; coloni
Vmbrarum campos, gregibus dumeta carerent,
Nullusq; auderet pecori permittere pastor
Vellere surgentem de nostris ossibus herbam,
Ac uelut impatiens hominum, uel solis iniqui
Limite, uel glacie nuda atq; ignota iaceres,
Si non prima nefas belli, sed sola tulisses.
O superi liceat terras odisse nocentes.
Quid totũ premitis, quid totũ c soluitis orbem?
Hesperiæ cladis, & flebilis unda Pachini:
Et Mutina, & Leucas puros fecêre Philippos.

a al. Thessamus adhuc madefacta lubrica sit, ierum nouæ acies illuc conuenient, & iterũ prælio congredientur secundo, nondum campo illo sanguine siccato. Sceleriq; secundo] *Secundo bello ciuili, inter M. Brutum, & Cassium percussores Cæsaris, Octauium ac Antonium.* Nondum sic. cos.] *Hij campi, ubi nunc inter Cæsarem, & Pompeium pugnatum fuit, subiecti fuerunt in Thessalia oppido Pharsalo circa amnem Peneum. Triumuiri uerò, & percussores in cãpis Philippicis in Macedonia dimicarunt. Hic Cassius contra Antonium consedit, M. Brutus contra Octauium. Philippi urbs in Antonij, & Cassij conspectu erat: olim Datos dicta, sed multo antè Crenida à fontium uberrimis aquis, qui plurimi circa collem sunt. Philippus rex id oppidum aduersus Thraces emuniuit, & de suo nomine Philippos appellauit. Condita urbs est in prærupto colle, à Septentrione nemoribus clausa: ad meridiem uastam habet planiciem, ad mare usq; procurrentem. Strymon fluuius haud procul ab urbe in mare defluit. Hæc eò copiosius ostendi, ut perspicuum sit, quantum Pharsalum Thessalicum à Philippis in Macedonia distet. Non uenerunt hæ acies in Emathiam, sed in eam Macedoniæ partem, ubi Thraciæ contermina est,* Omnia maiorum.] *Alia amplificatio cædis. Nunquam Populus Romanus plura reliquit. Euertamus omni ueterum busta, omnes rogos, cippos, & excitatos tumulos toto orbe in ijs locis, ubi memorabiles clades fuerũt acceptæ, à Pop. Rom, & eos tumulos*

b al. aratrõ.

c al. absoluitis.

simul, qui effudere suas urnas, in quibus cæsorum cineres conditi fuerunt, nusquam plus cinerum arat arator, quã in Thessalia, nusquam plus ossium humanorum aratris & rastris uerberatur, quàm in his campis.

Radice uetusta.] uelut, inquit Sulpitius, antiqua caprifico dissoluti, aperiti'q; sunt. In urnis solebant cineres, & ossa mortuorum post busta condere. Quod uero adducti uictis compagibus, solutis commissuris.

Ruricolis deutibus.] rusticorum rastris, quibus duriores pariter, & maiores glebæ comminuuntur.

Nullus ab Emathio] longum hyperbaton. Est'q; auersio ad Thessaliam. Si uel sola Thessalia, & non prima ciuile bellum in tuis campis tulisses, nullus mercator frequentasset te, ne'q; terram coluisset quisquam, agrorum cultores deseruissent arua, ea'q; inarata, & insemnata reliquissent: nec in dumetis pascerentur oues, nemo pastor auderet greges suos herbis Thessalicis pascendos permittere. Herba enim ea è cineribus, & ossibus Pop. Rom. nascitur. Sed iaceres deserta, incultá'q; & quasi ignota, atque hominum, humanæ'q; consuetudinis impatiens, auersatrix Solis, uel æstu, uel frigore parum benigni. Limites Solis iniqui sunt, Cancer æstu: Capricornus, frigore.

Vmbra eam.] in quibus Rom. umbræ circa corpora insepulta adhuc errarent.. O' superi.] Exclamatione ad superos absoluit epilogum, ut fas sit odisse eas terras, in quibus tanta damna sunt accepta à Pop. Rom. toto orbe. Clades toto orbe acceptas tribus uersibus sequentibus perstringit, ut non sola dicatur Thessalia nefas belli, hoc est, Ciuile bellum tulisse.

Quid totum pr.] Cur regionibus & terris, quas memoro, adeo'q; uniuerso orbi estis infesti? Solutis liberatis culpa, ait Sulpitius, recte'neo iudicio. nam diuersa lectio est absoluitis orbẽ Hesperiæ clades.] Hesperias clades intelligo Hispanicas præcipuè. Etenim cùm Antonius aliquandiu Murcum oppugnasset, & parum profecisset. Octauium ex Sicilia accersiuit: ut cum classe Brundusium ueniret. Gerebat Octauius per id tempus bellum terra, mari'q; cum Sexto Pompeio. Nam is post fratris necem in Iberia neglectus à Cæsare, quum ad Mundam dimicatum est, primo ignotus circa Oceani littora cũ pauris piraticam exercebat: mox agnitus (erat enim adhuc adolescens) breui magnam hominum manum contraxerat, & duce maiorem in modum aucta terribilis cœpit esse Iberiæ. Cæsar cùm adhuc uiueret, misit in Hispaniam Carinam, qui audaces illius conatus frangeret, eum'q; debellaret. Primo congressu à Pompeio fuit superatus. Quo successu ferocior factus plærasque urbes Hispaniæ suæ ditionis fecerat. Inde Asinius Pollio eò missus, multò fœlicius res gessit, cùm C. Cæsar est Romæ interfectus. Haud multo post ab exilio reuocatus Massiliam concesit, exitum Ciuilis motus expectaturus, qui post Cæsaris cædem inter Antonium & Brutum erat ortus. Et quia nouerat maris imperium sibi decretum nauibus, quas in Hispania reliquerat, repetitis, inualescente indies discordia, & pluribus alijs classibus comparatis, in Siciliam nauigauit. Interea triumuirali dominatu Romæ exorto, magna fit in Repub. mutatio. Obsedit aliquandiu Bithinicum, quod Insulæ deditionem recusarent. Qua tandem recepta classem, & magnum exercitum summo studio, ac successu instruxit, qui ex Italia triumuirorum metu, & iniuria ad eum confluebat. Hunc itaq; Octauius terra, & mari oppugnaturus, Saluidemo classem tribuit, ipse cum exercitu pedestri itinere Rhegium processit. Fit pugna in freto sed Saluidemi nauibus minus aptis ad æstus maris perferendos, nox prælium diremit. Octauius interim occupatur ad comparanda omnia belli necessaria, rursus ab Antonio Brundusium accersitur. Post cælem Brut, & Cassij ad Philippos, Antonius, & Octauius pacem faciunt cum Sexto Pompeio, propter nouos motus in urbe exortos: relictis illi Sicilia, Sardinia, & Corsica præsidio, ut mare tutum à prædonibus redderet, & Romam misceret ex Insulis cerum numerum tritici. Hesperiæ clades.] C. Cæsar, quadriennio postquam ex Africa ad triumphum Romam redijt, in Hispaniam fuit profectus aduersus Pompeij filios, qui magnam Iberiæ partem post Africanum bellum sibi adunxerant, & exercitum penè inuictum ad bellum instruxerant. Eò creuerant eorum opes, ut si quæ urbes ultro non accederent, eas armis sibi uindicarent. Sub aduentum Cæsaris, Cn Vlam urbem oppugnabat, Sex. Cordubam præsidio tenebat Et ut cætera in summam conferam (nam alio loco de hac re dictum est) multa prælia circa oppidum Ategnum gesta fuere. Inde ad Vcubim ferociter dimicatũ est, Periêre ibi ex Pompeianis CCCC. & amplius Mox in Meadensi agro pugnatum fuit. Postremò ad Mundam tanta ferocia congressum fuit, ut præter Cæsaris fœlicitatem omnia penè paria essent. Victoria à ueteranis Cæsaris orta fuit, tantaque strages ædita est, ut ex tanto Pompeianorum, & tam florenti exercitu nemo superfuisset, nisi Munda multis profugio fuisset, Cæsa his sunt Pompeianorum XXX. millia, & amplius: & in his Actius Varus & alter Labienus: ex Cæsarianis circiter mille. Accepta aduersa pugna, Sex. Pompeius, orduba relicta fugit, ut diximus. Cn. Pompeius, luxato pede post fugam in spelunca latens, & deprehensus, interfectus fuit. Atque hæ sunt clades Hesperiæ. Flebiles unda Pa.] Cùm Sex. Pompeius totum Siciliæ litus inter Mylas, & Tyndaridem armis teneret, Octauius Agrippæ negotium dedit eò traijciendi cum parte copiarum. Cæterùm post uaria prælia terra ma'q; Pompeius uictus Siciliam deseruit, octo & XX. suppressis nauibus: captis cæteris, aut incensis. De hoc bello in primo plura annotata sunt.

Pachini.] Sicula pars pro toto. Pachinus promontorium Siciliæ est, Græciam spectans. Sicilia triquetra figura est, à qua Latinis Trinacria, à Græcis Τρινακρία dicitur, & à Lycophrone τριδάκτυλος. Circa Pachinum tradunt Vlyssem terriculamentis agitatum nocturnis, Hecubæ cenothaphium posuisse. Pelorus obiacet Italiæ, Lilybæum, Africæ. Vndam flebilem Pachyni, freturn Siculum dicit, ubi dimicatum nauali prælio, et Sex. uictus fuit. Perditis rebus in Asiam fugit, ibi in manus hostium, & catenas uenturus. Et quod miserrimum est fortibus uiris, inquit L. Florus, ad hostium arbitrium sub percussore moriturus

Et Mutina.] ciuitas Galliæ Cisalpinæ, in uia Flaminia, olim Romana colonia. Interfecto Cæsare, ut M. Antonio Galliam Cisalpinam petenti obsisteret D. Brutus, Mutinam occupauit. Antonius cõparato exercitu statim Mutinã obsedit. Legati à Senatu ad eũ missi de pace parũ ualuerunt. Interim C. Cæsari, qui primus Reipub. arma sumpsit pro Pop Ro. Imperium à Senatu datum est cum Consularibus ornamentis, adiectum'q;, ut Senator esset. Mittitur Pansa Consul aduersus Antonium, sed malè pugnauit

A gnauit. Alter Consul A. Hirtius superueniens, fusit M. Antonij copijs, fortunam utriusq; partis æquauit. Octauiani Cæsar iuctis cum Hircio copijs Antonium uicit, fugauitq; qui in Galliam confugit, & M. Lepidum cum ijs legionibus quæ sub ipso erant, sibi adiunxit. Simul hostis a Senatu iudicatus est. Et in eo quidem prælio ambo Consules Hirtius, & Pansa perierunt. C. Cæsar duobus exercitibus Consularibus auctus Mutinam obsidione liberauit. Decimus Brutus in Galliam fugit, qui postea iussu Antonij, in cuius potestatem uenerat, à quodam Capeno Sequano interemptus fuit. Interim C. Cæsar reconciliato per M. Lepidum Antonio in gratiam, reuersus Romam cum exercitu. Consul creatus est. Legemq; tulit, de quæstione habenda in eos, quorum opera pater occisus esset: postulatisq; ea lege, ut M. Brutus, C. Cassius, & Decimus Brutus (superstes is adhuc erat) absentes damnati sunt. Citatq; Cæsar pacē cum M. Lepido, & Antonio fecit ut tres uiri reipub. constituendæ caussa per quinquennium præessent. Lepidus, & Antonius statuerūt, ut suos quisq;
B mimicos proscriberent. In hac proscriptione fuerunt plurimi equites. C. XXX. Senatorum nomina, & inter eos, M. Ciceronis, & qui optimè de Octauio meritus fuerat, & in primis author ut natus 18. annos penè puer Consul crearetur.

Et Leucas.] Leucas, insula est, contra sinū Ambracium circa Epirum, & mons altissimus eiusdem nominis, Augusti victoria contra Antonium, & Cleopatram memorabilis. Est & Leucas oppidum Acarnaniæ, quæ Epiri pars est. Quum M. Antonius amore Cleopatræ infamis, Romanam uocatus uenire nollet, neque tempore triumuiratus iam finito, imperiū deponere, adhæc etiam bellum moliretur, quod urbi, & Italiæ inferret, eamq; ob rem magnis naualibus, terrestribusq; copijs contractis remissoq; Octauiæ sorori Cæsaris repudio, ipse Cæsar cum ualido exercitu in Epirum traiecit, ubi ad Actium circa Leucadem nauali prælio Antonium, & Cleopatram uicit. Fuerant Antonio quingētæ naues ad pugnam instructæ, centum Mil[illegible] peditum: equitum duo, & uiginti milia, Octauio CC. & L. naues erant: peditum octoginta milia: equitum par ferè numerus, qui & Antonio. Dux fugæ fuit Cleopatra cum aurea puppe & uelo purpureo, ac sexaginta nauibus. Tradunt quinque milia hominum cæsa ex Antonianis, & trecentos naues captas. Huius cladis ad Actium, & Leucadem hic poëta mentionem facit Puros fecere Philippos] Sulpitius exponit, quasi innocentes, & Romani cruore immaculatos, & inexorabiles. De pugna ad Philippos paulo antè diximus.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

M. ANNEI. LVCANI CORDVBENSIS POETÆ CLARISSIMI, DE BELLO CIVILI, LIBER OCTAVVS.

CVM COMMENTARIIS AC EXPLANATIONIBVS eruditissimis D. LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII.

ARGVMENTVM IN OCTAVVM LIBRVM M. Annei Lucani, per SVLPITIVM.

OCtauo in Lesbum fugiens per deuia Magnus
Nauigat, & coniunx lachrymando abducta reliquit
Deflentem populum, properanstum nauta monetur,
Tendat ut ad Cilices, ubi Sextus, turba Ducumq;
Decernunt, quo sit Dux confugiturus, atroxq;
Ægyptus legitur: uenientem regia prodit,
Coniugeq;: & nato coram confodit Achillas:
Ambustum Codrus truncum clàm texit arena,

IAm super Her.] *Exordiũ ducit à fuga Pompeij statim post amissam pugnã. Pompeius hostes intra munitiones intuitus, proiectis insignibus Imperij, siue potius Imperatorijs, ut Cæsar ait. equo sedens decumana porta, quatuor duntaxat comitantibus egressus, citato cursu Larissam contendit. Erat aũt (ut hoc obiter addam) in castris porta decumana, ab hoste auersa. Nõ multum Lariſſæ, cõmoratus, eadem celeritate paucos ex fuga nactus, nocturno tempore non intermisso, ad mare descendit: ubi frumentariam nauem adeptus, quam Peritius quidam agebat, homo sibi nõ ignotus, cum 30. circiter comitibus eam ascendit. Equitum 30. comitatũ fuisse Cæsar scribit. Appian. tradit captis castris, ex tam lõgo silentio, hoc solum dixisse, an ad castra, & hi nostra? Atq; his dictis mutata uestę, conscẽdisse equũ, & quatuor ex amicis eum comitantibus, nullo in loco cursum intermisisse, quoad exorta luce Larissam tandẽ uenit. Cæsarẽ in tabernaculo Põpeij cõsedisse, quemadmodũ se facturũ dixerat: & quæ illi in cœnam parata fuerant, sibi sumpsisse. Itidẽ & reliquũ exercitũ hostiũ epulis recreatũ fuisse. Plutarch. ait, Põpeium tenuẽ ac nudũ Larissam contendisse, ut inquirentes hostes lateret, ac Larissam transgressum, ut ad Tẽpe peruenit, se in os prostrauisse, & sũgendum è fluuio hausisse.* Iam super Herc.] *Inter Ossam, & Olympum, per nemerosam conuallẽ defluit Peneus ortus iuxta Gomphos, collibus dextra læuaq; curuis, paruo spacio nauigabilis, in eo cursu loca illa Tẽpe uocã tur 5. milliũ pass. longitud. & fermè 6. latitud. pulcherrimus ager, gramine amœnus, & arborib. densus, canorus auiũ cõtentu, ingis dextra læuaq; molliter se attollentibus. Tradũt autores, Thessaliam, qui continuis montibus circunda ta, lacum fuisse olim, priusquã Peneus exitum esset adeptus, sed uehementi'ne aliquo motu terræ id accidẽrit, quod ipsi indigenæ persuasum habuisse uideri possunt, qui duorum montium, dequib. loquimur, dissi-*

IAm sup er Herculeas fauces, nemorosaq; Tempe
Aemoniæ deserta petens dispendia syluæ,
Cornipedem exhaustum cursu, stimulisq; negantem
Magnus agens, incerta fugæ uestigia turbat,
Implicitasq; a errore uias, pauet ille fragorem
Motorum uentis nemorum, comitumq; suorum.
Qui post terga b redit, trepidum, lateriq; timentem
Examinat, quamuis summo de culmine lapsus.
Nondum uile sui pretium scit sanguinis esse.
Seq; memor fati, tantæ mercedis habere
Credit adhuc iugulum, quantũ pro Cæsaris ipse
Auulsa ceruice daret. deserta sequentem
Non pariter tutis fatum celare latebris
Clara uiri facies. multi c Pharsalica castra
Quum peterent, nondum fama prodente ruinas,
Occursu stupuere Ducis, uertigine rerum
Attoniti, cladisq; suæ uix ipse fidelis
Autor erat. grauis est Magno, quicunq; malorum
Testis adest, cunctis ignotus gentibus esse
Mallet, & obscuro tutus transire per urbes
Nomine. sed longi d pœnas fortuna fauoris
Exigit à misero, quæ tanto pondere famæ
Res premit aduersas, fatisq; prioribus urget.

a al. horrore.
b al. ferit.
c a. Pharsalia.
d al. sed pœnas longi.

A diſſidium, ad Neptunũ motorem terræ referebant, qui ob id à Græcis Ennoſigæus appellatur, an ab Hercule, (ut qui dam ſcribunt) id opus ita factum ſit, incertum. Certè id diuulſis montibus, Oſſa, et Olympo, abruptiſq; littoribus, fœliciſſima regio ſtecta relicta fuit. Ouidius.

» Eſt nemus Aemoniæ, prærupta quod undiq; claudit
» Sylua, uocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
» Effuſis Pindo ſpumoſis uoluitur undis.'

Qui uerò ab Hercule hoc factũ uolunt, id inter eos labores numerant. Seneca in Hercule Furente.

» Emitte tecum, diruitis qualis iugis
» Præceps citato flumini quærens iter,
» Quondam ſtetiſti ſaxa cum uaſto impetu
» Patuere Tempe pectore impulſus tuo
» Hic mons, & illuc cecidit, & rupto aggere
» Non cucurrit Theſſalus torrens uia:

Itaq; fauces Herculeas hæc duorum montiũ, Oſſæ & Olympi diſſidia dicit, ubi Tẽpe ſunt nemoroſa, per quæ labitur amœniſſimus fluuius Peneus. Hac fugiſſe Pompeium tradũt, ac Lariſſam primũ cõtendiſſe. Stimulisq; neg.] B Idem eſt, cũ eo, quod præcedit: agens equũ, curſu exhauſtũ, hoc eſt, laſſum, & fatigatũ, & curſum negantẽ, quamuis actũ ſtimulis. Incerta fu.] Non unũ rectũ curſum regia uia ſeruat, ſed modo hac, modo illac, per itinerum ambages fugit, ne ſi perſecutores tergo inſtitiſſent in regia uia ueſtigia deprehendi potuiſſent. Implicitasq;.] ambages, & uitarũ ambages, quaſi loci ignarus Theſſaliæ deſerta peragraſſet. Pauet il,] Vt eſt ingenũ hominũ metu trepidantiũ in fuga, ut ad omnẽ aurã, & deciduã arboribus folia, timeãt, & reſpiciant trepidè. Comitumq;.] quos quatuor ſecũ in re ſubita, ex amicis comitantib. trahebat, ut oſtentãmus ex Appiano. Poſtea Lariſſa digreſſus, cum 30. equitibus ad mare peruenit. Poſt ter.] Qui codices legunt, ferit, reſpiciunt, fragorẽ à tergo ſonantẽ. Quidam codices legunt, redit. Sed eodẽ tendit. Trepidè La.] Põpeiũ, qui propè exanimatus metu periculi capiti ſuo metuebat. Quãuis ſum.] Quippe, quẽ multis triũphis clarum Oriens, & Occidẽs formidabat, ad cuius nomẽ Afri ea trepidabat, quod is uno prælio armis exutus, cũ magno dedecore nudus propè, & ignotus relictis hoſtibus, ſuis ca C ſtris per Theſſalica Tempe, fugeret. Rectè de ſummo culmine, dicit poëta, quod ipſe factè princeps ciuitatis fuiſſet habitus, & aliquãdo unus Cõſul in repub. Defunctus Afri cano bello iuuenis à militib. Imperator ſalutatus fuit. Inde Romã reuerſus à Sylla natus annos 24. Magnus appellatus eſt. Sunt qui in Africa id cognomẽ paulò antè mi litare fauore datũ ſcribunt. Alij ex nobili uictoria, quã ex Oriẽte de Pharnace penè prius fugato, q̃ uiſo, reportauit, id cognomẽ eum adeptũ. Fuerat ea appellatio ingẽs, & q̃ nulli Romanorũ ab urbe cõdita contigerat, cùm Maximi cognomẽtũ duob. cõtigiſſet. Certè uir fuit ſua ætate ſummus, tot triumphis, quot nemo antè eũ, clarus. Nondũ.] Sed maximũ, inquit Sulpit. Amphibologia eſt. Incertum eſt, utrò, nõdum ſit referendũ, ad uerbũ ſcit: nondũ ſcit, ut ſit oratio negatiua, an, ad adiectiuũ, uile, ut ſit affirmatiua. ut exponit Sulpit. Põpeius ſcit, ſanguinis ſui p̃tiũ, nondum eſt uile. Anõc potius, Nondũ nouit Põpeius ſanguinis ſui p̃tium eſſe uile, quod in Aegypto à ſpadonei & Achilla regio p̃fecto, & L. Septimio Trib. milit. qui bello piratico ſub Põpeio ordinẽ duxerat, interficeretur. Vtrũ uelit lector ſequatur. Memor.] Se olim in magna gloria fuiſſe, ſed priſtinã fortunã hac clade obliteratã. Res humanas inſtabiles nõ perpetuas eſſe. Deum bona, ac mala pro ſuo arbitrio diſpẽſare. Ingulõ.] adhuc ſe nõ periſſe totũ. Deſerta ſeq.] Quãuis per deſerta cũ paucis, quod poterat, fugiebat, & fugiens noctẽ diei cõtinuabat, nec fuga, nec uiuerſæ res, nec calamitas celari nõ poterat, quin cõtinuò toto orbe palàm erãt. Ruinas.] Et cùm nondũ fama aduerſæ pugnæ diuulgata eſſet per Græciã, & Aſiæ populos, multi, qui caſtra Põpeij adhuc petebãt, cũ ei occurrerẽt, occurſus tãti Imperatoris admirationẽ illis iniciebat. Vertigine.] Viciſſitudo rerum omnes perculit: quod is, in quo omnis Imperatoris uirtutes inerant, & quĩ nunquã ab ullo uictus prælio exceſſerat, nũc exutis etiam caſtris turpiter fugeret. In eo ſcientiã rei militaris eſſe: uirtutem, authoritatẽ & fœlicitatẽ, ſemper fuiſſe. Vix ip.] Et ipſe fuga ſua teſtaretur cladẽ acceptã, tamen uix illi habita fides eſt. Grauis eſt.] Dolor recrudeſcit ſubinde, quoties obuius eſt aliquis, qui teſtis, & nũcius acceptæ cladis abit. Ignotus trãſire per urbes cupit, ne quis oculos ſuos propter res aduerſas in eum cõijceret. Sed longi.] Exclamatio ex narratione collecta. Perpetuæ fœlicitatis pœnã hac una clade fortuna exegit à Pompeio ut quondam à Samiorum tyrãno Polycrate, Crœſo, & aliis nonnullis. Quę tanto.] Metaphora ſumpta eſt, à materia graui, quæ quanto grauior eſt, tantò uiolẽtius cadit. Quo curſus fœlicitatis in uita humana maior eſt: & perpetuò florentior, eò caſus in aduerſis durior, ac calamitoſior, ſimul ad ferẽdum acerbior. Aſſuetus malis aduerſas res, & fortunæ uim non ſentit, & proinde facilius tolerat.

Fatisq; prio.] Priorem ſecundam fortunam calamitatis huius grauitate compenſat.

Nunc feſtinatos nimium ſibi ſentit honores:
Actaq; Lauri feræ damnat Syllana iuuentæ.
Nunc & Corycias claſſes, & Pontica ſigna
Deiectum meminiſſe piget, ſic longius ævum
Deſtruit ingentes animos, & uita ſuperſtes
Imperio, niſi ſumma dies cum fine bonorum
Afficit, & celeri præuertit triſtia læto.
Dedecori eſt fortuna prior, quiſquam, ne ſecundis
Tradere ſe fatis audet, niſi morte parata.
Littora contigerat, per quæ Peneus amnis
Emathia a iam clade rubens exibat in æquor.
Inde ratis trepidum, uentis, & fluctibus impar
Flumineis uix tuta uadis euexit in altum,
Cuius adhuc remis quatitur Corcyra, ſinusq;
Leucadij, Cilicum dominus, terræq; Liburnæ
Exiguum rector pauidus correpſit in aluum.

Nunc feſtinatos nimium ſibi ſentit.] Nunc demum intelligit, nimis feſtinanter, nimis maturè, & quidem ante legitimam ætatem honores ſummo habitos, cùm illi æuo uirili, & grandiori ætati debeantur. Perinde ac ſi poëta diceret, eam ob cauſſam fortunam nunc indignatam mutaſſe uultum, & omnes antea ctæ ætatis triumphos, & honores hac teterrima clade deformaſſe.

Feſtinatos.] Paſſiua uoce dixit uerbum neutrale. Cæterùm, ut præmaturi nimium honores liquerant, operepræti- a Emathiæ. um eſt eo altius paulò repetere. Hic quũ uix pubeſcere cœpiſſet, ex agro Piceno uolũtariorum b al, uectoi;

hominum legionem, quam fauore nomi-
a al. Iubes. nis paterni (Cn. Stra
b al. tunc. bonis fretus, ex ea
gente ad bellum con-
citarat, cui non mul-

Conscia curarum secreta in littora Lesbi
Flectere uela a iubet, qua b tum tellure latebas
Mœstior, in medijs quàm si Cornelia campis
Emathiæ stares, tristes præsagia curas
Exagitant, trepida quatitur formidine somnus,

tò pòst duæ aliæ additæ sunt. Quamuis adolescens Syllanis partib. in eo bello Ciuili supra modũ utilis fuit Syl la nulli suorũ Ducũ maiores honores habuit: huic ueniẽti solebat assurgere, huic uni nudare caput suũ: eum unũ honorificè appellare. Statim cum exercitu missus Martium superauit Senas hostiliter diripũt. Mox una cum Crasso in agro Spoletano tria milia hostiũ interfecerunt. Carbonem uictum securi percussit. In Africã aduersus Domitiũ & alios cum sex legionibus, eum uicit, & exercitu exuit, ubi à militibus Imperator appellatus fuit. natus annos 24. ut paulò antè memoraui. Vnde ob eam uictoriã Romæ à Senatu, frustra obstante Sylla, ut triumpharet obtinuit. Et ut triũphus cõspectior esset quatuor currui elephantos iunxit, exemplo Liberi patris. Atq; ista quidẽ, & alia p̃clara multa, fuêre eius iuuentutis rudimenta.

Acta lauriferę iuuen.] hoc est, triumphos, quos claros egit sub Sylla. de Domitio, Hiarba, & alios deuictos in Aphrica, & Sicilia, quemadmodũ modo retuli. Quũ aũt Sylla maximè illi obstitisset, ac dixisset, eum honorẽ Consulibus duntaxat, & summis Ducibus, qui suis, non alienis auspicijs bellũ prosperè gessissent, decerni solere, accedere ad id immaturã ætatẽ, cui nunquã P. R. talem esset honorẽ decreturus. Tum Põpeius à Sylla, inquit, plures mortalium Orientẽ Solẽ uenerantur, quàm Occidentẽ. alludens ad ætatem iuuenilẽ, quæ sibi exprobrabatur. Laudi m nascentem comitatur fauor: cõemptus senescentẽ. Itaq; tam conspicuus, ut paulò antè memini triumpho fuerat Pompeius urbem ingressus. Procillus, autore Plinio, eum equis inuectum scripsit, non autem de elephantis iunctis, quod urbis porta non fuisset beluarũ capax. Inde Pompeius magnus fauor fuerat conciliatus: partim quod uirenti ætate illi is honor accidisset: partim, quod eques adhuc, necdum per ætatẽ in curiã ascitus insignem triumphũ egisset. Hæc acta iuuentus suæ damnabat nunc, quod fabulositatẽ suæ tragicam catastrophen haberet. Nunc & cor.] Damnat gloriam reportatã de Piratis deictis, Corycias classes, naues ductas aduersus Pyratas è Cilicia egressas: à parte totum synecdoche. Cæterùm, alio loco nobis relatum est quæ celeritate, hoc est 40. diebus, & quanta industria fuerit usus Pompeius aduersus prædones, è Cilicia & Pamphilia egressos. Cæterum Corycus mons est, teste Strabone, præcelsus, et portuosus Pamphiliæ, atq; ob id piratarũ insidijs oportunus, quos ab eo Corycæos uocabant. Suidas ait Corycon Pamphiliæ promontoriũ esse, cui subiecta sit urbs Atalea. Eius urbis ciues ne uexarentur à prædonibus, qui fese in promontorij arcẽ subinde recipiebant, per alios portus dissipati, subauscultabãt, qui'nam appulissent, & quo tenderent, atq; ea prædonib. renunciabant. Euphorion, eodem citante, refert Corycæos cõuenas fuisse, qui cõdiderint oppidũ sub cacumine Coryci, unde mare prospectabatur. Hi fuerunt finitimi Myonesso. Hos solitos negotiatoribus portum intrantibus se admiscere, quasi & ipsi negociatores essent, ut merciũ aliquid emerent. Audita statim Myonesijs renunciabant.

Qui nauigantes adoriebantur, & prædam ablatam, aut pretia, quibus redimebant se negociatores. Suidæ uerba

σαι, ἰσβᾶς. τινὲς δὲ τὸν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς τόπον οὕτω καλοῦσιν. ἐκεῖ γὰρ ἐστὶν ἡ Κορυκία πέτρα, ἣν ἐπιβὰς ὁ Ἀπόλλων ἐμαντεύσατο τοῖς Κίλιξι τὰ μέλλοντα. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Κορυκία πόλις ἐν Κιλικίᾳ τῇ τραχείᾳ, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ Κορυκίου ἄντρου οὕτω καλουμένη. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Κορυκία ἐν Φωκίδι, ἀπὸ Κορυκίου τινὸς οὕτω καλουμένη. ἔστι δὲ καὶ ἄκρα ἐν Κιλικίᾳ τῇ τραχείᾳ, ἀπὸ τῆς πόλεως οὕτω καλουμένη. ἔστι δὲ καὶ ἄκρα ἐν Κρήτῃ, ἀπὸ τῆς πόλεως οὕτω καλουμένη. ἔστι δὲ καὶ ἄκρα ἐν Λυκίᾳ, ἀπὸ τῆς πόλεως οὕτω καλουμένη. ἔστι δὲ καὶ ἄκρα ἐν Παμφυλίᾳ, ἀπὸ τῆς πόλεως οὕτω καλουμένη. ἔστι δὲ καὶ ἄκρα ἐν Σικελ

A Iudæa superauit, & cepit Ad postremum ademptis omnibus tam diu ipsum Mithridatem fuit persecutus, donec rebus omnibus perditis, cum uenenum hausturum paruũ efficax esset, à Bittito uno ex Celtarum Ducibus ad id rogato, ne uiuus in hostium potestatem ueniret, ferro hausturus occubuit. Triumphans urbem ingressus fuit. Prælata sunt currui aurea, & argentea uasa multa, pretiosa materia, & inter ea duo millia ex onyche lapide affabrè facta, in Mithridatis suppellectili reperta. Argenti signati, & auri uiginti talentorum millia. Ducti ante currum Tygranes, seniores Tygranis filius, Septem Mithridatis, quinq; uirilis stirpis, & uirgines duæ. Atalces Colchorum sceptriger. Aristobolus rex Iudæorum: Cilicum tyrãni: tres Iberum duces. Albanorũ duo: Menandri Laodicæus: Mithridatis præfectus. Atq; omnes hi Magnificè donati domum dimissi fuerunt, præter Tygranem, & Aristobolũ, quorum alius post alium Romæ sunt interfecti. Multæ imaginet, & uariæ rerum gestarum. Triumphauit hic de prædonibus toto mari electis, quodq; Pop. Ro. maris imperiũ restituisset. Quod Asiam, Pontum, Armeniam, Paphlagoniam, Cappadociam, Ciliciã, Syriam, Iudæã, Albaniã, Iberiam, Cretam, Bastarnas armis subegisset Nauibus hostium, aut captis, aut depressis 846. Castellis oppidisq; in fidem receptis, mille quingentis 38. Hominum fusis, fugatis, occisis, & in deditionem acceptis, centies, uicies semel, & octuagiesta millibus. Atque ita terris omnib. à Mœoti palude, ad mare usque rubrũ subactis, postea in quadam concione meritò gloriatus fuit, quam ad Po. habuit de rebus à se gestis, quod Asiam, quã ultimam Ro. Imperij prouinciam acceperat, mediã reddidisset. Atq; hæc quidem sunt Pontica signa quæ item nunc damnauit.

Sic longeuum.] Epiphonema ex Põpeij anteacta gloria & calamitate senectutis collectũ. Quod ferè uita humana hanc habeat inconstantiã, & uarietatẽ, ut tragicus exitus illustres gloria uiros sequatur. Quare conuenit dicti Solonis meminisse, neminem in uita beatũ, finem uitæ id arguere: Nã Deus tristia lætis immiscere solet. Id enim ludibriũ est fortunæ, ut sic dicam, cuius exempla præbuerunt heroës id genus. Dedecori] Rectè. Pristinæ uitæ gloria, ac fœlicitas tantis uiris in simili exitu, non solum C dedecori est, sed animi cruciatus & miseria. Hic pertinẽt sententiæ uariæ scriptorum. Ouid & aliorum.

» Scilicet ultimo semper
» Expectanda dies homini, diuq; beatus
» Ante obitum nemo. supremaq; funera debet.

Et similes sententiæ philosophicæ, quæ passim lectitandis authoribus occurrunt, monent, non fidendum esse rebus secundis: quæ cùm arrideant maximè, minantur maximè.

Littora.] Describit portum, unde solucrit Pompeius. Videtur Cæsar significare, Peneum ad Amphipolim in sinum Thermicum exire, nisi exemplaria sint mendosa. Eò scribit Cæsar, Pompeium contendisse. Erat, inquit, edictum Amphipoli propositum, ut omnes eius prouinciæ iuuenes Græci, ciuesq; Roman. iurandi causa conuenirent, Sed utrum auertendæ suspicionis caussa Pompeius proposuisset, ut quam diutissimè longioris fugæ consilium occultaret, an nouis delectibus, si nemo premeret, Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat. Ipse ad anchoram una nocte constitit. Et uocatis ad se Amphipoli hospitibus. & pecunia ad necessarios sumptus corrogata, cognito Cæsaris aduentu, ex eo loco discessit, & Mitylenas paucis diebus uenit. Hactenus Cæsar. Quod si in faucib. Penei Pompeius naues soluit, ergò ad Amphipolim exit in æquor, ubi una nocte ad Anchorã cõstitit Amphipolis Macedoniæ oppidum est. Plinio. Ostium Penei Magnesiæ, cõterminæ Macedoniæ. Sed idem author non addit distinctè, ubi in mare Peneus exit, postquam satis descripsit, paulò antè cap. 8. lib. 4. Et ante cunctos claritate Peneus, ortus iuxta Gomphos, interq; Ossam, & Olympum nemorosa conualle defluens, quingentis stadijs, dimidio eius spatio nauigabilis. In eo cursu, Tempe uocãtur, V. M passs. longitudine, & fermè VI. Latitudine: ultra uisum hominis attollentibus se dextra, læuaq; leniter connexis iugis. Intus sua luce uiridante allabitur Peneus, uiridis calculo, amœnus circa ripas gramine canorus auium concentu. Accipit amnem Euroton, nec recipit, sed olei modo supernatantem (ut dictum est ab Homero) breui spacio portatum abdicat Pœnales aquas, diriq; genitas, argenteis suis misceri recusat. Sed cum Amphipolis non maritimum sit oppidum, sed interraneum, inter Strymonem fluuium, & oppidum Apolloniam, non uideo, qui Cæsaris lectio constare possit, cùm longissimè à Peneo absit, quare à quibusdã in Thracia, non in Macedonia collocatur. Eum locum olim Aristagoras Milesius munire adortus, ab Edonibus electus, incepto frustratus fuit. Post aliquot annos Athenienses eò 10. millia colonorũ misere, quib. à Thracibus ad Drauescũ interfectis, postea Agnonis Niciæ filij ductu, rursum eo coloni ducti sunt, qui Amphipolim urbẽ cõdidêre. Verùm ut scrupus hoc loco tollatur, & de errore inde Pompeij, adscribã Glareani uerba, erudite hũc locũ expendentis. Hoc haud dubiè uariatũ in Romana historia est, inquit. Hîc poëta uult, ut primũ Põpeius ad Penei ostia uenerit, cum cymbam ingressum, & Mitylenẽ ad uxorem deuectum esse, id quod est uerisimile. Nam quod Pompeius diuerticula quæsierit, ut sequentes Cæsarianos falleret, nullam ueri speciem habet, sed omnia in celeritate posuisse, est uerisimilimum. Cæsar ipse in 3. lib. de bello Ciuili. ait eum ad Amphipolim una nocte in anchoris cõstitisse, & Mitylenas paucis diebus uenisse. Quod quidẽ corruptum puto, priora enim uerba mirã celeritatẽ innuũt. Amphipoli aũt edictum propositũ, de iunioribus Græcis, ciuibusq; Rom. in arma cogendis, per alios factum intelligi potest. Quod aũt sequitur, uocatis ad se Amphipoli hospitibus, &c. ex eo loco discessisse, uix adducor, ut nõ existimẽ, et id corruptum, ac pro Amphipoli, legendum, Amphaxitide. Errorem accidisse, ex Amphipoleos mentione paulò antè facta, idq; ob uarietatẽ huius nominis Amphaxitidos, quippe, quod neq; apud Plinium est, neque apud Straboném, meminit tamen Ptolemæus. Idem ambiguitatis incidit paulò pòst in Cæsare, ubi dicit eodem libro. Postquàm in Cyprum uenerit Pompeius, cognouisse consensu omnium Antiochẽsium, ciuiumq; Rom. qui illic negotiarentur, arcem Antiochiam captam esse, excludendi suæ caussa. Atqui id alij de Cypri arce exponunt, Quod nescio, ut probem. Poterat enim iam aduersi prælij fama uenisse Antiochiam. Vnde & Pompeius eodem in loco dicitur consilium adeundæ Syriæ deposuisse. Addit Sulpitius ex Appiano, Pompeium in hac fuga, & Corcyram, & Libyam circumuectum esse, quod mihi minimè credibile uidetur. Et aut hoc corruptum in Appiano, aut de cogitationibus Pompeij intelligendum, cùm secum quonam fugeret, deliberaret. Littora con.] In Thermaicum sinum influit Peneus amnis, ubi eius est ostium.

Clade.]

Clade.] *Multo sanguine cæsorum in campis Pharsalicis. Amplificatio cladis.* Inde ratis tre.] *Ex ostio Penei nauis Pompeium trepidantem, ac festinantem, ne à Cæsare opprimeretur, euexit in fastum mare, quippe qui omnia in celeritate posuerit, ut Lesbum, uel ut Cæsar scribit, Mitylenas peruenire, quas paucis diebus tenuit. Hic biduum tempestate retentus, nauibusq; alijs additis actuarijs in Ciliciam, atque inde Cyprum petijt, si Cæsar uerus est Plutarchus cymba eum inuectum prodidit, cum paucis liberis à quodam Petitio conspectum fuisse, atq; in nauem onerariam magnam exceptum mœstum, cum duobus Lentulis, & Fauonio. At tum præter Amphipolim nauigasse Mitylenas. Idem fermè Appianus refert. Pompeius, inquit simili cursu ex Larissa ad mare usque delatus est. Eò loci paruam ingressus cymbam, cùm adnauigantem nauem offendisset, Mitylenas peruenit. Ita ille.*

Cuius adhuc remis.] *Pompeij classis, inquit, circa Corcyram adhuc hærebat. Cæsar li. 4. Et cum Octauius ex fuga Pharsalici prælij magna classe in illum se sinũ contulisset, paucis diebus Hiadertinorum, quorum semper in rempub. singulare constiterat officiũ, dispersis Octauianis nauibus erat potitus, ut uel classe dimicare posset, adiunctis captiuis nauibus sociorum, cum diuersissima parte orbis terrarum, Cn. Pompeium uictor Cæsar sequeretur, complures q; aduersarios in Illyricum propter Macedoniæ propinquitatẽ, se reliquis ex fuga collectis compulisse audiret. Hæc Cæsar. Ergo Pompeius ad Corcyram classem etiam tum habebat. Corcyra sita est in faucibus maris Hadriatici, ad ortum sinum Leucadiũ. & Ambracium spectãs, (de Leucade, & Leucadio paulò antè dictũ est) Corcyra olim fœlix insula fuit, & opulenta, & re nautica totum mari pollens. Sed per bella multa, & tyrannos attenuata fuit. Tãdem Romani ea potiti, libera facta est. Vnde in prouerbiũ abijt Lybera Corcyra, caca ubi libet. cum significamus libertatem quiduis agendi: sed magis quadrabit, inquit Eras. ubi significabimus, impunitatem esse malefacit.* Cilicum.] *propter piratas, è Cilicia, & Pamphilia egressos, quos uicit, & Solensium urbem, propter nouam coloniam Pompeiopolim appellarat. Hinc Cilicum dominus à poeta uocatur.* Terrę q; lib.] *Liburnia maritima regio Adriatici maris est, cõtra Italiã. Sunt autem à Liburnia ad Ceraunios mõtes duo millia stadiorum, teste Strabone inter Dalmatiam, & Illyrium. Liburnia finit, & initium Dalmatiæ Scardona in amne. ea 62. M. pass. à mari. A' Liburnia, naues Liburnicæ dictæ sunt, A uelocissima nauigia, quæ & Liburna neutro genere uocantur. Liburni dicebantur, qui priuatim quoscunque iudicium uocabant, iussu magistratuum, quod uilissimorum hominum officium erat. Liburni quod ferè è Liburnia essent. Sũt & uiatores Liburni, quod sæpè ex agris hominес iussu magistratuum uocarent, frequens q; eorum uia esset ex agris in urbem. Nam (ut ostendimus) Octauius ibi classem Pompeianam habebat, & cæteri post pugnam illuc se collegerant, propter Macedoniæ propinquitatem.* Rector.] *Si rector legas, referendum est ad terræ Liburnæ. Sin uector Pompeius, qui uehitur. Vector, qui uehit, & qui uehitur.* Alnum exiguam.] *Cymbã modicam, materia, pro re confecta. Nam diximus, cum paucis cymba uectum, mox à Petitio in onerariam, aut frumentariam nauem susceptum.* Pauidus.] *Quia salutem in celeritate fugæ posuisset, metu ne Cæsar fugientem sequeretur. Correpsit, inquit, indicans mualidam ætatem. Nam paulò pòst undesexaginta annos natus perijt in Aegypto. Pathos à gestu, re, & modo.*

Consci a cu.] *Nouerat uxorem Corneliam curã, so B licitudine de euentu pugnæ torqueri, quamobrem omnibus rebus omissis, ad eam nauigare constituit. In Lesbo insula oppidum Mytilene est, ubi initio belli uxorem sepo suerat. Lesbus in primis nobilitate uini commendatur, maximè Mitylene. Vnde calices Lesbij. Insula prouerbijs alij quot ueteribus nobilitata est. Lesbia regula, quoties præposterè aliquid fit, & geritur, Lesbiari. pro polluere, Lesbijs digna, de rebus irritis. Item Lesbius Prylis. Lesbiũ mare, circumfluens. Clara insula est patria Sapphûs Lyrícæ. ut quidam bene dixerit*

Lesbia Pierijs Sappho soror addita Musis

Noua inter Lyricos, Pieridum decima.

Et Lesbia farina, niue candidior. Iubet.] *Aliâs, iubet, ut tota oratio ad Corneliam auertatur, per Apostrophen. Sin legas, iubet, ut ad Pompeium referatur. Pompeius uela in Lesbum facere, iubet. Quare consci a, pro ratione lectionis, uel ad Corneliam, uel ad, littora referri potest.*

Cæ pis Ema.] *Quam si in campis Pharsalicis præ- C sens pugnæ spectatrix adesses.*

Præsagia curas.] *Mens anxia, & præsagia mali uarias curas agitat, etiam in somnis. Occurrunt somnianti, cæræ, quibus interdiu fuerit occupata & solicita,*

Thessaliam nox.] *Rectè à poëta dictum est. & amans sibi somnia fingit: uel nisi Thessalia somnianti occurrebat. Quicquid animo charũ est, id dormienti propè in oculis animi est, quin & ipse locus, & regio, in qua absens hæret, aut uagatur. Et quia Cornelia discedès maritum in Thessalia reliquerat, semper solicita de euẽtu belli, & casu pugnæ uigilãs, dor-*

Thessaliam nox omnis habet, tenebris q; remotis
Rupis in abruptæ scopulos, extrema q; currens
Littora prospiciens fluctus, nutantia longè
Semper prima *a* uides uenientis uela carinæ:
Quærere nec quicquam de fato coniugis *b* audes,
En ratis, ad uestros quæ tendit carbasa portus,
Quid *c* ferat, ignoras, sed nũc tibi summa pauoris
Nuncius armorum tristis, rumor q; siniſter
Victus adest cõiunx. quid perdis tempora luctus? *c*
Cùm *d* possis iã flere, times. tũc puppe propinqua
Prosiluit, crimen q; Deũm crudele notauit.
Deformem pallore Ducem, uultus q; prementem
Caniciem, atq; atro squalentes puluere uestes.
Obuia nox miseræ cœlum, Lucem q; tenebris
Abstulit atq; e animã clausit dolor, omnia neruis
Membra relicta labant, riguerunt corda, diu q;
Spe mortis *f* decepta iacet. iam fune ligato

a al. uidens.
b al. audet. in uetust. cod.
c al. &. fortè legendũ, est.
d al. tũ & cũ in uetu. cod.
e al. animi.
f al. depreſſa

miens imaginabatur Thessaliam, dubia hæres inter spem, & metum. A' communiter accidentibus.

Rupis in abrupte.] *Sic animus curis agitata longius intendit oculos, quàm alij, etiam eôdem intenti, ut si nihil uideat etiã, tamẽ aliquid se uidere existimet. Quoniam nunquã non naues uagãtur per maria, quoties, inquit, uidebat alĩ quam, putabat in ea esse*

Littoribus, lustrat uacuas Pompeius arenas,
Quem postquam propius famulæ uidere fideles,
Non ultra genitus tacitos incessere a fata
Permisere sibi, fruſtraq; attollere terra
Semianimē conātur herā, quam pectore Magnus
Ambit, & afflictos refouet complexibus artus.

A esse Pompeiū, aut certe aliquam esse, quæ quid de marito apportaret: & tamen ubi appulisset, per metum interrogare non audebat, quo in statu res illius, aut belli essent. Nutantia uela:] *Quæ uidentur nutare, cùm uento huc illuc flectuntur, ut prorsum, huc illuc ue casum minari, & nauim euertere ex interuallo putet.* De fato coniugis.] *De secundis, uel aduersis rebus semper metuēt aliquid siniſtri, ut est mens præsaga futurorum, sed ferè in deteriorem partem.* Euratis ad] *Auertit orationem poëta ad Corneliam, aduentare iam nauem, quæ nunc fuerat ipsius Pompeium de sua fortuna, & triſti belli sua alea, Ipse tibi summa pauoris est, & nūc adnauigat: Desine inutiliter flere.* Prosiluit.] *Subito nuncio excita Cornelia, prosiluit ad saluādum maritum.* Quem simulac uidit, statim aduertit euentum, & infœlicem fugā Pompeij coniugis. Notauit.] *Aduertit Deorum inclementiam: simul signa addit, quibus casum pugnæ, & fortunam mariti obseruauit. Sunt autem signa uerisimilia malè rei gestæ.* Pallor in uultu: *cum inculti, & neglecti; & uestes pullæ, siue squalentes.*

B Obuia nox] *Viſo horrido cultu Pompeio, uertigine agitatum dicit Corneliam. Huius naturam diserte periphrasticè circumscribit. Est autem uertigo in capite qui morbus, ex humoribus lentis, & frigidis ijs, & sursum è uentriculo nitentibus, ut qui ita se affectus parua & leui occasione humi occidant.* ἴλιγξ. ἀπὸ τοῦ ἑλίσσω ἑλιγγιάω, & ἑλιγγιάζω. Ob oculos talium uortico sa quædam circumagi uidentur. Quare à caligine obfusa à Græcis σκότωμα appellatur. Plin. de grauidis. A conceptu, 10 die dolores capitis et oculorum uertigines, tenebræq; Hoc morbo correptā cōcidisse Corneliā dicit, Iuuē. Sa. 6.

Cum bibitur, concha, quum iam uertigine tectum
Ambulat, & geminis exurgat mensa lucernis.

Spe mortis.] *acyrologia, pro metu mortis. ut τὸ ἐλπίζειν. & sperare, pro timere. Lustrat, circuit deserta, & solitaria littora.* Quem post.] *Postquā pedissequæ Corneliæ uidere, & agnouere Pompeium de improuiso in littore stantē, submisſè cœperunt apud se insectari inclementiam fatorum, quasi dicat: famulæ non permisere sibi ultra tacitos quæstus insectari Diuos, ut ad quas ait Glareanus, non tantus dolor, quantus ad Corneliam pertinebat. Fata igitur inquit ideō accusandi casus est, & sibi reciprocum ad famulas, Badius uerò exponit, Fata non permisere Corneliam incessere sibi fata, id est prouocare mortem, aut irritare Deos, ultra gemitus tacitos, id est, nisi fortè tanto in pectore, quæ expositio prorsus reijcienda est. Loquitur autem poëta de famulis Corneliæ, nō de Cornelia. Hactenus Glareanus.* Afflictos Cor.] *mœstam, & Lugentem Corneliam amplexa, & osculis consolatur.*

Cœperat in summum reuocato sanguine corpus
Pompeij sentire manus, mœstamq; mariti
Posse pati faciem prohibet succumbere fatis
Magnus, & immodicos castigat uoce dolores,
Nobile cur robur fortunæ uulnere primo
Fœmina tantorum titulis insignis auorum
Frangis? habes aditū mansuræ in secula famæ.
Laudis in hoc sexu, non legum iura, nec arma,
Vnica materia est coniunx miser, erige mentem,
Et tua cum fatis pietas a decerter, & ipsum
Quod sum uictus, ama, nā sum tibi gloria maior.
A me quod fasces, & quod pia turba Senatus,
Tantaq; discesſit regum manus, incipe Magnum
Sola sequi deformis adhuc uiuente marito.
Summus, & augeri uetitus dolor, ultima debet
Esse fides, lugere uirum, tu nulla tuliſti
Bello damna meo, uiuit post prælia Magnus,
Sed fortuna perit, quod defles, illud amaſti.

Cœperat in summum.] *Hoc est, cœpit iā cogitationis stupor ex repentina consternatiōe extrinsecus profectò remitti, unde & ad se redire. Metu enim refluo sanguine è uenis ad cor, oritur pallor, & repentina cō*C *sternatio. Vbi uerò ille se remisit, redit sanguis sursum in priſtinas suas sedes, dispalescit pallor, & naturalis uigor redit. Quare ad se reuersa sensus recepit, & manus amplectentis sensit.*

Prohibet succumbere fatis.] *Vetat fatali necesſitati aduersari. Quoniam autem ita Dijs uisum fuit, ferendum æquo nunc animo est, quod dederunt: quibus qui conantur resiſtere, quid aliud faciunt, quam quod eorum iram in se accersant, & inanem operam sumant.* χρὴ δὲ πρὸς θεὸν ἀνταίρειν. id est, Oportet aduersus Deum non contendere. ut Pindarus ait. *Et in prouerbium iam olim tum apud Græcos, tum apud Latinos abijt, Cum Dijs pugnare, pro eo quod est, uel naturæ repugnare, uel fatali necesſitati reluctari. Quare prudenter admonet Pompeius, Cum Deo gaudendum, & flendum. Celerem esse rerum humanarum cōmutationem, neque in nostra manu positum est, ut res perpetuò sint secundæ; uerūtaque Deo lubitum fuerit, ita nos lætis rebus attollimur: uel ad uersis deprimimur. Pulchrè hoc loco in Pompeium quadrat, quod extat apud Euripidem in Iphigenia.*

ἁνὴρ ἐχθρὸς ὡς σ' ἐ. τε φυτὸς ἀγαθοῖς.
Ἀγαμέμνων ἀτρεὺς.
δεῖ δὲ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι,
θνητὸς γὰρ ἔφυς, πᾶν μή σου θέλῃς
τὰ θεῶν οὕτω βιοτὸν ἔχειν.
id est, interp. Eraſm.

a al. fatum & fatis.

b al. adſtrictos.

a al. incertoē per interrogationes.

b al. nunc

Mon te sæuit ad omnia læta
Agamemnon Atreus,
Gaudere, atque dolere, necesse est.
Mortalis enim es. Sin tu nolis,
Tamen eueniet, sic Dijs placitum.

Immodicos castig. uoce.] *Pleonasmus. Non reprehendit in uxore dolorem, sed immodicos dolores. Consentaneum naturæ est, mouere affectibus, maximè erga eos quos charissimos habeamus. Est autem dolor ægritudo cruciatus ex præteritis malis.* Nobile.] *Pompeij oratio consolatoria est, qua fractum animum aduersis fatis mariti consolatur, & quidem argumentis, quibus in præsenti potest accommodatis. Initio captat beneuolentiam à*

dignitate generis, personæ Corneliæ, tectè simul eam incusans fracti animi. Habes aditum.] Sic distinguendum puto, ait Glareanus, Distinguendum post genitiuum famæ: tum genitiuum laudis regi à nominatiuo Materia. Item, & post arma distinguendum, ac deinde inferêdum: Coniunx miser est unica materia laudis in hoc sexu, non legum iura, nec arma. Hæc ille. Habes.] consolatur à iucundo, hoc est à recordatione perpetui, & immortalis nominis. Etenim miser maritus, est uxori suæ fideli in aduersis laudis materia, quam non in administratione togata consequaris, sed nr̃q; in mediis armis. Erige mentem.] Consolatoria exhortatio, à pio: ne uidelicet cum Dijs pugnet, ut paulò antè dictum est. Ferendum enim est, quod uitari non potest. Et tua cum fa.] Si fata deiecerunt è culmine gloriæ Pompeiũ, tu contrà, qua potes pietate cum adiuta in afflictis rebus, unde materia laudis tibi apposita est. Et ipsum ama.] Quasi dicat multo magis tibi in aduersa fortuna sum amandus quàm in secunda: ut amicus certus in dubijs rebus, ita multò magis pia, & bona uxor in tristibus cernitur.

Nunc sum tibi gloria maior.] Cùm omnibus amissis, fuga solus cum uno, aut altero amico euaserim, quo ardentius me complectaris, mox maiorem gloriã apud mortales consequeris. In fœlicibus rebus multos numerabam amicos, ubi fidelem inuenio, maiori gloriæ tibi ero, quàm eram quondam, quum triumphali curru in urbem inuehererer, alijs. A' me quod.] Hortatur uxorem ad se fe-quendum, cùm amissis Imperij insignibus: deseratur à toregibus, à Senatu, & multis illustribus uiris patria prosa giat. Magnum, dicit, per enallagen personæ tertiæ, pro prima. Deformis.] Luctu contabescens, & me quasi mortuum deflent, cùm adhuc saluus sim, & superstes.

Summus dolor.] Si summus dolor est, augeri non potest. Illa demum ultima fides est, maritum mortuum lugere. Atqui ex hoc bello nullum adhuc sensisti damnum. Habes patrem L. Scipionem, habes me Magnum incolumem. Sed fortuna perit.] Pristina mea fœlicitas concidit, me uiuo, & incolumi.

Quod desles illud amasti.] Si amasti, flere non debes, quod saluus è prælio tibi sum restitutus. Sin pristinam fortunam maritum non amasti, quod illam hoc pluris habet. Si fortunam amissam non proponis uiro, sed hunc fortunæ, flere desines. Charissima amissa deflemus. Pompeium charissimum maritum non amasti, ergo non amissum Magnum, sed redditũ deflere non debes.

a al. correcta.

Vocibus his.] Ad hunc modum loquutus est Pompeius, castigauitq; pusillanimitatem Corneliæ uxoris.

Vocibus his a correpta uiri, uix ægra leuauit
Membra solo, tales gemitu rumpente querelas
O' utinam in thalamos inuisi Cæsaris issem,
Infœlix coniunx, & nulli læta marito,
Bis nocui mundo, me pronuba dicit Erinnys,
Crassorumq; umbræ, deuotaq; manibus illis
Assyrios in castra tuli ciuilia casus,
Præcipitesq; dedi populos, cunctosq; fugaui
A' caussa meliore Deos. O' maximè coniunx,
O' thalamis indigne meis, hoc iuris habebat.
In tantum fortuna caput? cur impia nupsi,
Si miserum factura fui? nunc accipe pœnas,
Sed quas sponte luam quò sit tibi mollius æquor,
Certa fides regum, totusq; paratior orbis,
Sparge mari comitem, mallem fœlicibus armis.
Dependisse caput, nunc clades deniq; lustra
Magne tuas, ubicunq; iaces ciuilibus armis,
Nostras ulta toros, ades huc, atq; exige pœnas
Iulia crudelis, placataq; pellice cæsa.
Magno parce tuo. Sic fata iterumq; refusa
Coniugis in gremium, cunctorum lumina soluit
In lachrymas, duri flectuntur pectora Magni.

Vocibus his.] Ad hunc modum loquutus est Pompeius, castigauitq; pusillanimitatem Corneliæ uxoris.

O' utinam.] Corneliæ oratio inuicem ad Pompeium pathetica est, non nisi affectibus, & commiserationis plena. Optat modo hoc, modo illud, ut solent plerũq; facere, qui in rebus desperatis sin impotentes, mortem optant, nec consolationem ullum admittunt.

O utinam.] Decorè personæ abrupit exordium, exclamatione pathetica, qua optat se Cæsari nupsisse potius olim, quàm Pompeio, quod iam bis suo cõnubio duo clarissimi coniuges infœlices bellis fuissent. Culpam in se transfert, quasi per ipsam fatalis ea fuisset infœlicitas, & calamitas: ut cuicunq; ea nupsisset, ad extremam miseriam esset redactus. Prius nuptum data fuerat Crasso iuniori, qui fatali quodammodo affectus malo, miserando exitio periit, deinde Pompeius. Atq; his, & similibus argumentis usa, hortatur uirum ut se in mare proijciat, & pœnas de se exigat. Nulli læta.] Nec Crasso, nec Pompeio. Et ipsa enumerat maritos affirmatq; se fuisse ipsis fatale exitium. Quemadmodum de equo Seiano, & auro Tolosano proditum est quorum possessores calamitosum habuerant exitium. Bis nocui.] Infœlicitates, & calamitatem uiranq; in se transfert. Quod quidem etsi contigerit, non tamen necessariò euenit, neq; ipsius nuptiarũ caussa cæ clades acceptæ fuerunt. Fatalia ipsis ista fuerũt exitia diuino nutu immissa P. R. Pronuba Erinnys.] Pronuba, quæ præest nuptijs celebrãdis ab uxore: ut pronubus à parte uiri. Pronubo, nupijs præsum. Erinnyes. Eumenides sunt, hoc est, furiæ infernales. Megæra, Alecto, Tisiphone. Etymologiem Erinnyas dictas autumãt, quod quasi ἐν τῇ ἔρᾳ, id est, in terra degant siue, quod ἄρας, id est, execrationes absoluant. Sed de erinnybus alibi dictum est.

Crassorumq; umbræ.] Patris, & filij: filio nupserat, uterq; infœliciter ad Parthos cæsus fuit, ut in primo libro enarrauimus. Assyrios pro Parthos usurpauit, Denota castra.] Miserã Cornelia Parthicum bellum, & euentu eius in castra Romana traxisse se dicit. Et ut id Paulò dilucidius dicatur: se authorem fuisse belli Parthici, in quo Romani, quorũ Duces fuerunt Crassi pater & filius, fœdè trucidati fuerunt. Præcipitesq;.] Ego exercitum Romanum in eadem illam præcipitaui. Ego Deos auerti à parte Senatus, qui iustam belli caussam habebat, ad Cæsarem, qui iniustam habebat, & uicit. Ego misera, una sum harum omnium calamitatũ Pop. R. caussa. O' maximè.] Iusporper auersionem à persona Pompei, quem cum maximũ appellat per auxesin, alludit ad cognomen, Magni. Indigne me] cuius splẽdor, cuius nominis magnitudo maior est, &

A est, & illustrior, quàm cui ego infelix misera iungar. Hoc iuris for.] *Quasi fortuna suum ius solum in homines plebeos, ac non in triumphales habeat homines cùm nulli magis sunt ruinæ propiores, quam tales. Caput, pro, uirum, synecdoche, pars pro toto, pathos ab indignatione, & ἀσυνόσει.*

Miserum.] *Pompeium pathos à pio. Quasi uerò si præsciisset hanc euenturam ei calamitatem se coniuge, non nupturam fuisse, si eo pacto fatũ fortassè effugere potuisset.* Accipe pœ.] *Quoniam autem persuadere conata fuit suas nuptias ei fatales fuisse, sponte deuouet, atque offert se ad pœnas. Addit ex ijs mariti utilitatem, ut se submersa, habeat Neptunũ in nauigando propitiũ: reges & dynastæ sint illi deinceps fideles ad bellum, imò totus orbis paratus sit ad induenda arma pro ipso, & Senatu. P. Q. R.* Sparge ma.] *Da me præcipitẽ fluctus tanquam sacrificium piaculare, me uxorem tuam.* Depen diſſe.] *Mallẽ me pro tua, et exercitus salute, me deuouisse, ac pro tua uictoria meam uitam posuisse.* Lustra.] *rectè*

B Sulpit. *expia clades tuas acceptas meo capite.* Iulia.] *Per auersionem Iuliam mortuam, priorem Pompeij, coniugem hortatur ad sumendum de se supplicium, perinde ac si illi hoc nomine iniuria fuisset, quod post eius interitum nupsisset Põpeio, ac quasi suo cõiugio author fuisset cladis ciuilis. Certè morte Iuliæ dissiluit amicitia Cæsaris & Pompeij, & simultas statim oriri cœpit.* Placataq; pel.] *Quasi sua morte manes Iuliæ placatæ essent.* Pel lice cę.] *me mactata, ut hostia animali, qua placata parcas tuo Pompeio, quemadmodum Diana Aulidensis uirginis sanguine placata credita fuit, ut secundo uento Trõiam Græcorum exercitus peteret & simili hostia animali reditus à Troia quæsitus fuit. Allusum est, ad illud Vergilianum lib. Aeneid. secundo.*

Sanguine placastis uentos, & uirgine cæsa, &c.

Pellice cęsa.] *Pellex propriè ea uocatur, quæ cum uxoribus alicuius superstitis marito rem habet. Se pellicem Iuliæ ad inuidiam concitandam ei appellat. Itaq; uxor, & pellex, relatiua nomina sunt.* Flectuntur.] *Commouetur lachrymis uxoris suæ Põpeius ad lachrymas, quãuis in aduersis alioqui constans.*

Siccaq; Thes.] *Periphrasis fletus, simul autem et metonymia, Lesbos, pro, Lesbi populus. cõtinens pro cõtento. Lesbij una cum Cornelia expresserunt Pompeio lachrymas, quas amissa pugna uitio excutere Thessalia non potuit: hinc durũ eum uocat, ut rigidos Catones dicere solemus.* Tũc Mytile.] *Quoniam aũt ostẽdit Mitylenæos toto oppido effusos Põpeio obuiã fuisse, subijcit poëta populi orationem, qua honorificè eũ inuitant ad cõmunis hospicij societatem. Docẽt tutò ibi uel unam noctem hærere posse. Offerunt publicè priuatiḿq; auxilium. uelle iuuare pecunia ex ærario deprõpta, auro è templis sublato, ut si uideretur, ijs omnibus uti licere. Huius necessitudinis causſa inter Põpeium, & Mitylenæos fuit, quod Pompeius è bello Mithridatico rediens, cùm in Italiam ad triumphum discessurus esset, Mitylenen peteret, ibiq; Mitylenæos libertate donaret. Hic cùm fortè scenicos poëtas spectaret, theatri formam contemplatus, quia ualde placuisset, typum eius expressit, ad cuius exemplar Romæ alterum simile, sed multò capacius, & splendidius, & maiori apparatu ædificaturus. Inde concesserat Rhodum, ubi omnes liberalium artium professores magno studio audierat, & singulis talentum dono dederat. Posti donium philosophum Stoicæ disciplinæ uirum eximium tum lecto decumbentem ægrotum tãtus Imperator inuisere dignatus fuit: cuius ædes ingressurus, uetuit lictores ostium, ut moris fuit, pulsare: submisitq; inuictus Imperator priuatæ domui fasces, quibus totus penè oriens se submiserat. Adeò tum excellentes uiri uirtutem mirari nouerant. Sed ubi hodie tanta libertas, & tam profusa, non dico in monarchis, sed in decurionibus, & gubernatoribus rerumpublicarũ, in bonarum artiũ professores reperitur? sed ad institutum.* Si maxima glo.] *Petitoria Mitylenæorum oratio est, ut paulò antè dictum est. Exordio captant beneuolentiã à persona Põpeij, cuius cõiugẽ se seruasse gloriæ dicunt sibi futurũ apud posteros.*

Tu quoq;.] *Propositio petitionis, ut ad se dignetur diuerti in hospitiũ, & ciuitate cõmuni uel noctẽ unam secũ uti.* Fac Magne.] *ab honesto: ipsis honorificum futurum perpetuò, quod tãtus uir Mitylenen se hospite dignatus fuerit. Adeò summi uiri honori, ac gloriæ sunt ciuitatibus, à quib. humaniter ad cõmunionẽ rerum suarum imitantur.* Nulla mœ.] *Cõmendant citra iactationem, officiũ, & Mitylenæorum beneuolũ erga eum animum: cõmendant uerecundè suam urbẽ, quam alijs anteponunt iure hospitij.* Omnia uicto.] *Omnia alia oppida, quia te non exceperunt hospitio, amicitiã Cæsaris nõ sperant folum, sed habent: ac nos eo nomine eum offendimus, quod te, & cõiugem tuam suscepimus.* Quid quod ia.] *persuadent à tuto, apud se manere aliquãdiu eũ posse. Quod difficilè sit Cæsari cum classe in Lesbũ penetrare. Cõuenit omnis nobilitas ad defendendũ te, & arcendum hostem à littore.* Noto.] *cùm propter uetus hospitium post Mithridaticum bellum, cùm huc classem appelleret, ad audiendũ artium professores, tum ob præsentem erga*

Siccaq; Thessaliæ [a] confudit lumina Lesbos.
Tunc Mitylenæum pleno iam littore uulgus
Affatur Magnum. Si maxima gloria nobis
Semper erit tanti pignus seruasse mariti,
Tu quoq; deuotos sacro tibi fœdere muros
Oramus, socios q; lares dignare, uel una
Nocte tua, fac Magne locũ, quẽ cuncta [b] reuisent
Sæcula, quem ueniens hospes Romanus adoret.
Nulla tibi subeunda magis sunt mœnia uicto:
Omnia uictoris possunt [c] sperare fauorem, (to,
Hæc [d] crimen habent, quid quod iacet insula põ
Cæsar eget ratibus? procerũ pars magna coibit
Certa loci, noto reparandum est littore [e] bellum.
Accipe templorum cultus, aurum q; deorum:
Accipe, si terris, si puppibus ista iuuentus
Aptior est, tota quantum ualet, utere Lesbo.
Accipe ne Cæsar rapiat, tu uictus habeto.
Hoc solum crimen meritæ benè detrahe terræ,
Ne nostram uideare fidem, fœlix q; sequutus,
Et damnasse miser. Tali pietate uirorum.
Lætus in aduersis, & mundi nomine gaudens
Esse fidem.—

a al. confundit.
b al. reuisant.
c al. superasse
res uetust. cõ
d al. habet.
e al. fatum.

Corneliam hospitalitatẽ. Accipe tem.] *à liberalitate Mytilenæorũ, qui Pompeio efferunt aurũ, & argentum, quantum Deorum est, & ærarij publici.* Accipe.] *Anaphora, per principia uersuum aliquot, uehemẽtiæ causſa. Non sat habẽt aurum sacrũ ac profanũ offerre, nisi etiã promittant se iuuentutẽ terra, mariq; armaturos.* Tota Lesbo.] *Metonymia, utere quantũ rerum, quantũ hominum Lesbus habet.* Ne Cęsar.] *A causſa finali. Respiciunt ad direptionem ærarij Romani. Simul aũt quod Cæsar se pro hostibus sit habiturus, quod Pompeium & uxorem humaniter hospitio exceperint.* Hoc solum cri.] *Hanc culpã à nobis auerte, qui de te benè meriti sumus, ne uidearis nostram fidem, quam in secundis secutus fuisti, in aduersis damnare, & aspernari.* Nomine mun di.] *Nomine totius imp. Ro quasi quod Pompeio præstiterint, id Senatui, & toti Imperio præstitum sit, teriam pacis, & beneuolentiæ inter nos.*

Nullum toto.] *Põpeij oratio, ad Mytylenæos suasorij generis est. Huc oppidanis pro fide eorum erga se, & meritis magnas habet gratias. Exordium ductum est, à Laudibus insulæ, quam omnibus alijs terris prætulerit, id quod declarauit uel hoc argumento, quod nusquam libentius cõiugem crediderit, quã ipsis.* Non paruo.] *uel hoc unum, inquit, argumento est, quod uobis, & uestræ fidei uxorem meam, non alijs toto orbe populis cõmiseri. Nullum pignus charius mihi est, quam thori nostri sociam. Hanc modo pignus, modò per translationem obsidem uocat. Propriè autem obses appellatur, qui datur imperio alterius, ea lege, ac fide, ut si dator obsidis à fide recedat, recipiẽti ius sit in corpus, & uitam obsidis, quod ob fidem traditus sit. Impropriè ergo hoc loco usurpauit eam uocem poëta, ut sit catachresis.*

—Nullum toto mihi, dixit, in orbe
Gratius esse solum, non paruo pignore uobis
Ostendi, tenuit nostros hac obside Lesbos
Affectus, hic sacra domus, chariq; penates:
Hic mihi Romana fuit, nõ ulla in littora puppim
Antè dedi fugiens, sæui cum Cæsaris iram
Iam scirem meritam seruata coniuge Lesbon,
Non ueritus tantam ueniæ committere uobis
Materiam: sed iam satis est fecisse nocentes:
Fata mihi totum mea sunt agitanda per orbem.
Heu nimium fœlix æterno nomine Lesbos,
Siue dotes populos, reges'q; admittere Magnum
Seu præstas mihi sola fidem: nam quęrere certũ est
Fas quibus in terris, ubi sit scelus, accipe numen,
Si quod adhuc mecum es, uotorũ extrema meorũ,
Da similes Lesbo populos, qui Marte subactum
Non intrare suos infesto Cæsare portus,
Non exire uetent.——

Hic mihi.] *Affectus habet locale aduerbium repetitum, ut declaret nusquam se maluisse uxorem seponere quàm apud eos, quorum ædes, domos suas, suos penates. adeoq; Romæ loco duxerit.* Non ulla.] *Alterum argumẽtum, quo testatur eam insulam se habere charissimam, simul, quod sciret Cæsarem hoc nomine insignaturum Lesbo, quod suam coniugem seruarint.* Materiam uenię.] *Mareges docuerint infœlices, & miseros hospitio excipere, uel quod ausi fuerint in Cæsaris inuidiam fidem, & pacem cum Romanis factam Pompeio in aduersis rebus seruare.* Nam quęrere.] *Statui hinc digrediẽs experiri toto orbe, ubi fides populorum erga me, & Senatũ nunc sit, & ubi perfidia.* Accipe num.] *Haud omnino abludit ab illo Vergiliano, quo Dido extrema omnia humanorũ supplicia imprecatur. sed diuersa ratione. Põpeius pręcatur suũ numen, ut populos, et reges Lesborum simules studio, & fide posit inuenire, qui se recipiant, ne uertant exire.* Maro lib Aeneid 4.

——Et Dij moritentis Elisæ
Accipite hæc.

Idem libro eodem.

Et nostras audite preces: &c.

Dixit, mœstamq; ca.] *Postquam Pompeius Mitylenæis honorificè gratias pro effusa humanitate in se, coniugem in nauem excepit, iam iam soluturus portum.* Et ad dilatandam narrationem, narrat, *quanto planctu insulanorum dimissi sint. Hãc comploratione, mirè amplificat poëta.*

—Dixit, mœstamq; carinæ
Imposuit comitem. cunctos mutare putares.
Tellurem, patriæq; solum. sic littore toto
Plangitur, infestæ tenduntur in æthera dextræ,
Pompeiumq; minus, cuius fortuna dolorem
Mouerat, ast illam, quam toto tempore belli
Vt ciuem uidere suam, discedere cernens
Ingemuit populus, a quam uix si castra mariti
Victoris peteret, siccis admittere matres,
Iam poterant oculis, tanto deuinxit amore
Hos pudor, hos probitas, castiq; modestia uultus,
Quod submissa nimis nulli grauis hospita turbæ,
Stantis adhuc fati uixit quasi coniuge uicto.

Infestę dextrę.] *pathos à gestu precantium Deos, ut secunda aura portum amicum teneant.*

Pompeiumq; minus.] *Populum uidens Corneliam à se discedere, quam ut ciuem suam habuerant toto belli tempore, ingemuit, sed haud perinde propter Pompeij discessum, cuius res ad uersæ alioqui ipsis satis lachrymas excutiebant.*

Comitem.] *Vxorem Corneliam comitem itineris in fuga.* Cunctos puta.] *Enallage personæ secundæ pro tertia: aliquis putaret incolas omnes uertere solum patrium exilij causſa, adeò toto littore planctus undiq; fuit exortus propter utriusq; digressum.*

Quam uix.] *Vt si castra Pompeij uictoris in pugna, Cornelia secuta fuisset, non potuissent absq; lachrymis dimittere. Ergo multo nunc largiùs lachrymas matronæ effuderunt.* Tanto deuinxit.] *Exclamatione causſam amoris*

A amoris reddit, à uirtutibus Corneliæ, quæ illos sibi usque adeò deuinxerant. Laudat eam à uerecundia ingenua, probitate, modestia, humilitate, & animi tranquillitate.

Stantis adhuc f.] Fortuna adhuc integra, & fœlici, ita uixit, ea'q; seueritate uultus mœstii se gessit, abiecto'q; animo, quasi uictus esset Pompeius. Iam uerò illud, Stantis fati, Græcè dixit, non Latinorum more, ἑστῶτος εἱμαρμένης, id est, stantis adhuc fati, per genitiuos absolutos, pro quibus nos ablatiuo utimur: ut coniuge uicto, stante fato: hoc est, pristina fœlicitate, & gloria.

Iam pelago med.] A' chronographia redit orditurq; narrationem nauigationis Pompeij. Sol non erat totus supra terram, neq; totus sub terra. sed diuiduus in suo occasu. Hoc enim medios ignes uocat Nec quibus abs.] hoc est non totus erat supra terram, quibus iam occasurus erat. Nec si quibus.] neq; totus sub terra ad Antipodes, quibus tum oritur, quando è nostro prospectu subtractus est. Si, particula, ut recitè Micyllus, dubitati ua est, an sint antipodes, quibus oritur Sol, quando nobis occidit. Esse autē Antipodes authoritate illustrium authorum proba tur. Cic. de Repub. Duo sunt habitabiles, inquit, quorum Australis ille in quo qui insistunt, aduersa nobis urgent uestigia. Esse item conuincitur demonstratione mathematica, & nauigatione Portugallensium ad Indos, quibus ultra æquinoctialem prouectis occidit noster polus Arcticus, & Australis Antarcticus ex aduerso rursum coritur. Vigiles Pompeij.] Dubitauit, inquit, Pompeius inter nauigandum, quonam gentium iter intenderet, num ad socios reges se conferret, aut ad urbes confœderatas Pop Rom. Rursum reputauit barbarorum regum mentes inconstantes. ut non temerè illis fidendum esset. Appianus assumpta igitur, inquit, Cornelia uxore, tribus quatuor comitatus, quæ à Rhodijs, & Tyrijs ad eum uenerant. Coryram tunc quidem, & Libyam præter uectus est, quo in loco exercitum alium, & nauticos habebat apparatus. Ad Orientē itaque conuersus, Parthos uelutti ab illis opē petiturus, nulli patefacto interim consilio, adire statuit, quod Ciliciæ propinquus, cū amicis apē bant, qui nuper Crasso insurrexissent, qui adhuc ob eius cladem elatiores spiritus haberent, nec Corneliam singularis formæ mulierem in eorum potestate committendā esse, maximè cùm Crasso nupta fuisset. Cùm in Aegyptū demum ire statuisset, uel ad Iubam potius se conuertere, amici repudiatis lubæ rebus, quippe quæ nullis æstimationi, aut gloriæ futuræ essent, Aegyptum ut adiret. suafere, finitimam regionem, & principatu ingenti prædità. fœlicem præterea, ac potentem nauibus, frumento, pecunijs q, cuius reges, quāquam puerili ætate essent, Pompeio tamen paterna charitate obsequerentur. Hæc Appianus. Alij produnt. Pompeius postquam Mitylenen peruenit, Corneliā ad portum accersitā, sub primùm congressum, ob miserabilem cultū, quo duxerat amictus, tanto dolore affecit, ut animo repentè collapsa, ad eius pedes semianimis aliquādiu iacuerit. Mox ad se reuersa uix tandem fatur. O' charissime cōiunx Magne, uideo nō tuæ, sed meæ fortunæ opus, qui una naui uectus huc appuleris, q quondā magna classe hoc mare nauigaris, bello Mithridatico, ac Piratico. Cur huc ad me inuisendum profisciscēris? cur non me fortunæ meæ inuisæ reliquisti? quæ te indignum in tantam cladem traxi? Me miseram, non satis fuit, quod infœliciter P. Crasso nupserim, postea tibi cessi, ut fœlicissimum uirum infausto connubio infœlicissimum rederem. Pompeius paucis eam consolatus, mandauit omnia, quæ illius essent, continuò ad portum deferri. Mityleneis officiosè eum inuitantibus, ut etiam Lucanus ostendit, ut urbem ingressus publico hospitio uteretur. Ità inquit, & hoc Cæsari præstate, qui uictor est. Hoc responsi quidam scribunt Larissæis datum, qui Pompeio obuiam prodibant. Cornelia in nauim recepta, Pompeius in Ciliciam nauigauit. Hic dubia sententia distractus, ad Parthos ne concederet, an in Aegyptum nauigaret, quæ Aphricæ iuncta esset, et ubi is regnabat cuius pater sua opera in regnum restitutus fuisset. Coniugis amor à priori consilio auertit, quod tutum non esset puellam elegāti forma Parthicæ libidini credere, quod Crasso iuueni, cùm periret, locata fuisset. Multò magis appulit animum ad Aegyptum cùm audiret Catonem cum L X. Senatoribus, & magna militum manu in Aphricā transmittere. Atque ad istum modum à quibusdam hæc referuntur. Inuia mundi arua.] Rursum inter nauigandum deliberabat apud se, num in deserta Libyæ se reciperet, aut Aethiopes. aut Troglodytas.

Iam pelago a medios Titan demissus ad ignes,
Nec quib. abscondit, nec si quibus exoritur orbē,
Tótus erat: uigiles Pompeij b pectore curæ
Nunc socios aduenit Romani fœderis urbes,
Et uarias regum mentes, nunc inuia mundi
Arua super nimios soles, Austrumq; c iacentis:
Sæpè labor mœstus curarum, odiumq; futuri
Protecit fessos incertí d ponderis æstus,
Rectoremq; ratis de cunctis consulit astris,
Vnde notet terras, quæ sit mensura secandi
Aequoris in cœlo, Syriam quo sidere seruet,
Aut quotus in plaustro Libyā bene dirigat ignis.
Doctus adhæc fatur taciti seruator Olympi.
Signifero quæcunque fluunt labentia cœlo
Nunquam stante e polo miseros fallentia nautas
Sidera non sequimur, sed qui non mergitur undis
Axis inoccíduus gemina clarissimus Arcto,
Ille regit puppes, hic cum mihi semper in altum
Surget, & instabit summis minor ursa ceruchis,
Bosphoron, & Scythiæ curuantem littora Pontū
Spectamus. quicquid f descēdet ab arbore summa
Arctophylax, propiorq; mari cynosura feretur,
In Syriæ portus tendit ratis, inde Canopos
Excipit Australi cœlo contenta uagari,
Stella timens Boreā, illa quoq; perge sinistra,
Trās Pharon, in medio tāget ratis æquore Syrtim.

a al. medio.
b al. in pectore.
c al. iacētes. al. iacentē
d al. pectoris.
e al. poli.
f al. descendit.

Australis ille in quo qui insistunt, aduersa nobis urgent uestigia. Esse item conuincitur demonstratione mathematica, & nauigatione Portugallensium ad Indos, quibus ultra æquinoctialem prouectis occidit noster polus Arcticus, & Australis Antarcticus ex aduerso rursum coritur. Vigiles Pompeij.] Dubitauit, inquit, Pompeius inter nauigandum, quonam gentium iter intenderet, num ad socios reges se conferret, aut ad urbes confœderatas Pop Rom. Rursum reputauit barbarorum regum mentes inconstantes. ut non temerè illis fidendum esset. Appianus assumpta igitur, inquit, Cornelia uxore, tribus quatuor comitatus, quæ à Rhodijs, & Tyrijs ad eum uenerant. Coryram tunc quidem, & Libyam præter uectus est, quo in loco exercitum alium, & nauticos habebat apparatus. Ad Orientē itaque conuersus, Parthos uelutti ab illis opē petiturus, nulli patefacto interim consilio, adire statuit, quod Ciliciæ propinquus, cū amicis apē bant, qui nuper Crasso insurrexissent, qui adhuc ob eius cladem elatiores spiritus haberent, nec Corneliam singularis formæ mulierem in eorum potestate committendā esse, maximè cùm Crasso nupta fuisset. Cùm in Aegyptū demum ire statuisset, uel ad Iubam potius se conuertere, amici repudiatis lubæ rebus, quippe quæ nullis æstimationi, aut gloriæ futuræ essent, Aegyptum ut adiret. suafere, finitimam regionem, & principatu ingenti prædità. fœlicem præterea, ac potentem nauibus, frumento, pecunijs q, cuius reges, quāquam puerili ætate essent, Pompeio tamen paterna charitate obsequerentur. Hæc Appianus. Alij produnt. Pompeius postquam Mitylenen peruenit, Corneliā ad portum accersitā, sub primùm congressum, ob miserabilem cultū, quo duxerat amictus, tanto dolore affecit, ut animo repentè collapsa, ad eius pedes semianimis aliquādiu iacuerit. Mox ad se reuersa uix tandem fatur. O' charissime cōiunx Magne, uideo nō tuæ, sed meæ fortunæ opus, qui una naui uectus huc appuleris, q quondā magna classe hoc mare nauigaris, bello Mithridatico, ac Piratico. Cur huc ad me inuisendum proficiscēris? cur non me fortunæ meæ inuisæ reliquisti? quæ te indignum in tantam cladem traxi? Me miseram, non satis fuit, quod infœliciter P. Crasso nupserim, postea tibi cessi, ut fœlicissimum uirum infausto connubio infœlicissimum rederem. Pompeius paucis eam consolatus, mandauit omnia, quæ illius essent, continuò ad portum deferri. Mityleneis officiosè eum inuitantibus, ut etiam Lucanus ostendit, ut urbem ingressus publico hospitio uteretur. Ità inquit, & hoc Cæsari præstate, qui uictor est. Hoc responsi quidam scribunt Larissæis datum, qui Pompeio obuiam prodibant. Cornelia in nauim recepta, Pompeius in Ciliciam nauigauit. Hic dubia sententia distractus, ad Parthos ne concederet, an in Aegyptum nauigaret, quæ Aphricæ iuncta esset, et ubi is regnabat cuius pater sua opera in regnum restitutus fuisset. Coniugis amor à priori consilio auertit, quod tutum non esset puellam elegāti forma Parthicæ libidini credere, quod Crasso iuueni, cùm periret, locata fuisset. Multò magis appulit animum ad Aegyptum cùm audiret Catonem cum L X. Senatoribus, & magna militum manu in Aphricā transmittere. Atque ad istum modum à quibusdam hæc referuntur. Inuia mundi arua.] Rursum inter nauigandum deliberabat apud se, num in deserta Libyæ se reciperet, aut Aethiopes. aut Troglodytas.

Supernimios solis.] Æstus prope intolerabiles. & ardores Zonæ adustæ, aut torridæ, quæ inter circuculum Cancri est, & Capricorni, quo Cæsar non penetrabit. Hæ regiones subiectæ sunt Austro. Indignantis phrasis est uelle petere deserta Aphricæ, aut torri-

dam Zonam, & similes. Ita & Iuuenal.

Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum. Et nos in carmine Satyrico.

Quin Pelusiaci fugiamus ad ostia Nili,
Et matutini carpunt ubi uellera Seres.

Sæpe lab.] Nonnunquam fractus animi curis abijciebat mentis ægritudines, & futurorum sollicitudines, ac cogitationes in pectore fluctuantes, conuertitq; se ad iucunda colloquia cum nauta, de rebus Astronomicis.

Hinc addit, Rectoremq; ra.] gubernatorē nauis percontatur de stellis, ad quas nauiget unus, uel illas terras, ad quas stellas dirigunt nauigationis cursum. Id uocat mensuram secundi æquoris.

Syriam quo si.] Ad quam stellam nauigatur in Syriam. Cuius stellæ obseruatione nauis in Aphricam uertitur. De his regionibus enim uersabat apud animum suum uaria consilia, ut dictum est.

Quotus ignis.] quota stella ursæ. Vertices extremos, circa quos sphæra cœli uoluitur, appellamus polos Græcorum imitatione, quorum alter Australis est, qui terræ subiectus nobis non est conspicuus. Alter Septentrionalis, qui à Græcis Boreus dicitur, & nunquam occidit. Circum hunc duo Arcturi, plaustra appellantur, perpetuò uoluuntur: quorum maiorem uocant Helicen, minorem Cynosuram. id est, Catulam canis. Alterutra horum capita deorsum, alterutra sursum suspiciunt.

Aratus in Phænome.

» καίμιν πειράσσοι λύω πότοι ἀμφοτέρωθεν,
» ἀλλ' ὁ μὲν ὑπ ἐπίοπ[ᾶ], ὁ δ' ἀντία βαίνει ἕκαστος
» ὑψόθεν ὠκεανοῖο. λύω δέμιν ἀμφὶς ἔχουσαι
» ἄρκτοι ἀμαξ τροχόωσι. τὸ δὴ καλέουσι ἅμαξαν.
» αἱ δέ τοι περφαλὰς μὲν ἐπ' ἰξύας αἰὲν ἔχουσιν
» ἀλλήλων. αἰεὶ δ' ὑπατωμάδιαι φορέονται.
» ἵμπαλιν εἰς ὤμους τε[τραμμέναι, εἰ ἐτέ]ον δὴ
» πρύτανιν εἴποιεν ἢ ἄλλοι μεγάλα ἰσταῖ[ε]
» οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὁμὴν τότε κυρίσσ[αι]
» λίπ[τω ἐν ἐνώδει ὄρι] σχεδὸν ἠλακάτω
» ἄνθρω ἐγκατέθεν[το, κοὐ ἔτρεφεν εἰς ἐνιαυτόν,
» λιπ[αῖοι νύκτ]ες, ὅτε κρόνον ἐψεύδοντο.
» οἱ τὴν μὲν, κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,
» τὴν δ' ἑτέρην ἑλίκην, ἑλίκην γε μὲν ἄνδρες ἀχαιοί
» εἶν ἀλὶ τεκμαίρον[ται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν,
» τῇ δ' ἄρα φοίνικες μέσσοι πεφόβηνται θάλασσαν.
» ἀλλ' ἥ μὲν καθαρὴ, καὶ ἐπισφάσασθαι ἑτοίμη,
» πολλὴ φαινομένη ἑλίκη πρώτης ἀπὸ νυκτός.
» ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ ναύτῃσι μέγ' ὄφελος.

Quos uersus Germanicus Cæsar ita uertit.

» *Axis stat motus semper uestigia seruat,*
» *Libratasq; tenet terras, & cardine firmo*
» *Orbem agit extremum geminis determinat axem,*
» *Quem Graij dixêre polon, pars mersa sub undas*
» *Oceani pars celsa sub horrifero aquilone.*
» *Axem Cretææ dextra, Læuaq; tuentur,*
» *Siue Arcli, seu Romani cognominis ursæ,*
» *Plaustrum, uel facies stellarum proxima uera.*
» *Tres temone, uotisq; micant, sublimis quaternæ,*
» *Si melius dixisse feras obuersa refulgent*
» *Ora feris caput alterius super horrida terga*
» *Alterius lucet, pronas rapis orbis in ipsos*
» *Decliuis humeros, ueteris si gratia formæ*
» *Cressia uos tellus aluit moderator Olympi*
» *Donauit cœlo, meritum custodia fecit,*
Quod solei comites prima incunabula magni
Fuderunt Iouis attonitæ cum furta parentis
Aerea pulsantes mandati cymbala dextra.
Vagitus pueri patrias ne tangeret aures, &c.
Hic Iouis Altrices Helyce, Cynosuraq; fulgent,
Dat Graijs Helice cursus maioribus astris:
Phœnicas cœnosura regit, sed candida tota,
Et liquido splendore Helice haud prius ulla,
Cùm Sol Oceanã Fulgentia condidit ora,
Stella micat cœli septem qua Cressia flammis,
Certior est Cynosura tamen fulcantibus æquor.
Quippe breuis totam fide se cardine uertit,
Sidoniaq; ratem nunquam spectata fefellit.
Has inter medias abrupti luminis instar
Immanis serpens sinuosa uolumina torquet,

Plaustro] Ostendimus ex Arato duas ursas Polum ambientes plaustro appellari. Sed complures maiorem Arctum plaustro similem dixerunt. & proinde illam haA maxam Græcos appellare, & ad hoc dicit Aratus Græcos nautas gubernare ratem. Initio enim, qui sidera perpenderant, ait Hyginus, & numerum stellarum in unaquaq; specie corporis constituerunt, quod non Arctum, sed plaustrum nominarunt. Ex septem stellis duæ, quæ parriles, & maximè in uno loco uiderentur, pro bobus habebantur: reliqua uerò quinque figuram plaustri simulabant. Libysm.] Quota stella in maiore ursa, quæ propriè plaustrum dicitur, monstrat cursum in Libyam. Doctus.] Peritus gubernator nauis, & obseruator siderum. Periphrasis. Hic ipsum ad modum respondit Pompeio.

Signifero.] Glareanus hunc locum ita exponit. Quomodo Polus nunquam stet, inquit, meritò, quis mirctur, qui, qui inconcussus, ac immobilis semper consistit, Hoc commentatores utique explicare conueniebat. Ego exponerem. Nusquam stato polo, id est, ubi nullus est lacus stabilis, unde nauis ulla dirigi queat. Quemadmodum de terræ longitudine disputant Geographi. Latitudinis quidem est immobile aliquod principium. nempe polus, longitudinis nullum, nisi in diuersas regionibus eodem temporis momento factas eclipses attendamus, quemadmodum Ptolemæus libro primo capite quarto, Geographiæ commonstrat. Polus igitur hoc loco accipitur pro cœlo, non quauis cœli parte mobili. Verum autem polum mox subiungit, cum inquit, Axis inocciduus. Hic à Philo-

Signifero.] Signifer circulus, Zodiacus. Hic à Philosophis obliquus dicitur, is est, qui duodecim cõtinet signa, compræhendens huic circulum Cancri, inde Capricorni secans per medium Aequinoctialem, secaturq; ab eodē, nempe in principbs Arietis, & Libræ. Et propter errantium siderum uerum transcursum, intelligitur habere septem decim graduum latitudinem, quem medium diuidit linea ecliptica, relinquens utrinque 8. latitudinis gradus. Hæc sydera dicit nautas non obseruare, sed tantum ursas, quarum minorem Phœnices sequuntur, maiorem Græci, & Peloponnesij.

Sed qui non mergitur undis axis.] Axis uocatur dimetiens sphæræ, circa quam uoluitur. Poli mundi, qui & cardines, & uertices dicuntur, extrema puncta sunt axis. Horũ aliter Septẽtrionalis, siue Boreas, alter Australis est appellatus. Boreus supra nostrũ uerticem semper in conspectu est, Australis, siue Antarcticus, pedibus nostris subiectus est, & Antipodibus eleuatus, sub horizõte.

Polus

A Polus etiam à nautis ſtella maritima dicitur. Hanc ſi quis cognoſcere cupit, citra ullum uel artis, uel magiſtri beneficium, is ſeptem ſtellulas urſæ minoris obſeruet, quarũ poſtremã, quæ in caudam apparet, polarem uocamus.

TYPVS VRSARVM



Sed qui non.] Hic polus nunquam loco mouetur,
B ſed ſtat immobilis. Atque ea de cauſſa uocat eum axem in occiduum, ut qui non occidat, ſed ne urſa quidem, quæ circum axem uerſantur.

Gemina.] arcto duabus urſis, maiore, & minore. Ad hunc, inquit, axem, ſiue Polum regunt naues in mari.

Hic cùm mihi.] Hoc theorema nauticum eſt ait Glareanus ſed tamen à uera, & Geographica ac Aſtronomica ratione, non alienum. Senſus ita eſt horum aliquot ſequentium uerſuum. Cùm è Leſbo ita nauigamus, inquit ad Pompeium nauta, ut idemidem Polus Arcticus, quem in occiduum iam dixerat, ſurgat, id eſt, eleuetur, uidelicet, ut lucidæ illæ duæ ſtellæ in humeris minoris urſæ, quas χορευτὰς Græcis dictas prodit Hyginus, (reliquæ autem duæ chorentæ dicuntur, inquit, quod circum polum uerſantur) quemadmodum & libro tertio admonuimus. (Sunt enim duæ illæ ſecundæ magnitudinis) propè ſuper antemnas appareant, tunc iter noſtrum eſt in pontum, & Boſphorum. Contrà, cùm è Leſbo ita nauigamur, ut idem polus, Arctophylax, & ipſa
C adeò Cynoſura ſiue urſa minor, in cauda eſt ſtella (ut ita dicam) polaris, deſcendant ab ſumma arbore, tunc, in Syriam tendit ratis. Quaſi diceret, ſi ad meridiem nauigamus, Polus Arcticus diſcedit à puncto uerticali, quem per malum ſignificat. Contrà autem fit, ſi ad Septentrionem, in Pontum, inquam, diuertamus. Haud me latet, quid commendatores ſuper hac re, & ſcribant, & ſentiunt, quæ ego planè non intelligo, nec uera eſſe credo. Quanquam, ut uerum dicam nec difficile fuerit, etiam uerum nautæ ſenſum cauillari, ut cum loquitur de itinere in Syriam, quod quidem non unius rationis eſt. Ad Gnidon enim uſque procedit nautæ Theorema (autem id oppidum Cariæ, in cornu peninſulæ) quamdiu uidelicet meridiem uerſus incedit nauis. At poſt Gnidon, ad Orientem deinde fit conuerſio, quæ poli non magnum iam diſcrimen habet. Verum nauta proxima quæque à Leſbo itinera reſpexit, non illa iam remotiora, quæ aliam accipiunt rationem. Sed hæc altioris ſunt contemplationis, à nobis hac potiſſimum de cauſſa adducta, ut lector ſecum etiam atque eam conſideret, quàm leui (ut dici ſolet) brachio quidam magnos authores exponere conentur, nihil penſi habentes, quo quæque dicta cadant. Hæc Glareanus.

Summis Ceruchis.] Cornibus antemnarum, ut ait Maro libro tertio. Aeneidos, à κέρας cornu & ἔχω, habeo. Boſphoron.] Boſphorus dicitur, à bonis. Ius meabili tranſitu, anguſtia freti. Duo maximè Boſphori traduntur, una inter Bizantium Europæ, & Chalcedonem Aſiæ, unde excurſus eſt in Pontum Euxinum: hic Thracias dicitur: alter in faucibus, & introitu Mæotidis paludis. Atque hic Cimmerius appellatur, à Cimmerijs populis, qui horridam frigore eam regionem incolunt. Huc tum ad Boream flectunt curſum.

Curuantem littora Pontum.] Nam egreſſis Boſphorum in uaſtum mare aperit ſe ad Ortum maximè Pontus Euxinus, alluitque innumerabiles Aſiæ populos hinc, inde Scythiæ. Ab arbore ſumma.] Quando Polus, Arctophylax, & minor urſa à ſummo malo deſcendunt, recta excurſus eſt in Syriam.

Arctophylax, propiorq; mari cyn.] qui & Bootes uocatur, cuius ſiniſtram manum circulus Arcticus meludit, ut neque occidere, neque oriri uideatur. Poſitus ab Arctico circulo, ad æſtiuum definitur, dextr pede in longum inclinatus, æſtiuo circulo innititur, humeros, & pectus à reliquo corpore diuidit circulus, qui per utroſque pedes tranſit, tangitque Arietem, & Chelas. Habet in ſiniſtra manu ſtellas quatuor, quæ nunquam occidere uidentur: in capite ſtellam unam: in utroque humero ſingulas: in utraque manu ſingulas, ſed clariorem dextram: & ſub ea alteram obſcuram, & cubito dextro claram unam: in zona unam clarius cæteris lucentem, quæ Arcturus appellatur: in utriſque pedibus ſingulas. Aratus.

ἐξόπιθεν δ' ἑλίκης φέρεται βοώτεω ἐοικὼς
ἀρκτοφύλαξ τὸν μὲν ἄνδρες ἐπουρέα βοώτην,
οὕνεκ' ἀμαξάων ἀναφώιον ἐξ ἑτέρωθεν ἄρηται.

» καὶ μάλα πᾶς ἀρίδηλος ὑπὸ ῥώνῃ δὲ οἱ αὐτὸς
» ἐξ ἄλλων ἄρηται ἑλίκεσσι μεμαδὼς ἀγὴς
id est, Germ. interp.
» Inde Helicen sequitur, senior, baculoq; mirator
» Seuelle Arctophylax brachiorũ munera cæcus, &c.

Cynosura.] Hanc paulo antè diximus minorem esse ursam. Hanc certiorem esse nautis demonstratum est, & Aratus id ipsum studio addit diserte.

In Syriam.] non quidem totam, sed Cariæ peninsulam solum, ubi incipit Syria ad mediterraneum. Agathosthenes in carminibus Asiaticis. Cynosuram scribit Iouis nutricem fuisse, & unam ex nymphis Idæis, à qua in Cretæ oppido, Histoe. Nicostratus constituit portus: & circa eum locum Cynosuram fuisse, cum Telchinis, qui dicuntur Curetes Idæi. Aratus prodidit Helicen, & Cynosuram Iouis nutrices fuisse, atque ob id in cœlum trãslatas. Inde Canopos ex.] Est autem Canopos. Græcè κάνωπος, stella Argus in temone. siue remo aut clauo, sed nostris regionibus incognita. Plinius libro secundo, capite 70. Nec Canopum Italia, (cernit) & uocant Berenices crinem. Item quam sub D. Augusto cognominauêre Cæsaris thronum, insignis ibi stella, adeoq; manifesto assurgẽs fastigio incuruatur, ut Canopus quartam ferè partem signi unius supra terram eminêre Alexandriæ intuentibus uideatur. Eadem à Rhodo terram quodammodo ipsam stringere, in Ponto omnino non cernatur, ubi maximè sublimis Septentrio. Item à Rhodo absconditur, magisque Alexandriæ. In Arabia Nouembri mense prima uigilia occultus. Secunda se ostendit. In Meroe Solstitio uesperi paulisper appareat, pauciesque ante exortum Arcturi diebus pariter cum die cernitur. Nauigantium hæc maximè cursus deprehendunt, in alia aduerso, in alia prono mari subitoq; conspicuis, atque ut è freto emergentibus. (quæ in anfractu pilæ latuere) sideribus, &c. Vitruuius libro nono capite septimo. Vti Septentrionis circum axis cardinem uersantes non occidunt, neque sub terram subeunt, sic & circa meridianum cardinum cardinem, qui est propter inclinationem mundi subiectus terræ sidera uersabunda, latentiaq; non habent egressus orientes supra terram. Itaque earum figurationes propter obstantem terræ, non sunt notæ. Huius autem rei index est, stella Canopi, quæ his regionibus est ignota, renunciantibus negotiatoribus, qui ad extremas Aegypti regiones, proximasque ultimis sinibus terræ progressi fuerunt. Hæc Vitruuius. Strabo libro primo, ὅλως γὰρ εἰπὸς ἦν πω]ὴν ἑτέραν καὶ ἀρχαίαν θετῆσθαι, ἀλλ' ἀφ' οὗ οἱ φοίνικες ἐσημειώσαντο, καὶ ἐχρῶντο πρὸς τὸν πλοῦν, παρελθεῖν καὶ εἰς τοὺς ἕλληνας τὴν διάταξιν ταύτην, ὥσπερ καὶ τὸν Βερενίκης πλόκαμον, καὶ τὸν κάνωβον ἐχθὲς ἢ πρώην κατανοηθέντα μχσμένον. Quæ etiam diligenter annotauit Mucylus. Ptolemæus κάνωβον uocat ἄργους ἀφεγγέστερον λοίπω πηδαλίῳ, Argi stellam in clauo. Canopus etiam insula, adeoq; prima ante Asiam in Canopico ostio, ita dicta à Menelai filio, sicut & Pharus.

Australi cœlo.] Atque hoc est, quod iam diximus, quod inter Antarctica signa oriatur, & nobis conspicua non sit. Argo enim nauis circulum hyemalem, & maioris canis caudam contingens, inferiore parte nauis tandem inclinata Antarcticum circulum radit. Occidens Capricorno, & sagittario exorto, ut in mari colloceat, cum Virgine, & Chelis exoritur. Stellas habet uigintres. In puppi ad singula gubernacula, nempe ad primum, quinque, in altero quatuor, circum carinam quinque, & sub reiecto quinque: in malo quatuor. Sed in primis habet unam primæ magnitudinis, quæ Canopus uocatur, quam Hyginus scribit in primo remo collocatum esse, sed quæ longissimè deflectat ad Austrum. Quare à poëta dicitur contenta cœlo uagari.

Stella timens Bo.] hoc est quæ uidetur fugere Boream, quod nequeat suo cursu ad Septentrionem ascendere. Sulpitius exponit, metuit ne nubes Borea impellente obscuretur. Itaque Canopus è Syria nauem in Austrum uersam excipit, hanc nos obseruamus, si obseruari potest. Illa quoque pe.sini.] Monstrat meridiem, ut si sinistram à Canopo teneat trans Pharon, in Aegyptum deferatur, si inde in dextram auferatur, in Syrtes incidet contra Marmaricum. Pharus insula est in ingressu portus Alexandrini, ubi Sostratus Cnidius turrim extruxit sub Ptolemæo Philadelpho, qui eo Ptolemæo prognatus fuerat, qui fuit Lagi filius. In medio.] Inter Aegyptum, & Carthaginem ad dextram. Atque ita monstrat nauta manu plagæ meridianæ pariet. Sunt qui legant Sirtes. Duas Sirtes esse, alibi ostendimus, in mari Libyco, maiorem, & minorem dispari magnitudine quidem, sed periculo pari.

Quo nunc] Concludit narrationẽ ab interrogatione, quo iter tendere cupiat, ut eò nauem dirigat.

Quo pede.] Pune nautico, quẽ Græci πόλῳ uocãt. Quãquam podium etiam locus est extra domũ priuatam, publicámue porrectus, instar pulpiti, ex quo spectare solemus ea, quæ extrà geruntur, quod in eo pedibus hæreamus. Iuuenalis.

Sed quo uela dari, quo nunc pede carbasa tendi
Nostra iubes? dubio contrà cui pectore Magnus.
Hoc solum toto, respondit, in æquore serua,
Vt sit ab Emathijs semper tua longius oris
Puppis, & Hesperiam pelago, cœloq; relinquas,
Cætera da uentis, comitem, pignusq; recepi,
Depositum, a tũc certus eram, quæ littora uellem:
Nunc portum fortuna dabit: sic fatur, at ille
Iusto uelà modo pendentia cornibus æquis
Torsit, & in læuum puppim dedit, utq; secaret
Quas b Asinę cautes, & quas Chios asperat undas,
Hos dedit in c prorã, tenet hos in puppe rudẽtes.
Aequora senserunt motus, aliterq; secante
Iam pelagus nostro, nec idem spectante carina,
Mutauere sonum, non sic moderator equorum
Dexteriore rota læuum quum circuit axem,
Cogit inoffensæ currus accedere metæ.

Omnibus ad podium spectantibus.

Quum pedes etiam ultimas, & infimas partes Græci uocant, ut cum pedes, siue radices Idæ dicimus, & uolumina pedum siue fascias. Comitem pig.] uxorem Cornelliam, quam in Lesbo deposueram.

Tunc cer.] Cum in fuga nauem nactus eò me reciperem.

Iusto modo.] passa, atque exporrecta, ut cornua

a al. tum.
b al. Asi.
c al. prora.

A ut cornua antemnarũ æqua & pari altitudine penderent. In lævum.] Quà spectabat Rhodum contra Cariam, unde in Ciliciam abiret.

Quas Asiæ cau.] *Asine oppidum est inter maritima Achaiæ in Peloponneso unde sinus Asinæus nomẽ habet, ad meridiem peninsulæ: sicut statim à Corone Coronæus: & in extrema ora procurrit in mare Tænarum promontorium. Sed quid Asine huc spectat non uideo, tam procul uersus occasum à Lesbo distans. Asine distat à Masete* XXXVI. *M. pass. Ibi Trozen, nobilis quondam urbs, & portu insignis, cum nomẽ Pogon, id est barba. De quo natum fuit prouerbium, in glabros, Trorzenem pete. siue, naiga, in eum, qui cum mẽto imberbi esset, tamen appositis ijs pilis, barbam uirilem mentiretur. Nonnulla exemplaria Asiæ cautes legunt, quam Lectionem ueram esse censet Glareanus, cuius iudicio & ego subscribo. Est enim Asine nimis remota à Lesbo uersus Occasum, quem tractum declinare iussit Pompeius, & in lævum torsisse natum poëta dicit. Nam inter Ephesum, & Samum, ait Gla*

B *reanus, & Icariam transijt. Itaq; ego Asiæ legere malim, quàm Asinæ, quod nomen sciolus aliquis substituit, uolens ingeniosus uideri, quum poëtæ mentem non perciperet. Nec obstat Asiæ generale nomen, quod hic speciale est, nõ urbis quidem sed regionis littoralis contra Chium, & Samum. Quod si omnino quis proprium nomen aliquod, aut insulæ, aut urbis legi hic debere contendat, malim ego Pityriæ legere, cuius est mentio Odyss. 3. in Oratione Nestoris, meminitq; Strabo magnificè lib. 14. in Lesbi descriptione: & situs eius huic loco non impar est, ut legatur. Quas Pityriæ cautes, & quas Chius asperat undas. Hæc Glareanus. Quas Chios.] E' Lesbo per Lesboum mare uersus meridiem prima insularum occurrit Chios, Asiæ urbibus, Smyrna Sardibus, & Colophone ad lævã relictis. Inde Samos obuia est. Hinc Icaria, Paros, Cous, contra Cariam. Chios] inter Samum, & Lesbum, maximè aduerso Erychthriarum sita, centum M. passuum ambitu, Chia dicta etiam. In Chio mons est Pellenæus, marmore olim celebris, quod Chium dicebatur. Quin & Chium uinum inter laudatissima memoratur,*

C *quod Aruisium. Plinio dicitur lib. 14. cap. 7. In summa gloria, post Homerica illa, inquit de quibus suprà diximus, fuêre Thasium, Chiumq;. Ex Chio, quod Aruisium uocant. His addidit Lesbium Eratistrati maximi medici authoritas. Et statim. Nunc gratia ante omnia est, Clazomenio, postquam parcius mari condiunt. Lesbium sponte naturæ suæ mare sapit. Sed ad Chium. Aruisium uocat Plin. Strabo lib. 14. Aruisiam in Chio locum esse asperũ scribit & importuosum, 300 cadiorũ spatio, qui uinum fert inter omnia Græca, laudatissimum. Nostri Maruasium & corruptius appellant Maluasinum, aut etiam Maluaticum, quod hodie quidam tradunt è Creta ad nos adferri. Et Chiaficus saporis acuitate commendatur. Martialis.*

Chia sem similis Baccho, quam seria misit,
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

In seriis condebatur, hoc est, fictilibus uasis, in quibus Romam aduehebatur, ut hodie ad nos ex Hispanijs, calathis ex iuneo textis. Aeneas Syluius resinam Chij è Lemnisco manare prodidit, quam Dioscorides, & Plinius masticben, uel masticen uocant, adeò laudatam medicis, ut nec Indica, nec Arabica sit præstantior, neque ea sit melior, quæ è Græcia, & Ponto ad nos transmittitur. Vulgò mastix dicitur cum ita γίχῃ, sit dicendum, & à Plinio masticbe dicatur. Sed ad rem. Iter Asiam, & non Asmen, & Chium cum nauta iter teneret insulas Chio circumiacentes, quas Plinius recenset libro quinto, præternauigauit. Hinc Samum, Icariam, Trogillium, Paron, Coam, Astypaleam, Carpathum præteruectus in mediterraneum propè contra Rhodum euasit. Atque hæc quidem nauigatio Pompeij fuit è Lesbo, ad lævam clarissimas Asiæ regiones spectantis, ut Lydiam, Ioniam, & Cariam, proximas littoribus, relicti Peloponneso ad dextram contra occasum propè.

Hos dedit in p.] *Alios funes nauticos in proram, tendit, alios in puppe, ut mos nauijs est, nauẽ gubernare obnixè laborantibus.* Motus.] *nauis, ut fit, uel contra maris æstum luctatur nauta.* Non sic mod. e.] *Comparatione ducta à certamine, siue cursu potius curruli, cũ ad metam properatur, motum puppis amplificat. Diserte illustrat hunc locum Glareanus. Hunc locum diligenter explicat Badius, inquit, ut in tali conuersione rota in sinistra parte stet ad tempus, quasi immobilis, & dextra uertatur. Vnde patet olim à dextra in sinistram procursum, ac currus in sinistrum flexos, cùm hodie contrà fiat, à sinistris in dextram, quod certè magis secundum naturam est. Nisi quis dicat poëtam, ut in multis alijs, econtrarium exhibuisse, quod equidem nescio. Huc usq; hæc.* Metæ in offen] *non læsæ, nec tactæ,*

Ostendit terras.] *A periphrastica matutini temporis descriptione redit ad historicam narrationem.*

Ostendit terras Titan, & sydera tegit.
Sparsus ab Emathia, fugit quicunq; procella,
Assequitur magnum, primusq; è *a* litore Lesbi
Occurrit natus, procerum nox turba fidelis.
Nam neq; delecto fatis, acieq; fugato
Abstulerat *b* Magno reges fortuna ministros,
Terrarum dominos, & sceptra Eoa tenentes
Exul habet comites, iubet ire in deuia mundi
Deiotarum, qui sparsa ducis uestigia legit.
Quando ait Emathijs *c* amissis cladibus orbis
Qua Romanis erat, superest fidissime regum
Eoam tentare fidem, populosq; bibentes
Euphraten, & adhuc securum à Cæsare Tigrim.
d Nec pigeat Magno quærentem fata remotas
Medorũ penetrare domos, Scythicosq; recessus,
Et totum *e* mutare diem, uocesq; superbo
Arsacidæ perferre meas, si fœdera *f* nobis

Ostendit.] *Sol oriri cœpit, & sidera simul cum illius exortu aduentante luce obscurari.*

Sparsus.] *Quicunque ex auxiliaribus Senatus regibus, quicunque Senatores ex illa Pharsalica clade fuga euaserunt. Põpeium sunt secuti fugientem. Pharsalicam, siue Emathiam proceIlam nunc uocat metaphoricè, cladem illum cruentam, ex qua dilapsi*

a al. ab litto:
b al. magnos:
c al. amissus:
d al. Ne.
e al. motate:
f al. uobis:

Prisca manent, mihi si Latium iurata Tonantem
Per uestros a obstricta magos implere pharetras,
Armenosq; arcus, Geticis b intendite neruis.

a al. astricta.
b al. implete.

dilapsi fœliciter fuerunt. Primusq; è.] Natum Cn. maiorem natu dicit, ut rectè Mycillus. Nam Sextium minorem unà cum uxore è Lesbo secuti uehebat. Reges.] Qui ex Asia Senatum, & Pompeium secuti fuerant, id quod statim luculenter ipse reddit, cùm eos uocat, terrarum dominos, & sceptra Eoa tenentes: hoc est, imperia Orientalia, atque imperia Asiatica tenentes. Inter hos præcipuè commendat fidem Deiotari regis, quem in remotas Asiæ regiones redire iussit. Eius imperium magnum ea tempestate in Gallogræcia Asiæ erat, amicus, & socius Pop. Ro. antea dictus, magnis ornamentis à Senatu decoratus fuerat. Galatia antea Gallogræcia dicta fuit, & Galatæ Gallogræci. Post ingentes Alexandri uictorias, & auctas Macedonum uires per Asiam, Græci Galatiam insederunt, quibus postea Galli magno hominum numero ingressi Asiam se cõiunxerunt, & Gallogræci dicti, mixta gens, & regio, quæ crescentibus Gallorum rebus, Galatia appellata fuit, antea Gallogræcia. Strabo author est libro duodecimo regionem principio in quatuor præfecturas diuisam fuisse, quæ tetrarchæ dictæ fuerunt, præfecti tetrarchæ uocati, quorum quisque quartam regni Galatici partem tenebat. Erat olim regia eius ordinis dignitas, & qui genere tetrarchæ erant, pro regibus habebantur. Post deuictum à Pompeio Mithridatem, detractum aliquid ueteri regni formæ fuit, & ad tres Duces potestas traducta fuit. Postea huic Deiotaro, qui bello Ciuili Pompeio se coniunxit, soli datum regnum fuit. Inde Amyntæ, qui ei successit. Deiotarus post Ciuile bellum à nepote suo Castore per socium Phidippidem crudeliter accusatus fuit. Postea sub Augusto in prouinciæ formam redactum regnum est, & omnium primũ à M. Lollio pro prætore administrata. In denia.] In remotissimas terras minoris Asiæ. Ad Boream enim Paphlagoniæ contigua est, ea parte qua Pompeiopolis est: ab ortu Bithyniæ, Mysiæ, & Phrygiæ commissa, Dindymænis iugis, & Cælenijs montibus interiacentibus: ad Austrum Pisidia clauditur: Orientalem Cappadocia finit, citra Archelaidem coloniam Claudij Cæsaris, & montem Agæum, qui in media Cappadocia exurgit, adeò altus, ut æstiuæ etiam niues durent. Rectè Poëta Galatiam, siue Gallogræciam deuia regna mundi uocat. Ad Boream enim Paphlagonia terminatur, quæ ad Carambos, & littora Euxini Ponti euagatur.

Vestigia legit..] fugientem Pompeium nauigio secutus fuit. Quando, ait.] Oratio Pompeij ad Deiotarum, implorantis eius, & opum Orientalium populorum fidem. Amissus orbis.] Quoniam autem orbis imperium amissum est hac clade Pharsalica, qua parte Populo Romano paruit, reliquum est experiri, ac tentare utriusque Asiæ ad Indos usque regum, & populorum fidem erga me & Pop. Rom. Et enumerat aliquot Orientis gentes. Ad harum arma sollicitanda, rogat Deiotarum, ne pigeat suo nomine eò penetrare.

Quà Roma] qua parte, & quousque Imperio Romano subiectus est. Eoani fit] auxilia, & opes Orientales sollicitare ad arma contra Cæsarem pro maiestate Senatus. Populosq;.] docet, quos populos eum adire uelit, eos uidelicet, qui circa Euphraten habitant. Synecdoche, qui ex Euphrate bibunt, intelligit accolas populos, & reges clarissimi amnis. Alio loco nobis demonstratum est, Euphraten oriri in Periardemonte maioris Armeniæ, haud procul à Tigridis fonte per Assyriam, inde Babylonem lapsus, in rubrum mare influit. Inter omnes amnes maximè clarus est, postquem Tigris, inde Anaxes. Sunt qui Cyrum etiam Armenijs annumerant, quanquam terminalem. Longissimè à finibus abit Euphrates, sed Tigris uelocitate uincit. Mons Abus sex millium passuum interuallo Euphraten, & Araxem scindit, in diuersum abeuntes, hunc in ortum illum in occasum. Influit Tigris in Araxem, & lacum Arsacidem. Accolæ eum Phasim uocant, Oritur in Vxiorum mõtibus, ac L. fermè stadijs per syluas, & saxa ruit, antequam incipiat fluere. Inde exceptus eamporum planicie mitior factus ad C C. stadia euagatus, in Persicum mare uno ostio infunditur. Cæterùm circa Euphraten, quo Mesopotamia etiam inundatur, Seleucia est, & in Armenia maiori oritur, ut dictum est, ibi Arabes, Scenitæ, Nomades Arabæi, usque ad deserta Syriæ. Præcipuè urbes Armeniæ sunt circa Tigrim, Tigranocerta, Artaxata, ab Annibale condita iuxta Araxem: Arsamosata, & Carcathriceota.

Tigrim.] Populos circa Tigrim habitantes, ad quos Cæsaris arma, nondum penetrarunt. Copiosa populorum, per quos Tigris labitur, enumeratio est apud Plinium libro sexto capite uigesimo secundo.

Domos Medorum.] Media ab occasu transuersa obliquè Parthiæ occurrens, utrunque regnum includit. Ab Ortu Caspios habet, & Parthos: à meridie Sittacenen, & Susianen: & Persidem: ab Occasu Adiabenen: à Septentrione. Armeniam. A' Caspio pelago, longo introitu usque ad Carmaniæ deserta immittit, & ceu cuneo Parthiam à Persia diuidit. Ad occasum Assyrij sunt, & Ecbathana. Ad has gentes petitum auxilia iuuult Deiotarum. Scythicosq; re.] Quantum terrarum à Tauro in Boream panditur, Scythia est: quod in Australem, India. Scythiæ, à Scytha Herculis filio dicuntur. Duæ Scythiæ sunt. Europæa & Asiatica. Ab Istro ad Borysthenem Scytharum ora maxima uiginti dierum iter est, tantundem à Borysthene ad Mæotim paludem: à mari ad Melanchlænos, qui maximè sunt mediterranei totidem dierum iter est. Atque hæc quidem Scythia Europæa est, quæ habet quaqua uersum quatuor millia. Atque hæc peculiari nomine Scythia dicitur: ulterius Scythia Asiatica dicitur. Cæterùm nomen usquequaque transit in Sarmatas, atque Germanos. Scythiæ sunt Ruteni, Moscouitæ, Tartari.

Recessus.] quia ultra Taurum in Boream latè, longéq; euagantur. Et totum motare.] Alij mutare legunt. Sulpitius exponit, excitare totum Orientem, unde digunt. Sulpitius exponit, excitare totum Orientem, unde diei emanat. At Mycillus totum, inquit mutare diem dixisse uidetur, hyperbolicõs, pro abusque uersus Orientem proficisci, dum tempus diei propter loci distantiam, & mundi inclinationem uarietur, occidẽtis collatione uidelicet. Nam Oriẽtalibus Sol citius oritur, & apparet, quã ijs, qui uersus Occidentem degunt. Quidam autem pro, mutare, motare legunt, diemq; pro Oriente, accipiunt ναὶ τὰ συνεκδοχικῶς. eò, quod ab Oriente dies procedit. Vt sit sensus, totum commouere, & excitare Orientem, perinde ut, & Sulpitius locum hunc exponit. Hæc ille. Sulpitij interpretatio, ut minimè absurda magit placet

A placet, ut poëta alluserit ad illud Vergilianum.

Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo,
Mouere totum diem, mouere totum orbem Orientem in arma contra Cæsarem. Superbo Arsa.] Parthorum regi, non Persarum. Arsaces homo Scytha latrocinio uiuere suetus, cum Dahorum manu, qui & Parini dicti fuerunt, Mandragora Seleuci præfecto oppresso Parthiam primus inuasit. Pompeius Trogus incertam Arsacis originem fuisse scribit. uiri alioqui insigni uirtute præditi. Tradunt Arsandarum originem in primi Punici belli tempora incidisse, Consi. apud R. Atilio Regulo, & L. Manlio. Breui inde à Seleuco bello petitus Hircaniam occupauit, eumq; prælio uictum profligauit. Secundum eam uictoriam Parthorum opes multo sunt firmiores factæ. Fuit Arsaces Parthis, quod Cyrus Persis, & Alexander Macedonibus, Romulus Romanis. Ab hoc Parthorum reges Arsacidæ dicti fuêre. Superbum Parthorum regem uocat ob nuper crudeliter trucidatos Crassos. Si fœdera.] Nam Pompeius ad gerendum bellum aduersus Mithridatem profectus, ut tradit Liuius, cum rege Parthorum Phraate amicitiam renouauit.

Per Latium to.] per Iouem Ro. urbis, & Imperij Deum præsidem, & tutelarem & per uestros sacerdotes, & sapientes icta. Magi apud eas gentes erant, qui apud Iudæos prophetæ apud Græcos philosophi. Romanos sapientes,, Indos, Bragmanes, & gymnosophistæ.

Prisca fœd.] Antea enim bello Mithridatico Ariobarzane in regnum Cappadociæ à Sylla restituto, Parthorum legati ab Arsace missi ad illum uenerant, ut amicitiam à Po. Ro petерent. Amicitia data fuerat. Per uestros] mos feriendi fœderis Implere pha.] sagittis ad bellum uos armate pro M. Po. Ro. Armeni ar. Ge.] De duplici Armenia, & Getis alibi dictum est, quibus peculiare erat arcubus uti, & sagittis.

Si uos ô Parthi.] Auertit orationem à
B Deiotaro ad Parthos, cum quibus humaniter egit tum, cùm persequeretur Alanos, ut poëta dicit, & peteret portas Caspias, quas claustra Caspia uocat. Sunt autem portæ Caspiæ interrupta iuga angusto transitu, ita ut uix singula mentplaustra, ut ait Plinius longitudo VIII. M pass. tãto opere manu facto, dextra, leuáq; arbustis similes impendent scopuli, sitiente tractu per XXXVIII M. pass angustius impedit corriuatus salis à cautibus liquor, atq; eadem emissus. Præterea serpentium multitudo, nisi hyeme transitum non sinit. Hæc Plinius. Eadem ratione angustiæ per montem Amanum transmissæ Syriam aperientes portæ Amanicæ, & pylæ, & Syriæ etiam portæ cognominantur, quod portis
C claudi queant, quemamodum Sarmaticæ, & Caucasiæ. Glareanus hunc locum diligenter excutit, quod haud dubiè obscurus sit, & scrupos habeat. Caspij montes sunt, inquit, inter Armeniam maiorem, & Mediam, ubi fortassis etiam alicubi claustra, aut furcæ sunt de quibus loquitur poëta. Nam de Caspijs portis inter Parthiam, & Mediam intelligere consentaneum non est, cum nimis in Orientem tendant, nec eousque quisquam Romanorum peruenit Cæsarum, nedum Pompeius cum eius tempore potentissimi essent Parthi. Quamuis paulò pòst gloriatur Gangis, & Hydaspis fontibus se propiorem fuisse, quàm sit Persis regio, quod de altero maris Caspij littore intelligatur oportet. Siquidem Pompeius unquam in Alanis bellum gesit, quos Ptolemæus in Scythia intra Imaum montem ponit, ultra medium Caspij maris. Alanos item montes in eadem Scythia. Sunt & Alauni diphthongo in media syllaba (si codices non errant) & populi, & montes in Sarmatia Europæ, apud Tanaim flumen, eodem authore. Hæc ille. Pompeius cùm Mithridatem persequeretur, in ultimas & ignotas gentes penetrauit, hoc est, Iberos, & Albanos, quorum reges cum LXXIII. hominum M. ad Cirtum fluuium illi occurrebant, uel (ut alij) Cydnum. ortum, lauentemq; è Cauca a al. decurso. Pompeius supe rere.
rato amne, reges in profundissimas syluas præcipites egit: mox igni circumiecto cùm ad perniciem eos inferaretur, flamma, & b al. Solus ferro deleuisset, nisi obsidibus datis reges supplices ueniam petiuissent. Adam etiam, qui ad Caucasum habitant, etiã pacè petiuerũt, ut ait Plutarchus, atque inde scribit, Pompeiũ in Iberes, accolas Tauri montis multò Albanis bellicosiores mouisse castra, quippe qui ne Macedonum quidem armis olim cessissent. Quibus partim cæsis, partim captis, ipsa gens in deditionem uenit, cum rursum Albani defecisse nuntiantur. Quos circa Abantem amnem iterum prælio uicit Pompeius, in quo Cosi regis frater ipsius Imperatoris manu interfectus fuit. In hac acie credũt quidam Amazones ex Thermodonte, & regione, quæ supra Thermodõtẽ est aecersitas cũ Albanis militasse. Hinc Põpeius ad Caspiũ mare, iter flexit, sed regione serpentibus infesta præsenti conatu excussus in Tigranẽ belli impetũ uertit. Quare crediderim Lucanũ hoc loco Albanos per Alanos significasse, elisa litera b è medio per syncopẽ, cũ dicit,

Cùm sequerer duros æterni Martis Alanos,

Nam in Scythiam ad Alanos ultra Imaum montem propter disitas nouo propè orbe regiones nondum peruenit quisque Romanorum. Quod uerò ad Albaniam, quæ superfusa est montibus Caucasijs usque ad Cyrum amnem, ibi Iberiæ statim, inde Armeniæ maiori confinium est, descendit Sed Hiberia, quo angustior est, hoc frequẽtior habitatur. Difficiles sunt aditu Hiberi siue Iberi (utroque modo authores usurpant) propter montium angustias, & itinera etiam alicubi excisa manibus, ut portarum Amanicarum. Et quia uix alibi Caucasus difficilior transitu est, quã ubi Albanos, & Iberos à Scythis Sauromatis, siue Sarmatis, qui hodie Tartari dicuntur, disterminat, Pylas illic habet, siue portas Caucasias à Plinio dictas lib. 6. capite 11, quas quidam magno er-

rore

rore Caspias dixerunt. Hoc errore ductum Lucanum uerisimile est, cum ad Caspia claustra Alanas Pompeium secutum fuisse dicat. His enim (ut ostendimus) superfusi sunt Albani, à quibus Ptolemæo Albaniæ appellantur. Hæ portæ (ut Plinij uerbis utar) inter ingentia naturæ opera referuntur, Montibus repentè interruptis, fores obduntur ferratis trabibus, subter medias Dyriodori amne fluente, citraq; in rupe castello communito ad arcendas transitu gentes innumeras. Haud inde longè Armeniæ montes in cœlum attolluntur, Hiberibus obiecti, per quos una angusta uia transitum præbet, Armeniæ pylæ appellatæ. nihilo æquiores transeuntibus, ut magnæ Pompeio gloriæ fuerit, ingredi cum exercitu ad Hiberos auso, tametsi post deuictum Tigranem nihil illi imperuium uidebatur, propter famam uictoriarum. Atq; quidem Alanis siue Albanis, & portis, ac claustris Caspijs, de quibus erudito lectori suum iudicium esto.

Alanos æter. Mar.] nunquam fuit Romanis æternum bellũ cum Alanis, imò ne bellum quidẽ. Alani porrò qui fuerint, & unde uenerunt aliquando in nostrum orbẽ habitant magni autores. Ptolemæus inter Scythicas gentes longè ad Orientem eos collocat Alanos montes, pariter & populos. Sed incertum utrum illi fuerint in has terras profecti, qui nouas sedes inhabitandas quæsiuerint, incertum est. Dubitatur item quibus ducibus terris suis sint egressi, nisi quod Moscouitæ à nonnullis Roxolani dicãtur, quasi dicas Russi Alani. Aut si ad insulam Scandianam Alanorum origo referenda sit, credi potest, eos Alandos fuisse qui inter Scandiam, & Finningiam habitãt, & in uicinam Russiam commigrasse. Sunt qui constanter affirment, Alanos Gothicum genus hominum esse, inter quos est Procopius lib. 3 de bello Vuandalico. Rursum alij ferè omnes eos inter Scythas recensent, ac iuxta Tanaim, & iuxta Mæotidem paludem sedes habere affirment. Passus Achemenijs cam.] Commemorat beneficium suum in Parthos. Si passus sum uos quietos in otio uiuere, & securos in uestro regno uestrum negotium agere, ut bello non sum adortus, neq; sedibus uestris excussi Babylonem. Achæmenijs.] Parthicis, inquit Sulpitius à rege Parthorum: sed rectius dixisset, Persicis à rege Persarum. Achemene, Hesychius, Ἀχαιμένης, inquit, ὠίχετος, ἀπο ἀχαιμένους βασιλέως. καὶ ἀχαιμενίδες, ὠιχεῖαι. id est, Achæmenes. Persæ, ab Achæmene rege & Achæmenides, Persides mulieres. Fuit ille Achæmenes Aegei filius teste Stephano à quo Achæmenia, tribus in Perside. Fuit alius Achæmene frater Xerxis regis Persarum, qui bello aduersus Græcos, & Lacedæmonios fratri regi consilium dedit, repudiato consilio Demarathi in subigenda Sparta, nullam fidem Græcis habendam esse, quippe, qui aut fortunato inuiderent, aut meliorem oderint. Quare Xerxes accedere se fratris Achæmenis consilio dixit. Itaq; Pompeius in eo fœdere renouato cum rege Parthorum liberos eos reliquit. Babylona.] Babylon Chaldaicarum gentium caput diu summam claritatem obtinuit in toto orbe, ut ait Plin. lib. 6. cap. 26. propter quam reliqua pars Mesopotamiæ, Assyriæq; Babylonia appellata fuit, LX. mil. passuum amplexa muris, ducenos pedes altis, quinquagenos latis, in singulos pedes ternis digitis, mensura ampliore, quàm nostra, interfluo Euphrate mirabili opere utroque. Hanc urbem antea Niniuen dictam fuisse contendunt multi, & inter eos Suidas, ut intelligamus Nino primo Assyriorum rege, & conditam & appellatam. Hanc urbem postea Semiramis cum muro circumdedisset, Babylonem nuncupauit, authore eodem Suida. Iosephus tamen, & quidam alij secus sentiunt. Sed de Babylone alibi diximus.

Ganges rapi.] Super Cyri arua, dixit, ultra regnum Persarum qua spectat Gangem ad ortum. Regnauit Cyrus in Perside. Est & Cyrus fluuius è montibus Caucaseis in Caspium mare defluens.

Ganges.] Ganges Indiæ fluuius, labitur è Caucaseis montibus, teste Strabone: ubi attigerit planicie, auertit se ad Ortum, usq; ad urbem maximã Polibathra: atq; ita in Austrum auersus in Erythræũ mare funditur. Plin. alii ter de Gange prodidit, nempe incertis fontibus oriri, & campos exuberantia aquarum regare, ut Nilum: alij Scythicis montibus nasci dixerunt, & XLX. amnes in eum influere, & ex ijs V. tantum nauigabiles. Alij cum magno fragore, ipsius statim fontis erumpere, deiectumq; per scopulosa, & abrupta ubi primum molles planicies cõtingat, in quodam lacu hospitari. Inde lene fluere, ubi minimum 8. mille passuum latitudine, ubi modicum. stadio rum C. altitudine, nusquam minuere, pas. 20. Alij non è Caucaso, sed Imao monte labi tradunt. quanquam Imaus, Emodus, Paropamissus Caucasi partes sunt,

Nysæus Hyd.] Indiæ fluuius Hydaspes est. Porrò autem Nysæus dictus, quasi Indicus appellatione epitheti à Libero patre ducta. Hunc uini repertorem fuisse credidit antiquitas, & totum orbem peragrasse, & Nysum in India condidisse. Primus docuit uites serere, quare omnium gentium consensu diuini honores illi decreti fuerũt. Hic columnas limites itineris sui constituit ad montes Hemodorum in India, unde Ganges oriri à nonnullis creditur. Hic Nysam in ijs locis condidit, cuius conditionem tamen Semeles filio tribuit Eusebius. Cæterùm Nysæ conditori post triennium ab Indica expeditione reuerso triennalia sacra fuerunt instituta, Nysam montem quidam etiam esse credunt, quem nonnulli Merũ, alij Hemodoros uocãt in India, à quo Hydaspen. Nysæum appellauit. Memoratur alia Nysa in monte Pernasso, alia rursum in Aegypto. Cæterùm Nysa in India condita fuit, ut dixi, sub radicibus montis Hemodorum. quæ incolæ Merum dicunt. Hanc urbem Alexander Magnus post dierum aliquot obsidionem in deditionem accepit: simul cõditoris reuerentia, simul religione tactus data oppidanis uenia ab omni iniuria abstinuit. Arrianus libro 5. ἀναβάσεως Alexandri, tradit famam esse Nysam urbem (Græci geminant σ.) in ea regione, quam Alexander inter Cophenem, & Indum fluuium intrauit, habitãtam fuisse, conditam quidem à Dionyso, qui Indiam subegerit, sed quisnam is fuerit Dionysus quando, & unde in Indos mouerit, fatetur se ignorare: num is sit existimandus, qui è Thelis, aut è Tmolo Lydiæ in eas terras cũ exercitu irruperit, debellatis tot, & tam bellicosis gentibus, Græciæ id temporis ignotis, incertum. Sed hæc satis de Nyssa, et Nysæo Hydaspe, quasi ex Nysa, siue Mero mõte defluente, siue Emadis. Nihil interest, siue Nysa, siue Nysa dicantur. Accedunt pelago.] irrumpunt in Oceanum Indicum contra insulam Taprobanam. Phæbi sur.] ab Oriente, ubi Sol primum oritur, ac cernitur.

Iam propior quàm.] Gloriatur Gangis, & Hydaspit fontibus se propiorem fuisse, quàm sit Persis, id quod de diuerso latere Caspij maris intelligendum est. Persis regno quondam omnium maximo totius Asiæ, & potentissimo

A *ſumo nobilitata fuit. Non enim contenta fuit ditionem in Syriam, Aegyptum, Aethiopiam, Aſiam, Pontum, Armeniam, & regna Parthorum uſq; in Indiam propagaſſe, ſed in Europam etiam promouit arma. Tam potens imperiũ euertit Alexander Magnus.* Nec munere Mag.] *Sæpe meo beneficio Parthis parſum eſt, ne inferretur bellum. Enallage perſonæ pro, beneficio meo.* Arſacidæ.] *Parthi, at Arſace primo Parthorum rege, ut paulò antè dictũ eſt: à quo Arſacia in Parthia urbs nobilis dicta fuit.*

Quis enim poſt uulnera.] *Quit poſt cæſos Craſſos, patrem, & filium à Parthis, continuit populum Romanum ne ea clades uindicaretur, niſi ego propoſuiſſem in Senatum? tamdiu differendam, donec bellum Gallicum confectum haberemus? Aſſyriam eladem dixit, ſumpto epitheto à proximo, & cognato regno Aſſyriorum. Itaque recenſuit ſua merita, & beneficia in Parthos, quamobrem auxilium negare non poterunt aduerſus inimicos ſuos.*

Tot meritis.] *Concludit enumerationẽ meritorum, dimittitq; regem cum mandatis ad Parthos, ut terminos regni liberè tranſeant, hoc eſt, Euphratem tranſmittant, Imperij & Romani ſecum bellum inferant, eò enim amẽtiæ, inquit, uentum eſt, ut Roma nunc uinci uelit, quæ hactenus inuicta fuit.* Clauſtris.] *tranſeat metas, & terminos conſtitutos nuper inter nos. Sic enim cõuenerat inter Pompeium, & Phraartem regem Parthorum ut intra ripam Euphratis, ut regni cardines, perpetuò ſe cõtineret.* Zeugma.] *urbem ad Euphratem, ubi fluuium in traiectu, ponte iunxerat. Hanc à traiecto exercitu Zeugma appellauit, ἀπὸ τοῦ ζευγνύω, ἢ ζεύγνυμι, iungo, καὶ ἡ τοῦ ποταμοῦ διάβασις. id eſt fluminis traiectus. Plinius author eſt, extare ferream catenã apud Euphratem, in urbe, quæ Zeugma appellatur, qua Alexander Magnus ibi uinxerat pontem, cuius annulos, qui refecti ſunt, rubigine infeſtari, carentibus ea prioribus. Hæc Plin. Cæterũ naues ſunt latæ, quibus flumina iunguntur, ait Suidas. Eſt & Zeugma figura orationis. Pellæum, quaſi Macedonicum, ſed rectius, Alexandri, quod à rege ea urbs condita fuerit. Porrò Pella urbs Macedoniæ aliquando fuit, clara duobus alumnis, Philippo Græciæ, atq; Alexandro Aſiæ etiam domitore. Colonia fuit. Alia Pella in Decapolitana regione numeratur, aliquando aquis diues. Πελλαῖος ὄρος, mons Pellæus à Pella dictus Suidæ. Itaq; Zeugma Pellæum ab urbe appellauit, quemadmodum Alexander epitheticè, Pellæus à Satyrico nuncupatus fuit.*

Vnus Pellæo iuueni non ſufficit orbis.

Vinci Roma.] *ecphoneſis, qua abſoluit orationem ſuam Pompeius. Per Romam, Cæſarem ſignificat, qui Rempub. inuaſit.* Regem pare.] *Paruit, inquit, Deiotarus rex Pompeio mandanti, atq; haud melius ueſtitus, quàm famulus, poſitis regijs ornamentis egreditur è naui in littus. Addit amictus raptos, quaſi in re trepida raptim acceptos.* In dubijs tutum eſt.] *Per occaſionem, quod Deiotarus regia ornamenta depoſuerit, & humilem habitum inuicem ſumpſerit, exclamat poëta oſtendens longè magis tutam in aduerſis rebus paupertatem, quàm regum maieſtatem eſſe. Et uniuerſum pauperes multo tutius uitã degere, quàm reges, id quod non ſolum exemplis, ſed ipſorum etiã regum, & tyrãnorum teſtimonijs probari poteſt. Iam illud obiter item addendum duxi, initio reges tyrannos dici ſolere, poſtea nomina diſtincta fuiſſe, inuidiæ cauſſa.* Rege.] *Deiotaro in Littore Aſiatico, in quod expoſitus erat, minorẽ Aſiam præternauigauit Pompeius. Recenſet celebres aliquot urbes littorales, & inſulas, quas inter nauigandum præterijt.* Per Icariæ ſco.] *ab hac Inſula mari Icario nomen factum eſt, uel potius à filio Dædali in illos fluctus præcipitato, cum incautius uolaret, iuxta illud Ouidianum.*

Icarus Icarijs nomina fecit aquis,

In hoc pelago fuerunt Cyclades Ouid. lib 8.

Parte Samos fuerat, Delosq; Paros; relictæ,
Dextra Lebynthos erat, fœcundaq; melle Calymna,
Cum puer audaci cœpit gaudere uolatu.

Plinius tamen ab inſula Icaro, ut dictum eſt, ſiue Icaria, appellatum exiſtimat. In hanc cadauer Icari eiectum, & ab Hercule tumulatum fuiſſe credit, atq; hinc inſulæ nomen factum, cum antè Pergamus diceretur. uel, ut alij, Doliche. Eſt item Icarus fluuij nomen, & Icarius mons in Attica. Icarius etiam Laconum regis Oebali filius fuit, pater Penelopes. Itaq; à Chio præteruectus fuit ſcopuloſam inſulam Icaron Colophoni obiacentem. Epheſumq;.] *Sita Epheſus eſt in ora maritima. Auſtralior eſt Epheſus Colophone in ora Ioniæ, longè omnium urbiũ Ionicarum clariſsima, dicta aliquando lumen Aſiæ. Huius fama à religione, & operoſiſsimo Dianæ tẽplo quondam in tantum aucta fuit, ut inter Ioniæ urbes præcipuè haberetur. Nec aliud opulentius, aut ornatius eſſet, quàm Dianæ Epheſinæ. Sed longè maximè illuſtris fuit poſtea doctrina D. Pauli.* Relinquens.] *ad læuam in ora Aſiæ.* Colophona.] *Quam prius dictam oportuit, poſterius poſuit. Huius mare uel ob id placidũ dicit, quod pulcherrimo ſinu contra Icariam, inter continentem, & inſulam lenius fluat, quàm ſi uaſtius agitaretur. Hæc inter ſeptem urbes Ionicas recenſetur, quæ certatim Ho-*

Tot meritis obſtricta meis nunc Parthia ruptis
Excedat clauſtris uetitam per ſecula ripam,
Zeugmaq; Pellæum, Pompeio uincite Parthi,
Vinci Roma uolet, regem parere iubenti
Ardua non piguit poſitisq; inſignibus aulæ,
Egreditur famuli a raptos in datus amictus:
In dubijs tutum eſt inopem ſimulare tyranno.
Quanto igitur mundi dominis ſecurius æuum
Verus pauper agit, dimiſſo in littore rege,
Ipſe per Icariæ ſcopulos, Epheſumq; relinquens,
Et placidi Colophona maris, ſpumantia paruæ
Radit ſaxa Sami, ſpirat de littore b Coo
Aura fluẽs, Gnidon inde fugit, claramq; relinquit
Sole Rhodon, magnosq; ſinus Telmeſſidos undę
Compenſat, medio pelagi Pamphylia Puppi
Occurrit tellus, nec ſe committere muris
Auſus adhuc ullis. te primum parua Phaſelis
Magnus adit. nam te metui uetat incola rarus,
Exhauſtaq; domus populis, maiorq; carinæ,
Quam tua turba fuit, tendens hinc carbaſa rurſus,
Iam Taurum, Tauroq; uidet c Diſpanta cadẽtem.

a al. ruptos

b al. coo.

c al. Diſſanta, rurſum Dipſonta.

merum ciuem suum uindicarunt. Haud procul à Colophone Apollinis Clarij templum fuit, in cuius specu lacuna erat, cuius potu mira redderentur oracula, sed bibentium breuiore uita. Plinius libro 2. cap. 103. Ab arrogantia eius gentis, manauit prouerbium, Colophonia ferocitas, in eos, qui insolentes ferociter despiciunt, & & affligunt humilioris fortunæ homines: aut qui sibi sua ferocia exitij caussa sunt. Aurum Colophonium, probatissimum, quale apud eos fieri solebat, Colophonium suffragium cum significabimus, suffragium alicuius plurimum in re quapiam ualere. Colophonem addere, quoties summa manus imponitur operi alicui. Sumpto adagio ab auxilijs equitum Colophoniorum, sine quibus bellum confici non poterat.

Spumantia saxa Sami.] Samos proximè adiacet, insula fertilis inter Icariam, & oram Asiæ, in qua Ephesus & Panionium iacent, Anthemusa à floribus aliquando dicta, insula circuitu octoginta septem M. passuum: aut C. Parthenia initio appellata: postea Dryusa, item, & Melamphyllium: præterea, Stephane, quod corollis texendis accommoda sit, & Cyparissum, & Arusa. Samiorum flores etiam prouerbium locum fecerunt. Propterea quod fertilissima esset, lac gallinaceum ferre etiam dicta fuit. Ex hac insula magnus ille Pythagoras profectus fuit, qui Polycratis tyrannidem exosus, ad Chaldæos, & Aegyptios discendi caussa proficiscebatur. Alij contendunt eum insulam deseruisse, quod uoluptate perdita esset, & ob id Amasidi regi eum per epistolam à tyranno commendatum fuisse.

Spirat de litto. Coo.] Ab occasu uentus commodus leniter spirat, inter Asiam, & Coum insulam cursum in Ortum dirigentibus. Est autem Cous, siue Coa, siue Cos in eodem mari contra Cariam, & illi sinui obtenta, in quo Halicarnassus quondam fuit, nobilissima insula à Plin. dicta, inter quam, & Chium Samos media est. Cous Hippocratem dedit principem medicorum, Pythagoræ auditorem. Hinc prodijt Apelles ille incomparabilis pictor. Cous Aesculapij templum habuit, uetustissimi omnium medicorum qui ob dignitatem & excellentiam artis præstantissimæ diuinos honores meruisse proditur. Cous unum præstantissimum ferre tradit Strabo. In hac insula fuit sub urbe templum Aesculapij, in quo curationes uariæ perscriptæ uiderentur, de quibus Hippocratem medicum uehementer exercitatum quidam crediderunt. Huius ciuis fuit & Philetas elegiographus. A Cois D. Augustus transtulit Apelleam picturam in tabula expressam Veneris ἀναδυομένης, quam consecrauit patri Iulio. Huius pretium fuit remissio indicti Cois tributi C. talenta: quæ summa nostræ pecuniæ fuit L X. M. circiter coronatorum. Prouerbio locum fecerunt hæ insulæ, non Chius, sed Cius, uel, ut alij, Cous, propter uolubilitatem & inconstantiam gentis. Et Coa uestis, bombicina, apud Plin. lib. 11. cap. 23 Bombycum telam prima nere, retorquere, & retexere, inuenit in Coa mulier quædam Pamphile Platis filia Martialis.

» Fœmineum lucet sic per bombycina corpus,

Propertius.

» Quid iuuat ornato procedere uitta capillo
» Aut tenues Coa ueste mouere sinus?

Et apud Ouidium.

» Siue erit in Cois, Coa decere puta.

Muliebris uestis fuit, sed & uiri non sine probro utebantur. Atque hæ quidem Asiæ obtentæ insulæ sunt, inter A quas, & Asiam cursum tenuit Pompeius, usque Cnidi extimum promontorium, unde in ortum flectitur præter Asiam nauigatio. Quidam codices legunt pro Coo, Eoo. Is uentus planè nauiganti in Orium contrarius fuisset. Gnidon.] Extimam Cariæ urbem in promontorio, liberam, forma peninsulæ. Hanc Dores habitarunt, cui obiecta est in Carpathio mari insula stipalæa. Gnidij nodi, calami probatiores ab Ausonio in ænigmate ad Theonem grammaticum dicuntur. Et eos ita dici, author etiã est Plinius Natu. historiæ libro 16. Qua etiam ratione Persius uocauit calamum id genus, nodosam arundinem. Claram Rhodon.] Inter Cariam, & Rhodum iter tenuit, quæ dextra est ad Austrum. Allusum est ad illud Horatianum Oda. libro primo, Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenen. Rhodus proxima insularum est, in mari Carpathio, quod nomen sortitum fuit ab insula Carpatho inter Rhodum, & Cretam, adeo celebri quondam, & potenti, ut mari nomen dederit. Cæterum Rhodos exaduerso Cariæ, & Lyciæ sita est, nobilis in primis insula, ueterum studiorum, & eloquentiæ memoria. Tribus urbibus maximè floruit, Lindo, Camyro, & La- B liso, quæ hodie Rhodus appellatur. Sita est in littore ceu peninsulæ Septentrionali. Sed cætera de mutatione fortunæ Rhodiensium persequi hic nimis longum foret.

Claram Solem.] propter Apollinem partim, quia illic cultus fuit, partim admirabilem colossium Solis. Fuerunt Colossi statuæ, turribus pares, immani altitudine. Talis Romæ fuit in Capitolio ex Apollonia urbe Ponti à M. Lucullo translatus, X X X. cubitorum. C L talenti factus. Talis in Campo Martio Iuppiter: talis Tarenti X L. cubi. Sed ante omnes in admiratione fuit Solis colossus Rhodi, quem fecerat Chares Lyndius Lysippi discipulus, L X X. cubitorum altitudinem. Hoc simulacrum post L V I. annum terræmotu prostratum, sed & iacens omnibus miraculo fuit. Pauci pollicem eius potuerunt amplecti: maiores fuerunt digiti, quàm pleræque statuæ: Vasti specus hiabant de fractis membris. Spectabatur intus magnæ molis saxa, quorum pondere constituens stabiliuerat. Duodecim annis tradunt effectum C C C. talentis, quæ contulerant ex apparatu C regis Demetrij. Fuerunt alij minores in eadem urbe colossi centum. Itaque præternauigat Rhodum celebrem hoc Colosso Apollinis. Sunt authores, qui tradunt Sarracenos insula potitos Colossum, de quo agimus, demolitos fuisse, statuam hanc quidam æneam fuisse confidentem quidam authores tradunt, per quam hæc insula elatum nomen fuerit adepta, ut inter orbis miracula numerarentur. Telmesidos undæ.] A Telmesso ueteri oppido Lyciam finiente, Proxima regio Cariæ Lycia, sed interranea magis, exadueꝛso & ipsa Rhodiorum insulæ. Inflectit reliquum oræ ad Cariam. Primariæ urbes Lyciæ fuerunt Xanthus, Patara, Pinara, Olympus, Myra, Tlos. Celebriores amnium in mare influentium sunt, Xanthus & Crago. Lymira è Massycite decurrens. Et è dã uerso latere, Lycus ex eodem monte delapsus, & Mæandrus per Lycaones, & Phryges uagans. A Telmesso Asiaticum mare, siue Carpathium incipit, & quæ propria Asia uocatur. Pamphylia.] Proxima Lyciæ occurrit Pamphylia, in quam Taurus se curuato ambitu insinuat, claris ammbus perfusa, Anemurio promontorio à Cilicia diremptа Mopsopia aliquãdo dicta fuit, à Mopsi

ueteri

A ueteri regno. Celeberrimus amnis Eurymedon, inde Oelirus, mox Cataracles è Tauro delapsi. Ad maritimos sinus frequentia oppida iacent Attalia, Sida, Perga, Aspeudus, & Phaselis ultima Pamphiliorum. Nec se committere.] Pompeius hucusque nauigio delatus, quanto maximo cursu potuit, adhuc non ausus fuit se oppido alicui Asiæ committere. Parua Phaselis.] Auersio ad Phaselidem, quam Pompeius primam omnium ingressus fuit. Phaselis, ultimum oppidum Pamphiliorum est, à qua, & eo flexu Tauri Lycia se aperit. Plutarchus tamen tradit, eum non ad Phaselidis portum appulisse, sed Attaliam Pamphiliæ primum intrasse. Quidam Phaselidem Ciliciæ, nonnulli Pamphiliæ tribuunt. Prius Pityusa, Pharsalus dicta fuit. Solus Herodianus insulam esse dicit, & antepenultimam apud Græcos acuere. φάσηλις, non φασηλὶς. Cæterum si Plutarcho credimus postquã Pompeius Attaliam ingressus fuit, è Cilicia aliquot triremes obuiã missæ sunt honoris caussa. Porrò apud Phaselitarum gentem Pamphiliæ moris fuit, ut pisciculi salsi Diis sacrificarentur: uel. ut Eudemus ait, Capro Deo

B bium natum fuit, Phaselitarum sacrificium, pro uili, sordido, tenuiq; sumpta, & citra sanguinem. Maiorq; carinæ.] Hæret in auersione ad Phaselitas, quorum incolæ pauciores fuerunt, quàm comites Pompeij. Maior fuit frequentia nauis Pompeianæ, quam Phaselidis, hyperbole. Iam Taurum.] Montem Asiæ circa Ciliciam, quam cingit à Septentrione, Ortu, & Occasu. Montes Asiaticos sibi cohærentes, qua ad Tanaim. Asiã, Syriamq; euagantur, in totum scriptores terrarũ Tauro attribuũt, quem Macedones Alexandrum secuti Caucasum appellarunt. Accolæ, gentes eum subinde alijs atq; alijs nominibus uocant. Proprie tamen Taurus est, ubi à Medis, & Assyrijs ueniens, Armeniam atque Asiam inter maria sitam intrat. Initium eius ab Eoo littore Plin. auspicatur, & finem eius in Chelidonio promontorio Phamphiliæ terminat, ut etiam Strabo. Sensim surgit, & molliter quidem, sed repentè celsus, & ingens attollitur, donec Gangem findit integer, & solidus uno altero'ue cornu in meridiem se spargit. Sed sat multis de Tauro.

Dipsanta cadentem.] amnem Ciliciæ, inquit interpres. Proinde è Tauri iugis prorumpit, id quod ex interuallo Pompeium uidisse canit. Est & dipsas serpens, plagas nullo morsu inducens, nec tumorem, sed qui humorem omnem consumat, ac sitim intolerabilem faciat. Vnde ἀπὸ τῆς διψῶ sitio dicitur.

Crederet.] Crederet hoc Magnus, pacẽ quũ præstitit undis,
Et sibi consultum? Cilicum per littora tutus
Parua puppe fugit, sequitur pars magna Senatus
Ad profugum collecta Ducẽ, paruisq; *a* Celẽdris
Quo potu mittitq; rates, recipitq; *b* Selinus,
In procerum cœtu tandem mœsta ora resoluit.
Vocibus his Magnus, Comites belliq;, fugæq;,
Atq; instar patriæ, quamuis in littore nudo
In Cilicum terra, nullis circundatus armis,
Consultem, rebusq; *c* nouis exordia quæram,
Ingentes præstate animos, non omnis in aruis
Emathijs cecidi, nec sic mea fata premuntur,
Vt nequeam releuare caput, cladesq; receptas,
Excutere, an Libycæ Marium potuere ruinæ
Erigere in fasces, & plenis reddere *d* fastis?
Me e pulsum leuiore manu fortuna tenebit?
Mille meæ Graio uoluuntur in æquore puppes,
Mille Duces, sparsit potius Pharsalia nostras,
Quàm subuertit opes. sed me uel sola *f* tueri
Fama potest rerum, toto quas gessimus orbe,
Et nomẽ. quod mundus amat, uos pendite regna,
Viribus, atq; fide, *g* Libyam, Parthos'q;, Pharonq;,
h Quæ'nam Romanis deceat succurrere rebus.

Itaque Cornelia in nauim in Lesbo recepta, in Ciliciam Pompeius nauigauit. L. Florus tradit cum per Thessalica tempe equo fugisset, pulsum Larissa in deserto Ciliciæ scopulo fugã in Parthos, Africam, uel Aegyptũ agitasse: sed nullã Colenderarũ, nullam Selimnuntis facit mẽtionem, Cæsar leuiter eũ in Ciliciam, inde Cyprum peruenisse commemorat. In procerum cœtu.] in consensu Senatorum, qui fugientem fuerant secuti, huiusmodi orationem habuit. Comites bel.] Oratio Pompeij in deliberatione uersatur, quo potissimum, & ad quas opes confugiat, à quibus opem sit petiturus ad belli uires reparandas. Appianus tradit, Pompeium assumpta Cornelia uxore, quatuor triremibus comitatum, quæ à Rhodijs, & Tyrijs ad eum uenerant, Corcyram, & Libyam præterue-

a al. synedris:
b al. silenis.
c al. meis.
d al. fatis
e al. pressum;
f al. iuuare.
g al. Libyen;
h al. Quę nũ

lium fuisse. Atq; ita ad Orientem, tanquam à Parthis auxilium petiturus fuisset conuersum, nulli suum patefecisse consilium, id tamen cum in Ciliciam uenisset, cum amicis retulisse. Hi à Parthis abstinendum, suadebant, à quibus Crassi, nuper cæsi essent, atq; ob id adhuc ferociores essent: neque Corneliam singulari forma mulierem eis committendam. Inde in Aegyptum ire statuisse, uel ad Iubam conuertere. Amici repudiatis Iubæ rebus, Aegyptum suasere. Itaq; ista nunc in consultationem ueniunt.

C mari secãs. Regio Celendiritis eũ oppido. Hæc Plin. Oppidũ indicat Celendiras, cum portu, in regione Celendiritide. Libenter utor Glareani iudicio in obscuris huius poẽtæ locis illustrandis. Celendiris, tetrasyllabum est, inquit, apud Strabonem, lib. 14. & in 5. utputo, Græcorũ declinatione. Poëta noster trisyllabon fecit, & in primam recepti declinationẽ. Apud Plin. lib. 5. cap. 27. pro Celẽderis, perperã, ut puto, legitur, Celẽdiritis, pentasyllabon, quam quã regionẽ facit cũ oppido. Ptolemæus littorale oppidũ facit, sicut & Selimunta, quod hic poëta flumen facit. Alldinus codex, Synedris legit, quod Sulpitius irridet. Intelligimus igitur hasce orationes Pompeij, & Lentuli Celendris habitus. Hucusq; Glareanus. Selinus.] littorale oppidũ Ptolemæo flumen Lucano in portu Celẽdrarum, unde naues soluunt, recipiuntur. Fuit alia Selinus in Sicilia, cuius conditores Megarenses fuêre, temporibus Phalaridis tyranni Agrigentini. In procerum cœtu tan]

Exordium ductum est à beneuolentia personarum, quæ secundas pariter res & aduersas suas secuti fideliter fuissent. Instar pa.] *Senatum Po. Ro. præsentes mihi refertis in rebus perditis,* In littore nudo.] *à loco, quamuis non Romæ, sed in Cilicia, sed in littore, eo more, quo solemus de belli pacisq; rebus consultare in curia.* In Cilicum ter.] *Quo fugaui bello piratas toto mari. Cilicia tota propemodum montibus iugis in modum includitur, nisi ubi ad Austrum mari abluitur. A' Septentrione. Cappadocia, ab Occasu Pamphilia, ab Ortu Syria clauditur ubi ad Issum oppidum, unde Isicus sinus nomen habet. Quo loco angustiæ per montem Amanum Syriam aperiunt. Hæ portæ Amanicæ: & Pylæ, ac Syriæ etiam portæ à scriptoribus nominantur, quod portis claudi, ac præmuniri queant, perinde ut Caucasiæ, & Sarmaticæ. Ab Occasu iuxta Anemurium promontorium, ferè exasperant montana, in quibus etiam Ciliciæ portæ sunt, oppidis circùm, & castris inter asperas, & petricosas ualles positis. At uerò fertilis est campestris ubique. Gentes illic ad Amanum nomen miscuerunt, dictaq; sunt Cyrocilices, Amnium celeberrimi sunt Pyramus, & Cydnus è Tauro lapsus, liquore singulari, purus ubique & ad medendum neruorum doloribus efficax. Huius amœnitate captus Alexander morbo correptus fuit. Et Fredericus Aenobarbus cum in eo se lauaret, gurgite haustus fuit. Vrbes claræ sunt. Issus, Rhosus. Mallus, Mopsus. Anchiale, Aegæa, Solæ, quæ & Pompeiopolis dicta fuit, & Cæsarea apud Anazarbum nominata. Harum omnium Metropolis Tarsus fuit, liberum oppidum propter eius uetustatem, patria D. Pauli. Sed ad rem. Sed de Cilicibus alio loco dictum est.* Rebusq; nouis] *Quãuis constituo reparare bellum, & ad nouas res consurgere, uos tamen resumite pristinum robur, & animorum spiritus, quos ante Pharsalicam pugnam habuistis.* Non omnis.] *Etsi in campis Pharsalicis infœliciter pugnaui, non tamen in totum perij, neque ita res meæ afflictæ sunt, ut spes nulla ad restaurandũ bellum supersit.* An Libycæ Marium.] *Ab exẽplo Marij argumentatur, post acceptã cladem, nõ esse desperãdũ de uictoria rursum. Marius Iugurtino, & Cimbrico bello, ac triũpho clarus armis à Sylla uictus, in cœno, & ulna delituit, captus, & misso carnifice ad cædẽ destinatus, euasit in Libyam, ubi reliquijs partium suarũ collectis, atq; collegæ Cinnæ auxilijs, ac Libycis opibus adiutus, caput extulit, ac Romam reuersus se ultus fuit. Cur ego, qui eo miseriarũ nondum redactus sum animum despondeam? Sunt nobis reges & Liberi populi, qui me suis opibus adiuuabunt, aduersus inimicos P. R.* Libycæ ruinæ.] *Marcus è carcere Minturnensi dimissus, cum naui in Africam traijceret propemodũ circa Siciliam interceptus fuit. Postquã in Libyam uenit, offendit ibi filiũ Marium cum manu reliquiarum partium suarum, quæ paulò antè eò appulerant. Sextilius prætor per licẽtorẽ cũ proiunctiæ finibus iussit excedere. Marius mœstus, & exanimatus aliquãdiu inter Carthaginis ruinas delituit. Dum ibi iacet, interim subita fortunæ mutatione illi aliquot ex amicis adfuerũt, qui audito illius in Africam appulsu, ad eum concurrerunt. Collecta inde suorum manu, acceptis ijs, quæ nouo motu in Italia gerebantur, Cinnæ se coniunxit. Vrbẽ sub hæc ingressus, de inimicis suis se ultus fuit. Hæ sunt illæ ruinæ urbis Carthaginis, in quibus mœstus iacuit, quarũ hoc loco mentio fit.* Erigere in fas.] *Prouehere ad Consulare Imperium. Et uir in eam fortunam redactus, nunquã abiecit animũ, confirmatus partim auguritio, fore ut septies Romæ Cõsul fieret, partim augurio septem pullorũ aquilinorum puero admodũ adhuc oblato. Quam rem aruspices ita interpretati fuerũt, ut septies olim sub se signa Romana haberet.* In fasces.] *Ad Consulatum. Intellectio.* Plenis fastis.] *Annalibus, in quibus anni per Consulatus recẽsentur.* Me pollum] *Confert minus cum maiori. Ego huc calamitatũ nondum redactus sum, ut arreptus in carcere, immisso licẽtore de uita sim solicitus, ut ille. Ego insequentibus inimicorũ equitibus, adhuc non in cœno, & canna palustri trepidus delitui, uelut Marius.* Leuiore manu.] *A' Cæsare, cuius potentia, & uires tantæ non sunt, quantæ Syllæ fuerunt.* Mille meo Graio.] *Hyperbole. Alibi ostendimus, Pompeiũ ad Corcyram classem habuisse.* Sola fama.] *Hæc per totũ orbem celebris erat, quam se tueri posse confidit.* Anaphora per principia duorum uersuũ, cum classi præesset ibi Octauius, quãuis alios alijs in locis duces innuat. Sparsit.] *extenuat acceptã cladem, ut comitũ animos erigat, ne in aduersis frangantur, sed ut multò magis recorderentur.* Mille.] *Amplificatio additione numeri.* Sparsit.] *à cõmoda interpretatione acceptæ cladis, qua fusos magno prælio, et uictos, per diminutionem sparsos, & disiectos dicit. Et hoc uehementer facit, ad cõfirmationẽ animorum.* Fama] *Rerum gestarũ magnitudo, & nomẽ, quod omnes gentes humanæ amant, propter meam erga illas clementiã, & beneuolentiã. Summatim in uniuersum à toto orbe se adamari prædicat: eum statim in aliquot partes secat.* Vos pendite.] *Vos expẽdite hæc regna, quorũ reges meo beneficio regnant. Simplex pro, cõposito. Per Libyen, Iubam regẽ Numidarũ, per Parthos, Phraarten: per Pharõ Ptolemæũ puerum adhuc regem indicat, qui omnes in fide, et amicitia P. Ro. erant. Iuba rex iure amicitiæ, & societate Masinissæ, cum Romanis. Phraartes recenti nuper etiam fœdere cum Pompeio renouato Senatui obnoxius erat. Ptolemæo adhuc puero, & ad regni munus immaturo Ptolemæus tutor regni à Senatu datus fuerat. Porrò de Pharo insula Homeri carmine celebri contra portũ Alexandrinum alibi relatum e .*

a al. curarum proceres.

b al. improba

c al. Varo.

Aſt ego.] *Attentio ad propositionem consilij, quod ad suos refert, tanquam ad Senatum suum. Animus meus dubius est, ad quas opes potissimum confugiam, in Aegyptũ ne ad Ptolemæũ: an ad Iubam regẽ Numidarum: an ad Parthos potius.*

Aſt ego a curarum uobis arcana mearum
Expromam, mẽtisq; meæ quo pondera uergãt,
Aetas Niliaci nobis suspecta tyranni est,
Ardua quippe fides robustos exigit annos.
Hinc anceps dubij terret solertia Mauri.
Nãq; memor generis Carthaginis b impia proles
Imminet Hesperiæ, multusq; in pectore uano est
Annibal, obliquo maculat qui sanguine regnum.
Et Numidas contingit auos. iam supplice c Varro
Intumuit, uiditq; loco Romana secundo.

Aetas Niliaci Tyr.] *reijcit consilium de petenda Aegypto, ab ætate regis Ptolemæi pueri ad huc, & ad regni munera immaturi, quare in eo nihil firmi, & stabilis audet sibi promittere.*

Quare agite Eoum tomites properemus in orbẽ,
Diuidit Euphrates ingentem gurgite mundum,
Caspiaq́ immensos seducunt claustra recessus.
Et polus Assyrias alter noctesq́ diesq́
Vertit, & abruptũ est nostro mare discolor unda,
Oceanusq́ suus: regnandi sola a uoluntas.
Celsior in campo sonipes, & fortior arcus.
Nec puer, aut senior, letales tendere neruos
Segnis, & à nulla mors est incerta sagitta,
Primi Pellæas arcu fregere fariſſas,
Bactraq́ Medorum sedem, murisq́ superbam
Assyrias Babylona domos, nec pila timentur
Nostra nimis Parthis, audentq́ in bella uenire.

A tere. Niliaci tyranni, periphrasis Ptolemæi regis Aegypti. Arduã.] ratio quare nihil stabile uideat in re ge, quod ea ætas per imperitiam tantũ non sapiat, quantum grandior multo rerum usu exercitata. Hinc auceps.] Reiecit fidẽ Iubæ, à natura gentis. Imperabat Iuba Mauris ac Numidis. Hunc poëta è Carthaginensibus genus ducere dicit, & obliquo sanguine Annibalem contingere: quod quidam ita exponunt, quasi ex Annibalis familia originem traxerit, & nothus fuerit, ob id, quod poëta statim addat, cum regnum obliquo sanguine maculasse. Et Numidas co.] Tingenna fuit Antei coniunx, quæ post uiri interitum ex Herc uiæ uxa fuit Syphacen, Syphax Diodorum genuit. un
B de postea longo stemmatis interuallo ortus fuit Iubas rex præstantissimus regum. Post cuius casum filius eius Iubas Romam à Cæsare in triumpho fuit ductus, sed qui ea clementia captiuus fuit habitus, ut eo eruditionis prouehe retur, ut inter clarissimos scriptores cõnumeraretur. Repudiat Iubam Pompeius, suspicione fidei Punicæ. Supplice Varo.] aliàs Varro. A Iuba Mauritaniæ rege, Cæsarea Augusta in Hispania Tarraconensi condita fuit. Quod ad Varum supplicem attinet, cùm in Africa à Curione premeretur, rex Iubas illi auxilio miserat sexcentos equites Numidas, & quadringentos pedites. Ad Vticam Varri acie fusa, ipse noctu cum reliquo exercitu Vticam ingressus fuit. Vticenses cum Varro cum de deditione agere cœpissent, literæ à Iuba missæ significabant, se cum ingenti exercitu adfuturum. Quare Pompeius hoc loco eum intumuisse, & superbiorem factum fuisse dicit, quod Varus ab ipso subsidium equitum, peditumq́ petisset. Iubæ paternũ hospitium cum Pompeio, & simultas cũ Curione intercesserat: quod Trib. Ple. legem promulgasset, quæ regnũ Iubæ publicauerat. Loco secundo.] Res
C Romanas inferiores, quod Curionẽ cum exercitu deleuisset, cũ Cæsaris res in Hispania prosperæ essent, uictis, fugatisq́ Petreio, & Afranio Ducibus Pompeianis. Quare agite Eo.] Concludit exhortãdi formula, ad Parthorum opes confugiendũ esse. Diuidit Euphrates.] Vltra Euphraten alius mũdus se aperit, aliæ gentes illic colunt. Caspia claustra.] Portæ Caspiæ, de quibus alibi dictum est, iuxta sinũ Caspiũ irans Caucasum regiones sunt Imperij Parthorũ, quæ præfecturæ, & satrapiæ scriptoribus appellantur, quod præfectis paruerint. Sũt enim hæ Margiana, Bactriana. Et Orientales magis, Sogdiana, & Sacarũ regio, usq́ ad Indũ amnem. Hos recessus ultra Caspiũ mare, & Caspios montes innuit poëta. Claustra.] Caspias portas uocat. Nam Taurus, ubi dehiscit, seq́ populis aperit, portarũ tamen nomine unitatem sibi uendicant, inquit Plin. quæ alibi Armenicæ, alibi Caspiæ, alibi Ciliciæ uocantur. Et polus Assy.] Sulpitius, Illinc, inquit, aspicitur Polus Antarcticus, & sidera Notia, & ad motũ eius uertũtur Sol, Luna, astraq́ omnia. Hæc uerba Sulpitij sunt. Quod si ita est, ut in Assyria Antarcticus polus conspiceretur, ultra æquinoctialẽ, eã regionẽ esse oportet, ad quam nusquã accedit, sed gradibus adhuc aliquot abest. Eleuationis nostri poli longitud. & latitud. gradus habet Assyria a al. uolup- 80. o | 35. Sed au- tas, diamus Glareanum, Nulla, inquit, est Assyriæ pars, in qua polus aliter, id est Antarcticus uideri queat, nisi Assyriã pro India accipias. Sed hercle tempore huius poëtæ Romanis hæc nõ planè constabant. Idẽ dico de rubro mari, nisi Indicum intelligit, cuius pars est rubrũ mare. Porrò Badius exponit. Et mare est illis abruptum nostro mari. Et illis est Oceanus suus, id est, proprius discolor unda. Ego malim ita construere. Mare est illis discolor unda, nostro mari: & est Oceanus illis sinus, ut discolor sit adiectiuũ ad mare, non ad Oceanus, quod coniunctio que euincet. Hæc ille, Oceanum Indicum dicit, cuius pars est Erythræum mare. Mare discolor.] alterius coloris, ac diuersi à nostro mari, quod ad undã. Regnandi sola.] Aliàs, uoluptas, Id solum studẽt, ut regnent, ut iuuentus ad militiam exerceatur. Descripsit Parthiam à situ, hinc à studio & ingenio gentis. Trogus hit Orientis imperiũ tribuit, uelut orbis diuisione cũ Romanis facta, adeo, ut Plinius, quatuordecim numeret Parthorum regna. Armorũ Scythicus mos. Exercitus eorũ maiore ex parte seruilis. Vernas, & liberos sagittare docent, simul & equitare. Et ut quisq́ opulentus, ita magnum ad bellum instruit equitatum. Conferendæ commus pugnæ ignari simulq́ imperiti urbium expugnandarum, Equis procurrentib. dimicãt, sed & refugientib. Signũ in pugna tympano datur, nõ ære. In prælio intolerabiles, nisi impetus paruo momẽto remitteretur. Nã in medio ardore pugnæ certamẽ eximprouiso deserũt: mox ex fuga in pugnã reuertũtur, adeo, ut cũ maximè te uictorẽ putes, tum præcipuũ instet discrimẽ. Equitib. munimentũ loricæ plumatæ. Equis in otio & bello uehũtur, atq́ his prodeunt in pugnã. Omnia publica, & priuata munia his sedẽtes obeũt, sed ingenui maximè equis uehunt. Cætera quæ ad mores, & ingenia Parthorum attineant, hoc loco prætermitto. Letales neruos.] arcus letalia uulnera facientes: adeo, ut dixi, ab ineunte ætate sagittandi usu exercẽtur. Primi Pellæas.] ab exẽplo uirtutis singularis. Nam cũ Alexander inuictus crederetur, & innumerabiles hostiũ copias in Asia ubiq́ parua manu profligasset, à Parthis, inquit, eius impetus fractus fuit. Pellæas, Macedonicas, siue Alexandri. Sariſſas.] hastas Macedonicas. Suidas, ἐιδος ἀκοντίς ἑλληνικῆς, λογχὴ μακρὰ παρὰ μακεδόσι: id est, sagittæ Græcæ species, hasta prælonga apud Macedones. Bactraq́.] Enumerat aliquot gentes, quas Parthi suo imperio subiecerũt. Bactriana meridie Caucasijs montib. ab India, & Parapamisso seiungitur: ab Occasu eam Ochus amnis: ab Ortu, Oxus includit. Ipsa Media, cuius sedẽ Bactra uocat, Bactro secatur, claro, unde Bactrũ dictũ est, oppidũ antè Zariaspe uocatũ. Cæterũ Bactri ingenijs horrendis sunt, ualde à Persarũ cultu diuersi, qui uiuunt rapto, & in armis esse assueti sunt. Curtius lib. 6. Bactrianæ, inquit, terræ multiplex, & uaria natura est:

alibi arbor, & uitis largos, miteq; fructus alit, solum pingue crebri fontes rigant, quæ mitiora sunt frumento conseruntur: cætera armentorũ pabulo cedunt. Magnã deinde partẽ eiusdem terræ steriles arenæ tenent. Et paulo infrà. Quæ mitior, inquit, terra est ingens hominũ, equorumq; multitudo gignitur. Et statim. Ipsa Bactra regionis caput sita sunt sub monte Paropamisso. Bactrus amnis præterit mœnia, & urbi, & regioni dedit nomen. Hæc Curtius. Bactriam præstãt camelis, & præstantioribus quidẽ, quàm Syria. Cæterũ regni, et rerũ gestarũ gloria hæc regio à scriptoribus prædicatur. Paruerũt post Macedonũ Imperiũ postquã uarijs bellorũ casibus iactati fuerunt, et regno & libertate amissa, Parthis: id quod hic Lucanus cõmemorat. Babylona.] appositio. Babylonẽ Assyrias domos. Assyria ab Assure dicta fuit, à quo Ninus cõdita omniũ primũ traditur. Eam postea ampliauit Ninus Beli filius, maritus Semiramidis, & ipse omniũ primus, qui in Asia imperarũt, neq; aliud uetustius, aut celebrius regnũ legitur à diluuio, quàm Assyriorũ. Cæterũ, Nino mortuo, Babylon à Semiramide uxore cõdi cœpta est, & amplissimis operibus ornata, & munita fuit: & ad postremũ tantum dignitatis & claritudinis, atq; opum accessit urbi, ut posteris temporib. ad regni apicẽ fuerit euecta, & Ninum urbẽ, operaq; Assyriorũ afflixerit. Translatũ Assyriorũ Imperiũ ad Medos, 90. annis ante captũ Israëlem. Floruit autẽ maximè regnũ Babyloniorũ sub Nabuchodonosore illo, qui Syriã cum innumerabilib. copijs ingressus, Iudæã captiuitate, quæ Babylonica appellatur, exhauserit.

Murisq; superbam.] Plin. lib. 6. cap. 26. Babylon, inquit, Chaldæicarum gentium caput diu summam claritatem obtinuit in toto orbe, propter quam reliqua pars Mesopotamiæ, Assyriæq; Babylonia appellata est, L X. millia pass amplexa muris, ducenos pedes aliis, quinquagenos latis, in singulos pedes ternis digitis, mẽsuraq; ampliore, quam nostra, interfluo Euphrate, mirabili opere utroq;. Hæc Plinius. Sed Babylon ad summam potẽtiam euecta, cum regibus luxu, & uoluptate perditis parere cœpisset, in manu Medorum, inde Persarum incidit. Capta fuit à Cyro Persa, & Medo Dario, Balthassare Nabuchodonosoris nepote cæso. Aliquot sæculis pòst, Macedonum rebus in Oriente collapsis, quum Arsacæ uirtute Parthi rerum potirentur, Ctesiphon ad exhauriendam Seleuciam extructa Parthorum regia facta fuit. Hæc contra Babylonem in Orientali ripa Tigridis sita erat. Babylon ita subuersa fuit, ut Honorio Imperante, cuius temporibus claruit D. Hieronymus uix eius uestigia è ruderibus apparuerint. Postea rerum Romanis potitis terra, mariq; Persarum regna, Parthorum dicta fuerunt, teste Plin. lib. 6 cap 13. Atque hæc satis sunto de Babylone, & Parthorum potentia. Nec pila ti.] Quin & hoc addendũ est, in Aegypto Babylonẽ etiam esse urbẽ munitissimam pariter, & magnã, frequentia Mercatorũ toto orbe celebrẽ. Hanc quondam Babylonios cõdidisse, author est Strabo. sede à regibus impetrata. Hodie Alcayr, opinor, appellatur. Nec pila.] à maiori ad minus. Per pila Romana, arma Romanorum intelligit. Potentes docet Parthos esse, quod Romanas opes non metuant. Et testatæ quidem id fuêre cæde Crassorum.

Experti Scythicas.] Ab exẽplo Crassorum, quantum Parthi uiribus, & rei militaris peritia ualuerint, ac tum etiam ualebant. Scythicas sagittas, uel, ut in uetusto codice legitur, pharetras, Parthicas nuncupat. Sunt enim Parthi à Scythis oriundi. Nam primo Parthorum, quod exules essent, hoc nomine dicti fuerunt. Nam Scythæ Parthos exules uocant sua lingua. Posteris temporibus Arsaces homo Scytha latrocinio uiuere suetus, cum Dahorum manu, qui et Parni dicti, Mãdragora præfecto Seleuci ui oppresso, Parthiam inuasit, regnum Parthorum adeo cõtemptum fuit Alexandri temporibus, ut Duces eius successores, in diuisione Orientalium regnorũ, Parthiam externo cuidam commilitoni Stonagori gubernandam tradiderint. Postea magno successu rebus fœliciter auctis in tantum eius gentis potentia creuit, ut cum Romanis diuiso orbe, de Imperio certarit. Et ut ab Euphrate Asiæ, Europæ, & Africæ Romani imperabant, ita Parthi omnia ab Euphrate per totum Orientem suæ ditionis fecerant. Crasso p.] ab exemplo Crassi, de quo alibi dictum est. Solofer] à more Scythico armorũ, qui etiam ipsas sagittarum cuspides ueneno tingũt, ut præsentius mortem adferant. Vulnera par.] ab effectu ueneni. Sanguine s.] ut uel tenuiter rupta cute uenenum per totum corpus serpens illico mortem inferat. O' utinam.] Deprecatur hanc fiduciã, quam habet in Parthis. Fatis nostris.] Medos Parthos indicat, quorum Imperiũ Roma-

Experti Scythicas Crasso pereunte a sagittas:
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro,
Stridula sed multo saturantur tela ueneno:
Vulnera parua nocẽt, fatũq; in sanguine sumo est.
O' utinam non tanta mihi fiducia sæuis
Esset in Arsacidis, fatis nimis æmula nostris
Fata mouẽt Medos, multumq; in gẽte Deorũ est.
Effundam populos alia tellure reuulsos,
Excitosq; suis immittam sedibus ortus.
Quod si nos Eoa fides, & barbara fallunt
Fœdera, uulgati supra commercia mundi
Naufragium fortuna ferat, non regna precabor,
Quæ feci, sed magna feram solatia mortis
Orbe iacens alio, nihil hæc in membra cruentè,
Nil socerum fecisse piè, sed cuncta reuoluens
Vitæ fata meæ: semper uenerabilis illa
Orbis parte fui. quantus Mæotida supra
Quantus apud Tanaim, toto conspectus in ortu.
Quas magis in terras nostrum fœlicibus actis
Nomen abit? aut unde redit maiore triumpho?
Roma faue cœptis. quid enim tibi lętius unquam
Præstiterint superi, quàm si ciuilia Partho
Milite bella geras? tantam consumere gentem,
Et nostris miscere malis? cùm Cæsaris arma
Concurrant Medis: aut me fortuna necesse est
Vindicet, aut Crassos. sic fatus, murmure sentit
Cõsilium damnasse uiros, quos Lentulus omnes
Virtutis stimulis, & nobilitate dolendi
Præcessit, dignasq; tulit modò consule uoces.

a al. pharetras

A no par tunc erat, ut dictũ est. Deorum] *Referendũ ad multũ, non, ad gentes. Multum deorũ, quod habeant Deos nimis sibi propitios, in ampliando Imperio.* Effundam populos.] *Quod si nõ sat uiriũ adhuc in Parthis fuerit, ab extremis Orientis regnis accersam auxilia, & contra Cæsarẽ ducã.* Eoa fides & Barb.] *occupat, quod obijci posset, nihil firmæ spei, & certæ fiduciæ in Barbaris ponendũ esse, à quibus admodũ nuper exercitus Romanus, unà cum Imperatore Crasso cæsus fuisset.* Vulgati supra.] *Sulpitius hũc locũ ita exponit, ultra cognitas gentes, & eas, cũ quibus habemus cõmertia nos miseros auferat.* Naufragium.] *Pereamus in gentib. P.R. incognitis cũ quibus nobis nulla sunt cõmertia, ex nostratiũ oculis. Est itaq; hic sensus poëtæ. Quod si Parthorũ fides, & fœdus inter nos nuper renouatũ me fallat, nõ recuso naufragiũ dignitatis meæ, uitæ, & bonorũ, quod fortuna attulerit extra cõspectũ nostrorũ hominũ, uel apud eas gentes, cũ quib. nobis nullũ cõmerciũ est.* Nõ regna.] *Nolo eos ad auxilia solicitare, quos reges cõstitui, ut Tigranẽ, Pharnacẽ, Ariobarzanẽ, Antiochũ, Comagenũ, Deiotarũ, Attalũ, & alios Dynastas, uerũ ipse me consolabor* B *moriẽs recordatione magnarũ rerũ à me gestarũ.* Alio.] *quàm Romano, extra meorũ conspectũ.* Socerum.] *Cæsarẽ, in eo orbe, in quo fortasse periturus sum, Cæsarem in me neq; impiũ, neq; pium esse. Et cũ cursum uitæ meæ exactè reputo, semper de Parthia, & alijs eius orbis regnis benè meritus fui, ut nõ sit, cur in me aliquod crudele exemplũ debeant edere.* Quãtus.] *enumerat per amplificationẽ Orientis populos, apud quos, uenerabilis fuerit. Inuit Mithridatis regũ maximi, qui* 2ᵒ *populis Ponti, &* C *amplius imperabat, regna Pontica. Nam cum per Armeniã, Heniochos, Mœotim, auricã Chersonesum, Bosphoranos, Colchidẽ, Albanos persequutus fuit, & omnes has gẽtes suæ ditionis fecit.* In ortu.] *A' Septẽtrione ad Orientẽ flectit, ubi nõ minus magnarũ rerũ gesit.* Mœotida su.] *Anastrophe & repetitio, rẽ, quãtus, qui admirationẽ, nõ tenuẽ uenustatẽ habet.* Abit.] *pro, abiuit, quasi dicat, in nullas terras, nommis mei splendor abiuit magis, quã in has. A' loco, cũ nõ minus gloriæ in Hispania bello Sertoriano, in Africa, & bello piratico fuisset consequutus.* Triũpho.] *Nã è Mithridatico bello domũ reuersus triũpharat uno eodẽque tempore de prædonibus toto mari eiectis, quodq; Romanis maris imperiũ restituisset: quod Asiam, Pontũ, Armeniã, Paphlagoniã, Cappadociã, Ciliciã, Syriã, Scythiã, Iudæã, Iberiã, Albaniã, Cretã, & Bastarnas armis subegisset. Omnib. terris à Mœoti lacu, ad Rubrum mare subactis, meritò postea in cõcione, quã ad populũ habuit, gloriatus fuit de reb. à se gestis, quod Asiã, quã ultimã Romã Imperij prouinciã acceperat, finib. longè propagatis, mediã reddidisset.* Romafa.] *per auersionẽ Romanos tanquã Diuos inuocat, ut animo alacriores nũc sint, quod Ciuile bellũ sit gesturus non cũ Ro. sed cum Parthis mancipijs, quos in ipsorũ mala sit attractaturus, cũ otiosos, ac quietos esse liceat.* Medis.] *Parthis, quorũ sermo ex Medica, & Scythica lingua mixtus erat.* Sic fatus.] *Ad istum modum Pompeius dicendi finem fecit, cùm aduerteret comites præsentes hoc consilium de fuga ad Parthos uehementer, sed tacita reprehensione improbare.* Lentulus.] *qui paulò antè Consulatum gesserat, cuius authoritas inter fugæ comites summa erat.*

Siccine Thessali cæ.] *Pompeij orationẽ Lentuli diuersa dissuasoria excipit, qua refutatis Põpeij argumẽtis de Parthia petẽda, suadet multo efficaciorib. in Aegyptũ fugiẽdũ esse. Exordiũ ductũ à personæ Pompeij modestia reprehensione, quod post unius diei fractum ita animum habeat, ut ad hostem Pop. Rom. statuat fugam intendere.* Vna dies.] *qua ad Pharsalum uicti sumus, totum mũdum in extremam infœlicitatem coniecit, præter Cæsarem, ut rursum se attollere nequeat? Et post Pharsalicam cladem tanta lis nunc demum dazur? Secundum pro post, frequenter accipitur, ut, secundum Deos, homines hominibus maximè utiles esse possunt. Item pro eo, quod est pro. Secundum te do litem: secundum me iudica. id est, pro me pro te.* la- *a* al. quid.
cet.] *grauis reprehensio abiecti animi, quasi nullum auxiliũ, nisi à Parthis hostilibus communibus sit sperandũ.* Pedes.] *quibus supplex accidas, ut tibi auxilium sub-* *b* al. ab litt.
mittant, à quibus exercitus Rom. unà cum Imperatoribus admodum nuper fuerit deletus. Argumenta duentur à turpi. Trãsfuga.] *è nostro Imperio, cuius terminus est Euphrates, in alium orbem, hoc est, ultra Euphratem in alium orbem ut Parthorum Imperium est, transfugias ad auxiliares opes solicitandas.* Aduersa po.] *quod haud scio utrum uerum sit, quasi Parthi, ultra æquinoctialem excur-*

Siccine Thessalicæ mentem fregere ruinæ?
Vna dies mundi damnauit fata? secundum
Emathiam lis tanta datur? iacet omne cruenti
Vulneris auxilium: solos tibi Magne reliquit
Parthorum fortuna pedes? a qui transfuga mundi
Terrarum totos tractus, cœlumq; perosus
Aduersosq; polos, alienaq; sidera quæris
Chaldæos culture Deos, & Barbara sacra,
Parthorũ famulus? quid causſæ obtenditur armis:
Libertatis amor? miserum quid decipis orbem?
Si seruire potes? te quem Romana regentem
Horruit auditu, quem captos ducere reges
Vidit ab Hircanis, Indoq; b à littore, syluis.
Deiectum fatis humilem, fractumq; uidebit?
Extolletq; animos, Latium uesanus in orbem,
Se simul, & Romam Pompeio supplice mensus?
Nil animis, fatisq; tuis effabere dignum?
Exiget ignorans Latiæ commercia linguæ (ris
Vt lachrymis se Magne roges? patimurue pudo-
Hoc uulnus, clades ut Parthia uendicet antè
Hesperias, quàm Roma suas? ciuilibus armis
Elegit te nempe Ducem? quid uulnera nostra
In Scythicos spargis populos? cladesq; latentes?
Quid Parthos transire doces? solatia tanti
Perdit Roma mali, nullos admittere reges,
Sed ciui seruire suo, iuuat ire per orbem
Ducentem sæuas Romana in mœnia gentes,
Signaq; ab Euphrate cũ Crasſis capta sequẽtem?
Qui solus regum fato celante fauorem
Defuit Emathiæ, nunc tantas ille lacesset
Auditi uictoris opes? aut iungere fata
Tecum Magne uolet? non hæc fiducia genti est,

excurrant, id quod de Assyria etiam paulò antè dixit, cum nulla sit Assyriæ pars, in qua polus Antarcticus videri queat. Alienaſid.] ultra æquinoctialem, Auſtrina uidelicet, quæ à nobis conſpici uix queunt. Chaldæos Deos.] ab impio, qui patriam religionem relicturus ſis, & barbarorum ſacris initioris. Parthorum fa.] Ab indigno, quod tantus Imperator ſe Parthis ſupplicem ſit daturus. Quid cauſſæ.] Quare arma induimus contra Cæſarē, niſi ut libertatem noſtram uindicemus? At tu, cum ſupplex Parthos ſolicitaueris, Parthis ſeruire ſtudebis. Acris contentio eſt in argumentatione. Parthi uiderunt te reges è remotis regionibus captos ante currum Romā abducentem, & tu his nunc ſupplicabis? Reges ab Hirca.] E remotiſſimis Aſiæ regionib. Amplificatio. Nulli reges ex Hircania, aut India ducti fuerunt. Duxerat ante currum Tygranem Tygranis ſenioris filium: ſeptem ex Mithridate genitos: quinq; uirilis ſtirpis, & duas uirgines, Oſibarim, & Eupatoram: Atalcem ſceptrigerū Colchorum: Ariſtobolum Iudæorum regem: Cilicum tyrannos: tres Iberum Duces: Albanorum duos: Menandrum Laodiceum Mithridatis præfectum. Qui omnes à Pompeio pro cuiuſq; dignitate donati domū dimiſſi ſunt præter Tygranem, & Ariſtobolū. quorum unus poſt alterum fuerunt Romæ interfecti, ut à quibuſdam proditum eſt. Ab Hircanis ſyl.] Inter Parthyænen, & Caſpium pelagus Hircani ſiti ſunt: gens bello nata, & quæ alacritate quadam prælia ineat. Ab Ortu, Occaſu, & Meridie Caucaſi iugis includuntur: à Septentrione Caſpio mari, & Margiana cingitur, Metropolis Hircania uocatur. A Curtio & Diodoro Caſpium, mare Hircanum quoq; appellatur. Sulpitius Hircano legit, contra carminis rationem. Delectum.] Ab indigno. Qui tot triūphis clarus in his regionibus celebreris, eò amentiæ redactus es, ut uno prælio fuſus animū fractum, & abiectum habeas: talem te his gentibus cum ludibrio nominis, ac dignitatis præbeas? Extolletq;.] Ab inutili, & publico Imperij Ro incōmodo. Illico Parthus, cōperto tam parum uirium eſſe in Imperatore ſummo Po. Ro. animū eriget, & collectis uiribus bellum faciet Italiæ, ſuis opibus, & Po. Ro. uiribus æſtimatis, cum te ſupplicem uideat. Nil animis.] Qualis uir, talis oratio eſſe debet. At tu nihil loqueris, tua maieſtate, & magnanimitate dignum. Et qui ſoleas Dux eſſe magnanimus, & in prælio uniuerſo exercitui animū addere, ipſe tibi non addis in re dubia? Exiget.] à ratione linguæ. Si Parthorum auxilium implorare decretū eſt, atq; ita ſtat animo, neceſſum eſt, ut cum Latinè, & ἑρμαϊ ſi loquaris, ut & ipſi latinè norint, cum neſciant. Vt lachrymis.] Ab indigno, quod lachrymans ad genua barbarorum accideret, additq; pathos auerſio ad Pompeium. Clades Heſ.] Romanas, cū ciues Romanos conueniret prius ſuā cladem lugere, quàm exteros populos, maximè quorum nihil referret, utri uincerēt, aut ſuccumberent. In Scythicos.] Parthos è Scythis oriundos, no ſtram aduerſam pugnam uidebunt, nō lugebunt, quibus nos ludibrio exponet. Quid Parthos.] acerrima contentio, ab inutili pariter ac turpi, quod Pompeius Parthis B uiam oſtenderet, qua tranſirent Euphratem, & peruenirent in Italiam, quæ adhuc ipſis incognita eſt. Pop. Rom. cum ſit liber, Regum ſeruitutem ignorat, aſſuetus parere magiſtratibus ſuis. Signa.] hoc turpiſſimū foret, quod ſigna adempta Pop. Rom. Craſſis cæſis, ipſe Parthorum manu armatus iam ſequeretur. Qui ſolus.] Parthorū regē notat, qui unus regū non interfuit prælio Pharſalico, ut incertū ſit, quo animo erga nos fuerit, ille nunc abs te imploratus ducet exercitū è Parthia contra Cæſarem, cuius potētia non norit, ſed tantum uiciſſe audierit è non ueriſimili. Aut iungere fa.] tecum ſe in diſcrimen conijcere. qui clade affectus, ipſe omnibus relictis fugeris.

Non hæc.] complexio. Omnis in Ar.] Collatione Septentrionalium, & Aſiaticorum populorum, extenuat uires Parthorum, ut imbellium, ſi cum Septentrionalibus gentibus conferantur, id quod Ariſtoteles etiam tradit.

Omnis in Arctois populus quicunq; pruinis
Naſcitur, indomitus bellis, & mortis amator.

Quicquid.] Ariſtoteles & ipſe tradit, in frigidis regionibus Septentionalibus duriora corpora gigni, & proinde bellicoſiora, quæq; frigoris, & inediæ patientiora ſint. Cōtrà in calidis, ut in Africa, & Aſia, molliora & minus bellicoſa, & minus incommodorum tolerātia gigni. Quare Alexander Epirota, cum uidiſſet Alexandrum Macedonem fortem in bellis Aſiaticis, mortifero uulnere ictus dixiſſe fertur, imbellem Aſiam eum quæſuiſſe, & cum fœminis bellum habuiſſe, ſe uerò in Italia cum uiris pugnaſſe. Itaq; in frigidis orbis plagis corpora bello naſcuntur: contrà, in calidis.

Quicquid ad Eoos tractus, mundiq; teporem
Labitur, & mollit gentes clementia cœli.
Illic & laxas ueſtes, & fluxa uirorum
Velamenta uides, Parthus per Media rura,
Sarmaticos inter campos, effuſaq; plano
Tigridis arua ſolo nulli ſuperabilis hoſti eſt,
Libertate fugæ, ſed non ubi terra tumebit,
Aſpera conſcendet montis iuga, nec per opacas
Bella geret tenebras incerto debilis arcu:
Non franget nando uiolenti uorticis amnem,
Nec tota in pugna perfuſus ſanguine membra
Exiget æſtiuum calido ſub puluere ſolem.
Non artes illis, non ulla eſt machina belli:
Haud foſſas implere ualent, Partho; ſequente
Murus erit, quodcunq; poteſt obſtare ſagittæ,
Pugna leuis, bellumq; fugax, turmæq; uagantes,
Et melior ceſiſſe loco, quàm pellere miles.

Mortis amator.] non quod mori expetant, cum de uictoria ſit certamen, ſed quod mori malint, quàm cedere. Hist C omnis fuga turpis eſt. Mundiq; te.] Africa maximè omnium coloribus ſubiecta eſt, ſub hæc Aſia, & Europæ pars, quæ ad occaſum uergit. Inde à moribus Parthorum docet eorum imbelliam.

Clementia.] Primum æſtus cœli, cui ſubiacet is tractus: inde fluxæ ueſtes, quæ molliciem, & luxum Aſiaticum coarguunt. Eſtq; hic locus è demonſtratione ſumptus, ab habitu. Erat alioqui Parthis Medicus ueſtitus, fluida, & pellucida ueſtis, quæ pugnantibus in prælio obſtat ad alacritatem, & agilitatē membrorum. Per Medica rura.] Inter ſuos tamen, inquit, in pugna inſupe-

A insuperabiles sunt, in campis planis, non armorum ui, sed alacritate fugæ, qua pugnant. Pugnant enim aut procurrentibus, aut refugientibus equis; adeoq; in prælijs intolerabiles essent, nisi breui impetus eorum remitteretur. Nam medio pugnæ ardore, ex improuiso certamen deferunt, mox ex fuga redeunt in pugnam, ut cum maximè te uicisse putes, tum præcipuum insiet discrimen, sed inter Medos, inquit poëta, & inter planiciem Sarmatorum, qua Tigris amnis per Assyriam labitur. Sarmaticos eam ob hic Scythicos uocat, unde Parthi oriundi sunt. De Sarmatia utraque, Europæa, & Asiatica, alibi nobis fuit sermo. Sed non.] In planis quidem campis fugiendo refugiendoq; in pugna præstant plurimum, at in locis, quæ collibus assurgunt, deprimunturq; conuallibus, minimum ualent. Nec per opa.] A tempore, propter incertitudinem coniectus telorum in tenebris recusant pugnam. Non frang.] Contra disciplinam Romanam. Nam apud hos natandi usum æstiuis mensibus æqualiter discebant tyrones. Non enim in bello semper flumina pontibus transeuntur, sed cedens, aut insequens natare cogitur frequenter exercitus. Sæpe etiam repenti B nū imbribus, uel nuibus solent exundare torrētes. Quare non minus discriminis ab aquis est, quàm ab hoste. Quare ueteres Romani, quos tot bella, & continua pericula ad omnes rei militaris eruditerant artes, campū Martium uicinū Tyberi delegerunt, in quo iuuentus post exercitium armorum, sudorem pulueremq; dilueret, ac lassitudinem, cursuq; laborem natando deponeret. Huius usum rei plane rudes, inquit, sunt Parthi, atq; adeò tibi ad bellum inutiles. Non aries illis.] Et quibus maximè ad murorū expugnationē opus est, has machinas ignorāt in totū. Sed per corporū molliciem, non possunt uulnerati diebus æstiuis in castris degere, quod natura calidi sint, et solis ardorem saeuū ferre nequeāt. Bellicas machinas in in uniuersum ignorāt, inquit, ut testudines, arietes, & falces, quibus subruuntur muri. Haud fos.] Qua materia fossæ implentur, nemo ferè est, qui ignoret. fascibus lignorum, & cratibus uimineis. Cætera omnia imbelliæ argumenta sunt, & minimè bellicositatis. Signum in pugna non ære, sed tympano accipiunt. Equitibus munimentum loricæ plumatæ, simul & equis, quibus in bello utuntur. Equis semper utuntur, his in prælium prodeunt. Ab eorum in pugna fuga, hyperbolice hominem fugacem, Partho fugaciorem appellamus.

Illita t.d.] Venenо tingunt inquit, cuspides sagittarum, ut quicquid ledunt, mortem inferant præsentem. Scythārum more. Pugnant sagittis, equis procurrentibus, aut refugientib. Qua re pueros à teneris sagittare docent.

Illita tela dolis, nec a Martem cominus unquam
Ausa pati uirtus, sed longè tendere neruos,
Et b quo ferre c uelint, permittere uulnera uentis.
Ensis habet uires, & gens, quęcunq; uirorum est,
Bella gerit gladijs, nam Medos prælia prima
Exarmant, uacuæq; iubent remeare pharetræ.
Nulla manus illis, fiducia tota ueneni est,
Credis, Magne, uiros, quos in discrimina belli
Cum ferro uenisse parum est, tentare pudendum
Auxilium tanti est, toto diuisus ut orbe
A terra moriare tua, tibi barbara tellus
Incumbat, te parua tegant, ac uilia busta,
Inuidiosa tamen, Crasso quærente sepulchrum,
Sed tua sors d melior, quoniā mors ultima pœna
Nō metuēda uiris, at non Cornelia letum (est,
Infando sub rege, timet. num barbara nobis
Est ignota Venus, quæ ritu cæca ferarum
Polluit innumeris leges, & fœdera tedæ
Coniugibus, thalamiq; patent secreta nefandi.

Permittere uentis.] Casu inferre, exponit Sulpitius. Cæterum, Ventis tradere, Ventis permittere, prouerbialis figura est, pro eo, quod est, obliuisci, atq; animo ejicere Verg. l. 10.

» Nec ferre uidet sua gaudia uentos. Item:
» Sed auræ
» Omnia discerpunt. Horat. in Odiss.
» Tristitiam, & metus
» Tradam proteruis in mare Creticum
» Portare uentis.

Virorum.] strennuorum. ut dixit Homerus, ἐγ' ἀνέρες.
Manus.] nullum robur in inferendis ictibus.
Pudendum.] à turpi, à Parthis auxilium petere in alio orbe semotis: apud barbaros homines immanes procul à patria mori, & sepeliri.
Incumbat.] tegat terra corpus tuum humatum, humili busto, nōn pro tua dignitate magnifico apparatu structo.
Crasso.] Ab exemplo Crassi, cuius umbra a sepulchrū adhuc quærit. Ergo insepultū ea b dauer feris relictum c fuit, dilaniandum, ad cuius exemplū tuum quoq; abijcietur. Defunctorum sepulchra, canum, & uulturū laniatus sunt, nuda ossa demū humi condunt.
Sed tua mors.] Vel hoc nomine tua mors melior fuerit, quod ui d ri fortes mortem contemnant, quod mors malū non sit, & per eā ad ueram uitā sit transitio. Melior ergo tibi fuerit, quàm Corneliæ, quæ ignominiam magis timet.
Barbara Ve.] libido Parthorum, qui in Venerem natura sunt proni, & in libidinem proiecti. Etenim, cum uino factitio utantur ex palmis, tantaq; illis sit bibendi auiditas, ut poculis certent, & gloriæ ducant, quàm plurimos potando uincere. Hinc libido, & profligata, atque immodica Venus.
Coniugibus innumeris.] A ratione coniugij, unde libido gentis colligitur. Vxores singuli plures ducunt, nec ullum grauius flagitium his est, nec seuerius uindicant, quàm adulterium, & ob id fœminis uirorum conspectum interdicunt. Coniuges amicis in matrimonium tradunt, ex quibus liberos sustulerunt, authore Strabone.

a al mortem.
b al. qua.
c al. uolent.
d al. leuior.

Inter mille.] prosequitur infandos, & illicitos coitus, cōcubi tusq; gentis Parthicæ, et quidem in rege tam

Inter mille nurus epulis uesana, meroq;
Regia, non ullis exceptos legibus horret
Concubitus, tot fœmineis complexibus unum
Non e lassat nox f una marem, iacuere sorores
In fratrum thalamis, sacrataq; pignora matrum,

potēti, qui citra discrimen uago concubitu, cum quibuslibet commiscetur, amplificatio ab additione numeri.

e al. laxat.
f al. tota.

Tot

Tot fœmineis com-
plexibus.] *cephone-
sit in dissolutam libi-
dinem uirorum.* Ia-
cuere.] *ab incestis cō
cubitibus.* Sacra-
ta.] *execrandi libe-
ri cum matribus con-
suetudinē habuerunt,
exēplo Oedipi, quod
fabulæ Tragœdiarū
acerbè damnant, ac
perstringunt, quamuis à missum fuit scelus per errorem.
Laius Iocastam Creontis filiam duxerat uxorem: ex
qua cum nullos procrearet liberos, oracultum adijt, con-
sulturus, an filios esset habiturus. Responsum fuisse aiūt,
expedire ei, sine liberis esse. Quod filium tolleret, fore,
ut aliquando ineuitabili fato ab eo interficeretur. Laius
hoc oraculo instructus infantem breui editum masculæ
stirpis in sylua trajectis loro pedibus abijci iussit, unde
Oedipus appellatus fuit. Ministri, qui à patre puerum
perdendum acceperant, furto mulieri cuidam Polybæ
seruilis fortunæ alendum tradiderunt. Procedente tem-
pore Laius Delphos ad oraculum iturus, in Phocyde Oe-
dipodi iam adulto occurrit. Neuter alteri notus in uia-
rum angustijs obuij occurrunt. Laius iubet iuuenem uia
cedere. Curru uehebatur Laius, alter negabat se id
facturum. Post longam altercationem, senex ab hoc
obtruncatur. Cætera nimis longum est referre. Post
Sphyngis ænigma solutum, quo ager Thebanus infesta-
batur, Iocastæ matris connubio iunctus fuit, sed inscius,
Oedipus postea ubi resciuit ex Tiresia uate de patris cæ-
de, & matris concubitu, se animo consternatus oculis
priuauit.* Infœlix fabula Theb.] *Historia refertur
ab Herodoto. Cæterum quod ad fabulam, loquitur de
Tragœdijs, in quibus hoc argumentum tractatur, ut
apud Sophoclem, in Oedipo tyranno, & Oedipo Colo-
neo.* Oedipod.] *Antonomasia, illas dicit Thebas,
quæ fuerunt in Bœotia celebres citra Asopum, uersus
Euripum. Fuerunt & Thebe in Aegypto, à centum por-
tarum numero ἑκατόπυλοι dictæ. Plinius libro quinto,*

Damnat apud gentes scelerís noꝝ sponte peracti
a Oedípodionías infœlix fabula Thebas.
Parthorum dominus, quoties sic sanguine *b* místo
Nascítur Arsacides: cui fas implere parentem,
Quíd rear esse nefas: proles tam clara Metelli
Stabit barbarico coniunx millesima lecto:
Quanquam non ullí plus regia Magne uacabit
Sæuítiæ: stímulata Venus, títulísq; uírorum.
Nam quo plura *d* iuuant Parthum portēta, fuisse
Hanc sciet & Crassi, ceu prídem debíta fatís
Assyrijs, trahitur e fatis captiua uetustæ.

a al. Oedipo dionas.
b al. mixto.
c al. stimulante.
d al. iuuent.
e al. cladis.
† al. Cōiugio

tap. 9. Parthorum A
*do.] Ex tali concu-
bitu, nascitur Partho-
rum rex. Quidam ci-
tra interrogationem
malunt legere:* Cui
fas imple.] *matrem
reddere grauidā, quid
pro scelere ducet, qui
id in scelere ponet? A
maiori ad minus. Ci-
tatur liber 23. Sotio-
nis, qui prodit, eam persuasionem Parthos à Persis hau-
sisse, quorum Magi censuerunt, iustum, esse cum matre, &
filia coire.* Catullus.

Nascatur Magus ex Gelli matrisq; nefando "
Concubitu, & discat Persicum aruspicium. "
Nam Magus, ex matre, & gnato gignatur oportet, "

Si uera est Persarum impia religio.
Q. Curtius li. 7. tradit, in Nauta religione, moribus per- B
*missum, cum parentibus stupro coire. Et à Chrysippo
idem scriptum est (quod magis mirum) cum matre, filia,
sorore, consuescere, parum uitio uerti.* Ouidius.

— *Gentes tamen esse feruntur,*
In quibus & nato genetrix & nata parenti
Iungitur, & pietas geminato crescit amore,

*Apud Athenienses fas fuit, sororem in matrimonium du-
cere. Sed hæc nefaria ualeant.* Metelli proles.] *L. Sci-
pionis Metelli posthos à nobilitate sexus, cum additione
numeri per amplificationem, pro eo, incertum est, quota
erit uel pellex, uel coniunx unius uiri apud libidinosum
hominum Parthorum genus.* Quanquam non ol.] *Correctio. Et tamen in nullam fœminarum regia libido
magis sæuiet, quàm in Corneliam, idq; propter Crassum,
& Pompeium, quos habuit maritos, principes Senatus.*
Plura portenta.] *monstrosæ libidines. Audiet ante te,
Crasso nuptā fuisse: quare multo magis eius libidini erit
exposita, quasi fato, nescio quo, Parthorum regi cesserit,
ob cæsum maritum ibi priorem. Quare tanquam cepti-
ua in clade Crassiana trahetur ad libidinem, & stuprum,* C
Assyrios rursum per antonomasian, Parthos uocat.

Hæreat.] *Quod
si in mente sederit cla
des Crassiana, non
solum te pudebit im-
plorasse auxiliū Par-
thorum, uerumetiam
sumpsisse arma aduer
sus ciues, gessisse bel-
lum ciuile. Collatio
infert utriusque rei
turpitudinem, ut tur-
pius ducat ciuile bel-
lum.* Eoam fortē.]
*calamitatē cladis, uo-
cat, à Parthis acce-
ptæ. Ab rege Partho-
rum, à quo Crassi cæ
si fuerunt.* Crasso.
uind.] *Quasi dicat
poëta, prius Crassorū*

Hæreat Eoæ uulnus miserabile sortis.
Non solum auxilium funesto ab rege petisse,
Sed gessisse prius bellum ciuile pudebit.
Nam quod apud populos crimē soceriq;, tuumq;
Maius erit: quàm quod uobis miscentibus arma,
Crassorum uindicta perit: *f* incurrere cuncti
Debuerant in Bactra Duces, & ne qua uacarent
Arma, uel Arctoum Dacis, Rhenóq; cateruis
Imperij nudare latus, dum perfida Susis
In tumulos prolapsa Ducū, Babylonq; *g* iacerēt.
Assyriæ paci finem fortuna precamur:
Etsi *h* Thessalia bellum ciuile peractum est,
Ad Parthos, qui i uicit, eat. gens unica mundi est,
Dequa Cæsareis possim gaudere triumphis.
Non tibi *ł* quum primū gelidū transibis Araxē,
Vmbra senis mœsti Scythicis confixa sagittis,
Ingeret has uoces: tu, quem post funera nostra
Vltorem cinerum nudæ sperauimus umbræ,
Ad fœdus, pacemq; uenis: *l* tum plurima cladis
Occurrent monumenta tibi, quæ mœnia trunci

f al. concurrere.
g al. iacerēt.
h al. Thessaliæ.
i al. uincat.
ł al. quàm.
l al. tunc.

*mortē uindicare fuit
par, quàm arma in ci-
ues sumere, & hostem
otiosum, ac quietū re-
linquere. Duces.] im-
peratores Po. R. Ba-
ctrianis potius bellum
inferrēt, quàm inter se
armis decertare, id
quod impium est. Ba-
ctriana satrapia ad
Caspiū sinū, quæ Par
this etiam paruit. A
meridie, Caucasi iis mō
tib. ab India, & Paro
pamisso scinditur. Ab
Occasu eam Oebus
amnis: ab Ortu, O-
xus includit. Me-
dia ipsa Bactro se-
catur,*

Lustrarunt cerui ce Duces, ubi nomina tanta
Obruit Euphrates, & nostra cadauera Tigris
Detulit in terras, ac reddidit, ire per ista
Si potes, in media socerum quoq; Magne sedentē
Thessalia placare potes, quin respicis orbem
Romanum, si regna times proiecta sub Austro,
Infidumq; Iubam, petimus Pharon, armaq; Lagi?

Catur, à quo oppidum eorū dictum est, quod antè Zariaspe uocatum fuit. Bactri hortendis ingenijs sunt, longè à Persarum cultu alieni: assueti rapto uiuere. Tanta ubertas frumenti est, ut singula grana nostras spicas æquent. Condere illud solent, fossis in terra ductis. Varia, & multiplex eius terræ natura est, alibi arbor, alibi uitis largos, & mites fructus producit. Crebri fontes solum pingue rigant. Mitior terra frumento conseritur, cætera tumentorum pabulo cedit. Sunt arenosa reliqua eius terræ omnia. Sed de Bactriana satis.

Et ne qua uac.] *Et ne à bellis otiosi essemus, præstaret Septentrionales Imperij regiones nostris exercitibus liberare, tam diu, donec Persarum, Parthorumq; regnum, & Babylonem Chalcidicarum gentium capiti uastauerimus. Huc conuitendum esset, inquit.* Dacis, Rhenique cæruis.] *De Dacis Samotraiæ Europæ gentibus, alibi memoratum est. Daci Getæ à Romanis dicti fuerunt, authore Plinio libro quarto Daci ueteres tanta belli gloria celebrabantur, ut anima tributa eis Romani penderent. At Traianus ueritus hac re uires, & opes eorum crescere, animosq; ad maiora erigi, Decibulum eorum regem uicit, & Daciam in prouinciæ formam redegit, urbes condidit, & colonos deduxit, pontem mirabilis operis super Istrum posuit, quem post Hadrianus Imperator euertit, ratus per pontē uiam Barbaris ad Mœsiam populandam patere, Dacia sub Galieno Imperatore amissa, omnem Daciam Aurelianus Imperator desperans retineri posse, reliquias colonias in Mœsias transtulit. Postea totus eger Dacicus à Gothis occupatus fuit. Hodie partem Daciæ Hungari tenent, partem Turcæ, montana reliquiæ Gothorum, & ueterum colonorum colunt, quos Vualachos uocant, & regionem Vualachiam. Vltra Transyluani sunt.*

Dum perfida Susis.] *Susiane ab Orati fluuio ad Tigrim trium stadiorum millium longitudine in ora ipsa* C *pandiur. A Susis metropoli nomen habet, & ueteri regum domicilio, quam Memnonem condidisse ad Coaspen fluuium cum ponte, author Strabo est. Plinius à Dario Histaspis filio, cuius arcem Buleus amnis circumfluit CCL. M passuum à mari. Mediterranea asperrimis montibus, & difficilibus aditu à latronibus infestantur. Per hæc Alexander captis, & direptis Susis cum magno periculo copias suas duxit. Dicimus Susis, Susidis, & Susa Susorum. Duces Crassos rursum innuit, qui à Parthis trucidati fuerunt.*

Assyriæ Paci.] *Finem pacis Parthicæ, inquit, precari oportere, ut cum ea gente potius bellum gerant, quàm ut amicitiam seruent, aut ab illa auxilium petant. uindicandam esse iniuriam illatam, ad euersionem Babyloniæ usque & Susidis.* Perfida Susis.] *Susidem, siue Susa, orum, & Susan Persidis metropolim à Tithono, alij, non autem ab eius filio Memnone conditam tradunt. Susa capta tum propter latrocinia, tum propter perfidiam gentis, diripuit.* In tumulos Ducum.] *Crassorum, quos ipsi contra datam fidem ad Carras cæsos fœdè trucidarant.* Finem.] *quam Phraati regi Parthorum, bello Mithridatico dederat.* Cæsareis tri.] *Nam Cæsarē postea de Parthis triūphaturū sperat, quamuis inimicus est.* Nō tibi.] *Ominatio, siue fictio reuincertæ, qua ominatur Crassum se Pompeio per somnū obiecturum, ac suasurū, ut Parthis bellū inferat. Et à fictione personæ dilatat orationē suasoriā. Vtitur argumentorū locis, ad persuadendū accōmodatis.* Trāsbis Araxē.] *fluuiū Armeniæ, nomē adeptū ab Araxo Poli cuiusdā filio, ut quidam prodūt. Oritur in Montibus, ubi & Gyndes, quē Cyrus in Babylonica expeditione in multas diffecuit partes, & sexageno ore in paludes euoluitur. Ab hoc Araxea planicies, siue campus apud Strab. Circa hunc amnē habitant, qui crudis piscibus uictitant, & marinorum uitulorum hirsutis pellibus uestiuntur. Postea è paludibus Araxes elapsus, tandem in Caspium mare euoluitur.* Scythicis.] *pathos ab habitu, & corporis facie, qua Crassus in somno se offeret simul & ab ætate finis.* Tu, quem.] *beneuolentia ab ipsius Pompeij persona.* Post funeran.] *post necem, & cladem ad Carras acceptam, quam ulcisci deberes, nunc ad eam gentem ad fœdus faciēdum, & pacem, tu te recipis? Reprehensio acerba à turpi.* Monumenta clad. plu.] *Dehortatur ab inexpectato futuro malo.* Trunci Duces.] *Caput filij ad patrē delatū fuit: patri caput, dextraq; iacēti abscissa fuerunt. Surenas caput dextrāq; Crassi in Armeniā ad Gyrodē misit. Ipse Seleuciā triūphanti similis, Caiū quendam Crassi familiarē pro ipso duce regiæ mulieris habitu uestitum triumphali pōpa, præ se egit: lictorib. cū multa Romani nominis fugillatione præmissis, quorū fasces, securesq; Romanorū capita fuspēsa habuerunt.* Trunci.] *pathos à miserabili spectaculo. Allusum est ad Hectorē Homericū, quē Achilles ter circū muros Iliacos raptasse narratur. Sulpitius exponit, Circa quæ mœnia Duces Romani trūco capite capti fuerint: uel quas urbes ipsorū capita circuiuerint.* Obruit Euph.] *ne hoc quidem sine allusione dictum est.*

—*Vbi tot Simois correpta sub undas*
Arma uirūm, galeasq;, & fortia corpora uoluit.

Pathos à loco. Porrò de natura mirabili Tigris supra diximus, quē absorbet terra alicubi, ac post longū interuallū, reddit rursum. Ire per ista.] *Quasi dicat: si per ista loca tam immania, tam barbara potes te cōferre suppliciē, id quod tua maiestate indignū est, profectò potes etiā retro in Thessaliam ire, & Cæsarē placare, quod honestius, quàm illud ducendum est, & nullo adeò propè periculo.* Quin resp.] *Reliquis Parthis, monet, ut animo percurrat orbis terrarū regna: ac reputet, quos amicos, in quibus P. R. habeat: et aliquot per distributionē enumerat, ad quorū unū aliquod tutò cōfugiat.* Regna proie sub.] *Amicos reges in Libya ut Numidiæ, socios & amicos P. R. ac Mauritaniæ, hoc est Iubā regem, de quo alibi dictū est, & cur eum perfidū uocat.* Petimus Pharon.] *hoc est, cur nō petimus Aegyptū, à parte totū, ubi habemus amicū regē puerū, cui tu tutor à Senatu datus es? Subijcit epexegesin, quā uocet Pharon, hoc est, arma Ptolemæi regis. Lagus enim pater fuit primi Ptolemæi unius Ducū Alexādri Magni, cui in diuisione regni Aegyptus obuenit. Arma, auxilia armorum à Ptolomæo petenda censet. Propositio partis suasoriæ.*

Syrtibus hinc Libycis tuta est Aegyptus a at inde
Gurgite septeno rapidus mare submouet amnis,
Terra suis contenta bonis, non indiga mercis,
Aut Iouis, in solo tanta est fiducia Nilo. (ne,
Sceptra puer Ptolemeus habet, tibi debita Mag-
Tutelæ commissa tuæ, quis nominis umbram
Horreat? innocua est ætas: nec iura, fidemq́;,
Respectumq́; deûm ueteris speraueris aulæ.
Nil pudet assuetos sceptris, mitissima sors est
Regnorum sub rege nono, non plura locutus
Impulit huc animos, quantum spes ultima rerum
Libertatis b habet: uicta est sententia Magni.
c Tunc Cilicum liquere solum, Cyproq́; citatas
Immisere rates, nullas cui prætulit aras
Vndæ diua memor Paphiæ, si numina nasci
Credimus, aut quenquam fas est cœpisse Deorũ.
Hæc ubi deseruit Pompeius littora, totos
Emensus Cypri scopulos, quibus exit in Austrũ,
Inde maris uasti transuerso uertitur æstu,
Nec tenuit Casium nocturno lumine d montem,
Infimaq́; Aegypti pugnaci littora uelo.
Vix tetegit, qua diuidui pars maxima Nili
In uada decurrit Pelusia septimus amnis.

a al.ac. Syrtibus.] *Deserit Aegyptum à celebrioribus utrinq́; locis, à Syrtib. ad Occasum, & Nilo ad Ortum. De Syrtibus dubius in mari Libyco, alibi dictũ est. Hinc, uersus Cyrenen, qua spectat occasum, ubi Cynips uorticosus fluuius in mare deuoluitur.* Inde gurg.] *Asiam uersus Nilus septem ostijs mare ingreditur, rapidus, & uiolentus. Labitur ex Aethiopia, et mediam Aegyptum transit. septemq́; ostijs ingentib. effunditur. Quorum extrema, Canopicum, & Pelusiacum, centũ, septuaginta millium passuum interuallo distant. Quantum terrarum in medio interiacet, frequẽtissimè habitatur, & fertilitate commendatissimum. Ab eo loco, quo se diuidere dextra, læuaq́; digredi Nilus incipit, à triquetra forma, & similitudine literæ Græcæ Δ. Delta insula ueteribus uocata fuit, quam & inferiorem Aegyptum dixerunt, quæ non fuerit aliquando, sed stagnantis Nili deuecto Limo subsidente post Homeri tempora nata creditur, adeoq́; Aegyptus suas terras debet.* Terra suis co bo.] *à fertilitate laus regni.* Non indig.] *Merx aliunde importatur, ut ex celeberrimo emporio Babylonis Aegyptiacæ, quæ hodie Alcaira nominatur. Nulli cœli salubritate cedit, non indiget pluuia. Crescit enim Nilus æstiuis mensibus, Sole Cancrum ingrediente, & noua Luna statim post Solstitium, sensim, modiceq́; Sole Cancrum transeunte. In Leone maximè abundat, residet in Virgine, ijsdem quibus accreuit modis. In Libra, in totum intra ripas reuocatur, centesimo die, ex quo cœpit.* Puer Ptole.] *Ab oportuno suadet Aegyptum petendum. Et quia rex puer est, & tuæ tutelæ commissus à Senatu. Vnde infert, tutum, ab ætatis innocentia. Ptolemæorum regnum initium habuerat, à Ptolemæo Lagi filio, ut paulò antè dixi, præcipuo ex Alexandri ducibus. Huic Aegyptus cum obuenisset, factum fuit, ut Ptolemæit, qui successerunt, usq; ad Cleopatram ab Augusto uictam, C C. fermè annis, & nonaginta quinq; regnum Aegyptum duraverit.* Vmbram nominis] *fumosum titulum regij nominis, cum puer adhuc sit, & per ætatem minus callidus, A' tuto.* Veteris aulæ.] *Quare non est, cur timeas tyrannidem, impietatem, & perfidiam ullam ueterum regum, ab ea ætate nihil periculi erit. Acyrologia.* Quantum spes ul.] *epiphonema, in παῤῥησίαν Lentuli, quem non puduit in re desperata sententiam suam liberè proloqui.* Tunc Ci.] *E' Cilicia portum soluit, & traiecit in Cyprum. Nauibus, inquit Cæsar, alijs additis actuarijs in Cilicia, atq; inde in Cyprum peruenit. Ibi cognoscit consensu omnium Antiochensium, ciuiumq́; Rom. qui illic negotiarentur, arcem Antiochiam captam esse, excludendi su i*

Veneri dedicatum. Accolæ affirmant eam è proximo mari egressam, & ibi sepultam fuisse, ut tradit Pompo. Mela. A' Papho, Paphia, ut à Cypro, Cypria Venus dicitur. De hoc fano, Vergil. Aeneid. 1.

Ipsa Paphum sublimis abit, sedesq́; reuisit
Læta suas, ubi templum illi, centumq́; Sabæo

Thure calent aræ, sertisq́; recentibus halant.

Salamina postea à Constantia uocata est. Hodie Famagusta. Cyproq́;.] *Cyprus nouem aliquando regnorum sedes fuit, aliquando à Syria abscissa, ut author est Pomponius, media inter Ciliciæ, & Syriæ littora, clausa à Borea, Cilicio mari, ab Occasu Pamphilio à meridie, Phœnicio, ab Ortu Syrio, Cerastis aliquando dicta, quod multis diuersis promontorijs, ceu cornibus infestis assurgat. Horum unũ Cromyum Straboni dictum, ab Anemurio Ciliciæ promontorio, non amplius L. millium pass. abest, ceruis illinc in Cyprum natare ausis, idq́; sagacissimo terrarum odore, teste Plin. Promontorium orientem spectans, Dinares: Occidentem, Acamas uocatur longissimæ dimensionis. Austrini in lateris extrema ab Occasu Zephyrium, ab Ortu Pedalium promontoria sunt. Insula frumento, uino, & oleo fertilis est: abundat, & ære, quod Cyprium dicitur, & corrupte cuprum.* Pompeius emen. Cypri sco.] *Vnde cursus est in Aegyptum. Quicunq́; inquit Cæsar, ex fuga Pompeium sequerentur, atq́; in insulam uenissent, oppido, ac portu recepti non erant, missisq́; ad eos nuntijs, ut ex his locis discederent, contra uoluntatem suam naues soluere iubebantur. Iamque de Cæsaris aduentu fama ad ciuitates præferebatur, quibus cognitis rebus, deposito adeundæ Syriæ consilio, pecunia societatis sublata, & à quibusdam priuatis sumpta, & to. duobusq́; millibus hominum armatis, partim, quos ex familijs societatum delegerat, partim à negotiatoribus coëgerat quosq́; ex suis quisq́; ad hanc rem idoneos existimabat, Pelusium peruenit. Ibi casu rex erat Ptolemæus, puer ætate, magnis copijs cum sorore Cleopatra, gerens bellum, &c.* Transuerso æstu.] *Vt ostendat non recto æstu*

b al. habes.
c al. tum.
d al. gratum. in uet. cod.

cãussa. Nullas aras.] *A' religione, & diua tutelari. Ibi enim nata, & educata Venus credita fuit.* Vnde Pa.] *Cyprij maris, è spuma emersisse enim eam à poëtis proditũ est. Sed addit corrector, si modo fas est credere, numina nasci, & principium habere, ac non ab æterno fuisse. Cæterũ, Paphus urbs Cypri fuit in littore Orientali sita, à Cynara Paphi regis Cypriorum cõdita, Vetus Paphus dicta. propter aliam multò recentioré, proximam mari cuius A B gapenor cõditor fuit. Ibi celebre fanũ erat*

A æstu nautem in Aegyptum delatam. Etenim cùm Nilus septem ostijs grandibus in mare effundatur, illorum extrema, Canopicum, & Pelusiacum LX. M passuum distãt, Quod terrarum interiacet, quoniam insigniter fertile est, frequentissimè habitatur, ut paulò antè dictum est. Ab eo loco, quo diuidere se, & dextra, lævaq; digredi incipit, ob triquetram formam, quam repræsentat, delta Δ. uocata insula à ueteribus fuit, Vltra Nilum Occasum uersus, Memphis iacet, regia quondam principum Aegypti, à qua stadiorum aliquot interuallo, Pyramides uisebantur pro digiosæ altitudinis turres. Ibi & Canopicum ostium est, cui Alexandria uicina est ad duodecim mille passuum. Aduersa parte ad Ortum extremum ostium est, Pelusiacum, à Pelusio oppido, quod Sirbonim paludem spectat. Vltra Pelusiacum Arabia est, Pelusium hodie nostri Damatã uocant. Nec tenuit Cæs.] A' Pelusio Gabriæ castra sunt, Casius mons, cum delubro Iouis Casij, tumulus magni Pompeij, inquit Plinius, Ostracine. Arabia fit tium capi. libro quinto, capite 13. Mox Idumæa incipit,
B & Palæstina, inquit, ab emersu Sirbonis lacus, quem quidam C L. M. passuum, circuitu tradidêre. Herodotus Casio monti applicuit, nunc est palus modica. Hæc ille. Itaque, Poëta Pompeium Casium non tenuisse dicit, sed inferiora littora, ubi Pelusium excurrit in mare, ut cum Cæsare conueniat, qui ostendit tum temporis regem fuisse Pelusij. Itaque infra Casium appulit. Aegyptus ut marmo accessu Pharo tantum peruia est, ita terrestri Pelusio. Vltra Pelusium Casius mons est, in quo Pompeius sepultus fuit, ut ait Strabo libro uicesimo sexto, iuxta quem trucidatus fuit. Et cum dicit pugnaci uelo infima littora Aegypti uix eum tenuisse, infra Casium appulit, ubi Pelusium extremum ostiorum illic effunditur in mare, quod à Pelusio, uadum Pelusium hoc loco uocat, quasi digito litus monstrans.

Nocturno lu] Micyllus ablatiuum existimat, non ad uerbum tenuit, sed ad Casium montem referendum esse, ut qui & ipse nocturno lumine, siue facibus noctu accensis, inquit, perinde, ut in altera Aegypti extremitate Pharus solebat, nauigantibus iter commonstraret. Aut, ut simpliciter. Nocturno lumine, prò eo, quod est, per noctem, accipiamus, quando infra sequitur. Nec Phœbus adhuc, nec carbasa languent. Hæc Micyllus. Porrò longissimè à Pelusio distabat Pharus, circa Canopicum ostium, ubi Alexandriæ iungebatur. Sostratus Cnidius in ingressu portus Alexãdrini turrim construxerat, sub Ptolemæo Philadelpho, ubi Pharus erat Homerico carmine celebris. Diuidui.] hoc est septem ostijs in mare exeuntes. Vada Pelusia circa Pelusium infra Casiũ, ubi rex tum sua castra habebat, à cuius castris, Cleopatræ castra non longo spatio distabant.

Septimus annus.] septimum, & extremum ostium uersus Casium collem, & Arabiam. Pelusia uada, mare Pelusiacum. Quoniam autem circa ostia Nili nunc uersamur, addere etiam lubet, quod à Plinio proditum est de Pharo, & turri memorabili, lib. 36. cap. 12. Magnificatur, inquit, & alia turris à rege facta, in insula Pharo, portum obtinente Alexandriæ, quam constitisse DCCC. talentis tradunt, magno animo (ne quid omittamus) Ptolemæi regis, quod in ea permiserit, Sostrati Cnidij architecti structuræ ipsius nomẽ inscribi. Vsus eius nocturno nautarum cursui ignes ostendere, ad prænunciandа uada, portusq; introitum, sicut iam tales cõpendiosis locis flagrant: ut Puteolis, ac Rauennæ, ad uitandũ periculum etiam in corriuatione. Hæc Plin. Appianus prodidit. Pompeiũ casu quodam uento incumbente, ad Casium delatum fuisse: tum autẽ regem puerum decimum tertium ætatis annum attigisse. Pugna.re.] quo contra uentum luctabatur.

Tempus erat q.] Chronographia æqui noctij autũnalis, quo Sol primum punctum Libræ ingressus æqui C noctium efficit, quo tẽpore dies, & noctes pares sunt. Et ut mihi Vergilij uersu liceat uti.

» Libra diei, noctique pares ubi fecerit horas.

Incidit hoc æquinoctium autumnale, in decimum tertium Cal. Octobris, ueteribus, ut uernum æquinoctium principium arietis efficit, XVII. Cal. Apriles: in octaua eius signi parte tamen dicit Aratus, ut Autumnale in octaua Libræ. Bedæ Idibus Septembribus. Hoc die, inquit poëta, Pompeius in Aegyptum uenit. Et cùm dicit examinat, allusũ est ad examen Libræ, quod Lãces utrinq; æquat.

Rependit.] pensat, ut rectè Scipitius.

Comperit.] Pompeius, ubi audijt regẽ cum exercitu in Casio esse, de quo monte dictum est. Vtrunque regni hæredem pater instituerat Ptolemæus Auletes, & filium, & filiam Cleopatrã, quã regni parte defrauda á al. dãnasse re frater conabatur. Hoc ubi accepit Pompeius, auertit iter, & cursum nauigationis à Pelusio. Eratq; adhuc supra terram Sol, & uenti adhuc secundi spirabant.

Iam rapido spe.] Quemadmodũ in ca-

Tempus erat, quo Libra pares examinat horas,
Non uno plus æqua die, noctiq; rependit,
Lux minor hybernæ uerni solatia damni.
Comperit ut regem Casio se monte tenere,
Flectit iter, nec Phœbus adhuc, nec carbasa lãguẽt
Iam rapido speculator eques per littora cursu
Hospitis aduentu pauidam compleuerat aulam:
Consilij uix tempus erat, tamen omnia monstra
Pellææ coiere domus, quos inter Achoreus
Iam placidus senio, fractisq; modestior annis,
Hunc genuit custos Nili crescentis in arua
Memphis uana sacris, illo cultore Deorum
Lustra suæ Phœbes non unus uixerat Apis.
Consilij uox prima fuit, meritumq; fidemq;,
Sacraq; defuncti iactauit pignora patris.
Sed melior suadere malis, & nosse tyrannos,
Ausus Pompeium leto à damnare Photinus,
Ius, & fas multos faciunt Ptolemæo nocentes,
Dat pœnas laudata fides, quum sustinet, inquit,
Quos fortuna premit, fatis accede, deisq;,
Et cole fœlices, miseros fuge, sydera terra
Vt distant, & flamma mari, sic utile recto
Sceptrorum uis tota perit, si pendere iusta
Incipit, euertitq; arces respectus honesti,
Libertas scelerum, est, quæ regna inuisa tuetur.
Sublatusq; modus gladijs, facere omnia sæuè
Non impune licet, nisi quum facis, exeat aula,

Qui uult esse pius, uirtus, & summa potestas,
Non coëunt, semper metuet, quē facta pudebunt.

stris ferè fit, equitum, & peditum speculatores circumquaque dispōnuntur, ad obseruandos hostium impetus. Speculator eques circa littus collocatus conspecto nauium appulsu, trepidè in castra accurrit, nunciauitq; Romanum adesse. Etenim ad regem Pompeius Legatos misit, ut pro hospitio, atque amicitia patris Alexandria reciperetur, atq; illius opibus in calamitate legeretur. Sed qui ab eo missi erant, confecto legationis officio, liberius cum militibus regis colloqui cœperunt. Eosq; hortatur, ut suum officium Pompeio præstarent, néue eius fortunam despicerent. In hoc erant numero complures Pompeij milites, quos ex eius exercitu acceptos in Syria Gabinius Alexandriam traduxerat, belloq; confecto apud Ptolemæum patrem pueri reliquerat. Ad eum modum Cæsar rem narrat. Appianus, casu quodam inquit, incumbente uento Pompeius ad Casium defertur. Inspectis copijs, quæ plurima in littore constiterant, à cursu temperauit, meditatus, quod res ipsa fuerat, adesse regem. Præmissis nuncijs, amicitiam, quam cum patre eius habuisset exponit. Obiter hic locus postulat, amicitiæ utriusque rationem referamus. Quo tempore Cato urbe ablegatus Rhodum contenderet, hortaretur q; Cyprium Ptolemæum, ut Senatus decreto pareret, accidit Ptolemæum Auleten ab Alexandrinis ob ignauiam & sordidos mores regno eiectum Romam nauigare, ut Pompeij, & Cæsaris auxilio in regnum restitueretur. Is audito Catonis ad insulam appulsu, Rhodum diuertit, ratus fore, ut suo aduentu audito, Cato officij caussa ad se ueniret, sed longè aliter accidit. Curabat tum fortè corpus Cato, cum nunciaretur Ptolemæum adesse, qui eum conuenium expeteret. Respondit Cato, ut Ptolemæus ad se ueniret, si quid se conuento opus esset, neq; uenienti magis processit obuiam, assurrexit ue, quàm si priuatus aliquis ad se ueniret. Quæ res regem primo congressu uehementer turbauit, admiratus q; fuit, quod in priuatum hominem tanta potuerit cadere animi elatio. Mox uerò ubi eum loquentem audiuit, ac liberè prædicentem, quantum dispendij adiret, si cupiditati, & auaritiæ Romanæ ciuitatis se subijceret ut diuinum hominem admirari cœpit, fuisset q; haud dubiè illius consilium consequutus, & in Aegyptum retrò uela fecisset, ut cū suis in gratiam rediturus, nisi amicorum consilio, ac suasu Romam ire perseueraſſet. Circa ea tempora Gabinius Syriæ præerat, qui Pompeij authoritate regem contra religionem in regnum reduxit. Ex libris Sibyllinis celebre carmen erat, ne Romanus exercitus in Aegyptum deportaretur. Alexandrini pulso rege filiam eius maximam natu reginam constituerunt: nupsitq; illa primo Cybiosatri cuidam Syrio, regia stirpe, ut ipse credi uolebat, procreato, quam regina paucis diebus ob sordidum ingenium regno expulit. Iuncta inde Archelao est, eius Archelai filio, qui contra Syllam, pro Mithridate pugnauit, ac mox à Romanis in summo fuit honore habitus. Interim dum filia nouis studet nuptijs, Ptolemæus pater Romam profectus. Pompeio ab initio conciliatus, & per eum patribus commendatus fuit. De eius reductione actum in Senatu est simul, & de legatorum cæde, qui supra centum ex Alexandria Romam aduersus Ptolemæum uenerant, inter quos fuerat Dion Academicus. Cùm autem Consul Spinther sentiret Ptolemæum ambire, ut à Pompeio reduceretur, author patribus fuit, ut præfectura maritima, & terrestris annonæ illi decerneretur, quo maiorem dignitatem conse-

cutus, omnem curam de reducēdo rege abijceret. Ipse mox præsens, & proconsul absens, per Ciceronem admixus est, ut reducendi regis sibi prouincia decerneretur. Malebat & rex per Pompeium reduci. Sed cùm id obtinere non posset, Ephesum concessit, quasi ibi Dianæ numine tutus uicturus. Non multò pòst, Pompeij impulsu, iniussu populi, A' Gabinius regem restituit: qui recepto regno filiam, & Archelaum, cui puella nupserat, occidit. Nec ipse diu pòst, filiæ, & genero superfluit. Perijtq; fatali morte, quatuor filijs superstitibus, duobus uirilis stirpis, ac totidem alterius sexus, ex quibus maiores natu testamento patris regnare iussi sunt. Dionysius Ptolemæus, & Cleopatra. Consilij.] Cognita legatione, inquit, Pompeij, obstupuit subitum hospitis aduentum, uix tumultuosè consulendi spatium fuit, usq; adeò in regia trepidatum fuit. Consistim, inquit Appianus de Pompeij aduentu consultare incipiunt. Tres proditur ab eodem maximè regij consilij principes, Achillas, qui exercitui præerat, Photinus, eunuchus, qui pecunias asseruabat, & Theodorus Samius rhetor, qui puerum regem studijs formabat.

Omnia monst.] fœdissimi homines à consilijs regis. Alludit ad Photinum eunuchum regis monstrum hominis. Domum Pellæam regiam Alexandrinam uocat, uel ob Alexandrum urbis conditorem, uel propter primum Ptolemæum Lagi, qui Macedo fuerit.

Achoreus] fictitium senis nomen deductum ab Achor, qui apud Cyrenaicos muscarum deus colitur, muscarum multitudo quoties pestilentiā adfert, protinus interijt, postquam illi litatum est deo. Descriptio personæ ab ætate. Hunc genuit &c.] à parentibus, siue patria potius. Memphis ultra Nilum iacet. Occasum uersus, regia quondam Aegypti principum, & ab ea stadiorum aliquot interuallo, Pyramides illæ stupendæ altitudinis turres, inter orbis miracula quondam habitæ, quarum situm Plinius reddidit libro 36. quæ nihil aliud fuerunt quàm pecuniæ regum stulta ostentatio. Custodem Nili, uocat Memphim, siue quod sita in ripa Nili, siue quod totius Aegypti regia quondam fuit.

Illo cultore.] sub quo sacerdote, sacrorum operatore, multi boues, quos pro Dijs colebant, perierant. Grandem senectutem eius periphrasticè circumscribit.

Apis.] Plin. lib. 8. cap. 46. Bos in Aegypto, inquit etiam numinis uice colitur. Apim uocant. Insigne ei in dextro latere candicans macula, cornibus lunæ crescere incipientis. Nodus sub lingua, quem cantharum appellant. Non est fas eum certos uitæ annos excedere, morsumque in sacerdotum fronte enecant, quæsituri luctu alium, quē substituant, donec inueniant, mœrent, derasis etiam capitibus, nec tamen usquam diu quæritur. Iuuentus deducitur à sacerdotibus Memphim. Sunt delubra ei gemina, quæ uocant Thalamos, auguria populorum. Alterum introisse lætum est, in altero dira protendit. Responsa priuatis dat, è manu consulentium cibum capiendo, Germanici Cæsaris manum auersatus est, haud multo pòst extincti. Cæteri secretus cum se prorumpit in cœtus, incedit. summoto strepitu lictorum, grex q; puerorum comitatur, carmen honori eius canentium, intelligere uidetur, & adorari uelle. Hi greges repentè lymphati futura præcinūt. Fœmina bos semel in anno ostenditur, suis & ipsa insigni-

bus quam

A bus, quanquam alijs, semperq; eodem die, & inueniri eam, extinguiq; tradunt. Memphi est locus in Nilo, quem à figura uocant phialam, omnibus annis ibi auream pateram, argenteamq; mergẽtes, diebus, quos habent natales Apis, (septem hi sunt) mirumq; neminem per eos à crocodilis attingi. Octauo post horam diei, ut redire beluæ feritatẽ. Hæc Plinius. Erat Apis ex boue alioqui sterili genitus, quem Cambyses ferro uiolarat. Persuasum habuerat Aegyptiorum uanitas, eam fulgure, ictam fieri grauidam, eoque conceptu Apim nasci, quem Epaphum dixerunt. Erat illi candor quadratæ figuræ in frõte: in tergo aquilæ effigies, insignis. Cantharus in palato, niger cætera.

Suæ Phœ.] *Lunæ suæ. Hoc dicit, inquit Sulpitius, propter albam notam, quam in dextro latere, instar bicornis Lunæ habet ingenitam* Lustra suæ.] *quod macula illa candicant, ut Plin. cornibus lunæ crescere incepere.* Consilij.] *Sententia prima Achorei senis, de admittendo Pompeio in regnum, propter eius amplissima in patrem merita.* Sed melior.] *Senis consilio opponit*
B *sententiam Photini monstrosi hominis, cuius oratio efficatior fuit in persuadendo in perniciem regis, quam præstantis senis.* Nosse tyran.] *Quibus praua consilia placent, ut suam tyrannidem exerceant, ut non æquis legibus, neq; recta ratione suos opprimant, & metuentes semper sub imperio contineant. Et quibus semper illud tragici in amono pariter, & in ore est si ius, & æquum uiolandũ est, id imperandi caussa faciendum est. Tales multi stulti reges habent à concilijs.* Ptolemæe.] *auersio per exclamationem ad puerum Dionysium Ptolemæum.*

Dat pœnas lau.] *Verba sunt Photini, ut orationis principium sit, Ius, & fas &c. Qualis uir fuit, talis, & oratio. Monstrosi hominis monstrosior oratio, sed plausibilis puero tyranno, pessimè instituto.* Vtile] *Vtilitatem persuadet honestati anteponendam. Apud tyrannum, si æquum, & bonum consulas, in periculum incidas oportet, molesta est ueritas, quare turpiter assentandum est.*

Laudata f.] *Calumniæ exponitur uirtus, uerum, & iustitia, à qua nisi in transuersum abeas, dabis pœnas ad postremum.* Quos fortuna, *calamitosos illos, & bonos uiros.* Fatis. ac.] *In honore habe, quos Dij seruant in rebus secundis incolumes, infœlices, & miseros magis deprime.* Sidera ter.] *A similitudine collationem facit, honestii, & utilitatis.* Sceptrorum], *per omnem tyrannicũ, quasi uis regnorum pereat si iusticiæ ratio habeatur. simul & honesti, & à cõtrario, regna conseruari libertate scelerum dicit, quantumuis sint inuisa propter tyrannidem.* Sublatusq; mo.] *hoc est, clementia, si non sæuiatur ferro.* Facere omnia s.] *obiectio, quam soluit reiectionem. Qui non potest ferre crudelitatem exerceri impunè. faceſſat ex aula, exeat à theatro, qui uult pius esse, & qui oderit tyrannidem. Vox planè tyrannica. Scio ab alijs aliter hunc locum exponi.*

Non impunè.] *Quasi contemptu pueri regis in Aegyptum fugam tenuit, unde eum in Pompeium concitare conatur, atq; in odium trahere. Sed durius hoc mendaciũ est, aduersus Magnũ, ad faciendam ei inuidiam.* Sceptris.] *regno, ut ipse illud in*
C *uadat potius, quam ut sorori tradat.*

Pignora.] *sororẽ intelligit, cùm alioqui pignora, pro liberis usurpari soleat.*

Nilumq; Ph.] *hoc est, regnum Aegypti trade potius sorori hosti iudicatæ, cum qua bellum habes.*

Ab armis Latijs.] *ab armis Romanis defendamus nos.*

Quicquid non.] *Quicquid Pompeius non inuaserit, dũ bellũ Ciuile geritur, nec Cæsar occupabit.*

Nulla fiducia.] *Cum nulli regum fidat, cum nihil spei, & opis supersit, ad reliquos, ad colligẽdas uires, quærit, & implorat aliena auxilia, ut habeant, cũ quibus cadat.*

Nec soceri.] *Amplificatio fugæ ab honesto, plus est enim aspectũ Senatus Po. Ro fugere, ob rem malè gestam, quàm Cæsarem uictorem.*

Quorum omnia.] *quorũ omnes hac pugna aduersa euertit. Sunt, qui legũt omnia, quasi dicat, ait Glareanus, prosperã fortunam, ex lectione Badiana. At ego puto hoc nimis argutum, inquit, & simpliciter legendum,* Omnia, *quasi dicat, omnem substantiam, & fortunam, ut à nominatiuo omne.* Thessal. reus.] *accusandus malè gestæ rei in Thessalia in pugna Pharsalica.* Nulla Tel.] *quasi rebus desperatis omnibus, exclusus ab omnibus regibus, uenit ad te, tanquam ad sacram ancoram, ut in*

a al. priuare rit.

b al. mixtas.

c al. omina.

Non impunè tuos Magnus contempserit annos,
Qui te ne uictos arcere à littore nostro
Posse putat. neu te sceptris a spoliauerit hospes,
Pignora sunt propiora tibi, Nilonq; Pharonq;,
Si regnare piget, damnatæ redde sorori.
Aegyptum certè Latijs tueamur ab armis.
Quicquid non fuerit Magni, dum bella geruntur,
Nec uictoris erit. toto iam pulsus ab orbe
Postquam nulla manet rerum fiducia, quærit,
Cum qua gente cadat, rapitur ciuilibus armis.
Nec soceri tantum arma fugit, fugit ora Senatus,
Cuius Thessalicas saturat pars magna uolucres,
Et metuit gentes, quas uno in sanguine b mistas
Deseruit, regesq; timet, quorum c omina mersit,
Thessaliæq; reus nulla tellure receptus,
Sollicitat nostrum, quem nondũ perdidit orbem.
Iustior in Magnum. nobis Ptolemæe quærelæ
Caussa data est, quid sepositam, semperq; quieram
Crimine bellorum maculas Pharon aruaq; nostra
Victori suspecta facis? cur sola cadenti
Hæc placuit tellus, in quam Pharsalica fata
Conferres, pœnasq; tuas? iam crimen habemus
Purgandum gladio, quód nobis sceptra Senatus
Te suadente dedit, uotis tua fouimus arma.
Hoc ferrum, quod fata iubent proferre, paraui
Non tibi, sed uicto feriam tua uiscera Magne
Malueram soceri: rapimur, quo cuncta feruntur.
Téne mihi dubitas, an sit uiolare necesse,
Cùm liceat? quæ te nostri fiducia regni
Huc agit infœlix? populum non cernis inermem,
Aruaq; uix refugo fodientem mollia Nilo?
Metiri sua regna decet, uiresq; fateri.
Tu Ptolemæe potes Magni fulcire ruinam,
Sub qua Roma iacet? bustum, cineresq; mouere
Thessalicos audes? bellumq; in regna uocare?

Ante aciem Emathiam nullis accessimus armis,
Pompeij nunc castra placent, quæ deserit orbis?
Nunc victoris opes, & cognita fata lacessis?
Aduersis non deesse decet, sed læta secutos,
Nulla fides unquam miseros elegit amicos.

sceptri societatem accipiatur, ab uniuerso orbe exclusus, sollicitat nostrũ orbem, hoc est, Aphricam, in qua Aegyptus est, & eum item orbem ad postremum perditum eat. Iustior.] *Occurrit, quod obijcit, Pompeium de Ptolemæo ut ingrato quæri posse. Imò, inquit, nos iustius de eo quæri possumus, inuertit argumẽtum, per auersionem ad regem. Eum modestè reprehendit, quod regnum quietum maculet armis ciuilib.* Pharon.] *Aegyptum à parte totum. Ab inutili, quod proficiscitur ab armis Ro.* Crimen ha.] *Si Cæsaris inimicũ recipias, illico ille tibi arma inferet. Et, gladio, pro, bello.* Senatus.] *Quod Senatus stabiliuit tibi regnum, nõ fuimus ingrati ob acceptum beneficiũ, sed & deos in tua uota precati sumus.* Non tibi.] *ut Pompeio. & hospiti paternos sed uicto.* Malueram so.] *Cæsari, sic uictus esset, uiscera ferire.* Quæ te nostri.] *Qua spe, & fiducia, quo consilio, ingressus es regnum meum, cũ liceat mihi te interficere, cùm necesse sit.* Populum inermem] *à tenuitate regni, quasi dicat, cum tantæ non sint opes nostræ, ut auxilia inde tibi possis polliceri.* Arua moll.] *A' consequenti Si uix fodit terram pinguẽ relictã à Nilo refugo, quid ualeret is populus bello?* De Nili inundatione, & recursu refluo antè dictum est. Metiri sua.] *Ab æquo, Alibi sum est ad illud Horatianum.*

„ *Metiri se quenq; suo modulo, ac pede, uerum est,*

Vt & illud Persianum.

„ *Messe tenus propria uiue.*

Monemur adagio, ne quis dilatet, inquit Erasmus ultra conditionem suã, neue seipsum ex assentatorũ laudibus, uel uulgi opinione, aut fortunæ fauore, rerũ proprijs, ac ueris dotibus, animiq; uirtutibus æstimet. Martialis.

Qui sua metitur pondera, ferre potest.

Eodem pertinet propria mensura uiuere, οἰκείῳ μέτρῳ. *Pindarus.*

χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν σὺν ἑκάστου μέτρον. id est,
Oportet autẽ iuxta suã quenq; conditionẽ uiuere.
rei spectare modum. *Arisloph. in Auibus.*
ἐν ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῆ.
id est, Erasmo interp.
Non ipse te remetieris, hinc loci Aliò profectus.

In eandem sententiam hoc loco declamat Photinus.

Tu Ptolem.po.] *quasi dicat, nõ A' maiori ad minus, Roma, domina rerũ non potest sustentare ruinã Pompeij, multo minus tu.* Bustum.] *cladẽ Pharsalicã instaurare, & uires casorũ restituere?* Bellumq.] *Ab inutili, cum possis extra partes esse.* Ante aciẽ.] *Ante pugnã Pharsalicã in partibus nõ esse, & nũc in partes uis discedere, & quidem cũ nulla gratia,* Nunc victo.o.] *Et nunc Cæsaris potentiã in te concitabis?* Aduersis.] *Concludit argumentatione orationẽ. Qui secuti sunt secundã fortunã, eos nõ decet in aduersis deesse. At tu secundã hominis fortunam nõ es secutus, licet ergò in aduersis deesse. Additq; epiphonema, quo absoluit orationẽ. Sed ea exclamatio respondet toti orationi, in aduersis deserendos esse amicos. Hanc sententiã alijs, atq; alijs uerbis non uno loco reddit.*

Assensêre. om.] Assensêre omnes sceleri, lætatur honore
a al. iubere. *Ab omnibus itũ est, in* Rex puer insueto, quod iam sibi tanta a licere.
sententiã Photini, nõ Permittant famuli, sceleri delectus Achillas,
b al. exultat. *solum Pompeium regno* Perfida qua tellus Casijs b excurrit arenis,
excludendum sed Et uada testantur iunctas Aegyptia Syrtes,
c al. gladijsq; *etiã interficiendũ Sed* Exiguam socijs monstri, c cladisq; carinam
audiamus Cæsarem. Instruit, ô superi, Nilusne, & barbara Memphis,
His tunc cognitis rebus, qui propter ætatẽ Et Pelusiaci tam mollis turba Canopi
Hos animos? sic fata premunt ciuilia mundum?
d al. ullusne *eius (pueri regis) in* Sic Romana iacent? d nullusne in cladibus istis?
procuratione erãt regni sine timore adduc- Est locus Aegypto? Phariusq; admittitur ensis
ti, ut postea prædicabãt, ne solicitato exer- Hanc certè seruate fidem ciuilia bella,
e al. præstate. *citu regio, Pompeius* Cognatas e præstare manus, externaq; monstra
Alexandriam, Aegy- Pellite, si meruit tam claro nomine Magnus.
f ac. *ptumq; occuparet, siue despecta eius fortuna, ut plerunq; in ca-* Cæsaris esse nefas, tanti Ptolemææ ruinam
lamitate ex amicis inimici existunt, ijs, qui erãt Nominis haud metuis? celoq; tonãte prophanas
ab eo missi, palã liberaliter responderunt, Inseruisse manus impure, f & semiuir audes?
eumq; ad regem uenire iusserunt. Ipsi clàm Non domitor mundi, nec ter capitolia curru
consilio inito, Achillã Inuectus, regumq; potens, uindexq; Senatus,
præfectũ regiũ, singulari hominẽ audacia, Victorisq; gener, Pharío satis esse tyranno
& L. Septimium, Tr. Quod poterat. Romanus erat, quid uiscera nostra
Mili ad interficiendũ Scrutaris gladio? nescis puer improbe, nescis,
Quo tua sit fortuna loco, iam iure sine ullo
Nili sceptra tenes, cecidit ciuilibus armis,
Quæ tibi regna dedit. Iam uento uela negarat
Magnus, & auxilio remorum infanda petebat
Littora, quem contra non longa recta biremi
Appulerat scelerata manus, Magnoq; patere
Fingens regna Phari, celsa de puppe carinæ
In paruam iubet ire ratem, littusq; malignum

Pompeium miserunt. Appianus, Hi, inquit, nefandũ negotiũ animo uoluẽtes, Pompeiũ interficere conuenũt, quò Cæsari morem gerent. Perfidos.] *A' loco ubi instruxerit sceleſtus ille carinã C exiguam socijs tribus, aut ad summũ quatuor, inter quos erat L. Septimius, qui sub Pompeio Tr. militum ordinem ductarat, & Saluius Centurio. Periphrasticè monstrat locũ uadosum propter proximum montẽ Casium, per quem uicinũ mare nõ potest nõ esse uadosum.* Iunctus Syr.] *Inter Leptim enim, & Alexandriam Syrtes sunt, intra uadosum, & reciprocum mare, æstu procellaq; exundãte, incertis sedibus leniter subsidũt, nec arenarum cumuli allauionis*

A allunionis uehemẽtius congesti, prehendi ob incertas uices, neque eaueri possunt. Etenim profunda redduntur æstu maris depulsis arenis, quæ paulo antè erant uadosa. Contrà breuia innauigabiliáq; per arenas è Casio appulsis.

Incusat, binaremq; radis frangentibus æstum,
Qui a uetet externas terris b appellere classes

O' superi.] per indignationem exclamatio, quod modica cymba instruitur à mõstris hominũ, quæ totius orbis Imperatorem sit ad cædem exceptura. Et Pompei maiestatẽ amplificat. Hos animos.] Aposiopesis, subaudi habet, uel induit. Canopi Pelusiaci.] Per Nilũ, Memphim & Canopum intelligit totam Aegyptũ. A' Pelusio, ad fauces usq; Canopi, sunt M. CCC. stad. A' Canopo usq; ad Pharon, stad. C. L. Canopes oppidũ appellatum creditur à Canopo gubernatore nauis Menelai, qui illic aspidis morsu interiit. Haud procul inde fossa est, cymbis referta, in quibus nymphæ assiduò modulantur, Glareanus existimat, Pelusiaci, nõ esse epitheton satis aptũ Canopo, cùm Pelusium sit, inquit, oppidũ ad extremũ Nili ostium, Orientem uersus. Canopos uerò maximè ad Occasum.

B Scio Persas, pro Medis, Glauci Scyllam, pro Nisi figuratè poni. At Canopũ accipere epitheton Pelusij, hoc inaudi tũ. Sed Hæc, & similia in opere imperfecto facilè ueniam merentur. Cladibus.] in cæde Pompei, ut Aegyptius ensis feratur, ad cædẽ ciuis Romani, Imperatoris, & quidem Maximi omnium quos Roma habuit. Pharius ensis, Aegyptius ensis, quasi barbarus, Ciuilia bella.] Auersio, ad bellum ciuile, ut si omnino necesse sit, Magnũ cadere, pereat manibus suorũ ciuiũ, gladio alicuius suæ gẽtis, non autẽ barbarorũ hominũ. Externa mon.] Aegyptiorum, semper alludit ad monstrũ hominis, & semmarẽ Photinũ. Si modo Pompeius meruit, in Cæsaris gratiã occîdi. Ptolemæe.] auersio ad regem. Cælo q; to.] respexit ad Rom. le, qua uetabatur, Ioue tonante nihil inceptare aliquid. Vituperato interfectore, aptè amplificat maiestatem Pompeij. Pharie.] Regi Aegyptiorũ uel si nihil aliud, quã quod Romanus erat, fat esse potuisset, Nostra.] Romana. Quo in lo.] quasi dicat, ô puer rex, nescis ad-

huc, in quo rerũ statu sit tua fortuna, nescis, a al. uetat.
quid serus uesper sit ti b al. aduerte
bi breui aducturus. Iure sine ul.] Quãuis sine iure re.
lus regnabat exclusa sorore, tamen per hoc parricidiũ regno suo exciderat, ne existimaret impunè cædẽ futurã fuisse. Nili scep.] Regnũ Aegypti, à parte totũ. Cecidit.] Pompeius, ciuis, beneficio pater in regnũ reductus fuerat, & regnare iussus erat à Senatu. Iam ueu.] hoc est, uela cõtraxit, uel, ut Sulp. depositi. Scelerata ma.] Aegyptiorum, Septim. & Achillas. Appianus, cymbã eximè ornatã ad eũ miserunt, inquit, ueluti mari importuoso eo in loco existẽte, nec à maioribus nauib. adiri facili. Ministri porrò regij cymbã inscenderant, & cum his Septimius, uir Romanus, qui tũc fortè regi assidens aliàs cum Pompeio militauerat. Is dextrã regis nomine Põpeio obtulit, & ad amicum filium tuto monet accedere. Sic Appianus. In paruã iubet.] Cæsar paucis ita refert. Ab his, inquit, liberaliter ipse appellatus, & quadã notitia Septimij productus, quod bello prædonẽ apud eũ ordinẽ duxerat, nauicula paruulã cõscendit, cum paucis suis, & ibi Achilla, & Septimio interficitur. Littusq; mal.] Plutar. scribit, cũ iam scapha propior esset, Septimiũ præuenientẽ surrexisse, ac Latinè Pompeiũ imperatorẽ Ro. appellasse. Achillã uerò eũ Græcè salutasse, atq; admonuisse, ut in scaphã descẽderet. Limũ enim esse at q profundũ, quod triremi ad nauigandũ suppeteret, cũ ob uicinũ Casiũ montẽ arenosũ sit mare. Bimarẽ æst.] Rectè Sulpit. hinc Libicũ, inde Aegyptiũ mare inter se, ostiorũ Nili æstu feuiẽte colludun tur. Et inter hæc, exercitus tãquã Põpeio honorẽ delaturus, iuxta littus in acie stabat, inter quos rex medius uestis purpurea eminebat. Cuius rei spectaculo, mo Põpeius, maximè cũ nec ad ipsum accessisset rex, nec ex dignioribꝰ, præmisisset, (quãquã & Corneliæ, & omnibus ferè, qui in naui erãt ab initio regis animus suspectius fuerat) dehortantibus omnibus ne iret ad eũ, protulit Sophocleũ illud,

Qui ad tyrannũ se cõferi, etsi liber est sit illius seruus. "
Externas. c]ut maiores Aegyptijs. Pulchrũ cõmentum.

C Quod nisi f.] Multis uerbis ostendit poẽta, nisi planè fatale fuisset, Pompeio ibi percũdum esse, multa signa in omniũ oculos incurrebãt, quib. præsagire poterant, eũ ad eadem trahi. Intenta.] in iussa, uel intenta iussui. Ordinẽ extremum, Diuinam prouidentiam uocat.

Quod nisi fatorum leges, intentaq; iussu
Ordinis æterni miseræ uicinia mortis
Damnatum leto traherent, ad littora Magnum,
Non ulli comitum sceleris præsagia deerant,
Quippe fides si pura foret, si regia magno
Sceptrorum autori uera pietate pateret,
Venturum tota Pharium cum classe tyrannum.
Sed c cessit fatis, classemq; relinquere iussus,
Obsequitur, letumq; iuuat præferre timori.
Ibat in hostilem præceps Cornelia puppim,
Hoc magis impatiens egressũ deesse marito,
Quod metuit clades, remane temeraria coniunx,
Et tu nate precor, longeq; è littore casus
Expectare meos, d & in hac ceruice tyranni
Explorate fidem, dixit, sed surda uetanti
Tendebat geminas amens Cornelia palmas,
Quò sine me crudelis abis? iterúmne relinquor
Thessalicis e submota malis? nunquã omine læto
Distrahimur miseri, poteras flectere puppim,
Cùm fugeres alio, latebrisq; relinqueret Lesbi,
Omnibus à terris, si nos arcere parabas.

Nisi trah.] Pompeiũ destinatũ ad cædẽ, omnes comites palàm præsagire potuisse, quod statim euenit. Præsagia aliquot recensuimus paulò antè, exercitus instructus in littore, tanquã ad spectaculũ cõtemptim missi duo uiles, & scelerati fuissent. Iussus.] Pompeius à regijs ministris, Achilla, & homines Septimius, & Achillas, eũ regis esset tãto uiro obuiã procedere cum aliquãta nobilium suorum manu: modica cymba. et alia consimilia. Præsagiũ est, prædiuinatio, & c al. cedit.
præsentio rerũ futurarũ, & præsagatio uetustorum. Inest igitur, ait Cic. in animis præsagatio extrinsecus immissa, atq; inclusa diuinitus. Quippe.] præsagium, si sincero animo obtulisset Põpeio d al. sed
cõmunionem regni, occurrisset ei cũ omni regia classe, & honorifice data dextra aduentũ illi suũ gratulatus e al. summo-
ru.

Septimio. Sed obsequutus fuit Pōpeius parricidis. Ibat in ho.] *Poëta coniugis affectū pium in Cornelia proponit, quæ marituꝫ in cymba descendentē sequi voluerit. Cæterum parua nauicula exceptū Pōpeium Cornelia anxia animo euentū rei expectans, oculis prosecuta fuit.* Re

mane.] *Verba sunt Pōpeij ad Corneliā, quasi remouētis à se, monētisꝙ ut in naui maneret.* Nate.] *Sexte fili, hic apud uxorē meam tantisper te cōtine, dum euentū rei uideritis.* Non fre.] *Satius fuisset, non uenisse in Lesbum, ac me inde abduxisse huc, & nunc deserere miseram.*

An tantum.] *Pathos à loco, in hoc tibi placeo, ut circūducas me per maria? ac non comes esse posim terra?* Prima puppe.] *Tum demum amicorū multi suadebant, id quod paulò aptè retuli, non esse eundum ad regem. Pōpeius tamē cōstans uoluit ad regē ire. Atꝙ ibi tum, cùm exciperetur ab ijs, qui erant circa Achillam, auersus ad uxorē, & filiū, dixit hæc. Sophocl. Iambica.*

ὁρᾷς δὲ δὲ ὡρος ἀνδρὸς ἐμπορεύεται
πείνου γ' ὑ Ἀχιλλεῖ, κἀκ' ἐλεύθερ' ἐμολῆ.

Nec quaquam.] *pathos à gestu.* Romanus Septi.] *Ab hoc Latinè Imperator Romanus salutatus fuit.*

Proh sup. pu.] *exclamatio ab indigno.* Regia ar.] *V. hastili trium pedū. & semis, quod tūc uerrucatū tempo ribus Vegetij uerutum dicebatur. Posita itaꝙ militis telo, regia arma & quidem non salutem, sed cædem prolato, regia se ferebat.* Immanis.] *asyndeton uehementiæ gratia.* Fortuna.] *Auersio ad fortunā.* Hæc d.] *otio sa fuisset, si præsens in Pharsalica pugna unà adfuisset.*

An tantū in fluctus placeo comes? hæc ubi frustra
Effudit, prima pendet tamen anxia puppe,
a al. attonitoꝙ Attonitosꝙ a metu, nec quoquam auertere uisus,
Nec magnum spectare potest, stetit anxia classis
Ad ducis euentum, metuens non arma, nefasꝙ
Sed ne submissis precibus Pompeius adoret.
b al. tua. Sceptra b sua donata manu. transfire parentem.
Romanus Pharia miles de puppe salutat
Septimius, qui (proh superū pudor) arma satelles
Regia gestabat posito deformia pilo
Immanis, uiolentus, atrox, nullaꝙ ferarum
c al. qui. Mitior in cædes. c quis non fortuna putasset
Parcere te populis, quod bello hæc dextra uacasset
Thessaliaꝙ procul tam noxia tela fugasse?

ipsius regis pilum missile telū erat ferro triangulo, unciarum 9. hastili pedū quinqꝙ & semis, nunc spiculū uocatur. Ad cuius ictum præcipuè exercebātur milites, quod arte, & uirtute directū, & scutatos pedites, & lorica tos equites sæpè transuerberabat. Atꝙ hoc quidē maius pilū erat. Erat aliud minus, ferro triangulo, unciarū

Disponis] *Et ut hic quoꝙ ciuile bellū sit, gladios disponis ad cædē eius quem honorificè salutabat.* Romanus] *quem Septimius Ro. gerebat, ita Regi parebat ut magno cū dedecore suo, et pudore Deorum, apud omnē posteritatē fabula, imo res gesta narraretur.* Pellæus puer.] *Aegyptius, sed à Ptolemæo Lagi Macedonico oriundus.*

Disponis gladios, ne quo non fiat in orbe
Heu facinus ciuile tibi, uictoribus ipsis
Dedecus, & nunquam superūm caritura pudore,
Fabula. Romanus regi sic paruit ensis,
Pellæusꝙ puer gladio tibi colla recidit
Magne tuo. qua posteritas in sæcula mittet
Septimium famæ scelus hoc quo nomine dicent,
Qui Bruti dixēre nefas? iam uenerat horæ
d al. tunc. Terminus extremæ, Phariaꝙ ablatus in alnum
Perdiderat iam iura sui. d tum stringere ferrum
Regia monstra parant, ut uidit cominus enses,
Inaluit uultus, atꝙ indignatus apertum
Fortunæ præbere caput, tunc lumina pressit
Continuitꝙ animam, ne quas effundere uoces
Posset, & æternum fletu corrumpere famam.
e al. At. Sed e postquam mucrone latus funestus Achillas
Perfodit, nullo gemitu consensit ad ictum,
f al. Despexitꝙ. Respexitꝙ f nefas, seruatꝙ immobile corpus,
Seꝙ probat moriens, atque hæc in pectore uoluit:
Secula Romanos nunquam tacitura labores
Attendunt, æuumꝙ sequens speculator ab omni
Orbe ratem, Phariāꝙ fidem, nunc consule famæ.
Fata tibi longæ fluxerunt prospera uitæ,
Ignorant populi, si non in morte probaris,
An scieris aduersa pati. ne cede pudori
g al. Auctoremꝙ. Autoremn'eg dole fati, quacunꝙ feriris,
al. Actoreꝙ. Crede manum soceri, spargant, lacerentꝙ licebit,
Sum tamen ô superi fœlix, nulliꝙ potestas
h al. uita. Hoc auferi Deo, mutantur prospera h uitæ,
Non sum morte miser.——

nelia animo anxia euē tum rei expectans oculis prosequebatur. Et iam nō procul à nauiaberāt, cū Septimius cū gladio traiecit. Inde Achilla, & alijs ferrum stringētib., uiraꝙ manu ad frontē obdiacta multis uno tempore uulnerib. acceptis, nullā emisit uocē tanta uiri maiestate inditā, sed suspirio dun- C taxat ædito obtulit corpus feriendū percussoribus. Mons.] *Septimius & Achilles*

Secula Ro.] *Affingit Pompeio orationem, quā tacitus apud se reuoluit.* Phari.] *perfidia Aegyptiorū, Appianus, cū in alio, inquit, lōgè abesset inter nauigandū magis adhuc de Septimio cæpit suspicari. siue quod Romanū hominē secū olim militantem nosceret, siue quod solā adesse cerneret, quasi ob militaris disciplinæ æmulationem, Imperatorē suū esset inuasurus Te'ne, inquit, ego cognosco ô miles. Cui statim ille annuit. Deinde cōuersum primus con-*

al. fit. *Senatus, uindicē Libertatis, trucidauit, quo potissimū nomine, si collocatio fiat, hoc scelus appellabunt? cum Bruti facinus laudib. sit uehendum.* Phariamꝙ ab] *parua nauicula exceptū Cor-*

mus perculit. Cæteri uerò insecuti sunt. Sed Plutarchus paulò aliter Cùm inter nauigandum, inquit, triremi ad littus, nulla uox pia ad Pompeiũ peruenisset, ad Septimiũ dixit. Non ego te meum cõmilitonẽ agnosco: Sed hic nulla uoce emissa, tantum capite annuit. Tum Põpeius oratione Græcam, qua erat apud regem usurus, legens littus propius accessit. & multis ex regijs descendentibus, uelut ad officium & salutationem uiri, cùm Pompeius apprehensa manu Philippi assurgeret, Septimius eum à tergo ense transfigit. Inde Saluius, & Achillas gladios nudauere. Non sum morte miser] Quia mors malum non est, & in mea constantia perseuero, & fractus recta conscientia, post triumphos animo tranquillo morior.

Videt hanc.] Cõsolatur se Põpeius, quod in conspectu suorũ cadat, hoc est cõiugis, & Sexti Pompeij filij: pathos à sexu, & ætate.

At non t.] Dilatatio à querimonia personæ Corneliæ, in qua immodicus dictus est quidẽ, sed decorè, quod is sexus in tali re natus [B] ra nullũ seruet modũ, ubi cœperit queri.

Ego te sc.] translatio culpæ mortis in se, præ impotẽtia animi.

Aulia Lesbi.] Aetiologia. Nam propius aliã fugã tenere potuisses, Lesbo pierita. Cæs.] putat Cæsarẽ ante Põpeium in Argyptũ peruenisse. Ducit enim argumentũ à cõsequẽti. Põpeius in ipso statim appulsu occisus est, ergo Cæsar anteuenit, et eũ interfici iussit. Verisimile non est, reputat, ab rege amico percussores missos, cuius [C] patrem in regnũ Põpeius autore Senatu per Gabiniũ restituit. Sed quis.] reuocat impotentiã ac dubitat de autore, & caussa cædis. Sed quisq.] Nescis, cuius iussu sit interfectus, eũ à Cæsare, an à superis hoc tẽporis percutiendi Magnũ sit datũ. Nescis cr.] Hortatur se ipsam ad cædẽ sui, simul ut ea morte pereat, qua optat Põpeius. Oratiões sunt abruptæ, & nusquã sibi cõstantis, & amentis animo.

——Videt hanc Cornelia cædem,
Pompeiusq; meus, tanto patientius oro,
Claude dolor gemitus, natus, coniunxq; perẽptũ
Si miranturamant. talis custodia Magno
Mentis erat, ius hoc animi morientis habebat,
At non tam patiens Cornelia cernere sæuum
Quàm perferre nefas miserãdis æthera complet
Vocibus, ô coniunx ego te scelerata peremi,
Lætiferæ tibi caussa moræ fuit auia Lesbos,
Et prior in Nili peruenit litora Cæsar.
Nam cui ius alij sceleris? sed quisquis in istud
A' superis immisse caput, uel Cæsaris iræ,
Vel tibi prospiciens. nescis crudelis, ubi ipsa
Viscera sunt Magni, properas, atq; ingeris ictus,
Qua uotum est uicto, pœnas non morte minores
Pendat, & antè meũ uideat caput, haud ego culpa
Libera bellorum, quæ matrum sola per undas,
Et per castra comes, nullis absterrita fatis,
Victum, quod reges etiam timuere, recepi.
Hoc merui coniunx, in tuta puppe relinquis?
Perfide parcebas, te fata extrema petente
Vita digna fuit? moriar, nec munere regis.
Aut mihi præcipitem nautæ permittite saltum,
Aut laqueum collo, tortosq; aptare rudentes,
Aut aliquis Magno dignus comes exigat ensem;
Pompeio præstare potest, quod Cæsaris armis
Imputet, ô sæui properantem in fata tenetis?
Viuis adhuc coniunx, & iam Cornelia non est
Iuris Magne tui? prohibent accersere mortem,
Seruor uictori. sic fata, interq; suorum
Lapsa manus, rapitur, trepida fugiente carina.

Simul ut Põpeius ipsã uideat ob oculos morientẽ, antequã ipse pereat. Haud c.] *Culpæ belli partẽ in se per amẽtiã trãsfert, quod sola mariti sit secuta ad bellũ unde perfidũ eũ uocat, quod nũc in extrema morte ab eo deseratur, nec cõmori liceat.* Cõiunx.] *pathos à relatione, cum cõiunx cõiugem, haud* [d] *deceat deserere.* Moriar ne.] *Quasi beneficium aliquod regis esset, ab eo ad mortẽ rapi, sed aliud mortis genus statuit q̃rere, exemplo Anchisæ Vergili.*

Ipse manu mortem inueniam.

Põpeio.] *si quis me* [b] *ense cõfoderet, beneficiũ Põpeio pstiterit in morte mea, quæ alioq; tyrãndi Cæsari tribueretur.* O' sæui.] *eo arguit se à comitibus retineri, ne sibi mortẽ* [c] *consciscat.* Viuis ad huc.] *Rursum quasi amens auertit orationẽ ad maritum absentẽ, & iam mortuũ.* Iuris sui.] *Tertia persona, pro, prima. Ego non sum amplius mei iuris, te amisso, sed in hostis potestatem redacta sum, ut me uiuam cõsequatur.*

Perhibent.] *Comites, ac nautæ, ne mihi mortem accersam. Hoc cum mœrore quasi ad alios mersa cum attestatione, quod non datur consilium suum exequi.*

[d] al. adsint.
[b] al. aptate.
[c] al. arcessere m.

At Magni.] Dilatat narrationẽ copiosè ab ijs, quæ cædem consecuta sunt. Põpeius utrãq; manu ad frontẽ obducta, multis uno tẽpore ictibus cõfossus, nullam emisit uocem tãti uiri maiestate indignã, sed suspirio tãtum edito, obtulit cor pus percussoribus feriendũ. Viri fa.] autores in hoc cõsentiũt, ut forma in uultu

At Magni cùm terga sonent, & pectora ferro,
Permansisse decus sacræ uenerabile formæ,
Iratamq; Deis faciem, nihil ultima mortis
Ex habitu, uultuq; uiri mutasse fatentur,
Qui lacerum uidere caput. nam sæuus in ipso
Septimius sceleris maius scelus inuenit actu,
Ac retegit sacros scisso uelamine uultus
Semianimis Magni, spirantia q; occupat ora,
Collaq; in obliqua d ponit languentia transtro.
Tunc neruos, uenasq; secat, nodosaq; frangit
Ossa diu, nondum artis erat, caputq; ense rotare.
At postquam trunco ceruix abscessa recessit,
Ventilicat hoc Pharius dextra gestare satelles.
Degener, atq; operæ miles Romane secundæ,
Pompeij diro sacrum caput ense recidis

manssisse in ipsa cæde, sed illi, qui uiderunt deformatum sanie caput. Sequus Septi.] *Amplificatio maioris crudelitatis.* Scisso uela.] *in quo moriens caput muoluerat. Cætera ad amplificationem immanis crudelitatis pertinent. Pharium satellitem, Ptolemei regis ministeriũ, nõ Septimium, sed Achillam uocat, qui ius*

[d] al. posuit.

portãdi caput sibi ũm dicabat, cum alterum Romanũ militem appellet. Opere secundo.] *Septimius eum gladio traiecerat, inde Achillas, & alij ferrum in Pompeium strinxerunt: iacenti caput ademerant, & truncũ in mare deuoluerunt.*

Recidis.] *Auersio ad Septimium, qui degenerabat ab ingemo gentis suæ.* O summi.] *exclamatio in rei indignitatem.* Cæsaries.] *Pathos à gestio.* Suffixum ca.] *Aegyptio pilo, palpitante ore adhuc. pathos à maiestate, & authoritate tanti uiri antecedente,*

Fortuna.] *ab auersione ad fortunã. Cætera, quæ sequuntur ad effectus uarios pertinent. Appianus ad istum modum refert historiam. Vxor & amici eius hæc intuentes, eiulatu, gemituq; ad Deos fœderum uindices manus tollere, nullaq; interiecta mora, classem ab inimico littore auertere cõtendunt. caput Pompeij à busto abscissum, & à Photino, Cæsari magno pro munere seruatum. Verum idem, tã nefandi sceleris meritus luit pœnas. Reliquũ corpus in littore sepultum à quodam tumulo insigni addito, cui ab alio inscriptum fuit.*

Vt non ipse feras: & summi fata pudoris
Impius ut Magnum nosset puer: illa uerenda
Regibus hirta cõma, & generosa fronte decora
Cæsaries compressa manu est, Pharioq; ueruto,
Dum uiuunt uultus, atq; os in murmura pulsant.
Singultus animæ, dum lumina nuda rigescunt,
Suffixum caput est, quo nunquam bella iubente
Pax fuit, hoc leges, cãpumq;, & rostra mouebat.
Hac facie fortuna tibi Romana placebas.
Nec satis infando fuit a hæc uidisse tyranno,
Vult sceleri superesse fidem, tunc arte nefanda
Summota b est capiti tabes, raptoq; cerebro
Exicota c cutis, putrisq; effluxit ab alto
Humor, & infuso facies solidata ueneno est.

a al hoc.
b al. Submota.
c al. adficcata

Templi põdus erat, modica qui clauditur urna.

Procedẽte tempore cũ tumulus sub arena esset obrutus, statuæ etiã, quæ Põpeio à necessarijs eius circa Cæsiũ ex ære erectæ stetere rãt, in tẽpli aditu, iã uetustate exesæ seruarentur, ætate mea ab Hadriano Imperat. summa diligentia perquisitæ, & inuentæ sunt, cũm ad partes illas accessissent. Tumulus quoq; mandato eius perpurgatus, statuæ erectæ, sic, ut denuo ab omnibus dignosci possent. Et hic finis uitæ Pompeij fuit. à quo tam ingentia prælia exantlata sunt, cuius opera Romanorum Imperium in maius adauctum, ob quæ Magni cognomen habere meruit, cũm à nemine antea esset superatus, sed ab adolescentia usque inuictus fuisset, ac beatus. A tertio quippe & uigesimo usque ad octauum, & quinquagesimum ætatis annum Monarchiæ præfuit, summa potentia usus, & (ut opinio fert) ob Cæsaris zelum populari fauore in principatu positus. Hæc Appianus. Cætera suo loco.

Veneno.] *Sublato cerebro, & intestini medicamentis, & aromatibus cadauera conseruantur.*

Vltima Lagææ stirpis.] *Acerbè poëta, intermissa paululum narratione inuehitur in Ptolemæum, apud quem cũm corpus Alexandri Magni sepultum esset, & omnium regum Aegypti series Pyramidibus, & Mausoleis magnificè tegeretur, Pompeij corpus in fluctibus marinis uoluitur iactariq; coneret: res profectò indigna,*

Vltima L.] *ultimæ Ptolemæorum regum Aegypti. Ptolemæus Lagi filius in regni Macedonici diuisione, regnum Aegypti obtinuit, translato, eò ex Babylone corpore Alexandri. Ad hunc modum catalogum regum digerit Nicephora Callistus,*

Vltima Lagææ stirpis, peritura; proles
Degener, incestæ sceptris cessure sororis,
Cũm tibi sacrato Macedon seruetur in antro,
Et regum cineres extructo monte quiescant,
Cũm Ptolemæorum manes, seriemq; pudendam
Pyramides claudant, indignaq; Mausolea,
Lector a Pompeium feriunt, truncusq; uadosis
Huc illuc iactatur aquis: cadeone molesta
Totum cura fuit socero seruare cadauer?
Hac fortuna fide Magni tam prospera fata
Pertulit, hac illum summo de culmine rerum
Morte petit, cladesq; omnis exegit in uno
Sæua die, quibus immunes tot præstitit annos:
Pompeiusq; fuit, qui nunquam miste uideret
Læta malis, fœlix nullo turbante Deorum,
Et nullo parcente miser, semel impulit illum
Dilata fortuna manu, pulsatur arenis
Carpitur in scopulis, hausto per uulnera fluctu,
Ludibrium pelagi, nullaq; manente figura,
Vna nota est Magno capitis iactura reuulsi.
Ante tamen Pharias uictor quàm tangat arenas,
Pompeio raptim, tumulum fortuna parauit.

μηθ' ὁμοκρατεῖ μάλα
γα πᾶσι φιλομήτωρ.
ἔπειτα παίγνιος
ὁ πτολεμαῖος,
ἐυεργέτης δὲ φύσει
πρῶτος ὁ πτολεμαῖος,
ποίμνης ἀλιξὰς ἔτι
ναῦς τε πτολεμαῖος,
σωτὴρ πάλιν Αἰγύπτου
Ἱερὸς ἐν πτολεμαίοις,
Ἀλέξανδρος, λάβρος
ρ τε πτολεμαῖος.
ἔπειτα Διόνυσος, ὃν
λιλεοπάτρα
καὶ λιλεοπάτρα βα-
σιλεύσασα μόνη.
ἥτις καθυπέκλινε
τῷ ῥώμης κράτει.

Peritura.] *Breui interitura. Postea in pugna, ingenti cæde edita iuxta munitiones, rex ad nauim fuga delatus, quæ in prælta fluminis fossa parata erat multis sese eadem metu ingerentibus, nauigio depresso, Ptolemæus perijt ut tradunt.* Degener.] *A uirtute, & fide maiorum, Quin & sorori Cleopatræ, cuius nuptias à patre consecutus fuerat, moriens statim reliquit.*

Macedon.] *Corpus Alexandri magni. qui conditor urbis Alexandriæ fuit. Corpus primum Memphi, mox Alexandriæ*

πρατεῖ δ' ἀχίνδυνος πτολεμαῖος ὁ λάγου.
εἶτα κρατεῖ ἓν γένος πτολεμαίων.
ἀρχὴν ἐς αὐτὴν τῆς καλῆς λεοπάτρας,
ὁ φιλάδελφος δεύτερος πτολεμαῖος.
ὃς καὶ μετεγκόσμησεν ἑβραίων βίβλους
μεθ' ὧν καὶ τρίς θεὸν εὐεργέτης,
καὶ πτολεμαῖος ἐν λόγοις φιλοπάτωρ.
ἰκτῖνος πέμπτος ἐν πτολεμαίοις.

Sed inter Dionysium, de quo hic agitur, & Latyrum, prætermissa patrem pueri Auleten, qui Pompeio debebat restitutionem in regnum.

A Alexandriæ conditum fuit, & quidem in antro sub monte, ut ipse ait, cùm Ptolemæorum series sub Pyramidibus iaceant sepulti. Plinius libro 36. Pyramides in Aegypto ociosam, & stultam regum ostentationem appellat. Amplissima ex Arabicis lapidibus constabat, trecenta sexaginta hominum millia: annis 20. eam struxisse produntur. Tres verò factæ annis 78 & mensibus 4. Sed de Pyramidibus alibi nonnihil dictum est. Mausolea.] Mausoleum sepulchrum primum fuit Mausolo regi Cariæ factum ab Artemisia eius uxore, centesimæ Olympiadis anno secundo. Opus id ut esset inter septem miracula, ij maximè artifices fecere. Patet ab Austro, & Septentrione sexagenos, & ternos pedes. Breuius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos, undecim attollitur in altitudinem, uiginti quinque cubitis, cingitur columnis triginta sex. Ab Oriente celauit Scopas à, Septentrione Bryax, à Meridie Timotheus, ab Occasu Leocares. Ad hoc opus accesit, & quintus Artifex. Nam supra pteron, Pyramis altitudine inferiorem æquarat uiginti quatuor gradibus, in metæ cacumen se contra B hēs. In summo est quadriga marmorea, quā fecit Pythis. Hæc adiecta CXL. pedum altitudine, totum opus inclasit. Huiusmodi Mausolea regū conditorijs imposita dicit. Ad huius postea similitudinem. D. Augustus sepulchrum sibi in campo Martio ædificauit mirabili opere, duodecim ostijs adhibitis, ad duodecim cœlestium signorum imitationem. Erecto ibi præterea obelisco quod inscriptam rerum naturæ interpretationem Aegyptiorum philosophiæ habebat, cui D. Augustus mirabilem usum adhibuit, ad deprehendēdas Solis umbras, dierumq; & noctiū magnitudines strato lapide ad obelisci magnitudinē, cui par fieret umbrarum effectus. Addidit adhæc porticum mille pedum, hortos item, ac nemora miræ pulchritudinis. In talibus, & tum magnificis Mausoleis reges sepeliūtur, cū interim Põpeius ter quater maximis fluctib. iactetur.

Adeo'ne.] Ecphnesis in rei indignitatem, quam deinde amplificat antithesi rerum anteactarum, & præsentis infœlicitatis Pompeij.

Fœlix nullo.] Enthymema à contrarijs.

Pulsatur.] à loco pathos. Per uulnera.] οἶκα τρῶς. Antè ta.] Priusquam tamen, quam Cæsar in Aegyptum ueniat.

Raptim tumulum.] Corpus æstu pelagi ad littus depulsum, Philippus eius libertus, modica ex fragmentis nauium materia cõquisita, ut potuit, cremauit, eodemq; tumulauit loco, ubi postea id carmen fuit, quod paulò antè dixi.

Templi pondus erat, modica qui clauditur urna.

Ne iaceat.] Ne insepultus relinquatur, aut ne meliore conditorio, quàm reget, sepeliatur Codrus quidam Pompeij liberti, & Quæstor, qui eum à Cypro in Aegypto usque comitatus fuerat, uenit ad mare ad humandum. Diuersum paulò antè ex Plutarcho retulimus, de Philippo eius liberto, à quo ablatus, C & in tunica inuolutus fuit, ac pyra ex reliquijs modicæ scaphæ structa, eum cremauit. Ac dum in hoc totus est, senex quidam libertus Pompeij, ac miles superueniens illi suam operam præstitit. Ab Idalio li.] Epitheticè, ab Idalio monte Cypri, à quo & Venus Idalia dicta est. Cinyreæ Cypri.] Interpres Pindari Pythiorum Odæ secundæ docet, Cinyram regem Cypri fuisse filium Apollinis, & Paphi; secundum quosdam, Eurymedontis, & Paphiæ nymphæ.

περὶ μὲν τὸν κινύραν. τὸν τῶν κυπρίων βασιλέα οἱ μὲν υἱὸν γίνεσθαι. ἐγὼ δὲ περί σε. οὗτος δ' ἦν ἀπόλλωνος & ἡσὸ, καὶ πάφος κατ' ἔνιους, εὐρυμέδοντος. ἣ καὶ φίας νύμφης.

Et Nemeorum Od. 8.

σὺν θεῷ γάρτοι φυτευθεὶς
ὄλβῳ & ἀνθρώποις πραπιδνώτερος &
ὥσπερ καὶ κινύραν: ἐ-
βρίσε πλάτῳ ποντίαν ἔρι ποτε κύπρῳ. id est,

Deo fauēte fœlicitas hominibus stabilior, quæ sanè & Cinyram opibus cumulauit olim in Cypro marina. Ab hoc Cinyra duxit epitheton Cypri. Cinyræ opes, sicut & Midæ, & Crœsi in prouerbium cesserunt, de immēsis diuitijs.

Ne iacet nullo, uel ne meliore sepulchro,
E'latebris pauidus decurrit ad æquora Codrus
Quæstor ab *a* Idalio *b* Cinyreæ littore Cypri,
Infaustus Magni fuerat comes, ille per umbras
Ausus ferre *c* gradum, ruptum pietate timorem
Compulit, ut medijs quæsitum corpus in undis
Duceret ad *d* terram, traheretq; in littora Magnū.
Lucis mœsta parum per densas Cynthia nubes,
Prębebat, cano, sed discolor æquore truncus
Conspicitur, tenet ille Ducem cõplexibus; arctis,
Eripiente mari, nunc uictus pondere e tanto,
Expectat fluctus, pelagoq; iuuante cadauer,
Impellit, postquam sicco iam littore sedit,
Incubuit Magno lachrymasq; effundit in omne
Vulnus, & ad superos, obscuraq; sidera fatur.

Plato legum secundo ἐαὰν δ' ἄρα πλουτῇ μὲν κινύρας, καὶ μίδας a al. Icario,
πάλλον, ἦν δὲ ἄθλιος καὶ b al. Cireneę,
ἀνιαρὸς ζῇ. hoc est, sed ineptè.
quod si ditior quidem c al. uictum.
fuerit, quàm Cinyra, d al. terras.
aut Mida, si aūt iniustus, & miser est, et molestè uiuit. Sūt qui Pyg e al. magno,
malionis nepotē, alij filium faciāt. Pygmalion (ut fabulatur Ouid Mētamor 11) cum Cilicis filius esset, qui Cyprum Syris eiectis occuparit, qui ex eburnea beneficio Veneris statua animata Cinyrā suscepit. Hyginus Cinyrā Assyriorum regem facit, & Paphi filium. Porrò Paphus mons in Cypro est, cum templo Veneri dicato, de quo est apud Maronem lib primo.

Ipsa Paphum sublimis abit, sedesq; reuisit "
Læta suas, ubi templum illi, &c. "

Infaustus.] Allusum est ad illud Vergil. lib. Aen. 6. "

Hectoris hic magni fuerat comes. "

Per umb.] in tenebris, à circūstantia temporis, ausus fuit descendere ad mare, intrepidè & quærere corpus Põpeij ad sepeliendum. Mœsta Cynth.] Luna paulò obscurior parum lucis præbebat, propter nubes, in quibus tenebatur. Truncus.] Corpus Põpeij, cui diuersus erat color à mari. Ducem.] Corpus Pompeij, quod fluctus refluus ui rursum subtraxit. Victus.] pondere corporis tantisper cūctatur refluere, dum eripiatur. Incubuit.] Codrus in corpus Pompeij deuoluit se, & ubertim lachrymas in uulnere Põpeij fudit. Obscuraq; si.] quæ in nimbo, & nubibus obscurabantur, ut paulò antè de Luna sub lustri, & sub obscura dictum est.

Non pre-

Non pretiosa petit cumulato thure sepulchra
Pompeius, Fortuna tuus, non pinguis ad astra
Vt ferat è membris Eoos fumus odores:
Vt Romana suum gestent sua a colla parentem:
Præferat ut ueteres feralis pompa triumphos:
Vt resonent tristi cantu fora, totus ut b ignem
Proiectis mœrens exercitus ambiat armis.
Da uilem Magno plebei funeris arcam,
Quæ lacerum corpus siccosq; effundat in ignes.
Robora desit misero, c non sordidus ustor
Sit satis, ô superi, quod non Cornelia fuso
Crine iacet, subiciq; facem complexa maritum
Imperat, extremo sed abest à funere busti,
Infœlix coniunx, nec adhuc à littore longè est.
Sic fatus paruos iuuenis procul aspicit ignes
Corpus uile suis, nullo custode cremantes.
Inde rapit flāmas, semiustaq; robora membris:
Subducit, quæcunq; es, ait, neglecta, ne ulli
Cara tuo, Sed Pompeio fœlicior umbras,
Quod iā cōpositū uiolat manus d hospita bustū,
Da ueniam, si quid sensus post fata relictum est,
Cedis & ipsa rogo, pateris q; hæc dāna sepulchri?
Te q; pudet sparsis Pompeij manibus uri?
Sic e fatur, plenus q; sinus ardente fauilla
Peruolat ad truncum, qui fluctu penè relatus
Littore pendebat, summas dimouit arenas,
Et collecta procul laceræ fragmenta carinæ
Exigua trepidus posuit scrobe, nobile corpus
Robora nulla premūt, nulla strue membra recumbunt
Admotus Magnū nō subditus accipit ignis. (būt
Ille sedens iuxta flammas, ô maximè dixit,
Ductor, & Hesperij maiestas nominis una,
Si tibi iactatu pelagi si funere nullo
Tristior iste rogus, manes, animamq; potentem
Officijs auerte meis, iniuria fati
Hoc fas esse f iubet, ne ponti bellua q uicquam,
Ne fera, ne uolucres, ne sæui Cæsaris ira.
Audeat, exiguam, quātum potes, accipe flammā,
Romana succense manu, fortuna recursus
Si det in Hesperiam, non hac in sede quiescent
Tam sacri cineres, sed te Cornelia Magne
Accipiet, nostraq; manu transfundet in urnam.

Non pretiosa petit.] *Verba Codri ad superos & fortunam, de funere Pompeij humili, quod iam iam procurabit nullum quidem, si cum illo conferatur, quod Romæ ei amici exquerentur.*

a al. Pia.

b al. ignes.

c al. nec.

Thure.] *In rogum thus & alia materia gratiss. odoris inspargebatur, cumulatè effundebatur, ne teter odor, & graueolentia circumstātium nares offenderet.*

Eoos odores.] *Ex Arabia, & India petitos, cuiusmodi sunt Cinnamum, myrrha, balsamum, & id genus alia. Statius in Epicedio.*

d al. ultima.

e al. fatus.

Pileti Vrsi.——
" *Odoriferos exhausit flamma Sabæos,*
" *Et Cilicum messes,*
" *Phariaq; exempta uo lucri*
" *Cinnamia, & Assyrio manantes gramine succos.*

Vt Romana col.] *Non portabitur honorificè à summis uiris Romæ ad bustum, ut pater patriæ.*

f al. Hos.

Præferat.] *Sed ne is honor quidem Pompeio deferretur hic, qui Romæ excelsis uiris præstari solet, ut in funere triumphi depicti præferebantur: si qui uiri triumphales essent. Cupressus item ante ædes funestas nobilium uirorum statuebatur,*

Et non plebeios luctus testata cupressus.

Cantu.] *Lugubri carmine, & epicedijs ad tibias.* Totus.] *Id militare erat, ut exercitus ter rogum circuiret, Verg. Aeneid lib. 11. ubi cæsorum in aceruum congesta cadauera concremasse canit.*

" *Ter circum accensos cincti fulgentibus armis*
" *Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem*
" *Lustrauere in equis, ululatusq; ore dedere*

Homerus Iliad. 24.

" Λεύσσετο γοιμάθι, λεύσσετο δὲ τεύχεα φωτὸς
Λάκρυσι. Plebei fu.] *q plebs & uulgus sine nomine cremari, & funerari solet.*

Robora.] *materia in qua corpora uri consueuerunt.*

Sic fatus.] *Codrus secum ad fortunam, dum rogum adornat fragmentis nauiū collectis raptim* Vile suis.] *quod honore hoc in loco carebat, charum alioqui Romæ futurum.* Quęcunq;.] *Verba sunt Codri ad umbrā Pompeij, quæ illic à nemine seruabatur.* Violat mat. hos.] *deprecatur uenia, quod subtraxerit ambusta ligna, Bustum, nunc ipsum rogum uocat.*

A

Si quid sen.] *Allusum est ad Epicureorum opinionem, qui asserebāt animam unà cum corpore interire.* Cedis & ipsa.] *Vmbra cedis rogo, ac benignè accipis, quod B lignorū reliquiæ subtrahantur, quod sepulchri damna uocat.*

Sparsis ma.] *Inter Platonicorum mysteria, hoc etiam erat, cum denarius numerus perfectus esse credatur, si decies sumatur, nascitur centenarius. Hos annos, uniuersos illi uocant, qui purgationi, et emaculandis animis dedicantur, quibus uitiorum sordes eluuntur, ut aliquādo Elysij fœlicitate fruātur. Sparsos itaq; manes Pompeij, errantes centum annos planè dicere uidetur.* C

Truncum.] *Pompeij, qui penè fluctus, quo subinde abluebatur, uiolentia in mare retractus erat.*

Dimouit ar.] *Quibus mater truncum contexerat cursu, ac recursu suo.* Fragmenta.] *Modica enim ex fragmentis nauium materia conquisita, ut potuit, crema uit, & eodem tumulauit loco.*

Robora nul.] *à materia. nam rogus ex roboreis fissilibus lignis, & ilignis sectis extrui solebat, & in medio corpus componi. Inde auersi subijciebant facem,* Ille sed.] *Codrus, qui solus funus procurabat, atq; ita exclamabat. O maximè.] deprecatur culpam, si hoc suo officio sit grauis, aut iniurius trunco Pompeij.*

Fortuna re.] *promittit busti lucu lentius, si fortuna reflauerit, si rebus belli in contrarium mutatis, secundum cursum dederit. Excusat præsentē tenuitatem funeris partim à necessario, partim à pio, ne à piscibus absumatur in mari, ne rapacibus auibus præda relinquatur, aut Cæsar in corpus sæuiat.* Interea.]

Interea paruo ſignemus littora ſaxo
Vt nota ſit a buſti, ſi quis placare piorem emptum
Fortè uolet, plenos & reddere mortis honores,
Inueniat trunci cineres, & norit arenas,
Ad quas Magne tuũ referat caput. hæc ubi fatus
Excitat inualidas ad moto fomite flammas,
Carpitur, & b Magnus lentus diſtillat in ignem
Tabe fouens buſtum. ſed iam percuſſerat aſtra
Auroræ c præmiſſa dies, ille ordine rupto
Funeris, attonitus latebras in littore quærit.
Quam metuis demens iſto pro munere pœnam,
Quo te fama loquax omnes accepit in annos?
Condita laudabit Magni ſocer impius oſſa,
Imodo ſecurus ueniæ, faſſuſq; ſepulchrum
Poſce caput, cogit pietas imponere finem
Officio, ſemiuſta rapit, reſolutaq; nondum
Oſſa fatis neruis, & inuſtis plena medullis
Aequorea d reſtinxit aqua, congeſtaq; in unum
Parua clauſit humo. e nunc ne leuis aura retectos
Auferret cineres, ſaxo compreſsit f arenam,
Nautaq; ne buſtum religato fune moueret,
Inſcripſit ſacrum ſemiuſto ſtipite nomen:
Hic ſitus eſt Magnus, placet hoc fortuna ſepulchrum
Dicere Pompeij, quo condi maluit illum,
Quàm terra caruiſſe ſocer, temeraria dextra
Cur obices Magno tumulum, manesq; uagantes
Includis? ſitus eſt, qua terra extrema refuſo
Pendet in Oceano, Romanũ nomen, & omne
Imperium. Magno tumuli eſt modus, obrue ſaxa
Crimine plena Deũm, ſi tota eſt Herculis Oete,
Et iuga tota uacant Bromio Nyſeia, quare
Vnus in Aegypto Magno Lapis? omnia Lagi
Arua g tenere poteſt, ſi nullo in ceſpite nomen
Hæſerit, erremus populi, cinerumq; tuorum
Magne metu, nullas Nili calcemus arenas,
Quod ſi tam ſacro dignaris nomine ſaxum,
Adde actus tãtos, monumentaq; maxima rerum,
Adde truces Lepidi motus, Alpinaq; bella,
Armaq; Sertori reuocato conſule uicta.
Et currus, quos agit eques, commercia tuta
Gentibus, & pauidos Cilicas maris, addè ſubactã
Barbariem, gentesq; uagas, & quicquid in Euro
Regnorum, Boreaq; iacet, dic ſemper ab armis
Ciuilem repetiſſe togam. ter curribus actis
Contentum multos patriæ donaſſe triumphos.

Interea par. ſig.] Signabat ſepulchrum Pompeij. ſaxo in quo epitaphium inſculpatur, cum enumeratione rerum illius geſtarum, & triumphorum numero. Nota buſti.] monumentum ſepulchri exiet apud poſteros. Plenos ho.] iuſta perſoluere, & ſepulchro inferre libamina, quæ mortuis præſtari ſolent.

Tuũ caput.] auerſio, quod amputatũ, ſublatum eſt, & traditum Ptolemæo, ut exhibeatur Cæſari.

B Inualidas flãmas.] ſine uiribus, ut tenuis admodum materia erat, neq; fiſilia decuſſatim compoſita.

Auroræ præ. d.] pro aurora præmiſſa diei, ut per hypallagen interpretemur. hyperbolen percuſſerat aſtra, niſi q; ſimpliciter malit interpretari. Nam ſub auroram diſpalescunt aſtra, aduentante Sole.

Attonitus late.] Omiſſis omnibus reliquijs, quæ in iuſtis funebribus præſtari ſolebant, metu ne cum Solis exortu deprehenderetur, latuit alicubi in littore.

C Quàm metuis.] Non poteſt non exclamare poëta, in timiditatem Codri uſtoris, cui cùm pro pio officio, non gratiæ ſolum haberi debuiſſent, uerumetiam præmium debebatur, inſuper fugit aduentante luce, quaſi pœnam ob maiam noxam meritus fuiſſet. Quo te famulo.] ut meritò laudibus ueharis, quod contempto periculo Pompeium cremaris.

Imodo ſecur. ueniæ.] hortatur eum, ut ſecurus eadem uia Ptolemæum, & percuſſores adeat, & eadem uia caput humandum petat, nihil periculi futurum: imò laudem apud Cæſarem conſecuturum propter pietatem in hoſtem etiam. Cogit pietas.] narrat, quæ poſt combuſtionem trunci egerit, collegit reliquias ſemiuſtas, & aqua non luſtrali, ſed marina reſtinxit. Parua humo.] Sepulchro humili, tumulo non admodum alto aggeſto. Saxo concluſ. aren.] Ne uidelicet uentus exortus, cineres diſpergeret, ſed ſubterra contecti manerent.

Nautaq;.] religioſe canit, ne ſepulchrum uiolaretur. Summum ſcelus ſemper habitũ fuit, uiolaſſe ſepulchrum, Lex. inquit, ubi corpus mortui hominis condas, locus ſacer eſto. Mortui ſacri Plutarcho dicũtur in Numa, quorum ſacra ſint ſepulchra. Sanctum lege fuit, ut grauiter multaretur, ſi quis buſtum uiolaſſet, aut ex ſepulchro columnam deieciſſet fregiſſe ue. Apud Athenienſes Dux capite puniebatur, qui bello eos non humaſſet. Apud Macedones uix ullum militiæ munus erat tam ſolenne, quam ſuos ſepelire. Apud Hebræos etiam hoſtẽ ſepeliri cogebantur. Vlpianus ſepulchri, inquit, uiolati actio infamiã irrogat. Paulus Iureconſ. Rei ſepulchrorũ, ſi corpora ipſa extraxerint, uel oſſa eruerint, humilioris fortunæ ſummo afficiuntur ſupplicio, honeſtiores in inſulam deportantur, aut relegãtur. Itaque canere ſtuduit religioſè Codrus pius in Pompeiũ, ne à nautis temerè uiolaretur eius ſepulchrum.

a al. buſto.
b al. Lentum Magnus.
c al. præmiſſæ
d al. reſtinguit.
e al. tunc.
f al. arenas.
g al. Rura.

Inſcripſit ſacrum nomen.] indicat epitaphium Pompeij. Socer.] Cæſar maluit eum ſepelirĩ quamuis humili buſto quàm inſepultũ abijci. Manesq; uagan.] Sulpitius, inquit, animam, & umbram quæ errant, quietas iuxta cinerẽ reddis. Situs.] omnis ea terra Pompeij ſepulchrũ dici poteſt: perinde ut Oeta ipſius Herculis. Et ob id corrigit ſeipſum, ut temerariũ manu, quod concludat animã Pompeij anguſtis limitibus tumuli humilis, cùm tota ea regio, quæ includitur Oceano, in qua Romanum nomẽ formidabile eſt, Magni ſepulchrum dicĩ poſsit, ut mons Oeta totus Herculis, non pars aliqua ſeſquipedem lata. Oeta mõs ſit, ab Ortu Solis in Occaſum porrectus, à Thermopylis in Ambraciũ ſinũ, rectilineo tractu, à Parnaſſo ad Pindũ mõtana ſcindens regionem ad Thermopylas uergens, qua parte in peninſulã aſſurgit altitudẽ. In huius ſummo iugo, pyra conſtructa fuit oraculi iuſſu, cui Hercules uiuus, ſentiensq; impoſitus, tum iam

tum iam omnem ſpem uitæ abieciſſet, faciem admouerius it. Et cùm cæteri triſte miniſterium detrectarent, Philocletes, qui ſagittas, & arcam ab eo dono acceperat pyræ ignem admouit. Oeta ſepulchrũ Herculis dictus fuit.

Iuga Nyſeia.] Duo exempla ſunt à maiori, Iuga Nyſeia, montem Heliconem interpretatur Sulpitius, ubi eſt Bacchi ſepulchrum, & uicus Nyſa. Nyſam ab Aegyptio Dionyſio in India conditam quidam uolunt, ubi & eiuſdem nominis mons eſt, quem nonnulli Merum, plures Hermodorum uocant. Memoratur & Nyſa in monte Parnaſſo, non autem Heliconẽ, ſacra Libero patri, à qua Nyſæus appellari creditur. Nyſa uerò in India, ſub radicibus Meri montis fuit, μηρὸς femur Græcis eſt, unde poëtis fabulandi materia data eſt, Bacchum è femore Iouis natũ. Hanc urbem Alexand. Magnus poſt dierum aliquot obſidionem in deditionem accepit, ſimul conditoris reuerentia motus, ſimul religione motus ab omni iniuria abſtinuit. Arrianus lib. 5. ἀναβάσεως Nyſam urbem inter Cophenen, & Indum fluuium habitatum & cõditam à Dionyſio fuiſſe, qui Indiam ſubegerit. Sed quiſnam fuerit ille Dionyſius, (Dionyſum Græci eum nuncupant) aut unde in eas terras uenerit, fatetur ingenuè ſe ignorare, ſimul & quãdo, & unde eo moverit. Sed hæc de Nyſa, ſiue Nyſſa, ut Græci ſcribunt, ſatis ſunto.

Bromio.] Baccho, qui Bromius, ἀπὸ βρόμου, ſtrepitu, & ſono dicitur, ſicut Iacchus, ἀπὸ τῆ ἰαχῆ.

Iuga tota.] Siue Nyſæ illius quæ eſt inter Aegyptum: & Arabiam, ſiue Indiæ, ſiue illius circa Parnaſſum.

Quare.] Concluſio, qua infert, non unius lapidis ſpacium debere Pompeij ſepulchrum dici ſed totam Aegyptum. Arua Lagi.] totam Aegyptum.

Adde actus tan.] Res geſtas abs te à iuuentute, uſque ad ultimum uitæ diem. Inde enumerat aliquot monumenta rerum ab eo geſtarum. Lepidi mo.] Catulus & Lepidus Conſs. ex Syllano funere reuerſi, ſtatim ſunt inter ſe diſceptare uerbis adorti. Cenſebat Lepidus omnia Syllæ acta reſcindi oportere, ut agri, qui Italis adempti fuiſſent, ueteribus dominis reſtituerentur. Locauerat Sylla ad centum & uiginti millia hominum, quorum opera fuerat in bello uſus, in alienis agris. Senatus ueritus, ne Conſulum diſcordia in aliquod nouum diſcrimen ciuitatis ſtatus incideret, ambos publicè iurare coëgit, fore, ne inter ſe armis diſceptarent. Inde Lepidus prouinciam Galliam, quæ ſupra Alpes eſt, ſortitus continuo bellum in Syllanos moliri cœpit. Quod ubi Romæ eſt auditum, in urbem à Senatu reuocatur. Ipſe non ignarus cur reuocaretur, cum exercitu ex Gallia profectus, copias ad urbem admouit. Catulus contrà populum per præconem ad arma concitat, fitq; ſubitum prælium in Campo Martio. Hic Lepidus pulſus in Sardiniam nauigauit, ubi non multò pòſt diſtillationis morbo deceſſit. Alij tradunt, nuncio de adulterio coniugis accepto, eum mœrore confectum periſſe. Adde tru. l.] Nam cùm Lepidus ex Hetruria arma ad urbem admoueret, Catulus, & Cn. Pompeius Syllanæ dominationis, Duces ad Pontem Miluium, & collem Ianiculum inſederant, à quibus ſtatim primo impetu retro pulſus, hoſtijs à Senatu iudicatus fuerat. Alpinaq; bella.] Oſtendimus Lepidum Galliam, qua ſupra Alpes eſt prouinciam ſortitũ fuiſſe, atque inde cœpiſſe exercitum ad urbem admouere. Armaq; Sertorij] pro Sartorij, apocope. Bellum Sertorianum L. Flo. hæreditatem Syllanæ proſcriptionis uocat, qui exul, & profugus maria, terrasq; ſuis malis permiſcuit: in quæ Africam, Balearesq; inſulas etiam attraxit. Inde in Oceanum miſſus inſulas fortunatas penetrauit: Hiſpaniam armauit. His non contentus, etiam cum Mithridate, & Ducibus Põticis ſocietatem belli adiuerſus Rom. iniit, eosq; claſſe iuuit. Et cum illi uno impetratore reſiſtere non poſſent, Metello Conſuli additus fuit Cn. Pompeius, qui illius copias cladibus alijs ſuper alias attriuerunt, Currus, quos.] hoc eſt, triumphum de Hiarba, quem cum Domitio uicerat, quem petenti Sylla nonnihil obſtiterat, dicitant eum honorem Conſulibus duntaxat, & ſummis Ducibus deberi, non Pompeio, qui de alienis auſpicijs, non ſuis rem geſſerat. Accedere immaturam ætatem, cui nunquam Pop. Rom. talem eſſet honorem decreturus. Erat enim quatuor & uiginti annos natus. Tum Pompeius, ô Sylla, plures mortales ſolem Orientem, quàm Occidentem uenerantur. Obtinuit quidem Pompeius tum, ut triumpharet, qui ut conſpectiore aliquanto apparatu urbem inueheretur, quatuor currui elephantes adiunxit, quod primus omnium Liber pater uicta India feciſſe dicitur. Cilicas pauid ma.] Bellũ piraticũ dicit, quod 40. diebus cõfecit. Fuerant enim piratæ è Cilicia profecti. Adde ſub.] Tot barbaras nationes, gentes Ponticas, Mithridatem, Tigranem, Armeniam Iberiam, Colchidem, Albaniam, omnes deniq; Ponticas gentes, & Orientales populos ad Indiã penè uſq; à Mæoti lacu, ad rubrum uſq; mare. Ciuilem Togam.] Ad triumphis ſemper in ordinem rediit, nunquam ad Monarchiam aſpirauit pacis temporibus, ſed munus ſuum unà cum alijs ciuibus, & uiris Senatorijs obiuit. Ter curribus.] Tres triumphos claros egit, primum, eques ſub Sylla, de Hiarba, alterum de Mithridate, & bello Ciuili Sartoriano extincto, currus triumphales eques Ro. induxit.

Patriæ domaſ.] Hos reddit, inquit Plin. patriæ ſuæ tutos, more ſactis certaminibus uincentium. Hos ergo honores urbi tribuit in delubro Mineruæ, quod ex manubijs dicabat. Libet hoc loco adſcribere, triumphi, quem duxit ad III. Kalend. Octob. M. Meſſala, & M. Piſone Coſſ: præfationem, quæ fuit hæc. Cum oram maritimã à prædonibus liberaſſet, & Imperium maris Pop. Rom. reſtituiſſet, ex Aſia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, Iudæis, Albanis, Iberia, inſula Creta, Baſternis, & ſuper hæc, de regib. Mithridate atq; Tigrane triũphauit. Et de Pharnace triũphũ egit.

Quis capit hęc, a al. illis. tu.] Quod epitaphiũ poteſt omnia iſta capere, ć interea erigitur buſtum ſine abſolutis titulis rerum geſtarũ.

Ordine t. faſ.] in quib. libris toties ſcriptus eſt Conſul, totiẽ Imperator, & Imperij Ro. propagator.

Solitumq;.] Ieuius nomen legi ſolitũ fuit in ſummis culminib. tẽplorum. Arcus.] qui in triũpho ei erectus fuit,

Quis capit hęc tumulus? ſurgit miſerabile buſtum
Non ullis plenum titulis, non ordine tanto
Factorum ſolitumq; legi ſuper alta deorum
Culmina, & extructos ſpolijs hoſtilibus arcus,
Haud procul eſt ima Pompeij nomen arena,
Depreſſum tumulo, quod nõ legat aduena rectus:
Quod niſi monſtratum Romanus trãſeat hoſpes.
Noxia ciuili tellus Aegyptia fato:

Haud equidem immeritò Cumanæ carmine uatis
Cautum ne Nili Pelusia tangeret ora
Hesperius miles, ripasq; æstate tumentes.
Quid tibi sæua precer, pro tãto crimine tellus,
Vertat aquas Nilus, quo nascitur orbe, retentus
Et steriles egeant hybernis imbribus agri.
Totaq; in Aethiopum putres soluaris arenas.
Nos in templa tuam Romana accepimus Isim,
Semideosq; canes, & sistra imbentia luctus,
Et quem tu plãgens hominem *a* testaris Osirim:
Tu nostros Aegypte tenes in puluere manes?
Tu quoq; cũ sæuo dederis iam templo tyranno,
Nondum Pompeij cineres ô Roma *b* piasti.
Exul adhuc iacet umbra Ducis, si secula prima
Victoris timuere minas, nunc excipe saltem
Ossa tui Magni, si nondum subruta fluctu
Inuisa tellure sedent, quis busta timebit?

a fuit, cum spolijs hostium. Posuit & Theatrum, ex Mithridatico bello reuersus, ad exemplũ illius quod Mitylenes uiderat, sed amplius multo, & magnificentius, in quo mirabiles fama posuit effigies, ob id diligẽtius magnorum artificum ingenijs elaboratas.

Nomen.] non procul ab arena, quod legi non potest, nisi quis pronus, aut curuus deorsum se inflectat, ut non incurrat facilè in oculos, nisi ab aliquo monstratum fuerit. Noxia.] *A* uertit orationem ad Aegyptum, fato nescio quo permicio

B sam P.R. & exitialem, id quod ex libris Sibyllinis satis edocti erant. Etenim, cum Gabinius qui Syriæ præerat, Ptolemæum Auleten ab Alexandrinis extorem eiectum, Pompeij authoritate contra religionẽ in regnum reduceret, audijt in libris Sibyllinis celebre carmẽ extare, ne Romanus exercitus in Aegyptum portaretur. Huius carminis Sibyllini nunc facit mentionem poëta, quod Pompeio Aegyptus exitialis fuit. Hospe.] Italus miles Pompeius Pelusia ora, ipsam Aegyptum uocat, à parte totum.

Ripas.] Nilum, ut supra dictum est. Aestate tumentes.] Aestiuis mensibus Sole Cancrum ingrediente, & Luna noua, quæcunq; post Solstitiũ est, crescit paulatim Nilus, in Leone abundantissimè, residet in Virgine, in Libra intra ripas reuocatur in totũ. Quid tibi.] Dira imprecatur Aegypto, pro tanto scelere, ut retrorsum uertat, ac postquã pro diuina fertilitate inferat in Aegyptum prodigiosam sterilitatem. Quo nasc.] orbe, Graeci, & Latini scriptores Nili ortum ignorari arbitrãtur: sed ne Aegyptiorum, aut Aphrorum quisquam id sciuit,

C teste Herodoto. Hîc testatur se in Saï urbe sacrarum penetralium Mineruæ scribam audiuisse se hæc eadem scitatum, qui duos esse montes diceret, inter Syenẽ urbem Thebaidis, & Elephantinam, quorum hunc Crophi nomen esset, illi uerò Mophi, ex eoq; medio, Nilis fontes immensæ altitudinis, emanare: diuersaq; inde abire flumina, ad Septentrionem unum, qui idem esset & Nilus. Alterum Aethiopiam uersus ad Meridiem. Iubas, teste Plin. ex inferioris Mauritaniæ mõte, haud procul ab Oceano, lacu stagnante, quem accolæ Alidem uocant, scaturire arbitratur. Obseruatum, quoties in Mauritania, niues, hymbresq; eum saturauerint, Nilum increscere: qui iam quasi indignatus modò per arenosa currit, modò sub terra conditur aliquot dierum itinere. Mox aliquanto maiore lacu Cæsariensis Mauritaniæ in Massylum gentẽ erumpit: iterumq; arenis acceptis conditur uiginti dierum solitudinibus. Vbi Aethiopibus propinquat, quasi humanum sentiat cultum, profilit fonte, Africamq; ab Aethiopia dirimens, feris primo, mox populis frequens, syluarum interim opifex, medios Aethiopas secat. Imprecatur Nilo, ut illic detineatur, ubi nascitur.

In arenas.] Nam circa Aethiopiam, ubi arenis propinquat, quasi ibi humanum cultum sentiat, erumpit, & è fonte profilit.

Nos in templa.] Collatione rerum obijcit ingratitudinem Aegyptijs, per indignationem. Nos Romani recepimus in urbẽ, tuam Isidem, eiq; templũ posuimus religiosè in campo Martio. & tu manes Pompeij in uili puluere conclusos tenes, adeoq; in sterili et putri littore. Isidem eandem esse, cum Ione, nemo ignorat, quã Iuppiter in uaccam mutarit, & ab Aegyptijs pro Dea culta fuit. Huius sacra Romam translata, templumq; in Campo Martio constitutũ fuit, cum 9. dierum sacrorum ceremonijs. Quidam Isidem terram esse uolũt, uel rerum naturam, quæ Soli ex posita est. Vetustas tamen Isidem Lunam, Solem uerò Osyrim nominabant, quod pro Dijs colebant, uelut certum illis inesset numen, sicut & Serapim Aegyptij Deum maximum coluerunt, quem & ipsum Solem esse prodiderunt. ut ipse oraculo testatus fuit huiusmodi,

ἐιμὶ θεὸς τοιόσδε μεθεῖν, οἷόν μ' ἀγὼ ἔπω
ὄφρανί & πόντῳ, πυρὶ καὶ πνοιῇ δὲ θάλασσα.
γαῖα ἥ μέν τοδίης εἰσι, τὰ δ' ὕστατ' ἐμ πείθεσι πέσται,
ὅππατε τηλαυγὲς, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Semicanesq;.] ut Anubim, quem canina facie deformabant. Cuius uim eandem esse Aegyptij putabãt cum Hecate apud Græcos, participe terrestrium, et cœlestium. Fingitur Deorum nuncius, de quo eadem narrantur, quæ de Mercurio. Ex terrestribus colebãt animalia Aegyptij, bouem, canem, felem. Ex uolatilibus, accipitrẽ, & Ibin. Ex aquatilibus, Lepidotum piscem, & Oxyrrynchum. Quin & Aspidi, & Crocodilo diuinos honores deferebant. Aduersos hos peruersos, & impios ritus scripsit Iuuenalis Satyr. 15. Cicero libro Tusculan Quæst. libro 5. Aegyptiorum morem inquit, qui ignoratè quorum imbutæ mentes prauitatis erroribus, quamuis carnificinam prius subierint, quàm Ibin, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum uiolent, quorum etiamsi imprudentes quidpiam fecerint, pœnam nullam recusent. Hæc Cicero. Fabulantur animam Osiridis in bouem migrasse. Non est fas eum ceruos uitæ annos excedere, ut ait Plin. Mersum in sacerdotum fonte enecant, quæsituri luctum alium, quem substituant, donec inueniant mœrent derasis etiam capitibus: quo inuento populus luctũ finit. Strabo lib. 17 Mẽphis Aegyptiorum est regio, ea Apidis templum habet, qui idem est, quod Osiris. Hic autem est ille Osiris, quem alij Saturni ex Rhea filium fuisse tradunt: alij Iouis, & Niobes, uirum magni ingenij, gloriæ cupidum, qui relictis Argis patria sua, ad Aegyptios transfretauit, quos ditioni suæ subegit. Isidem Inachi filiam, antea Io, dictam, uxorem duxit, quorum uterq; ob uarias uirtutes, diuinos honores consecutus fuit. Isis leges cõdidisse fertur, unde Thesmophora à Græcis, hoc est, legifera dicta est. Aiunt eum quoq; frugum inuentricem fuisse. Osirim uarias artes Aegyptios docuisse.

a al. tristaris.

b al. petisti.

Tibullus.

Primus aratris manu solerti fecit Osires,
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ
Pomáq; non notis legit ab arboribus.
Hic docuit teneram palis adiungere uitem,
Hic uiridem dura, cedere falce comam.

Tradūt Osirim à fratre Typhone per fraudem occisum, ac dilaniatum fuisse, eiusq; membra ab uxore diu quæsita: quibus inuentis in maximos eiulatus perrumpere solere, quare commotos Aegyptios, tamdiu ea quæuisse, donec iuxta Syenen inuenissent, quæ illic Isis sepeliuit.

Sistra.] *Sistrum instrumentum æreum, & argenteum fuit, quo in sacris Isidis argutum tinnitum multis crepitaculis circumsonantibus strepebant. Vnde multisonum id dictum à Papinio. Hinc Sistrati sacerdotes, à sistrorum gestamine dicebantur ἀπὸ τοῦ θεραπεύειν τὴν Ἶσιν. Isidis cultores sistrum quatiebant.* Iubentia luc.] *Iubentia Isidis sacra, dicit Sulpitius, quæ sunt, quatenus paruulum filium, uel perdiderit, uel inuenerit, ut cum in gaudium luctus mutatur.* Testaris Osirim ho.] *planctu testaris eum hominem esse mortalem, & non Deum immortalem, cum Dij non moriantur.* Nostros.] *Romanos manes, ut Pompeij, & multorum, qui postea perierunt, eos in fuere condis.* Tyranno.] *Cæsari, auersio ad urbem Romam. Augustus enim ei diuinos honores decreuit, postquam eum in numerum Deorum retulit: templum dedicauit, plebs ei columnam ex Numidico lapide erexit in foro, ad quam sacrificabatur, & uota suscipiebātur. Consecrabat ei in Comitio etiam curiam.* Piasti.] *pro expiasti, simplex pro composito. Cum enim templum Augustus patri dedicaret, Pompeij manes nondum placati erant.* Ducis.] *Pompeij Magni ingloria.*

Si secula prima.] *illa uidelicet, quibus occidit Pompeius, & Cæsaris ætas erant ualidæ & florentissimæ, si homines per Cæsarem non ausi fuerunt manes eius piare, saltem nostra tempestate refodiantur ossa, & honorificè Romæ sepeliantur. Inuisam tellurem, Aegyptum indicat, in qua periit.*

Quis busta.] *Nam mortuorum sepulchra uiolare nefas erat, ut pluribus paulò antè ostendimus. At hac in re uenia dabitur.*

a al. merebitur.
b al. urnam.

Quis sacris.] *Optat aliquem exoriturum apud posteros, qui ossa tāti uiri diuinis honoribus digna refodiat, & aliò transferat, adeoq; optat hoc munus sibi contingere posse, quod pro pio officio sit habiturus, tantum abest, ut pro scelere sit ducendum.*

Manes traus.] *Corpus ipsum Romā portare.* Violare.] *quod quidem non pro uiolato sepulchro duceretur, sed pro diuinis honoribus affecto*

al. libebit.
al. licebit.
al. Auertat.
al. iubebit.

Fortan.] *Forsitan Roma aliquando peste afflicta, aut aliquo malo, optabit à superis ut malo liberetur, posse umbrā Pompeij, & ossa in urbem transferre, quēadmodum Spartiatæ è Tegea quondam Orestis ossibus potiti, iuxta oraculi fidem, totā Peloponnesum fermè in potestatem redegere.*

d al. in.
e al. Thusco.
f al. fulmen.
g al. futuris.

Quis sacris dignam mouisse *a* uerebitur *b* umbrāe
Imperet hoc nobis utinam scelus, & uelit uti
Nostro Roma sinu: satis ô nimiumq; beatus
Si mihi contingat manes transferre reuulsos
Ausoniam, si tale ducis uiolare sepulchrum.
Forsitan aut sulco sterili cum poscere finem
A' superis, aut Roma uolet feralibus Austris:
Ignibus aut nimijs, aut terræ tecta mouenti,
Consilio iussu Deūm transibis in urbem
Magne tuam, summusq; feret tua busta sacerdos,
Nam quis ad exustam Cancro torrente Syenen
Ibit? & imbrifera siccas sub Pleiade Thebas?
Spectator Nili quis rubri stagna profundi,
Aut Arabum portus mercis mutatus Eoe
Magne peret, quem non tumuli uenerabile saxū
Et cinis in summis forsan turbatus arenis
Auerter, manesq; tuos placare *c* uuabit?
Et Casio præferre Ioui? nihil ista nocebunt
Famæ busta tuæ, templis, auroq; sepultus
Vilior umbra fores, nunc est pro numine summo,
Hoc tumulo fortuna iacens angustius aris
Victoris Libyco pulsatur *d* ab æquore saxum.
Tarpeijs qui sæpè Deis sua thura negarunt,
Inclusum e fusco uenerentur cespite *f* numen.
Proderit hoc olim, quod nō mansura *g* sepulchris.
Ardua marmareo surrexit pondere moles.
Pulueris exigui, sparget non longa uetustas
Congeriem, bustumq; cadet, mortisq; peribunt
Argumenta tuæ, ueniet fœlicior ætas
Qua sit nulla fides saxum monstrantibus istud,
Atque erit Aegyptus populis fortasse nepotum.
Tā mendax Magni tumulo, quàm Creta tonātis.

Et Phryges Athy ab Apolline sepelire iussi fuerunt. Athenienses mortem Androgei expiraturi coacti sunt, cum siccitate laborarent. Ignibus.] *Qualibus malis sæpe compelluntur placare mortuorum manes, ut propter incendia, aut terræ motus.* Magne tuam.] *Auersio pathetica urbem tuam, cuius imperium usque adeò amplificasti tuam patriam.* Summus sacer.] *quod honorificum erit, quemadmodum dicit, Micyllus: Cybeles, & Aesculapij sepulchra olim Romam accersita fuerunt, & Thesei ossa ab Athenienſibus quæsita fuêre. Rectè ille.*

Nam quis ad.] *Quis ad uenerandum Pompeium, aut publici desiderij causſa in remotissimas orbis partes uelit penetrare? Syene nullum est oppidū famigeratius, in Aegypto interiore, post Thebas, sed cui fors fortuna, & casus plus claritudinis dedit, quàm C uirtus. Propè enim Cāncri parallelus terris imminet, qui quum Solem sustinet radijs perpendiculo decussatis, hora meridiei nullam umbram corporibus addit, sed absumit. Ideo alibi pœta dixit, Syenen nullas umbras flectere, quo nomine etiam fama ueterū in Thebaide urbium nostissima facta est.* Thebas siccas.] *Thebas Aegyptiacas omnium clarissimam urbem in hoc tractu. Augusti temporibus dirutam penitus, tradit Eusebius: Diospolis etiā nominatur, cùm Cambyses eam ante grauiter efflixisset. in diuersa Nili ripa spectat Tentyram audacia contra Crocodylos notam. Siccam uocat ob calidam, et exustam regionem. Pleiades, quos nostri Vergilias uocant, pluuiā signum*

A signum in finitione corporis Tauri, & Arietis, (uel ut alij) circa os Tauri, Pleiadum nomina recensentur, Electra, Alcione, Celeno, Merope, Sterope, Taygeta & Maia. ex quibus Electrā negant apparere. Harū exortu æstas incipit, occasu hyems. Per Pleiades Taurum intelligit, cum Thebæ subiectæ sunt. Aratus interprete Cæsare Ger.

Sidera communem ostendunt ex omnibus ignem.
Septem traduntur numero, sed carpitur una,
Deficiente oculo distinguere corpora parua
Nomina sed cunctis seruauit fida uetustas,
Helectra, Alcynoeq́, Celenoq́, Taygeteq́,
Et Sterope, Meropeq́, simul formosaq́ Maia.
Celifero genitæ, si uerè sustinet Atlas
Regna Iouis, superosq́ atq́ ipso pondere gaudet, &c.

Rubri pro.] Maris Erythræi. Mutator, Mercator.] qui Indiam, & orientem sit petiturus mercimonij exercendi caussa. Auertet.] Neminē non è cursu nauigationis, & itineris ad sepulchrum eius inuisendum inuitabit.

Cæsio Ioui.] de quo paulò antè diximus. Nam procedente tempore, cùm tumulus sub arena esset, obrutus, statuæ etiam, quæ Pompeio à necessarijs eius circa Casium montem ex ære erectæ steterant in tēpli aditu, iam uetustate exesæ seruarentur, postea ab Hadriano Imperatore summa diligentia perquisitæ, & inuentæ fuerunt.

B Fortuna.] Auersio ad Fortunam, quæ illi honorificentius sepulchrum inuidit.

Augustis arius.] Maiestate plenius hoc saxū est, quibusuis aris, & templis Cæsaris dicatis.

Victoris] Cæsaris, cui templum, & aræ postea Romæ dedicata fuerunt. Venerentur.] Tarpeios Deos uocant, qui in Capitolio colebantur, Iouem, Apollinem, Mineruam, Iunonem, Martem. Qui his Dijs negarūt aliquando sacrificia, uenerabuntur hoc saxum Pompeij. Mirum est, quàm hoc loco torquet se Omnibonus, id quod etiam annotauit Micyllus. Legit ille, Inclusum Thusco uenerantur cespite fulmen, & exponit de ritu Haruspicum, in hanc sententiam. Quemadmodum Thusci sacerdotes sæpe de dignabātur sacrificare Ioui Capitolino, & immolabant bidentē, ubi fulmen ceciderat, ita & umbris tuis sacrificia exhibebuntur à gentibus.

Proderit.] Ab utili apud posteros, quod humili sepulchro sit conditum Pompeij corpus, ut posteri non sint erecturi tam abiecto momento sepultum fuisse quod uetustate arena, & pulueribus obruitur, ut nemo possit mōstrare locum, ubi sit Pompeius humatus. Ea ætas, cùm Aegyptij uelint quærentibus saxum monstrare, neq́ poterunt, pro fabula habitura est, de sepulchro Pompeij apud se, perinde, ut Cretenses mendaces, & uani ob id habiti fuerunt, quod mentirentur Iouem apud se natum, educatum, & sepultum fuisse, quasi uerò Dij moriantur, ac nō potius sint immortales. Mendax Creta.] Cretiza aduersus Cretensem, aduersus mendacem mendacijs uti tere.

FINIS LIBRI OCTAVI.

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS POETÆ CLARISSIMI, DE BELLO CIVILI, LIBER NONVS.

CVM COMMENTARIIS ACCVRATIS ET EXPLANationibus eruditissimis D. LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII.

ARGVMENTVM IN NONVM LIBRVM M. Annei Lucani, per SVLPITIVM.

SPiritus in nono Magni petit æthera: pugnæ
Relliquias q̃ Cato Libyæ transportat in oras,
Et cum Pompeijs Magnum Cornelia luget.
Quem Cato commendans Cilices, castigat, & inde
Per Syrtes agitur, Libycas quoq; calcat arenas:
Hammonemq; tuens serpentem senta peragrat.
Dux & ab Emathia Traianam uectus in urbem:
It Pharon, & generi lachrymans pia conspicit ora.

ATque in Pharia.] *A' corpore, ad spiritum Pompeij transit, qui in Aegypto quiescere non potuit, sed in campum Elysiũ migrauit, ad illustres heroas, unde contemplari potuit omnia ea, quæ in rebus humanis gerebantur* Conuexa tonantis.] *Ipsum cœlum. Paucis uerbis absoluit apotheosin Pompeij, monstrat q; ubi sit campus ille, quem Platonici Elysium uocant. Antonius Sabellicus hic, pro axibus apsibus legendum esse contendit. Apsibus ait Glareanus pro apsidibus, ut strilibus, pro strigilibus. Sed nimis arguũ est id nobis uisum. Cui tamen id placeat, uideat Plin lib 2. ca. 25. Sabellicus idem in quinto mox uersu legit, in internos, pro, & Aeternos, haud scio, quo ratione' motus. Hæc ille.* Stellas q; uagas mir.] *Imitatus est Ciceronis locum ex libro sexto de Repub. de Somnio Scipionis, ubi Africanus, Scipionem omnia docet de animorũ immortalitate, de motu, & cursu siderũ fixorũ: & errantiũ planetarum, de orbibus cœlestibus, de consentu eorum, de motu, de ratione anni, & terræ situ. Porrò autem Elisius campus, ubi sit, uariant authores, inter quos constat, domicilium esse beatorum animorum. Quidam delubrum esse credunt apud inferos, nonnulli in Aegypto aut in Lesbo. In hoc omnes conueniunt, locum esse iustorum, & fœlicium animorum, quò post mortem commigrant. At Philosophi in insulis fortunatis Elisium collocãt. Fuerunt, qui affirmarunt, esse circa Lunarẽ circulum, ubi purior est aër, quam opinionem Lucanus secutus est. Vnde Maro in Sexto.*

Aëris in campis — Nec desuerunt, qui in Hispanijs posuerunt, in quarũ subterraneis Plutum habitare crediderunt, propter admirabilẽ in eo tractu fœcũditatem metallorum. Plato in Gorgia eruditè docet, quid sit campus Elysius. Quidam astruunt in circulo Lacteo Elysium esse. Didymus affirmat Elysium dictũ, à quodam Elysio Eleutheri filio homine religiosissimo, siue quod ibi corpora manẽt perpetuò

ATque in Pharia manes iacuere fauilla.
Nec cinis exiguis tãtam compescuit umbram,
Prosiluit busto, semiustaq; membra relinquens,
Degeneremq; rogum, sequitur conuexa tonantis,
Quã niger astriferis connectitur *a* axibus aër
Quaq; *b* patet terras inter, Lunæq; meatus
Semidei manes habitant, quos ignea uirtus
Innocuos uita patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animam collegit in orbes.
Non illuc auro positi, nec thure sepulti
Perueniunt, illic postquam se lumine uero
Impleuit, stellasq; uagas miratur, & astra
Fixa polis, uidit quanta sub nocte iaceret
Nostra dies, risitq; sui ludibria trunci.
Hinc super Emathiæ campos, & signa cruenti
Cæsaris, ac sparsas uolitauit in æquore classes,
Et scelerum uindex in sancto pectore Bruti
Sedit, & inuicti posuit se mente Catonis.
Ille, ubi pendebant casus, dubiumq; manebat,
Quem dominum mundi facerent ciuilia bella,
Oderat & Magnum, quamuis comes esset in arma
Auspicijs raptus patriæ, ductuq; Senatus.
At post Thessalicas clades iam pectore toto

a al. apsibus
b al. Quodque.

Pompeianus erat. patriam tutore carentem
Excepit, a populi trepidantia membra refouit:
Ignauis manibus proiectos reddidit enses.
Nec regnum cupiens gesſit ciuilia bella,
Nec b seruire timens, nil cauſſa fecit in armis
Ille ſui. c totæ poſt Magni funera partes
Libertatis erant. quas ne per littora fuſas
Colligeret rapido uictoria Cæſaris actu,
Corcyræ ſecreta petit, ac mille carinis
Abſtulit Emathiæ ſecum fragmenta ruinæ,
Quis ratibus tantus fugientia crederet æire
Agmina? quis pelagus uictas arctaſſe carinas?

pane, uulgus nauticũ d al. Excihodie Corſiniã uocat. pit, & popu Secutus, hic maximè li. Appianũ eſt, qui hoc b al. niſi. hodo hiſtorim per- c al. ipſe ſua ſequitur poſt Pompeij al. ille ſua. necẽ. Lucius, inquit, Scipio Pompeij ſocer, cæteriq; quicunq; illuſtriores à Pharſalica pugna profugerãt, ad Catonem Corcyram uerſus abiere, qui ad alterius exercitus curam trecentarũ triremiũ prætor relictus fuerat. Itaq; quicunq; ex ipſis clariores extitêre, Põpeij copias, claſſemq; inter ſe partiti ſunt, Caſsius in Põtũ ad Pharnacẽ profectus eſt, ut in Cæſarẽ illũ excitaret. Scipio, & Cato in Libyã enauigarũt. Vari fiducia & exercitus, q cũ illo aſſeruabatur. Iuba Numidiarũ rege pariter cũ illis ad bellũ cõſpirante. Põpeius aũt Põpeij primogenitus filius, Lauiniuſq; uel, ut alij, Lentuluſq; copiarũ partẽ deducentes, in Iberiã ſunt profecti. Quã ad ſe adſciſcẽtes, exercitũ alium ex Iberis, ſeruiſq; in unũ congregarunt, ſic ut longè maior impetu aſſurgerent. Hactenus Appianus.

Fragmenta.] Reliquias Pharſalicæ cladis, partẽ triremium ſecũ inde abduxit Cato una cũ Scipione. Amplificatio numeri. Quis ra.] Exclamatio per admirationem.

A peruò liberã, & inſolubilia. Claſſes] quas diximus Pompeiũ circa Corcyrã habuiſſe tum etiam integras, ut iam mox etiam dicetur. Sedit.] quaſi μετεμψύχωσι Pythagorica, qui inter percuſſores Cæſaris poſt annos aliquot futurus erat. Ilic.] Ad Catonem diuertit, & uius Conſilia, poſt fugam è pugna Pharſalica. Pendebant caſus.] id eſt, cùm adhuc incertum eſſet, ut belli alea caderet, utrunq; ex æquo oderat, & Cæſarem, & Pompeium, ne uictor imperium inuaderet. Corcyræ ſecreta pe.] Ne itaq; poſt fugam Pompeij è pugna Cæſar, qua erat celeritate fuſas reliquias partis uictæ perſequeretur, & in ſuam ditionẽ traheret, Cato Corcyram celeriter petiuit, ubi Pompeius non cõtemnendam claſſem habebat: ut alio loco nobis demonſtratum eſt. Corcyra inſula eſt, ex aduerſo Theſprotiæ, à Buthroto 12. M. paſſuum: eadem ab Acroceraunijs. L. M. paſſuũ cum urbe eiuſdem nominis. Liberæ ciuitatis, & oppido Caſiope, temploq; Caſij Iouis, paſſ. XCVII. M. in longitudine patens, Homero dicta Scheria, & Phæacia, Callimacho etiam Dre

Dorida.] Nauigationem Catonis, è Corcyra in Africã deſcripturus, narrat loca, quæ præternauigarit.

Dorida.] Malea promontorium Laconiæ eſt, à Maleo rege Argiuorum dictum, quod per quinq; paſſuum millia in mare excurrit. Periculoſa fuit circa Maleam nauigatio, id quod lectitãdis authoribus facilè obſeruatur. Vnde etiam in prouerbium abijt. Maleam legens, quæ ſunt domi obliuiſcere. μαλέαν λέγεις καμψας ἐπιλάθου τὰν οἰκαδε.

Ouidius in Heroinis ad hoc prouerbium alluſit

» Auſus es ô ninũ, ni
» mium q; oblite tuorũ
» Thracia nocturno
tangere caſtra dolo.

Promontorium eſt Laconiæ, ubi Eurotus fluuius in mare funditur.

Tænaron.] Tenarõ præpoſitam oportuit;

Dorida e cõc. f Maleãq;, & apertã Tænarõ umbris,
Inde Cythera petit, Boreaq; urgente carinas,
Creta fugit. Dictæa legit cedentibus undis
Littora, tunc auſum claſſi præcludere portus
Impulit, ac ſæuas meritum Phycunta rapinas
Sparſit, & hinc placidis, alto delabitur auris
In littus Palinure tuum, nacq; enim æquore tãtum
Auſonia monumenta tenes, portuſq; quietos
Teſtatur Libyæ Phrygio placuiſſe magiſtro,
Tum procul ex alto tendentes uela carinæ
Ancipites tenuere animos, ſocios ne malorum,
An ueherent hoſtes, præceps facit omne timendũ
Victor, & in nulla non creditur eſſe carina.
Aſt illæ puppes luctus, planctuſq; ferebant,
Et mala uel duri lachrymas motura Catonis.
Nam poſtquã fruſtra precibus Cornelia nautas
Priuigniq; fugam tenuit, ne fortè repulſus
Littoribus Pharijs remearet in æquora truncus
Oſtenditq; rogum non iuſti flamma ſepulchri,
Ergo indigna fui, dixit, fortuna marito
Accendiſſe rogum, gelidoſq; effuſa per artus
Incubuiſſe uiro? laceros exurere crines,
Membraq; diſperſi pelago componere Magni?
Vulneribus cunctis largos infundere fletus
Oſsibus, & tepida ueſtes implere fauillæ?
Quicquid ab extincto licuiſſet tollere buſto,
In templis ſparſura Deũm? ſine funeris ullo
Ardet honore rogus: manus hoc Aegyptia forſan
Obtulit officium graue manibus ô bene nudi
Craſſorum cineres, Pampeio contigit ignis]
Inuidia maiore Deũm. ſimiles ne malorum
Sors mihi ſemper erit? nunq; dare buſta licebit
Cõiugibus? nunquã plenas plangemus ad urnas?
Quid porrò tumulis opus eſt, aut ulla requiris

antequam præterlege d al. tum. ret. Tænerus oppidum f al. Maleã. Laconicæ eſt, & promontorium, eius incolæ Tænaritæ uocantur. In promontorio ſpelunca erat, per quã aditus erat ad inferos. Tænariũ malum, prouerbium, ſi crudelius ſæuitum eſſet in famulos. Olim enim Lacedæmonij captiuos, qui in Tænarum cõfugerant ductos capitis ſupplicio affecerunt, Tænarium lapidem, ut Pœnicum & Hæmatiten in medicamẽtis prodeſſe tradunt, quæ ex corio cõponuntur. Contra Maleã inſula ſita eſt, Cythera, Veneris nomine celebrata.

Creta fugit.] Fugere, ac retrocedere uiſa fugit, cum uento Septẽtrionali, qui tum nauigantibus in Libyam ſecundus erat, exorientes naues propelleret. Hanc præternauigantes à tergo relin-

Instrumenta dolor? non toto in pectore portas
Impia Pompeium? non imis hæret imago
Visceribus? quærat cineres a uictura superstes.
Nunc tamen hic, longè qui fulgor luce maligna
Ignis, adhuc aliquid Pharío de littore surgens
Ostendit mihi Magne tui, iam flamma resedit,
Pompeiumq; ferens uanescit Solis ad Ortus.
Fumus, & inuisi tendunt mihi carbasa uenti.

quebant. Dictæa littora.] *Cretensia. Dictæum mons est in Creta, & Dicte nobilis urbs in eadē insula. Móti hodie nomen Labyrintho esse affirmant.* Phycunta.] *Phycus in Africa est promontorium contra Cretam, per Creticum mare excurrens, distatq; CCCL. M. passuum à Tænaro Laconiæ promontorio: A` Creta uerò ipsa CXXV. M. pass. Post id Cyrene à mari XI. M. pass. Huius promontorij oppidanos dicit, Catoni præclusisse portus, quare eum oppidum expugnasse, & diripuisse, atque inde placido uento longius nauigasse.* Palinure.] *Auersio ad inditorem nominis. Est alioqui in Italia promontorium Palinurus denominatum à gubernatore Aeneæ sic dictum, ibi sepulto. Oppidum Helia, inquit Plinius, quæ nunc Velia, promontorium Palinurum: à quo recedenti ad columnam Regiam, C. M. pass. Cæterum de Palinuro Africæ promontorio, iudicium Glareani adscribam. At noster poëta, inquit, etiam hoc in Africa promontorium ab eodem gubernatore dictum contendit, per n. cum. n.* in tertia syllaba, cùm A. Ptolemæus in Marmarica descriptione τὰ λιογγὰ, uocet, absq; n. in tertia syllaba. *Est aũt littorale promontorium. Multi existimant hunc poëtam deceptum nominis similitudine Palinurum pro Paliuro posuisse. Hæc ille.*

Ausonio.] *Italico, Tyrrheno in Lucania Phrygio magistro Aeneæ.* Priuigni.] *Sexti Pompeij ex Aemylia.*

Ergo indigna f.] *Querulatoria oratio Corneliæ, quæ inuita à nautis ab Aegyptio mari auecta fuit.*

Fortuna.] *ad fortunam uertitur oratio. Recenset aliquot pietatis officia, quæ marito Pompeio in funere præstare potuisset.* O` bene nudi.] *Collatione Crassorum & Pompeij, illorũ cineres bene positos dicit, præterquàm ipsius Pompeij.* Vmas.] *ad sepulchrũ mariti. Infœlicem se, & miserã uocat, quod id neq; in iumore Crasso, neq; Pompeio concessum fuit,* Quid porrò.] *Se reprehendit, quod uana optarit. Muliebri inconstantia nũc reijcit sepulchrum, quod totum Pompeium in pectore gestet, & animi oculis usq; contempletur præsentius.*

Non mihi.] *Rursum Aegyptum in amore omnibus terris anteponit, quod habeat cineres Pompeij, cuius eam detestari debeam ob cædem. A` pietate uxoris erga maritum.*

Fœlix.] *is qui tum erat, cùm triumphans Capitolium ingrederetur. Fœlix ille Pompeius elapsus est è pectore meo. sed teneo, & amplector infœlicem illum, qui in Aegypto conditus est.*

Tu pete.] *transit ad Sextum Pompeium, eumq; hortatur uerbis patris, ut arma ciuilia sumat contra Cæsarẽ.* In nostra cura.] *meæ fidei commisit ista mandata ad te.* Me quum fatalis.] *Mandata Pompeij ad liberos, cùm adhuc superstes esset, quæ Cornelia ad liberos perferret, si in bello fato defungeretur.* Quisquis Pomp.] *Siue Sextus, siue Cn. fuerit, Classes dicit ad Corcyram, quarum meminimus.*

Non mihi tellus Pompeio si qua triumphos
Victa dedit, non alta terens Capitolia currus
Gratior, elapsus fœlix de pectore Magnus.
Hinc uolumus, quẽ Nilus habet, terræq; nocenti
Non hærere quæror, crimen cõmendat arenas
Linquere si qua fides, Pelusia littora nolo.
Tu pete bellorum casus, & signa per orbem
Sexte paterna moue, nanq; hæc mandata reliquit
Pompeius uobis in nostra condita cura.
Me quum fatalis leto damnauerit hora,
Excipite ô nati bellum ciuile, nec unquam
(Dum terris aliquis nostra de stirpe manebit)
Cæsaribus regnare uacet, uel sceptra, uel urbes
Libertate sua ualidas, impelite, fama
Nominis, has uobis partes, hæc arma relinquo.
Inueniet classes quisquis Pompeius in undas
Venerit, & noster nullis non gentibus hæres
Bella dabit, tantũ indomitos, memoresq; paterni
Iuris habete animos, uni parere decebit,
(Si faciet partes pro libertate) Catoni.
Exolui tibi Magne fidem, mandata peregi:
Insidiæ ualuere tuæ, deceptaq; uixi?
Ne mihi commissas auferrem perfida uoces.
Iam tũc te per inane Chaos, per tartara, coniunx
Si sunt ulla, sequar, quàm longo tradita leto
Incertum est, pœnas animæ uiuacis, ab ipsa
Ante ferã, potius cernens *b* tua uulnera Magne.
Non fugere in montem, planctu concussa peribit:
Effluet in lachrymas, nunquã ueniemus ad enses,
Aut laqueos, aut præcipites per inania iactus:
Turpi more post te solo non posse dolore.
Sic ubi fata, caput ferali obduxit amictu:
Decreuitq; pati *c* tenebris, puppisq; cauernis
Detulit, sæuumq; arcte complexa dolorem
Perfruitur lachrymis, & amat pro cõiuge luctum.
Illam non fluctus, stridensq; rudentibus Eurus
Mouit, & exurgens ad summa pericula clamor:

Nullis non.] *Omnibus totius orbis gentibus, uter erit, bellũ mouere poterat*

Tantum.] *Solum habete animos fortes, & memores, quod ius ego Pompeius habuerim ad ciuile bellum pro Senatu, Populoq; Romano gerendum, ad asserendam Imperij libertatem. Et in hac re parete Catoni, cuius cõsilio refragari nefas est.*

Insidiæ ualuere.] *Quod me in naui relicta, solus in cymbam Aegyptiacam descenderis. Habent tamen illæ momentum aliquod, quod tua mandata ad filium pertuli.*

Auferrem.] *Vt omnino uobis hæc patris mandata declararem.*

Iam nunc.] *Auertit orationem ad Pompeium absentem, quẽ se sequuturam mox aliarum heroinarum denunciat.*

Quàm lõgo.] *Nescio horam fatalẽ mihi à superis destinatã.*

Cernens,

a al. iactura

b al. tua cernens.

c al. tenebras.

Vota{que} ſollicitis faciens contraria nautis:
Compoſita in mortem iacuit, fauit{que} procellis.
Illam.] *Amplificatio doloris Corneliæ, quem nulla pericula animo excutere ualuerunt.* Cypros.] *quæ omnino præter nauiganda erat petentibus eam Libyæ partem, ubi Catonis caſtra erant.*

Prima ratẽ Cypros ſpumãtibus accipit undis,
Inde tenens pelagus, ſed iam moderatior Eurus
In Libycas egit a ſedes, & caſtra Catonis.

a al. Syrtes.

A Cernens, oculis animi, non corporis.

Planctu Con.] Quo mortis ſit peritura indicat. Sic ubi fata.] *Alluſio ad Vergilianum illud.*

b Sic effata ſinus lachrymis impleuit abortis.

Triſtis.] Dilatat narrationem à perſona Cn. Pompeij, qui id tẽpus in Africa erat, apud Catonẽ, quẽ ſecutus à pugna Pharſalica fuerat. Nã Sextum apud Corneliã in Leſbo depoſuerat.

Fratrem.] Sextum Cornelia nouerca in una, & eadem naui.

Romana{que}.] An una cum patre, res Romana cõcidit? Frater.] Sextus reſpõdit, ut qui rerũ actarũ præſens ſpectator fuiſſet.

O fœlix.] alluſio ad illud Verg.

O fœlix una ante alias Priameia uirgo.

Hectoris ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis

Iuſſa mori, quæ ſortitus non pertulit ullos.

Perit.] pro periit ſyncope. Rege ſub.] periphraſis Ptolemæi. Et addit, impuro, propter ſpadonem Photinum. Victima.] pulchrè uictima, pro reſtituto in regnum patre

C Aulete. Geſtata ora.] Amplificatio crudelitatis in cæde paterna. Itaq; pater ratus eum ius hoſpitale ſeruaturũ & ſuperos, ipſumq; Iouem, qui iuri hoſpitali præſidet, reueriturum, crudeliter in noſtro cõſpectu necatus fuit. Ora.] pro caput paternũ dixit. Oculis uictoris.] *Cæſarit cuius aduẽtus expectabatur.* Fidem ſcel.] *quod Pompeiũ interfeciſſet.* Ignoro.] *quod in mari ex interuallo nihil certi uidere potuiſſent, poſt cædem.* Seruata de par.] *De capite ſeruato in aduentũ Cæſaris.* Præcipitate.] *Decorũ hic ſeruat poëta, in oratione iuuenilis ætatis, immodicè uehemẽtis, nul-*

Triſtis (ut in multo mens eſt præſaga timore,)
b Aſpexit patrios comites à littore Magnus
Et fratrem, medias præceps tunc fertur in undas.
Dic ubi ſit germane parens? ſtat ſumma, caput{que}
Orbis, an occidimus? Romana{que} Magnus ad umbras
Abſtulit? hæc fatur, quẽ cõtra talia frater
O fœlix, quem ſors alias diſperſit in oras,
Qui{que} nefas audis, oculos germane nocentes
Spectato genitore fero, non Cæſaris armis
Occubuit, digno{que} perit authore ruinæ,
Rege ſub impuro Nilotica rura tenente,
c Hoſpitij{que} frætus ſuperis, & munere tanto
In proauos, cecidit donati uictima regni.
Vidi ego magnanimi lacerantes pectora patris,
Nec credens Pharium tantũ potuiſſe tyrannum,
Littore Niliaco ſocerum iam ſtare putaui.
Sed me nec ſanguis, nec tantum uulnera noſtri
Affecêre ſenis, quantum geſtata per urbem
Ora ducis, quæ transfixo ſublimia pilo,
Vidimus hæc fama eſt, oculis uictoris iniqui.
Seruari, ſceleris{que} fidem, quæſiſſe tyrannum.
Nam corpus Phariæne canes, auidæ{que} uolucres
Diſtulerint, an furtiuus, quem uidimus, ignis
Soluerit, ignoro: quæcunq; iniuria fati
Abſtulit hos artus, ſuperis hæc crimina dono,
Seruata de parte queror. cùm talia Magnus
Audiſſet, nomen gemitus, lachrymas{que} dolorem
Effudit iuſta{que} furens pietatem profatur.
Præcipitate rates è ſicco littore nautæ,
Claſsis in aduerſos erumpat remige uentos,
Ite duces mecum, nunquam ciuilibus armis
Tanta fuit merces, inhumato condere manes
Sanguine ſemiuiri Magnum ſatiare tyranni.
Non ego Pelæas arces, adytis{que} retectum
Corpus Alexandri pigra Mareotide mergam?
Non mihi pyramidum tumulis euulſus amaſis,
Atq; alij reges Nilo torrente natabunt?
Omnia dent pœnas nudo tibi Magne, ſepulchra
Inuoluam buſto, iam numen gentibus Iſin,
Et tectum lino ſpargam per uulgus Oſirim,
Et ſacer in magni cineres d iactabitur Apis,
Suppoſitis{que} Deis uram caput, has mihi pœnas
Terra dabit, linquam uacuos cultoribus agros,
Nec Nilus cui creſcat, erit, ſolus{que} e tenebit
Aegyptum genitor, g populis, ſuperis{que} fugatis.
Dixerat, & claſſem ſæuas rapiebat in undas
Sed Cato laudatam iuuenis compeſcuit iram.

loc{que} iudicio præcipitãtis ſe ad uindictam.

Manes.] *animam.*

Non ego.] *Cõmemorat uindictæ genera. Primum uult refodere corpus Alexãdri Magni, & aliorũ regũ ſepulchra demoliri, & oſſa eorũ diſpergere in flumine.* Mareoti &.] *Mareotis. Alexãder Macedo Alexandriam condidit iuxta Mareotim lacũ, q̃ antea Arapotes dictus fuerat: ad meridianã urbis partẽ Euripo è Canopico oſtio mittitur. Eſt & Mareotis pars Epiri, optimo uino commendata, unde uuæ Mareoticæ apud Maronem.* Amaſis.] *humili loco natus ab Aprie miſſus ad Aegyptiorum motus cõprimendos, tumultuariè fuit rex declaratus, Apries id indignè ferens, miſit, qui eũ ad ſe uinctũ ducerẽt. Reſpõdit Amaſis, daturũ ſe operam, ut breui regi adeſſet. Cõparato exercitu, circa Mẽphim magno prælio Apries uictus, in Amaſis poteſtatẽ uenit, adductus{que} in urbem Sain, ubi Amaſis uictor regni ſedem ſibi elegit, quoad uixit in ſummo honore habitus fuit. Hic cùm uideret ſe parum gratum ſuis eſſe, quod homo obſcurus tot gentibus imperaret, aueam peluim, quam habuit, & in qua regij conuiuæ ſe lauare conſueuerant, in idoli ſpeciem conflauit, eamq́ue in publico poſitam rex ueneratus fuit, cætera multitudo regẽ ſecuta pari uenerationẽ eam dignata fuit. Et cùm circa ſtatuam religio indies magis ac magis creſceret, rex multitudine in concionem aduocata,*

a al. Syrtes.

b al. ut uidit patrios comites à l. Ma.

c al. hoſpitijs.

d al. mactabatur.

e al. tenebis.

f al. populis genitor.

ecce, inquit, uenerámini simulachrum ex ea materia factum, ex qua nuper constitit peluis illa, quam ad sordidissimos usus subiectam uidistis. Facies effecit, ut dignitas sit mutata. Sic & in me facite. Fui priuatus, fateor, nunc rex sum præstate mihi cum honorem, quem debetis. Proditum est de Amasis thorace, in Rhodiorum insula ostendi solito in templo Mineruæ, CCC. LXV. filis, singula fila cõstitisse. De prodigioso sepulchro, & pyramide Amasis est apud Plin. lib. 36. cap. 12. Isim. Minatur, & omnia sacra se euersurum. Porrò de his deorum Aegyptiorũ portentis suprà dictum est. Linquam.] Sed & agros ferro, & incendio populaturus est. Fugatis enim ex agris mistis, in nullius usum Nilo crescente & inundante omnia quotannis, agri oblimabuntur.

Interea totis au.] Sparsa miserabili catastrophe exitus Pompeij, redeintegratur planctus in littore Africo, cũ amplificatione eius hyperbolica. Deflere, in deflendo mortẽ potẽtis uiri, hoc est, Põpeij. Sed magis.] à Luctu, & ululatu Corneliæ amplificatio. Sociæ terræ.] Africæ, ubi Catonem Pompeij amicum offendit. Insignia.] pathos à monumentis Pompeij.

Ter. Conf. Io.] Io ui Capitolino in tribus diuersis triũphis.

Funesto ig.] Pompeio ex tuclo. Solent enim omnes exuuiæ, et arma cum mortuis eodem rogo concremari, quæ in uita habuissent chara, in amatorijs. A pietate Corneliæ erga maritum.

Sic.] lucẽt in quarto uersu. Collatio incendij littoralis in busto Pompeij, cum igne Appulo, quoties pastores in Appulia ignem in herbis immittũt & quidem hyeme, ut renouentur, & nouas eliciant. Garganus.] lucet promontoriũ in in Apulia ad CCC. stadia in mare excurrens in ortum. Circa huius sinum Sepontũ est, in littore. Haud procul inde insulæ sunt Diomedeæ. Circa Garganũ Vultur mons est, cuius meminit Horatius in Odis.

Me fabulosæ Vulture in Appulo.

Buxeta.] Variat hoc loco. Sunt qui legãt, buxeta hoc est, loca buxis dẽsa, et obsita: Bucera nonnulli, bucera, loca, in quibus boues pascũt. Matini.] Ex Gargano, inquit Pli. Mateolani, Nerecini, Matini, Tubustini, Syluini, Strapellini, Turnãtini, Vibernates, Venusini. Hæc patria Horatij fuit. Matini populi quibusdã dicũtur, à Matino mõte Apuliæ. Obijcit Deis.] quasi Diuorum iniuria hæc calamitas, & crudelis mors illi cõtigerit. Obicit.] pro obijcit, per syncopen.

Interea totis, audito funere Magni
Littoribus sonuit percussus planctibus æther,
Exemploq; carens, & nulli cognitus æuo
Luctus erat, mortem populos deflere potentis,
Sed magis ut uisa est lachrymis exhausta, solutas
In uultus effusa comas Cornelia puppe
Egrediens, rursus geminato uerbere a plangunt.
Vt primum in sociæ peruenit littora terræ,
Collegit uestes, miserique insignia Magni,
Armaq;, & b impressas auro, quas fecerat olim
Exuuias, pictasq; togas uelamina summo
Ter conspecta Ioui, funestoq; intulit igni.
Ille fuit miseræ Magni ciuis, accipit omnis
Exemplum pietas, & toto littore busta
Surgunt Thessalicis reddentia manibus ignem.
Sic, ubi de pastis submittere gramina campis,
Er renouare patrans hybernas Appulus herbas,
Igne fouet terras, simul & Garganus, & arua
Vulturis, & calidi lucent d Bucceta Matini.
e Non tamẽ ad Magni peruenit gratius f umbrã.
(Omne quod in superos audet conuitia uulgus,
Pompeiumq; deis obijcit,) quam pauca Catonis
Verba, sed à plena uenientia pectore ueri,
Ciuis obit, inquit, multum maioribus impar,
Nosse modum iuris, sed in hoc, tamen utilis æuo,
Cui g non ulla fuit iusti reuerentia, salua
Libertate potens, & solus plebe parata
Priuatus seruire sibi, uictorq; Senatus,
Sed regnantis erat, nil belli iure popoſcit,
Quæq; dari uoluit, uoluit sibi posse negari.
Immodicas possedit opes, sed plura retentis
Intulit, inuasit ferrum, sed ponere norat.
Prætuli arma togæ, sed pacem armatus amauit,
Iuuit sumpta ducem, iuuit dimissa potestas,
Casta domus, luxuq; carens, corruptaq; nunquã
Fortuna domini, h charum, & uenerabile nomen
Gentibus, & multum nostræ, quod proderat urbi,
Olim uera fides, (Sylla, Marioq; receptis)
Libertatis obit, Pompeio rebus adempto,
Nunc & ficta perit, non iam regnare pudebit,
Nec color Imperij, nec frons erit ulla Senatus.

Quã pan.] Pendet à quarto uersu superiori. Nil gratis peruenit ad umbrã Pompeij, quã uerba Catonis. Nã statim præcedẽtis uersus per parenthesin interpositi sunt. (Omne quod in superos, &c. Pompeiumq; Deis obicit.)

Ciuis obit.] Oratio Catonis, Laudatoria generis. Laudat enim Põpeiũ iã defunctũ, ab heroicis uirtutibus, quibus inter omnes Romanos eminebat, sed præcipuè à singulari modestia, q̃ raro in summos uiros, & triũphales incidere solet. Romæ enim oratio lugubris, q̃ nænia à Latinis, à Græcis epicedium, siue monodia appellatur, cum ante cadauer sepultũ, & quidem in laudẽ defuncti solebat. Interdũ illustres homines post exequias pro rostris statim lugubri oratione ab egregijs uirtutib. quib. in uita excelluerãt, à suis laudabãtur. Eum morẽ Cato Põpeio præstat hoc in littore in busto. Ciuis obit.] Exordium ductum à laude personæ Nosse.] in cognoscendo modo iuris, ac iusticiæ.

Pompeij obit, pro obiuit, syncope,

Cui non ulla.] Micyllus eruditè exponit ad hunc modum, Lego, inquit, non ulla fuit &c. ut relatiuũ. cui, cũ nomine, æuo, construatur: ut sit sensus. Sed in hoc tamen, scilicet quod se ultra ciuem non extulit, & semper minus potestatis, ac iuris, quàm ei concedebatur, sibi usurpauit. Profuit, ac utilis fuit huic æuo, siue ætati, cui nulla reuerentia iusti est, hoc est, quando omnes ius, & fas contemnent, ac negligunt, suo quisque arbitrio uiuentes, & agentes, quantum quisq; potest, profuit autem uel alijs, exemplũ exhibendo uel seipsum, uel quia ipse quoq; talis fuit. Hæc ille. Commoda interpretatio, & minimè absurda.

Nos

a Non enim uituperat Pompeiũ sed laudat eũ, uel isto nomine, quod corrupto seculo, tum præsenti. tũ Syllano, potens esset salua libertate, quã alij oppressum irent. Rector. S.] Et quamuis princeps Senatus erat in omnibus tamen Senatus decreto parebat. Adeò moderabatur affectibus. Immodicas.] *Ab opulẽtia, quæ alioqui solet fastũ gignere, & eristas attollere, & extimulare ad opprimendã libertatẽ, & regnũ inuadendũ.* Ferrum.] *pro, bellũ haud quãquã inuasit, senatus iussum suscepit gerendũ. eiusdem iussu. Imperium mandatum lubens uolensq; deponebat.*

Arma togæ.] *synecdochicè, bellum paci, & modestiæ.* Sumpta.] *toga, hoc est pax, propter summos honores, quos in toga consequebatur.* Casta do. lux ca.] *A frugalitate, & cõtinentia, & uitæ castitate.* Charũ no.] *ab amicitia exterarũ gentiũ, & charitate cõiuncta cũ utilitate reipub.* Libertatis obit.] *Libertas obiuit Syllæ, & Marij tẽporibus syncope Perijt tum libertas, qua amissa, in seruitutem redacti fuimus.*

Color impe.] *species imperij* Ro. Frons erat.] *Neque uerecundia erit Senatus.*

O' fœlix.] *Ab exclamatione, quam dicit à cõparatione, qua ex maioribus exaggeratis, coniecturam reliquit de minoribus exaggerandis. Si fœlix Pompeius, quod uictus statim fuerit à* B *Ptolemæo interfectus ergo infœlices qui à pugna diu superfuerunt.* Iubam.] *Regẽ Numidarũ, ad quem uictus profugero, ut Pompeius ad Ptolemæum. De Iuba alibi dictũ.* Vocibus his.] *finis orationis Catonis, quam dicit poëta grauiorem esse Pompeij umbræ, quàm si uiuus uiri laudes è more Romæ pro rostris magnificè detonarentur.* Fremit.] *indignatur uulgus, tam crudeliter, contra fas, & ius Pompeium in* C *Aegypto à rege interfectum.* Cilix.] *è Cilicia Asiæ, unde piratæ, quos Pompeius uicit, ac toto mari expulit.* Rapinas.] *respicit ad prædonum prædas, inter quos ille quoq; fuisset, & nomẽ aliquod gessérat. Hic quia nunc post exitum Pompeij signa Catonis secutus fuerat, miratur dux, num ad uomitum, hoc est, ad piraticam sit reuersurus. Quod autem dixit, motus linquendi, aut sustulit signa linquendi: noua locutio.* Compellat regentem.] *alloquitur M. Catonem.* Nos.] *Exordium ab insinuatione, cur ipse ad arma Ciuilia prosiluerit.* Illeia.] *Pompeius, cuius causſa gentes, & prouinciæ maluerũt arma induere, quàm domi in otio degere.* Patrios.] *propositio petitionis à pio.* Nã quis.] *Narratio, qua docet iustas missionis causſas. Inutiliter se post pugnam Pharsaliã, post Pompeiũ belli Ducẽ, & imperatorẽ cursum, arma sequi.* Mors erat.] *Recusat amplius periculũ, & extenuat petitionẽ, ut cato moriatur, cum quo honestũ simul est cõiunctũ, ut in femo iustã sepulturam consequatur.*

Bellum ci.] *ab exemplis maioribus. Si uix ducibus, multò minus mihi, & mei similibus. Argumentũ ductum ab indigno.*

Scythicum iug.] *Seruitutem remotissimæ gentis Parthicæ, de qua alio loco multis nobis dictũ est, expecto, sed recipio me sub ius & imperiũ Cæsaris, qui ciuis Romanus est, quãuis uictor, & monarcha.* Sacris umbr.] *Pompeij animæ semper summus honor à me habebitur.* Dominum.] *Cæsarẽ indicat, ciuẽ, non autẽ barbarũ. à necessario. Non obscurè seruitutẽ notat.* Fata se.] *quocunq; me rapuerit fortuna, eò deferar.*

O^ fœlix, cui summa dies fuit obuia uicto,
Et cui quærendos Pharium scelus obtulit ensis:
Forsitan in soceri potuisses uiuere regno,
Scire mori, sors prima uiris, sed proxima cogi,
Et mihi (si fatis aliena in iura uenimus,)
Da talem Fortuna Iubam, non deprecor hosti
Seruari, dum me seruet ceruice recisa.
Vocibus his maior, quàm si Romana sonarent
Rostra Ducis laudes, generosam uenit ad umbrã
Mortis honos, fremit interea discordia uulgi,
Castrorum, belliq; piget, post funera Magni.
a Cum Tarchon motus linquendi signa Catonis
Sustulit, hunc rapta fugientem classe secutus
Littus in extremum tali Cato uoce notauit:
O^ nunquam pacate Cilix, iterúmne rapinas
b Vadis ad æquoreas? Magnum fortuna remouit,
Iam pelago pirata redis. tum respicit omnes
In cœtu, motuq; uiros, quorum unus aperta
Mente fugæ tali compellat uoce regentem.
Nos (Cato da ueniam) Pompeij duxit in arma
Non belli Ciuilis amor, partesq; fauore
Fecimus, ille iacet, quem paci prætulit orbis.
Causaq; nostra perit, patrios permitte penates,
Desertamq; domum, dulcesq; reuisere natos.
Nam quis finis erit, si nec Pharsalia, pugnæ
Nec Pompeius erit? perierunt tempora uitæ,
Mors erat in tutum, iustas sibi nostra senectus
Prospiciat flammas, bellum Ciuile sepulchra
Vix Ducibus præstare potest, non barbara uictos
Regna manẽr, non Armeniũ mihi sæua minatur,
Aut Scythicum fortuna iugum, sub iura togati
Ciuis eo quisquis Magno uiuente secundus,
Hic mihi primus erit, sacris præstabitur umbris
Sũmus honor, dominũ, quẽ clades cogit, habebo
Nullum Magne Ducem, te solum in bella secutus
Post te, fata sequar, necq; enim: sperare secunda
c Fas mihi, nec liceat, fortuna d cuncta tenentur
Cæsaris, Emathium sparsit uictoria ferrum.
Clausa fides miseris, & toto scelus in orbe est
Qui uelit, ac possit uictis præstare salutem.

a al. Tum.
b al. tendis ad.
c al. Spes mihi.
d al. iuncta.

Pompeio sc.] *Pompeio mortuo, quo uiuo de principatu certamen erat, iam bellum poni debet, quod Cæsar nullum hostem habere uidebatur amplius. Quare rectum est, ut in otium concedamus.*

Pompeio, scelus est bellum ciuile, peremptor?
Quo fuerat uiuente, fides? si publica iura,
Si e semper sequeris patriã Caro signa petamus,
Romanus quæ Consul habet. Sic ille profatus
f Insilijt puppi iuuenum comitante tumultu.

e al. semper patriam.
f al. insiluit

Quæ

Actum Romanis fuerat de rebus, & omnis
Inuiga seruitij feruebat littore a plebes.
Erupere Duces sacro de pectore uoces.
Ergo pari uoto gessisti bella iuuentus.
Tu quoq; pro dominis, & Pompeiana fuisti,
Non Romana manus: quod non in regna laboras
Quod tibi, non Ducib. uiuis b moreris q; orbē
Acquiris nulli, quod iam tibi uincere tutum est,
Bella fugis: quæris q; iugum ceruice uacante,
Et nescis sine rege pati, nunc caussa pericli
Digna uiris. c potuit uestro Pompeius abuti
Sanguine, nunc patriæ iugulos, ensesq; negatis:
Quum propè libertas. unum fortuna reliquit
Iam tribus è dominis. pudeat, plus regia Nili
Contulit in leges, & Parthi militis arcus.
Ite ô degeneres Ptolemæi munus, & arma
Spernite. quis uestras ulla putet esse nocentes
Cæde manus? credet faciles sibi terga dedisse,
Credet ab Aemathijs d patrios fugisse Philippis.
Vadite securi, meruistis iudice uitam
Cæsare, non armis, non obsidione subacti.
O famuli turpes domini post fata prioris
Itis ad hæredem, cur non maiora mereri,
Quàm uitam, ueniamq; libet? rapiatur in undas
Infœlix e coniunx Magni, prolesq; Metelli.
Ducite Pompeios, Ptolemæi uincite munus.
Nostra quoq; inuiso quisquis feret ora tyranno,
Non parua mercede dabit, sciet ista iuuentus
Ceruicis pretio benè se mea signa secutam.
Quin agite, & magna meritum cum cæde parate,
Ignauum scelus est tantum fuga, dixit, & omnes
Haud aliter medio reuocauit ab æquore puppes,
Quàm simul effœtas linquunt examina ceras,
Atq; oblita faui non miscent nexibus alas,
Sed sibi quisq; uolat, nec iam degustat amarum
Desidiosa thymum, f tum si sonus increpat æris
Attoniræ posuere fugam, studiumq; laboris
g Floriferi repetunt, & sparsissime illis amorem,
Gaudet in Hyblæo g securus gramine pastor
Diuitias seruasse casæ: sic uoce Catonis
Inculcat uiris iusti patientia Martis.

a al. pubes. Quæ Cons.] Si omnino placet, ut nos arma sequamur, certè nō priuati ciuis, sed ad Cōsulis arma sequendum tenemur. Atqui Cæsar Cōsul est, quod
b al. mori ens q. inficiari nō potes. Eccuius arma sequemur? nisi patriæ hostes nos
c al. uestro potuit. iudicatum iri uelis. Plebes.] plebs, ut tusta uoce dixit.

Erupere du.] periphrasis hoc est, tum Cato ad hunc modū locutus est. Ergo pari uoto.] Oratio Ca
d al. primos. tonis ad milites iudicialis est. Exordiū ab acerba reprehensione, quod pro Pōpeio, non pro libertate patriæ arma sumpsisse dican
e al. Magni coniunx. tur, quo iā eo mortuo, illa deponere studeāt, quasi res ad umbelicū peracta sit · quæ in re se testari, inquit, suos Pompeij, non defensores libertatis Romanæ fuisse. Nunc uerò, illo sublato è rebus humanis, cum nōdum alicuius domi-
f al. Phrygij so. natui subiecti sint, manent adhuc liberi Cæsaris serui esse fine san
g al Floriferi & al. sacch. guine, quàm secū ad uersus illum consociare arma. Argumentatur grauiter, ut Catonem uerum agnoscas, hominem tetricum ac seuerum.

Tu quoque.] Vt Tarchon Cilix. Quod non.] Quod non militas, ad regnum stabiliendum alteri: quod non in tuum commodum, aut Ducum. Hoc ne satis esse existimatis? Quasi inferat, cùm bellare debeant pro libertate Romana. Ceruice uacante.] liberi ab omni iugo, hoc est, seruitute. Digna uiris.] Quæ iustior uobis pugnandi caussa nunc esse poterit, quàm altero fatis defuncto, in alterum superstitem consociatis armis bellum gerere, ut pristina libertas retineatur. Quare grauiter infert, quod potuisset Pompeius uictor facere, id Cæsar nunc facturus est. Ille adimere uobis uestram libertatem (id enim uocat abuti uestro sanguine) hoc ipsum nūc Cæsar faciet, nisi prospexeritis. Libertas.] consertis manibus teneatur. Quare uidendum ne extorqueatur à Cæsare. Tribus è dominis.] De tribus his dominis in primo libro dictum est. Pompeius enim, Crassus, & Cæsar ita imperium inter se diuiserant, ut Pompeius Hispanias, & Italiā haberet, Crassus Orientem obtineret, unde Parthos debellare cōstituerat, Cæsar Gallias, & Germaniam sortiretur. Crassus, & Pōpeius diuersis, & Pōpeius diuersis casibus iā extincti erant: solus Cæsar superererat unus è triumuiris. Contulit in le.] plus profuit libertati Romanæ. Ptolemæus Pōpeiū, Parthi Crassi interemerunt. Hi sublati uiolare libertatē, nō potuerunt. Plus igitur egerūt pro libertate, quā milites.

Ite ô degene.] Cōtemptim per exclamationē eos facessere iubet, qui à uirtute Romana degeneratis, indigni nomine Romano, qui Ptolemæi munus, hoc est, libertatē spernitis. Cùm tolleret Pompeium, uobis uestram libertatē restituit, qui uiuus eam adimere potuisset. Et, cùm dicit, manus eorum non esse nocentes cæde, exprobrat, eos minimè fortiter pugnasse pro libertate.

Regna.] seruitutem recipere, cùm uiderent positis armis patriam repetere.

Primos.] Sunt, qui legant, patrios. è Pharsalica pugna quod primi è pugna recepistis patriam. O famuli turpes dom.] exprobrosa exclamatio, in turpem mollitiē ciuiū, qui ensem uictori, quasi hæredi Pōpeij tradere uideantur, quod ei sit successurus. Maiora.] Maius præmiū à Cæsare cōsequi liberet ut captiuos uobiscū ad eum ducatis Cornelia, & eius liberos, Cn. & Sextū? quod haud dubiè ei gratius futurū est. Metelli.] Huius filia erat Cornelia, hoc est. Scipionis Metelli. Hij uobiscū nauigio per mare ad Cæsarem ducātur. Ptolemæi.] quod gratius ei futurū est, quàm quod ille Pōpeiū sustulerat ferro. Quin ag.] epilogus orationis cōstat exhortatione ad merita sua cædibus apud Cæsarē cumulanda. Haud al.] Cōparatione ostēdit ceu leritatē reditus iuuētutis è natib. in littus. Cōparatio hæc dicta est à natura apū. Effœtas cetas.] in quibus fœtus cōsedit. Non misc.] Seperatim cōuolāt. Thymum.] Est alioqui hæc herba, qua maximè delectantur apes, circa solstitia floret, cùm apes decerpunt. Harum caussa oportet serere thymum, apiastrum, rosas, uiolas, lilium, cythisum, fabam erudium, cunilam, papauer, conyzā, casiā, melilotū, melissophyllum, cerinthen. His præcipuè delectantur: sed nullo flore magis gaudent, quā melissophillo, siue

A *suæ melittera,* Sonus æris.] *Vergil. Georgicis*
» *Tinnitusq́ cie, & matris quate cymbala circum.*
Gaudet in Hyb.) *Pastor id spectans lætior est, repete re alueraria, & non dispergi eas latius. Apes delicias ea-*
sæ pastoris uocat. Hyblæo gra.] *Hybla nobilis apum mellificatione locus est in Sicilia, à quo epitheton poëtis duci solet, ut Hyblææ apes appellentur. Vt mons Hymettus in Attica.*

Iamq́ actu belli.] *Ergo Cato postquam suorum animos ora tionis suæ uiribus mutatos non solũ, sed alacriores in diuersum reddtos animaduerterit, illicò ad exercitationem eos excrusit, ne otio torpentes rursum mentes ad fugam conuerterent. Primum litto.] primum labore, in littoris arenis fuisse canit, alterũ, circa*
B *muros Cyrenarũ. Cyrene, Cyrenes, et numero plurali tantum, Cyrenæ, arum: ut Mycenæ, Mycenarum, nobilis urbs Libyæ, quondam rebus Carthaginensium florentibus, & posteris item cẽporibus, opibus potens, & clara rebus gerendis, & uetus. Eusebius author est, ijs ferè temporibus, quibus Ganymedes raptus fuerit, à Batto Laconico condita fuit. Batto primum à uoce balbutienti nomen, & exili, datum fuit. Hic Delphico oraculo instructus, cum duabus Thereorum biremibus in Africã nauigauit. Porrò autem Thera, insula est in mari Aegæo, antea Calisto appellata Africam ingressus, primo plateam Africæ proximam occupat: ubi cùm parum fœliciter res succederẽt, biennio post, contra insulam locum occupat collibus a-*
C *mœnissimis, utrinq́ fluminibus irriguũ. Aziristo fuit illi nomen. Hinc item consilio accolarum migrauit in eum locum, ubi postea Cyrenæ fuêre. Hic circa fontem Apollinis Zoam oppidum condidere. Battus lingua Punica regem sonat, ut quidam affirmant; & ob id sub primum eius accessum oraculi uoce Battum dictum fuisse, ut qui in Africa latum, & amplum imperium esset habiturus. Sub tertio Batto postea multi Græcorum in eam terram nauigio emigrarunt, ut cum Cyrenæis communiter habitarent. Callimachus Battum illum Laconicum progenitorem suum uocat. A` Cyrenis, ipsa regio, Cyrenaica dicitur: & tota Libya, Cyrenæa. Cyrenæ à Cyrenia nuncupatur, filia Penei regis Arcadiæ filia, quam rapuit Apollo è monte Pelio, & huc in eam Africæ partem, quæ proximè Aegyptum spectat, portauit. Fabulosa, de liberis ex ea susceptis traduntur. Hinc Cyrenaica regio & Philosophia Cyrenaica, philosophia eorum qui ab Aristippo pendebant, qui Cyrenensis fuit, & postea Socratis auditor. Satis de Cyrenis. Plutarchus in uita Catonis author est, Catonem in Africa Imperium susc*episse, & Cyrenas ingressum, eum q́ue receptum, cùm paucis antè diebus Labienum exclusissent Cyrenenses.

Iamq́ actu belli doctas non ferre quietem
Constituit mentes, seriemq́ agitare laborum,
Primum littorijs miles lassatur arenis,
Proximus in muros, & mœnia Cyrenarum
Est labor, exclusus nulla se uindicat ira,
Pœnaq́ de uictis sola est uicisse a Catonem.
Inde peti placuit Libycis contermina Mauris,
Regna Iubæ, sed inter medijs natura uetabat
Syrtibus, has audax sperat sibi cedere uirtus.
Syrtes uel primam mundo natura figuram
Quum daret in dubio terræ, pelagiq́ reliquit.
Nam neq́ subsedit penitus, quo stagna profundi
Acciperet, nec se defendit ab æquore tellus.
Ambigua sed lege loci iacet inuia sedes:
Aequora fracta uadis, abruptaq́ terra profundo,
Et post multa sonant proiecti littora fluctus:
Sic malè deseruit, nullosq́ exegit in usus.
Hanc partem natura sui: uel plenior alto
Olim Syrtis erat pelago, penitusq́ natabat,
Sed rapidus Titan ponto sua lumina pascens
Aequora subduxit Zonæ uicina peruſtæ.
Et nunc pontus adhuc Phœbo siccãte repugnat:
Mox ubi damnosum radios admouerit æuum,
Tellus Syrtis erit, nam iam breuis unda supernè
Innatat, & latè periturum deficit æquor.

Exclusus nulla.] *Secus Plutarchus, ut ostendi, cùm Labienus admodum nuper exclusus esset.* a al. Catonis.

Regna Iubæ.] *De Iuba alibi multa diximus. Numidia contermina Mauritaniæ est, in extrema Africæ ora.* Medijs Syrtibus.] *Syrtium descriptio extat apud Sallustium, Bello Iugurtino: & nos libro primo multa de ijs annotauimus.*

Reppulit à Libycis immensum Syrtibus æquor.

Has Horatius lib. secũdo Carminum ad Septimium, Barbaras uocat. Ita dictæ sunt σύρτεις ἀπὸ τοῦ σύρειν, id est, à trahẽdo, Duo sunt loca in mari Libyco, periculorũ plena uersus Aegyptũ. Maior, & minor Syrtis, propter reciprocationem aquarum. Vadosa loca, & inaccessa. Est auem terræ, ac maris mira inæqualitas: uno in loco profundissima, alio uadosa. Vento spirante, cumulus arenæ, qui supra mare fuerat, in profundissimas residet uallesi & qui deprimebatur, mox super aquas egeritur. Et quanquam impares magnitudine sunt, pares tamen sunt natura, & periculis. Separantur inter se spatio ducentorum quinquaginta M. passuum. Minor à Carthagine C C C. millibus passuum distat, & totidem ambitus., Maior quadringentis & X X V. millibus passuum. Naturam, dicit poëta uetuisse per has Syrtes petere Numidiam, & regnum Iubæ regis. Et tamen Cato sperat has suæ uirtuti cessuras. Atque hinc digreditur in inquisitionem rationis physicæ, de natura Syrtium. Syrtis, anaphora. Sedes inuia.] *inaccessa, quod in eas accessus, nisi cum præsenti periculo non sit. Quamobrem Syrtis inhospita etiam Maroni dicitur. In hæc breuia Consules Romanos primo Bello Punico, inscitia locorum delati, subito pelagi recessu aquis destituti fuerunt. Vbi classe in arido constituta, consilij inopes ad desperationem propè redacti fuerunt. Mox tamen alterno maris æstu naues fluctibus ablatæ, plurimarum rerum iactura prius facta, ui, impulsuq́ue remorum in altum euaserunt.* Aequora uici Zo.] *peruſtæ, hoc est, zonæ torridæ. Aequinoctialis ea ipsa est, quam quia semper Sol, aut præsens, aut hinc uel inde (Bedæ uerbis libẽter utor) uicinus illustrat, nimirum subiecta terrarum exusta flammis, & cremata, cominus uapore torrentur. Hæc Beda. Vnde poëta.*

Quinque

Quinq; tenent cœlum zonæ, quarum una coruſco
Semper Sole rubens, & torrida ſemper ab igne.

Vicina.] *Sed nondum ſubiecta in totum noſtro tropico ſolſtitiali æſtiuo. Torrida Zona credita ueteribus fuit ui æſtus inhabitabilis, ſicut & duæ frigidæ extremæ. Sed diuerſum à poſteris longis nauigationibus deprehenſum eſt.* Phœbo ſiccante.] *refluxu maris uadoſæ arenis in præſunt interdum, rurſum uentorum ui pulſis arenis in præceps profundæ. Inquiſiuit rationem phyſicam quidem, ſed hæc nihil habet ueriſimile. Proinde, quia uiribus æſtus Solaris nondum exhauſtus Pōtus eſt, non mirum, quod non ſolidetur.*

Vt primum remis.] *Deſcribit periculoſam Catonis nauigationem ad Iubam Mauritaniæ. Cùm autem, inquit Appianus, qui in Libya conuenerant. Catonē ipſis Ducem poſtularent, Cato Conſularium præſentia commotus, id munus renuit qui dignitatis cauſſa eo in loco legati aderant, cùm ipſe in urbe prætor dunta xat extitiſſet. Ita Scipionem elegere, cum quo magnæ adhuc copiæ conſpirauere ad bellum. Plutarchus. Ibi, inquit. (ad Cirenas) certior factus Scipionem Pompeij generū à Iuba rege ſuſceptū eſſe, ſimulq; Varū Appium, quem Pompeius Africæ præfectū deſignauerat, unà cū copijs ibidē adeſſe, hyemis tempore iter ingrediturū, multis ad hoc contractis aſinis qui aquā portarent: multiſq; iumentis ad commeatum uehēdum: additis etiā pſyllis, qui ſerpentum morſibus, ueneno ore exuēto mederi, & carminibus uim eorum hebetare, ac delinire dicuntur. Hæc Plutarchus. Lucanus Catonem cum militibus partem itineris claſſe emenſum fingit, uſque ad Paludem Tritonidem.* Onus claſſis.] *milites dicit in nauim impoſitos.* Auſter.] *notus uentus natura humidus defendit mare tentatum claſsibus. Idem Auſter egit nare longè à Syrtibus: idem confregit Pontum illato littore: idem eripuit nautis carbaſa. Ita diſertè exponit Glarea nus.* Deprendit.] *Auſter.* Vltra pro.] *à ſigno furentis uenti Auſtrini, qui uelorum ſinus, uſque adeo flatu ſuo impleuit, ut ultra proram prominerēt. Eſt autē ſinus uelum quod flantibus uentis curuatur, & ſinum facit. Regnum mare uocat, Auſtro ſubiectum, ſubmouitq; à littore, & Syrtibus in uaſtum mare.* Armamentis.] *Armamenta propriè ſunt armorum collectiones. Hinc in nauibus, armamenta dicuntur naualia inſtrumenta, ut uela, & funes nautici. Hinc armamentaria, & poſitoria armorum, & ferè naualium.* Altis fluctibus.] *illa citra periculum uadi impulſu uenti procurrit.* Et] *auertitur dixit pro eo, quod eſt, ab inceptо nauigationis curſu diſiicitur.* Certo ma.] *non periculoſo mari ſed longè remoto à Syrtibus, ubi præſentiſſimum fuiſſet naufragium.*

Leuatę.] *ergo malos, quos arbores cæſas uocat, ſuccidebant, ut onere leuarentur. Illas ob leuitatem à cæteris æſtus maris lōgè à Syrtibus ſubmouit, ut libero pelago currerent.*

Contraria.] *Fluctus diuerſi à uaſto mari irruentes, nauem magna ui reiecit littora uerſus, ut alium tenere non potuerint.*

Has uada deſtituunt.] *Rurſum aliàs refluxū aquarū, æſtus deſtituit in uadoſo mari, ut illic hæſerint.*

Interrup.] *Nā terrarum interruptā mari, arenas appellat, quæ uēto collectæ mare uadoſum reddunt.*

Dubio fato.] *Reſtè, euaſurænè ſint, an in uado hæſurę. Eſtq; hypotypoſis nauis, cuius prior pars ſedet in uado, altera fluctuat in mari.* Breuius.] *Sunt breuia uadoſa loca in mari, nauibus periculoſa: alioqui dicuntur & commentarioli, ut breues, ſumma rerum continentes.* Pulueris ag.] *multum arenæ, in modum montis congeſtæ.* Clauumq;] *gubernaculum, quo regitur nauis.* Pars ratium ma.] *Bona pars nauium, ex omni numero, quæ peritos gubernatores habūit, ex alto tutò ſua fuga euaſerunt, & amnem Tritonem tenuerunt. Cæterum Tritonem ſcribunt maris Deum eſſe, quod primum in Tritone amne Africæ uiſus fuerit. In hoc amne, aut certè in Tritonide palude uirgines ſingulis annis ſe purgare lampadibus, & lignis in honorem, et uenerationem Palladis, author eſt Herodotus. Ipſa Pallas Tritonia à Cretæ filio Tritone dicta eſt Diodoro. In hac palude Herodotus inſulam eſſe ait, in qua manifeſta ueſtigia mōſtrantur, Iaſonem in ijs locis aliquando fuiſſe. Amnis porrò Triton in Syrtium minorem funditur, authore Ptolemæo. Sunt tamen, qui alibi hanc paludem ſtatuant, Minerua hinc Tritonia alijs dicta creditur, quod temporibus Ogygij regis ad lacum Tritonis primùm apparuerit. Sed de Tritonide diuerſæ ſunt opiniones. nam præter ea, quæ memorata ſunt, aiunt nauem Argo Tritonis monitu inde demum reuulſam, niſi fortè id regis nomen, aut indigenæ alicuius fuerit. ut quidam arbitrati ſunt. Herodotus etiam author eſt, Machlyes, & Anſes circa Tritonidem habitare, quorum*

a al. protulit

b al. Tunc.

c al. obnoxiū

d al. impactū

Vt primum remis actum mare a propulit omne
Claſsis onus, denſis fremuit niger imbrib. Auſter
In ſua regna furens, tentatum claſsibus æquor
Turbine defendit, longeq; à Syrtibus undas
Egit, & illato confregit littore pontum.
Tum b quarum recto deprendit carbaſa malo
Eripuit nautis, fruſtraq; rudentibus auſis
Vela negare Noto, ſpacium uicere carinæ,
Arcq; ultra proram tumuit ſinus: omnia ſi quis
Prouidus antemnæ ſuffixit lintea ſummæ
Vincitur, & nudis auertitur armamentis,
Sors melior claſsi, quæ fluctibus incidit altis,
Et certo iactata mari: quæcunq; leuatæ
Arboribus cæſis flatum effundere frementem.
Abſtulit has uentis liber contraria uoluens
Aeſtus, & obnixum uictor detruſit in Auſtrū
Has uada deſtituunt, atq; interrupta profundo
Terra ferit puppes, dubioq; obnoxia fato
Pars ſedet una ratis, pars altera pendet in nudis.
Tūc magis d impactis breuius mare, terraq; ſæpè
Obuia conſurgens, quamuis Eliſus ab Auſtro,
Sæpè tamen cumulos fluctus non uicit arenæ.
Eminet in tergo pelagi procul omnibus aruis
Inuiolatus aqua ſicci tam pulueris agger.
Stant miſeri nautæ, terræq; hærente carina
Littora nulla uident: ſic partem intercipit æquor
Pars ratium maior regimen, clauumq; ſecuta eſt,
Tuta fuga, nautas q; loci ſortita peritos,
Torpentem Tritonos adit illæſa paludem.

A rum puellæ Mineruali sacro, uelut in turmas diuisæ, fustibus, & lapidibus sese incessant, ut quæ patrium morem seruent: & si quæ uulneribus occubuerint, negari uirginet fuisse: & quæ omnium optima iudicata sit, & fortissima, eam Græco armorum apparatu cristâ Corinthia in currum sustolli solere, & circa eam paludem summo suorum plausu circumuehi. Torpentem.] ob naturam palustrem. Palus ei coniuncta est.

Hanc, ut fama.] Describit Tritonidem paludem à religione Tritonis Dei marini, & Palladis, quæ omnium primum ibi apparuisse narratur, & uicinis locis: amne uidelicet Lethe, & horrit Hesperidũ. Hãc.] Tritonidem paludem, amat Triton Deus marinus, quem tubicinem Neptuni esse aiunt. Nec omnino fabulosum esse contendunt, & quod de Tritone narratur. Plinius author est, eum Tiberij Cæsaris principatu in spelunca canentem conspectum nunciatum fuisse. Verg. li. 6. Aeneid. de Miseno.

a Sed tum forte cauadũ personat æquora concha,

b Dement, & cantu uocat in certamina Diuos

c Æmulus exceptũ Triton (si credere dignum est)

d Inter saxa uirum spumosa immerserat unda.

Pallas.] quod ibi primum apparuit, unde palus Pallantias etiam appellatur à Callimacho poëta. Patrioq; è Vertice.] è cerebro Iouis, ut fabulantur, nata est. Nomẽ fortita creditur, quod Pallantem Gigantem interfecerit: uel à quatiendo, & uibrãdo hastam. πάλλω, uibro, Dea enim belli fuit habita. Eadem & Tritonia: Minerua. Ouid. Fasto 3.

e An quia de capitis fertur sine matre paterni
Vertice cum clypeo prosiluisse suo?

Sed Cic. lib. 3. de Nat. Deor. belli principem, & inuentorem esse dixit: atq; eam ob causſam Bellona etiam soror, & auriga Martis à quibusdam poëtis appellata fuit. Fingitur, & uirgo, & innupta. Tritonida.] à ratione nominis, cur Tritonis, & Tritonia fuerit appellata. Quam iuxta.] Lethen amnem ad extremum Syrtium cornu in Africa esse constat, & Berenicen urbem alluere, sed multi opinantur inundatione Lethes infernalis eam huc erũpere ut hoc loco poëta canit. Lethe apud inferos obliuionis fulmen fingitur, unde dicuntur omnium in uita gestarum rerum obliuionem haurire animæ. λήθω, obliuio est. Hinc Lethæus. Lucanus alibi.

f Non me Lethææ coniunx obliuia ripæ
Immemorem fecere tui.

Hanc (ut fama) Deus, quem toto littore Pontus
Audit uentosa perflantem a littora concha,
Hanc & Pallas amat, patrioq; b è uertice nata,
Terrarum primã Libyen (nam proxima cœlo est,
Vt probat ipse calor) tetigit, stagnisq; quieta
Vultus uidit aqua, posuitq; in margine plantas,
Et se dilecta Tritonida dixit ab unda.
Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis,
Infernis (ut fama) trahens obliuia uenis:
Atq; insopiti quondam tutela draconis,
Hesperidum pauper spoliatis frondibus hortus.
Inuisus annoso, qui famam derogat æuo,
Qui Vates ad uera uocat: fuit aurea sylua
Diuitijsq; grauis, & fuluo germine rami,
Virgineusq; chorus nitidi custodia luci,
Et nunquam somno damnatus lumina serpens,
Robora complexus rutilo curuata metallo.
Abstulit arboribus pretiũ, e nemorisq; laborem
Alcides, passusq; inopes sine pondere ramos
Rettulit Argolico fulgentia poma tyranno.
His igitur depulsa locis, deiectaq; classis
Syrtibus, haud ultra Garamãtidas attigit undas,
Sub Duce Pompeio, Libyes melioris in oris
Mansit at impatiens uirtus hærere Catonis
Audet in ignotas agmen committere gentes.
Armorum fidens, & terra cingere Syrtim,
Hæc eadẽ suadebat hyems, quæ clauserat æquor
Et spes d imber erat, nimios metuentibus ignes,
Vt neq; sole uiam, nec duro frigore sæuam
Inde polo Libyes, hinc bruma temperet annus.
Atq; ingressurus steriles, sic fatur arenas.

Glareanus hunc enarrans locum, hunc amnem, inquit, Berenici propinquum ex Solino refert Sulpitius, lõgo certè tractu, à Tritone palude. Idem dico de Hesperidũ hortis, quos Ptolemæus in Cyrenaica ponit, ad Lathonẽ fluuium, non ad Tritonem paludẽ. Cum Ptolomæo sentit Strabo lib. ultimo, ubi Lathonis, & Hesperidum paludis facit mentionem. Cæterum de hortis nihil. a al. murã. b al. quod uert. c al. nemõ. *Porrò si Cato ad Tritonis paludem ex Cyrenaica uenit, ut hic poëta paulò post sentire uidetur, ac inde ad Hammonis templũ abijt, murè prolongauit iter, qui paulò longè breuius habuimus, ex Cyrenaica ad idẽ tem* d al. imbris. *plum. Sed uideo Romanis Africam littore tenus notam fuisse, interiora eius obscura, duntaxat relatione hominũ accepisse. Quod ex. Sallus.] Liuioq;, & hoc adeo poëta satis luculenter apparet, & nos annotationibus in eos tres authores scriptis lectori sub oculos posuimus. Quapropter minimè solicitos nos esse oportet, cum ad Ptolemaicam descriptionem non omnia respondere uiderit. Hæc Glareanus. Sunt qui Lethen in Hispanijs collocant, & Labi ex Celtiberis, & Vaceis. Insopiti dra.] nunquam dormientis, sed peruigilis, qui custos hortorum Hesperidum fuerit, quare tutelam uocat. Fuit aurea sylua.] Haud procul à Lixo, Antei Gigantis regio, ubi celeberrimum illud certamen heroicum fuit Herculis, & Antei, modico inde interuallo insula monstrata fuit, ubi Hesperidum horti fuerunt. Hanc æstuario, & flexuoso maris meatu ambit, manifesto ficti ibi Draconis aureum nemus custodientis argumento. Sed hic Herculis aram tantum extitisse aiunt, & oleastros paucos admodum. Vnde apparet, nõ aurea mala (ut fabulantur) sed oues potius pretiosi uelleris, quas Hercules in Græciam portauit. μῆλον enim, ouem, & pomum Græcè signat. Hanc historiam ita fabulis inuoluerunt, ut Hesperidum hortos, ab Hesperi filiabus tribus, uel, ut alij, Atlantis, Aegle, Erytusa, & Hypertusa, dictos credant, quæ amœnissimos hortos incoluerint. Eum pauci tantum oleastri circa Herculis aram conspicerentur, ut dixi. Aureum fuisse nemus, aureis pomis graue, per-*

fuasum erat, et à peruigili dracone custodiri, quē quidam Typhonis filiū appellarūt. Prædixerat enim Themis, olim quendā Iouis filiū uenturū, qui aurea μῆλα, diriperet, cuius sortibus Atlas inductus fuit, eur pomarium illud montibus cingere aggrederetur, ut inaccessum grassatoribus foret. Penetrauit tamen Hercules, qui cæso Dracone, aurea mala sustulit. Alij, ut antè dictū est, hos hortos circa Syrtim fuisse, memorant. μῆλα ἐσπερίδων δωρῆσαι, hinc in prouerbium abijt, hoc est, Hesperidū mala donare: de ijs, qui splendida, & magna dona largitur. Diuitijsq.] Diuitias, aurea illa mala uocat, ut & fuluum germen. Virgineusq; ch.] Tres memoratæ puellæ, Aeglæ, Eretusa, & Hypertusa. Serpens.] draco peruigil, Typhonis filius. Robora.] Arbores horti. Alcides.] Hercules diripuit eos hortos, et mala aurea pertulit in Græciam ad Euristheum tyrannum Argiuorum. Garamantidas.] Garamantes in Libya Psyllis finitimi, ita dicti, ab Apollinis filio Garamante, à quo oppidum Garamantū, ab eo dictum, conditum fuit. Hi matrumoniorū exortes passim cum fœminis agunt. Fuit alius Garamantes rex, cuius filiam Garamantida apud Bregadam amnem Iuppiter compressit, unde Hiarbas genitus, cuius meminit Verg. Aeneid. 4.

Hic Ammone satus rapta Garamantide nympha.

Ignotas gen.] *Interioris Pōpeio.*] *filio Magni* Pomp. *Libyæ ut tēplum Ammonis. ubi sed ulterius, Garamātes.* Terra cin.] *Per interiores Libyæ, & siticulosas regiones exorbitare.* Clauserat.] *quia hyems erat, propter dubias tēpestates. Claudūtur maria, à 3. Id. Noucb. usq; ad 6. Id. Mar. ut bene* Sulp. Et spes imber.] *nēpe ingressuris regionē calidā, ut ea elemētior esset.* Inde.] *Inde ab Aestu Australino, hinc à frigore Boreali, qb, cœlū tēperatū foret.*

O' quibus una f.] *Exhortatoria oratio Catonis, personæ conueniens, tetrica, & dura, ad tolerantiā laborū, quos subituri sunt per deserta Libyæ. Proponit pericula æstus, & sitis, tum autē, diserimina à serpentū morsibus. Sed his ruram opponit libertatē, quam uindicaturi sunt, uidelicet Cæsarē dominū. Principiū ductum à beneuolentia militū, qui Catonis auspicia secuti sunt.* Vadimus.] *narratio, in cuius initio proponit labores, & pericula.* Steriles.] *reddit simul qui sint illi, plaga torrida, & siticulosa Libyæ. Atque hos exaggerat prudēter, ut postea iucunda opponat.* Patriæq; ruen.] *per uictoriam Cæsaris.* Veniant.] *illi milites, nō dissimulabo id, quod res est, sed apertis hucusq; dicam, ne quis dicat circūductum iri.* Hic mihi sint co.] *Accendit etiam ignauissimum quenq; ad laborum patientiam.* Producere.] *metaphoricè deludere, uel detinere. Est alioqui uerbum πολύσημον.* Hi mihi.] *à gloriæ, & uirtutis amore accendit suos, & iucundo.* At qui.] *Contra proponit ignauis turpitudinem.* Dominum Cæsarem dicit, odioso nomine seruitutis. Me calor æthe.] *Rigidum Catonem deliniat disertè, dum se ducem ad omnium periculorum tolerātiam offert. Eiusmodi fuit, ut author est Plutarchus in eius uita, ut nudis pedibus, & capite aliquando prodiret.* Serpens, sitis.] *proponit tria mala, sed iucūda opponit.* Sola potest.]

a al. castra.

b al. squalent.

c al. perducere.

d al. sunt.

O' quibus una salus placuit, mea *a* signa secuti,
Indomita ceruice mori, componite mentes
Ad magnum uirtutis opus, summosq; labores.
Vadimus in campos steriles, exustaq; mundi,
Qua nimius Titan, & raræ in fontibus undæ,
Siccaq; letiferis *b* squalent serpentibus arua.
Durum iter ad leges, patriæq; ruentis amorem
Per mediam Libyen ueniant, atq; inuia tentent.
Si quibus in nullo positum est euadere uoto,
Si quib. ire sat est: neq; enim mihi fallere quenquā
Est animus, tectoq; metu *c* producere uulgus:
Hi mihi *d* sint comites, quos ipsa pericula ducent,
Qui me teste pati, uel quæ tristissima, pulchrum,
Romanumq; putant: at qui sponsore salutis
Miles eget, capiturq; animæ dulcedine, uadat
Ad dominum meliore uia, dum primus arenas
Ingrediar, primusq; gradus in puluere ponam.
Me calor æthereus feriat, mihi plena ueneno
Occurrat serpens, fatoq; pericula uestra
Pertentate meo, sitiat, quicunq; bibentem
Viderit, aut umbras nemorum quicunq; petentē,
Aestuet, aut equitem peditum præcedere turmas,
Deficiat, si quo fuerit discrimine notum,
Dux an miles eam, serpens, sitis, ardor arenæ,
Dulcia uirtuti: gaudet patientia duris.
Lætius est, quoties magno sibi constat honestum,
Sola potest Libye turbam præstare malorum,
Vt deceat fugisse uiros. Sic ille pauentes
Incendit uirtute animos, & amore laborum,
Irreducemq; uiam deserto limite carpit.
Et sacrum paruo nomen clausura sepulchro
Inuasit Libyæ securi fata Catonis.

Vnde paræmia, Libyra fera & Libya semper adfert aliquid noui. Glareanus ad hūc modum exponit. Ob B leue imminens periculum. nemo ob id cuitandum, fugeret in maximum periculum. Seruitus est ingens periculum, ut eam quis fugiat, audebit in aliud magnum periculum fugere. Atqui fugere in nationem bonam, non id esset magnum, uerum in Libyen malam nationē fugere, id demum magnum uidebitur. Porrò ad id nemo facile impelletur, nisi regnante magno aliquo periculo quod uictos, & seruitutem timenteis C fecisse, est uerisimile. Sed & Libya talis est, ut qui in eam fugerit, dicatur habuisse ingētem caussam, quod in talem diuerterit regionem. Vnde Cato putat Libyen hoc præstare posse, ut omnes homines dicant decentem eam fuisse fugam, ut magnanimorum uirorum, qui quiduis patiē se maluerint, quàm seruitutem. Micyllus sic exponit. Cùm aliàs turpe sit uiris fugere malorum metu. quale quidam post pugnam Pharsalicā, accidisse uideri potest. Libya, quia tot malis abundat, ignominiam, & turpitudinem hanc tollet. Neque enim malorum metu fugisse uidebimur, cum ultrò malorum turbam petamus, eamq; terram peragremus, unde periculorum plus metuendum sit, quàm si hosti obuiam iremus. Loquitur ut Stoicus, Docent enim Stoici ἀπάθειαν, uolunt; à sapiente, omnem metum, ac perturbationem abesse debere,

A debere. Irreducemq; uiam deserto limite carpit.] per quam redeundum non erit. Securi fata Cato.]

Tertia pars rerũ] Catonem per Libyam deducturus poëta orditur imitatione Sallustiana, à diuisione orbis, in qua tertiam partem omnes faciũt Africam: pauci sunt, qui Africam sub Europa complecti cõtendunt, quos uidetur Lucanus sequi. Sed ratione meo iudicio friuola uidetur illa, quod Nilus à Gadibus non longius absit, quam Tanais. Gadib] Quia ab occasu, & Gadibus principium Geographiæ ducit. quare à primis Gadibus dixit. Tyrij monitu oraculi, nauigantes ad occidentem, templũ Herculi Libyci condẽrũt apud Gades de se Erythræam dixerunt. Pœnorum lingua Gadum, septem dicunt.

Si uentos.] Quatuor cardinales sequaris. Sunt enim ut Manilius.

» Aſper ab axe ruit Boreas, uenit Eurus ab Ortu,
» Auſter amat medium Solem, Zephyrus cadentem.

Vt enim Eurus qui et Subsolanus Gellio, Græcè ἀπηλιώτης, ab Oriente Verno, sitque Æquinoctiali uenit, ita Fauonius, qui Græcè Zephyrus, aduersus Eurum situe Subsolanũ ab Occasu Æquinoctiali spirat. Nili.] Nilus Asiam ab Africa, Tanais ab Europa, disterminat. Et ab Occasu Europam ab Africa ita diuidit, ut per fretum Gaditanum ortum petenti, Europam lævam, Africam, dextram habeat. De Gadibus aliàs dictum est. Fugere Libyam uidentur Europa, quod ab interluente medio mari interraneo frustra sit. Oceano.] Occidentali, qui ab Hercule perfossis montibus Abila, & Calpe, inter terras admissus fuit. Maior orbis.] Multis partibus Europa, Africa maior est, in Ortum immẽsum excurrens. Zephyrus commissis utriq; est, ab Occasu Æquinoctiali in Ortum spi-

Tertia pars rerum Libyę, si credere famæ
Cuncta uelis, ac si uentos, cœlumq; sequaris,
Pars erit Europæ: a neq; enim plus littora Nili,
Quàm Scythicus Tanaïs primis Gadib absunt.
Vnde Europa fugit Libyen, & littora flexu.
Oceano fecere locum, sed maior in unam
Orbis b adit Asiam: nam cum communiter ĩstæ
Effundant Zephyrum, Boreæ latus ille sinistrum
Contingens, dextrumq; Noti, descendit in ortus
Eurum sola tenens, Libyæ, quod fertile terræ est,
Vergit in Occasus, sed & hæc non fontibus ullis
Soluitur, Arctoos raris Aquilonibus imbres
Accipit, & nostris reficit sua rura serenis.
In nullas uitiatur opes, non ære, nec auro
Excoquitur, nullo glebarum crimine pura,
c Sed penitus terra est, tantum Mauruſia genti
Robora diuitiæ, quarum non nouerat usum:
Sed Citri contenta comis uiuebat, & d umbra,
In nemus ignotum nostræ uenere e secures,
Extremoq; epulas, mensasq; petiuimus orbe.
At quæcunq; uagam Syrtim complectitur ora
Sub nimio f proiecta die, uicina perusti
Aetheris, exurit messes, & puluere Bacchum
Enecat, & nulla putris radice tenetur.
Temperies uitalis abest, & nulla sub illa
Cura Iouis: terra est, natura deside torpet
Orbis, & immotis annum non sentit arenis.
Hoc tam segne solum, g raras non exerit herbas,
Quas Nasamon gẽs dura legit, qui proxima Põto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit, nam littoreis populator arenis
Imminet, & nulla portus tangente carina
Nouit opes. sic cum toto commercia mundo
Naufragijs Nasamones habent. hac ire Catonem
Dura iubet uirtus, illic secura iuuentus
Ventorum, nullasq; timens tellure procellas,
Aequoreos est passa metus: nam littore sicco
Quàm pelago Syrtis uiolẽtius excipit Austrum,
Et terræ magis h ille inocens. non montibus ortũ
Aduersis frangit Libyæ, scopulisq; repulsum
Dissipat, & liquidas se turbine soluit in auras,
Nec ruit in syluas, annosaq; robora torquens
Lassatur, patet omne solum, liberq; meatu
Aeoliam rabiem totis exercet arenis.
Et non imbriferam contorto puluere nubem
Inflexum uiolentus agit: pars plurima terræ
Tollitur, & nunquam resoluto uertice pendet.

rans. Illa] Europa, unde Boreas, qui & Aquilo qui ab æstiua, & Solstitiali Orientis meta uenit, qui ab Homero αὐθηγενέτης appellatur, quod serenitatem inducat. Libyæ quod.] Cum autem Africa (sic dicta est, ab Afro uno ex posteris Abrahæ è Cetura) à Græcis Libya dicta sit, interior bona ex parte sterilis est, & ob torridam, & perustam zonã propè inhabitabilis. Afer in has terras exercitum duxisse, ibiq; consedisse deuictis hostibus author est Iosephus. Incipit ab Aegypti finib. unde excurrẽs in meridiem, per Aethiopiã usq; ad Atlantẽ montem uenit. A' Septentrione, Mediterraneo clauditur. Diuiditur à nõnullis in maiorẽ, & minorem. Minorem, ab Occasu habere Numidiam: ab Ortu Cirenaicam: à Septentrione, Mediterraneo pulsari. Atq; hic Carthaginem fuisse olim, Vticã, Hipponẽ, Bragadã. Maior Africa, à Meridie incipit, & usq; ad Oceanũ excurrit. In Africa, sunt Getuli, Numidæ, Garamantes, Aethiopes, & Carthaginenses quondam. Reliqua eius terræ pars, quondam Libya dicta fuit. Africus, uentus meridionalis, qui inter Austrũ, & Zephyrum flat. Luctantẽ Icariȝ fluctibus Africum, inquit Horat. in Odis. Quod fertile.] Vbi fertilis apud Plin. lib. 5. cap. 22. nẽpe, qua in occasum uergit. Raris aquilo.] uentis Septentrionalib. Aquilo, Boreas Græcè ab Ortu Solstitiali uerno spirantes, ipsis humidi sunt, nobis contra, sicci, & sereni: ut Auster nobis pluuius, et humidus natura, siccus, & serenus Afris. In nullas ui.] Nõ habet auri, aut argenti, æris' ue fodinas, sed terra gleboſa est, & fertilis Mauritania. Robora diuitiæ.] Arbores, quarum usum non norant, diuitiæ Maurorum erant, sed solis frondibus

a al. nec.
b al. abit.
c al. Et.
d al. umbris
e al. cedri.
f al. porrecta.
g al. raras tã men exerit.
h al. illum.
i al. nocet.

Citri,& umbris cõtenti uiuebãt. Citrus.] *arbor cũ primis nobilis, quæ sola nasci dicitur in Mauritania: sed in magno honore postea à Romanis habita. Inde mensæ,& lecticuli cõficiebantur. Nõ admodũ crescit: folia habet maiora quàm Laurus. Hinc citreus,& mensæ citreæ: & lecti citrei. Apud Dionem, inuenias, Cedron,& poma Cedria, pro citrea. Duo eius genera fuerũt, Atlãticæ,& Mediæ citri,& nostratib. citris, mala Medica nascuntur. Huius folia arbuti aut Lauri sunt similia. Atlãticæ, cupressio fœminæ syluestri, folio, caudice,& odore. Et Micyllus autumat hoc de Atlantico poëtã loqui, alio nomine Tragete, Thya ab Homero dicto.* Nostræ secures.] *Romanæ, à quib. in magnis ornamẽtis mensæ citreæ habitæ fuerunt.* Extremo orbe.] *Mauritania.* Vsq; in Syr.] *qua in A meridiẽ excurrit, æstu Solis exuritur, Vites arenis obruun tur, ut nullũ fructũ producant.* Nulla crura.] *Quasi à Deo, ob sterilitatẽ per immoderatũ,& inutile feracitatẽ negligatur.* Annũ non se.] *siue per arenas, aut in arenis, nõ anni uiros, nõ naturam, in segetibus, fructib. arborum, herbis,& florib. sentit. Tota ea regio sterilis est,& infœcunda.* Nasamon.] *Apposuio. Nasamones naues Syrtib, immersas spoliare solent.* Hac ire Catonẽ.] *A descriptione locorum Libyæ, transit ad iter Catonis.* Procellas.] *Est autẽ propriæ procella, θύελλα, uentus, flatus cũ ualido tumultu spirãs,& ex improuiso inter spirandum, supra modũ stridens. A natura uenti Australis.*

Regna uidet.] *Describit Catonis laboriosum iter per deserta Libyæ ad Ammonis tẽplũ apud Garamantes. Finitimi hi Psyllis sunt, à Garamante Apollinis filio nominati, qui illic de suo nomine oppidum Garamãtũ condidit.* Violare diem.] *Obscurare lucẽ diei.* Aggreditur.] *Vẽti uehementia, ut iter molestius,& grauius esset exercitui.* Raptis.] *uiolẽtia uentorũ.* A sede moue.] *Orbem Libyã si durati, et Gleboso soli esset,& in cauernis scopulosis Austrinus uẽtus claudere tur.* Intẽtus.] *uẽtus perpetuus, nõ intermittẽs.* Prodigiũ.] *monstri simile. Prodigium propriè, quod aliquid futurũ protendat.* Arma cœlo lapsa.] *Ancilia, Ancile, scutũ breue erat, ita utroq; latere recisum, ut angulus nullus esset,& summum,& infimũ latus medio pateret, quasi anciſum. Numæ Pompilij tẽpestate lapsum cœlo tradunt, cũ hac uoce, summũ imperiũ,& potentissimũ in ciuitate fore, quàm diu in ea mansisset. Itaq; multa id genus facta fuerunt, quibus id miscerẽtur, ut illud cœleste ab alijs non dinosceretur.* Ouid *Fas. 5.*

Atq; Ancile uocant, quod ab omni parte recisum est,
Quaq; oculis spectet, angulus omnis abest.

Mense Martio illa à Salijs saltantibus,& cantãtibus, per urbem gestabantur. Patricia.] *Erant Salij patricij, qui*

Regna uidet pauper Nasamon errantia uento
Discussasq; domos, uolitantq; culmine raptæ
Detecto Garamante casæ non altius ignis
Rapta uehit, quantumq; licet consurgere fumo,
Et uiolare diem, tantum tenet aëra puluis.
Tum quoq; Romanum solito uiolentius agmen
Aggreditur, nullusq; potest a consurgere miles,
Instabilis raptis etiam, quas calcat, arenis.
Concuteret terras, orbemq; à sede moueret,
Si solida Libye cõpage, & pondere duro
Clauderet exesis Austrum scopulosa cauernis.
Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis,
Nusquam luctando stabilis manet, imaq; tellus
Stat, quia summa fugit, galeas, & scuta uirorum,
Pilaq; contorsit uiolento spiritus actu,
Intentusq; tulit magni per inania cœli.
Illud in extrema forsan, longeq; remota
Prodigium tellure fuit, delapsaq; cœlo
Arma timent gentes, hominumq; erepta lacertis
A superis demissa putant: sic illa profectò
Sacrificio cecidere Numæ quæ lecta iuuentus
Patricia ceruice mouet, spoliauerat Auster,
Aut Boreas populos ancilia nostra ferentes.
Sic orbem torquente Noto Romana iuuentus
b Procubuit, metuensq; rapi constrinxit amictus,
Inseruitq; manus terræ, nec pondere solo,
Sed nixæ iacuit, uixq; sic immobilis Austro,
Qui super ingentes cumulos inuoluit arenæ,
Atq; operit tellure uiros, uix tollere miles
Membra ualet, multo congestu puluerís hærens,
Alligat,& stantes c effusæ magnus arenæ
Agger,& immoti terra surgente tenentur.
Saxa tulit penitus discussis proruta muris,
Effuditq; procul d miranda sorte malorum,
Qui nullas uidere domos, uidere ruinas.
Iamq; iter omne latet, nec sunt discrimina terræ
Vlla, nisi æthereæ medio uelut æquore flammæ:
Sideribus nouere uias, nec sidera e nota
Ostendit Libycæ finitor circulus oræ,
Multaq; deuexo terrarum margine cælat.

a consistere

b timuitq; rapi.

c al. affusæ.

d al. miscranda.

e al. tota.

supra summã uestem, tegmẽ æneũ gestabãt. Spoliauerat Aust.] *quasi uentorũ iniuria alicui ablatum ac Romam portatũ fuerit.* Operit tell. uir.] *Alludit fortassẽ ad Psyllorũ interitũ, de quib. extat apud Herodot. Gell. li. 16. ca. 11. Psyllos, inquit, quondã fuisse in terra Africa cõterminos Nasamonibus, Austrumq; in finibus eorũ quodã tẽpore perquã ualidum, ac diuturnum flauisse. Eo flatu aquã omnem in locis, in quib. colebant exaruisse. Psyllos reaquaria defectos, eam iniuriã grauiter Austro succensuisse. Decreturũq; fecisse, ut armis sumptis ad Austrũ, perinde quasi ad hostẽ iure belli res repetitũ proficiscerẽtur. Atq; ita profectis uentũ Austrũ magno spiritus agmine uenisse obuiã. Eosq; uiuersos cum omnib. copijs, armisq; cumulis, montibus arenarum superiectis operuisse. Eo facto Psyllos ad unũ omneis interisse. Itaq; eorũ fines à Nasamonib. occupatos. Finl*

tor circ.] Horizontẽ dicit, qui terminat, quæ perspicit, aut non uideri possunt. Hic autem, inquit Hyginus, incertatione diffinitur, quod modò polo subiectus,& circulis his, qui paralleli dicuntur, modò duobus extremis,& æqualib. mixus, modò alijs partibus adiectus, terræ perũdetur ita, utcunq; fuerit sphæra collocata. Appianus plaeius. Horizon circulus est, qui partem mundi uisam à non

uisa-

uisa dirimit: hoc est, inferius Hemisphærium à superiori.

Nec sidera nota.] Australia indicat, nobis occulta. Nam cum Antarcticus circulus, æqualis sit, & æquidistans septentrionali, & Horizontem uno puncto contingat, totusq; præterea sub terra mersus, astra habet nobis semper occulta. Nota.] nobis, Septentrioni subiectis, & quatum interiora Libyæ petebant, Romanis.

Multaq; denexo terrarum.] sidera sub terra demersa circa circulum Antarcticum, & ultra horizontem. ὁρίζω, termino, finio.

Vtq; calor solvit.] Simulatq; frigus aliquantũ desijt quod uentus in aërẽ induxerat: tũq; calor diei fuit redditur. Iam mundi.] Ab hoc loco, usque ad manant: in quibusdam exẽplaribus nõ legitur. Iam cœlum calore urere cœpit, & in terrã torridiorẽ uenerunt. Maligna uena.] Conspecta est ibi, uel lamia, uel fons aquæ non bonæ.

B Dux ipse.] Cato inuidiæ obnoxius, quod paruũ aquæ ipse præ cæteris teneret. Meʼue.] Castigat milites exordio orationis, à personæ suæ uirtute, & laborum, periculorumq; tolerantia. Miles, pro, miles, enallage numeri. Excusit ga.] Quod quidam, & Alexãdrum facilitasse aiunt. Ventum erat.] transit ad descriptionẽ templi Iouis Ammonis. Iouem à forma, templũ, à paupertate, & cultus tenuitate. Corniger.] περατοφόρος, à forma, & specie idoli, non ut apud Romanos effigiari solebat, sed duobus cornibus insignitus in capite. Pausanias author est, in Aetheria, de nomine pastoris, à quo illi primum erectum fuerit simulachrum, Ammonem uocatum. Ergo nõ ab arena. Non illic Libycæ.] à tenuitate opum, & donariorum. Nullis uiolata dii. temp.] rursus pluralis pro singulari Cæterũ, hic Iuppiter arietina forma fictus fuit, uel, ut nonnulli, metæ effigie. Diodorus, aureũ templũ ei conditũ fuisse tradit. Sunt authores, qui eum inter Cyrenas cultum fuisse scribant. Ammonios eam terrã incolere in confesso est. Ad meridiem Troglodytæ adiacent. Sunt enim Aethiopes, qui ad Arabiam, & rubrum mare extenduntur. Alteri Aethiopes ad Occidentem, Hesperi Aethiopes dicti, & Hamonijs propinqui sũt. De Nasamonibus dictum, uicini Syrtibus ad Septentrionẽ, qui nauigiorum spolijs littora obsident, & nauigia marit æstu destituta, uadis notis occupant.

Morumq; pri.] incorruptorum, quales priscorũ fuerunt. Viuito, inquit, ille apud Gell. uiue moribus præteritis, & uerbis utere præsentibus. Ab auro Rom.] tuetur. ait Sulpitius, ne inficiatur auro, more Romano. Apud eos plurimum auri in templis Deorum erat. Haud scio, an notat auaritiam Romanorum, cui pauper hoc delubrum expositum non erat.

Esse locis superos.] Virens sylua hic tantũ tota Libya fuit, & densa, quã multi fontes dulcib. aquis abluebant. Eratq; ibi mira tẽperies, uerno tẽpori per quã similis. Atque hoc nũc addit poëta, inter Syrtim, et Berenicidẽ nullas nasci arbores. Cæterum mirũ est, quod de Hãmonis fonte tradunt, qui mane tepidis fluat aquis, meridie frigidissimis, circa Occasum Solis, uehementer incalescere, post mediã noctem æstuare: inde à media nocte ad Lucem, feruorem illum remitti. Ostẽdimus paulò antè, Iouem haud ea forma apud Hammonios coli solere, qua apud Græcos, & alias gentes, sed umbilico similis fuit, smaragdo, & gemmis compactus. Cum responsum petebant sacerdotes, hunc nauigio durato, multis hinc inde argenteis pateris pendentib. portabãt. Pòst matronæ, & Virgines incondituũ carmen canẽtes, sequebantur.

Vtq; calor soluit, quem torserat aëra uentus,
a Incensusq; dies, (iam mundi spissior ignis,
Iam plaga, quam nullam superi mortalibus ultra
A medio fecere die, calcatur, & humor,
In noton omnis abit) manant sudoribus artus,
Arent ora siti, conspecta est parua maligna
Vnda procul uena, quam uix è puluere miles
b Sustulit, & galeæ conuexum infudit in orbem,
Porrexitq; duci, squalebant puluere fauces
Cunctorũ, minimumq; tenens dux ipse liquoris,
Inuidiosus erat. méne, inquit, degener unum
Miles in hac turba uacuum uirtute putasti?
Vsq; adeò mollis, primisq; caloribus impar
Sum uisus? quanto pœna tu dignior ista es,
Qui populo sitiente bibas? sic concitus ira
Excussit galeam, suffecitq; omnibus unda,
Ventũ erat ad tẽplũ Libycis, quod gẽtib. unũ
Inculti Garamantes habent. stat corniger illic
Iuppiter, ut memorãt, sed nõ aut fulmina uibrãs,
Aut simílis nostro, sed tortis cornibus Ammon.
Non illic Libycæ posuerunt dítia gentes,
Templa, nec Eois splendent donaría gemmis,
Quamuis Aethiopũ populis, Arabumq; beatis
Gentibus, atq; Indis, unus sit Iuppiter Ammon,
Pauper adhuc Deus est, nullis uiolata per æuum
Diuitijs delubra tenens, morumq; priorum
Nomen Romano templum defendit ab auro.

Esse locis superos testatur sylua per omnem
Sola uirens Libyen: nam quicquid puluere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti
Ignorat frondes, solus nemus d extulit Ammon.
Syluarum fons causa loco, qui putria terræ
Alligat, & domitas unda conuertit arenas.
Hic quoq; nil obstat Phœbo, cũ cardine summo
Stat librata dies, truncum uix protegit arbor,
Tam breuis in medium radijs cõpellitur umbra.
Deprænsum est hunc esse locum, qua circulus alti
Solstitij medium signorum percutit orbem.
Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit
Rectior, aut Aries donat sua tempora Libræ.
Aut Austræa iubet lentos descendere pisces,
Par Geminis Chirõ, & idẽ quod Carcinus ardens
Humidus Aegoceros, nec plus Leo tollitur Vrna
At tibi quæcunq; es Libyco gens igne direpta
In Noton umbra cadit, quę nobis exit in Arcton,
e Te segnis Cynosura subit, tu sicca profundo

a al. Exãsitq;. Hæc in quibusdam exemplaribus non habentur.
b al. Corripiens, patulũ galeę cõfudit in orbem.
c al. decessi es.
d Abstulit.
e al. Et.

Mergi plaustra putas, a nullũq; in uertice summo
Sidus habes immune maris, pcul axis uterq; est,
Et fuga signorum medio rapit omnia cœlo.

fal. semper. quebantur. Bereni. ardentem.] Berenicis, idos. Berenice, regina Aegypti fuit, sorror Ptolemæi, & Cleopatræ. Alia item fuit, Ptolemæi, & Arsinoës filia. Hanc Ptolemæus filius sororẽ in uxorẽ duxit. Missis fabulis, de eius crinibus inter sidera relatis, de cõsilio Cononis Mathematici. De uxoris suæ nomine Ptolemæus idem, urbem Berenicida ad Syrtim maiorẽ condidit. Est & alia in sinu Arabico Berenicis, siue Berenicæ, sic dicta, à matre Philadelphi Ptolemæi, Berenice. Plures Berenicæ inueniuntur, ut Ptolemæi Lagi mater, & Herodis Ascalonitæ filia: item Salomes Herodis filia: & alia ex eadem progenie: & aliæ nõnullæ. Lepti.] Leptis, in Africa minori est Zeugitanæ prouinciæ urbiũ duarum, de qua hic agit poëta. Minor, quæ Sarrana cognominatur, à Sarranis Phœniciæ. Alia erat trans Syrtim minorem sita est, ad oppidũ Ocam, quæ maior uocatur. Harum illam Neapolim quidã uocant. Syluarum fons cauſ.] Quare ad Hammonis templũ tam nobilis sylua sit, cum reliquis locis nullæ arbores nascãtur Berenicis à Leptì distat C C C. L X X V. M. pass. Tepidã Leptim uocat, quod mari uicina sit, & longius ab Austro recedat, cum Berenicis in interranea longius à mari, et propius ad Austrinum æstum, & torriditatẽ submota sit. Gradus enim longitudinis, & latitudinis Berenicidis sunt, 47. 30ı | 31. 20 | Leptis uerò 37. 10 | 32. | 30. Quoniã aũt ea regio, in qua Berenicis est siue Berenice, ab authoribus, à numero quinq; ciuitatũ Pentapolitana uocatur, sunt autẽ hæ Berenice, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, Cyrenæ. Berenicis, Hesperis antea dicta fuit. Hic quoq;] Transit ad Astrologicam rationem quare certo die Sol perpendicularis circa ea loca hærens efficiat, ut arbores nõ reddant umbras. Omnibus his, qui sub tropicorũ punctis Zenith habitẽt, unum umbræ genus est, sed in cõtraria latera proiectæ. Pari modo his, qui extra suos tropicos umbras sui sunt. Cum uerò in tropicis semel in anno Sol circumuoluitur, tunc per κάθετον nullam reddit umbrã, siue normam perpendicularẽ, ut in Syene, sed ne in toto quidẽ eius paralleli ambitu, ubi tellus est. Deprænsum est] Reddam Glareani eruditã explicationẽ huius loci, ut non sit, cur diutius luctemur eũ aliis interpretib. Hæc, inquit Glareanus, de Syrtibus, & Garamãtibus sub Aequatore, exponit Sulpitius, eũ poëta de Ammonis templo loquatur, quod nõ magis, quàm Syrtes ad meridiẽ, sed Orientalius est. Garamantes uerò, ultra Ammonẽ magis ad Austrum emoti. Atqui nullus eorũ locorũ æquatorem attingit: imò & Syrtes, & Ammonis templũ citra tropicũ Cancri sunt: Garamantes etiam longè citra Aequatorẽ. Ioannes à Sacro Busto, cuius lib. 3. mentionẽ fecimus, Circulũ Alti Solstitij hoc loco Aequinoctialem exponit, sed signorum circulum Zodiacũ. Cæterum, nisi Ammonis templum sit sub Aequatore, quod haud scio, num quisquam alius idoneus author tradiderit, omnia hæc theoremata, magnifica alijs uisa, magis ad ostentationem adducta sunt, quàm ad historiæ ueritatẽ. Quod uerò Sulpitius subnectit, Omnia signa, inquiens, his, qui sunt ad Aequinoctiali circulo, recta oriuntur, & occidunt: ijs uerò, qui sunt extra, partim recta, partim obliqua. Id sanè de Aequinoctiali non prorsus ita habet. Quadrantes quidem Zodiaci quatuor punctis, duobus Solstitialibus, duobus Aequinoctialibus adæquantur ascensionib. Quadrantũ tamen patres uariantur. Quatuor signa, & quæ bina sunt, ad Solstitialia puncta, Gemini, Cancer, item, Sagitarius, ac Capricornus, recte oriũtur. Maior enim Aequatoris pars cum eis oritur, reliqua octo obliquè. Declarat hoc iam nominatus Ioãnes à Busto, ex quo pleraq; fua de uerbo ad uerbũ in hac materia sublegit Sulpitius, oppressa eius nomine, quasi authoris nõ satis uetusti, sed tamen docti, nõ satis candidè hoc quidem meo iudicatu. Eius tamen lunonis uerba nõ omnia satis intellexit. At enim dicet aliquis, Poëta ipse idẽ dicere uidetur, quod Sulpitius. Non obliqua meant. Ibi ego, Non obliqua, exponendum puto, ut nobis in obliqua sphæra. Est tamen obliquatio quædã etiam sub Aequatore, ut experimẽto quiuis sumpto in manũ Astrolabio, uidere poterit. Et ipse Ioãnes in singulis Zodiaci quadrantib. hoc diligentissimè ostendit. At signa oppositа, arguè hic descripta sunt. quæ concedimus æquales habere ascẽsiones. Sed apud Astronomiæ peritos, pluribus non est opus. Ex hisce autem colligimus, quod sæpius nunc testati sumus, Romanis hæc non admodum nota fuisse, quæ Græcis notissima: sed eosdem tamẽ Romanos eius fuisse superbiæ, ut ubiq; ostentarẽt, deinde inuentos buccinatores, qui eos in cœlũ efferrent. Mutuũ mali.] Ideoq; nihil dicã ad ea, quæ sequũtur, de umbra, in Noton, & Arcton. Item, quod nulla sidera immunia sint maris, illis, qui sub Aequatore habitant, quia procul axis uterq; est, ut inquit poëta. Quod Sulpitius exponẽs, Remotissimè, inquit, quia ipsi sub Aequinoctiali sunt, neutrumq; uidẽt. Hæc ille: Ad quod ego, Tam utrunq; eos uitrumq; uidẽt. Hæc ille: Ad quod ego, Tam utrunq; eos uidere polum, quàm neutrum, & tam neutrum quam utrumque siquidem sub Aequatore consistunt. Postremò Cynosura segnis, scilicet apud illos, inquit Badius. Sed ego pusto, non minus nobis, quando æquali tempore minus spatium percurrit Multo plura hic dici poterant, ab eo, qui magis se ostentare cupiat, quàm cum Lectoris fructu rem prosequi. Hactenus Glareanus, quæ sufficere arbitror ad huius loci de ortu, & occasu signorum expositionẽ. Ambonii Abasis citra tropicũ Cancri est, non sub æquatore, cum frequentissimæ Africæ pars citra parallelum Cancri habetur. Astræa.] Virginem indicat, signum æstiuum, Piscibus hyemali oppositũ: à quibusdam Erigone, Iouis, & Themidis filia, Iusta etiam appellata. Chiron.] Sagittarius, Geminis obiectus. Vrna.] Aquarius. Nam Carcinus, qui Cancer oppositus Aegoceroti, duo Solstitia constituunt, Aestiuum, & hyemale, At tibi.] Auertit ad eos Libyæ populos, quorũ Zenith simulac trãsierit Sol usq; ad Cancrum, umbrã proiiciunt in Austrum. Sed eos ubi per Aequatorem ad Capricornũ descendit, si quæ loca modo habitentur. Quare addit, si qui sint citra Torridam plagam. Cynosura] Vrsa minor, ut Helice, maius plaustrum. De his paulò antè dictum est à Glareanio. Plaustra ficca.] Plaustrũ siccũ, maiorẽ Vrsam, quod non occidat. Sed de his dictum. Axis uterq;] Tã Arcticus, quam Antarcticus. Fuga signorũ.] Reuolutio signorũ quæ fugere obseruantibus uidentur, in occasum, omnia, sidera secũ trahit, ut aduentante luce iam minus minusq; appareant. Ita inter utrunque axem rapitur, uoluiturq; Zodiacus. Ergo, ut ad institutũ redeamus, M Cato, tesie Strabone, libro ultimo, cuius uerba Micyllus diligenter adiecit, ex Beremicide urbe, triginta diebus pedestri itinere lustrauit Syrtim, plus decem millium uirorum exercitus

A citum ductãs. In eas partes aquationis cauſſa cedeſtiri iti nere uiam fecit, per arenam profundã & torridũ æſtum.

Stabant ante fores populi, quos miſerat Eos,
Cornigeriq; Iouis monitu noua fata petebant,
Sed Latio ceſſere Duci, comitesq; Catonem
Orant, exploret Libycum memorata per orbem
Numina, de fama tam longi iudicet æui.
Maximus hortator ſcrutandi uoce Deorum
Euentus, Labienus erat: Sors obtulit, inquit,
Et fortuna uiæ tam magni numinis ora,
Conſiliumq; Dei, tanto Duce poſſumus uti
Per Syrtes, bellicq; datos cognoſcere caſus.
Nam cui crediderim ſuperos arcana daturos,
Dicturosq; magis, quam ſancto uera Catoni?
Certe uita tibi ſemper directa ſupernas
Ad leges, ſequeriſq; Deum, datur ecce loquendi
Cum Ioue libertas, inquire in fata nefandi
Cæſaris, & patriæ uenturos excute mores,
Iure ſuo populis uti, legumq; licebit,
An bellum Ciuile periit, tua pectora ſacra
Voce reple, duræ ſemper uirtutis amator.
Quare, quid eſt uirtus, & poſce exemplar honeſti.
Ille Deo plenus, tacita quem mente gerebat,
Effudit dignas adytis è pectore uoces:
Quid quæri Labiene iubes? an liber in armis
Occubuiſſe uelim potius, quam regna uideres?
An ſit uita nihil, b ſed longæ an differat ætas?
An noceat uis ulla bono? fortunaq; perdat
Oppoſita uirtute minas? laudandaq; uelle
Sit ſatis, e & nunquam ſucceſſu creſcat honeſtum?
Scimus, & hoc nobis non altius inſeret Ammon.
Hæremus cuncti ſuperis, temploq; tacente
d Nil facimus, niſi ſponte Dei, non uocibus illis
Numen eget, dixitq; ſemel naſcentibus author,
Quicquid ſcire licet, ſteriles nec legit arenas,
Vt caneret paucis, merſitq; hoc puluere uerum,
Eſtq; Dei ſedes e ubi terra, & pontus, & aër,
Et cœlũ, & uirtus. ſuperos quid quærimus ultrà?
Iuppiter eſt, quodcunq; uides, quocũq; moueris.
Sortilegis egeant dubij, ſempercq; futuris
Caſibus ancipites, me non oracula certum
Sed mors certa facit, pauido, fortiq; f cadendũ eſt,
Hoc ſatis eſt dixiſſe Iouem. Sic ille profatur,
Seruataq; fide templi dilcedit ab aris,
Non exploratum populis Ammona relinquens.

Stabant ante fores.] Deſcriptis ſignis inter ſe oppoſitis, quanto æſtiua producliores, exceptis Aequinoctialibus, tanto hyemalia contractiores dies faciant, directè reſpõdentia, conſtituit Catonẽ cũ exercitu ante templũ Iouis Ammonis, ubi inuenerit Aſiaticos, & orientales populos ad petenda oracula cõuenisſe. Hic Labeonẽ, & reliquos Senatores Catonẽ orantes inducit, ad ſciſcitandũ oraculum B de belli Ciuilis exitu, & libertate Po. Rom. Quos miſerat Eos.] Qui ex Aſia uenerãt, quæ Orientalis eſt. Habet priorem cõmunẽ. Primo ſurgebat Eoo. & Eoas q; acies. &c. ἑως. ω. ἑῶος. ἠὼ &, aurora, oriẽs, ἠώιος, auora, dies, tẽpus anteme ridianũ. Cornigeri Iouis.] periphraſis Ammonis. Noua fata.] oracula. Latio Duci.] Romano Duci, Catoni. Numine.] Iouis Ammonis reſpõſum, cuius oracu C lũ, perinde ut Apollinis Delphici per totũ orbem celebre habebatur. Labienus] fuerat hic Cæſaris in Gallia legatus, qui poſtea bello Ciuili Põpeiũ ſecutus fuit. Hunc inducit poëta orantẽ, hortantẽq; Catonẽ, ut Ammonis oraculũ cõſulat. Sors obtulit.] Ab oportuno ductũ exordiũ: rurſum, ora magni numinis, pro, os, magni Iouis Ammonis. Caſus belli.] euentũ, & exitũ belli Ciuilis. Sancto Catoni.] Religioſo, auguſto & maieſtatis pleno. Argumentũ, à perſona Catonis. Si Iuppiter ulli dignabitur reſpõdere, certè tibi homini ſancto, & incorrupto reſpõſurus eſt uera. Ad leges ſup.] Laudat Catonẽ ab æquitatis, et iuſticiæ tenacitate: quippe, qui Imperiũ iniuſtum deteſteris ſed leges, fas, iuſq; ſemper tueris. Sequeriſq; Deũ.] Refertur inter ſeptẽ Græciæ ſapientũ dicta, Sequere Deum, quod & prouerbij uice celebratur. Cic. Fin. 3. Quæſq; ſunt, inquit, uetera præcepta ſapientũ, qui iubẽt, tẽpori parêre: et, ſequi Deũ, & ſe noſcere, & nihil nimis. Plutarchus in lib. de audiendo, ut Eraſmus in eo prouerbio enarrat, ἑπου θεῳ, exiſtimat hunc eſſe ſenſum, obtẽperare rationi, quaſi cuiq; debeat oraculũ eſſe, quicquid in pectore dictauerit ratio. Citatq; in eũ ſententiã aliquot authores. Addit D. Eraſ. uideri ſumptũ ex Hom. Iliad. 1. ubi Achilles Palladi obtemperans, hæc addit.

ὃστις θεοῖς ἐπιπείθεται, μάλιστ' ἐπήκοον αὐτοῦ, hoc eſt, interpret. Eraſ.

Qui Diis paruerit, prona huius uota receptant.

Et Maro. An cuiq; Deus ſua diracupidos Datur ecce.] A facultate ſciſcitãdi. Inquire.] propoſitio petitionis: ut inquirat cõtra fata Cæſaris: hoc eſt, explora mentẽ Ammonis, cõtra Cæſarẽ, ut ſint fata ſcitura. Quare re enim ut iudicũ eſt, ita aliorũ inquirere. Tua pectora.] epilogus Labieni cõſtans hortatione ab honeſto ad peragendũ id, quod petiuerat. Dignas adytis] Adytũ, ſecretior locus eſt tẽpli, in quẽ nulli niſi ſacerdoti fas eſt, penetrare, παρὰ τὸ ἀδύω, ſubeo, & ἀ, particula priuatiua, ἐδύτον, quaſi maceſſibile. Propriè ita tẽplorũ penetralia dicũtur. Quid qu.] Propoſitio Catonis, ſeueri, ac rigidi hominis, diuerſa à Labieni cõſilio, quẽ Stoicè redarguit. Quorſum opus eſt ſciſcitari id, quod habemus ante oculos? quin potius explorãdũ eſſet, utrũ fatius ſit, me liberum in armis mori, an perpeti Cæſaris tyrãnidẽ. An ſit uita.] Stoica paradoxa propone nũ præſens uita aliqd ſit, an mors: breuis ne ſit, an longa: nũ lõga uita longa dicenda ſit, an breuis: an uis, & tyrãnis bono uiro noceat an uirtus minis & tormẽtis labefactari poteſt et opprimi: num honeſtum ſucceſſu elatur, an idẽ ſemper maneat. Hæremus ſuperis.] Diuinã habemus mentem, à Deo nobis inditam, ad eius imaginẽ conditam. Hac ſapimus intelligimus, uegetamur, ut non opus ſit Ammonis tẽplo, aut reſponſo. Temploq;] Cõmẽs, pro cõtento. Ammone tacente, ut non ſit opus ipſius uoce. Dixit naſcentib.] Deus nobis naſcentibus ſemel inſæuit

a al. ſemper

b al. ſeu longa.

c al. ut non quam.

d al. Nil agimus.

e al. niſi tera.

f al. cauendum.

rerũ honestè agendarum, & fugiendarum discrimen, ut sciamus, quid liceat, & quid non. Steriles nec legit a.] non sumpsit manem operam Deus. *Arenas numerare, aut metiri, est inanẽ, & infinitã operã sumere.* Mersitq; hoc pul.] Quocunq; te uertas, ubiq; rerũ cognitio obuia est. *Alludit ad id, quod copiosius Maro reddit Aeneid. 6.*

„ *Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes,*
„ *Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; astra*
„ *Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus*

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Superos quid quæ] *Si quicquid uidemus Deus est. Si omnia, quæ sub cœlo sunt, opificis præsentiam, & magnitudinem testantur, quorsum consuluerimus Ammonem.* Menõ oracula.] *Clausula orationis Catonianæ. Cum Deum mente clausum habeat, & rerum diuinarum cognitionem, nulla oracula eum certiorem ueri facient. Sed mors præsens, nõ oracula certum reddent.* Non expl.] *non consultum reliquit Ammonem, atq; abijt.*

Ipse manu.] *In prosopographia Catonis à Laborũ tolerantia hæret, priusquam exercitũ ad aquã deducat, unde bibant.* Cum tandẽ fon.] *Quo loco reperit fontem incertũ. Captat occasionem ad diuagandũ in descriptionẽ serpentũ, quorũ Africa ferax est.* Hũc ego.] *Amplificatio uirtutis Catonis à maioribus extenuatis. Põpeij triumphi magni & illustres: & tamẽ hanc Catonis uirtutẽ & robur, & Syrtium circumnauigationẽ, in hodœporia Libyæ omnib. illius triumphis anteponit.*

Ecce parẽs uc] *exclamatio in laudem Catonis egregia cum propter eximias animi dotes, tum propter non solum laborem, fortitudinemq; innatam, sed patriæ amorẽ, ad quã asserendam has difficultates subierit. Estq; grauis auersio à Romam.*

Ceruice soluta.] *libera à tyrannide, & seruitute, in quã casura fortasse erit.* Deum factura.] *Quasi Roma si triũpharit de Cæsare, Catonẽ in Deos sit relatura.* Iam spissior ig.] *Iam à meridie Sol solito, cœpit æstuare, & feruere magis: à uerisimile, et rationẽ naturæ pomeridiani temporis.* Aspides.] *Describit fontem ab animantium serpentum pestibus, quibus fuit obsessus, quibus Libya abundat. Est autem serpens uehementer exiguus, qui ueneno suo omnia animãtia momento enecat: ouã parit, unde genus procreatur. Variæ eorũ species referũtur, sed quibus haud eædem sunt uires. Est Aspis, quæ somnũ gignat mortiferum tactis, nec ultra 24. horas uiuant, somniculosa inde dicta. Huic infestus hostis est Ichneumon. Tria sunt genera harum, Cheudonia, ab hirundine dicta, quod eius colorẽ referens, iuxta ripas paulò cubitalibus maiores. Alterũ genus terrestre subuiride, aut colore cinericio, quinum cubitorum. Tertium genus, colore aurũ refert. Prydes appellatur. Hanc aspidem Galenus tradit Cleopatram uberib. admouisse. Atq; hanc aiunt attollere*

Ipse manu sua pila gerens præcedit anheli
Milẽtis ora pedes, monstrat tolerare labores,
Non iubet, ut nulla uehitur ceruice supinus,
Carpentóue sedens: somni parcissimus ipse est:
Vltimus hausto aquę, cum tandẽ fonte reperto,
Indiga cogatur latices potare iuuentus,
Stat, dum lixa bibat, si ueris magna paratur
Fama bonis, & si successit nuda remoto
Inspicitur uirtus, quicquid laudamus a in illo
Maiorum, fortuna fuit. quis Marte secundo,
Quis tantũ meruit populorum sanguine nomẽ?
Hunc ego per Syrtes, Libyesq; extrema triũphũ
Ducere maluerim, quàm ter capitolia curru
Scandere Põpeij, quàm frangere colla Iugurthæ.
Ecce parens uerus patriæ, dignissimus aris
Roma tuis, per quem nunquam iurare pudebit,
Et quem, si fleteris unquam ceruice soluta,
Nunc olim factura Deum. iam spissior ignis,
Et plaga, quam nullam super mortalibus ultra
A' medio fecere die, calcatur & unda
Rarior, inuentus medijs fons unus arenis
Largus aquæ, sed quem serpentũ turba tenebat,
Vix capiente loco. Itabant in margine b sicco
Aspides, in medijs sitiebant Dipsades undis.
Ductor ut aspexit perituros fonte relicto,
Alloquitur: uana specie conterrite leti
Ne dubita miles tutos haurire liquores,
Noxia serpentum est c admisto sanguine pestis,
Morsu uirus habent, & fatum à dente minantur.
Pocula morte carent. dixit, dubiumq; uenenum
Hausit, & in tota Libyes fons unus arena
Ille fuit, de quo primus sibi posceret undam.

a al. in ullo.
b al. siccæ.
c al. admixto.
d al. in dẽte

ceruicem, ac metiri ex interuallo quem uelit ferire. Hanc hypnalem uocant quod somno enecet. De Aspidibus scripsit Plutarchus. Nicander ἐν τῷ ἀ θηριακῶν. Aspidẽ & Chersydron forma inter se simules esse scribit.

νῦν δ' ἄγε χερσαίου
λέξω, καὶ ἀσπίδος
ἑίρεο μερόπων
ἰοειδέα, πλαγιῆ δὲ
παπήνεα σύμβ' ὀ-
μαρτεῖ.

Aspis à Vipera, prouerbium, quoties malus à malo sumit quãpiam mali.

Dipsades.] Dipsadem, dicit Nicander Viperæ admodũ similem, quam etiam Centrimam uocant, quod suo morsu omnem humorem consumat, & sitim maximam inducat, unde suum etiam nomẽ sortita est. Nicander.

καὶ μὴν δι ψάδ
εἰδ' ὁμόσεται οἷεν ἐχίδνη
πανρροτέρη, θανάτῳ διθοώτερος ἕλεται οἶτον.

Sunt qui Situlã ob id eam uocent, quod, quẽcunq; morsu læserit, siti enecet, minuta adeo est, ut calce pressa nõ sentiatur. Habet suũ nomen à siti. δίψα, ης, ἡ τὸ διψάω, sitio. Tactus ab ea aliquis, ita accẽditur calore, ut siti emoriatur. Longa spithamen unã: capite nigro, corpore nigris notulis maculosa, cauda lineis duabus nigris distinguitur, & ut quidã, corpore reliquo albicante. Dicitur & presster, & cáuson: item Melanurus, Ammobates, & Centris, idos. Nicander.

οἷσιν ἐνισκύψῃ βλοσυρὸν δάκος, ἤτοι ἀραιὴ
ἀλὲν ὑποσφύσσαι μελαίνεται ἀγχόθεν ἰκμή, (παύσω
δύγμαξι δ' ἐμφλέγεται πρόσθιον πρόσωπον, ἀμφὶ δὲ
χείλε' ὑπ' ἀζαλέης αἰζείνεται ἄβροχα δίψης.

Vana specie.] *Confirmat animos suorũ, ne terreantur serpentibus, & eorum specie, cum morsu solũ ledant, non autem in aqua.* Hausit.] *ut suo exẽplo suos ad bibendum è fonte firmiores, audaciores q; redderet.*

Cat

Cur Libycus tantis a exundet pestibus aër
Fertilis in mortes, aut quid secreta nocenti
Miscuerit natura solo, non cura, labor'q;
Noster scire ualet, nisi quod uulgata per orbem
Fabula pro uera decepit secula causa.
Finibus extremis Libyes, ubi feruida tellus
Accipit Oceanum demisso Sole calentem,
Squalebant late Phorcynidos arua Medusæ,
Non nemorum protecta coma, non mollia sulco,
Sed dominæ uultu conspectis aspera saxis
Hoc primum natura nocens in corpore sæuas
Eduxit pestes, illis è faucibus angues
Stridula fuderunt uibratis sibila linguis,
Fœmineæ qui more comæ per terga soluti
Ipsa flagellabant gaudentis colla Medusæ.
Surgunt aduersa subrectæ fronte colubræ,
Vipereum'q; fluit depexo crine uenenum.
Hoc habet infœlix cunctis impune Medusa,
Quod spectare licet: nam rictus, ora'q; monstri
Quis timuit? quem qui recto se lumine uidit,
Passa Medusa mori est? rapuit dubitantia fata,
Præuenit'q; metus, anima periere retenta
Membra, nec emissæ rigere sub ossibus umbræ.
Eumenidum crines solos mouere furores,
Cerberus Orpheo leniuit sibila cantu,
Amphitryoniades uidit, cum uinceret, hydram,
Hoc mõstrum timuit genitor, numen'q; secũdum
Phorcus aquis, Ceto'q; parens, ipsæ'q; sorores
Gorgones, hoc potuit cœlo, pelago'q; minari
Torporem insolitum, mundo'q; abducere terram.

A Cur Libycus aër.] Conatur poëta ingredi causſam, cur Libya tot monſtris, tot uenenatis animãtib. abundet, ac propemodum deſperat ſe cognoſcere poſſe. Adducit fabulam Meduſæ, cuius capitis ſinguli capilli angues fuiſſe à poëtis ſinguntur, niſi forſan ex illorũ ſanguine in terrã delapſo ea uenena in Libya orta quis uelit cõtẽdere. Fabula.] hinc digreditur in fabulã Gorgonũ, et Meduſa. Finib extremis.] Sed priuſquã ad fabulæ explicationẽ perueniã, adducamus paræmias, quib Libya locũ fecit propter monſtroſa id genus animãtia Libyca fera, inquit, D. Eraſmus in hominẽ uafriũ, callidũ, et uerſipellẽ cõpetit, & ancipiti ingenio, propter uariar ferarum ſpecies, quæ in ea terra ſæpenumerò cõmiſceantur. Ex eadem parœmia, alia orta fuit. Semper Libya adfert mali quidpiam, quod ex Libya ſubinde alia, atque alia monſtra Romã deportarentur. Peculiariter, ait Eraſ. torqueri id poſſe in fœdifragos, & pactorum nouatores. Cui ſimillimum eſt, Semper Africa noui aliquid apportat: quod in ſiticuloſa regione ad unum aliquẽ riuum plurimæ, inquit, ferarum ſpecies bibendi gratia cõuenire cogãtur, imbi'q; uaria mixtura uiolatæ Veneris, uarias monſtrorũ formas, ſubinde nouas naſci. Quadrabit in homines lubrica fide, qui'q; rerũ nouarũ ſunt auidi. Phorcynidos.] Phorci, ſiue, Phorcynis filiæ Primũ deſcribit locũ in occidua, & quidẽ extrema Africæ regione, ubi Gorgones habitaſſe credebãtur. Gorgones tres fuerunt ſorores, Meduſa, Euryale, Stheno. Capita his erãt, draconum ſquamis obſita. (Eraſmi uerbis utar) dentes maximi ſuum inſtar: manus itẽ, & alæ, quib. per aërem ferebãtur. Ea inſuper uis inerat ut obtuẽtes ſeſe, in ſaxa uerterẽt. At Meduſa ſola è trib mortalis erat. Hanc impetiuit Perſeus. Et oculis defixis in clypeũ æreũ, per quẽ tamen ipſam Gorgonis imaginẽ aſpiciebat, manũ porrigẽs, quã Pallas in Meduſam dirigebat, caput Meduſæ amputauit. Reliquæ duæ ſorores aduolãtes, Perſeũ quidẽ inſequebãtur, uerũ cum illum ob galeã Plutonis uidere nõ poſſent, retro abierunt. Itaq; Perſeus reuerſus in Seriphũ, Polydecten aggreſſus fuit, amicorũ auxiliũ fruſtra implorantẽ. Quibus ad regiã concurrẽtibus, Perſeus Gorgonis oſtẽſo capite, quotquot obtuerẽtur, in ſaxa uertit. Gorgonis caput mox Palladi dedit, & galeam Mercurio. Diodorus grauis author apud Græcos tradit, Gorgonas haud multũ à morib. Amazonũ abhorruiſſe, ac reuera in extremis terræ finibus ad Occidentẽ eã gentem ſitã, inſtituto uitæ multũ à cæteris mortalibus diſimili: primo tuẽdæ uirginitatis ſtudio nõnihil bellicis rebus exercitæ. Poſt militiæ annos, prolis procreandæ cauſſa cõnubia celebraſſe. Principatũ inter ſe fœminas obtinere: publica munera uiros obire, contra muliebria, domeſtica'q; curare: prolẽ intra parietes alere. Fœminis mãmas adurũt, ne rei bellicæ ſint impedimẽto. Inſula, quã incolũt, ad extremum Oceaſum ſita eſt, Heſperaq; uocatur, ut idẽ author prodidit, in Tritonide palude ſita, quæ proxima ſit Oceano. Vultu domi.] Meduſæ, quæ omnes, quos intuebatur, uertebat in ſaxa. Sæuas peſtes.] angues, & colubros dicit capitis Meduſæ, in quos eius capillos, propter ſtuprum in templo ſuo transformauit Pallas. Quis timuit?] quaſi dicat, nemo. nam illicò ad eius aſpectum transformabantur, ſine ſenſu doloris, in ſaxa. Retenta anima.] animas ſtatim umbras etiã uocat, quaſi animæ in duris ſaxis adhuc manſerint ſine ſenſu doloris. Eumenidum crines.] Collatione aliorum monſtrorum horribilem Meduſæ aſpectum amplificat. Eumenidis cri.] Furiarum crines tactu infligebant ſolum furorem, nõ autem metamorphoſin ullam. De furijs, quæ nomen in Oreſte reconciliato, nomen mutarunt, alibi dictum eſt. εὐμενὲς, propitius. Maro. Aeneid. 4.

Eumenidum ueluti demens uidet agmina Pentheus, "
Et Solem geminum, & triplices ſe oſtendere Thebas. "

Cerberus.] triceps ille canis peruigil apud inferos. Orphei cantu mitigauit uim ſuam infernalem, & ſibila flammantia, non induruit corpora humana, quem Hercules cathenatum ad ſuperos inde obduxit, Theſei fretus auxilio. Amphitryoniades ui.] antonomaſia. Hercules auſus fuit cum Hydra Lernæa congredi, eiusq; capita præcidere. Lerna fuit lacus communis agro Argiuorum, ac Myceneorum, in quem cum paſſim ab omnibus purgamenta deportarentur, uulgo natum fuit prouerbium, λέρνα κακῶν. Lerna malorum, de plurimis malis in unum congeſtis. In hac Lerna fingitur Hydra illa ſeptem capitum conſtitiſſe, quam Hercules Græco igni confecerit. Hanc Heſiodus in Theogonia canit ex Echidna, & Typhaone genitam, & à Iunone alitam: in odium uidelicet Herculis. Quoniam autem hãc Hydram centum capitum fuiſſe, quidam referunt, è quibus unum fuerit immortale, alij octo, cum eo monſtro multum, diuq; conflictatus

a al, exudet

conflictatus Hercules fuit: propterea, quod uno capite reciso, plura statim renascerentur. Hinc alia paroemia nata fuit, ut qui unum aliquod incommodum sustulerit, in cuius locum alia plura recipiat, Hydram secare, siue incidere dicatur. ὅτι τῷ ὄντι ὡς ὕδραν τέμνουσι, quoniam re uera Hydram secant. Hoc monstrum.] *At Iuppiter Medusa, quam monstrum uocat, ipse timuit, quod præ aliis memoratis unum fuit maximè terribile.* Phorcus.] Id est, & Phorcyn, ynis & Phorcis, Phorcinis, Deus maris, filius Neptuni, & Thoosæ nymphæ, qui in Corsica & insulis Sardaniæ latè regnauit. Hic ab Atlāte postea prælio uictus, & in mari submersus fuit: quem socij superstites in Deos retulerunt. Pater Gorgonum fuisse narratur. Vnde nomine patronymico, Phorcynida Medusam appellauit. Numenq; secundum.] *proximum post Neptunum.* γείτων μετὰ Νηρῆα, πλησίον ἀλλήλοιν, inquit Hesiodus.] dem Hesiodus eodem libro.

φόρκυϊ δ' ἀφ' ὑψηλὸν γοργοὺς τέκε καλλιπαρήους

Ἐν γενετῇς δολίας. —

Fuerunt autem Græcæ tres sorores, Phorci filiæ, oculum unicum, & dentem habentes, quibus uicissim inter se utebantur. Harum ope Perseus ad Gorgonas peruenit. Cæterum pro contento, auibus, ac pisci-
lo pelago q;.] *Continens pro contento, auibus, ac piscibus & hominibus. ut in saxa uerterentur: id quod torpedinem insolitum uocat. Quin & illud addatur, appendices uice, in Libya esse animalia quædā, Gorgonas κάτω βλέποντα, despectantia semper, ouibus agrestibus similia, ut nonnulli credunt, aut uitulis. His pestilens est oris anhelitus, quorum afflatu omnia intereunt. Neque minor ueneni uis ex oculis proficiscitur, ubi concussa, quæ à fronde in oculos propendet, uiderint aliquid. Id cognitū aiunt à Marij militibus cum Iugurtha pugnantibus.*

Ἐ cœlo uolucres.] *Et aues ex aëre lapsæ hæserunt in scopulis, & in saxa indurescerunt.* Vicina col.] *Aethiopes Hesperios dicit, qui sub Getulia, & Nigritis sui sunt, propiores Atlāti, quā* a al. in. *Aethiopes sub Aegypto, ad Nilum usque excurrēret.* Visus.] *a spectus Gorgonis Medusæ [illegible] in saxa, & marmora transformentur.* Colūpis Hes.] *Herculis eas uocant, quarum una Mauritaniæ, siue Tingentaniæ* b al. Gorgonos. *potius, altera exaduerso Hispaniæ est.* Atlanta Tita.] *Atlas rex Mauritaniæ fuit cœlestium rerum peri* c al. defendit. *tia, & astrorum celebris, frater Prome-* c al. protentis. *thei, ex Iapeto, & Asia nympha genitus, à quo mōs Mauritaniæ,* e al. hamati *quem Lucanus fabulatur, per Gorgonem hanc mutatus fuit, cognominatur: ignotus Romanis ad Claudij Cæsaris tempora usque. Tum quædam circa montem hunc Suetonij Paulini ductu sunt explorata diligentius. Eius radices sunt densis, altisq; syluis repletæ incognito arborum genere, admirabili proceritate, materia enodi. Vertex uel media ætate niuib. candet. Alij scribūt medijs eum arenis asperū, & squalantē. Qua uerò ad Oceanum uergat, in cœlum uideri assurgere. Cætera, opacum, ac memorosum, & fontium scatebris irriguum. Qua Africam spectat, fructibus omnium generum, sua sponte nascentibus eximium. Incolarum nemnem inter-*

E' cœlo uolucres subito cum pondere lapsæ,
In scopulis hæsere feræ, uicina colentes
Aethiopum totæ riguerunt marmore gentes.
Nullum animal uisus patiens, ipsiq; retrorsum
Effusi faciem uitabant Gorgonis angues.
Illa sub Hesperijs stantem Titana columnis
In cautes Atlanta dedit, cœloq; timente
Olim Phlegræos stantes serpente Gigantes
Erexit montes, bellumq; immane Deorum
Pallados a' medio confecit pectore Gorgon.
Quò postquam partu Danais, & diuite nimbo
Ortum, Parrhasiæ uexerunt Persea pennæ,
Arcados autoris cytharæ, liquidæq; palæstræ,
Et subitus præpes Cyllenida sustulit Harpen,
Harpen altrius monstri iam cæde rubentem.
A' Ioue dilectæ fuso custode iuuencæ.
Auxilium uolucri Pallas tulit innuba fratri,
Pacta caput monstri, terræq; in fine Libyssæ
Persea Phœbeos conuerti iussit ad ortus,
b Gorgonis auerso sulcantem regna uolatu:
In clypeum læuæ fuluo dedit ære nitentem
In quo saxificam iussit spectare Medusam,
Quam sopor æternam tracturus morte quietem
Obruit haud totam, uigilat pars magna comarū,
c Defenduntq; caput, d protenti crinibus Hydri,
Pars iacet in medios uultus, oculiq; tenebras,
Ipsa regit trepidum Pallas, dextraq; tremente
Perseos auersi Cyllenida dirigit Harpen,
Lata colubriferi rumpens confinia colli.
Quos habuit uultus, e lunati uulnera ferri
Cæsa caput Gorgone quanto spirasse uenenoq;
Ora rear, quantumq; oculos effundere mortiq;
Nec Pallas spectare potest, uultusq; gelassent
Perseos auersi, si non Tritonia densos
Sparsisset crines, texisset q; ora colubris.

diu uideri: sed locorum silentio, & solitudine tacitam quādam animos propius accedentiū religionē subire. Elato super nubila uertice, atq; propè ad Lunarē circulum surgēte. Eundē aiunt noctu crebris ignib. micare. Aegipanū satyrorūq; lasciuia scatere: tibiarum, ac fistulæ cātu, cymbalorūq; sonitu impleri. Ab hoc Atlante diuersus fuit Libyes filius, à quo credunt monti nomē inditum. Astrorum peritiam priori tribuunt, qui Arcas fuit, nō Libys. Alius Atlas Italus proditur, Hesperi frater, q; Hispanias occupauit: et post duo C decimū regni annum Sicoro filio regnū reliquit. Hic ex Hispania, in Siciliā, inde in Italiā, ac Latiū cōtra Eleperū fratrē profectus fuit, ubi Coritus Hetruscus eius socer cum Iano puero admodū obuius, prohibuit, ne cū fratre armis disceptaret. Permissum tamen fuit, ut contra Saturniam collem Auentinum obtineret, ubi oppido Capena condito, terrā de se Italiam dixit. Titana.] *Iapeti filium fuisse, qui ex Titanibus unus fuerit, paulò antè ostendi.*
Phlegræosq;] *Phlegræi cāpi duo fuerūt, alter in Græcia, à Phlegra ualle Thessaliæ, in qua Gigantes cū cœlestibus pugnarūt* φλέγω *incendo, uro: ubi enim hoc plus exarsit, terra belli concitatrix fuit. Alter in Italia, haud procul à Cumis est, ubi Gigātes Herculē uicisse feruntur.* Strabo.

Strabo. Superioribus annis fortunatus erat et campus nomine Phlegræus, in quo res à Gigãtibus gestas fabulæ diuulgant, nullã aliã causſam, (ut credi fas est) quàm quod terra ipſa suapte uirtute prælioru concitatrix esset. Theagenes, & Eudoxus, qui hanc fabulã ad historicã fidem eo mãtur traducere: Paillenem (inquiunt) quæ ueteri nomine Phlegra dicebatur, homines tenuerũt, quibus immanitas, & superbia morũ Gigantũ cognomen peperit In hos iuunte præliũ Hercule, fulmina de cœlo missa sunt, donec ij fugere cogerẽtur Atq; prælio superati fuerũt. Hinc ortus fuit rumor, Dijs à Gigantib bellum factũ. Silius li. 12.

Tradunt Herculea prostratos mole Gigantes,
Tellurem iectam quatere, & spiramine anhelo
Torreri latè campos, quotiesq; minantur
Rumpere compagem impositam expallescere cœlum.

Hoc existimãi ideo confictũ, quod ea regio multò sulphuret scateat. Atq; hinc uentorũ impulsu passim igné excitari: qui cum exitũ natura quærat, terrã tandem cõmouet. Hos canit poëta, capite Medusæ conspecto in pectore Paladis in mõtes mutatos fuisse. Quò postquã] Vbi ad Gorgadas insulas uenit. Pennas Parrhasias Arcadicas, Mercurij talaria, Citharæ repertor fuisse, & palæstræ tradidit. Etenim cũ Acrisius oraculũ consuleret, de masculis liberis tollendis, responsum fuit, è Danaë filia nasciturũ filium, à quo occidendum esset. Sed ad poëtam reuertamur. Diuite nimbo.] Ioue, qui specie aurei nimbi per impluuiũ in gremium puellæ descendisse fingitur. Parrhasiæ.] Arcadicæ talaria Mercurij. Perseus enim cum existimaret, si cũ Gorgonis capite pugnaret, nemuẽ posse obsistere, præter alia postulauit à Polydecte equos, et Mercurij ductu, ac Palladis peruenit ad Phorci filias, Memphedem, Enyo, & Dino. Fabulantur has statim natas canas fuisse, tum autem unum duntaxat oculum fuisse tribus, unicum item dentem, (has paulò antè dixi Græcis fuisse nuncupatas) quib. uicissim inter se utebantur hæ tres. Hæc cum Perseus absiuliſſet, repoſcentibus illis, ait redditurum sese, si uiam cõmonstrassent, quæ ad nymphas duceret. Eranibis nymphis alata talaria, & Cibicis quæpiã, quam peram credunt fuisse. Habebant et Plutonis galeã, quam qui gestaret, quoscunq; uoluisset, uidebat, ipse nemini erat conspicuus. His instructus Perseus, uolucer per talaria ad Gorgonas deuolauit. Arcados authoris.] Periphrasis Mercurij. Cyllenida harpen.] Mercurij falcatum ensem. Ouid Metam. 5.

—Et inertia frustra, "
Brachia tendentem Cyllenide concidit Harpe. "

Harpen.] propagalepsis. Alterius monstri.] Reddit statim periphrasticè, quod dicat monstrum, eo siodem Iust Argum oculatum, quem Mercurius interfecit: unde ἀργεφόντης dicitur. Dilectæ iuuencæ.] Ius, mutatæ in iuuencam quam Iuppiter amabat. Pallas innuba.] Huius, ac Mercurij auxilio, ductuq; peruenit ad Gorgonem. Pactam dicit caput Medusæ, quod postea in clipeo suo Dea gestauit. Fratri.] Perseo, uterq; enim ex Ioue prognatus fuit. Auerso uolatu.] ne aduersa fronte eam obtueretur. Quin & terram Libyssam, Libyam uocat, siue in fine & extremis partibus Libycis. Oculiq; teneb.] Melius exponit hoc Micyllus, quàm Sulp. quod poëta per tenebras oculorum, somnum intelligat. Pars, ait Micyllus, comarum uigilat. serpentes protenti defendunt caput, pars iacet super mediam faciem, seu frontem, resoluta somnõ. Et hoc modo ipse quoque Perseus apud Ouid lib 4.

Dumq; grauis somnus colubros, ipsamq; tenebat, "
Eripuisse caput collo, se inquit. "

Nam quæ de oculo furtim subtracto, hic addit Sulpitius, idem Ouidius non Medusæ, sed gemmis sororibus quas alij Græas uocant, ipse Phorcydos, unius sortitas luminis usum accidisse dicit. Hactenus Micyllus. Dirigit Harpen.] Pallas regit ensem falcatum, ne ictus aberret.

Quos habuit.] Admiratio poëtæ, Vultusq; gelasſ.] quasi gelu obriguissent. Ora] os Medusæ.

Aliger in cœlũ.] Reddita per digressionem fabula Medusæ, inde & Persei, aufert hunc in aërem, ac quã Corbis partem petuit: non Europam. sed Libyam, in quam cum guttæ sanguinis è capite Medusæ defluerent, factum, cur ea orbis pars tot serpentum generibus scateat.

Aliger in cœlum sic rapta Gorgone fugit.
Ille quidem pensabat iter, propiusq; secabat
a Aëra, si medias Europæ b scinderet urbes.
Pallas frugiferas iussit non lædere terras,
Et parci populis. quis enim non præpete tanto
Aethera respiceret? Zephyro conuertitur ales,
Itq; super Libyen, quæ nullo consita cultu
Sideribus, Phœboq; uacat, premit orbita Solis
Exuritq; solum: nec terra celsior ulla
Nox cadit in cœlum, lunaq; meatibus obstat,
Si flexus oblita uagi per recta cucurrit
Signa, nec in Borean, aut in Notõ effugit c umbra
Illa tamen sterilis tellus, fœcundaq; nulli
Arua bono, uirus stillantis tabe Medusæ
Concipiunt, diroq; fero de sanguine rores,
Quos calor adiuuit, putriq; incoxit arenæ.

a al. Aethera.
b al. ascenſet uolatu aërem, si detet, per Europam Græciam petere uoluisset.
c al. umbrã.

Pensabat iter p.] Quamuis non ignoro, quomodo enarratores uerbum pensabat, exponant, Sulpit. breuiare uolebat iter, ut Argos reuerteretur. Omnibonus, examinabat iter, quod facturus esset propius q; secabat æthera: & si super Europam uolando transiret, uidebat iter breuius fore. Eodem tamen redeunt. Reputabat apud se iter in Græciam, ut propius eò perueniret. Et proximum uidebatur per Europam. Sed Pallas noluit eam frugiferam orbis partem sanguine uiperino capitis Gorgonei infici. Cæterùm, sunt qui ad Titanes hoc referunt. Pensabat.] Tempus, pro tempore. Frugiferas ter.] Europæ. Præpete tanto.] Omnibonus, duabus rationibus, inquit, parcebat Europæ. Primum, ne guttæ sanguineæ inserpentes conuersæ, in Europam caderent: deinde, ut nemo suspiceret uolare tantum alitem. Nam caput Medusæ, quod gestabat, uidentes, in saxa conuersi fuissent. Quasi dicat: omnes despexissent, si uidissent tantæ magnitudinis alitem. Hæc ille. Præpete tanto.] Tanta aue. Maro. Aeneid. 6.

Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna "
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo "
Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos. "

Hyginus,

Hyginus, apud Gell. in his uersibus reprehendit, quod dixerit præpetibus pennis, quasi impropriè, atq; insciтè dictum. Verba Hygini sunt. Præpetes aues ab Auguribus appellantur, quæ aut oportunè præuolant, aut idoneas sedes capiunt. Ergo non aptè usus fuit uerbo augurali, in uolatu Dædali, nihil ad augurum disciplinam pertinente. Sed Hyginus, ait Gell. nimis hercle ineptus est, cum quid præpetes essent, se scire ratus est. Vergilium autem, & Trimatium doctum uirum ignorasse, qui secundo Iliad. uictoriã uolucrem, præpetẽ appellauit in hoc uersu,

» Dum dat uincenti præpes uictoriæ palmam.

Cur autem non Q. quoq; Ennium reprehẽdit, qui in Annalibus, nõ ut Vergilius pennas Dædali præpetes, sed longè diuersius, inquit.

» Brundusium pulchro præcinctum præpete portu.

Et si uim, naturamq; uerbi consideraſſet, neque id solum, quod augures dicerent, inspexisset, ueniam prorsus poëtis daret, similitudine, ac translatione uerborum, non significatione utentibus. Quoniam non ipsæ tantum aues, quæ prosperius uolant, sed etiam loci, quos capiunt, idonei, fœliciq; sunt, præpetes appellantur. Idcirco Dædali pennas, præpetes dixit, quoniam ex locis, in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat, locos porrò præpetes, & augures uocant. Et Ennius Annalium primo dixit.

» Præpetibus hilares sese, pulchrisq; locis dant.

Auibus autem præpetibus contrarias aues inferas appellari Nigidius Figulus in lib. 1 augurij priuati, ita dicit. Discrepat dextra sinistræ, præpes inferæ. Ex quo est coniectare, præpetes appellatas, quæ altius, sublimiusq; uolitent, tum differre à præpetibus, Nigidius inferas dixerit. Addit eodem loco Gell. se Apollinarem Sulpitium dicere, præpetes aues sibi uideri esse alites, quas Homerus κατα πτήρυγα, appellauerit, quoniam istas potissimum Augures spectarent, quæ ingentibus alis patulæ, atq; porrectæ præuolarent. Zephyro con al.] Perseus, ab Europa uenti Zephyri actu auertitur in Libyam. Zephyrus ζέφυρος, à Latinis Fauonius dictus, Plat. ab Occasu contra Eurum. Propriè itaq; ui zephyri in Africam reiectum eum Lucanus dicit, quippe secundo, & leni, minimeq; procelloso flatu, ab occasu Aequinoctiali trajicientem.

Vacat sider. & Phœb.] torriditati, & æstui Solis exponitur, non ut Europa, quæ modo temperata, modo frigida est, quamobrem minimè serpentum, & uenenatorum animantium ferax. Orbita Solis.] Orbita propriè rota est, siue currus. Præterea, uestigium rotæ decurrentis in uijs, excursu. Rotunditas. Vergil. in Aetna.

» Solis scire modum, & quanto minor orbita Lunæ est.

Hac significatione hic usurpauit poëta. Nec tero celsior ul.] Pulchra, inquit Glareanus, ac plausibilis plenæ eclipsis phantasia. Sed nihil ad rem. Nam ad plenam Lunæ eclipsim, requiritur, ut utrunq; Solis, ac Lunæ corpus sit sub ecliptica. Et in Sole quidẽ, quando is nunquã ecliptica exit, non est ulla difficultas. In Luna autem, quod ea frequenter extra ecliptica ferretur, utiq; uariatio contingit. Verum tumor terræ sub æquatore, eius rei non est caussa, sed trium corporum cõcentricitas. (Nam hac inusitata uoce, nostrates Astrologi utuntur, & nos aliam non habemus,) siue ut latinè & clarè dicam quando triũ corporum, Solis, Lunæ, & terræ centrum in unum diametrũ ueniunt, ea demum certa est causa plenæ eclipseos. Hæc Glareanus. Lunæq; mea.] Terræ interpositione inter Solem & Lunam in ecliptica uersantem, huius fit eclipsis, non propter tumorem Libyæ sub æquatore. Manifestum est, inquit Plinius, Solem interuentu Lunæ occultari, Lunamq; terræ obiectu, ac uices reddi, eosdem Solis radios, Luna interpositu suo, auferente terræ, terraq; Lunæ. Hæc uerò subeunte, repentinas obduci tenebras, rursumq; illinc umbra sidus hebetari. Flexus uagi.]

Lunæ natura multorum ingenia torsit, admirantium quod semper crescat, aut senescat: modò curuetur in cornua, modò æqua portione sit diuisa, ut Plinij uerbis utar, modò sinuata in orbem: maculosa, eadem tubitò nitens: immensa orbe pleno, ac repente nulla: aliàs pernox, aliàs sera: & paree diei Solis lucem adiuuans: deficiens, & in defectu tamen conspicua. quæ mensis exitu latet, eũ laborare iam creditur. Rursum humilis, & excelsa: aliàs admota cœlo aliàs contigua montibus: nunc in Aquilonem effertur, nunc in Austros deijcitur: quæ singula in ea deprehendit primus hominum Eudymon, & ob id amore eius capta fama, traditur. Recta signa.] ad differentiam signorum obliquorum. Sunt autem, Signa recta, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius. Boream.] Sed est recta, inquit Sulpit. sed ex diametro, seu perpendiculariter opposita. Illa tamen ste.] Libya, inquit quia sterilis est, & fructus nullos producit, omnis ueneni, & serpentum ferax est. Atq; hac occasione transit in enumerationem serpentũ, & uenenosorum animantium. Nicander in Theriacis, tradit è Titanum sanguine hos serpentes ortos, citatq; Hesiodi Theogoniam: sed falsò, cum nusquam id apud hunc poëtam reperiatur, quemadmodum etiam Nicandri interpres testatur, cuius uerba sunt. Ἡσίοδος δέ, ὅτι ψεύδεται ὁ Νίκανδρος, οὐδαμοῦ γάρ τοῦτο, ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς ἐπεσι τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ. οὐδαμοῦ γάρ τοῦτο, ἔστιν εὑρεῖν ἐν τοῖς ἐπεσι τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ. id est, Sciendum autem Nicandrum hic mentiri, nusquam enim hoc dixit Hesiodus. Et paulò pòst, de generatione animalium mordentium, quod è sanguine Titanum nata sint, non inuenias apud Hesiod. Acusilaus, ait, è sanguine Typhonis. Apollon. ex stillis sanguineis Gorgonis.

Hic, quæ prima.] Primam Aspidem in catalogo serpentũ collocat. Colla earũ intumescunt, nullo remedio ictus, nisi partes contactæ statim amputentur. Huic unus affectus est. Coniugа fermè uagantur, nec nisi cum compare ui-

Hic, quæ prima caput mouit de puluere tabes,
Aspida somniferam tumida ceruice leuauit.
Plenior huic sanguis, & crassi gutta ueneni
Decidit, in nulla plus est serpente coactum.
Ipsa caloris egens gelidum non transit in orbem
Sponte sua, Niloq; tenus metitur arenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur
Huc Libycæ mortes, & fecimus Aspida e mercẽ.
At non stare suum miseris passura cruorem
Squãmiferos ingẽs Hæmorrhois explicat orbes.
Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arua

al. merces

ta est, ait Plin. altera interempta, alteri incredibilis ulciscẽdi cura incessit. Persequitur interfectorẽ, eũq; in agmine hominum quamuis magno singulari notitia insequitur. Perrumpit omnes difficultates, permeat spatia longa: nec nisi ammibus,

Cherſydros, tractíq; uſa fumante Chelydri,
Et ſemper recto lapſurus limite Cenchris.
Piuribus ille notis uariatam tingitur aluum,
Quàm a paruus tinctus maculis Thebanus Ophi
Concolor exuſtis, atq; indiſcretus arenis (tes.
Hammodytes, ſpinaq; uagi torquente ceraſtæ:
Et Scytale ſparſis etiamnunc ſola pruínis.
Exuuias poſitura ſuas, & torrida Dipſas.
Et grauís in geminũ ſurgẽs caput Amphiſíbæna.
Et Natrix uiolator aquæ, laculíq; uolucres,
Et contentus iter cauda ſulcare b Phareas,
Oraq; diſtendens auidus ſpumantia Preſter.
Oſſaq; diſſoluens cum corpore tabificus Sẽps.
Sibilaq; effundes cunctas c torrentia pectes
Ante uenena nocens, latè ſibi ſubmouet omne
Vulgus, & in uacua regnat Baſiliſcus arena.
Vos quoq;, qui cunctis innoxia nomina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore Dracones,
d Letiferos ardens facit Africa, ducitis altum
Aëra cum pennis, armentaq; tota ſecuti
Rumpitis ingentes amplexi uerbere tauros:
Nec tutus ſpatio eſt Elephas: datis omnia leto,
Nocuobis opus eſt ad noxia fata uenena

A amnibus aut per cele ri fuga arcetur. Hebetes oculos habet, cernuntq; non in frõte, aut exaduerſo, ſed in temporibus. Excitatur auditu ſæpius ob id, quàm uiſu. Aſpidis naturæ Helicacabus adeo aduerſa eſt, ut radice eius herbæ propius admota, ſoporetur, illam ſopore enecante uim earum. De Aſpide hoc miraculum traditur à Phlercho. Cùm in Aegypto quotidie in menſam cuiuſdam ſuperueniret, & alceretur, e- B nixa fuit catulos, à quorum uno hoſpitis filius interruptus aliquando fuit. Illa reuerſa ad conſuetudinem cibi, intellexit ſtatim culpam, & inuenerat eum catulum, nec poſtilla ad tectũ hoſpitis fui rediit. Varia remedia morſus Aſpidum, & multa extant apud Plin. diuerſis locis. Gignit oua, unde multæ Aſpidũ ſpecies. Somniferam.] Quod ſomnum letiferũ ictis inducat. Et qui ab ea percuſſus ſit, Aelianus negat, ultra quatuor horas cum uiuere non poſſe. Huic infeſtus hoſtis eſt Ichneumon. Tria Aſpidum genera ſunt. Chelidoniæ, ab hyrũdinum colore iuxta ripas amnũ: ſecundũ genus, ſubuiride, aut cinericei coloris, quinũm cubitorũ cũ primũ genus ſit cubitale. Tertiũ genus, Ptyadem, uel ut alij, hypnalem uocãt, quæ ceruicem exporrigat, & ex interuallo metiatur, quẽ feriat. Huius generis fuit Aſpis Cleopatræ. Gelidum orbem.] in Europã, ſed capta eò portatur. Iudepetur.] è Lybia ad nos transferuntur. Fecimus Aſpida m.] Quia ex Libya petita, in Europa C pretio uenditur. Aſpis à Vipera, prouerbium cũ peſſimus à peſſimo accipit mali quidpiã. Quoties, inquit Eraſis, qui per ſe malus eſt, contagio mali fit deterior. Hæmorrhois] αἱμορῤῥοῖς. αἷμα, ſanguis, ῥέω fluo, ῥόος, fluxus, peſtiferum ſerpẽtis genus, huius morſu, corpus ſanguine exhauritur. Eadem & Hæmorrhoia appellatur. Morbus item eſt Hæmorrhois intra ſedem naſcens, mori immaturi ſpecie, quando ora uenarũ ex quibuſdã capitulis turgẽt, & ſanguinem fundunt, ut in fœminarum etiam uulua fit.

Orbes.] gyros, & uolumina ſinuoſa. Cherſydros.] ſerpens, tam in terra, quam in aqua uenit. χερσός, terra, ὕδωρ, aqua. Hydrus antea dicebatur. Magnitudine Aſpidi par eſt. percuſſos etiam ſigna quædã gravia ſequantur, caro enim, quæ circa narem, hoc eſt, pellem eſt, putrida, fœdè olens, & deteſtanda eſt. Nicander.

» πλὴν δὲ πανὸὴθεα σημαθ' ὁμαρτεῖ.
» πᾶσι γὰρ ἀναλέη ῥινὸς περὶ σάρκα μυσαχθὴς.
» νείαθι πίτνα μένη μηδόεν τεκμήραιτο νύγμα.

Pluribus uerſibus huius ſerpentis, & Aſpidis naturas deſcribit. Spirans & cum impetu exterret, ac tunc in terram erumpit. Habet linguas duas. Ariſtides tradit auditũ eſſe, ac guloſum. Chelydri. Hunc teſtudinẽ marinã uocant, quaſi Cherſydron, q in aqua, & terris degat. Eſt & ornatus quidã, quo olim fœminæ donabantur. Nicander hũc Drymum appellari ſcribit, quẽ alij Chelydrũ uocant, propterea, quod in quercubus ſua domicilia faciat, δρῦς, quercus, νάω habito, ſiue quod circa radices mõtium uerſetur. Hydrum cũ uocari, & a quibuſdam Chelydrũ. Verba poëtæ hæc ſũt.

a al. paruis.
b al. Pareas.
c al. terren tia.
d al. peſtifé ros.

πῆγα λίτοι ὄρνι
ναο πιπαύοιεο, τόνδε
χέλυδρον.
ἕτεροι καλέσειν,
ὅθ' ὑφ' ἀγυιὰν ὀπίκ
τεύξας.
ἢ ὄγε πᾶσ φυγοῖσιν
ὀρεσσινέοις περὶ βίοσκας.
ὕδρον μὲν καλέουσι, μετηέτεροι δὲ χέλυδρον.

Quo quidem loco interpres addit, eſſe ſerpentem, qui in perenni amne uerſetur, atq; degat, & in quercubus, aut fagis. Vbi autẽ reliquerit ſtagnum, in quercum ſe abripit, ac tunc Dryinas appellatur. Fumante.] grauiter olente.

Cenchris.] ſerpens maculoſa, ſimilis marmori Thebano. Eſt & auis Latinis Tinnũcula, dicta, roſtro adunco, ex genere accipitrum, quaterna oua pariens, & plura.

Ophites.] marmor maculoſum, maculis, ſerpentũ ſimile, unde etiã nomẽ accepit. ὄφις, ſerpens. Ex Ophite, nõ niſi paruæ colũnæ reperiuntur. Duo genera, molle candidũ, & nigricãs durũ. Ambo dicũtur capitis dolores ſedare allegata, & ſerpentiũ ictus. Phreneticis, & Lethargicis alligatum, medentur. Ex Ophite uaſa item fiebãt, & cadi. Cæterùm Cenchrin, Nicander πεγχρίαν uocat, λολιχὸν τέρας, procerum portentum, quam uariegatum Leonem ait etiam dictam ſquamis. Verba autoris ſunt

λίθεις πεγχρίναο λολιχὸν τέρας, ὅντε κόντα
ἕλκον αὐλάξαντο περίγιμλον φολίδεσσι.

Semper recto limite.] Hoc Nicander ad hũc modũ.

ἰθὺ δ' ὀπιπεύων ἐπιδρομάδην γίβον ἕρπει. id eſt.

Ocyſſime duẽ curſim recto tramite ſerpit. Hammodytes.] per y ſcribendum, rectè monet Glareanus. ea forma, qua Troglodytes, in Batrochomyomachia, nõ ab Hammos, & λυφύττω, ut Sulpitio uiſum eſt, ſed ab Hammos, & δύω, id eſt, ingredior. Exuſtæ arenæ concolor eſt.

Ceraſtes.] Ceraſtes, παρὰ τὰ κέρα, à cornibus appellatur. Serpens cornuta, quod octo cornua in capite geſtet, quorum motu, reliquo corpore occultato, ſollicitet ad ſe aues. Pluribus deſcribit uerſibus Ceraſten, quẽ doloſum, ut Echin, uocat. condit ſe in arenis, necat oblatum.

αὐτὰρ ὅγε σηκὸς μὲν ὑπαλίνδεται ὅλκῳ,
εἶμον ὀδιπλανέων σηολιὴν τετηκότι νότῳ
τράμπις ὀλοίκης ἀπάτῳ ἐν, ἥτε δι' ἄλμης
πλευρὸν ὅλον βάπτουσα κακοτραθέοντα θάλασσης,
εἰς ἄνεμον βεβιηται ἀπόρρυτον λιβὸς οὖρον.

Quæ omnia conueniunt cũ Lucano. Vagi Ceraſtæ, dixit

per collationẽ, Nicander similem naui huc illuc uento iactatæ, Ceraſten. Et Scytale.] mus araneus. Eo nomine Columella Scytalen uocat. Præſens eius uis eſt, cõtra uenenatorũ omniũ animãtiũ morſus. Omniũ ſerpentiũ prima hyemales exuuias ponit. Tanta tergi uarietate fulget, ut notarũ gratia intuentes retardet. Inter reptandum tardior fit, quare miraculo ſui ſtupẽtes aſſequi nequit. Sola ſparſis pr.] in bruma id quod etiam Solinus teſtatur. Scytale Laconica porrò erat occulta ſcribendi ratio in chartula tereti ligno inuoluta. Torrida dipſas.] Viperæ ſimilis eſt Dipſas. ἀπὸ τῆς διψέω, ſitio, quod ſuo morſu omnem humorẽ cõſumat, & ſitim inducat, hinc torridã ſiticuloſam, & ſiccã uocat, quare à quibuſdã etiam Situla dicitur, quo morſu ſuo ſiti enecet. Tam minuta fertur, ut pedibus proculcata, non cernatur, longitudine palmæ, capite exiguo, collo craſſiore. Fabulã de hominibus poſcẽtibus Iouem perpetuã iuuentutẽ, de Aſmo, & Dipſade prolixè refert Nicander, & pluribus explicat eius enarrator. Sed quia hucusque nihil facere uidetur, eam prudens omitto.

Amphiſibena in ge ca.] Serpens parua eſt, & tarda, atq; ignaua, à frõte & in cauda utrinq; caput habens, hebeti uiſu, ob craſſitiem genarũ, & mandibularum. Biceps monſtrũ à quibuſdã appellatur: nã alterutro ſemper, quoties libitum eſt, pro cauda utitur, terrei coloris, punctis diuerſis uariegata. In hanc quicunq; incideriut lignatores, quiq; ligna cædũt, ubi nescierint, pelle circũdatũ fuſte exicẽt & arefaciũt. Geminũ caput, ait Pli. Amphiſbenæ, hoc eſt, ad caput, & ad caudã, tãquã parũ eſſet uno ore fundi uenenũ aliis ſquãmã, aliis picturas, omnib. exitiale uirus. Nicander multis carminibus Amphiſbænam deſcribit.

» τὴν δὲ μετ' ἀμφιβαίναν ὀλίζονα κικλήσκουσιν
» λύσσ' ἀμφιπέρηνον ἐπὶ γλήναισιν ἐοικυῖαν. &c.

Oculi ardent in frõte ſola omnũ ſerpentũ prima frigidis menſibus prodit, & frigori ſe exponit. παρὰ τὸ ἀμφὶ nõ tantum circũ, ſed etiã utrinq; ſignat, ἡ ὄχνη, eo, deſcẽdo, quod utrolibet eat. Natrix.] Huic ſerpenti nomen eſt, à nando: quod in aquis ſuũ uenenũ fundat, ὕδρος. Græcis dicta, ab aqua. Item herba eſt Plinio lib. 27. cap 12. a. cuius radix euulſa, inquit uirus hirci redolet. Hac in Piceno à fœminis abigunt, quos mira perſuaſione fatuos uocant. De Natrice, quæ Hydrus eadem eſt, in Chelydro diximus ex Nicandro. Iaculiq; uolu. h.] ex arborũ ramis uibrãtur: nec pedibus pauendæ, tantum ſerpentes, ſed miſtilibus uolant tormentis penetratiq; quodcunq; animal obuiũ fuerit. παυρία. Pareas.] ſerpens in Syria reperitur. παρειὰ gena maxilla. Eruditè & hoc ex Suida Micyllus annotauit, de Parea. Suidas enim παρείαι, inquit, ὄφεις ὀναμάζονται δέ τινες ὄφεις οὕτως. παρεσπάσθαι τὰς παρείας μείζους ἔχειν. ὁ δὲ ὑπερίδιος ἐν τῷ περὶ ἀνομάσθαι φησὶν εἶναι τὰς ῥάτορας ὁμοίως τοῖς ὄφεσι, τάχα δὲ ὄφεις μεγάλους εἶναι μὲν πάντας τῶν γε ὄφεων αὐτῶν τοὺς μὲν ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλους δὲ παρείας αὐτοὺς τοὺς ἔχειν πατεθίειν. Id eſt Pareæ ſerpentes dicũtur maiores. Hyperides in oratione cõtra Demadem ait, Rhetores ſerpentibus aſſimilari. Omnes ſerpentes inexplebiles eſſe: & inter ſerpentes Viperas hominibus eſſe infeſtas. Pareas uerò, ipſas uiperas uorare. In cauda ambulat, & ſulcum facere uidetur. Fuluo colore ſunt, ut teſtatur Volateranus, oculis ueloces, prælargo ore, & morſu haud quaquã nimis infeſto: quare ueteres, hũc Aeſculapio miniſtrum dedicarunt. A

Preſter diſtendens ora.] Preſterẽ alio nomine Dipſadem uocari credũt, currit patenti ore, ac fumido. Percuſſus à Preſtere, intumeſcit, & corpulentia enormi necatur: & tumeſcentẽ ſequitur putredo: & formã humanã amittat. Recenſetur, & inter repẽtinos flatus cæleſtes. Turbine ardentior eſt & ſuccenſus. Amburit contacta, & proterit. ἀπὸ τοῦ πρήθω, amburo. Seps tabi.] σὴψ, modicus admodũ ſerpens, cuius ictu mẽbra tacta illico putreſcũt. σήπω, putrefacio: quicquid momorderit, ſoluitur in putredinẽ. Qui lã lacertã ſepem, alij Chalcidicã nuncupãt. Horrũ aliqui in ſcopulis marinis degũt: pauci ſcabri, et aſperi, & calidi: quorũ morſus, inquit Nicãder, haud quaquã uanus eſt, ſed malignus, & pernicioſus. ὄκνος ἑπόμενος ἀνὴρ ἀρχὸς λοιμὸν πέλει μεταμώνιον, ἀλλὰ πανώλης.

Sibila.] Ab effectibus. Habet enim Baſiliſci ſerpens (Regulus Latinis dicitur) in capite albũ quiddã, quaſi diadema, ſiue quod omnia ſerpentiũ genera eius uirus fugiãt. Habitat in deſertis Aphricæ. Capite acuto eſt rubentibus oculis, color nigricante. Sibilo quẽ ſerpentes alij horrent, enecat ante morſum. Sequitur arentia loca. Palmũ aiunt B non excedere, & tamen tãta ui ueneni eſt, ſerpentẽ tamen, quãuis magnũ, halitu ſuo extinguit. Sunt qui ad hũc modum deſcribũt Baſiliſcũ, quod 12. digitorum ſit magnitudine candida macula in corpore ut quodã diademate ſignis: nec ut reliqui ſerpentes corpus impellit, ſed celſus, & in medio erectus, incedens, frutices, & herbas necat, nõ cõtactu ſolũ, ſed afflatu, & ſibilo. Et tamen muſtelarũ uirus huic exitio eſt, hominẽ aſpectu interimit. Regnat.] Alludens ad Reguli, ſiue Baſiliſci nomẽ. Vacua.] quod reliqui ſerpentes eũ fugiãt, ut peſtem inter omnia animãtia. Vos quoq;.] Auertit curſum narrationis ad Dracones per apoſtrophũ. Draconẽ ſerpentem annoſum uocant qui multis annis in immenſam magnitudinem creuit παρὰ τὸ δέρκεσθαι. id eſt, à uidendo, quod uiſus acutiſſimũ ſit. Plin. tradit Dracones in India in tantã excreſcere magnitudinẽ, ut perpetuũ cum Elephantis bellũ gerãt. Nam per, inquit etiã repertũ Draconẽ ſerere iuxta arborem: ita palmitẽ appellamus emeritum, pluribusq; induratũ annis. Quidam criſtatũ eſſe fuerũt. Longus 25. cubitos: & Afri C ca, trecentos pedes. In ſpelũcis propter æſtũ ſe cõtinent: alis rapiũtur in aerẽ, in quẽ feruntur, cum ſenſerit humorem. Vim maiorem in cauda hãbere dicitur, quã in dentibus. Non habet uenena. Caput eius limini ianuarũ ſubditum, propitiatis oratione Dijs fortunatã domũ facere promittũt. Et cũ aquilis perpetuũ bellũ habẽt. Ardens Africa.] Plin. Generat, inquit, Dracones Aethiopia, Indicis pares, uicenũm cubitorũ. Id modo mirũ, unde criſtatos Iubas crediderit. Aſachæi uocantur Aethiopes, apud quos maxũ mè naſcantur. Narratur in maritimis eorum, quaternos, quinoſq; cratiũ modò inter ſe implexos, erectis capitibus uelificantes ad meliora pabula Arabiæ uehi fluctibus.

Ducitis al. aẽ.] Id paulo antè oſtendi, Dracones alis pelliceis uolare. Amplexu uerbere.] Et tauros complectitur ſua cauda. Nec tutus eſt Elephas.] In India enim diximus, Elephantes & Dracones eſſe, & tantæ magnitudinis Dracones, ut complexu ipſos Elephantes corripiant. De Elephantibus copioſè tradit Plin. lib. 8. capitibus primis duodecim.

Has inter peſtes.] Has inter peſtes duro Cato milite ſiccum
Per has Serpẽtes, inq; Emetitur iter, tot triſtia fata ſuorum,

ea expeditione ſeptem diebus cõtinuabat iter Cato

Insolitasq; uidet paruo cum uulnere mortes.
Signiferum iuuenē Tyrrheni sanguinis Aulū
Torta caput retro Dipsas calcata momordit.
Vix dolor, aut sensus dentis fuit, ipsaq; leti
Frons caret inuidia, nec quicquā plaga minatur:
Ecce subit uirus tacitum, carpitq; medullas
Ignis edax, calidaq; incendit uiscera tabe.
Ebibit humorem circum uitalia fusum
Pestis, & in sicco linguam torrere palato
Cœpit, defessos iret qui sudor in artus
Non fuit, atq; oculos lachrymarū uena refugit.
Non decus imperij, non mœsti iura Catonis
Ardentem tenuere uirum, quin spargere signa
Auderet, totisq; furens exquireret a agris
Quas poscebat aquas sitiens in corde uenenū.
Ille uel in Tanain missus, Rhodanumq;, Padūq;
Arderet, Nilumq; bibens per rura uagantem,
Accessit morti Libyæ, fatiq; minorem
Famam Dipsas habet, terris adiuta perustis.
Scrutatur uenas penitus squallentis arenæ,
Nunc redit ad Syrtes, & fluctus accipit ore,
Aequoreusq; placet, sed nō sibi b sufficit humor,
Nec sentit fatiq; genus, mortemq; uenení,
Sed putat esse sitim, ferroq; aperire tumentes
Sustinuit uenas, atq; os implere cruore.
Iussit signa rapi propere Cato, discere nulli
Permissum est, hoc posse sitim, sed tristior illa
Mors erat ante oculos, miseriq; in crure Sabelli
Seps stetit exiguus, quem flexo dente tenacem
Auulsitq; manu, piloq; affixit d arenæ,
Parua modò serpens, sed qua non ulla cruentæ
Tantū mortis habet. nam plagæ proxima circū
Fugit rapta cutis, pallentiaq; ossa retexit.
Iamq; sinu laxo nudum est sine corpore uulnus,
Membra natant sanie, suræ fluxere, sine ullo
Tegmine pōples erat: femorū quoq; musculus
Linqtur, & nigra distillāt inguina tabe, (omnis
Dissiluit stringens uterum membrana, fluuntq;
Viscera, nec quantum toto de corpore debet,
Effluit in terras, sæuum, sed membra uenenum
Decoquit, in nimiū mors cōtrahit omnia uirus.
Vincula neruorum, & laterum e cōtexta, canūq;
Pectus, & abstrusum fibris uitalibus, omne
Quicqd homo est, aperit pestis, natura profana
Morte patet, manant humeri, fortesq; lacerti:
Colla, caputq; fluunt, calido non ocyus Austro
Nix resoluta cadit. nec solem cera sequetur.
Parua loquor, corpus sanie stillasse perustum,
Hoc & flāma potest, sed quis rogus abstulit ossa?
Hæc quoq; discedunt, putresq; secuta medullas
Nulla manere sinunt rapidi uestigia fati,
f Cyniphias inter pestes tibi palma nocendi est,
Eripiunt omnes animam, tu sola cadauer.

A Cato, ut scribit Plutar. in eius uita. Præibat omnes pedes, neq; equo, neq; ullo iumento usus fuit. Sed ēdo autē ccenā capiebat. Ex eo die, quo sui ad Pharsaliam prosligati erāt, nunquā nisi in somno accumbebat. Idem tradit, Catonē aliquādiu recusantē, Imperiū tandē susceptisse. Appianus uerò, L. Scipionē Imperatorē à Cōsularibus delectū, cū quo magnæ adhuc copiæ cōspirarant ad bellum. Emetitur iter.] Ingreditur iter: profectus scitur, ad Iubā, Scipionē, & Varum, qui ualidas adhuc copias ad bellū habebāt. Liuius. ut Plutar. scribit, ex æquo etiā Catoni Imperium B delatū fuisse, sed cessisse Scipioni, cui deferebatur. Idem quoq; prodidit, Catonem laborio sum iter in Africa per deserta cum legionibus fecisse. Mortes insq.] à uarijs serpentū generibus, de quibus dictū. Exēplis aliquot dilatat narrationem. Dipsas cal.] cùm cauda calce premeretur, torsit caput retro, & pedem siue surā Aulū signiferi momordit, cuius morsu dolore quamus homines sui perire, et ob exiguitatē nō uideri. Huius effectum, diducto toto corpore in C partes, copiosē circumscribit. Incendit tabe.] corrupit, & infecit totū corpus ueneno.

Ardētem.] siti adeò fuit inflāmatus, ut nec Aquila, quam gerebat, nec maiestas Catonis hominem cōtinuerint. Tanta siti enecabatur, ut officij immemor, mētis cōpos nō, esset. Qui mordetur ab hoc genere serpentis, tā diu bibit donec rupto corpore moriatur. Ille uel in Tanaim.] Egregia sitis amplificatio. De his fluminibus suprà dictū est. Vnedines serpentiū uenenis resistunt, sed in primis, Sepis, Dipsadis, & Viperæ. Accessit mor. Lib.] Ad hanc pestē sitis, accedebat adhæc intolerabilis æstus regionis, quē auxit etiā molesta defatigatio, & lassitudo contracta faciēdo itinere, id quod in sequēti uersu ipse poëta reddit: terris adiuta perustis.

Reddit ad Syr.] Sulpitius, dicit ibi Ammonis fontem fuisse, cum is interiori Libya fuerit.

Venas.] prodigiosam sitim describit militis, q scissa uena propriū sanguinē biberet. Verū hic, inquit Nicander, haud secus, quā taurus hiantiore amni immersus, immensum haurit potum, donec uenter perrumpit umbilicum. Verba ipsius autoris sunt.

αὐτὰρ ὃγ' ἤντεταύ
ρου ὑπερ ποταμοῖο νέ
νευκὸς
χανδὸν ἀμέτρητον,
ἀέχεται ποτὸν, εἰσόκε
νηδὺς
ὀμφαλὸν ἐκρήξειε,
χέει δ' ὑπεραχθέα
φόρτον.

a al. arūis.

b al. & suff.

Fluctus æquoreus.] aquā marinā, non fontanam Hāmonis. Signa rapi.] Nam modò dixit, Aulū non potuisse cōtineri, quin nimio dolore, & examinatione abiecerit signa. Nunc Cato tolli signa iubet. Hoc posse sitim.] ut quis ea perpulsus potus inopia propriū sanguinem ad sitis flāmam restinguēdam, biberet. Seps ste.ex.] Huius morsū multo tristiorē fuisse canit poëta, quem dentibus inflixit Seps uulnificus, ut paulo antè dixit, quē manu retractiū pilo terræ affixit Sabellus miles. Cæterū Sabelli, apud Italos populi sunt à Sabinis orti, inter Marsos, & Sabinos, unde Sabellus, & Sabellicus deducitur.

c al. dicere.

d al. arenis.

e al. textura

Non ulla Serpens.] Dissoluit ueneno ossa, totūq; corpus quāuis exiguum animalculū. Amplificat illius effectus diductione totius corporis in suas partes. Calido non ocyus.] amplificatio. Cinyphias inter.] hoc est Libycas pestes serpentū. Cinyps fluuius Libyæ, oriēs in mōtibus Gāramāticis, & longis ambagibus præter Philenorum aras, inde Leptim, ad ultimum in Libycum mare haud procul à Syrtibus euoluitur. Cum hunc amnem prodigiosæ magnitudinis hirci inueniuntur. Claudianus.

Quos uagus humectat Cynips. Vergil. 3. Georgicōn.

f al. Cynipheas.

Cinyphij tondent hirci setasq; comantes.
Vsum in castrorũ.—Quin & ipsa regio Cinyphis appellatur: ipsi aũt populi Cinyphes, dicũtur. Pestes.] Iauxe3 sit. Est & Dipsas hepatis signũ, in re sacrificali, ait Cal-

Ecce subit facies.] Tertiũ exẽplum Nasidij percussi à Prestere. Nasidiũ.] à patria. Marsum eũ fuisse ait. Sunt aũt Marsi in Italia, inter Pelignos, & Samnites haud procul à Roma. Marsos à Marso Circes filio ortos uolũt cõtendere: atq; hinc eius naturã seruare de incantamentis. Prester.] De Prestere paulo antè inter serpentum genera. Ab accẽdendo etiã Causones dicũtur, παίω accẽdo, μελ. παύσω. Hi nõ solũ in Libya, sed in Arabia insignes etiã sunt: et d nigra cauda, item Melanuri nũcupantur: sed & Ammobates, & Centrides. Amplificat suo more effectũ Prestheris. Ipse latet.] Ipse Nasidius. q eius figura, inquit Glareanus nõ amplius apparuerit, quippe mersus homo, conglobato iam corpore. Hæc ille. Itaq; το, ipse nõn ad Præsterem referendum est. Nec lorica.] Duabus similitudinibus amplificat uim ueneni Coro.] qui Euro opponitur, ac Vulturno, spirat enim ab occasu æstiuo. Corus & Vulturnus sicci sunt uenti. Africus, & Corus collaterales sunt. Feris.] Nõ ausi fuêre eũ tãgere, nec sepelire, neq; busto tradere, sed feris abiectũ discerpendũ reliquerunt. Nondum stan.mo.] Adhuc nullus modus erat cadaueris crescẽdi: quare relictũ fugerunt Hæmorrhois.] Quartũ exemplum, Hæmorrhoidis. Mastori.] Vel amanti Catonis, uel imitatori Catonis. Pressura Corycij.] à simili. Primũ, Corycus mõs est Pamphi-

Ecce subit facies leto diuersa fluenti.
Nasidium Marsi cultorem torridus agri
Percussit Prester, illi rubor igneus ora
Succendit, tenditq; cutem pereunte figura
Miscens cuncta tumor toto iam corpore maior,
Humanũq; egressa modum super omnia mẽbra
Efflatur sanies latè tollente ueneno.
Ipse latet penitus congesto corpore a mersus,
Nec lorica tener distenti corporis auctum,
Spumeus accenso non sic exundat aheno
Vndarum b cumulis, nec c tanto carbasa Coro
Curuauere sinus. tumidos non capit artus
Informis globus, & confuso d pondere truncus.
Intactum uolucrum rostris, epulasq; daturum
Haud impunè feris, non ausi tradere busto,
Nondum stante modo crescens fugêre cadauer.
Sed maiora parant Libycæ spectacula pestes.
Impressit dentes Hæmorrhois aspera Tullo
Magnanimo iuueni, miratoriq; Catonis,
Vtq; solet pariter totis se effundere signis
Corycij pressura croci, sic omnia membra
Emisêre simul rutilũ pro sanguine uirus. Fuit
Sanguis erãt lachrymæ, quæcunq; foramina no-
Humor, ab ijs largus manat cruor, ore e redũdãs,
Et patulæ nares, sudor rubet, omnia plenis
Mẽbra fluunt uenis, totũ est pro uulnere corpus.

a al. morsus. b al. cumulus. c al. tantos. d al. corpore. e al. redundant.

liæ, uel ut nõnulli, Ciliciæ, celsus, & portuosus, atq; ob id piratarum infidijs, opportunus, qui ab eo Corycæi uocabantur Circa hunc mõtem præstantissimum croci genus nascitur. Dicitur & crocum neutro genere. Variæ species croci memorantur à locis: crocus Lycius, Cyrenaicus, Sarracemicus, id est, Carthanus, uel Cnecus, ἀπὸ κνήκου. Agit hic poëta de expresso croco. A Coryco promontorium est, Corycæus ascultauit, ubi quis, quod agit, ait D. Eras. sonatur dissimulare, & tamẽ à curiosis deprehẽditur. Piratæ, de quibus dixi, uagãtes sparsim per portus Corycij montis, miscebant se negotiatoribus, ut quicq; fortè appulerunt. subauscultantes, quid mercis aduehrent, & quò sibi uentes portum properarent: ad postremum, quo tempore nauigarent. His cognitis nunciabant alijs piratis, cum quibus maritimorum latrocinorum societatem iniuerãt. Atque ita per occasionem nauigantes adorti spoliabant. His à mercatoribus compertis, postea pleraque occultabant, alia insidiarum metu dissimulabant. Pluribus uero bis explicat Erasmus adagium Sic omnia membra.] In principio operis, in uita poëtæ retulimus, cum is brachia ad secandas uenas præbuisset, cùm frigescere pedes, manusq; & spiritum cedere sensisset, hos quatuor uersus, quos de hoc Tullo antea fecerat pronunciauit.

Sanguis erant lachrymæ. &c.

At tibi Læue.] Auertit narrationem ad aliũ militem, Læuũ nomine, quem Serpente ictũ canit. Periphrasticè Aspidem innuit, cũ eam serpẽtem Niliacã, hoc est, Aegyptiã uocet, inde, quod morsu suo militi somnũ induxerit. Ne temerè reperias, qui ab Aspide percussus euaserit. Aegyptiorũ reges, ut principatus uim inuictam significaret, solebant Diademata figuris huius serpentis diseriminata gestare. Quibut, but morsum illiserit, ho

At tibi Læue miser fixus præcordia pressit
Niliaca serpente cruor, nulloq; dolore
Testatus morsus, subita caligine mortem
Accipis, & Stygias f sõno descendis ad umbras.
Non tam ueloci corrumpunt pocula leto,
Stipite, quæ diro uirgas mentita Sabæas
Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.
Ecce procul sæuus sterilis g se robore trunci.
Torsit, & immisit (iaculũ uocat Africa) serpens,
Parsq; caput Pauli, transactaq; tempora fugit.
Nil ibi uirus agit, rapuit cum uulnere fatum,
Deprẽsum est, quæ funda rotat, quã lẽta uolarẽt,
Quàm segnis Scythicæ strideret arundinis aër.
Quid prodest miseri Basiliscus cuspide Murrhi
Transactus? uelox currit per tela uenenum,
Inuaditq; manum, quam protinus ille retecto
Ense ferit, totoq; simul demittit ab armo,
Exemplarq; sui spectans miserabile leti,
Stat tutus pereunte manu. quis fatã h putaret

f al. socias. g al. de robo. h al, putauit,

rat uix quatuor surpersunt, quin præfocatio insequatur, ac spasmus cũ singultu. Quin & campi orbicularis forma aspides dicuntur Vbi Aspidũ copia est, loca à Græcis ἀσπιδίσκα dicuntur. Aspidisci, breuia scuta: orbicularia item ornamenta, in scuti modũ effigiata. Et ut ad institutũ redeamus. Aspis somniculosa à Sisenna uocatur, quod morsu somnũ letiferum inducat. Cum Ichneumone internecinum perpetuum bellum huic est, Niliacam.] Quod

Scorpion, aut uires maturæ mortis habere?
Ille minax nodis, & recto uerbere læuus,
Reste tulit cœlo uicti decus Orionis.
Quis calcare tuas metuat Salpyga latebras?
Et tibi dant Stygiæ ius in sua fila sorores.
a Si nec clara dies, nec nox dabat atra quietem
Suspecta est miseris, in qua tellure iacebant.
Nam neq; congestæ struxêre cubilia frondes,
Nec culmis creuêre tori, sed corpora fatis
Exposíti uoluuntur humo, calidoq; uapore
Alliciunt gelidas nocturno frigore pœnes,
Innocuosq; diu rictus torpente ueneno
b Inter membra fouent, nec quæ mensura uiarum
Quisue modus norũt cœlo duce, sæpe quærentes
Reddide Dij, clamant, miseris, quæ fugimus arma,
Reddite Thessaliam, patímur cur segnia fatа?
In gladíos iurata manus, pro Cæsare pugnant
Dipsades, & peragunt Ciuília bella Cerastæ.
Ire licet, quà zona rubens, atq; axis ínustus
Solis equis, iuuat æthereis adscribere caussis,
Quod peream, cœloq; mori, nil Africa de te,
Nec de te natura queror, tot monstra ferentem
Gentibus ablatum dederas serpentibus orbem,
Impatiensq; solum Cereris cultore negato
Damnasti, atq; homines uoluisti desse uenenis.
In loca serpentum nos uenimus, accipe pœnas
Tu quisq; superũm commercia nostra perosus,
Huic torrente plaga, dubijs hinc Syrtibus oram
Abrumpens medio posuisti límite mortes,

A Quod, inquit Sulpit. in ripis Nili uersatur. Quanquã p totã Libyã. Rectius propter Cleopatrã Aegypti reginã, q̃ sibi, ut ita extingueretur, Aspidem admouit. Non tam ueloci.] A simili Amplificatio. Hic item locus de Aspide effigiatus est ad descriptionẽ eius serpẽtis apud Nicandrũ, qui scribit sine labore, hoc est dolore hominẽ ab Aspide ictũ mori, & somnolentũ eum quidem, hoc est, per somnum.

Toxica poc.] Toxicum, nomẽ sortitum est, à taxo, quasi taxicũ, φάρμακον. Est enim taxis tam præsentis ueneni, ut, si iumenta taxi folia gustauerint, emoriãtur. Quidam similacem uocarunt. Si quis in Arcadia sub ea dormiat, ei bũmue capiat, moriatur oportet. Mẽrita Virgas Sabæas.] Saba, metropolis Aethiopiæ & regia, quã postea Cambyses de nomine sororis suæ Meroen dixit. Nilus eam ambit. Alij Arabum fœliciũ metropolim uocãt, unde laudatissimũ thus adiuehitur, tum aũt myrrha, & cinnamomũ, & balsamũ. Strabo eam Meriabam uocat. Habet & palmas oderatas, & calamũ. Ad hæc serpentes palmares, colore puniceo, ad ilia usq; assilientes: quorũ morsus incurabilis est. Meriaba in mõte sita est, arborũ pleno. Virgas Sabæas.] Sic exponit Sulp. nõ tam subitã mortem infert toxicũ arboris, quæ in Sabæa nascitur, adeò thuri simile, ut fallat legẽtes. At omnibus in Arabiæ regione Sabæa, nascitur thurea uirga, inquit, ex qua colligitur thus: sed alia etiã uirga nascitur, ad similitudinẽ illius, quæ legẽtes thus plerũq; fallat, quia acerrimũ, & teterrimũ uenenum producit. Dicit ergo uenenũ huius uirgæ, quãuis sit acerrimũ tamen maiorẽ uim nõ habet, quã Aspidis uenenum. Micyllus uerò, aliter. Toxicum igitur, inquit generaliter hoc loco accipiendũ pro ueneno. De illo autẽ, quod proprio nomine Toxicũ dicitur, siue à taxo arbore, ut Plinio uidetur, siue ab eo, quod τὰ τοξεύματα eo inficiãt, siue etiam, quod τοξεύματος more celeriter interficiat, Dioscoridẽ uide lib. 6. cap. 20. Pli. lib. 16. cap. 10. Et Nicandrũ in Alexipharmacis. Hactenus ille. Scipite di.] arbore mortifera, quæ præsentissimũ uenenũ habeat. Ergo nõ tam celerẽ mortẽ accersunt illa toxica, quæ Sabæi fallogi matura legũt Ecce proc. fæ.] Aliud exemplũ Iaculi serpentis, qui sagittæ in modũ, per tẽpora Pauli militis se trãsmisit. De Iaculo paulo antè memoratũ est. Depressum est.] Duabus similitudinibus amplificat uelocitatẽ uolatus Iaculi, à saxo funda emisso in aërẽ, & uiolẽto uolatu sagittæ arcu euibratæ in cœlũ. Scythicæ ar.] telũ Scythici, quod Scythæ, & Parthi, ut Cretenses, præstãtissimi sint sagittarij.

Basiliscus.] De hoc dictum est item. Hũc à Murrho trãsactum cuspide canit, sed nihil id profuisse, cum mortuus nõ minus pestilẽs interfector fuerit. Quam prot. il.] Manum tactã ueneno Basilisci, ne totũ corpus eo corrũperetur, præputauit. Auctarij uice illud addendũ duxi, quod Magi Basilisci sanguinẽ muris celebrãt lautib. quoties coit in modũ picis. Successum ei tribuũt eorũ, quæ petuntur à principib. & quæ à Deo precamur. Vnde sunt, qui Saturni sanguinẽ appellarint. Notum est. Basiliscũ uel solo aspectu hominem interimere. Scorpion.] Aliud, quis crederet Scorpium tãtas habere uires acceleranda mortis?

Teste cœlo.] Ipsum cœlũ testabitur omnem gloriã superatã propemodũ à se Orionis ad ipsum pertinere. Fabulantur, cũ inter uenãdum, Orion Dianæ dixisse, omne id, quod è terra oriretur, facilè interficere se posse: qua iactãtia ferunt terrã motã, ac Scorpium produxisse, qui Orionem necaturus fuisse uideretur. Iuppiter utriusq; audaciã miratus Scorpium inter Zodiaca signa collocauit, et Orionẽ in latere Tauri. Recto uerbere.] ictu caudæ. recto. Est Scorpius, siue Scorpio uenenosus supra modũ, eo importunior cæteris, quod percussum grauiore supplicio afficiat & lenta morte totũ triduũ conficiat. Ictus eius fœminis letalis est. maximè uerò uirginibus: uiris aũt tempore matutino, priusquã aliquo fortuito ictu letiunum uenenum emittat. Id in cauda gerit. Semper ferit ictu obliquo, etiam medio die uenenum habet, cũ maximè Sol feriret. Quoties sitit, potu inexplebilis. Fœtum suũ deuorat, nec nisi unũ relinquit solertissimum, qui matris clunibus inclusus, se à cauda & morsu tuetur. Sunt qui scribãt Orionẽ à Scorpio interfectũ. Nigidius tradit eũ in Chio insula in mõte Chelippo ortũ, uolũtate, atq; ope Dianæ. Cũ enim in mõte Celsionio uenaretur, Orion irrisit Dianã, & contempsit simul eius opera, quæ in mõte cõstituisset. Hac de caussa mota Diana immisit Scorpiũ, ut eum perimeret. Impetrauit ob ista Diana à Ioue, ut Scorpius inter 12. signa collocaretur. Salpya.] Auersio ad Salpygam Est autem (ut grãmaticis placet) Talpica formicarũ uenenatarum genus, quas Cicero Solifugas uocat, à fugiendo Sole, Ardore cui Solis acriùs cõcitatur, quare eum, quod potest, fugit. Perottus hanc Solpugã à Lucano hoc loco appellari docet, nõ Salpygã. Sunt, qui hoc loco, Salpyngæ, & Salpugæ legãt. Rursum, sunt qui eandem cũ Scytale esse, credãt. Pli. lib. 29. ca. 4. Est, inquit, formicarũ genus uenenatũ, nõ eas nouere in Italia, Solifugas Cicero appellat. Salfugas Bætica. Ris cor Vespertilionis cõtrarium, a-

a al. Sic nec

b al. Intrã

nibusq; formicis, & Salamandris resistit. Idem lib. 8. cap. 29. Citra Cynamolgos Aethiopas latè deserta regio est, à Scorpionibus, & Solpugis, gente sublata. Micyllus ad istum modũ diligẽter hunc locum etiã expendit, cuius uerba, ne sua laude defraudetur, adscribã. Varia inquit huius loci lectio est. Volateranus, Salpynga legit, breuemq; serpentẽ interpretatur. Alij Salpyga malunt, idq; genus esse formicæ uenenatæ tradunt. Plinij uidelicet authoritate adducti apud quẽ lib. 29. cap. 4. ita legitur. Est & formicarum genus uenenatũ, nõ nouere eas in Italia, Solifugas Cicero appellat, Salfugas, siue (ut ipsi uidentur legere) Salpugas Bætica &c. Vtra igitur lectio uerior sit, difficilè est dijudicare: quãdo idem Pli. lib. 8. cap. 29. de eodem animante, puto, loquẽs, Citra Cynamulgos Aethiopas, latè deserta regio est, à Scorpionibus, & Salpugis gente sublata. Et Fest. Pompeius Solipunga genus bestiolæ maleficæ est, inquit, q. sit acrius contractiusq; feruo re Solis, unde & nomẽ traxit. Quod si autẽ ut in re obscura, diuinare licet, credã ego apud Plin. quidẽ posteriore loco, pro Solifuga, Solipungam, ut Festus, aut certè Solpungã, ut ipse alibi habet, legendum esse. Lucanum autẽ Salpugam, aut etiã, Salpygã, quando facilis transitus est, u. & y. gentis suæ more posuisse. Hæc ille, etiam, eruditè. Et tibi dant.] *periphrasis Parcarum sororũ trium, & mortis, dant tibi copiã, & potestatẽ moriendi.* Nam neq.] *Causſæ, quæ nobrem tellus ibi omnis suspecta erat ad quiescendũ: nec frõdes ullæ in ijs regionibus erãt, nec straminea, nec culmi, nec iunci, nec ulnæ, è quibus toros sibi aggerent.* Gelidas pestes.] *Serpentes frigidas per noctes.*

Quæ mensuria] *amplificatio malorum. Cùm ita passim alijs super alia incõmodis iactarentur, illud mali accedebat, ut nescirẽt itineris finẽ.* Reddito Dij] *Collocatione maioris periculi, exaggerat minus.* Manus iurata.] *exercitus iuratus in gladios, ad pugnandum: cur in longas mortis pœnas seruamur?* Ire libet, qua zo. rub.] *Rectè Sulp. Rubentẽ Zonã torridam, & exustam caloribus uocat metaphoricè. ad ignis ardentis colorem allubens.*

Axis inustus] *expolitio, circulum æquinoctialem, & regiones propter intolerabilem æstum inhabitabiles esse: habitas inter Cancri, & Capricorni circulos: quamuis habitabiles esse posteris temporibus.* Solis equis.] *cursu Solis.* Aethereis cantus.] *Rectè Sulp. fatis nostris, & astris, ac nostris constellationibus, quibus huc propulsi sumus.* Nec de te natura] *per occupationem à natura, quam excusat, culpamq́ue in se transfert, quod huc uenerit.* Cereris cultore negato.] *ubi nec seritur, nec ager coli potest frugum sterilis* Hinc torrente plaga.] *Hanc terram abs te damnatam propter uenenata serpentum genera, inter torridam Zonam, & Syrtes mediam collocasti.*

Per secreta.] *per regiones longè secretas, ac remotas ab orbe Romano bellũ Ciuile grassatur, & exercitus ducatur.* Arcani nob.] *Libyæ, cuius naturã nunc tecum discimus cognoscere.* Claustra mũdi.] *ubi orbis terrarum claudi tur Oceano Atlãtico, ubi terrrarum finis: ultra eũ, nullas esse terras, persuasum habemus.* Coẽũt ignes.] *Sidera, & stellæ, quæ igneæ sunt naturæ, his calidis regionibus coëunt, & propius Soli cõiunguntur, quæ nobis aliàs remotiora fuerunt.* Stridentibus undis.] *Calore Solis, dicit Omnibonus. Forsan Oceanum occidentalem innuit, in quam partem iter uertunt.* Premitur natio.] *Arctícus polus depressior hic est, quã apud nos est. Et quo longiores recessus Africæ petimus, hoc magis deprimitur, & æstus hic augetur* Longius.] *Nulla terra ultra Mauritaniã est. Posteris temporibus secus compertum est, Lusitanorum nauigationibus.*

Quæ.] *Rectiùs, quã, ut habet diuersa lectio. Nulla terra ultra eam est, quã regnum iubæ, quæ & ipsa forsan serpentum plena est, quã terram quærimus, quæ cæli solatia habet forsan.* Alios So.] *Dies æstuos, quã hic, siue sidere, & signa siue (ut Sulp.) alios Solis meatus, & cursus.* Cyrenis.] *Cyrenæ sunt inter Aegyptum, & Syrtes, conditæ à Battho Theræorum Duce. Hanc urbem Apolloniam postea dictã Stephanus credit, & eam à Cyrene Hypsei filia dictã credit: uel à Cyre fonte regionis. Ité alia est Iberiæ alia Massiliæ. Sed de Cyrenis alibi fusius annotauimus.* Legẽ annis.] *ubi tum Bruma durior paulò nobis esse uidebatur, hic æstu, & siti enecamur.* Imus in aduersus.] *ad polũ Antarcticũ amplissima, & eos homines, qui pedibus nobis oppositis ingrediuntur.*

Feriẽda no.] *uento Austro, qui nobis aduersus fuit antea, tam lõgè recedemus in meridiẽ, & petimus Antipodas, ut idem à tergo incipiat nobis spirare, loquitur accõmodatè sensui cõmuni, & populari.* Sub pedib.] *Quo lõgius in Austrũ recedimur, hoc magis propter rotunditatẽ terræ, pedibus contrarijs inceditur.* Sic dura suos.] *Clausula queralæ militis, atque hinc transit in laudes Catonis ab humanitate: & benevolentia erga milites suos.* Excubat.] *magna laus Catonis à patientia.*

Adest fatis.] *periculis, & laboribus suorum militum.*

Per secreta tui bellum ciuile recessus,
Vadit, & arcani miles tibi conscius orbis
Clausta petit mundi, forsan maiora supersunt,
Ingressis coëunt ignes stridentibus undis,
Et premitur natura poli sed, longius ista
Nulla iacet tellus, a quæ fama cognita nobis,
Tristia regna Iubæ: quæremus forsitan istas
Serpentum terras, b habet & solatia c cœli.
Viuit adhuc aliquid, patriæ non arma requiro,
Europamq; alios soles, Asiamq; uidentem.
Qua te parte poli, qua te tellure reliqui
Africa? Cyrenis etiam d tunc Bruma rigebat,
Exiguáne uia legem conuertimus anni?
Imus in aduersos axes, euoluimur orbe,
Terga damus ferienda noto, nũc forsitan ipsa est
Sub pedibus iam Roma meis, solatia fati
Hæc petimus: ueniant hostes, Cæsarq; sequatur,
Quà fugimus: sic dura suos patientia quæstus
Exonerat, cogit tantos tolerare labores
Summa Ducis uirtus, qui nuda fusus arena
Excubat, atq; omni fortunam prouocat hora,
Omnibus unus adest fatis, quocunq; uocatus
Aduolat, atq; ingens meritum, maiusq; salute
Contulit in lætum uires, puduitq; gementem
Illo teste mori: quod ius habuisset in ipsum
Vlla luesc casus alieno pectore uincit,
Spectatorq; docet, magnos nil posse dolores.

a al. quãm.
b al. habet hoc.
c al. cœlũ.
d al. nunc.

Contulit

A Contulit in] *Maximum beneficium erat, ac meritũ, adeoq; salute maius in morte suorum animos cõfirmare, atq; huc omnes suas uires cõferre, ut hac humanitate sua reliquorum animos ad periculorum tolerantiam erigere. Est profectò magnum solatium exercitui, nec solum patrem reliquis in tolerandis malis animũ Ducis uidere, sed beneuolum etiam in subleuando, occurrendoq; afflictis ipsorum rebus.* Gementem.] *Magna sanè autoritas, & maiestas Catonis, quod moribundos gemere puderet eius conspectu, ac præsentia.*

Vix mi.] *Ad remedium cõtra Serpentũ morsus transitionẽ facit.* Marmaridæ Psylli.] *Marmarica regio in Africa, ab Occasu Cyrenaica, à Septentrione, pelago Aegyptico: ab Ortu Aegypto: à Meridie: parte Libyæ. In hac sunt Nasamones, & Libyarchæ populi. Barcha hodie dicitur. Et populi*

B *Marmaridæ usq; ad maioré Syrtim euagãtur.* Psylli.] *Psyllorum gens in Marmarica dicta fuit, à Psyllorũ rege, cuius regio in Syrtibus maribus, & earum partium fuit. Horum corporibus ingenitum uirus erat exitiale serpentibus, cuius odore componebantur in somnũ. Hic mos apud eos inolenerat, ut liberos sæuissimis serpentibus obijcerent & ita pudicitiam uxorum experirentur. Et quod maximè mirũ erat, serpentes non fugiebant eos, qui adulterino sanguine prognati fuerant. Hanc gentem Nasamones ad internecionem propè sustulerunt. Manserunt tamen reliquiæ aliquot, qui uel è bello fugerant, aut certè non interfuerant. Simile quoddam hominum genus fuit apud Italos, Marsi, orti à Marso filio Circes quibus etiam naturalis uis inerat contra serpentes. Sed ad Psyllos redeamus. Hos, ut suprà demonstrauimus ex Plutarcho Cato secum duxit, iter facturus per deserta Lybiæ, qui mor-*

C *sibus serpentum mederentur, partim ore extrahentes uenenum, partim serpentes cantibus mitigantes. Herodotus etiam libro quarto historiarum meminit Psyllas in Africa esse conterminos Nasamonibus, Austrumq; quodam tempore ualidum ac diutinum flauisse, quo aquæ omnes eorum in illis locis exaruit. Sed hanc historiam alibi retulimus. Plinius, quorundam inquit hominum tota corpora prosunt, ut ex his familijs, quæ sunt terrori serpẽtibus: tactu leuant ipso percussos, sucto ue medico. quorum è genere sunt Psylli, Marsiq;, & qui Ophiogines uocantur in insula Cypro. Ex qua familia legatus Hexagon nomine à Conss. Romæ in dolium Serpentium contectus experimenti caussa, circummulcẽtibus linguis miraculum præbuit. Signum eius familiæ est. (si modo adhuc durat) uernis temporibus odoris, uirus: atq; eorum*

Nec sol.] *Properat ad Psyllorũ artes, & herbarum potentiam contra serpentũ morsus, & uenena.* Tentoria.] *Cato castramatari iussit post tanti itineris tot labores, sudor quoq; medebatur, non solum saliua.*

Vix miseris serum tanto lassata periclo
Auxilium fortuna dedit. gens unica terras
Incolit à sæuo serpentum innoxia morsu
Marmaridæ Psylli, par lingua potentibus herbis
Ipse cruor tutus, nullumq; admittere uirus
Vel cantu cessante potest: natura locorum
Iussu ut immunes misti a serpentibus essent.
Profuit in medijs sedem posuisse uenenis,
Pax illis cum morte data est. fiducia tanta est
Sanguinis, in terram paruus cùm decidit infans,
Ne qua sit externæ Veneris mistura timentes
Letifica dubios explorant Aspide partus,
Vtq; Iouis uolucer calido cùm protulit ouo
Implumes natos Solis conuertit in Ortus,
Qui potuere pati radios, & lumine recto
Sustinuere diem cœli, seruantur in usus:
Qui Phœbo cessere, iacent. sic pignora gentis
Psyllus habet. si quis tactos non horruit angues,
Si quis donatis lusit serpentibus infans.

A Psyllis, Psyllicus in Lybico mari, magnus, & profundus, trium dierum nauigationis. Silius Italicus, de Atyro Psyllo: li. 1.

Nec nõ Serpẽtes diro exarmare ueneno
Doctus Atyr, tactuq; graues sopire Chelydros.

a al. mixti.

Ac dubiam admoto sobolem explorare Cerastæ.

b al. mixtura.

Psyllũ Bithyniæ urbs est, quæ hodie dicitur, Picello.

Par lingua.] *Sulpitius exponit, incantationem ipsorum habere uim parem herbis uenena fugantibus. Fortassis sic accipiendum, quod habent linguas efficaces, & potentes, ad exugendum uenena, ut ipsorum cruor non inficiatur. Quare ci traincantationem id fieri affirmat poëta, ut nullum uirus concipiant. Indicium doctis esto.* Natura loco.] *à loco argumentum, cur id geri possit.*

Profuit.] *Amplificatio naturæ Psyllorum ab utili.*

Pax illis.] *Veneno mortifero, dicit Sulp. Ego sic, cum illius pace, non moriuntur ueneno. sed à morte naturali liberantur ab omnium serpentum ueneno.* Fiducia tanta.] *ephonesis, in fidem Psyllorum, quod ueneno serpentium nullo pacto infici possint.* In terram.] *Hoc paulo antè ostendimus solere eos liberos suos sæuissimis serpentibus obijcere partim ut ita pudicitiam uxorum experirentur.* Externæ.] *adulterinæ.* Vtq; Iouis] *à comparatione dicta, ab aquila Iouis armigero. Hanc dicit, omnes suos pullos, qui contra Solem obtueri nequeunt, è nido deijcere: qui uerò ἀντεκδλεπουσι, id est, inconniuentes, contra Solem uidere possunt, eos seruant in propagationem gentis suæ.* Qui Phœbo ces.] *Qui contra Solem tueri nequeunt, eijciuntur. Plinius lib. 10. cap. 4. Halietus tantum inquit, implumes etiamnum pullos suos perimens, subinde cogit aduersus intueri Solis radios. Etsi conniuentem, flentemq; animaduertit, præcipitat è nido uelut adulterinum, & degenerem. Illum, cuius acies firma contrà steterit, firmat.* Sic pignora.] *Ad eũdem modum Psyllus facit, si qui liberi non horrent serpentum contactum, educantur.*

Nec solum gens illa sua contenta salute
Excubat hospitibus, contraq; nocentia monstra
Psyllus adest populis, qui tunc Romana secutus
Signa, simul iussit stratui tentoria Ductor.
Primum quas ualli spatium comprendit arenas,
Expurgat cantu, uerbisq; fugantibus angues.
Vltima castrorum medicatus circuit ignis.
Hic Ebulum strident, peregrinaq; Gaibana sudant.

ut serpentum uenenis afflati, tactiq; à Psyllis, & herbarum ui curarentur. Expurgat can.] *Primus Psylli locum, in quo castra locanda erant, incantamentis, & diuersis*

herbis expurgare gregdiuntur, tum autē, & angues primū inde fugare. Ignis medi.] efficax odoribus, & suffitu aduersus noxia animalia.

Et Tamarix non læta comas, Eoaq; Costus,
Et Panacea potens, & Thessalia Centaurea,
Peucedanūq; sonans flammis, Erycinaq; Tapsos
Et larices, fumoq; grauem serpentibus urunt
Abrotanum, & longé nascentis cornua Cerui.
Sic nox tuta uiris, at si quis peste diurna
Fata trahit, tunc sunt magicæ miracula gentis,
Psyllorumq; ingens, & rapti pugna ueneni.
Nam primum tacta designat membra saliua,
Quæ cohibet uirus, retinetq; in uulnere pestem.
Plurima tunc uoluit aspumantia carmina lingua
Murmure continuo, nec dant suspiria cursus
Vulneris, aut minimum patiuntur fata tacere.
Sæpe quidem pestis nigris incerta medullis
Excantata b perit. sed si quod tardius audit
Virus, & cillicitum iussumq; exire repugnat,
Tunc super incumbens pallentia uulnera lambit
Ore uenena trahens, & siccat dentibus artus,
Extractamq; tenens gelido de corpore mortem
Expuit, & cuius morsus superauerit anguis
Iam promptū Psyllis uel gustu nosse uenenum.
Hoc igitur c leuior tandem Romana iuuentus
Auxilio, latè squalentibus errat in aruis.
Bis positis Phœbe flammis, bis luce recepta
Vidit areniuagum surgens, fugiensq; Catonem.

a al. spumanti.

Ebulum.] Enumerat eruditè herbas medicas contra serpentum uenena, Ebulū, siue Ebulus. Græcè χαμαιάκτη. herba rubris baccis, admodum Sambucæ similibus, grauis odoris. Vergil.

b al. exit.

Sāguineis Ebuli bacis &c. Præsens remedium contra morsus serpentum, Germani uocant, schlechte her, wilde uber, Hadick, Adic, Attich, Græcè χαμαιάκτης, quasi, humilis Sambucus. Calbana peregrina.] Exotica Galbana, γάλβανον, Galbanum apud Latinos item & Apothecarios, species Ferulæ quam eiusdem nominis resinæ modò Stagonitin nominant, calidum natura, & siccum. Nascitur maximè in Syria Metapontum dictum: Optimum huius generis pingue est, ac tenax, sed grauiter olens. Quod ad uenenū attinet, mixtū cum myrrha uino si bibatur cōtra uenenum singulare efficaciam habet. Vstum odore fugat uenenata animantia.

c al. elicitū.

d al. melior.

e al. Secet.

Et Tamar.] siue Græcè Myricæ Germanicè, Tamarisch. Plin multis de Tamarice agit, ad postremū efficax, inquit, est, cōtra Serpentiū ictus, præterquā Aspadum. In Syria, & Aegypto nascitur, nostris regionibus prorsus incognita. Non lę.] Pli. addit etiā, uulgò eam infœlicē arborem uocari, quod nihil ferat, neq; seratur unquā. Foliis partim subuiridibus, partim in flauē pallidius tēdentibus rami, unde folia coloris cinericei enascuntur. Duæ maximè species eius traduntur, Maior & minor. Minor ferè 7. pedum lōgitudine est. Costus.] Tres Costi species sunt, Arabica: Indica, & Gariophilata. Cōducit aduersus uiperæ, & aliarum serpentium morsus. Panacea.] Παρὰ τὸ πᾶν, omne, & ἀκέομαι, Medeor, siue ἄκος, eiusdem significationis, quod omnibus morbis medeatur: à πάναξες, Panaces, & Panax. Vergil lib 11.

„ Ambrosios succos, & odoriferam Panaceam,

Παναξεια. Plin. lib. 2 cap. 3. Panaces ipse nomine omnium morborū remedia promittit. Columel. li. xi. cap. 3. Panax quoq; tēpore leui, & subacta terra, rarissimè disseritur. Vocatur & Ligusticū, Græcè λιγύστικον, à Galen. λιβύστικον, & ab Apothecarijs Leuisticū. Tres species eius faciunt, Heracliū, Asclepij & Chironium. Asclepij Panacis flores, et semē uehementer cōducunt cōtra morsus serpentū, si in uino esorbeātur, mixta oleo, si morsum uulneribus imponātur. Simili ratiōe flores, & radices Panacis Chironij ꝑsens antidotum, si bibantur, habent contra omnium serpentium uenena. Thessala.] Cētaurea, siue Cētaureō. κενταύριον, herba, cuius duæ maximè species traduntur, Maior et minor. In fine ueris nascitur calida et siccea. Chironiō, alioqui etiā uocāt, quod Chiró ea curatus dicatur, quod cùm Hercules ex cepto hospito. & arma pertractant sagitta in pedem excidisset. Folia sunt lata, oblonga, serrata ambitu, ab radice, densa, caules, terni cubitorum, geniculati. Capita in his ceu papauerū. Radix uasta, rubescēs, tenera, fragilisq; ad bina cubita, madida succo amara cum quadā dulcedine. Nascitur in collibus pluribus. Est & Centaurion cognomine Lepton. Tertia Centauris cognomine Triorches, Centaureæ siccus decoctæ omnium morbis medetur. Vocatur, & Maronion, Nestion, Pelethronia, Limnites, Hecatur, & Maronion, Nestion, Pelethronia, Limnites, Hemeroton, Chirotū, Hæma, Heracleos, id est, Herculis sanguis, Polyhydiō, Vnefera, Germanicè Sātori, siue Cētori.

Thessala.] Propter Chironē Thessalum, à quo etiam Chironium diximus, appellari. Sed si in dubio uertitur apud scriptores, quid sit Cētaurium. Peucedanum.] Πευκέδανος, siue ἀγαθὸς Λαίμων. hoc est, bonus Genius: Pinastellum, Stataria, Fœniculus Porcinus. Præterea: lias uires, pronis ustum fugat serpētes et omnia uenenata animātia. Caulē habet tenuē, & oblōgum, nō dissimilem fœniculo: nigrā radicē, & odorem grauē. A' pinu nomen inditum est. Erycinaq;.] Sicula Tapsos. Tapsus Barbatus, apud Apothecarios. Latinè, Verbascū. Græcè φλόμος. Lychnitis, & Pycnitis, Apuleio: à nōnulli etiā Candela regis Cādelaria: & Lunaria. In Germania inferiori: & wolliernet: & wollebladerē: Tootseeenyt. Similē uerberaginem uocari dicit, ab insula Thapsa, ubi inuenta putatur, cuius etiā Nicād. meminit. Erycina Sicula, ab Erycē monte Siciliæ, ubi nasci creditur. Mōti nomē dedit Eryx Veneris & Butæ Amyci Babryciorū regis filij. Qui cùm in Sicilia regnaret, corporis uiribus eximiè præstās, hanc legē tulit hospitibus, ut secū certātibus decertaret, quibuit, & in summo cacumine montis sepultus fuit, sub quo in matris Veneris honorem templum condiderat. A' mōte ipsa etiam Erycina uocatur. Ouid.

Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?

Erycina Venus Romæ, & in Sicilia colebatur. Pomponius Mela. Montiū Eryx maximus memoratur, ob delubrū Veneris, Vnde Erycina dicta est. Nicander ἐρίκην θρῆνον dixit, quē Lucan. hic imitatus est, in epitheto. Et Lar.] Larix. Græcè, λάλαξ, arbor pino, et Abieti per quā similis, ut est apud Plin. lib. 16. ca. 10. Parū nota est, nisi qui habitāt circa Padū, & littora maris Hadriatici.

Folia

A Folia producit per omnia pini similia: fundit resinã liquidam mellis Attici colore, & quæ Phthisicis medeatur. Est syluestri genere est, cui etiã folia nõ decidunt, ut nec Abieti. Propter exuberantiam humoris, hoc est, resinæ, & picis. Laricis maximè species sunt, picea, pinus, abies, tæda, luminibus sacrorum arbor gratissima, ut omnes eius species.

Abrotanum.] *Abrotanum mas minus, abrotanũ fœmella maius.* Græcè, ἄβροτόνου θηλυτερ, ἄβροτονου ἄρσενος πόρ. *Efficax remedium contra uenenum. Odor & fumus Abrotani, uel ipsum obiectũ, & sparsum humi fugat animantia, quib. inest uenenum.* Cornua c.] *Rectè Sulpit. Plin lib. 8 cap. 32. accensis aũt utrislibet, (cornibus) odore serpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur.*

Longè.] *Cernos Africa propemodum sola non gignit, ait Plin. l. 8 ca. 24. Ergo ex Europa, aut Asia petẽda quæ orbis partes eos gignant. Quare aũt Africa eos sola non producat, in caussa est, quod per omnia uenenatis infesti et inimicitiæ inter eos sint, & toto corpore antidotum contra ea præsent, ut primum diximus de cornibus. Mandant serpentes. Id singulare, ait, abigendis Serpentibus, odor. adusto cornu ceruino. Quin & anima ceruorum urit serpentes, sicut Elephantorum, extrahit. Et ceruis in pabulo sunt serpentes, aliis uenenum. Eorum uita longa est. Post C. annos capti aliqui prodantur, cum torquibus aureis Alexandri Magni. adoperiis iam cute in magna obesitate.* Sic nox.] *Ad hunc modum per hos suffitus, & earum rerum suffumigationes, & odores uiri multares ea nocte à serpentibus tuti fuerunt.* Magicæ ge. *Psyllorum ut poëta statim reddit per epexegesin.* Pugna.] *diserte. Luctantur, & excantando, & exugendo Psylli cum uenено.* Saliua.] *Ieiuna hominum saliua, teste Plin. cõtra serpentes ꝑsidio est.*

B Sto cornu ceruino. *Miram uim, & propè incredibilẽ, saliuæ li. 28. ca. 4. refert Despui in Comitiales morbos, hoc est, cõtagia regeri. Si quem peniteat ictus eminus, cominusue illati, & statim expuat mediã in manũ qua percussit, leuatur ilico percussus à pœna. Saliua post aurẽ digito uelata, solicitudinẽ animi propitiat. Vemã quoq; à Deijs, inquit, spe alicuius audacioris petimus in sinũ expuendo. Sortilegia item fiunt per saliuam hominis. Mulieris saliua medetur oculis cruentatis. Itaq; Psyllus primũ designat mẽbra saliua afflata tactaq; à Serpentib. Deinde multa carmina submurmurat secũ, & quidẽ lingua spumanti.* Cursus.] *Locutionis pertinacia, & perseuerantia nõ efficiunt respirationem.* Fatx.] *periculà uulnerũ, non ferunt illam taciturnitatem.* Pestis.] *uenenum.* Siccat d.] *Lãbendo & morsu.* Tenẽs m.] *Sulpit. exponit, uenenum mortiferũ. Retinet mortem, quò minus is moriatur erepto, exuctoq; ueneno.* Cuius mor.] *hoc est, cuius anguis morsus uicerit ac deiecerit hunc militem, statim Psylli norunt ex gustu uenenum.* Hoc igit.] *Tanto salubrior miles Romanus expatiatur in agris Libycis.* Bis posi.] *Epilogus huius erroris Catoniani per deserta Libyæ, à longitudine temporis, quod per ea loca uagati fuerunt.* Bis posi.] *Duos menses errauit M. Cato per deserta, & arenosa illa, & periculorũ plena loca. Plutarchus in Aphrica, inquit, hybernatus deinde, exercitũ duxit plus minus decem millium. Quàm diu uerò, non addit. Strabo uerò autor est, terrestri itinere Syrtim peragrasse 30 dieb. exercitu in partes diuiso aquarum gratia. Addit Plutarchus res Scipionis, & Vari factionibus & odijs tum pessimo loco fuisse, cum uterq; colendo, inseruiendoq;, Iubæ gratiam aucuparetur, hominis ex affluentia opũ, ac diuitiarum intolerabilis facti.*

Iamq;.] *Euaserãt iã ex profundis arenis Libiæ, cùm ad terrã solidã, hoc est, glebosam, et frugũ, arborumq; fœcundã uenirẽt.* Spis.] *hoc est, densatũ solum.*

Iamq; illis magis, atq; magis durescere puluis
Cœpit, & in terram Libyæ spissata reuerti:
Iamq; procul raræ nemorũ se attollere frondes,
Surgere congesto non culta mapalia culmo.
Quanta dedit miseris melioris gaudia terræ.
Cùm primum sæuos contrà uidere Leones!
Proxima Leptis erat, cuius statione quietam
Exegêre hyemem, nimbis, flammisq; carentem.

hactenus nõ uisa, non obnoxia. Proxima.] *Duplex Leptis est, Minor q̃ Sarrana cognominatur, à Sarranis Phœniciæ: Vnde à Silio li. 3. Leptis Sarrana dicitur. Sallust. in Iugurt. Duæ sunt Syrtes, inq;, inter quas Leptis, ab hac Leptitani. Alterã trans Syrtim minorẽ, iuxta oppidũ Oceani. Hæc Magna Leptis cognominatur: & Neapolim dici existimant. De minore Loqui uidetur poëta.*

a al. redire.

b al. quietã.

Frõdes.] *à signis mitioris ingenij soli, cùm nemora & mapalia 30. dieb. nõ uisa in cõspectu haberẽt. Sunt aũt mapalia, casæ agrestes, Punica lingua. Sunt quasi rotundæ cortes: Idem signant magalia eiusdem gentis lingua.* Quãta ga.] *per admirationem, legendum, cum per tot dierum difficultates, per serpentum pestes rogati fuissent.* Leones.] *ut ꝑstantissimum omniũ animantium, nõ ueneno habentem, et alia animãtia, diuersa à serpentibus,*

Exegere.] *hoc est, hybernarũt hic post lõgos, & magnos itineris labores.* Nimbis.] *Vbi hyems neq; pluuia, neq; tempestatibus sæuiuit: neq; Solis nimio æstu afflicti fuerunt, sed temperatum fuit cœlum, & clemens.*

Cæsar ut.] *Poëta ad Cæsaris res à pugna Pharsalica redit ad historiæ seriem. Liuius post tertiũ diẽ Cæsarem insecutum Põpeium fuisse scribit. Ipse uerò Cæsar se in Asiã profectũ prius scribit. cũ in Asiã uenisset, inquit, reperiebat. T. Apium conatum esse tollere pecunias Ephesio ex fano Dianæ: eiusq; rei caussa. Senatores oës ex prouincia uocasse,*

Cæsar ut Emathia satiatus clade recessit,
Cætera curarum proiecit pondera, soli
Intentus genero, cuius uestigia frustra
Terris sparsa legens, fama duce tendit in undas
Threiciasq; legit fauces, & amore notatum
Aequor, & heroas lachrymoso litiore turres
Quà pelago nomen Nepheleias abstulit Helle.
Non Asiam breuioris aquæ disterminat usquam
Fluctus ab Europa, quamuis Bizantion arcto
Pontus, & ostriferã dirimat Chalcedona cursu,
Eximiumq; ferens parua ruat ore Propontis.
Sigæasq; petit famæ mirator arenas
Et Simoentis aquas, & Graio nobile busto
Rhætion, & multũ debentes uatibus umbras.
Circuit exustæ nomen memorabile Troiæ,
Magnaq; Phœbi quærit uestigia muri.

ut his testib. summa pecuniæ utaretur: sed interpellatũ aduẽtu Cæsaris profugisse. Ita duob. tẽporibus, Ephesiæ pecuniæ Cæsar auxiliũ tulit. Itẽ cõstabat Elide in tẽplo Mineruæ repetitis atq; enumeratis diebus, quo die ꝑlium secũdum fecisset Cæsar, simulachrũ Victoriæ, quod ante ipsam Mineruã collocatũ erat, & ad simulachrũ Mineruæ spectabat ad ualuas se tẽpli, limẽq; conuer-

Iam syluæ steriles, & putres robore trunci
Assaraci pressere domos, & templa Deorum
Iam lassa radice tenent, ac tota teguntur
Pergama dumetis, etiam periere ruinæ.
Aspicit Hesiones scopulos, syluasq; a patentes
Anchisæ thalamos, quo iudex sederit antro:
Vnde puer raptus cœlo, quo uertice Nais
Luserit Oenone, nullum est sine nomine saxum.
Inscius in sicco serpentem puluere riuum
Transierat, qui Xanthus erat, securus ab alto
Gramine ponebat gressus, Phryx incola manes
Hectoreos calcare uetat. discussa iacebant
Saxa, nec ullius faciem seruantia sacri,
Hercæas b (monstrator ait) non respicis aras?
O sacer, & magnus uatum labor, omnia fato
Eripis, & populis donas mortalibus æuum.
Inuidia sacræ Cæsar ne tangere famæ.
Nam si quid Latijs fas est promittere Musis,
Quantum Smyrnæi durabunt ratis honores
Venturi me, teq; legent. Pharsalia nostra
Viuet, & à nullo tenebris damnabitur æuo.

conuertisse. Et paulò pòst Cæsar paucos diebus in Asia moratus, cũ audisset Pompeiũ Cypri uisum, cõiectãs eum in Aegyptum iter habere, propter necessitudines regni, reliquasq; eius loci opportunitates, cum legionib. una quam ex Thessalia se sequi iusserat, & altera quam ex Achaia à Pusio legato euocauerat, equitibusq; octingentis, & nauibus lõgis Rhodijs decem, & Asiaticis paucis Alexãdriã peruenit. Appian. uerò multo aliter hoc iter Asiaticum digerit. Cæs. inquit, post adeptam victoriã, per duos dies in Pharsalo cõmoratus est, sacris intendens, exercitũq; ẽ plio defessum uicissim recreans. Et in loco Thessalos. qui eum ipso depugnauerãt, liberos esse iussit, Athenienſibus pterea ueniam petentib. facilè cõcessit, his uerbis usus. Sæpenumero uos uestri culpa ad interitum redactos, maiorũ uestrorum gloria salutì reddidit. Tertia die Orieñ uersus castra mouit, fidẽ Pompeianæ prosecutus fugæ. Cùm ad Hellespõtum peruenisset, triremũ inopia, scaphis exercitũ traducere cõpellitur. Casiius fortuna quadã triremium parte comitatus adnauiganti obuius fit, cùm ad Pharnacẽ properaret. Et quanquã triremum numero aduersus paruas rates tutò depugnare posset, Cæsaris tamen fœlicitate conterritus cuius fides pspecta erat, uires formidandæ, eundẽ cõsultò adnauigare ratus, à trireme in scapham porrectis ad eam manibus, ultrò desilit, ueniaq; impetrata triremes vẽs illi tradidit. Tantũ potẽtiæ Cæsaris fœlicitas sibi adsciuerat. Et statim superato Hellesponto, Ionijs, & Aeolijs, cæterisq; nationibus, Cherronesum magnam incolentibus, quam uno nomine Asiam minorẽ uocant, per legatos ueniã deprecantib cõcessit. Audiens pterea Pompeium in Aegyptum pertransisse Rhodum peruenit. At Lucan. alio cõsilio poëtico, amplificandi itineris gratia, & delectandi caussa, per Troadẽ, et loca Troadis memorabilia Cæsarẽ circũducit. Emathia.] Pharsalica clade defuncta fuit. Intentus ge.] Pompeio, ut eum persequeretur, ne uires suas rursum confirmaret externis auxilijs, & ipse Cæsar scribit, rursus copias cõparare alias, & bellum renouare posset.

Fama Du.] Acceperat enim in Orientẽ eum fugã intendisse. Tendit in.] In Propõtidem & Bosphorum Thracium, & paulò superius, qua Euxinus Põtus per Bosphorum, in Propõtidem ad Byzantium euoluitur, & in Hellespõtum circa Abydum, & Sestum cõtrahitur in angustias.

Notatũ am.] Herus, et Læandri, inter angustias Propontidis. Duæ fuerunt arces in littorib, earum faucium, Abydus, & Sestus, quorum altera Europæ Læandri, altera Herus in Asia. Abydus in Asia, Sestus in Europa erat. Abydus, patria Læandri, Sestos, Herus. Extat elegans carmen heroicum Musæi uetustissimi poëtæ, de amore utriusque. Quamobrem diserte Heroas turres utriusq; arces uocat.

Lachrymoso.] quod cum Hero Læandrũ inter trananadum mergi procul prospectaret, se quoq; ipsa è turri ẽcipi

a al. iacẽtes aut, latẽtes.

b al. Hereas. & Hectoreas.

c al. damnabitur.

tasset. Hinc illud distichon in Læandrũ ad Hero tranantẽ. Exemplar Græcum ad manum nõ erat, cùm iste cõmentarer. Sed à docto quodã olim sic redditum fuit.

Clamabat tumidis dudax Læãder in undis.
Parcite dum, mergi te dum redeo.

Has angustias Xerxes ponte iunxit. Qua Pelago.] Euxino Põto nomen suum absulit Helle puella in eo submersa, ut non Euxinus Pontus diceretur amplius, sed Hellespontus ab Helle.

Nepheleias.] Patronymicũ, Nepheles filia. Vxor ea fuit Athamantis, mater Helles & Phryxi. Ouid. 11. Metam.

Angustum circa Pontum Nepheleidos Helles,

Helle fugiens cum fratre Phryxo insidias nouercæ, aurei uelleris arietem conscendit, ut in hoc Colchos ueheretur. Quos cũ per pelagus ueheret aries, neq; procul ab urbe Byzantio abessent, Helle cõspectu, & æstu maris perterrefacta delapsa ex ariete in mare fuit, cæpitq; ab eo Hellespontus deinde appellari. Non Asiam bre.] Septem tantum stadijs Asiam ab Europa diuidit Hellespontus. Exaduersus, Byzantio in Asia opposita est Chælcedon: in eodem littore Propõtidis in Bithynia Nicomedia est. Haud procul ab Ascanio flu. Chalcedon, à Chalcido uicino fluuio dicta existimatur Byzant.] In ora Thraciæ esse ostendimus, circa Bosphorum, cõditum à Pausania Duce Spartanorũ, Iust. li. 4. Postea hæc urbs à Cõstãtino magno Imp. aucta in immensam propè amplitudinẽ, sedes Imperij facta fuit, Orientis caput, antea quoq; noua Roma appellata. Postea habet. Põtus Id mare dicitur, quod à Mæotide usq; ad Tenedũ protẽditur. Sed ubi primũ se arctat à Tenedo Hellespõtus: ubi expãdit Propõtis. Vbi iterũ pmit Thracius Bosphorus dicitur, inter Byzãtiũ, & Chalcedonẽ. Vbi iterũ se effũdit, Põtus Euxinus, q Paludi Mæotidi cõmittitur, Cimmerius Bosphorus. Totius huius tractus descriptio copiosa extat apud Polyb. li. 4. Patuo.] Nã Euxinus Põtus uasto impetu per angustias Bosphori inter Byzantiũ, & Chalcedonẽ in Propontidẽ ruit. Sigeasq.] Petit Cæsar Troadẽ, cuius promontorium est Sigæum, alterum eius Rhæteum. In Sigæo Achillis sepulchrum erat, quod & ipse Alexander Macedo inuisit. In Rhæteo, Aiax Telamonius. Cæsar harum rerum gestarum magis admiratione, quàm originis suæ amore huc nauigauit. Simoẽtis aq.] Delabitur Simois ex Ida mõte, & haud procul à mari Xãtho miscetur, influitq; in paludẽ, & ad Sigæũ intrat mare. Rhætion.] Rheteum promõtorium dicit, celebre sepulchro Aiacis, ut modo meminimus. Græcè ῥοίτειον. nobilis ita urbs est Troadis. ῥῆτιον, & ῥοίτειον, legitur diuersis codicibus. Plin. li. 5. ca. 30. Extra sinum sunt, inquit, Rhætea littora, Rhæteo, & Dardano, & Arisbe oppidis habitata. Fuit & Achilleũ oppidum

A oppidum iuxta tumulũ Achillis, cõditum à Mitylenæis, & mox Atheniẽsibus, ubi elaſsis eius ſteterat. In Sigæo fuit & Acãtiũ à Rhodijs cõditũ: in altero cornu Aiace ibi ſepulto, 30. ſtadiorũ interuallo à Sigæo, & ipſa in ſtatione claſsis ſuæ. Hæc Plin. Strab. τὸ μὲν οὖν ἀχιλλέως καὶ ἱερὸν ἐστι, καὶ μνῆμα πρὸς τῷ στόματι, καλεῖται δὲ, καὶ ἀνάκτορον μνήμασι. Quæ & diligenter etiam à Micyllo annotata ſunt. Vmbras.] Achillis, & Aiacis ſepulchra tantopere ſcripuè ab Homero decantata. Debentes.] A' quibus res geſtæ ipſorum celebratæ ſunt, et ne intercideriṇt aſſeruatæ. Troiæ ex.] à Græcis primum, rurſum à Sylla uaſtatæ. Muriphœ.] quo Apollo, & Neptunus, pretio cõduẽli à Laomedonte urbem cinxerãt. Quare addit veſtigia? quia cùm Laomedõ fidẽ falleret, nec promiſſum præmiũ perſolueret, iterum muros ſolo æquarũt, Neptunus aquã, Apollo peſtem immiſit. Virg Aen 2.

» Neptunus muros magno emota tridenti
» Fundamenta quatit, totamq; à ſedibus urbẽ Eruit.

Aſſaraci.] hoc eſt, domos Troianas, & maiorũ Aeneæ, unde originem ipſe Cæſar duxerat. Fuit enim Aſſaracus B filius Troïs, frater Ili regis, ex quo Capys, cuius filius Anchiſes, pater Aeneæ fuit. Homer Iliad. 20.

» Ἀσσάρακος δ' ἄρα παῖδα, ὃ δ' αὖ ἀγχίσην τέκετο πατδα.
» αὐτὰρ ἐμὲ' ἀγχίσης.

Iam La.] Arbores uetuſtate carioſæ, & ruinã minãtes, ubi quõdã Mineruæ, & aliorũ Diuorum tẽpla reb. Troianis integris fuerãt. Tota Per.] Ipſa tota Troia. Porrò Pergamũ Idæ promõtorium eſt. Pergama, orũ, arces Troianæ, quæ quoniã ſublimes erant, oẽs arces, ac ædificia alciora, (ut Seruio placet) Pergama appellari poſsũt. Pergamus, ſiue Pergamũ, Aſiæ nobilis urbs, & floreẽtiſsima ſub regib. Attalicis, poſtea prouincia Romana facta fuit. Hic chartæ uſus primũ inuẽtus fuit ab Attalo rege, uel ab Eumene. Pergamena uulgo dicitur. Pergemenus Galenus medicus, & Apollodorus p̃ceptor Auguſti Imp. Aſpicit Heſ.] Mõtem, in quo Heſione, ſoror Priami, filia Laomedõtis, mater Aiacis, & Teucri ex Telamone expoſita cæto quõdã fuerat, quã Hercules liberauit. Laomedõ conſuluit oraculũ poſt acceptã calamitatẽ ab Apolline, et Neptuno, quo pacto Dij placari poſſent, reſpõſum fuit, ſi ſingulis annis puella cæto dilacerãda exponeretur. Sorte eligebatur C puella: & cũ ea tãdẽ in filiã regis Heſionẽ cecidiſſet, (ſunt tamen, q eã Dijs poſtulatã tradunt) cum iã ſcopulo illigata cœtũ expectãs ſtaret, Hercules caſu trãſiens, eã ſe liberaturũ pollicitus fuit, ſi equos diuino ſemine procreatos, quos eum habere cõſtabat, in p̃mium ſibi traderet. Ad hũc modũ pactione inita. Hercules caſa beſtia uirginẽ liberauit. Sed cũ rex promiſſis nõ ſtaret, Hercules cõtracto exercitu, Troiã expugnauit, Laomedontẽ occidit, Heſionen captã in uxorẽ Telamoni tradidit, Priamũ captiuũ abduxit.

Syluasq; lat.] Appoſitio, Sulpit. exponit, ſemitas undã Simoentis, in quibus Anchiſes cum Venere Dea coiuit. Erat alioqui domus Anchiſæ ſecreta à reliquis urbis ædificijs & undiq; ſyluula quadam obtecta, ut Aeneas ipſe apud Vergil. teſtatur lib. Aeneid. 2.

» ——Quanquam ſecreta parentis
» Anchiſæ domus, arboribus obtecta receſſit.

Quo n.] In quo antro montis Idæ ſederit Paris filius Priami, paſcens oues ſuas, cùm tres Deæ Duce Mercurio ad eum, ut iudicem formarum in Idã deſcenderent, νέμει ἤ τῆς ἴδης ἐν τῷ γαργάρῳ, inquit Lucan. ἐν τῷ, περὶ κρίσεως θεῶν. Vnde puer.] Ganymedes filius Troïs, forma pulcherrima, quẽ aquila à Ioue miſſa inter uenandum in Ida monte rapuit, ad pocillandum Dijs, cõempta Hebe Iunonis filia. Sunt, qui eum à Dijs raptũ ſcribant, non ad concubitum, ut nonnulli, ſed pocillandum Ioui.

τὸν καὶ ἁρπάσαντο διὸς οἰνοχοεύειν.

Quidã eũ Aſſaraci, nõnulli Erychthonij fuiſſe autumãt, & inter ſidera collocatũ, & eundẽ eſſe Aquario. Fulgentius eũ nõ ab aquila, ſed ut bellicã p̃dã captũ putat, adducitq; Anacreontẽ antiquiſsimũ poetã, q eũ ſcripſerit, quod cũ Iuppiter bellũ aduerſus Titanas gereret (erat aũt Titanus Saturni frater) iãq; ſacrificaſſet cœlo, aquilã uolantẽ adeſſe uidiſſe, ut certũ uictoriæ auſpiciũ. & id, quia p̃ſens uictoria ſecuta fuit, in ſignis militaribus eum aquilã poſtea uſurpaſſe. Sunt authores quidã, qui tradunt Ganymedẽ à Tantalo Phrygiæ rege raptũ, atq; in gratiã Iouis Cretenſiũ regis, hominis libidinoſi ad ſtuprũ. Vnde magnũ bellũ inter reges fuerit cõflatũ. Nominis etymõ dictũ eſt, παρὰ τὸ γαννύναι, læteri, καὶ μῆλος, cõſiliũ, ſiue cura. Oenone.] hæc Nympha fuit in mõte Ida, quam Paris adoleſcẽs amaſſe dicitur, & ex eadẽ duos filios ſuſcepiſſe. Luſerit.] Cum Paride cõcubuerit nympha illa fluminũ, & ſõtium. Eſt & Nais flu. oriens in Tauro mõte, & in Põtum effunditur. Nullũ ſa.] Nullus locus in Ida mõte, qui ea reat fabula, et nomẽ nõ habeat. Xanth.] memorabile fluuius & Homeri carminib. adeò celebratus, qui & Scamãder dictus fuit. Huic eã uim inſſe tradunt, utpota aqua oues ruſſas efficiat, unde etiã nomẽ habet ξανθὸ & flauus. Et Achillis equus Xãthus dictus fuit. Credunt. Iliẽſes flumen id Xanthũ propterea appellaſſe, quod arenta proximè paſcentia rufa omnia ſint. Flumen, & oppidũ Lyciæ etiã eſt, à Xantho Aegyptio, aut Cretẽſi cõditore. Proprijt uiri nomẽ itẽ eſt. Itaq; iam nõ fluuius erat Xãthus, inquit, ſed exaruerat, qua nulla religione ictus eum trãſijt, et gramina citra religionẽ pedib. calcabat, ſed quib. Hectoris fortaſsis ſepulchrum fuerat. Phryx.] Qui nouerat ſepulchrum, in quo Hector conditus fuerat, uetuit mortui manes pedib. uiolare: Mortuos iniuria nõ afficiunto. Monuit Phryx incola Cæſarẽ, ne Hectoris tumulum in profundo grauiter latentẽ pedib. proculcaret. Vilius ſa.] ne quidem ueſtigium ſepulchri præ ſe ferentia per niniam uetuſtatem. Hereas ar.] Iouis Hercæi. Sulpit. legit, Hereas. Sed lõgè diuerſa ratio eſt, inter Heræas. Hæa oppidum ponit in Arcadia Plinius. Tẽplum uerò Heræum Iunonis fuit in Samo. Hereas ar.] loquitur hic poëta de ara in Troia, nõ de Samo: ſpatiatur enim Cæſar in ijs locis, ubi quõdã Troia fuit. Ara hæc Iouis Hercæi ita denominata fuit intra muros regiæ, quod undiq; & ipſa muro ſepta fuerit, ἕρκος, ſeptum. Antiquitus Hercæus Iuppiter intra ſeptẽ domus cuiuſq; cultus fuit. ſi Feſtus uerus autor eſt, quẽ etiã Deum penetralẽ appellabant. Heſych. annotauit, Iouẽ Hercæum apud Athenienſes eſſe, & eius etiã meminit Sophoc. in Antigone. ἀλλ' εἶτ' ἀδελφῆς, εἰθ' ὁμαίμονος τῆσδε πλέον ἢ πάντες ἡμῖν ζυνὸς ἑρκείου πυρός. hoc eſt, nõ ſi cognatior mater huius fuerit, q nobis Iuppiter Hercæus. Arrianus è Nicomedia grauiſsimus hiſtoriographus, prodidit, ad hãc Arã Iouis Hercæi Alexãdrum Ilium ingreſſum Priamo ultaſſe. Verba Arriani ſunt libro primo ἀναβάσεως. βῦται δὲ αὐτὸν καὶ περιέμω περὶ τὸ βωμὸν τὸ διὸς τοῦ ἑρκείου λόγος παλαιὸς. μῆνιν προικὸς παροξυνόμενον τῷ νεοπτολέμῳ γενέσθαι. ὁ δὲ ἐς αὐτὸν καθῆκεν. Atq; hic Iuppiter Hercæus Priami παλαιὸς, triũ octilorũ fuiſſe fertur, in aulæ hypæthro, id eſt, ſubdiali, cuius

ſimula-

simulachrum Argos trãslatum fuit à Sthenelo. Trium oculorum ratio prouidentiam significabat. Hic laurus fuit in medio citrij arte mathematica facta. huius stirps ex puro & puto auro erat, 12. cubitorum altitudine. In summo diffundebat se in ramos, qui totum atrium tegebant. Erant flores, rami, & folia partim ex auro, partim ex argento: & inter gemmas fructus radiabant. Hanc laurum Vlysses, & Diomedes, uel (ut alij) Palamedes legati ad repetendam Helenam missi, ad stuporem usq; admirati fuerunt. Ouidius. de Priamo.

» Cui nil Hercei profuit ara Iouis.

Ad hanc enim aram, ut est apud Vergil. Aeneid secundo, Priamus obtruncatus à Pyrrho Neoptolemo, fuit. Micyllus citat etiam Calabrum lib. 13.

» ——ἔνθα καὶ αὐτῷ.
» Ἀυσονιδῶν βασιλῆϊ πανὰ φρονέων ἐνίνυσσεν
» ἑρκείῳ ποτὶ βωμὸν, ὁδ' ὡς ἴδεν υἷι ὁμοῖος
» ἔγω ἄφαρ τὸν ἔπεφνον.

Plures authores huius Hercæi Iouis meminerunt. Addantur hoc loco de Hæreo. Est Heræa promontorium è regione Chalcedonis. Citatur eius descriptio carmine Demosthenis Bithyni à Stephano. Heræum, uel murus Heræus τεῖχος ἡραῖον. Vrbs Thraciæ. Sed hoc nihil ad præsens institutũ. O' facer] Exclamat occasione carminis Homerici in dignitatem, Maiestatemq; poëtices, & carminum, quorum beneficio non ipsa poëmata tantum, sed res A gestæ, & eorũ authores immortales redduntur. Ab exemplo maiori, colligit minus. Quemadmodum poëmate Homerico res Troianæ, & earum Duces immortalitatẽ consecuti fuerunt, ita & ego, & tu Cæsar una cum mea Pharsalica in omne æui uicturi sumus. Alludit ad illud Ouid.

Carmine fit uiuax uirtus, expersq; sepulchri est.

De dignitate poëtarũ & carminũ Cicero disserit copiose in oratione pro Archia poëta. Fato eripis.] Ab interitu uindicas omnia, ut sint immortalia ea, quæ à uatibus celebrantur. Smyrnei uatis.] Homeri, quem cutem suum uindicabant Smyrnæi, Cic. pro Archia. Homerũ Colophonij ciuem esse dicunt suum: Chij suum uendicant: Salaminij repetunt, Smyrnæi uerò suum esse confirmãt. Itaq; etiam delubrum eius in oppido dedicauerũt Permulti alij præterea pugnant inter se, atq; contendunt. Varro libro de imaginibus primo, Homeri imagini in hoc epigramma apposuit.

ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου
σμύρνα, ῥόδος, κολοφών, σαλαμὶς, χίος, ἄργος, Α-
θῆναι. id est,

Septem urbes certant de stirpe insignis Homeri B
Smyrna, Rhodus, Colophõ, Salamin, Chius, Argos, Athenæ. Pharsalia.] Nostrũ opus de pugna Parsalica, de bello ciuili, quod tu gessisti, & Senatus P. Ro. Duce Põpeio.

a al. congestu

b al. thuricremos,

c al. Præuehitur.

d al. Lassante.

e al. ubi,

f al. muris,

Vt Ducis.] Postquam Cæsar uetusta Troiæ monumenta & ritus perlustrauit, ara statuit, in quibus Troianis manib. litauit, precatusq; fuit, ut ritè reliquum operum suorũ uellent fortunare. Promisit inuicem gratiarum actionem in posterum. Dij cinerum.] Præcatio Cæsaris religiosa ad Diuos, & manes Troianos. Mei Aeneæ.] Vnde originem nostra duxit, hoc est, gens Iulia, ab Iulo Aeneæ filio. Ignis Phrygius.] Vestalis ignis ille perpetuus, & purus, quem Aeneas è Troia in Italiã secum attulit. Vestam hanc Græci ἑστίαν uocant. Poëta Vergil. libro 2. Aeneid.

Vt Ducis impleuit uisus ueneranda uetustas,
Erexit subitas a congesti cespitis aras,
Votaq; b thuriferos non irrita fudit in ignes.
Dij cinerum Phrygias colitis quicunq; ruinas,
Aeneæq; mei, quos nunc Lauinia sedes
Seruat, & Alba Lares, & quorum lucet in aris
Ignis adhuc Phrygus, nullisq; aspecta uirorum
Pallas, in abstruso pignus memorabile templo
Gentis Iuleæ, uestris clarissimus aris
Dat pia thura nepos: & uos in sede priori
Ritè uocat, date fœlices in cætera cursus.
Restituam populos, grata uice mœnia reddent
Ausonidæ Phrygib. Romanaq; Pergama surgẽt.
Sic fatus repetit classes, & tota secundis
Vela dedẽt Coris, auidusq; urgente procella
Iliacas pensare moras, Asiamq; potentem
Prouehitur, c pelagoq; Rhodon spumãte reliquit.
Septima nox Zephyro nunquã d Laxãte rudẽtes,
Ostendit Pharijs Aegyptia littora flammis.
Sed prius orta dies e nocturnam lampada texit,
Quàm tutas intraret aquas. eibi plena tumultu
Littora, & incerto turbatas murmure uoces
Accipit, ac dubijs ueritus se credere f regnis
Abstinuit tellure rates. sed dira satelles
Regis dona ferens, medium prouectus in æquor
Colla gerit Magni Pharios uelamine tecta.
Ac prius infanda commendat crimina uoce.

» Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Græci ἑστίαν uocant ignem, Terram, & Deum. Ouid.

» Nec tu aliud Vestam, quàm uiuam intellige flammam
» Nataq; de flamma corpora nulla uides.

Pollux scribit aram sacrificalem fuisse, quæ in Prytaneo erat, ubi ignis inextinctus seruabatur. Apud hanc publicè excipiebantur legati: sed apud Xenophontem simpliciter pro ara usurpatur. Apud Dorienses & Aeoles ἑστιάσεις dicebantur. In huius Deæ ministeriũ castissimæ, & nobilissimæ uirgines legebantur. Sed satis de Vesta, & igne Vestali. Pallas.] Palladium innuit. Palladium quidam Apollinis simulachrũ fuisse arbitrantur: alij breue scutum è cœlo lapsum, quod in medio arcis collocatum erat, seruabaturq; diligẽti custodia, & quidem huiusmodi fati persuasione, quam diu in urbe Troia esset, nunquã fore, ut ea ab hostibus caperetur. Huius oraculi Diomedes, & Vlysses gnari, per cloacas, & aquæductus in urbem peruenerunt, & arcis custodibus cæsis, Palladium sustulerunt. Rediit tamen postea miro casu iussu oraculi in Troianorum ius, asseruatumq; à Virginibus Vestalibus.

μος, domus princeps, ἑστιοῦχος, ἑστιάτωρ, dominus cõuiuarum. ἑστιάσεις, conuiuium. ἑστιάδες, Vestales uirgines. Vestæ simulachrum è Pessinũte Romam portatum in palatio positum fuit, uirginesq; ei consecratæ, quæ perpetuum ignẽ conseruarent. Primus Aeneas condito Lauinio ædem Vestæ dedicauit: inde Ascanius, Albæ in parte montis, cui suberat lucus, ubi Ilia mater Romuli, & Remi compressa dicebatur.

A but Vestalibus magna religiõe Romæ multis sæculis fuit. Verisimilius uidetur, quod ab alijs proditur. Palladis signum fuisse, à qua nomen habet, è ligno compactum, oculos torue motans, hastaq; manu uibrans. Trium cubitorũ Mineruæ palladium fuisse longitudine ligneum aiunt, in Pessinuntem Phrygiæ, cœlo delapsum. Ioannes Antiochenus tradit, non è cœlo cecidisse Palladium, sed Asiũ quendam mathematicum id admirabili horoscopia fecisse, ut scilicet ea urbs foret inexpugnabilis, neq; unquam capere etur, in qua custodiretur. Hoc donasse Troi Apollodorus scribit. Ilum, condito Ilio, secutum bouem, ac precatũ fuisse, ut prodigium uideret, iamq; tum cecidisse Palladiũ, longum tres cubitos, pedibus incedens, dextra hastam tenẽs, sinistra fusum, & colum. Duo Palladia cœlo delapsa tradunt, hoc Trotanum, & Athenience. Meminit Herodianus Palladij lib. 1. quod Cõmodi temporibus templo Vestæ ardente, uirgines uestales in regiam per uiam sacram transtulerunt. Plura de Palladio qui caput cognoscere, legat commentarios nostros in 2. & 3. Aeneidos.

Nepos.] Cæsar prognatus ex posteris Aeneæ, & Iuli.

B Sede priori.] Vbi prius coluistis urbem, Troiam.

Grata uice.] Inuicem excitaturi & condituri sunt Romani urbes in Phrygia, ut Iulienses cõdiderunt in Italia.

Romana Perga.] arces, quas Romani tui sunt ædificaturi.

Vela d. Coris] Secundis uentis dedit uela Rhodum. Est autem Corus, qui & Argestes, ab Occasu æstuo spirat, oppositus Vulturno. Planè secundus est Corus petenti è Troade Rhodum. Solato portu præternauigauit potentissima Asiæ regna eaq; maritima, Phrygiam, Lydiam, Ioniam, & Cariam obiectam Rhodo Appianus item author est, Cæsarem, cognita Pompeij fuga in Aegyptum, Rhodum peruenisse, neq; ulterius, inquit, expectato exercitu, qui ad eum per partes accedebat, Castij, & Rhodiorum triennalibus assumptis, cum præsentibus duntaxat classem ingressus est: neque ulli patefacto itinere, circa ueſperam cursum mouet, reliquis gubernatoribus, ut classis suæ signum per diem sequerentur, admonitis. Gubernatori autem proprio, cùm iam à littore longè abesset, Alexandriam uersus uela iubet exponere. Sed Cæsar ipse in Commentarijs, paucos dies, inquit, in Asia moratus, cum audisset Pompeium Cypri uisum, coniectans eũ in Aegyptum iter habere, propter necessitudines regni, reliquasq; eius loci oportunitates, cum legionibus, una quam ex Thessalia se sequi iusserat, & altera, quam ex Achaia à Fusio legato euocauerat, equitibusq; octingentis, & nauibus longis Rhodijs decem, & Asiaticis paucis, Alexandriam peruenit. Hæc Cæsar. Septima nox.] Appianus tribus diebus pelago profectum, eum Alexandriam peruenisse tradit. Pharijs flammis.] Pharos quondam insula longa quidem, sed parua cõtra ostia Nili, hodie continenti iuncta, quæ portum Alexandriæ efficiat. Pharon dictam uolunt, à Pharo nauclero Menelai, ibi sepulto, cum aspide illic esset interemptus. In hac insula ingẽs turris in scopulo erecta stabat, albo lapide 800. talentis, à Ptolemæo Philadelpho opera Sostrati Cnidij architecti amici Alexandrinorum posita propter nautarum, & nauigantium salutem, φουρίκ φάρ & dicta. uel ut alij dicunt φουρία φάρ &. Ab hac Pharo turri, omnes machinas in portubus, unde ignes noctu erigũtur nautis, Pharos dici, author est Solinus. Ad eas faces nautæ cursum noctu dirigere solent. Papinius.

Lumina nocliuagæ tollit Pharus æmula Lunæ. "

Sunt, qui Pharon, quasi φάενον, dictam putent, quasi lucidum, quod procul in mari luceat. In hac insula Alexander urbem cõdere statuerat, sed quia magnæ urbis capax erat, in continenti eam posuit, quam de suo nomine Alexandriam dixit. Quàm tutas in. sq.] portum Alexandrinum. Portus à maris sæuitia tutus est, & quietus. Hinc in prouerbium abijt, In portu nauigare, pro, defunctum esse periculo. Vbi plena tumul. lis.] Alexandriæ, inquit Cæsar. de Pompeij morte cognouit. Atq; ubi primum è naui egrediens, clamorem militum audit, quos rex in oppido præsidij causſa reliquerat, & concursum ad se fieri uidet, quod fasces anteferrentur. In hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui prædicabat. Appianus tãtum scribit, Cæsarem eo loco benignè receptum fuisse cum rex moram circa Casium ad hue ageret. Dubijs regnis.] Periculosis, incertis, & lubricæ fidei hominibus.

Dira dona re.] Caput Pompeij, & eius annulũ, in quo insigne Pompeij insculptum erat. Leo ξιφήρης, id est, gladium gestans. Colla Mag.] Caput Pompeij figuratè.

Satelles.] Achillas, uel, (ut quibusdam placet) Theodorus Chius, pædagogus Regis Ptolemæi, qui postea à Cassio in crucem sublatus fuit in Asia.

Terrarum.] Achillas offert Cæsari Pompeij caput, commendatiq; munus à donatore Rege, & à suo officio, à quo interemptus fuerat. Exordio beneuolentiã captat à persona Cæsaris, cũ eũ domitorẽ maximũ mundi, et Po. Romani uocat. Pellæus rex.] Periphrasis Ptolemæi. rex Alexãdrinus, Aegypti ductũ antonomasia, à Patria Alexãdri conditoris Alexandriæ urbis Pella enim Macedoniæ urbs est,

Terrarum domitor Romanæ maximæ gentis
Et, quod adhuc nescis genero secure perempto,
Rex tibi Pellæus terræ, pelagiq; labores
Donat, & Emathijs, quod solum defuit, armis
Exhibet, absenti bellum Ciuile peractum est.
Thessalicas quærens b Magnus reparare ruinas
Ense iacet nostro, tanto te pignore Cæsar
Eminus, hoc tecũ percussum est sanguine fœdus.
Accipe regna Phari nullo quæsita cruore,
Accipe Niliaci ius iurgitis, accipe quicquid
Pro Magni ceruice dares, dignum q; clientem
Castris crede tuis, cui tantum fata licere
In generum uoluere tuum. nec uile putaris
hoc meritum nobis c facili quod cæde peractũ est.
Hospes auitus erat, depulso sceptra parenti
Reddiderat. quid plura feram? tu nomina tanto
Inuenies operi, d uel famam consule mundi.
Si scelus est, plus te nobis debere fateris,
Quod scelus hoc non ipse facis. Sic fatus, e opertũ

in littore maris Agæi, à qua etiã pater eius Philippus, Pellæus à pœtis appellatur. Lucanus in Decimo.

Illic Pellæi proles uesana Philippi.

Fuit & alia Pella in Pyria, alias dicta Apamea, à Macedonibus condita: & Berenice postea uocata. Pellæa gela apud Martialem, pro Macedonico luxu.

Princeps Niliaci raperis Coraſne macelli

Pelleæ prior est

a al. aruis.

b al. Magnus quærens.

c al. facili nobis.

d al. sed.

e al. apertũ.

gloria nulla gulæ.
Pella à conditore nomen sortita creditur,
Abscisti.] tibi Cæsari, citra tuum uel periculum, uel operam.
Thessal.] Narratio plausibilis, & rei accõmoda, ut grata uictori futura. Ense no.] Cõmendat se ab officio scelerato. Clientẽ.] Quasi Cæsaris castra ex sententia sceleratorũ latronũ, ac militũ constarent, ac propter uel ipse Rex, uel Achillas homo nefarius dignus iudicandus esset castris Cæsarianis. Nec uile.] Commẽdat officiũ ab utili, cùm alioquin propter merita eius in patrem suum illi parcere debuisset. Sed tamen, ut Cæsaris rebus studere uideretur, contempto iure hospitali, amicum paternum non ueritus fuit interficere. Depulsu pa.] regno electo Ptolemæo Phitone, qui & Soter cognominatus fuit, pater huius Ptolemæi Dionysij. Sed de Ptolemeis alibi nobis dictum est, & qua factionis fraude regno electus, & restitutus fuerit. Vel famã con.] quo nomine hoc Regis nostri factum appellandum sit, consule famam orbis terrarum, beneficium'ne honestũ, an scelus. Opertum caput.] Caput Pompeij, ait Appianus, ad se delatum, minimè moueri uoluit, uerum sepeliri statim iussit. Tẽplũ quoque perexiguũ ante urbẽ cõdidit, q̃ Indignationis sacrũ appellauit: & quod ætate mea, Traiano Imperatore, Iudæorũ genus in Aegypto de bellantes, ab Iudæis ipsis ad opportunitatẽ belli disiectũ est. Hactenus ille. Valer. Maximus. Vt enim, inquit, Cæsar aspexit, oblitus hostis, soceri uultum induit, ac Pompeio tum proprias, tum filiæ lachrymas reddidit. Caput etiam plurimis, ac pretiosis odoribus cremandum curauit. Ita Valerius Maximus. Hæc uerisimiliora sunt, quã calúmniæ poëtæ, qui suo more affectibus indulget. Damnauit.] Non auersatus fuit, non reiecit, quo minus acciperet.
Hęsit.] Rectè, meo iudicio. Ommbonus, qui rẽ. hæsit, exponit, dubitauit, donec cognosceret, esse Pompeij.
Iam bonus esse.] Præ se ferre, ac præstare ingenium, & naturam soceri boni. ergo generum. Porrò Latini ab huiusmodi loquendi forma abhorrent, ut rara, & inusitata: pro bonum esse socerum, cùm optandi uerbum non antecedat. Non erat Cæsar eo ingenio tyrãnico, ut aliud simularet, aliud in pectore clausum haberet. Pectore lęto.] ob generum iam sublatum.

Non aliter.] Immodicus est poëta in Cæsaris falsis lachrymis perstrimgẽdis, Cæsarie⁊ propter libertatem sublatã passim infestus. Immane meritũ.] Horrendũ, & detestabile Ptolemæi meritum de occiso Põpeio, uel hoc nomine euenit, quod lugeat cæsum. Qua in re, officium sibi non gratum esse ostendit. Quam debere.] Quàm obnoxius esse regi. Qui duro.] à maiori ad minus. Siccis oculis uiderat cædem cruentam Senatorũ in cãpis Thessalicis, non ausus fuit pari oris habitu aspicere caput Pompeij Plutarchus in uita Cæsaris. Cæterùm non multò pòst, inquit, Cæsar in Aegyptum perturbatam proumciã profectus, afferẽtem Pompeij caput, ut scelus execratus est, oculos⁊ ab ipso auertit, gemma uerò Pompeij cùm suscepisset, illa lachrymauit, eius gemmæ signum erat (paulò antè id meminimus) ensifer Leo. Hæc prodidit Plutarchus, Idem author est, Cæsarem de Achilla, & Photino sumpsisse supplicium, M. uerò Brutum, non Cassium, de Theodoto, in Asia.
O' fors.] exclamatio pathetica in Cæsarem, & in miserabilẽ, & fatalem sortẽ Pompeij, Fœdera g.] Pacthos ab affinitate.
Neposq̃.] Nondum natus infans siue nepos, siue neptis fuisset, nisi in abortu perisset unà cum matre.
Tyranni.] Ptolemei regis, à quo interemptus fuit, quod tibi eæ partes fuerint præreptæ. Quæreris.] Alia causa lachrymarum, nec minus sycophantica. Scilicet.] A' causa finali, quare tot maria, & tot terras obeat, nisi, ut gener. O' bene.] Gratulatio ab exclamatione. Romano pu.] Quàm magnam, ait Sulpitius, dedecoris culpam remouit fortuna à Senatu, atq̃ Pompeio, quibus fuisset summum dedecus, si Pompeium Cæsar uita donasset. Sic Sulpitius. Fortassis hæc poëtæ mens est, & sententia. Quod Cæsar hoc decore nomen Romanum non infamarit.

Auferab.] Verba Cæsaris sunt. ad militem regium, caput Põpeij offerẽtem, Offendisti ingratus Pompeium, multò magis me offendisti.

a al. Quin. citra interrog.
b al. nõ iuxtaq̃ fœdera.
c al. adhuc popu.
d al. è iure.
e al. ista per interroga. legunrur.
f al. fine est.
g al. funeste

Non aliter manifesta purans abscondere mentis
Gaudia, quã lachrymis, meritũq̃ immane tyrãni
Destruit, & generi mauult lugere reuulsum,
Quàm debere caput, qui duro membra Senatus
Calcarat uultu, qui siccò lumine campos
Viderat Emathios, uni tibi Magne negare
Non audet gemitus. O' fors durissima fati
Huccine tu Cæsar scelerato Marte petisti?
Qui a tibi flendus erat? non mista b fœdera tangũt
Te generis? nec nata iubet mœrere, neposq̃?
Credis apud c populos Pompeij nomen amantes
Hoc castris prodesse tuis? forsan esse tyranni
Tangeris inuidia, captiq̃ in uiscera Magni
Hoc alijs licuisse doles, quæreris q̃ perisse
Vindictam belli, raptum q̃ ex d iure superbi
Victoris generum. quisquis te flere cogit
Impetus, à uera longè pietate recessit.
Scilicet hoc animo terras, atq̃ æquora lustras,
Nec suppressus pereat gener? eõ bene rapta est
Arbitrio mors ista tuo, quàm magna remisit
Crimina Romano tristis fortuna pudori.
Quod te non passa est: misereri perfida Magni
Viuentis, nec non his fallere uocibus audes.
Acquiris q̃ fidem simulati fronte doloris.

Auferab aspectu nostro g funesta satelles
Regis dona tui, peius de Cæsare uestrum,
Quàm de Pompeio meruit scelus, unica belli

A offendisti scelerate miles. Vnica præmia.] *Id quod Cæsar posteà deuictis inimicis præstitit. Qua ex clementia maiorem laudem, & gloriam fuit consequutus, quam ex tot anteactis uictoriis.* Quod si pha.] *Quod si nõ essent inimicitiæ, inter regem, & sororem Cleopatram, donũ dono penſare potuissem, & pro Pompeij capite ſororis adamatæ remittere.*

Tuũ cap.] *Auersio ad Cleopatram. Hinc colligere rex potest,*

Præmia ciuilis, uictis donare salutem,
Perdidimus, quod si Pharios germana tyranno
Non inuisa foret, potuissem reddere regi
Quod meruit, fratrisq; tuum pro munere tali
Misissem Cleopatra caput. secreta quid arma
Mouit, & inseruit nostro sua tela labori?
Ergo in Thessalicis Pellæo fecimus *a* armis
Ius gladio? uestris quæsita licentia regnis?
Non tuleram *b* Magno mecũ Romana regentem,
Te Ptolemææ feram? frustra ciuilibus armis
Miscuimus gentes, si qua est hoc orbe potestas
Altera, quàm Cæsar. si tellus ulla duorum est,
Vertisse Latias *c* nostro littore proras,
Famæ cura uetat *d*, ne non damnasse cruentam,
Sed uidear timuisse Pharon, sed fallere *e* uos me
Credite uictorem, nobis quoq; tale paratum
Littoris hospitium *f* est, ne sic mea colla gerantur,
Thessaliæ fortuna facit. maiore profectò
Quàm metui poterat, discrimine gessimus arma.

sem iut gladij, hoc est, potestatẽ interficiendi generum meum Pompeium. Pellæo.] *Alexandrino, & Aegyptio regi. Eáne licentia quæsita est, & fa-* a al. arnis. *cta uestro regno? Quasi dicat, minimè* b al. Magnũ *uerò.* Non tul.] *Ab exẽplo maiori ad minus argumentum.*

Si tellus ulla duorum est.] *Si ullum regnũ patitur duos principes, aut reges.* c al. nec. d al. uosmet.

Vertisse m.] *Auertisse meam, classem à uestro regno & terram crudelem auertisse fuissem, sed huc appuli, ne uidear approbasse uestrum scelus, & ausum temerarium, ut consulerem famæ meæ.* e al. deest est

B Nostro lab.] *nostris bellis Ciuilibus se nulla cum gratia immiscuit, quasi uerò in Pharsalica uictoria regi fecis-*

Exilium.] *Reddit ea discrimina maiora, quibus bellum gesit. Victum hæc secuta fuissent, ut exulatum abiret, fugisset minas, & persecutionẽ Pompeij, urbis Romæ inimicitias, et nunc periculũ imminens à Ptolemæo.* Parcimus annis.] *Pueritiæ, seu adolescẽtiæ regis Ptolemæi.* Donamusq;.] *Simplex pro composito. Condono illi perpetratũ scelus, uel propter ætatẽ, uel quod alieno cõsilio sit admissum.* Vos condite.] *Ex Valerio Maximo ostendimus, Cæsarem curasse, ut caput Pompeij multis pretiosis odoribus cremaretur.* Sparsis manibus.] *Diuisis corporis partibus. Alio loco dictum est, ubi cineres Pompeij fuerunt conditi. Nunc imperat Cæsar, ut corporis ci-*

Exilium, generiq; minas, Romamq; timebam:
Pœna fugæ Ptolemæus erat, sed parcimus annis,
Donamusq; nefas, sciat hac pro cæde tyrannus
Nil uenia plus posse dari. uos condite busto
Tanti colla Ducis, sed non ut crimina tantùm
Vestra tegat tellus, iusto date thura sepulchro,
Et placate caput, cineresq; in littore fusos
Colligite, atq; unam sparsis date manibus urnam.
Sentiat aduentum soceri, uocesq; quærentis
Audiat umbra pias. dum nobis omnia præfert,
Dum uitam Pharios mauult debere clienti,
Læta dies rapta est populis, concordia mundo
Nostra perit, caruere Deis mea uota secundis,
Vtte *g* complexus, positis fœlicibus armis,
Affectus abste uteres, uitamq; rogarem
Magne tuam, dignaq; satis mercede laborum
Contentus, g par esse tibi, tunc pace fideri
Fecissem, ut uictus posses ignoscere Diuis,
Fecisses, ut Roma mihi, nec talia fatus
Inuenit fletus *h* comitum, nec turba quærenti
Credidit, abscondunt gemitus, & pectora læta
Fronte tegũt, hilaresq; nefas spectare cruentum,
O bona libertas, cum Cæsar lugeat, audent.

nerent collectos, & capitis, in unam urnam colligant, & ita condant. Aduentum.] *Aduentum meũ: quasi sensus aliquis huius officij funebris ad mortuum perueniat.*

Pharios cli.] *Ptolemæo puero, cui Pompeius mortuo patre, à Senatu P. R. tutor regni datus fuerat.*

Secundis Deis.] *fauentibus dijs qui optarim cõcordiam inter nos aliquando coituram.* Vt Roma mihi.] *Ignouisses pete mihi, quod induissem arma.* f al. uitæ comp. g al. cõtem ptus. h al. comitem.

Turba.] *Satellitum, qui ad Cæsarem cum capite missi fuerant.*

O bona.] *Exclamatio ironica. cũ quiduis potius fuerit, quàm libertas. Quænam libertas fuit, quod hilares animo ausi fuerint cruentum caput aspicere?*

FINIS LIBRI NONI.

M. ANNEI. LVCANI CORDVBENSIS POETÆ CLARISSIMI, DE BELLO CIVILI, LIBER DECIMVS.

CVM COMMENTARIIS ACEXPLANATIONIBUS eruditissimis D. LAMBERTI HORTENSII MONTFORTII.

ARGVMENTVM IN DECIMVM LIBRVM M. Annei Lucani, per SVEPITIVM.

INtrepidè Decimo victor, per templa uagatus
Admittit regem, Cleopatraq; supplicat ipsi.
Pax fit, & immenso celebrant conuiuia sumptu.
Ostentanturq; opes. consultus Achoreus ortus
Nile tuos aperit, cursusq; Photinus Achillam
Ductorem in Latium mittit, quí pugnat ab alta
Obsessus cum rege domo, noctuq; per æquor
Classe Pharon uectus, metuens se immittit in undas.

VT primum terras.] Ordine historiarũ prosequitur poëta. Cæsar. lib. 3. de bell. Ciuili Sed Cæsar confisus fama rerum gestarum inquit, infirmis auxilijs profici non dubitauerat, atq; omnẽ sibi locum tutum fore existimabat. Alexandriæ de Pompeij morte cognoscit, atq; ibi primũ è naui egrediens, clamorẽ militũ audit, quos rex in oppido p̃sidij caussa reliquerat, & cõcursum ad se fieri uidet, quod fasces anteferrẽtur, in hoc omnis multitudo maiestatem regiã minui p̃dicabat. Hoc sedato tumultu, crebræ continuis diebus ex concursu multitudinis concitationes fiebant, cõpluresq; milites huius urbis omnibus partibus interficiebãtur. Quib. rebus animaduersis, legiones sibi alias, ex Asia adduci iussit, quas ex Põpeianis militibus cõfecerat. Ipse enim necessario Etesijs tenebatur, qui Alexandria nauiganti. bus sunt aduersissimi uenti. Interim cõtrouersias Regum ad P R. & ad se, quod esset Consul, pertinere existimãs, atq; eo magis officio suo cõuenire, quod superiore Consulatu, cũ patre Ptolemæo, & lege, & Senatusconsulto societas esset facta, ostendit sibi placere, Regem Ptolemæũ, atq; sororem eius Cleopatram, exercitus, quos haberẽt dimittere, & de cõtrouersijs iure apud se potiũ, quã inter se armis disceptare. Diras arenas] Litus Aegyptiũ execrandũ propter cædẽ Pompeij. Regnũ La.] Regnũ Aegypti, à Lago patre primi Ptolemæi. Victoris.] ex æquo & Cæsarẽ interficerent Aegyptij, ut Pompeiũ sustulerant. Memphi.] gladius Aegyptiorũ, quo Pompeiũ interemerant. Tuprof.] Auersio ad Põpeiũ, cuius manes inquit effecere, ne simili occũberet Cæsar. Tuo exemplo monitus, cauit maturè ne in easdẽ insidias incideret.

VT primum terras Pompeij colla secutus
Attigit, & diras calcauit Cæsar arenas,
Pugnauit fortuna Ducis, fatũq; nocentis
Aegypti, regnũq; Lagi Romana sub arma
Iret, an eriperet mundo Memphiticus ensis
Victoris, uictiq; caput. tua profuit umbra
Magne, tui socerum capuere à sanguine manes,
Nec a populus post te Nilum Romanus haberet.
Inde Paretoniam fertur securus in urbem
Pignore tãm sæui sceleris sua signa secutus.
Sed fremitu uulgi fasces, & iura quærentis
Inferri Romana suis, discordia sensit
Pectora, & ancipites animos, Magnumq; perisse
Non sibi. b tunc uultu semper celante timorem
Intrepidus superũm sedes, & templa uetusti
Numinis d, antiquas Macedũm testantia uires,
Circuit. & nulla e capitur dulcedine rerum,
Non auro, cultuq; Deũm, non mœnibus urbis,
Effossum tumulis, cupidè descendit in antrum.

Nec po.] Sulpit exponit, ne uniuersus exercitus tecũ perimeretur. Badius duas causas refert, cur Põpeij umbra, & manes Cæsari profuerint, ac à sanguine prohibuerint: alterã, inquit Glarean. quod per Pompeij mortẽ Aegyptus facta sit Senatui hostis, ideoq; coactã esse eam Cæsari parcere, alioqui occisurã: alterã, quæ & Sulpitio uisa est, Cæsarẽ cõspecta in generũ fraude, eò facilius sibi cauisse, ac deinde poëtam inferre, Ne populus post te Ni-

a al. Ne.
b al. tum uultu.
c al. pauores.
d al. Nominis.
e al. captus.

A te Nilum Romanus haberet. *De priori Badij ratione uallde hæsito. Vix enim credo ad Ptolemæũ, uel suos hoc respexisse, sed omnino uoluisse nationẽ exoneratã ab exteris armis, & apud uictorem quæsisse gratiã. Sed hæc non sunt tanti. Proximo inde carmine Alexandriam urbẽ Parætoniam uocat, satis longè petito epitheto, sed hoc nonnunquam & alij poëtæ sibi concedunt. Hæc Glareanus.*

In urbem Parætoniam.] *Alexandriam petit. Sic tribus diebus, ait Appianus, pelago profectus. Alexandriam peruenit. Eò loci à regijs ministris benignè receptus est, cùm rex morã circa Casiũ adhuc ageret. Ac primũ quidẽ ociositatem, (quod poëta, Securum uocat) quandã ob assistentium paucitatem simulare cœpit: nam ad eum accedentes perhumanè excipiebat: & urbem circũactus, pulchritudinem eius admirati, uisus: & disputantibus Philosophis in multitudine præsens astitit. Quibus ex rebus gratiam apud Alexãdrinos, ueluti à negotijs omnibus solutus sibi comparauit.* Sed fremitu uulgi.] *propter faces, ut ostendit Cæsar, qui ante eum ferebantur, quod in ea re maiestas regia uideretur minui: & ipse Lucanus*

B *poëta id non dissimulat.* Discordia pecto.] *ob maiestatem regiam uel læsam, uel imminutam.* Superũ sed.] *Templa deorum Aegyptiorum, sed in primis Isidis, de qua fusissimè alibi relatum est.* Effosuum tumulis.] *Sed immisit sepulchrum Alexandri in primis, & regũ conditoria. Ptolemæus Lagus cui Aegyptus cessit è Babylone corpus Alexãdri Memphim portauit, ibiq; sepeliuit, & postea Alexandriam transtulit. De Alexandria aliqua dicuntur. Dinocrates Architectus, in eius cõditione, memorabili ingenio eam metatus fuit 15. milium passuum laxitate inserta, ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe girato lacinioſam, dextra, læuaq;, anguloso procursu. Ferunt ad urbis figurationem, cùm terra alba deesset, in nigri campi planicie, farinam fuisse pro sulco insparsam, ad quam diripiendam cùm plurima aduolassent aues, cæteris malè augurantibus, augures feracitatem, & opulentiam urbis, quæ plurimos esset mortales alitura, auspicatissimo auiũ uolatu, portendi interpretati sunt. Cæterũ Chaldæi Aegyptijq; corpus Alexandri post septimum, quàm mortuus esset, diem, incorruptum sepeliuerant, & more gentis suæ procurarant, qui tacita religione tacti, ab initio uix manus suas admouere ausi fuerant, eum reuiriti, ceu regem adhuc spiritum uitalem ducentem. Deinde precati fuerant, ut ius, fasq; esset mortalibus, eum attrectare: simul corpus purgarant, odoribus refertum aureo solio, cum eius fortunæ insignibus locarant. In hoc conditoriũ descendit Cæsar, ut tanti regis corpus, & magnificentiam sepulti corpus uideret.*

Illic Pellæi.] *Expatiatur ab historiæ serie, in gesta Alexandri tragica, ut hac copia exornet, dilateq; narrationem. Philippi Macedonum regis filius. Alexandri periphrasis. De Pella paulò antè dictũ est.*

Illic Pellei proles uesana Philippi
Fœlix prædo iacet terrarum, uindice fato
Raptus, sacratis totum spargenda per orbem
Membra uiri posuere adytis, fortuna pepercit
Manibus & regni durauit ad ultima a fatum.
Nam sibi libertas unquam si redderet orbem,
Ludibrio seruatus erat, non utile mundo
Aeditus exemplum, terras tot posse sub uno
Esse uiro. b Macedũm finis, latebrasq; suorum
Deseruit, c uictasq; patri despexit Athenas,
Perq; Asiæ populos, satis urgentibus actus,
Humana cum strage ruit, gladiumq; per omnes
Exegit gentes, ignotos miscuit amnes
Persarum Euphraten, Indorum sanguine Gãgen.
Terrarum fatale malum, flumenq; quod omnes
Percuteret populos d pariter, & fidus iniquum
Gentibus, Oceano classes inferre parabat
Exteriore mari. non illi flamma, nec undæ
Non e sterilis Libye, nec Syrticus obstitit Hãmõ.
Isset in Occasus, mundi deuexa secutus,
Ambisset polos. Nilumq; à fonte bibisset,
Occurrit suprema dies, naturaq; solum
Hunc potuit finem uesano ponere regi.

Fœlix.] *In bellis fœlix erat. Prædabatur, euertebat totã Asiam, & uastabat totum regnum Persarũ.* Fato uindice.] C *Morte immatura uindice iniuriarũ, ac tot uictoriarum raptus è medio: hoc est, mortuus fuit, & Alexãder in splendido conditorio sepultus fuit à Ptolemæo primo uno Dueum, cuius ossa alioqui per totam Asiam dispargenda fuissent, quod omnibus regnis ex æquo grauis, et exitialis fuisset. Extinctus fuit Babylone. Multa prodigia eius mortem antecedebant, quare omnes Deos, iuxta & homines suspectos habere cœperat, maximè Antipatrum, eius filium Cassandrum, crimibus arreptum parieti affixerat. Intuitus fuerat barbaros regem adorantes, quare adolescens cachinno abstinere non potuerat. Alexãder interim plures dies sacris operatus, ut prodigia, quæ facta fuerant, procuraret, essetq; iam sacrificulis addictus, cum XIIII. Cal. Quintiles, diem nocti potando cõtinuasset: Herculis poculo nondum epoto, in somnum incidit. Cæterum, de caussa eius mortis uariæ sunt opiniones. Aristobolus tradit, eum seuitia febris siti accẽsum fuisse, & uino epoto, mente alienatum fuisse, ac pridie Calen. Iulij diem obiisse. Extiterũt rursum, qui tradiderint, illi ab Iolla regio Pincerna uenenum datum. Erat donis Cassandri frater: quod cùm Olympias Alexandri mater sexto anno post resciuisset, Iollæ ossa (nam ipse interea perierat) in ultionem filij diffi pauerit. Erat autem uenenũ, aqua gelidissima, quæ ex Nonacriæ petra in Arcadia exudabat, quæ in morem tenuissimi roris collecta, ungula equina excipiebatur, cæteris uasarum generibus nimio frigore fatiscentibus. Credunt quidẽ Aristotelẽ non ignarũ fuisse eius consilij, ut qui Antipatro transmittendi in Assyriam uenenirationem ostẽderit. Nulla certè uenenia argumenta in toto eius corpore extiterunt. Perijt natus annos triginta tres. Atque ita Alexander à nullo unquam mortalium uictus, uel ueneno suorum, uel fatali necessitate uictus fuit.*

a al. fatum
b al. Macenenum datum. Erat don.
c al. uictas patri.
d al. paritẽr populos.
e al. Nec.

Ad fatum regni.] *Ad euersionem regni Aegyptij, uel interitum ultimi regis Aegyptiorum.* Nam sibi.] *Si orbis unquam suæ libertati restitueretur, ad uisum, & ludibrium cineres seruati fuissent.* Non utile ex.] *Pessimo exemplo unus homo tot regna subegit, & sub ius,*

imperium q; suũ coẽgit. Quod Cæsar postea imitatus, & alij, iure diuino, & humano cõfuso omnia permiscuerũt. Quin & Alexãder Græciã, & Athenas à patre Philippo victas contempsit, nec imperium amplum relictum, illi sat magnum uisum fuit. Miscuit am.] *turbauit bellis amnes Asiæ, & regna, per quæ labũtur. Ignotos Græciæ propemodum propter distantiam. De Euphrate, & Gange fluminibus alibi dictum est.* Fulmeo.] *pestis, & euersio Asiæ. Sidus iniquum, eum uocat, quod ut sidera malè posita sunt quibusdam mortalibus, sub quibus ponuntur, & quorum constellatione uel fœlices sunt, aut infœlices, sic ille pestilens sidus terris fuit.* Oceano.] *Secundo flumine intrare Oceanum parabat, &, ut fama, ut nouum mundum quæreret. Vnus Pellæo iuueni nõ sufficit orbis, inquit Satyr. Etenim Pashalia gente relicta. Alexãder ad insulam medio flumine suam admouit classem, ubi duces fluuialis nauigationis incautius asseruatos infœliciter amisit. Gubernatores tamen nihilo segnius iussi fuerunt ulterius tendere. Sed quia locorum, & gentium ignari erant, & classes ad 400 stadia iam progressa sine ducibus aura cœpta sentiri fuit. Ibi circa fluuium homines quidam agrestes capti, rogabantur, quãtum adhuc à mari distarent, hoc responsi reddiderunt, non satis compertum se habere, quid de mari dicerent, Sed scire se hoc unum, ad trium dierum nauigationem uastitatem immensam salsarum aquarum iacere. Quibus uerbis Oceanum significari omnes intelligebant. Triduo nauigando inde perseueratum fuit. Tum demum mare sentire cœptum fuit. Classe ad proximam insulam appulsa res noua, ac primum uisa Macedonas perculit. Nam subitus Oceani æstus omnem terræ aspectum oculis ademit. Magno impetu, tanquam torrentis alicuius naues transuersæ agebantur. Huius rei ignari, à tertia hora diei usque ad meridiem iactati fuerunt. Sed postquam dies melinari cœpit, æstus reciprocatione classis in sicco destituta fuit, sed aliæ naues alio statu. Nam hæ in proram, illæ in puppim illisæ stabant, & aliæ in latera disiectæ erant. Ibi fœda colluctatione diu orta, ubi reciprocus æstus ex Oceano se recepit, tum demum Oceani uicissitudini ignari, posito metu, animos receperunt. Alexander cum paucis nauibus ad ostiũ fluminis progressus ad CCCC. stadia in Oceanum enauigauit. Tum demum uoti compos factus, sacrificio locorum Dijs, & undarum facto, ad classem redijt.*

Exteriore mari.] *Oceano Indico, qui ambit terras ad meridiem.* Flamma.] *æstus Solis immoderatus sub torrida Zona. Non remoratus fuit eius expeditionem ullus locus, aut regio, quamuis calida, aut sterilis, quò minus penetraret, ac perlustraret. Syrticum Hammonem appellat, epitheticè, quod in Libya contra Syrtes situs sit inter Cyrenas, ut quidem uolunt.* Isset in Occasus.] *Iuiss. transisset in Italiam, & in Hispaniam, quæ Occidentales extremæ sunt regiones, si longior uita superfuisset.*

Ambissetq;.] *Arctiũ, Septentrionalẽ, et Austrinũ Antarcticum, & totũ orbẽ sub ius suũ redegisset.* Nilũq;.] *hoc est, è fontibus Nili bibisset, unde Nilus oritur, in extrema Africa, ut alio loco memoratum est, postea suo loco dicetur. Atq; hoc satis prodit, quos populos dicat, uersus Polũ Antarcticũ, Aethiopas, Aethiopagos, Aethiopas, & si q; sunt ulterius ad Antipodas.* Finẽ.] *metã expeditionũ suarũ.*

Qui secum.] *Quo odio suorum, & Asiaticarum gentium tantum imperium fuerat consecutus, per alias atq; alias conspirationes, eodẽ odio non amisit solũ quæsita multo sanguine tot regna, uerumetiam ueneno sublatus à suis fuit.* Nullo hærede.] *Enimuerò Alexãdro nondum sepulto, cœptum fuit inter Duces ambigi, quis tanto Imperio dignus esset, in successione. Erant, qui censerent Herculi, quẽ ex Barsine cõceperat, regnũ asseruandũ esse quoad pupillares annos esset. Alij Roxanes partum expectãdum dixêre, quæ prægnans ex eo relicta fuerat.*

Nonnulli Perdiccæ præfecto equitum regnum decernebant, cum Alexander oculis requisito moriens annulum suum, quo imperij res obsignabat, tradiderat. Erant, qui regni administratio-

a al. posidet orbem.

b al. Arcto.

c al. zephyrosq;.

d al. Latio.

e al. Ptolemaida.

Qui secum impatidia, qua totum cœperat a orbem,
Abstulit imperium, nullo q; hærede relicto
Totius fati lacerandas præbuit urbes.
Sed cecidit Babylone sua, Partho q; uerendus,
Proh pudor, Eoi propius timuere sarissas,
Quã nũc pila timẽt populi, licet usq; sub b Arctõ
Regnemus, c zephyrisq; domos terras q; premmaus
Flagrantis post terga Noti, cedamus in ortus
Arsacidum domino, non fœlix Parthia Crassis
Exiguæ secura fuit prouincia Pellæ.
Iam Pelusiaco ueniens à gurgite Nili
Rex puer, imbellis populi sedauerat iras,
Obside quo pacis Pellæa tutus in aula
Cæsar erat, cum se parua Cleopatra biremi
Corrupto Custo Phari laxare cathenas.
Innuit Emathijs ignaro Cæsare tectis.
Dedecus Aegypti d Latij feralis Erinnys,
Romano non casta malo, quãtum impulit Argos,
Italicas q; domos facie Spartana nocenti,
Hesperios auxit, tantum Cleopatra furores.
Terruit illa suo, si fas, Capitolia sistro,
Et Romana petit imbelli signa Canopo,
Cæsare captiuo Pharios dictura triumphos.
Leucadio q; fuit dubius sub gurgite casus,
An mundum ne nostra quidem matrona teneret.
Hoc animi nox illa dedit, quæ prima cubili
Miscuit incestam Ducibus e Ptolemaida nostris.

tionem ad ipsos Duces reijcerent, qui de summa rei circa Alexandri sellam, in medium consuluerent. Sed cum in uarijs uoluntatibus omnes regem uellent, Alexandri frater ex Philippo, & Thessala matre prognatus Aridæs rex declaratus est: ut gratior militibus esset, Philippus, pro Arideo est appellatus.

Lacerandas.] *Nam Imperij administratio ita inter Duces diuisa fuit, ut alij alias pro uincias præsidio obtinerẽt. Ptolemæus Arabiam, Aegypium, & Africæ gentes obtinuit. Philotæ Cilicia data est. Syria & Phœnicia Laomedonti Mitylenæo. Antigono maior Phrygia cessit. Lycia, & Pamphilia, Learcho. Cassandro, Caria. Lydia Menandro Hellespontus cum minori Phrygia Leonato obuenit. Eumenes Cappadociam cum Paphla-*

A Paphlagonia sortiu⁹ fuit. Platon Mediam. Thraces Lysimachus, & cũ his Ponticas gentes, Thraciæ finitimas gentes. Parapamenos, et cardines Caucasi mõtis Axiarches tenuit. Dracas Statanor. Amyntas Bactrianos. Nicanor Parthos. Philippus Hyrcanos. Phartapharnes, Armenios. Neoptolemus Persas. Peucestes Babylonios. Archelaus Mesopotamiã. Græciæ et Macedoniæ regnũ Antipater prouinciã haberet, ut antea Fuerũt olij, qui aliarũ ius gentiũ obtinuerunt, uti ab Alexãdro rege antea obtinuerint. Decretũ ad hæc fuit, ut Perdicas cũ rege esset, & cũ ijs copijs proficisceretur, quæ assiduè cũ rege fuissent. Seleucus in castris tribunus esset. Cassander, cuius paulò antè memini, Antipatri filius, regis stipatorib, præsideret. Meleager Perdicæ opera in seditione perijt. Illa ab initio mota fuerat. Ad hũc modũ non urbes tantũ, sed regnũ tam uastũ Alexandri laceratũ fuit. Sed cecid. Bab.] Babylone enim perijt ueneno. Partho⁹q; ue.] hoc est, Partis formidabilis: quos Romani suis pilis nec domare, nec superare postea potuerunt, illis ipsis suis sarissis formidabilis erat Alexãder. Proh pudor.] exclamatio per indignationẽ,

B quod Parthi magis formidarũt Alexandrũ, quã potentiã P.R. Sunt aũt Sarissæ longissimæ Macedonũ hastæ: & in ea significatione & Liuius utitur. Vegetius lib. 3. cap. 24. longissimos cõtos appellat. Quàm nunc pila.] hastas P.R. signũ pro signato. Vtebãtur Romani pilis in prælio. Erat autem pilum (ut initio monuimus) hastile pedum quinq;, & semis, ferro trigonali figura unciarũ nouẽ præfixo. Accipitur simpliciter pro telis Ro. ut gesta erãt Gallorum, Sarissæ Macedonũ. Hinc primipilus: & hastæ præpilatæ, hoc est præferrata pila. Est & pilũ instrumẽtum, quo quidpiã in mortario teritur. Licet usq.] Quamuis Imperium Romanũ in Septentrionem, & excurrit latissimè.

Domino Arsa.] Parthorũ regi, cum quo infœliciter dimicauimus. Exempla sunt Crassi pater cum filio.

Exiguæ Pellæ.] Macedonia secura fuit à Parthorũ sæuitia. Contemptim prouinciam uocat P.R. quo in prouinciæ formam redacta fuerat, quæ adeò Parthis per Alexandrũ fuissent formidabilis. Pellæ.] pars pro toto synecdochicè. Iam Pelusiaco.] ad historiam reuertitur. Ostendimus paulo antè, Cæsari placuisse, ut exercitu di-

C misso, rex & Cleopatra corã se, ut Consule Romano causam disceptarent potius, quàm armis inter se contenderent. In testamento patris Ptolemæi hæredes erant scripti, ex duobus filijs maior, & ex duabus sororibus quæ ætate antecedebat. Per omnes Deos, per q; omnia fœdera, quæ Romæ fecisset, eodem testamento Ptolemæus P. R. obtestabatur. Tabulæ testamenti, unæ per legatos eius Romam fuerant allatæ, ut in ærario ponerentur: eæ cum propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompeiũ fuerãt depositæ. Alteræ eodem exemplo relictæ, atq; obsignatæ Alexandriæ proferebantur.

Imbellis po.se] tumultum composuerat, uel propter fascis, ut dictum est, uel, ut Appianus ait, quod de Achilla, & Photino, ob cædem Pompeij, supplicium sumpsissent.

Decus Aegypti.] Rursum per occasionem in libidinẽ Cæsaris, & Antonij digreditur, ut turpidinem ex ea mollitie exprobret Romanis. Atque hanc exemplo Helenæ, & Paridis amplificat. Obside quo.] Rege præsenti satis tutus Cæsar ab iniuria inimicorum esse uidebatur.

Emathijs tectis.] Cæsarianis, sed longe nimis petito epitheto, ne quid dicam, nimis inepitè. Sua sponte uenit in ædes Cæsaris, ipso nesciente. Cæterùm, quid placuerat Cæsari, de dimittendis exercitibus, & ut coram controuersijs disceptarent, paulò antè ex Cæsare annotauimus.

Quantum impulit.] Amplificatio dedecoris ab exemplo maiori Helenes, propter quam Troia fuit excisa.

Latio feral.] Alluſit ad illud Verg. de Helena. Troiæ, & patriæ communis Erinnijs. Furia, & euersio Latij.

Quantum nu.] Ab exemplo maiori. Spartanam Helenam signat, propter quam tota Græcia ad arma conjurexit. Per Argos, à parte totam Græciam intelligit, quæ bellum Priamo mouit. Tres Argi fuerunt, Achaicum Argos, Amphilochicum, & Thessalicum, siue Pelasgicum. Fuerunt & aliæ ciuitates hoc nomine. Est & Argos, quædam Græciæ pars. Omnis ora littoralis dicebatur Argos. Qum & in Italia Argos fuit à Diomede conditum, Argi post. Argyrippa dictum.

Hesperios fu.] Italicos Romanorum Ducum libidinem insanam, Antonij maximè post Cæsarem. Possumus & furores intelligere bellum propter eam, inter Antonium, & Augustum constatum. Terruit Capito. Sistro.] uice tubæ, Sistri usus fuit Aegyptijs. Est autem sistrum Aegyptiorũ cornu, quo utebantur in sacris Isidis arguto, & canoro. Ab hoc sistro, Aegyptij sistrati uocãtur. Imbelli Cano.] Cum imbellibus Aegyptijs intulit bellũ Cæsari Augusto, qui si uicisset, in triumphũ ductura fuisset.

Sub gur. Leu.] Ad Actiũ, ubi nauali prælio congressi fuerant. Leucas insula est in sinu Ambracio, cõtra Epirũ, Neritus olim dictũ oppidũ in insula accolarũ opere à cõtinẽti abscissa. Leucates mõs, siue promõtoriũ Epiri, quod in mare excurrit, à saxo albo dictũ λευκὸς αἰθὴ. In hoc erat templũ Apollinis, q inde Leucadius Apollo dictus fuit. Ne nost.] Romana. Miscuit Ptol.] miscuit Cleopatrã Ptolemæi filiã Ducib. Ro. Cæsari, & Antonio postea.

Quis tibi uesani ueniam.] Exclamatio poëtæ per auersionem in turpem libidinem Cæsaris, qui in medio belli ardore luxui, ac uoluptati indulsit, præcipuè cùm inter medios hostes fuos uersaretur, qui generum suũ Pompeiũ occiderant. Ab exemplo maiori. Si Cæsar hoc sibi permisit in armis, cur non Antonius in otio? Aula.] à loco. Partus.] filium, quem ex Cleopatra suscepit, quem à Cæsaris nomine uocauit. Inter hæc, ait Appianus, per nouem menses commoratus, tandem Cleopatram fratris loco Aegypti regnum iussit obtinere. Obscœna de matre dedit.] De Cleopatra Aegyptia, & barbara muliere,

Quis tibi uesani ueniam non donet amoris
Antoni? a dirum cum Cæsaris hauserit ignes
Pectus, & in media rabie, medio⁹q; furore,
Et Pompeianis habitata manibus aula,
Sanguine Thessalicæ cladis b perfusus adulter,
Admisit Venerem curis, & miscuit armis,
Illicitos⁹q; thoros, & non ex coniuge partus?
Proh pudor, oblitus Magni, tibi Iulia fratres
Obscœna de matre dedit, partes⁹q; fugatas
Passus in extremis c Libyes coalescere regnis,
Tempora Niliaco turpis dependit amori,
Dum donare Pharon, dũ nõ sibi uincere mauult:
Quem, formæ confisa suæ Cleopatra fine ullis
Tristis adit lachrymis, simulatum compta dolorẽ
Quàm decuit, ueluti, laceros dispersa capillos,

a al. dorum

b al. percus

c al. Libyę.

quæ postea Antonio stupri consuetudinem non recusauit. Donare Pharaoni.] Donare Cleopatræ regũ Aegypti. Nam (ut dixi) eam regno præfecit. Si qua est ô.] Oratio Cleopatræ petitoria est. petit sum-
b al. Sit. matim in regni sui partem restituatur, unde à fratre, & eius tutoribus per summam iniuriam sit eiecta. Exordium ductum est à be-
c al. auertite. neuolentia, quam capit à persona Cæsaris. Nobilitas.] petitio, in qua simul causam petitionis adiecit, quod regno paterno pulsa ignominiosè sit. Mouet affectus simul à præsenti exilij sui statu.

Et sic orsa loqui. Si qua est, ô maxime Cæsar,
Nobilitas, Pharij proles clarissima Lagi
Exul in æternum sceptris depulsa paternis,
Si tua restituat ueteri me dextra fato,
a Complectar regina pedes. tu gentibus æquum
Sidus ades nostris, non urbes prima tenebo,
Fœmina Niliacas, nullo discrimine sexus
Reginam scit ferre Pharos, lege summa perempti
Verba patris, qui iura mihi communia regni,
Et thalami cum fratre dedit. puer ipse sororem
b Si modò liber, amet. sed habet sub iure Photini
Affectus, ensesq; suos. nil ipsa paterni
Iuris habere peto, culpa, tanto q; pudore
Solue domum, remoue funesta satellitis arma,
Et regem regnare iube. quantósne tumores
Mente gerit famulus, Magni ceruice reuulsa?
Iam tibi, sed procul hoc c auertant fata, minatur.
Sat fuit indignum Cæsar mundoq; tibiq;
Pompeium facinus, meritumq; fuisse Photini.

Tu gentib. unum. si.] laudibus Cæsaris. Non urbes.] Occupat quod obijci posset. Regni administrationẽ, & gubernaculũ ad fœminam hæreditario iure peruenire non posse. Refutat à recenti exemplo sororis. Lege summa.] Tuetur ius suum testamento paterno. quod ita relictum fuerat, ut maior filiorũ, & natu si iarũ grandior unà hæredes essent. Thalami.] Dedit regnum nobis cõmune, unà cũ coniugio, ut frater sorori cõiungeretur. Quod illicitũ est naturæ lege, peto, ut me amet, non ut uxorem, sed ut sororem par est fratrẽ amare, modò licet per Photinũ tutorem, & pædagogum suum, ac nutricium, Nihil iuris pate.] Verecundè reiecit portionem hæreditariam regni, sed cupit à turpitudine, & dedecore domestico liberari, à qua natura omnes abhorrent.

Remoue.] Iube Achillam ab armis di
B scedere, morte Pompeij funestatis, & regnet solus, si tibi sic uidetur. Quantos tumo.] Quantum fastium gerit in pectore ob Pompeium interfectum. Trahit aduersarium in inuidiam Cæsaris. Iam tibi.] Exaggerat inuidiam ominatione mali maioris. quod tamen deprecatur. Quin & facinus, pessimum scelus appellat: quasi Photinus uoluerit hoc nomine sibi Cæsarem demereri. Sed ut hostium dona, non sunt dona, sic inimicorum merita, non sunt merita.

Nec quicquã.] Frustra, inquit, sua blãdi-
d al. Infaus. loquẽtia tentassem Cæ-
e al. indicc. sarem, sed forma eum mouit, & animum inflexit, Incesta.] propter illicitum coniugium fratris, & sororis.
f al Extruat Perorat.] exponit, persuasit: forsan pro exorat dixit. hoc est orando inducit. Pax.] ubi pacem suam à Cæsare obtinuit Ptole-
g al. suffecta. mæus. Ipse locus.] Egregia dilatatio a
h al. crebris maculis. descriptione luxus in his nuptijs furtiuis Cæsaris, & Cleopatræ. Primum mirè operosè describit, splendorẽ regiæ domus, à materia, qua ea cõstructa erat, & magnificè exornata. Templi instar.] Domus regia, nihil à templo Romano differebat, quod tanto luxu auri, & argenti instructum lucebat, ut nulla ædes apud posteros splendidius sua templa exornârint. Laquecata.] tectè allusit ad illud Vergilianum.

„ —— Pendent lychni laquearibus aureis.

Laquear, & per apocopen, laquar, propriè est superior pars cubiculi connexa & concamerata, quæ picturis uarijs, & coloribus ornari solet. Accipiũtur etiã laquearia,

Ne quicquam duras tentasset Cæsaris aures,
Vultus adest precibus, faciesq; incesta perorat.
Exigit d infandam corrupto Cæsare noctem.
Pax ubi parta e Duci, donisq; ingẽtib. empta est,
Excepere epulæ tantarum gaudia rerum,
Explicuitq; suos magno Cleopatra tumultu
Nondum translatos Romana in secula luxus.
Ipse locus templi, quod uix corruptior ætas
f Extruet, instar erat, laqueataq; tecta ferebant
Diuitias, crassumq; trabes absconderat aurum.
Nec sumptis crustata domus, sectisq; nitebat
Marmoribus, stabatq; sibi non segnis Achates,
Purpureusq;, totaq; effusus in aula
Calcabatur onyx. Hebenus Mareotica uastos
Non operit postes, sed stat pro robore uili,
Auxilium, non forma domus, ebur atria uestit,
Et g subfixa manu foribus testudinis Indæ (gdo.
Terga sedent h crebra i maculas distincta Smara-
Fulget gẽma k toris, & laspidæ fulua suppellex.
Strata micant Tyrio, cuius pars maxima l succo
m Cocta, diu uirus non uno duxit aheno.
Pars auro plumata nitet, pars ignea cocco,
Vt mos est Pharijs miscendi licia telis.

pro trabibus planis, q̃ & lacus, & lacunaria dicuntur. Et templum laqueatum auro, hoc est, laquearib. aureis, uel auratis exornatũ. Liuius Antiochiæ tẽplum Iouis Capitolini magnificum, nõ laqueatum auro tantũ, sed parietibus totis la C mina inauratum.

Crustata domus.] Crustare, crustam ducere, siue applicare. Parietes crustati, crusta marmoris tecti, Olim enim marmor secabatur in laminas, & apponebantur eæ parieti, quod Romæ primus Mamerius eques fecisse legitur. Hinc poëta secta marmora signis

canter addit. Achates.] sed gemmis summi pretij nobilibus parietes nitebãt incrustati. Achates, inquit Pli. quõdam in magna fuit authoritate, nunc in nulla. Reperitur traditur primũ apud fluuiũ Achatẽ apud Siculos: postea in multis alijs locis. Agatha. à quibusdã dicitur: circulos nigros, & albos in medio habet, iũctos, & uariatos: similis Hæmatiti. Aiũt eũ tẽpestates auertere, & flumina sistere. Traditur hoc memorabile, quod Pyrrhus Epirotarũ rex, in hoc lapide habuerit noué Musas, & Apollinem cũ lyra.

Calcaba-

a Calcabatur onyx.] gemma est, quæ humani unguis candorem referat, ὄνυξ, ungues. In ea sparsæ sunt uenulæ aliquot Sardæ, & Iaspidis colorem imitantes: quare præmisit, purpureusq; lapis. Est & onyx, marmor, Onychites appellatū, & à nonnullis Alabastrites, in Arabiæ montibus nascens, ac postea etiā in Germania repertum. Atq; hinc fit, cur tam frequēs in nostris regionibus sint in poculis, statuis, alijs nobilibus structuris, & columnis. Ex hoc lapidis genere olim splendida sternēbāt pauimenta, ut hic uidere est, & Martialis luculenter testatur.

b Calcatusq; tuo sub pede lucet Onyx.

Accipitur interdū pro uase unguētario, siue marmore excauato. Est & oculi pus, quod unguis similitudinē referat. Itaq; pauimentū onychinū erat, siue Alabastrite. Hebenus Mareotica.] Nascitur Hebenus, siue Hebenū, in India, & Aethiopia, cuius lignū tā solidum est, & ponderosum, ut in aquā missum, subsidat. Colore propè buxeo est, sed intus nigro. Sunt qui citra aspirationē scribant. Ebenus. Sola India nigrū fert Ebenū Verg Georg. 2. Substātiæ tenuis, & uirtutis abstergentis. Creditur oculorū caliginē discutere, si alijs medicamentis misceatur. Cæsa durescit in lapidē gratissimo odore delectat. Nascitur & in Aegypto, unde Mareoticā eam uocat Lucanus, quasi Aegyptiacam. Cæterū Mareotis Aegypti lacus est, iuxta Alexandriā, & pars Libyæ Aegypto cōtermina. Quin & Epiri pars est Mareotis, à qua optimū uinum, quod illic nascitur, Mereoticū dictū, & unæ nobiles Mareotides, ut apud Verg. 2. Georg. Auxilium non for.] non splendor, non elegantia domus, non ornatus. Smaragdo.] uiridi gemma, qua uehementer oculi cōfirmantur. Soli Smaragdi gemmarum contuitu oculos implent, nec satiant.

Toris.] in lectis, siue mensis. Iaspis.] uiridis est, ut Smaragdus, sed coloris crassi. Tyrio succo.] purpura. Mirè uariant hoc loco codices. Vetusti autem sic legunt

" Hic torus Assyrio, cuius pars maxima succo
" Strata micant Tyrio, quorum pars maxima lentum
" Cocta diu uirus non uno duxit aheno.

Vterq; inquit Micyllus de Assyria meminit purpura. Altera autem haud dubiè sincerior, ac uerior, hoc modo.

" Strata micant Tyrio, quorum pars maxima succo
" Cocta, diu uirus non uno duxit aheno.

Sublato alterius uersus priore cōmate, & alterius posteriore. Hanc nos secuti sumus. Hæc Micyllus. Tyrio suc.] à Tyro urbe quondā Phœniciæ, apud hās capiuntur conchylia, quorū sāguine ac succo tingūtur uestes purpureæ, Tyriæ olim dictæ. Fuit hæc urbs olim. Sacra nuncupata, unde Sarranæ uestes, & ostrū Sarranū. Sed Tyrus postea dici cœpit à Tyro Phœnicis filio. Fuerāt plures Tyri: ut in Laconia, & insula iuxta mare rubrū: alia in Indo, & Pisidia. Virus.] ipsum liquorem siue succū ex uno, atq; altero aheno. Purpuram bis tinctā indicat immēsi pretij, quæ dibapha Tyria dicebatur, ueluti magnifico impendio. Dibapha in libras denarijs mille non poterat emi hoc est, cētum aureis solatis. Cic. lib Epistola 2. ad Cœlium. Curtius noster inquit, dibaphū cogitat, sed eum infector moratur. Et ad Atti. Ille licet faciant, quos uolent Cons. Tribunos Pl. Deinde Vatinij Strumā sacerdotij Ἀβάφῳ uestiant, id est, purpurea, & bis tincta dibapha. Hoc purpuræ genere pretiosissimo omnia strata nituerunt. Pars plumata.] Plumarium opus ὑφαντὸν. acu factū, quod Græci à liciorum multiplici uarietate. Polymitum appellāt. Vt Babylon picturæ colores diuersos intexere celebrauit, sic Alexandria plurimis licijs texere instituit, quæ Polymita appellant. Martialis.

Hæc tibi Memphicis tellus dat munera uicta est "
Pectine Niliaco iam Babylonis acus. "

Hanc uestem ostendit poëta illic instratam quoq; fuisse.

Coccum.] granū est, quod ex arbusto, simili Ilici, uel ex rubēti gramine nascitur. Luxuria, ait Plin. prouocant eos flores, qui colore commendātur: hos animaduerto tres esse principales: sumū in cocco, qui in rosis micat, gratius nihil traditur aspectu: ut in purpuras Tyrias, dibaphasq;, ac Laconicas. Idem alibi. Coccū Galaticæ rubēs granum, aut circa Emeritā Lusitaniæ in maxima laude est. Itaq; non nunquam & βαφικὸν granū tinctoriū est. Et coccus sæpe pro purpura simpliciter accipitur. Est frutex fullonius, cui adhærent grana, quibus fit color ille lanarum præcipuus, cuius summa copia in ea parte Hispaniæ esse traditur, quæ Tudertana appellatur. Sunt qui idem esse existiment, quod nos Carmesinum uocamus. A cocco. coccina uestis, quæ cocco infecta est. Martial. lib. 2.

Coccina famosæ donas, & Iantina mœchæ, "
Vnde coccinatus. Idem. "

Qui coccinator non putat uiros esse. "

Licia.] Sunt fila, quibus in telis, textrices implicant stamina. Accipiuntur nonnunquam pro ipsis staminibus: ut ex Plin. liquet. Plurimis uerò licij texēre &c. Et uestem trilicem dicimus, quæ tribus licijs constat.

Tunc famulæ.] Describit ministros, & famularū strepitū: & frequentiā ancillātiū in nuptijs maximè uerò iuuentutem, ab ætate, forma, & colore, Sanguis.] à colore in uultu, qui plerunq; ex natura sanguinis nascitur, uel calido, uel frigido. Aetas ab ætate. Hæc Libyc. cri.] propter calorē immoderātū, quasi æstu, & torridi tate Solis adustos, nigros. Sulp. exponit. Flauos.] constat hic color,

Tūc famulæ, numerus, turba populusq; minister
Discolor hos sanguis, alios distinxerat ætas.
Hæc Libycos, pars tam flauos gerit altera crines,
Vt nullas Cæsar Rheni se dicat in aruis
Tam a nitidas uidisse comas, pars sanguinis usti
Torta caput, refugosq; gerens à fronte capillos.
Nec non infœlix ferro mollita iuuentus,
Atq; exacta uirum, stat contrà fortior ætas,
Vix ulla fuscante tamen lanugine malas.
Discubuere toris reges, maiorq; potestas,
Cæsar, & immodicè formam b fucata nocētem,
Nec sceptris contenta suis, nec fratre marito,
Plena maris rubrí spolijs, collo q; , cōmisq;
Diuitias Cleopatra gerit, cultuq; laborat.
Candida Sidonio c pellucent pectora filo,
Quod Nilotis acus compressum pectine Serum
Soluit & extenso laxauit stamina uelo.

ex uiridi, et ruffo atq; albo, clarior fuluo: qualē uidemus in auro, melle, & aristis maturis. Eadē ratione Ouid. Flauos ea a al. rutilas pillos dixit. Fasto. 2. Inar.] quod Germani pleriq; eius coloris capillos habeāt. Ru.] Rutilas, rufas, q̄ habeāt aliqd ruboris, nigro admistū, cuius coloris studiosæ fœminæ rutilædicūtur. Sic hyacinthinæ. & Hisgineæ uestes, eiā rutilæ uocātur. Inf. ou.] Spado nes dicit exectos & Eunuchos. b al. fuscata
c al. faciem fucata
c al. perlucent.

nuchos, quibus reginæ plurimũ utũtur. Vix ulla lanu.] Iuuenes imberbes penè, quorum ora prima barbæ lanugo uix conſparſit. Reges diſcub.to.] Prolepſis. Cæſar & Cleopatra, ſequitur ſequentib. diſtributio. Rurſus reges diſcubuerẽ, & maior poteſtas. Zeugma: diſcubuit, ut prætores, profecti, ſatrapæ, ut exponit Badius. Vel per epexegeſin, maior. poteſtas Cæſar, per appoſitionẽ. Nimium facata.] Cleopatra, quaſi fuco adulterata, ac depicta. Fucus præter apis genus herba marina eſt, alga marina appellata. Tria ſunt eius genera, latũ, longũ, et Criſpis foliis, quo in Creta ueſtes tingũtur. Accipitur pro medicamine, quo mulieres faciem tingũt, Metaphoricè, pro fraude capitur, & dolo, & inſidijs. Sic facere fucũ dicimus, pro decipere. Maris rubri ſpol.] id eſt gemmis. Hæc mare mediũ eſt inter Aethiopicum, & Indicũ Oceanum. à rubro colore dicitur, quod fons in littore ſit, ex quo cum greges biberint, in rubrũ colorem incipiũt mutare lanas: uel proximis montibus, qui rubri coloris maximè, ſolaribus radijs illuſtrati, eiuſdem coloris umbram in mare tranſmittunt. Alij aliã rationem adducunt. In huius littore gemmæ laudatiſsimæ colliguntur. collo & co.] polyſindeton. Ab inſigni ſplẽdore gemmarũ, quas Cleopatra in mõtibus, & aures geſtabat. Alludit ad Vniones, quorum unum ducẽtis, quinquaginta millibus aureorũ æſtimatum in certamine poſtea cum Antonio, in uino abſummpſit. cultu & lab.] ornatu & gemmarum ſplendore grauatur. Sidonio filo.] ubera ſindone tecta pellucent. Erat ſindon amictus ex lino ſubtiliſsimo Aegyptiaco factus, teſte Polluce, nũc dicroſſum appellatur, σινδὼν ἐστὶν αὐγυπτιὰ μεν, δικροσσον καλουμενον. Hãc ob id Tyriam Martialis uocat.

Nec ſic in Tyria Sindone tutus eris.

Sidonio.] Sidonẽ à piſciũ ubertate ueteres appellarũt. Sidon enim Phœniceũ lingua piſcis appellatur. Sidonem multarũ rerũ fuiſſe tradũtur: ut ſcientiæ ſideralis: arithmeticæ, nautices: hoc eſt, nauigandi peritiæ: uitrariæ cõflationis. Sidon antiquitus Sichẽ appellata fuit, ab eius cõditore filio Chenachahau nepote Noah. Sita fuit in cõtinenti ad portũ cõmodiſsimum, porrectum in lõgum per littus, & quidem loco plano. Sed quia Antilibanus ei imminebat, facta fuit poſtea prodigioſæ magnitudinis. Huius nobilitatem antiquam ex ruinis hodie æſtimare licet, quæ omnem fidem ſuperant. Proinde Sidonio filo, ſubtili, ac pellucido linteo ſindonis pellucem ubera non ſolum Romanarum, ſed etiam noſtratium puellarum more. Acus. Nilotis.] Aegyptia acus ſericam, aut byſſynam ueſtem pectine ſubtili dẽſatam, diſſoluit, ut rariora fila magis pellucidam redderent. Seres gens Indica eſt, nonnulli eos inter Scythas numerant, ad ortum æſtiuum. Eſt apud eos uermiculus, qui σὴρ appellatur, qui ſericũ procreat. Iulius Poll. ἔνιοι δὲ καὶ τὰς σῆρας ἀπὸ τούτων ἑτέρων ζώων ἀθροίζειν φασὶ τὰ ὑφάσματα.

a al. ſectos & Dentib. hic.] à materia menſarũ, quæ ex trinis tabulis compactæ erant. Citrus arbor nobilis eſt, quæ ſola in Mauritania ad montem Atlantem naſcitur. Quare addit poëta, Eburneis pedibus orbes citreos in ſylua Atlantis montis ſectos, impoſuiſſe, Artbor gratiſsima P. R. quondam: adferebatur inde ad mẽſarum & lectulorum ornamenta. Non multum creſcit, habetq; folia maiora, quàm laurus. Citri Atlãtiæ alterius generis ſunt, unde mẽſæ fierent, quàm citri noſtrates, unde mala Medica naſcũtur. Hæ lauri foliis ſimilia producunt, & arbuti: Atlanticæ uerò, Cupreſſo fœminæ ſylueſtri. Hic citreũ oleũ: citri & cedri ſuorũ fruticum in ſacris fumo conuolutũ nidorem ueriũs, quàm odorem nouerant, iam roſæ ſucco reperto, ait Plin. Capto Iuba.] Plin. lib. 13. cap. 15. memmit eduarũ quas Iuba rex uendidit Romæ, quarum alteri pretium fuerit libris XV. hoc eſt, CL. aureis coronatis: alteri paulò minus. Proh cæcus.] Exclamatio in intempeſtiuum luxum, & ſplendorem apparatus nuptialis in medio ardore belli Ciuilis. Ille.] Cæſar. Ponte Duces p.] A' ueterum Romanorum Conſ. frugalitate, & continentia. Fabritios.] hoc eſt. Fabritium, & illius ſimiles Senatores Ro. Hunc Maro paruo potẽtem diſertè appellat.

Dentibus hic niueis a ſectos Atlantide ſylua
Impoſuere orbes, quales ad Cæſaris ora
Nec capto Venere Iuba, proh cæcus, & amens
Ambitione furor, ciuilia bella gerenti
Diuitias aperire ſuas, incendere mentem
Hoſpitis armati. non b ſit licet ille nefando
Marte paratus opes mundi quæſiſſe ruina
Pone Duces priſcos, & nomina pauperis æui,
Fabritios, Curioſq; graues, c hic ille recumbat
d Sordidus Hetruſcis abductus Conſul aratris,
Optabit patriæ tales duxiſſe triumphos.
Infudere epulas auro, quod terra, quod aër
Quod pelagus, Niluſq; dedit, quod luxus inani
Ambitione furens toto quæſiuit in orbe
Non mandante fame, multas uolucresq; feraſq;
Aegypti poſuêre Deos, manibusq; miniſtrat
Niliacas cryſtallus aquas, gemmæq; capaces
Excepere merum, ſed non Mareotidos uuæ
Nobile ſed paucis ſenium cui contulit annis
Indomitum Meroe cogens ſpumare Phalernum.

b al. ſic licet

c al. hinc ille.

d Sordibus

e al. talem triumphũ.

—paruoq; potẽtem. Fabritiũ. hoc eſt, paupere Fabritium, & cõtinentẽ in magno Imperio. Hic tentatus à Pyrrho auro & rhonchis Elephãti poſt aulæa poſiti, neque heri, inquit, ô rex, me tuum aurum, neq; hodie tua belua mouit. Idem à Samnitibus, quos uniuerſos in cliẽtela habebat, decẽ æris, et quinque pondo argenti totidemq; ſeruos ſibi miſſos in Samniũ remiſit. Illum locupletẽ faciebat, non multa poſſidere ſed modica deſiderare. Curioſq;.] M. Curius pauper Conſ. ſed præclarus uir uirtutis: fortis domi, & belli, ac pecuniarum contemptor. Et hic à Samnitium legatis multo auro tentatus, rogatusq; ut eo uterenitium legatis multo auro tentatus, rogatusq; ut eo uterenitium legatis multo auro tentatus, rogatusq; ut eo uteren

A tuor fua iugera in Vaticano, inquit Plinius quæ pratà Quintia appellantur, Cincinnato uiator attulit dictaturam, & quidem (ut tradit Norbanus) nudo, plenoq; pulueres etiamnum ore. Cui uiator. Vela corpus, inquit, ut proferam Senatus, P. Q. R. mandata. Idem Plin. Serentem inuenerunt dati honores Serranum, unde cognomen. Variant authores. Dionysius author est, agresti operi intentum, ab ijs, qui dignitatem nunciatum uenerant, repertum coq; purpuram, & Consularia insignia cætera delata. Consul salutatus populum se tenuisse dicitur, mox pauca hæc locutus. Ego, inquit, agellus hic non seritur à me hoc anno: uehementer uereor, ne annuus uictus defuturus sit nobis. Liuius tum accidisse hic tradit, quum dictator creatus est. Persius de Cincinnato Serrano.

» Quem trepida ante boues dictaturam induxit uxor.

Infude. epu.] à splendido apparatu, & luxurioso epularum. Mensæ illatum fuit ferarum terrestrium & uolatilium omne genus. Toto quæ sunt] amplificatio.

Posuere deos Aegypti.] Colebant pro Dijs quasdam aues, & terrestria quædam quadrupedia animantia: ut
B Ciconiam, quam Ibim dicebant, bouem, canem, & id genus alia. Crystallos.] Recte Sulp. crystallinum gutturnium. Alludit ad Vergilianum illud. Aeneid. 1.

» Dant famuli manibus lymphas, Cererem q; ministrant.

A nobili materia, & planè regia, ut in eo, quod sequitur: Gemmæq; capaces, hoc est pocula, ex puris gemmis excul pta. Non Marcotid. unæ.] Ostendimus paulò antè Marcotidem præter lacum, & Aegypti partem Alexandriæ conterminam, etiam Epiri partem esse, in qua laudatum uinũ nascitur. Hinc apud Maronem Georg. secundo.

Sunt Thasiæ uites, sunt & Marcotides albæ
Pinguibus hæ terris habiles, leuioribus illæ.

Et uites Marcoticæ, apud Colu. & uinum μαρεωτὶς.

Nobile senium.] Meroæum uinum, quod paucis annis saporem, & odorem optimi uini contraxit. Meroe Insula est Nili, hinc ab ortu Troglodytas, illinc ab Occasu, Aethiopes spectant. Huius metropolis etiam Meroe ab insula dicta est. Olim Ægni caput, & clipei figuram imitatur insula, authore Herodo. ad tria millia unà cum Nilo protensa. Pastores accolunt uenatores, & agricolæ aurifodinas habent. Gambyses eam condidit, dediq; ei nomen à sorore sua Meroë. Nam is occupata Aegypto, mortua ea, cùm longius processisset, conditam urbem Meroen appellauit. Sed de Meroe postea plura dicturi sumus.

Indomitũ phale.] Quod in dolijs ita feruerat, & fluctuet, ut coerceri nequeat. Vim nobilis uini arguit. Cæterũ, phalernũ specie pro genere usurpat pro uino. Phalernus regio Campaniæ est, ubi uitiferi colles sunt. Pro uino tam masculinum quàm fœmininum est. Martialis.

Resina bibi uina Falerna. Tibullus,
Nunc mihi fumosos ueteres proferre Falernos.

Accipiunt.] Quibus herbis, ac floribus coronabantur. Sertũ substantiuè propriè corona dicebatur, à sertis, & digestis inuicem floribus, & herbis, ex quibus ab initio fieri coronæ solebant. Et adiectiuè, Sertus a. um, ut hic. Nardo flo.] à materia, qua coronæ compactæ, ac digestæ erant Nardus, & nardum, frutex est, graui & crassa radice, breui tamen, & nigra, & fragili, quãuis pingui,
C situm redolente: cacumina in aristati se spargunt. Ideo Nardi spicas & folia celebrant. Indicum est, & Syriacũ, à montibus, in quibus nascitur, qui eò spectant. Rosa nun quam fugien.] semper florente perpetuum calorem: flos Veneri sacer est, cũ ob pulchritudinem, tum propter odorem: simul, quod paruo tẽpore uigeat. Cinnamom.] similis est arbuscula Cinnamomo: uel eadem, ut quibusdam placet, Cumamomo. Gignitur in Syria, quod Caryopum dicitur. Hic est succus nuci expressus, multũ differens à ueri Cinnami surculo. Nec perdidit.] non amisit gratiam terræ, ubi natum fuit. Amomum.] Amomi una in usu est, ait Pli. Indica uite labrusca, ut alij existi mauêre, frutice uenoso, palmi altitudine. carpiturq; cum radice, manipulatim leuiter componitur, protinus fragile. Laudatur quàm maximè Punici mali folijs simile, nec ungosis colore fusco. Vicinæ messis.] Nascitur in Armenia, Media, & in Ponto. Amomũ Dioscoridi frutex est exiguus, quasi racemus, lignis in se conuolutis: florem habet candidæ uiolæ similem, folia labruscæ, quam brioniam dicunt: & unguentis optimis miscetur.

Accipiunt sertas nardo florente coronas,
Et nunquam fugiente rosa, multumq; madenti
Infudere amomæ, quod nondum euanuit aura
Cinnamon, externæ nec perdidit æra terræ,
Aduectumq; recens uicinæ messis amomum.
Discit opes Cæsar spoliati perdere mundi,
Et gessisse pudet genero cum paupere bellum,
Et causas Martis Pharijs cum gentibus optat.
Postquã epulis, Bacchoq; modũ lassata uolutis
Imposuit, longis Cæsar producere noctẽ (ptas.
Inchoat alloquijs, summaq; in sede iacentem
Linigerum placidis compellat Achorea dictis.

Postquam.] Ordinem conuiuij Vergiliani seruat. Sublatis epulis narratio rei iucundæ, quæ conuiuas delectet, & exhilaret, attexitur. Postquam, allusio. Postquam exempta fames epulis, mensæq; remotæ. Achorea linige.] Sacerdotem sacrorum Isidis, uel Osiridis cui mos erat, Xylinas uestes gestare. Candidæ ac subtilissimæ uestes, quæ ex lino Aegyptio factæ erant, pulcherrimæ, ac pretiosæ, sed non admodum firmæ, Xylinæ appellabantur siue gossipinæ, siue Gossampinæ. Gossipion enim, siue Xylon, seu gossampinus frutex ex superiori Aegypto aduehitur, quæ pars spectat Arabiã. Inde allatus in Italiã nasci dicitur. Hinc lina fiunt, quæ Gossipina uocantur, eadem & Xylina, & Gossampina. Hic frutex admodum modicus est, cuius fructus nuci barbatæ similis est, plenus lanugine. Mollicie ea est, & candore, ut omnia lina superet. ξύλον græcè lignum dicitur: quare Iurisconsulti dicunt Lanam ligneam ſt græcis appellari. Atq; hinc Aegyptiorum sacerdotibus conueniebant. Quidam uestes huius generis, & Cotonon uocant.

O' Sacris.] Oratio Cæsaris petitoria ad Achoreum sacerdotem. Petit multa rerũ Aegyptiacarũ ab eo cognoscere, sed præcipuè

O' sacris deuote senex, quodq; arguit ætas,
Non neglecte Deis. Phariæ primordia gentis
Terrarumq; situs, uulgiq; edissere mores,

Et ritus, formas'q; Deûm, quodcunq; uetustis
Inculptum est adytis proferr, noscíq; uolentes
Prode Deos, si Cecropium sua sacra Platonem
Maiores docuêre tui. quis dignior unquam
Hoc fuit auditu, mundíq; capacior hospes?
Fama quidem generi Pharias me duxit ad urbes,
Sed tamen & uestri. media inter prælia semper
Stellarum, cœlíq; plagis. superisq; uacaui
Nec meos Eudoxi uincetur fastibus annus.
Sed cùm tanta meo uiuat sub pectore uirtus,
Tantus amor ueri, nihil est, quod noscere malim,
Quàm fluuij causſas per sæcula tanta a latentes.
Ignotúmq; caput, spes sit mihi certa uidendi
Niliacos fontes, bellum Ciuile relinquam.

puè, quibus fontibus, Nilus originem, & ortum ducat. Principio capiat beneuolentiam à Persona senis: inde petit: mox causſã cursus reddit in Aegyptum. Edissere..] narra multa simul cõfundit: originem Aeptiorum: situm regni,

a al.latẽtis & Africæ: mores gentis: religionem: Deos.

Si Cecropiũ Platonem.] Si uteres tui docuerunt Platonẽ Athenienſium mysterũ religionem, ne te pigeat, & me edocere, qui Platone multò sim maior. A minori ad maius. Plato ex Italia à Pythagoricis in Aegyptum ad prophetas, & sacerdotes eorum fuit profectus, ut refert Laertius, unà cũ Euripide, ut quidam aiũt, ut eorum sacra, religionem, & arcana & diuersas disciplinas, & artes ediscceret. Hic morbo correptis, à sacerdotibus magna cura restitutus fuit. Quare dixit, Aegyptios omnes medicos esse. In Aegyptum proficiscens, ad audiendum gymnosophistas eorum, oleum secum mercaturæ uexit, ut uiatico suppeditaret, ubi libros Moysos legisse creditur. Ter in Sciliam nauigauit, primum Aetnes incendij uisendi studio. Cætera de eius uita, uidere est apud Plutarchum. Didicit hic Astronomiam, Astrologiam, Arithmethicam, & Geometriam, præter rerum diuinarum mysteria. Cecropium.] Athenienſem: antonomasiam, à Cecrope primo Athenienſium rege, qui annis Quinquaginta ibi regnârit. Athenas restaurauit. Διφυὴς dictus.

Fama quidem.] Reddit causſam appulſus sui in Aegyptum. Stellarum.] Astronomiæ tamen inter arma operam dedi. Meus annus.] Quem ad cursum Solis postea exactè in CCC. LXV. dies, & sex horas, ut quarto quoq; anno dies intercaletur, 6. Cal. Mar. qui annus ob id bisextilis appellabatur. Fastibus.] pro. Fastis. Fasti dies dicebantur quibus lege licebat agere, & tria uerba loqui, do: dico addico: Nefasti, conda. Ouid. Fasto, 1.

" Ille nefastus erit, per quem tria uerba silentur,
" Fastus erit, per quem lege licebit agi.

Fastorum libri dicebantur, in quibus totius anni res P. R. scriptæ continebantur: causſæ item festorum. Idem.

" Sacra recognosces annalibus eruta priscis,
" Et quo sit merito quæq; notata die.
" Inuenies illic, & festa domestica nobis,
" Sæpe tibi pater est, sæpe legendus annus.

" Eudoxi Fastibus.] Meus annus tam erit absolutus, & perfectus, quàm is annus est, quem ordinauit Eudoxus. Romulus ordinarat in 10. mẽses, hoc est, in CCC. & IIII. dies. Sed cum is nume A rus neq; Solis, neq; Lunæ cursui conueniret, ut interdum frigus anni in æstiuos menses: æstus in brumam incideret, sine ordine tantum dierũ interijciebant, quãtum uidebatur satis esse. Numa postea, L. dies addidit: ut in CCC. & quinquaginta dies extenderetur: postea adiecit sex alios. Inde diem adhuc unum adiecit. Sed cum auctio, retractioq; diet rum, confusionem pareret. Cæsar omnem hanc inconstantiam temporum, in ordinem exactum, & certum dierum numerum coëgit. M. Flauius scriba, scriptos dies singulos ita ad Cæsarem retulit, ut ordo eorum facillimè inueniri posset, & certus status perseueraret. Cæsar exordium nouæ ordinationis mirurus, omnes dies, qui confusionem parere poterant, consumpsit: ut iam annus ultimus confu- B sionis, in CCC. XLIII. dies excresceret. Inde Aegyptiorum, de quibus nunc sermo est, inuitatus, ad numerum Soos, de quibus nunc sermo est, inuitatus, ad numerum Soos, de quibus nunc sermo est, inuitatus, ad numerum Soos

Murat nocte diem, radijsq; potentibus astra
Ire uetat, cursusq; uagos statione moratur.
Luna suis uicibus Tethym, terrenaq; miscet.
Frigida Saturno glacies, & Zona niualis
Cesset, habet uentos, incertaq; fulmina Mauors.
Sub Ioue temperies, & nunquam turbidus aër.
a Et fœcunda Venus cunctarum semina rerum
Possidet, immensæ Cyllenius arbiter undæ est.
Hunc ubi pars cœli tenuit, qua mixta Leonis
Sidera sunt cancro, rapidos qua Sirius ignes
Exerit, & uarij mutator circulus anni
Aegoceron, Cancrumq; tenet, cui subdita Nili
Ora latent, quę eum dominus percussit aquarum
Igne superiecto, tunc Nilus fonte soluto
Exit, ut Oceanus lunaribus incrementis
Iussus adest, auctusq; suos, non antè coarctat,
Quàm nox æstiuas à Sole receperit horas.

Atio longius repetita à caussis Nili crescētis, inundantis, & decrescentis. Moderātur f. Olym.] regunt reuolutionem cœli. Imò ipsa uoluūtur, rapiuntur q; cum primo mobili. Sed poëta hoc uidetur indicare, sidera certis uicibus oriri, & occidere, & temperato cursu suo uolui.

Occurrunt polo.] Obscurè dictum, pro eo quod est, contra cœlū mouētur. His planetis, quos sidera uocat, suæ uires datæ sunt, quib. corpora alia cœlestia, & terrestria moderātur, & regant. Sol temp.] Anni tēpora facit Sol quatuor quāuis apud Aegyptios tria, Ver, æstatē, B Autumnū, Hyemem. Hinc aliquando oculus mūdi: nonnunquam animus mundi appellatur & mens. Medius stellarum errantium, amplissima magnitudine, & potestate: temporum, terrarum, siderum, & cœli rector. Ministrat lucem rebus, & aufert tenebras: Et (ut Plinij uerbis amplius utar) uices temporum, annumq; semper renascentem, ex usu naturæ temperat. Hic cœli tristiciam discutit: atque nubila animi humani serenat: lumen suum cæteris sideribus fœnerat: omnia mouens, omnia gaudiens ὃς πάντ' ἐφορᾷς, κἠπάντ' ἐπακούεις, ait Homerus. Radijsq; po.] Solem inquit Sulp. cæteri planetæ uenerari uidentur, ut regem. Et cum propius accesserint, sunt in statione, & fiunt retrogradi. Vnde Sol moderator reliquorum dicitur luminum, ut est apud Cicer. &c. Ad ea Glareanus. Mihi non fit uerisimile, uel Ciceronem, uel hunc poëtam quicquam, de planetis stationarijs, ac retrogradis scisse, ut nostra ætate tradunt astrologi Georgius Purbachius, & Ioannes de Regio mōte, duo Germaniæ Lumina, quando eo tempore nihil huiusmodi de Epicyclis traditum esset. Statione.] De stationibus planetarum copiosè C agit Plin. libro 2. cap 15. 16. 17. Stationes errantium stellarum matutinæ quas primas, uespertinæ, quas secundas uocant, cum stare spectantibus uideantur in Oriente, & Occidente, stationes uocantur authore Plinio. Hinc stationalis. Eadem, inquit, stationalis senis mensibus commoratur in signis, &c. Luna suis uicibus.] Quoniam autem Luna mari dominatur, ideo eius reciprocatio in Oceano, lunæ crescentis, ac decrescētis ui maior, minorq; fit. Sed de lunæ miscentis suis uicibus reciprocis æstum Oceani non est huius loci multis agere, sed lector studiosus legat Pomponium Melam, & eius eruditum interpretem lib. 3. de Extimis Hispaniæ littoribus. Saturno.] Saturni sidus gelidæ, ac rigentis est naturæ. Vergilius Georg. 1.

» Hoc metuens cœli menses, & sidera serua.
» Frigida Saturni sese quo stella receptet,
» Quos ignes cœli Cyllenius erret in orbes.

Zona niualis.] Glaciali Oceano dominatur ob frigus immensum: & in uniuersum. Zonæ frigidæ: ideo ubique miseriarum, laborum, & ægritudinum author est, præcipuè in Sexta, Octaua, & duodecima domo apud Astrolo gos. Hab uēt. Ma.] Mars uentos, & fulmina inducit. Tertium à summo Martis sidus est, quod quidam etiam Herculis uocarunt. Igneæ naturæ est, propter uicinitatem Solis. Ideo Martis ardore nimio, & Saturni frigore interiectus ambobus Iuppiter temperatur, & salutaris est. Venus b al. Nilus. fœcund.] & hæc temperatæ naturæ est. Huius natura, cuncta generātur in terris: nāq; in alterutro exortu genitali rore conspargens, non terræ modo conceptus implet, ait Plin. uerum animantiū quoq; omnium stimulat. Cyllenius.] Mercurius. Hoc sidus etiam nonnunquam Apollinis appellatur, quod sapiētiæ, & eloquentiæ dator existimetur, medium inter Venerem, & Lunam. Hunc ubi pars.] Mercurium cum ea cœli pars tenet, qua extrema pars Cancri uicina est Leoni, accidit id in Iulij principio. Sirius.] Septem inundationis Nili causssas ponit (utor libens Glareani uerbis) è quibus secunda haud dubiè uera est, & optimis quibusque authoribus placita. Poëtæ confutationes nimis debiles sunt, Nam Sole ad Cancri tropicum existente, ad Capricorni circulum hyems est, & Lunæ montes, excedentes infimam aëris regionem facile eum niues concipere possunt. Eæ porrò, redeunte ad Æquatorem Sole, liquescūt. Sirius.] Sirius, stella est magna, & lucida in fronte canis. Huius exortu amplissimæ uires in terra sentiuntur: uapores Solis accenduntur: feruent maria: fluctuant in cellis uina: mouentur stagna: canes id temporis maximè in rabiem aguntur, corpora humana tum, utplurimum, peste iactantur. At poëtæ nonnunquam Sirium pro æstate usurpant. Canis huius exortu uina in apothecis mutantur, sed postea sibi tamen restituuntur. Proclus hanc stellam non in fronte, sed in ore Canis collocat, ᾧ γόμφοι νῦν λαμπρὸς ἀστὴρ, ὃς λοχεῖ τὴν ἐπιτάσιν τῶν καυμάτων ποιεῖν, ὀμωνύμῳ ὅλῳ τῷ ζῳδίῳ κύων προσαγορεύεται. Hyginus tradit eum posterioribus ab hyemali circulo diuidi, ac pedem dextrum Orionis suo capite contingere. Spectat Occasum quidem, sed caput ad Aequinoctialem circulum respicit. Videtur lepore sub ambobus pedibus Orionis fugiēti similem sectari. Lycophronis scholiastes, σείριος δὲ κύων ἀστὴρ ἐστιν ἐν, ὑπὸ τὸ γένειον κάμινος τοῦ ἀστρώου κυνός, ὃν ἰδιώται τοῦ ὅλου κυνὸς ὄνομα κύνα σφρον προσαγορεύουσι. id est, Sirius Canis stella est una, sub mento sideralis Canis posita, quā idiotæ totius Canis nomine Caniculam uocant. Sirium aiunt in medio centro cœli situm esse, & ob id duplicari calorem. Variant authores, cuius sideris propria sit hæc stella. Alij Oriōni tribuunt, inter quos est Aratus, Homerum secutus: nonnulli Erigonei esse arbitrantur, ut Eratosthenes: alij Isidi: alij Cephalo assignant. Timosthenes credit proprium peculiaris sideris nomen esse. Oritur circa calendas Iulias. Ab hoc Cane, dies ipsi Caniculares dicuntur. Mutator circul.] Meridianum, exponit Sulp.

in quo fit Solis conuersio, inquit. Cui Nilio.] Circulo mutatori anni uarij. Dominus aqua.] Mercurius, quē paulò antè aquarū arbitrū appellauit, cui Nilus subijcitur. Hūc cum sua ui perclarit, tum è suo fonte magno impetu effunditur, inquit. Sed friuola illa ratio est Nilus.] Antequam ad poëtæ enarrationē progrediamur, de Nilo prius sermo instituatur. Aegyptus unicam spem in Nilo habet. Fit enim aut sterilis, aut fertilis annus, prout uel inundet, uel parcior est, ut agrorum cultores cœlum non obseruent. ut Claudianus disertè canit.

„ Fœlix qui Pharias proscindit uomere terras,
„ Nubila non sperat tenebris coëuntia cœlum,
„ Nec grauiter flantes pluuiali frigore Coros
„ Inuocat, aut arcum uariata luce rubentem.
„ Aegyptus sine luce ferax, imbresq; serenos
„ Sola tenet, secura poli, non indiga uenti,
„ Gaudet aquis, quas ipsa uehit, Niloq; redundat.

Plin. in Panegyri. Aegyptus alendis, augendisq; seminibus, ita gloriata est, ut nihil imbribus, cœloq; deberet. Siquidem proprio semper amne perfusa, nec alio genere aquarum solita pinguescere, quàm, quas ipsa aduexerat. Tibull. ad Nilum.

„ Te propter nullos tellus tua postulat imbres,
„ Arida nec pluuio supplicat herba Ioui,

„ Nilum autem dictum Seruius, asserit quasi νέαν ἰλύν dicat. id est, nouum limum: & antea Melonem appellatum. Testatur id etiam Ausonius in ænigmate Iambico cum, Melonis albam pugnam, Nili papyrum significet. Alij à Nilo, Cyclopis filio, qui in Aegypto regnarit, cum antea Aegyptus diceretur, & Triton à multis: ab alijs etiā Aegyptius. Hinc ob eximiam fertilitatem, uerè aureas arenas trahere dici posse Athenæus author est. Fonte soluto.] Si comprehendi posset, quibus fontibus Nilus oriretur, & unde crescere inciperet, causse incrementi fortasse inuenirentur, ait Seneca. Atq; hinc tanta est diuersitas apud authores de eius origine, & incrementi ratione, ut Lucanus ipse dicat paulò pòst. Arcanum natura caput non prodidit ulli,

„ Nec licuit populis paruum te Nile uidere,
„ Amouitq; sinus: & gentes maluit ortus
„ Mirari, quàm nosse tuos. Et Tibull. lib. 1.
„ Nile pater, quanam possum te dicere causa?
„ Aut quibus in terris occiduisse caput?

Strabo scribit. Macedones, cum Alexandro, & Sesostre Aegyptiorum rege conatos totam Aethiopiam usque ad Cinnamomi regionem peruagari, ut fontes fluuij quærerent. Cambyses usque ad Meroën progressus fuit. Ptolemæus Nilum è paludibus, undas è montibus Lunæ oriri existimauit, in quem supra Meroën, ab Ortu duo magna flumina influunt, quorum alterum Astapum, alterum Astaboram appellent incolæ. Aristoteles existimat eum ex interiori Aethiopia fluere. Seneca natural Qu. lib. 6. audisse se scribit, Centuriones duos, quos Nero ad inuestigandum Nili originem misisset, qui auxilio regum Aethiopiæ, ad ulteriora Aethiopiæ se progressos ad immensas paludes peruenisse dixerunt: quarum exitum ne incolæ quidem nouissent: nec spes ulla fuisset inueniendi, quod implicatæ sint aquis herbæ, ut nec peditibus eluctabiles sint, nec nauigio, quod nisi paruum, & unius hominis capax, molesa palus non ferat. Hic se duas petras uidisse affirmarunt, unde ingens aquæ uis effunderetur. Diodo. eum oriri scribit, ex fontibus extremis Aethiopiæ, ad quæ loca nullus aditus sit, propter inclementiam æstus & intolerabilem. Idem Strabo prodit. & eum fluere ad locum illum, qui Delta uocatur. Claudianus.

„ Qui rapido tractu medijs elapsus ab Austris
„ Flammiferæ patiens Zonæ, Cancriq; calentis,
„ Fluctibus ignotis nostrum percurrit in orbem,
„ Secreto de fonte cadens, qui semper inani
„ Quærendus ratione latet, nec contigit ulli
„ Hoc uidisse caput, fertur sine teste creatus
„ Flumina profundens alieni conscia cœli.

Iuba è montibus interioris Mauritaniæ oriri tradit, è lacu stagnante Nilide, haud procul ab Oceano, quod quædam genera piscium in Nilo reperiantur, quæ in illo spectentur. Plin. apud Hesperios Aethiopas fons est nigris, ut quidam existimauere, inquit, Nili caput. Herodotus refert se ex plerisq; Cyreneis, cum illic ageret accepisse, id quod antè illi ex Dicæarcho Hammoniorum rege intelexerant, hic ex Nazamonibus ad se profectis iuuenes aliquot Nazamonas aqua, & cibarijs probè instructos, in interiorem Libyam perrexisse. Post multas solitudines emensas, ad homines uenisse alienæ prorsus linguæ. & ad urbem, quam grandis fluuius ab Occasu in Ortum tendens præterlaberetur: in quo, ut in Nilo, Crocodili apparerent. In eandem sententiā multa etiam Vitruuius. Hæc, & plura Melæ enarrator eruditè, & diligenter enarrat. Herodotus scribit, neque Aegyptiorum, neq; Aphrorum quenquam à se repertum, qui fateretur se scire Nili ortum. Cæterum in urbe Sai sacrarum pecuniarum Minertuæ scribam audiuisse, se hæc rogante, qui duos esse montes diceret, inter Syenem, & Elephantinam urbes, quorum uni nomen esset Crophi, alteri Mophi, inter hos merdios fontes Nili prodigiosæ altitudinis emanare, & flumina inde in diuersum abire: alterum in Septentrionem, qui Nilus esset: alterū uersus Meridiem in Aethiopiam. Itaq; arbitratur Herodotus tamen, ut alia fuerunt fabulosa, Nilum ex Africa fluere, & ab eo Mediam secari pari tractu ferè, quo Europam ab Istro Cæterum Nilus post multam aquarum uiolentiam, & indomitam, tandem mitior factus, ac lenior, septem ostijs in Aegyptium mare euoluitur. Canopico, Bolbitino, Sebennitico, Phamitico, Mendesio, Tanico, & Pelusiaco. Statis annorum diebus magno incremento per omnem spatiatus Aegyptum, fœcundam terram. Incrementi uariæ causse traduntur. Quidam Etesias in caussa esse crediderunt, qui à Septentrione flantes, pelagi fluctus in aduersa ostia impelluntur, unde illa fluminis restagnatio sequatur. Alij imbribus tribuūt, qui in Aethiopia circa Solstitium, eodem Etesiarum spiritu nubes in meridiem pellente magna ui. Quidam liquefactis montium niuibus, quæ ipso sunt Aethiopiæ recessu, id accidere opinantur. Ac Timæus sideris perpendiculariter illi in emersu incubantis suspendi humorem arbitratus est: radijs solaribus, ut in siticulosa mundi plaga, auidius alimenta arripientibus, atque ita diffusum amnem abundare. Vtut est, constat satis post Solstitium æstiuum prima sentiri incrementa, Sole per Cancrum transeunte: mox largius per Leonem augeri. In Virgine residet ijsdem, quibus creuit, modis. In Libra, in totum reuocatur intra ripas suas, centesimo die, ex quo sentiri cœpit incrementum. Iustum incrementum cubitorum XVI. In XII. cubitis, famem Aegyptus sentit: in XIII. etiamnum esurit: in XIIII. hilaritas adfertur: in XV. securitas: in XVI. quæ optima

A tima inundatio est, delicias sentiunt. Lunaribus incrementis.] Quando Oceanus crescente, ac decrescente luna, magis minus'ue, accedit, recedit'ue reciproco suo æstu. De eo, qui uolet, legat commentarios Vad. super Melam, in quibus eruditissimè caussas recisprocationis illius refert. & nos eam in Austrino mari sæpenumero diligenter obseruauimus.

Coarctat.] compescit, ac prohibet, quàm in autumno, ut dictum est, Sol Libram ingreditur. Plinius libro quinto, capite nono, uarias caussas incrementi huius enumerat. Beda capite decimooctauo, lib. rerum Natural. de Concordia, Lunæ, & Maris, probabiles, & uerat caussas accessus, & recessus maris reddit, cui ut Britanno ea res compertissima multa obseruatione fuit. Caput ita concludit. Hoc mare, posita circa brumalem ortum Solis, uel Solstitialem eius occasum Luna, cuiuscunque ætatis, siue super terram, siue sub terra sit, æstum solet attollere. At posita circa brumalem Solis accubitum, uel Solstitialis eius exortum, reflectere. Porrò alijs in partibus, ab ea cœli plaga recessum maris luna, qua hic signat accessum, non solum autem, sed & in uno, eodem'que littore, quoad Boreum mei habitant, multo me citius æstum maris omnem: qui uerò ad Austrum, multo serius acœpere pariter, & refundere solent, seruante quibusque in regionibus luna semper regulam societatis ad mare, quæcunque semel acceperit. Ergo Malinam, quinq; ferè ante nouam siue plenam lunam diebus: Ladonem totidem ante diuiduam sæpius incipere conspeximus, & circa Æquinoctia duo maiores solito æstus assurgere: inanes uerò bruma, & magis Solstitio: semperq; Luna in Aquilonia, & à terris longius recedente, initiores, quàm cum in Austro digressa propriè nisa uim suam exercet, æstus adfluere, naturalis ratio cogit. Per denos autē, & nouenos annos iuxta lunaris circuli ordinem, etiam maris cursus ad principia motus, & paria incrementa recurrit. Hæc Beda.

Vana fides ueterum, Nilo, quod crescat in arua
Aethiopum prodesse niues. non Arctos in illis
Montibus, aut Boreas. testis a tibi Sole perusti
Ipse color populi, calidisq; uaporibus Austri.
Adde, quod omne caput fluuij, quodcunque soluta
Præcipitat glacies, ingresso uere tumescit.
Prima b tabe niuis. Nilus neq; suscitat undas
Ante Canis radios, nec ripis allegat amnem,
Ante parem nocti Libra sub iudice Phœbum.
Inde etiam leges aliarum nescit aquarum,
Nec tumet hybernus, quum longè Sole remoto
Officijs caret unda suis, dare iussus iniquo
c Temperiem cœlo medijs æstatibus exit.
Sub torrente plaga, d ne terras dissipet ignis,
Nilus adest mundo, contráque accensa Leonis
Ora tumet, Cancróque suam torrente Syenen
Imploratus adest, nec campos liberat undis,
Donec in autumnum Phœbus declinet, & umbras
Extendat Meroë, quis caussas reddere possit?
Sic iussit natura parens e discurrere Nilum.

a *Alberti sententia, in exusta regione multo est temperatior habitatio, quam sub Tropicis alicubi esse possit. Non quod semper ita sit,* b *sed Sole occupante, hinc Solstitium Capricorni, inde Cancri.* Adest mundo.] *Præsens remedium, & auxilium adfert Aegypto.* Contraq.] *Sole uersante in Leone Caniculæ exortu, & ui calor intenditur in terris, ut animantium corporibus conflictentur: canes in rabiem maximè agantur, fluctuent uina in cellis: sub hoc signo Leonis, Nilus largius augetur.* Syenen suam torren.] *Syene Cancri Tropico subiacet: quare cum Sol initium Cancri attingit, in meridie corpora erecta nullam faciunt umbram. Quare poëta libro secundo dixit.* Atq; umbras " *nusquā flectente Syene. ubi nusquam, non: nunquam legas. Nam tum radius ex meridiano per catheton incidit.* Imploratus.] *Inuocatus, quasi in auxilium aduocatus adest præsens, & incipit paulatim augeri.* In autumnum.] *ad Libræ Aequinoctiale signum, quo tempore reuocatur in totum intra ripas suas, centesimo die ex quo sentiri cœpit illius incrementum.* Meroë.] *sub Aquinoctialem circulum recedēs. De Meroë paulo suprà dictum est, maxima propè insularum, quas Nilus ambit. In ea eiusdem nominis grandis urbs est. Regia est, & metropolis Aethiopum. Longitudinem habet trium millium stadiorum: Latitudinem mille.*

Quis caussas red.] *Sic hanc caussam cōcludit poëta, quasi nulla inueniri possit, & nullam aliam superesse, nisi quod eo ita uisum sit, Nilum ad hunc modum certis anni uicibus, ut iam satis dictum est, ita crescat, ac decrescat,*

a al. sibi.
b al. labes.
c al. tēperiē.
d al. neu.
e al. decur-rere.

B crescat.] Refutat eorum opinionem, qui incrementum, & exundationem Nili ex niuibus liquefactis in montibus Aethiopiæ prouenire arbitrentur: cum anni, quo niues liquescerent, ratio refragetur. Sole Cancrum obtinente, in montibus Lunæ, unde scaturire creditur, hyems est, quo tempore statim Nilus paulatim intumescit: sed ne in Leone quidem usque adeò resolui possunt, ut tantam aquarum uim fundant, sed cum ad Aequatorem peruenit prius. Quod uerò ad Aethiopum montes, non possunt ullæ niues, inquit, ob immoderatum æstum in ijs terris esse. Non enim subiecti sunt Aethiopes Boreæ, aut Arcto, sed Circulo Aequinoctiali: ubi nullæ sunt niues.

C Testis tibi Sole perusti.] uel illud argumento esse potest. Quod omnes amnes niuibus, inquit, & glacie solutis tempore uerno tumescant. Nilus ante Caniculæ exortum non augetur, qui in principium Iulij incidit. Alligat am.] hoc est, in Libra in totum reuocatur intra ripas suas, centesimo die, ex quo sentiri cœpit incrementum. Inde etiam leges aliarum n.] ut æstate in totum propè sit uadosus, & tenuibus alueis fluat: hyeme plenis ripis fundatur in Mediterraneum, more aliorum fluuiorum. Officijs caret unda suis, dare ius.] Non egreditur ripas, quemadmodum facere oporteret: cum media æstate omnes Aegypti agros longè, late'que inuadet, & perfundat. Sub torrente pl.] Sub torrida Zona. Vulgatissima Zonarū destributio est, in temperatas Duas, quæ à Polis duas attingūt ob frigus inhabitatas, mediam uerò ob æstum inhabitabilem. Et tamen ex

perfundat agros, eblimetq; glebe pingui, ut nulla opus sit cultorib sterc. ratiõe: ac tãdẽ intra suos alueos se recipiat A

Zephyros quoq;] *Aliam incremẽti causam in medium profert, quam refutat, ut uanam. Vtar libenter Glareani eruditissimi uiri uerbis hoc loco. Hæc est prima, inquit, de Nili incremento apud Herodotum causa: sed de Etesijs, non de Zephyris. Ideo autem reprehensa Herodoto, quod multis alijs Africæ fluminib. idem, quod Nilo accidere, debuerit. Si quidem Etesiæ ijs non minus contrarij ferũtur, atque Nilo. Vnde hic poëta fortasis id ueritus, non contrariũ uentum, sed à latere flantem ponit: adducto mox de nubib figmento, nihil magis de Zephyro, quàm de quibuslibet alijs uentis uerificando. Hactenus ille.* Zephyros] *ab Occasu flantes à latere in Nilum Poëta Zephyros, ut diximus, pro, Etesijs posuit. Sunt autem Etesiæ, uenti, qui certo anni tempore flant. Strabo Subsolanos uocat, hoc est, Euros. Quotannis post exortum Caniculæ 40. diebus spirant in ipso æstatis rigore, ab ἔτος & id est, anno, nomen habent, ἐτησίαι, quasi annui, quod ex omnibus uentis soli stati sint, & singulis annis eodem tempore redeant.* Stata temp.] *Qui certis anni temporibus flant, quorũ uim tribuit Nilo.* Ab occiduo cœlo.] *Vnde Zephyri spirant.* Fluuio Nilo.] *Sed cum à latere incumbant, non possunt inducere ullum incrementũ nubes trans Noton eò per aërem depulsæ.* Vel quod aq.] *Alia caussa incrementi: quasi Libycum mare assiduo impulsu suo, & uiolentia aquarum ferat septem ostiorum Nili littora, & oneret ea ratione omnes eius alueos aquis, ad inundationem usque.* Obijce aduersi p.] *obiectu maris, ex quo tantum aquarum inuehitur.* Sunt qui spira.] *Alia incrementi caussa non ridicula modò, sed maximè absurda. Mirum est, ait Glareanus, quenquam hominum ausum primum talia fingere. Homerus, opinor, non fuit primus. Atqui haud scio, num aliquibus data sit hæc cõmentandi occasio ex Genes. 2. cap. ubi quatuor flumina ex Paradiso profluere cõmemorãtur. Ganges, Nilus, Tigris, Euphrates. Quod & Baptista Mantuanus sanctissimus, & eruditissimus poëta in Parthenice Catha. lib 3. prosequitur. Geographica certè ratio eam descriptionẽ absq; interpretamento non suscipit. Quid de Paradiso prisci senserint Theologi, non omnino exploratũ habemus, maximè de loco, alijs ad allegoriã rem trahentib. Tandem sub Augustino, ac longè pòst sub Beda cœpit id certius definiri, at ita, ut de Moseos scriptura multi scrupuli relinquerentur. Ideoq; quidã fuerunt, qui existimarũt Asiã, Europam, & Africã, hoc est, terræ habitabilis faciem olim fuisse Paradisum, ea hercle uoluptate, qua describitur à Mose. Sed postquã peccatũ Adæ generis humani lapsum induxit, omnia ea uelut euanuisse, mutata omnia in deterius ad Adæ meritum, ut ille mihil prorsus uiderat, quæ antea habuerat notissima. Verum & hæc Theologis relinquẽda. Porrò quod quarto hinc est uersu.*

a Sic opus est mũdo. Zephyros quoq; uana uetu-
His ascripsit aquis. quorũ stata tẽpora flatus, (stas
Continuiq; dies, & in aëra longa potestas,
Vel quod ab Occiduo *b* depellunt nubila cœlo
Trans Noton, & fluuio cogunt incũbere nimbos.
Vel quod aquas toties rumpentes littora Nili
Assiduò feriunt, cogunt'q; resistere fluctus.
Ille mora cursus, aduersiq; obijce Ponti
Aestuat in campos, sunt qui spiramina terris
Esse putent, magnosq; cauæ compagis hiatus.
Commeat hac penitus tacitis discursibus unda
Frigore ab Arctoo medium reuocata sub axem,
Cum Phœbus presit Meroen, tellusq; perusta
Illuc duxit aquas, trahitur Gangesq;, Padusq;
Per tacitum mundi, tunc omnia flumina Nilus
Vno fonte uomens, non uno gurgite perfert.

Rumor ab Oceano, qui terras alligat omnes,
Exundante procul uiolentum erumpere Nilum,
Aequoreosq; sales longo mitescere tractu.
Nec non Oceano pasci Phœbumq;, Polumq;
Credimus, hunc calidi tetigit cum brachia Cancri
Sol rapit, atq; undæ plusquam quod digerat aër,
Tollitur, hoc noctes referunt, Niloq; refundunt.

Ast ego, (si tantam *d* fas est mihi soluere litem)
Quasdam Cæsar aquas post mundi sera peracti
Sæcula, concussis terrarum erumpere uenis,
Non id agente Deo, *e* quasdam compagẽ sub ipsa
f Cum mundo cœpisse reor, quas ille creator,
Atq; opifex rerum certo sub iure coërcet.

a al. opus est Nilo, in cod. uetust.
b al. dedu-cunt.
c al. putant.
d al. ius est.
e al. quon-dam cõpa.
f al. Cũ to-to.

Medium reuocata sub axem.] *id est sub Aequatorem, aut Torridam zonã, ubi sunt Nili fontes. Rarum etiã illud est, quod septimo inde uersu poëta ait, Aequoreosq; sales, pro, cõdimento scilicet, Hæc Gla-reanus.* Quum Phœb. p.] Sulpi. *Est in Cancro ait Sed sub Torrida Zona est uerius. & ad Aequinoctialẽ descendit. Nam Siene sub Cancro est, à qua remotissima Meroẽ est. Quare statim addit, quando Torrida Zona eò traxit aquas.* Trahitur perta] *in interiores Africæ partes per secretos meatus subterraneos.* Nõ uno gurg] *hoc est, septẽ ostijs, quorum nomina suprà retuli, rursum ejicit acceptas aquas.* Rumor ab Oce.] *Alia caussa incrementi Nili. Sunt alij, inquit, quibus placet, inundãte, atq; intumescente Oceano, qui terras ambit, Nilum erũpere, & aquis impleri, & ultrà, quàm ferre possit, onerari, & perfundere terras.* Aequoreos sa.] *Condamentũ æquoris paulatim dulcescere longo cursu, donec effundatur in Mediterraneum.* Nec non.] *Alia incrementi caussa: quæ non minus ridicula est, & frigida. Adhæc, inquit, ere-dimus Solem, & cœlestia corpora stellarum aquis ob eorum siccitatem Oceani attractis Solstitio æstiuo, pasci: & undam, quam aër consumere nequeat, noctu deorsum in Nilum cadere, & ita repleri.* Ast ego.] *Promittit Achoreus se suam dicturum sententiam. Post sera sæcula mundi.] Iam à mundi senescentis conditione, tandem imas uenas terrarũ concussas Nilum erumpere uendicat, qui meluisse uidetur. Cum mundo cœpisse, reor quas ille.] Atque ita unà cum orbe conditum latuisse, ac cœpisse. Atque inter has aquas. esse etiam Nilum, quem Deus rerum omnium opifex æterna lege gubernat, ac regit occulta. ac latente ui, quam per omnia elementa ab initio sparsit. Deus est, quod unq; uides, ait poëta.*

Quæ

Quæ tibi noscendi Nilum Romane cupido est
a Et Pharijs, Persisq; fuit, Macedúmq; tyrannis,
Nullasq; non ætas uoluit conferre futuris
Noticiam, sed uincit adhuc natura latendi.
Summus Alexander regũ, quẽ Mẽphis adorat,
Inuidit Nilo, misitq; per ultima terræ
Aethiopum lectos, illos rubicunda perusti
Zona Poli tenuit, Nilum uidere calentem.
Venit ad Occasum, Mundiq; extrema Sesostris,
Et Pharios b currus regum ceruicibus egit.
Ante tamẽ uestros amnes, Rhodanũq;, Padum'q;,
Quàm Nilum de fonte bibit. Vesanus inertus
Cambyses longi populos peruenit ad æui,
Defectusq; epulis, & pastus cæde suorum,
Ignoto te Nile redit, non fabula mendax
Ausa loqui de fonte tuo est, ubicunq; uideris,
Quæreris, & nulli contingit gloria genti,
Vt Nilo sit læta suo c tua flumina prodam,
Quæ Deus undarum cœlator Nile tuarum
Te mihi nosse dedit, medio consurgis ab axe
Ausus in ardentem ripas attollere Cancrum.

A Quæ tibi nosc.] *Enumerat Cæsari reges, qui eodem studio cognoscẽdi originem Nili tenti fuerunt: ut reges Aegyptiorum, Persarũ, Macedonũ, denique omnis ætatis mortales, dicit, id operã dedisse, ut eius rei cognitionem posteris traderent.* Lectos.] *Misit, electos alacres, certos misit ad muestigandum fontem fluuij.* Sesostris.] *Aegyptiorũ rex qui longè lateq; exercitũ per Africam usq; ad portum Mossylicum unde Cinnamomum deuehitur, magna uirtute duxit. Hic tãta proditur superbia fuisse, ut amnis quibusq; sorte reges singulos è subiectis iungere ad currum suerit solitus, atq; ita triumphare, Plinius author est lib. 33 cap. 3.* Hic conatus fuit nauigabilem alueum è rubro mari, in Nilum deducere. *Victus fuit ab Esabope Colchorum rege.* Tzetzes, *Variæ historiæ. Chiliade 3. cap. 69. à quo non Aegyptiorum, sed Assyriorum rex uocatur,* ὁ ἀσσυρίων βασιλεὺς, *inquit,* ὁ σεσωστρις ὀνόμενος, κατὰ δὲ τὴν διὸ λαῶν σεσώσης τὴν πλῆσιν, τῶν ἀσσυρίων αὐτοκρατόρων, ἔσχε τῆς γῆς ἀπάσης. Συγνύων ἐν τῇ ἁρμάτι τέσσαρας τοὺς βασιλέας, ὧν ὑπ' αὐτῶν αὐρόμενος, ὥσπερ ὑφ' ἵππων ἄλλοι.

De hoc item qui uolet plura cognoscere, legat *Valer. Flaccum.*

» — Cum prima Sesostris
Intulerit rex bella Getis. Et *Herodotum libro 2.* Cambyses Vesanus.] *qui summa insolentia regnarat: cui post magnos tumultus, & concertationem de creatione regis Darius Hystaspis filius regnum fuit adeptus.*
C Cambyses fratrem & sororem interfecit. *Sed adscribam Glareani annotatiunculam. Cambyses (inquit Sulpitius) qui pater Darij regis Persarum fuit. Si hoc Sulpitius scripsit, & non potius alius commentario eius assuit, quo authore hoc doceat, scire uelim, cum Cambyses absque prole perierit. Quo mortuo Magi regnum inuaserunt. Nota est apud Herodotum historia. Cæterum* Posita hic populos longi æui περιφραστικῶς, *dixit, quos Græci composita uoce μακροβίους uocant. Sulpitius id de Cyrnis in India, ac ijs, qui habitant, in insulis fortunatis, intelligit, perperam meo quidem iudicio. De Macrobijs apud Herodotum lib. 3 notior est historia, quàm ut de ea dubitarit Sulpitius, siquidem ei in mentem uenisset. Hæc ille.* Ad populos lon.] *æui Macrobios exponit Glareanus. Aegypto domita Cambyses triplex bellum animo destinabat. Nauale unum contra Carthaginenses: alterum pedestre contra Ammonios: tertium in Macrobios Aethiopas, ad mare Australe. Sed ad hos prius missis legatis, ut mores gentis & opes & itineris rationem cognoscerent, sed ad Solis mensam dictam inuadendam maximè. Huc legati cum muneribus missi, dubitis ex Elephantina urbe, adscitis Ichthiophagis, propter linguæ ex mutuis commercijs, tulerunt regi dona: purpureum amiculum, torquem aureum, & alia regiæ magnificentiæ dona. Exposita legatione de fœdere, & societate cum Cambyse rege Persarum, regi suspecta legatio fuit, quare hoc responsi tulere, sed minimè pacatè: quare Cambyses nulla iniuria lacessitus, alienum regnum inuadere molliretur. Multa præterea utiliter legatos monuit. Quibus auditis, & cũ risu acceptis donis, aureis torquibus maximè, iussit eos duci in carcere, ut uiderent fontes aureis cathenis, & compedibus constrictos, simul ut scirent, quàm uile apud ipsos aurum esset cum inuicem æs apud eosdem sit pretiosum. Ad postremum, cum alia, atque alia quærendo eò peruenissent Aethiops, & apud Persas triticeum panem in usu esse didicissent, & uitam totius gentis octuagesimo anno terminari, miratus dicitur, cur tam diu uiuerent ij, qui stercore uescerentur. Nam Aethiopes uulgò uiuunt annos centum uiginti. Plinius author est, uitæ longioris. Hinc Macrobij, id est, longi æui homines dicuntur. Inde ex Aegypto Cambyses in Aethiopes mouit.*

a al. Hæ Phar.

b al. cursus.

c al. sed flu-

Defectusq; epulis, & pastus cæde suorum.] *Vix quintam partem itineris exercitus confecerat, cum commeatus deficeret: & terra malignè pabulum præbebat. Porrexit tamen demens, quàm diu miles radicibus & herbis potuit uesci. Postquam ad sabulum peruentum fuit, omnia tum simul desiderari cœperunt, & fames ingens milites inuasit. Hic res infanda accidit, exercitus decimum quemq; sorte ducem mandere occœperunt. Hoc atroci casu territus Cambyses, magna iactura militum facta, per Thebas Memphim rediit. Atque hunc exitum Aethiopica expeditio habuit. Ita pastus fuit epulis, & cæde suorum, fame, & inedia.*

Ignoto te Nile redit, non fabula mendax.] *Auersio. Omisso enim reliquo itinere, in Aegyptum Memphim retrò iter uertere compulsus fuit. Historia extat apud Herodotum lib. 3.*

Tua flumina prodam.] *Promittit se ueram eius originem prodituram, redditq; auditores attentos iterum audiendo hactenus lassos.*

Medio consurgis ab axe.] *Suprà retuli multorum sententias, quorum partim ex interiori Africa circa Aequinoctialem circulum è Lunæ montibus partim in Mauritania eum oriri arbitrantur. Medium axem, medium circulum Aequinoctialem ad meridiem nunc appellat.* Ardentem ripas attollere Cancrum.] *Contra Septentrionem cursum ad Cancri Solstitialem tropicum uertere.*

In Borean.] *Reddit planius, quo pacto cursum è Meridie rectà in Boream flectit.* Mediumq; Bootē.] *Astronomica ratione amplius monstrat uagum lapsum Nili. Est autem Bootes, sidus, quod Arctophylax etiã uocatur. Βοώτης, bubulcus, Arctophylax, custos Vrsæ, stella haud procul ab ursa maiore, & tanquã bubulcus plaustrũ sequi uidetur. Cic. lib. 2. de Nat. Deo. Septentriones autem sequitur.*

" *Arctophylax uulgò qui dicitur esse Bootes.*

" Quod quasi temone adiunctam præ se quatit Arcton. Ouidius:

" *Arctophylax formam terga sequentis habet.*

" *Habet quatuor stellas in dextra manu, quæ nunquam occidunt.*

" *Aratus. Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.*

" *Manilius. A tergo uenit Arctophylax, idemq; Bootes.*

Teq; uident primi, quærunt tamen.] *Seres Scythæ sunt, sicut Anthropophagi, & Sagæ. Genus hominum plenum Iusticiæ, ait Mela, ex commercio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit. Ammianus Marcellinus, agunt, inquit, Seres ipsi quietius, armorum semper, & præliorum expertes, utique hominibus sedatis, & placidis est otium uoluptabile: nulli finitimorum molesti, cœli apud eos iucunda, salubrisq; temperies: aëris facies munda, leuiumq; uentorum commodissimus flatus, & abundè syluæ sublucidæ, à quibus arborum fœtus aquarum aspergininibus crebris, uelut quædam uellera mollientes, ex lanugine, & liquore mixtam subtilitatem tenerrimam pectunt, nentesq; subtegmina conficiunt, sericum, ad usus antehac nobilium, nunc etiam infimorum sine ulla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi, pacatioris uitæ cultores: uitant reliquorum mortalium cœtus, &c. Sed hic Scythas non intelligit.*

Seres.] *Glareanus uix dici potest, inquit, quàm hic locus torqueat lectorem, de quo in omneis opiniones uersare licebit fortasse, ut Liuiano utar uerbo. Sed quod rem ipsam facile expediat, haud scio, quid meritò dici aut queat, aut debeat. Scio plerisque uideri hoc loco Scythas intelligi, qui sint iuxta Taurum montem, unde amnes Indici labuntur, in Ortum, ac Septentrionem protenti. Sunt qui eosdem Seras Indos, aut uicinos notari putent: cum per Aethiopas, Indi quoque intelligantur, ut paulò antè diximus. Potest etiam fieri ut uocabulum sit corruptum, id quod fæpe euenire solet. Quid uerò eius in locum sit substituẽdum, uix equidem pronunciauerim. Argutulus etiam aliquis fortasse diceret, Seri legendum, ut comparetur ad, Primi quod præcedit. Apud ueteres, Torridæ Zonæ oppidò obscura fuit cognitio: nec minus Orientalis tractus. Quod ex Ptolemæi descriptione uidere licet, qui existimauit Oceanum illum Indicum terra ineluſum. Vnde nata profectò uidetur ista Aethiopum Serum, & Indorũ cõfusio. Quid igitur mirum si à Seribus ac Indis Nili origine aliqui deduxerunt, cum multi contraria cœli regione ab Atlante delabi Nilum crediderunt, ut uidere est apud Plin. Hæc Glareanus.* Feris alie.gur.] *pulsas, uerberasq; campos Aethiopum aqua aliena ab Aethiopũ terra.* Arcanum caput.] *fontes eius, & originem.* Consurge in ipsis sol.] *hoc est, crescere in Solstitio æstiuo, in Cancro Sole uersante, quando circa Nili scaturigines Bruma est, hoc est, circa tropicum Capricorni.* Efferre hye.] *effundere tuas tempestates aquarum mole, & uagari ab Antarctico, ad Arcticum usque polum. Amplificatio cursus.* Hic quæritur Or.] *Apud Arctici poli cultores, quæritur, unde Nilus suum ducit principium: apud Antarctícos, disputant, ubi Nilus fluere desinit, ubi exoneratur.* Mero ambigitur nig. colo.] *Per Aethiopas Macrobios cursum suum torquet. Inde per Meroën, quã ambit, quæq; Aethiopũ regum regia est, labitur. Huius colonos Aethiopas nigros appellat, ob torridam zonam.* Læta Aethiopas.] *ab arboris hebeni nobilis commendat Meconus he.* Meroën.] *de hac suprà dictum est.* Mitigat æsta uul.] *Quasi Cdicat arbores æstate nullam ibi umbrã mittunt. Sed hoc fieri nulla ratione in totum potest ut semper perpendiculari sit illic umbra, quin in ascensu & descensu Solis aliquam proïciat.* Recta linea.] *Meridiana, quando Sol ingressus est Leonem.* Inde plaga Phœbi.] *Sub hæc Meroën præterlapsus, non diutius æstum torridæ Zonæ ferens, aquis suis non solum abluit crepidines, & ripas, sed proximas arenas multa ui perfundit, ac rigat.*

Metiris arenas.] *Peruagaris per arenas sterilet.*

Nunc omnes unum uires collectus.] *modò in unum amne, omnibus suis aquarum uiribus collectis decurrit: nunc uagus egreditur ripas suas, quæ facilè undarum impetui cedunt.*

Rursus.] *Paulò pòst redit aqua in alueos suos, ubi Aegyptus, inqt, ab Arabia diuiditur. Et mõstrat locũ, quasi digito, ubi Philæ sunt, quas claustra regni uocat. Seneca infra Philas amni coëuntí Nili nomen esse scribit. Verba Senecæ*

Rursus multifidas reuocat piger alueus undas,
Quà dirimũt Arabum populos Aegyptia rura
Regna claustra a Philæ, mox te deserta secantem
Quà dirimunt nostrũ rubro cõmercia Pontum
Mollis lapsus agit, quis te tam lene fluentem

a Phylæ.

Moturum totas uiolenti gurgitis iras
Nile putet: sed quum lapsus abrupta uiarum
Excepere tuos, & a præcipites cataractæ,
Ac nusquam uetitis ullas obsistere cautes,
Indignaris aquis, spuma nunc astra lacessis,
Cuncta tremunt undis, & multo murmure mõtis
Spumens b inuictis albescit fluctibus amnis.
Hinc Abatõ, quã nostra uocat uenerãda uetustas,
Terra potens, primos sentit percussa tumultus,
Et scopuli, placuit fluuij quos dicere Venas,
Quod manifesta noui primũ dant signa tumoris.

A Senecæ sunt. Philæ insula est aspera, & undiq; prærupta duobus in unum coituris ambus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. Hactenus. Philæ Straboni infra Meroën sunt, ad quas ipse se ex Syene plaustro per plana alij quando uectũ scribit. Mox te deser.] *rursum lentior fluit per ea deserta, quà Rubrũ mare dirimit nostrarũ gentiũ cõmercia.* Mela, Nilum describens, hic ex desertis Africæ missus, inquit, nec statim nauigari facilis, nec statim Nilus est, & cũ diu simplex, sæuusq; descẽdit, circa Meroën latè patentẽ insulam in Aethiopiam diffunditur: altera ex parte Astaboras, altera Astaspus dictus est. Vbi rursus coit, ibi nomen hoc capit. Inde partim asper, partim nauigia patient, in immanem lacum deuenit, ex quo præcipiti impetu egressus, & B Tachompso alteram insulam amplexus, usque ad Elephantidem urbem Aegyptiam atrox adhuc, feruensq; decurrit. Tum demum placidior, & iam penè nauigabilis, primum iuxta Careasorum oppidum triplex esse incipit. Hæc Mela. Sed cum lapsus.] *ubi per plana, & abrupta expatiaris, nec ullæ cautes possunt tibi obsistere,* indignaris ipse tuis aquis. *Deinde semel atque iterum diuisus,* ait Mela, *ad Delta, & ad Metilin, it per omnem Aegyptum uagus, & dispersus: septemq; ora se scindens, singulis tamen grandis euoluitur.* Præcipites cataractæ.] Catadupa. *Sicut ubi Nilus,* inquit Cicer. *ad illa, quæ catadupa nominantur, præcipitatur ex altissimis montibus, ea gens, quæ illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret.* Hæc ille. Atque hoc quidem innuit Mela, cum dicit, *quod partim asper decurrat. Propter cataractas, hoc est præcipites, & torrentes undarum ex asperis, & urgentibus populorum angustijs lapsus, qui in Nilo multi sunt, ob crebra insularũ, rapiumq; è medio alueo extantium impedimenta, mutem alioqui, & dulcissimi hausfut fluuium immania rupium obstacula ita exasperant, ut sæuus, non sua culpa insurgat.* Cataractæ.] *Duas Cataractas tradit Strabo: Maiorem, qui in montanis est, uergentibus in Aethiopiam, & Minorem, qui Syenæ proximus est. In utraque tantus undarum auditur sonitus, ut ex Cicer. recitauimus, ut qui iuxtà habitent, aut hæreant, eum ferre nequeant, & sensu audiendi careant: & multi sedes suas ad quietiora transferre cogantur.* Diodorus, *frequentia illic, inquit, saxa scopulis similia aquam magna uertigine mirabiliq; allisam reflectunt, inq; contrarium cursum spumis agunt redundantibus, quæ rectuporem aspicientibus præbet. Idem Seneca testatur, Nilum, ubi in scopulos cautium librauit, spumare? Vbi infra Meroën peruenit, latitudinem duorum, & XX stadiorum habet.*

Cuncta tremunt undis, & multo.] *hyperbole. Plinius. Inclusus montibus, nec alibi torrentior uectus aquit properantibus ad locum Aethiopum, qui Catadupi uocatur, nouissimo cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore nõ creditur, sed ruere.* Hinc Abaton.] *A Philis haud longè abest Abatos insula, solis Antistitibus pressa. A difficili accessu nomen sortita.* Venas.] *quasi illic Nili fontes essent.* Noui tumoris.] *Inundationis aquarum.*

Hinc montes u.] *Id ostendimus ex Plin. et alijs authorib. quod inclusus montibus torrens aquis ad eum locum properet, qui nec καταδουπος uocatur, & ad postremum, inter occursantes scopulos non fluat, sed ingenti fragore ruat.* Mẽphis.]

C Hinc montes natura uagis circundedit undis,
Qui Libyæ te Nile negent, quos inter in alta
It conualle iacens iam molibus unda receptis.
Prima tibi campos permittit apertaq; Memphis
Rura, modumq; uetat crescendi ponere ripas.

Nilus, non solũ Deltã irrigat, sed & superiorem Aegyptũ. Vbi inflatus est, ait Herod. non modò Deltã inundat, uerũ etiã plagam, quæ dicitur Aphricana esse. Aliquoties & Arabicã, idq; citroq; uersus duorũ dierũ itinere, et amplius eo, uel minus.

Sic uelut in tua p.] Huiusmodi colloquijs totã noctẽ, quasi nullũ esset bellũ, exemerunt. Mens uef. Pho.] Et cũ Cæsar ac Cleopatra securi sũt, Photinus solus non uacabat curis, sed animo uoluebat, quo pacto Cæsarẽ uel ineautũ, bello exciperet. Erat is in procuratione regni propter ætatẽ pueri, nutritius datus. Hic omniũ primum quæri, atque indignari cœpit.

Sí uelut in tuta securi pace trahebant
Noctis iter mediæ. Sed non uesana Photini
Mens imbuta semel d sacrata sede uacabat
A scelerum motu. Magno nã ille perempto
Iã putat esse nefas, habitant sub pectore manes
e Vltrices q; umbræ dãt in noua mõstra furorem.
f Dignatur Pharias itto quoq; sanguine dextras,
Quo fortuna g parat, uictos perfundere patres.
Pœnaq; Ciuilis belli uindicta Senatus
Penè data est famulo, procul hoc auertite fata
Crimen, ut hæc Bruto ceruix absente recetur.
In scelus it Pharium Romani pœna tyranni
h Exemplumq; perit, struit audax irrita i fatis
Nec parat k occultæ cædem committere fraudi.
Inuictumq; Ducem detecto Marte lacessit.
Tantum animi delicta dabant, ut colla l ferire

quod rex ad dicendam causſam euocaretur. Mag per.] *Interfecto Pompeio, omnia sibi licere existimabat. Ergo nouũ scelus animo agitabat, ut aperto bello duce Achilla Cæsarem inuaderet.* Vlt. umb.] *furiæ scelerũ ultrices. Alecto, Tisiphone, Megæra, uel umbra Pompeij, ut se ulciscereturi.* In noua m.] *Excitat hominis animum ad nouum furorem, & immane*

d al. tã sa-
cra.
e al. Vltri-
ces q; dex.
f Dignatur
uiles.
g al. uocat.
h al. Exem-
plũ perijt.
i al. fata.
k al. occul-
ta fraude.
l al. ferirã

immane scelus audendum, quod nunc noua monstra appellat. Pharias dex.] *Ducit operæpretium, ut Cæsar ijsdem quoque manibus cadat, quibus Pompeius esset interfectus. Cæsar ense Aegyptio pereat, in Senatorum Rom. ferro.* Sanguine.] *Cæsarit, Patres, Senatores Romanos dicit, à quibus bello deuictis postea cæsus fuit.* Pœnasq; Ciuibus.] *Parum abfuit, inquit, quin partes Bruti in supplicio sumendo de Cæsare, Photino hic traditæ fuissent: aut Achillas, & Photinus eas sibi sumpsissent, præripuissentq; Bruto.* Procul hoc crimen.] *Deprecatur facinus occupandæ, præripiendæq; cædis, tanquam crimen, quod non id munus non seruaretur Bruto in posterum, & is sua gloria defraudaretur.* In scelus Pha.] *Aegyptiorum conatus, & insidijs, à quibus nefas est, eum occidi.* Exemplum pe.] *Quod tyrannus iure à suis debeat occidi, ac non bello peti: sed ea laus Bruto tyrannicidæ seruanda fuit.* Nec parat.] *Non id dat operã Photinus, ut per immanes, exercitum à Pelusio clàm Alexandriam euocet, atque eundem Achillam omnibus copijs præcauit, atque eundem Achillam omnibus copijs præcauit, atque eundem Achillam omnibus copijs præcauit

Plenũ epulis, madidumq; mero, Veneriq; paratũ
Inuenies, audes superi tot uota Catonum,
Brutorumq; tribuent. a non segnis Achillas
Suadenti parere nefas, haud clara mouendis
Vt mos, signa dedit castris, nec prodidit arma
Vllius clangore tubæ, temere omnia sæui
Instrumenta rapit belli. pars maxima turbæ
Plebis erat Latiæ, sed tanta obliuio b mentes
Cepit, in externos corrupto milite mores,
Vt duce sub famulo, iussuq; satellitis irent,
Quos erat indignum Pharios parere tyranno.

A esse. Periculũ fore, ut consiliũ infœliciter caderet. Hesperium Ducẽ, Cæsarẽ uocat, semper fortunatũ. Quæ sus il.] Fortuna fecit illi animũ, & audacẽ eum reddidit, atq; animosum. Hoc nihil nos à nostro conatu deterreat Cõmunis glo.] Opponit occupationi gloriam cõmunem ex cæde utriusq; Pompeij, & Cæsaris paranda. Nos quoq; f.] Si Cæsar effert, & attollit animum, quod bellis beneficio fortunæ sit fortunatus, & nobis Pompeij cædes animos addit. Aspice littus.] à loco, in quo interfecerit Achillas Pompeiũ, memoria, & recordatione sceleris perpetrati excitat Achillam. Quem metuis.] Collatione utriusq; animat eum, à facile. Sine periculo, nullo momento sustulisti Pompeiũ. Cæsar non est maior Pompeio, proinde facilè hunc quoq; superabis.
B Non sangui cl.] obiectio, quã concedit, sed soluit ab antecedenti gloria, & celebritate nominis ex cæde alterius. Nec opes p.] cæde Cæsariana nõ turbamus populos ullos, nõ turbamus regna externa, cur inuicem bellum metuamus, non sæclamur amplas opes. Diuersa hoc loco leclio est. Nec opus populorũ Quod Sulpit. exponit. Reges fauore populorũ facti. Alij, qui opes legunt, sic exponunt. Nec opes populorũ mouemus, sed ipse se ultrò offert nobis, & ad scelus ingentes facli sumus, postquã semel occidimus Pompeium. Verba Micylli libenter adscribam. Nec refert, nos non esse claro sanguine natos, neque enim ea claritate opus est, cum non aliorum populorum, atq; regnorũ opes, atq; auxilia ambiamus, sed ipsi nos sufficiamus ad rem propositã exequendam. Et illos, scilicet populos ipsa fortuna ultrò nobis conciliauit, & quasi in manus tradit. Altera uictima hic obiecta, qua gentes, ac populos externos placemus. Hæc ille. Victima al.] Prior Pompeius fuit, altera uictima Cæsar erit, tanquam piaculum, quo Italos placabimus, & S. P. R. Iugulus Cæs. hauf.] à spe commodorum. Si Cæsar à nobis occidatur,
C perinde ut Pompeius à nobis est cæsus, conciliabimus nobis fauorem Pop. Rom. Quid nomina an.] Hoc est, Tam amplum, ac celebre nomen Cæsaris non est timendum: quo mutato, nihil distabit à populari milite, A' tuto. Nox hæc.] A' facili, una hac nocte, interfecto Cæsare, finem imponemus bello Ciuili. Inferiasq; dabit.] Sunt autem propriè inferiæ, sacrificia, quæ inferis soluuntur. Vnde inferias facere, est manes sacrificijs placare. Verg. lib. 10.

Viuentes rapit inferias, quas immolet umbris.

Quasi Cæsar capite suo, ut sacrificio, tot populos placabit. Lagæa iuuentus Epilogus.] Hoc Aegyptij in regis sui gratiã faciant; & Romani milites, qui in castris sunt, in suũ usum præsent, quo seruitute, & tyrannide Cæsaris liberentur. Plenũ epul.] ab Oportuno. Superi trib.] à tuto. Superi auxiliabuntur, ut uota Catonis, & Bruti expleas. Proprijs nominibus ita abutimur, cum uel ipsum genus, aut similitudinẽ significamus: hoc Bruti, Catonis, & similiũ uota præstabunt Superi, ut fœliciter, & auspicatè cedant. Haud clara signa] Quando castra mouentur, in re militari mos est, ut sonitu tympanorum, aut tubarum procedant copiæ. Hic silentio petebat Alexandriam, ut incautum, ac securum Cæsarem opprimeret. De his rebus, inquit ipse, cum ageretur, apud Cæsarem, isq; maximè uellet pro communi amico, atque arbitro regum controuersias componere, subitò exercitus regius, equitatusq; omnis uenire Alexandriam nuntiatur. Pars maxima turbæ.] Erant, inquit Cæsar, cum Achilla copiæ, ut neque numero, neque genere hominum, neq; usu rei militaris contemnendæ uiderentur, Millia enim XX. in armis habebat. Turbæ latiæ.] Hæ constabant, inquit, ex Gabinianis militibus, qui iam in consuetudinem Alexandrinæ uitæ, atq; licentiæ uenerant, & nomẽ, disciplinamq; Po. Ro. dedicerant, uxoresq; duxerant, ex quibus plerique liberos habebant. Huc accedebant collecti ex prædonibus, latronibusq; Syriæ, Ciliciæq; prouinciæ, finitimarumq; regionum. Multi præterea capitis damnati, exulesq; conuenerant, fugitiuusq; omnibus nostris certus erat Alexandriæ receptus, certaq; uitæ conditio, ut dato nomine, militum essent numero, quorum si quis à domino comprehenderetur, concursu militum eripiebatur, qui uim suorum, quod in simili culpa uersabantur, ipsi pro suo periculo defendebant. Hi regum amicos ad mortem deposcere, hi bona locupletum diripere, stipendij augendi caussa, regis domum obsidere, regno expellere alios, alios accersere, uetere quodam Alexandrini exercitus instituto cõsueuerant. Erant præterea equitũ millia duo, qui inueterauerant cõplurib. Alexandriæ bellis, Ptolemæũ patrem in regnum reduxerant, Bibuli filios duos interfecerãt, bella cum Aegyptijs gesserant, hunc usum rei militaris habebãt. Hactenus Cæsar. Milite corrup. in ex. m.] in Alexãdrinos, ut dixit Cæsar, & Barbaros. Vt Duce s.fa.] Sub Achilla, & iussu satellitis. Ego intellexero, expolitionem esse potius, quàm ut ad Photinum Eunuchum referatur. Nam is nuper tertius regis pueri erat datus, propter ætatem.

Nulla fides.] Exclamatio in impietatem, & perfidiã Ducũ Ptolemæi, & Romanorum militum, quorum fidei Cæsar fidere potuisset, ne in se, & in patriam fuissent iniurij, nec degenerassent à nomine Romano. Sed re uera manus habẽt uenales. Ibi plurimũ licentiæ, ac iuris militib. est, ubi summũ præmiũ, ac stipendiũ est. Hic ageba-
tur de libertate P. Ro. quæ summũ haud du-

Nulla fides, pietasq; uiris, qui castra sequuntur.
Venalesq; manus, ibi fas, ubi maxima merces.
Aere merent paruo, iugulumq; in Cæsaris ire
Non sibi dant. Proh fas, ubi non Ciuilia bella
Inuenit Imperij fatum miserabile nostri?
Thessaliæ subducta acies in littore Nili
More fuerit patrio. quid te plus, Magne, recepto
Ausa foret Lagæa domus? dat scilicet omnis
Dextera, quod debet, superis, nulliq; uacare

Fas est Romano Latium sic scindere corpus
Dijs placitum est: non in soceri generisq; fauorem
Discedunt populi. Ciuilia bella fatales
Mouit, & in partem a Romanam uenit Achillas.
Et nisi fata manus a sanguine Cæsaris arcent,
Hæ uincunt partes. aderat maturus uterque,
b Et districta epulis ad cunctas aula patebat
Insidias, poteratq; cruor per regia fundi
Pocula Cæsareus, mensæq; incumbere ceruix.
Sed metuunt belli trepidos in nocte tumultus,
Ne cædes confusa manu, c permistaq; fatis
Te Pharsalmæe trahat, tanta est fiducia ferri.
Non rapuere nefas, summi contempta facultas
Est operis, uisum famulis reparabile damnum,
d Aptam mactandi dimittere Cæsaris horam.
Seruatur, pœnas in aperta luce daturus.
Donata est nox una Duci, uixitq; Photini
Munere Phœbeos Cæsar delatus in ortus.

a al. Romani.
b al. distincta.
c al. permistaq;
d al. Illam mact.

bie pretiũ erat, & superabat omnia stipẽdia. Quare ad eam conse ctandã nihil nõ ausuri erãt in Cæsarẽ mili tes Romani, uel cum Dijs pugnaturi, si fuisset opus. Nõ sibi d.] hoc est, nõ sua sponte, & authoritate mortẽ Cæsaris petũt, ut hostis, sed stipendio cõducti, quo ad nulla nõ flagitia impellantur, id sunt facturi. Proh fas.] Exclamatio in sceleratã pugnam ingruentẽ ciuium Rom. & militum Ro. in Cæsarem Ducẽ Romanũ, quasi id quoq; Ciuile bellum dicendum sit: quo ciues in ciues rursum hic arma sumunt, id quod sequenti uersu expolitione reddit. Magne.] Auersio ad Pompeiũ: qui si reuiuisceret, Ægyptij plus contra Cæsarem efficere potuissent, quàm eo mortuo iam fecerunt. Scindere cor. Ro.] Ad istũ maximè modum ciuitatem Romanã in duas partes, & factiones diuellere, ut partim Pompeij, partim Cæsaris castra sequerentur. In partem Ro.] In factionẽ, quasi ipse quoq; Romanus fuisset Nisi fata.] Quasi dicat, Profectò Achillas uincere potuisset hic Cæsarem, nisi in fatis fuisset, eũ Romæ mori turũ. Paucitate enim militum Cæsarianorũ despecta, occupare Alexandriã audebat, & certã uictoriã humano iudicio sibi promittebat. Arcẽe.] Prohibuissent, modus pro modo, & tempus pro tẽpore, enallage. Hæ uincunt pa.] Partes Achillæ iam uicissent, ac superiores fuissent. Aderat matu. r.] Et Achillas, et Photinus. Ille cum copijs, hic ad recipiendas eas in urbem. Sed metuunt belli.] A tempore. Potuissent cõuiuantib. superuenisse noctu, & Cæsarẽ contrucidasse, nisi nox ipsum regem aliqua ui in præsentem mortẽ tractata fuisset, id quod procliue erat. Te Pharsalemæe.] auersio. Non rapuere n.] Non ergo aggressi fuerunt facinus, sed occasionem oblatam uictoriæ è manibus labi permiserunt. Facultatem summi operis dimisit, occasionem bonam cædis patrãdæ. Dimittere.] Sinere in præsenti abire, & in aliud tempus differre. Phœbeos in or.] in lucem sequentis diei: uel, in clarã lucem Diei, ut sine regis periculo res geri posset, eadem differre placuit.

A
B

Lucifer à Cassia.] Dilata cæde in lucẽ à temporis matutini deseriptione orditur narrationem proximã Lucifer, qui manè ante Solẽ oritur, & anteambulat, iã supra Casiũ montẽ se erexit, & prænunciauit diem aduentãtẽ, quo tẽpore cũ suis copijs appropinquabat Alexandriæ Achillas.

e al. iunctos
f al. sparsuri
g al. Nec.
h al. obrueret.
i al. causam uetantem.

Lucifer à Cassia prospexit rupe, diemq;
Misit in Aegyptum primo quoq; Sole calentem,
Cum procul à muris acies non sparsa maniplis
e Nec uaga cõspicitur, sed iustos qualis ad hostes
f Recta fronte uenit, passuri cominus arma,
Laturiq; ruunt. at Cæsar mœnibus urbis
Diffisus, foribus clausæ se protegit aulæ,
Degeneres passus latebras. nec tota uacabat
Regia compresso, minima collegerat arma
Parte domus, tangunt animos iræq;, metusq;,
Et timet incursus, indignaturq; timere.
Sic fremit in paruis fera nobilis abdita claustris,
Et frangit rabidos præmorso carere dentes:
g Non secus in Siculis fureret tua flãma cauernis,
h Obstrueret summã si quis tibi Mulciber Aetnã.
Audax Thessalici, nuper qui rupe sub Aemi,
Hesperiæ cunctos proceres, aciemq; Senatus,
Pompeiumq; Ducem, caussa sperare i uetante,
Non timuit, fatumq; sibi promisit iniquum.
Expauit seruile nefas, intraq; penates
Obruitur telis, quem non uiolasset Alanus.

Lucifer à Cassia.] Dilata cæde in lucẽ à temporis matutini descriptione orditur narrationem proximã Lucifer, qui manè ante Solẽ oritur, & anteambulat, iã supra Casiũ montẽ se erexit, & prænunciauit diem aduentãtẽ, quo tẽpore cũ suis copijs appropinquabat Alexandriæ Achillas. Forib clausæ.] Achillas oppidi partẽ, quam Cæsar cũ militib. tenebat, occupabat. Primo impetu domũ eius irrumpere conatus fuit. Sic fremit.] à cõparatione, indignationẽ Cæsaris amplificat. Carcere.] Clathris cauea, in qua clausus iacet leo. Nõ secus.] Alia collatio, sumpta à natura flammæ Aetnææ, si superimposita materia opprimere quis eã contẽdit. Audax Thessalia.] à maiori ad minus. Qui super aduersus tot, tamq; innumerabiles Senatorũ copias in Pharsalica acie intrepidus steterat, quod hic sub aduẽtum satellitis regij, cum exercitu approperantis trepidarit. Aemi.] Mõtis Thessaliæ: uel inter Thraciã, et Thessaliã, ab Aemone Boreæ, & Orithyiæ filio. Sunt qui primã syllabã aspirẽt: Hæmus. In huius radicibus ea loca amœna sunt, quæ Græci Tempe uocant. Ab hoc monte Aemonia dicta regio ipsa Thessalia, & urbs Aeadiæ, uel ab Aemone filia Deucalionis. Expauit ser. ne.] scelus Achillæ serui, & satellitis regij. Alanus.] Alania Scythiæ Europææ regio est, excurrens ad Paludẽ usq; Mæotidẽ, incolæ Alani dicũtur. Sũt qui Alanor esse credant, quos ueteres Massagetas dixerũt, uiuunt carnibus absq; pane, populi laborum patientes. Alij eos in parte Daciæ collocant. Est & fluuius Scythiæ Alanus.

Nõ Scythia.] Sed ne in uniuersum Scytharũ quisquã, quãuis barbari sint, & immanes eũ uiolare ausus fuisset, Alibi monuimus, duplicem

Nõ Scythia, nõ fixo, qui ludit in hospite Maurus.
Hic cui Romani spatium non sufficit orbis,
Paruaq; regna putat Tyrijs cum Gadibus Indos,

A dupliceē esse Scythiā: Europæam & Asiaticam. Scythæ ferè omnes in unum Sagæ appellati, ut Mela tradit & Herodot. lib. 7. qui Persæ, inquit, Sacas uocant omnes Scythas. Testatur hoc ipsum etiā Plin. lib. 17. Incolunt cōfinia Asiæ, sed nisi ubi perpetuæ hyemes sunt, & intolerabilis rigor, quam regionem Plinius à natura damnatam scribit, sub ipso cardine mundi, ubi Sol non quotidie, ut nobis, sed primum uerno Aequinoctio exortus, autūnali demū occidit. Et ideo sex mensibus dies, & totidem alijs nox usq; continua est. Maurus lud. in fix. hof.] per lusum sagittis hospitē configit. Mauri occidentalem partem ultimam Africæ uersus fretum Gaditanū incolunt. Et Indos fuisse, & Hercule Duce cum innumera multitudine in has terras penetrasse, multi persuasum habuere. ut Strab. lib. ultimo. Salustius, Mauros, Numidas, & reliquos, qui Africam cultiorē eddiderunt, Medos, Armenios, Persas, & Phœnices fuisse credit. Ipsa regio, Mauritania: populi Mauri & Mauritani, à Græcis Mauri sij dicuntur. Ergo ne Scythia quidē Cæsarē uiolassent, neq; Mauri, quāuis atroces in uiolandis hospitib. Hic cui.] Trepidationē Cæsaris, & metum mirū in modum amplificat, cōparationibus à minoribus. Hic uir tātus, ut cui imperium Romanū non sufficiebat, tui omnia regnanimis: parua dicebantur. ut puer, aut fœmina, cepta urbe trepidat, sic ipse quoq; tutas latebras & recessus domus præ metu quærit. Primo impetu domum eius irrumpere conatus fuit. Gadibus Tyrijs.] Gades, clara insula 12. mil. pass. longitud. latitud 3. mil. 700. pedibus à C proximo continente abest. Gadir dicta, quod Gadira lingua punica septem, uel septum signet. Hermolaus Gadirum apud Plin. legit. Gadir, quasi γῆς δείσιν, hoc est terræ ceruix: insula à cōtinenti Bethicæ ueluti flumine abscissa. Qua Oceanum spectat, duobus promontorijs in altum eurbitur, & medium littus abducit. In altero cornu opulentā urbem, in altero templū Aegyptij Herculis conditoribus, religione, uetustate, & opibus illustre habet, auctore Pomponio Mela. Tyrijs.] Tyrij certè condidere, non Aegyptio illi, sed Tyrio Herculi, filio Iouis, & Astoriæ, uetustissimo, qui apud Tartessios in Hispania etiam colebatur, à Columnæ etiam qui Herculis dicūtur, nomē sortitæ sunt. Et Tartessus à Tyrijs condita fuit. Philostratus lib. de uita Apollonij s prodidit, in templo Gaditano, duos Hercules cultos fuisse, Aegyptiū & Thebanum, citra simulachrum, sed Aegyptio duas aras æneas, unam tum Thebano erectam fuisse iuxta quam 12. eius labores ex lapide sculpti uiserentur. A Gadibus, fretum Gaditanum dictum est. Non sine rege.] Iuuenem regem apud se continuit. Barbara Colchis.] Sic Medea, à Comparatione. a Cum Absyrtus Medeam sororem fugientem nauibus persequeretur, Aeeta patre in pugna in littore à Medeagro interfecto circa Dalmatiā periit, à quo adiacentes insulæ Absyrtides nominatæ fuerunt. Vltorem.] uel patrem, uel fratrē. Ceruice parata.] ad omnem euentū, & casum mortis. Spem pacis ten.] Nam Cæsar regem, quē in sua potestate haberet, hortabatur, ut ex suis necessarijs, quos haberet maximæ authoritatis, legatos ad Achillam mitteret, ut quid esset suæ uoluntatis, ostenderet. A quo missi Dioscorides & Serapion, qui apud eo legati Romæ fuerant, magnamq; authoritatē apud patrem Ptolemæum habuerant, ad Achillam peruenerunt. Quos ille cum in conspectum eius uenissent, priusquam audiret, aut cuius rei causſa missi essent, cognosceret, corripi, ac interfici contra ius gentiū iussit. Quorū alter accepto uulnere occupatus, per suos pro occiso sublatus, alter interfectus est. Quo facto, Cæsar effecit, ut regē in sua potestate haberet. Quare dixit pœta.

Non sine rege tamen, quem ducit in omnia secum.

Satelles.] hoc est, duos legatos Dioscoridem, & Serapionem. Famulos.] hoc est, Achillam, & alios. At Cæsar, quod ad Photinum, Photinus, inquit, nutritius pueri, & procurator regni in parte Cæsaris, cum ad Achillā nuntios mitteret, hortaretur q; ne negotio desisteret, ne'ue animo deficeret, iudicatis, deprehensis q; internuntijs, à Cæsare est interfectus. Ius mundi.] Vt modò dixi, ius gentium, quod barbari uiolare ausi fuēre. Tot monstris.] Auersio ad Aegyptios, monstra erant, quæ pro Dijs colebant, mōstrum erat, quod Pompeium tutorem Regis tam atrociter interfecerant: monstri simile erat, ius gentium uiolare, ad necandum Imperatorem P. Ro. Proinde multis sceleribus nocuerāt Aegyptij, qui regem ipsum sub cultro Cæsaris relinquebant. Non Thessala tellus.] Alia amplificatio scelerū, quæ monstra appellauit, ab exēplis. Glareanus hunc locum enarrans, nisi pœtam omnem barbarism intelligat, inquit, non procedunt Sulpitij expositiones. Thessalia tellus, inquit, quæ Gigantes produxit. Hæc Badius reprehendit: nihil enim in bello Giganteo (inquit) in Cæsarem factum est. Itaq; ipse exponit, Thessalia tellus, in qua ferè mundus conflixit cum Cæsare hostili animo. Deinde Sulpitius, Pontus, id est, Scythiæ. At Badius, Pontus, id est filius regis Ponti Pompeianas partes contra patrem secutus. Et, pro, id est, Pharnacis, id est filij Mithridatis impia, uidelicet in patrem. Potest tamen per Pontum etiam intelligi Thracia unde Pompeio auxilia missa. Vt patet non ita longè ab initio libri 5.

Tunc Sadalen, fontemq; Cotyn.

Ex Cæsare, qui libro tertio, ait, Ad eundem numerū Co-

tus ex Thracia dederat. Badij itaq; expositiones non sunt reijciendæ. Quæ uerò præcesserunt uerba poëtæ. Sed neque ius mundi ualuit. Ad ea non rectè Badius. Quamuis legatos, inquit, miserit Cæsar ad Photinum, et Achillam. Hæc uerba ita ponit Badius, quasi qui crediderit Photinum fuisse in expeditione contra Cæsarem, cum Photinus intra oppidum eum rege Ptolemæo suo obses Cæsaris unà cum Cæsare esset, qui ad Achillam literas miserat, quibus deprehensis Cæsar in eum animaduertit, ut ipse Cæsar ad calcem tertij commentariorum libri commemorat. Hactenus Glareanus. Vastaq; regna Iubæ.] Regis Mauritaniæ, ad cuius opes reliquiæ partium Pompeianarum confluxerant, quarum Duces, alij alios casu postea interiere. Iubæ.] Inter reges Mauritaniæ celebres memorantur, Bogus, & Bocchus, cum Pop. Rom. amici, & socij haberentur: quibus deficientibus Augusti munere successit Iuba, huius Iubæ filius, qui Scipioni iunctus, qui statim contra Cæsarē arma induit. Solinus Iubam Ptolemæi filium facit. At Strabo lib. ultimo aliter, A qui Ptolemæum ex Antonij, & Cleopatræ filia ortum, Iubæ in regnum successisse scribit. Cæterum Iubæ hostis Cæsaris filius Iuba, captiuus Romam ab eo in triumpho postea abductus fuit, habuitq; fortunatissimam captiuitatem, in qua effectum fuit, ut ex barbaro postea quam in urum euasit, inter clarissimos scriptores numeraretur.

Ponti.] Pharnacem per expegesin subijcit, qui bello Mithridatico, à patre ad Pompeium defecit: nisi per Pontū, ut ostendit Glareanus, Thraciā intelligere quis uelit, ex qua Pōpeio quoq; auxilia profecta fuerant. Orbis circumf.] Ibero gelido, fluuio Hispaniæ. Hispaniā dicit, in qua periculosissimè postea pugnauit cum Sex. & Cn. Pompeij liberis. Syrtis barbara.] De Syrtibus in mari Libyco aliàs dictū est. Itaq; horū omniū mala superarunt deliciæ Cæsaris, quæ illi plus nocuerunt, quàm omnes hi memorati hostes. Inq; domū iā t.] Primo enim impetu domū eius irrūpere conatus est Achillas: sed Cæsar disp̄ositis per uias cohortib. impetū eius sustinuit. Appianus plurib. p̄lijs circa regiā, inq;, et in maris littore certatū est

Non aries uno mortuus limina pulsu,
Facturusq; domum, non ulla est machina belli,
Nec flammis mandatur opus, sed cæca iuuentus
Consilijs uastos ambit a diuisa penates.
Et nusquam totis incursat uiribus agmen,
Fata uetant, muriq; b uicem fortuna tuetur.
Nec non & ratibus tentatur regia, qua se
Protulit in medos audaci margine fluctus
Luxuriosa domus, sed adest defensor ubiq;
Cæsar, & hos aditus gladijs, hos ignibus arcet,
Obsessusq; gerit (tanta est constantia mentis)
Expugnantis opus: piceo iubet unguine tinctus
Lampadas immitti, iunctis in uela carinis.
Nec piger ignis erat per stupea uincula, perq;
Manantes cera tabulas, & tempore eodem
Transtraq; nautarum, summiq; arsere ceruchi.
Iam propè semustæ merguntur in æquore classes.
Iamq; hostes, & tela natant, nec puppibus ignis
Incubuit solis, sed quæ uicina fuere
Tecta mari longis rapuere uaporibus ignem:
Et cladem fouere Noti, percussaq; flamma
Turbine non alio motu per tecta cucurrit,
Quàm solet æthereo lampas decurrere sulco,
Materiaq; carens, atq; ardens aëre solo.
Illa lues paulum clausa reuocauit ab aula
Vrbis in auxilium populos, nec tempora cladis
Perdidit somni, sed cæca nocte carinis
Insiluit Cæsar semper c fœliciter usus
Præcipiti cursu bellorum, & tempore rapto.

Non aries.] Oppugnationē domus, quā Cæsar tenebat, describit. Non aries.] Nō machina illa muralis, non testudo, nec ulla alia est machina, quæ ostium domus deiecturafuit. Nec flammis.] nec ignis subijcitur quo incendatur. Et nusquam totis uiribus.] Nam Cæsar dispositis per uias cohortibus impetum Achillæ sustinuit. Fata uetant.] In fatis non erat, ut Cæsar illic periret, sed præterquam quod ad res maiores seruabatur, in fatis erat, ut Romæ in Senatu multis uulnerib. acceptis caderet. Muriq; uicē.] Fortuna, quæ hactenus semper Cæsarē in multis perplexis reb. tutata fuerat, ei erat pro muro, ne hic periret. Nec non & ratibus.] Cæsar circa finem libro 3. Eodem tempore, inquit, pugnatum est ad portum (aliàs ad portam) ac longè maximam attulit ea res dimicationem. Simul enim deductis copijs, pluribus uijs pugnabatur, & magna multitudine naues longas occupare hostes conabantur, quarum erāt auxilio quinquaginta missæ ad Pompeium, prælioq; in Thessalia facto, domum reuerant. Ille triremes omnes, & quinqueremes aptæ, instructæq; omnibus rebus ad nauigandū præter has XXII. erant, quæ præsidijs caussa Alexandriæ esse cōsueuerāt, constratæ omnes, quas si occupassent, classe Cæsaris erepta, portū, ac mare totum in sua potestate haberent, cōmeatu auxilijs Cæsarem prohiberēt. Itaq; tanta est contentione actum, quāta agi debuit, cum ille celeré in ea re uictoriam, hi salutē suam consistere uiderent. Sed rem obtinuit Cæsar, omnesq; eas naues, & reliquas, quæ erant in naualib. incendit, quod tam latè tueri, tā parua manu nō poterat, confestimq; ad Pharum naues milites exposuit. Hucusq; Cæsar. In huius laboris, & pugnæ tumultuariæ descriptione mirè laborat poëta. Luxuriosa do.] Vel propter commessationem nocturnam ita à Lucano descriptam, uel propter magnificētiam regiā, & eximio splendore structam domum regiam. Monstrat locū, ubi redeintegrata fuit pugna ad portum circa naualia. Appianus ob hanc rem, inquit, tumultu inter Alexandrinos orto, cum regium exercitum in illum (Cæsarem) concitassent, pluribus prælijs circa regiam, & in maris littore certatum est. Itaq; per audacem marginem, & medios fluctus ipsum mare proximum indicat. Hos ignibus.] nam naues, quæ in naualibus erant, incendit, quod tam latè tueri, ait, tam parua manu non poterat. Gerit opus expug.] hoc est, munus, ac uices expugnantis uel urbem uel arcem gerit, cum se, & suos tueri contentis uel urbem uel arcem gerit, cum se, & suos tueri contendit. Etenim antequam eas naues, quæ erant in naualibus, incendit, in proxima ædificia primum ignem, & faces iniecit, eoq; incēdio hostium tela submouit, ac mox in peninsulam

a al. diuersa.

b al. ducē

c al. nō iam fœlici.

A insulam Pharon subitus euasit. Sic L. Florus. Iunctus in uela.] hoc est, quod Cæsar ait, omnes eas naues, et reliquas, quæ erant in naualibus incendit. Cætera sunt descriptiones periphrasticæ incēdij, qualibus poëtæ maximè delectātur, ut tali hypotyposi rem oculis subijciant. Iunctis in uela ca.] pro eo, quod est, in naues, in quibus iam uela passa erant. Per stuppea uinc.] per rudēntes, & reliquos funes nauticos, et tabulata, & transtra pice, bitumine, & cera uncta, quæ facillimè cōcipiebant ignem. Ceruchi arsere.] Ceruchi, κεράχοι, perinde quasi latinè dicas cornuti, & usurpatur pro extremis autemnarū cornibus, κέρας, ατος, cornu, ἔχω, habeo. Nam cornua illa in utrūq; ueli latus diffunduntur. Sūt, qui ceruchos etiā accipiunt pro cauea illa, quæ in fastigio nauigij sustollitur effigie corniculata Valer. Flac. 1. Argo. Tēperet ut tremulos Zetes, fraterq; ceruchos. Nec pupp.ig.] Atque hoc est, quod paulò antè ostendi, quod in proxima ædificia primū ignem, & faces miecit, quo incēdio hostiū tela submouit. Noti.] Species pro genere, hoc est, uenti excitarunt uehemēter incendium quo hostis retrorsum à se

B reiecit, & illud latius paulatim in proxima tecta scripsit. Et cū hic ignis ex naualib. latè proserperet, ingentē illam bibliothecā sumpsit. Quàm lampas.] à simili procurrentis incēdij pestē amplificat. Nō aliter, inquit, ignis paulatim magna celeritate proximas quasq; ædes corripuit, quàm solet Lampas per aërem decurrere. Lampas est faceis genus in aëre. Plin. lib. 2. cap 26. Emicant & faces, inquit, non nisi cū decidunt, uisæ, qualis Germanico Cæsare gladiatorū spectaculū edente, præter ora populi meridiano transcurrit. Duo genera earum: Lampades uocāt planè faces: alterum Bolidas, quale Mutinensibus malis

uisum est. Distāt, quod faces uestigia longa faciunt, priore ardente parte: Bolis uerò perpetua ardens, longiorē tra hit limitem. Hæc Plin. Est alioqui lampas ignis, aut Solis splendor. παρὰ τὸ λάμπω, splendeo. Frequenter tamen accipitur pro instrumento, quo ignis in oleo lucet, quod lichnū pensilem nominant: ut apud Iuuenalem, ænea lampas. Lampada cursu trado, prouerbialis metaphora, pro eo quod est, partes tradere, quasi successione in alium, & in alium transferre.

Lucretius. *Et quasi cursores Vitai lampada tradūt.* «
M. Varro lib de re rust 3. nūc cursu lampada tibi trado. «
Pers. Qui pr or es, cur me in decursu lāpada poscis? «
Aristophanes in Ranis. «
λαμπάδα δ' ἀλεῖς οἵδε φέρειν «
ὑπ' ἀγωνοθέτου τ' ἐννυχί. hoc est, interpret. Eras. «
Iam nemo queat gestare facem, «
Quod non curant exerceri. «

De origine prouerbij consule Chil. Erasmi. Illa Iues.] Incendiū, quod modò luem, modò pestem appellat. Incendium, inquit, reuocauit multitudinē ad tuendam urbem, cuius regiæ ædificia propinqua iam flagrare cœperant, ut & naualia. Carinis insiluit Cæsar.] Et confestim, inquit ipse, ad Pharum nauibus milites exposuit. Et Florus.] Mox in peninsulam Pharon subitus euasit. Itaque, horum omnium uersuum hic sensus est. Interea dum naualia, & ædificia proxima horrendo incendio absumuntur, ne tota urbs flammis corriperetur, ad restinguendum omnes eò confluxerunt. Ac dum hoc occupantur, Cæsar consueta fortuna fœlici utens, qua omnib. bellis usus fuerat, nocte militibus in naues impositis in Pharon proximam insulam exposuit.

Tūc claus. pel.] Insulā Pharō, claustrū pelagi: appositio. Pluribus prælijs circa regiā, & in maris littore certatum fuit, ait Appianus. Cæterum tota Alexādria ab incendio ferè tuta fuit, quod sine cōtignatione, atq; materia sint ædifi-

C cia, & structuris, atque fornicib. cōtinēatur, & tecta fuerint ex rudere, & pauimento, ut tradit Hirtius cōmentariorum Cæsaris li 4. Pharō.] Insula fuit quondā diei nauigatione distans ab Aegypto, nūc tā propinqua, ut Alexādriæ porte iūgatur. Hæc insula, ait Cæsar, obiecta Alexādriæ portum efficit. Sed à superiorib. regionib. in longitudinē passuū nonnūllorū in mare iactis molibus, angusto itinere, et ponte cū oppido coniungitur. In hac sunt insula domicilia Aegyptiorum, & uicus oppidi magnitudine, quæ ubiq; naues imprudentia, aut tēpestate paululū suo cursu decesserint, hat more prædo-

Tunc clausträ pelagi cepit Pharō insula quōdā
In medio stetit illa mari, sub tempore *a* uatis
Proteos, at nunc est Pellæis proxima muris.
Illa Duci geminos bellorum præstitit usus,
Abstulit *b* incursus, & fauces æquoris hosti.
Cæsar *c* & auxilijs ut uidit libera Ponti
d Ostia, non fatum meriti, pœnasq; Photini
Distulit ulterius, sed qua non debuit *e* ira,
Nec cruce, nec flāmis rapuit, non dente ferarum.
Heu facinus ceruix gladio malè cæsa pependit.
Magni morte perit. necnon subrepta paratis
A' famulo Ganymede dolis peruenit ad hostes
Cæsaris Arsinoë, quæ castra carentia rege
Vt proles Lagæa tenet, famulumq; tyranni
Terribilem iusto transegit Achillea ferro.
Altera Magne tuis iā uictima mittitur umbris.
Nec satis hoc fortuna putat, procul abstit, ut ista
Vindictæ sit summa tuæ. non ipse tyrannus
Sufficit in pœnas, non omnis regia Largi.
Dum *f* patrij ueniant in uiscera Cæsaris enses,
Magnus inultus erit. sed non authore furoris
Sublato cecidit rabies: nam rursus in arma
Auspicijs Ganymedis eunt, ac multa secundo
Prælia Marte gerunt. potuit discrimine summo
Cæsaris *g* illa dies in famam, & sæcula mitti.

nū diripere consueuerunt. His aūt inuitis, à quib. Pharus tenetur, non potest esse propter augustias nauib. introitus in portū. Hoc tū ueritus Cæsar, hostib. in pugna occupatis militibusq; expositis, Pharō appræhendit, atque ibi præsidium posuit. Quib. exercitib. effectū, uti tutò frumētū, auxiliaq; nauib. ad eū supportari possent. Mela li. 2. de situ orbis. Pharos Alexādriæ, inquit, nō pōte iūgitur, olim ut Homerus carmine proditū est, ab ijsdem oris cursu totius diei abducta: & si ita res fuit, uideri potest coniectantibus in tantum mutatæ caussas Nilum præbuisse, dum limum subinde, & præcipuè cum exunderet, littori annectens, auget terras, spatiumq; augescentium in uicina uada promouet. Hactenus Melæ Verba reuoli. Sostratus Cnidius in ea insula, regnāte Ptolemæo Philadelpho,

a al. uasti.
b al. & cursus. itē excursus.
c al. auxilijs adItus, ac.
d al. Ostia permisit.
e al. rabido.
f al. patriæ.
g al. una dies.

turrim magnâ altitudine, & mirificis operibus extruxerat. Sub tempore.] Proteus, Oceani, & Tethyos filius fuisse & uates memoratur, & Deus maris, qui nisi coactus responsa dabat. Vergil. lib. 4 Georg.

» —Nouit namq; omnia uates,
» Quæ sunt, quæ fuerint, & quæ uentura trahantur:
» Quippe ita Neptuno uisum est, immania cuius
» Armenta, & turpes pascit sub gurgite Phocas.

Diodorus tradit, cum Aegyptus rege careret, ex dignioribus regem creatum, quem Aegyptij Cetea Græci Proteum appellarent, qui temporibus belli Troiani floruerit. Hunc multarum artium peritū, & in uarias formas se uertere solitum. Ista uertendi consuetudo Aegyptijs causſam huiusmodi transmutationes fingendi præbuit. Nam regibus eorum postea mos fuit, aut Leonis, aut Tauri, aut Draconis, tanquam insignia principatus in capite ferre: interdum arborem, nonnunquam ignem, aut redolentia unguenta. Sunt, qui scribunt eum, Pallene relicta, in Carpatho regnasse, ad quam tamen postea reuersus fuerit. A Latinis Vertumnus dicitur, quod aliquando forma Deæ captus in uarias formas mutasset, à uerso mutatoq; cursu fluminis Tyberini. Hinc in prouerbium cessit. Proteo mutabilior, πρωτέως ποικιλώτερος, in uasrū, & uersipellem. Horatius retulit ad eum, qui facilè uertit sententiam.

» Quo teneam uultus mutantē Protea nodo. Et alibi.
» Effugiet tamen hæc sceleratus uincula Proteus.

De hoc prouerbio, copiosius uideat studiosus lector, in adagio, Proteo mutabilior. Non aliter Empusa sese in formas innumerabiles se uertit. Herodotus libro 2. hunc apud Aegyptios regnasse, & Memphitam fuisse genere. Illa Duci.] Ab utilitate duplici, quam præstabat tum Cæsari. Abstulit hostibus impetum. & pœnam. Non distu sa. Photini.] Cæsar non distulit longius suppliciū, quod Photinus meritus fuerat. Hæc dum apud hostes geruntur, ait, Photinus nutritus pueri, & procurator regni in parte Cæsaris, cum ad Achillam nuncios mitteret, hortaretúrq; ne negotio desisteret, ne'ue animo deficeret, indicatis, deprehensisq; internuntijs, à Cæsare est interfectus. Appianus scribit Achillam, & Photinum à Cæsare morte multos fuisse, ob ea, quæ in Pompeium perpetrauerant. At L. Florus, Theodotus, inquit, magister autor totius belli, cum uirilia quidem portenta, Photinus, atque Ganymedes diuersi per mare, & transfugio, et morte consumpti, Regis ipsius corpus obrutum in limo repertum est in aureæ loricæ honore. Sed qua non de re.] Quasi dicat, horrendiori humanorum supplicio eum debuisse perire. Mortuus fuit eo genere mortis, quo Pompeius interijt, hoc est gladio, sed nimis clementi. Arsinoē sub. à sa. Gany.] Fuit Arsinoë minor filia Ptolemei, ut ipse Cæsar etiam testatur, quæ uacuam regni possessionem sperans, ad Achillam se ex regia traiecit, unaq; bellum administrare cœpit: sed celeriter fuit inter eos de principatu controuersia orta, quæ res apud milites largitiones auxit. Magnis enim iacturis sibi quisque eorum animos conciliabat. Ad hunc modum Cæsar. Hirtius libro 4. Achillam ab Arsinoë per Ganymedem interfectum prodidit. Interim, inquit, dissensione orta inter Achillam, qui ueterano exercitui præerat, & Arsinoën Regis Ptolemæi minorem filiam, ut sæpè demonstratum est, cum uterq; utrique insidiaretur, & summam Imperij ipse obtinere uellet, præoccupat Arsinoë per Ganymedem eunuchum nutricium suum atque Achillam interfecit. Sic Hirtius. Appianus uerò Achillam, & Photinum à Cæsare morte mulctatos scribit, ob ea, quæ in Pompeium perpetrauerant. Transegit Achillea.] Ab Achilleus. ἀχιλλεύς. Proles Lagea.] filia Ptolemæi minor, quæ per Ganymedem eum cædi iussit. Altera uictima.] Photinus à Cæsare interfectus fuit, ut ipse, & Plutarchus testatur, ab Arsinoë per Ganymedem Achillas, quasi duo illi, ut uictimæ animales, & expiatoriæ Pompeij umbris fuerint cæsi. Procul absit.] Requirit poëta maiorem uictimam, tum autem & præstantiorem Pompeio: caput nempe ipsius regis Ptolemæi, quod uictimam Pompeij umbris dignam suo more arbitraturus. Ipse cygnus.] Rex Ptolemæus puer, quem diximus in limo obrutum inuentum. Dum patrij ue.] Tantisper, dum nec & ipse Cæsar uictima à Senatoribus in curia cedatur. Autore furo. sub.] Achilla qui autor belli sustinendi fuerat, instigante Photino, in medio sublato à Ganymede iussu Arsinoës, nondum positum fuit bellum, sed arsit multo magis.

a al. exiguo

Molis in exig. spa.] Molis in a exiguæ spatio stipantibus armis
Dum parat in uacuas Martem transferre carinas
Dux Latius, tota subitò formidine belli
Cingitur, hinc densæ prætexunt littora classes:
b al. exultãt Hinc tergo insultant pedites, uia nulla salutis,
Non fuga, nõ uirtus, uix spes quoq; mortis honestæ
Non acie fusa, nec magnæ stragis aceruo
Vincendus tunc Cæsar erat, sed sanguine nullo
Captus, sorte loci pendet, dubius ne timeret
c al. nec. Optaret cũ mori. d respexerat agmine denso
d al. respexit in. Scæuam perpetuæ meritum iam nomina famæ
Ad campos Epidamne tuos, ubi solus apertis
Obsedit muris calcantem mœnia Magnum.

Pluribus in locis, circa regiã, & in maris littore certatũ fuit. Pugna acerrima hæc incidit circa pontẽ, & molem ad pontẽ. Cæsariani, qui in nauibus longis remanserant, & naues à terra repellere properabant, ne hostes nauibus potirentur, acriter depugnabãt. Tota formidine cing.] Hæc fuit circa Alexandriam tertia pugna ad Pharum, ubi ex aggere in scapham quandam insilijt, ut decertantibus ferret auxilium. Iam aduolantibus undiq; in eum Aegyptiorum nauibus, se in mare deiecit, & summo cum labore uix natauit. Tunc quosdam tenens libellos, ait Plutarchus, quãquam undiq; premeretur, mergeretur'ue, ne omisisse quidem dicitur, at eis è mari sublatis in alium, altera natasse manu, contionuoq; scapha in fundum est delecta. Cæsar demum ad hostes recedente rege prælijs committens, uictoria potitus est, comparentes nusquã rege, & cæsis utrinque plurimis. Hæc ille. Huc pertinet tota ista natalis pugnæ descriptio. Spes mortis honestæ.] ut sibi mortem conscisceret, eum nusquam ad fugam uiam uideret, nec spes ulla salutis esset.

Sed sang. null.] sine cæde, cum ita undiq; nauib. premeretur. Pendet.] incertus est, ac dubius, trepidaret-ne timore, an inferret sibi manum. Respexerat ag.] Alidã,

A Aliâs.respexit in agmine denso Hoc est ô Epidamne, siue Dyrrhachium, animo reputabat, ac respiciebat uirtutem Scæuæ Centurionis sui, qui in portis castrorum, & munitionum omnibus Pompeianis unus restitit, qua uirtute immortale nomen, & famam cõsecutus fuit. Suetonius rem ita refert paulò illustrius. Alexandriæ circa oppugnationem pontis, eruptione subita hostium compulsus, in scapham, pluribus eodem præcipitantibus cum desiliisset in mare, nando per ducentos passus euasit ad proximam nauem, elata manu, ne libelli, quos tenebat, madefierent, paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis. At L. Florus, depulsus in maria, inquit, mira fœlicitate ad proximam classem enatauit, relicto quidem in fluctibus paludamento, seu fato seu cõsilio, ut illud ingruentibus hostium telis, saxisq; peteretur. Tamen receptus à classicis suis, undique simul hostes adortus, de imbelli, ac perfida gente, iusta generi manibus dedit. Porrò Appianus, quo in loco inquit, cum in mare desiliisset, & in profundo aliquandiu enatasset, Alexandrini uestem ab eo ademptam, in trophæi modum erexere. Quanta in hac re, quod ad paludamentum scriptorũ est uarietas. Scæuam meri. nomi.] Sed antequam ad Scæuam transeamus, explicemus obiter, quid fuerit paludamentum, quod Cæsar ita mordicus ore trahebat, ne eo potirentur hostes. Paludamentum, Græcè, χλαῖνα, ἢ ἐναγώνιον, ἢ στρατιω-

B γικὴ ἐσθὴς, ornamentum militare, maximè Imperatorũ. Eo uestiri Imperatores nõ solum, sed & lictores ad bellum proficiscebãtur. Chlamys Imperatoria propriè: hinc paludatus, qui chlamydem imperatoriam, aut alia militaria ornamenta gestat. Hinc paludamentum dictum putant, quod prospiciatur, qui illud gestat, ut fiat palàm. Legitur & pro muliebre uestis. Scæuam.] Cæsar lib. 3. Scuto ad eum relato Scæuæ centurionis, inquit, inuenta sunt in eo foramina CCXXX. Quem Cæsar, ut erat de se meritus, & de repub. donauit millibus ducentis æris: atq; ab octauis ordinibus ad Primipilũ se traducere pronunciauit. Eius enim opera castellum conseruatum esse magna ex parte constabat, cohortemq; postea duplici stipendio, frumẽto'ue, & speciarijs, militaribusq; donis amplissimè donauit. Suetonius illustrius, Scæua, inquit, excusso oculo, transfixus fœmore, & humero. CXX. ictibus scuto perforato, custodiam portæ commissi castelli retinuit. Hic C. X. ictus sustulit. L. Florus, quo tempore, inquit, egregia uirtus Scæuæ centurionis emicuit, cuius in scuto C. atq; XX. tela sedere. Valer. Max. autor est, cum corruisse pugnantem super ingentem stragem, quam ipse fecerat, cuius corpus, inquit, capite, humero, femore saucio, oculo erepto, C. & XX. ictibus perfossum appareruit. Sic uariant autores in re præclara.

FINIS COMMENTARIORVM LAMBERTI HORTENSII, IN PHARSALIAM LVCANI.

SVPPLEMENTVM DECIMI LIBRI, PER SVLPITIVM.

ERexit mentem trepidi tam fortis imago,
Et facturus erat memorandi nobile lecti
Exemplum, sed fata uetant, & fida salutis
Ostendit fortuna uiam, nam læuus amicas
Prospexit puppes, nando quas ausus adire,
Ecquid stamus, ait? uel iam per tela, fretumq;
Eripiar, iuguli, uel non erit ulla potestas
Eunucho concessa mei. tunc puppe relicta
Prosilit in pontum. siccos fert læua libellos,
Dextra secat fluctus, tandemq; illæsus amico
Excipitur plausu clamantis ad æthera turbæ.

IOANNIS SVLPITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI POETAE PHARSAL. LIB. I. commendationes.

BElla per Emathios.] *Proponens breui periphrasi quid sit scripturus Poëta, suo quodam instituto antequam inuocet, bella ciuilia detestatur atq; deplorat, & Neroni assentatur. Inde ubi odiorum causas inter Cæsarem Pompeiumq; aperuit, historiam narrare incipiet. Indicare autem uidetur hoc primo uersu etiam ciuile bellum quod confecit Augustus se scribere constituisse: nam bella, non bellum dixit, & utrunque in Emathia gestum est. Et infra postquam Pharsaliæ meminit, qua utrunque designauit, exequitur reliqua loca his bellis ciuilibus nobilitata. Et in fine primi libri: ut tanquam spatia quæ sit peruagaturus ostendat, uatem sic dicentem inducit. Impiaq; in medio peraguntur bella senatu. Consurgunt partes iterum totumq; per orbem rursus eo.* Canimus.] *metricè eloquimur ad Græcorũ imitationẽ, qui ἀείδειν pro γράφειν ponebãt, ut indicat Strabo.* Bella plusquã ciuilia.] *id est, intestina & communia. Omne enim bellũ aut est externum, aut sociale, aut ciuile, aut intestinũ, aut commune. Sed hoc (ut inquit Florus) non rectè ciuile, nec sociale, nec externum dicetur, sed potius commune ex omnibus & plusquã bellum.* Per campos Emathios.] *à loco quæ est tanquam area sui decursus hæc bella ab alijs segregat, uelut ipse per Emathiã præcipuè sit uagaturus: ac si diceret nos canimus Emathia prælia. Emathia autem (auctore Plinio) Macedonia est, quæ & Pyrrhia & Hemonia & Thessalia dicta est, nec habet in principio aspirationem, nec diphthongum: quia non αἱμαθὸς id est, à sanguine, sed à rege Emathione dicitur. Præcisq; eam per η & θ scribunt.* Iustq; datum sceleri.] *id est, bonum & æquum uiolatum, & iusticiam subiectam iniuriæ. nam ut paulò pòst ait, mensuraq; iuris uis erat. Fuerunt enim humana diuinaq; iura à Cæsare oppressa promiscuè.* Populum potentem.] *Romanos rerum dominos.* In sua uiscera.] *in seipsos. hoc est ciues intimos, propinquos, fratres, parentes & filios.* Dextra uictrici.] *innumerat enim gentes domuerat.* Cognatasq; acies.] *multitudines armatorum consanguineas. Cognati enim dicuntur qui commune nascendi initium habent, quasi una & communiter nati: ut Modestinus & Labeo tradunt.* Rupto fœdere regni.] *rupta concordia dominandi, quam Pompeius Cæsar & Crassus inierant, ut unus Hispanias, alter Gallias, tertius Asiam obtineret. Nec legas regnum, ut quidam huius loci ordinandi ignari.* Et nefas in commune.] *canimus etiam inquit scelus in uniuersos & contra bonum commune, quo omnia diuina & humana perturbata sunt.* Certatum.] *pugnatum.* Concussi.] *perteriti & commoti ad bellum. Nam oriens Pompeio, occidens maiore parte Cæsari fauit, & in omnibus mundi partibus hoc bellum exarsit: primùm in Europa in Italia, Hispania & Dirrhachio. Inde in Asia & Aegypto. Postremò in Libya, & iterum in Europa.* Obuia.] *contraeuntia & similia, nam liuij uexilla & arma diuersa non erant.* Infestis.] *aduersis & in perniciem uenientibus.* Signa.] *tubas, tympana, lituos. Fabius libro 9. Nec idem signorum concentus est. Signorum tria esse genera docet Vegetius. Vocalia, ut uoce humana pronunciata, ut palma. Semiuocalia, ut quæ cornibus aut tuba dantur. Muta, ut aquilæ, dracones.* Pares aquilas.] *Aquilam argenteam similem cum inscriptione, S.P.Q.R. partes utraq; gerebant. Sed ut tradit Appianus, Cæsar uictricem Venerem: Pompeius inuictum Herculem inuocabat.*

Pila minantia.] *tela contraeuentia, & per hæc omnia exercitus accipit. Sunt autem Pila Romanorum peditum missilia trium pedum utrinque præfixa ferro trigono unciarum nouem, ut Halicarnasseus & Veget. tradunt. Cæsa gallorum hastæ. Sarissæ Macedonum sunt.* Quis furor Romanos ab imprudentia & sæuitia arguens utitur licentia, cuius acrimoniam per deplorationem mitigat. *Est autem sensus, quæ, ista uestra dementia quis ferri abusus, quæue crudelitas offerre uos uestroq; barbaris occidẽdos, & malle uobiscũ cum dedecore seuire quàm cum ulciscendo hoste iustè & cum honore pugnare.*

Furor.] *impetus animi sine ratione.* Licentia ferri.] *abusio & certandi permissio.* Præbere cruorem latij.] *exponere uos & Italos occidendos.* Gentibus inuisis.] *barbaris quos odistis quia barbari in utroque exercitu stabant contra Romanos.* Cumq;.] *quæ fieri oportebat demonstrat* Babylon.] *urbs Chaldeæ à Semiramide condita, à qua Chaldea omnis & Mesopotamia Chaldea est appellata. Murus eius & lateribus & bitumine constat: latus pedes quinquagenos, altus ducenos LX. millia passuum amplectitur, ut Plin. ait.* Superba.] *uel nobilicis, uel elata recenti uictoria.* Trophei Ausonijs.] *spolijs Italis quæ parti Crasso cũ cæde exercitus eripuerant. Sed hæc demum Tyberius auctore Augusto recepit: ut Sueton. docet. Sunt autem trophea hostium spolia in arborum truncis aut saxis affixa. in uictoriæ signum Ausonia autẽ dicta est ab Ausone Ulyxis Calipsoq; filio. Crassus. M. Crassus Parthico bello relicto post terga Euphrate in camporum uastitatem ad Carras adductus à Silice & Sorena ducibus cũ undecim legionum strage captus est, & ne quid uiuus pateretur repugnans est interemptus. Caput uerò eius ludibrio hosti fuit, aurum enim liquidum in rictum oris infusum est, tanquam ad auaritiam eius explendam.* Erraret.] *quia insepultus & implacatus. Insepulti enim (ut ait Maro) centum errant annos, uolitantq; hæc littora circum. Vmbra manibus eius.* Nullos triumphos.] *de bellis namque ciuilibus auctore Valerio non triumphatur. Triumphus autem erat summus honor, qui uictoribus ducibus publica cum hilaritate dabatur. Coronati enim & quadrigis inuecti magna cum pompa capitolium conscendebant, & illic tauros immolabant.* Heu quantum.] *cum deploratione amplificat.* Parari.] *acquiri & imperium propagari.*

pagari. Hoc.fan.] tot hominum cæde, quot in bellis ciuilibus ceciderunt. Hauserunt.] emiserunt & sparserunt. Ciuiles dex.] ciues ipsi. Vnde uc.] totum mũdum potuisse subiugari cõtendit: quẽ sub cardinibus quatuor complectitur. Titan.] id est oriens. Titan teste Lactantio sonat ultionem. Fuit is cœli & Vestæ filius, eius nepos sol eodem nomine appellatur. Et nox ubi sydera.con.] id est occidens ubi sydera occidunt ex cœli reuolutione, hoc est cosmicè & etiam chronicè, nã noctu uidentur sydera quæ illic occidunt. Quaq; dies.] plaga meridiana extrema ad torridam zonam in qua sunt maximi æstus. Horis fla.] uel ardentibus solibus. Horus enim autore Macro, sol ab Aegyptijs appellatur, uel per horas intelligit quæ filiæ & ministræ Phœbi esse finguntur: dies qui constat ex horis. Aestuat.] feruet. nam extrema Libyæ incolentes propter æstum diurnum, quem pati non possunt in antris se continent, & noctu prodeuntur.

Et qua.] Septentrionem ostendit, usus q; est uerbo bruma non tam ut frigus quàm ut breuitatem dierũ, quæ illic est continua indicaret. Rigens.] glaciata. Nescia uerè.] quæ uere tempore nõ resoluitur & mitescit in alijs locis, adeò enim illic uiget frigus, ut flumina & mare gelu congelescant. Pontum scythi.] non Oceanum septentrionalem qui non congelatur. Subiu.iam.seres.] subiugatæ fuissent remotissimæ ig; ota q; nationes. Seres in Scythia Asiatica populi inter Taburn & Taurum mõtem ad orientem: meridianum latus syluarũ inclyti cæterum ferarũ similes. Araxes.] Armeniæ fluuius qui ex Hemocorum montibus oriens, nunc lenis, nunc uehemens in mare Caspiũ exit. Et gens.] & siquis ad Nili ortum qui ignoratur habitat, Nilus fluuius omnium maximus, cuius fontes ignorãtur, ut lib 10. Non licuit populis partum te Nile uidere, ubi tamẽ esse existimentur uide apud Vitruuium & Plin. Conscia.] quæ sciat & noscat ortũ eius & ab eo noscatur. Est enim reciprocæ significationis conscius ut inscius: quanquam in passiua significatione varius utantur auctores. Sic & ignarus: ut Gellius tradit Vir. Haud ignara mali. Miseris sub.la.le.] subiugaueris. In te.uer.ma.] contra te pugna. gere ciuile bellum. At nunc.] Increpat quod eo maximè tempore secum dissederit, quod Italia erat semidiruta, afflicta cladibus & semi hosta, tum propter bella Punica, tũ propter bella superiora ciuilia Syllæ & Marij, adeò ut penè sit interiturum nomen Romanum. Mœnia.] ædificia. Pendent.] mittant & ruinam minantur. Semirutis.] quæ dimidia per te ceciderunt. Lapsis mu.is.] uersis publicis parietibus qui muniunt oppida. Nullo custode te.] à nullo domino habitaturi. Errat.] uagatur. Antiquis.] nobilibus. Horrida.] aspera inculta. In dumis.] in spinis. Hinc fit dumetũ. Defunc.] manus poscentibus armis.] Sic & Virgilius. Squalent abductis arua colonis. Manus.] agricolæ. Poscentibus.] requirentibus, optantibus, tum quia scit horrida: tum quia est frugum penuria, hoc loco assumendum est illud. Alta sedent ciuilis uulnera dextræ.

Nam hos duos uersus adiungendam rei atrocitatem duriusculæ interiecit. Non a Pyr.] Pyrrhus rex Epirotarum à Tarentinis quos Romani ulciscebantur accitus, magnam cladem Italis intulit. Venit enim cum totius Epiri, Thessaliæ & Macedoniæ uiribus, incognitis q; in id tempus Elephantis, mari, terra, uiris, equis armis q; munitus, sed demũ à Curio Fabritio q; est electus. Ferox.] fortis. Pœnus.] Carthaginensis populus qui terrebellauit, uel Hannibalem dicit: qui quater in acie Romanos afflixit primum inter Ticinum & Padum, ubi ferè periit Scipio. Inde apud Trebiam Sempronio Consule. Tertiò apud Transumenũ lacum Flaminio imperatore. Quartò apud Cannas Apuliæ uicum, ubi fermè quadraginta millia Romanorum occubuêre. Erit.] inuenietur ratione deducta. Huiusmodi expositione utimur in his futuris in quibus præteritum latet. Sed Priscianus erit pro dicetur, uel cognoscere exponit. Pomponius iureconsultus erit pro præterito ponit, ideo huiusmodi sermone docet. Cum codicilli confirmati testamento fuerint, quod codicillis scriptum erit. Tantis cladibus.] tam magnis cædibus.

Clades dicta.] quod ea audita quisq; clamet, estq; tam unius quam plurium. Nulli.] nec his, nec alicui hosti.

Penitus discindere.] in totum dissipare, & quasi delere Romanum imperium: ut uos ipsi ciuili bello sternitis.

Ciuilis uul.de.] Calamitas bello ciuili accepta profunda est & letifera. Translatio est, uulnus autem tunc dicitur alte fedare, quũ profundum est & ad uitalia peruenit. Quod si.] Aperta ad principem assentatione, in qua est suspitio aliqua ironiæ: approbat cladem belli ciuilis, ex qua magnum premium & solatium est exorum uidelicet Neronis fœlix imperium: cui ad id adiutus non patuissent, nisi prius tanta cæde resp. fuisset oppressa, & à Cæsaribus occupata. Argumentatus q; à Iouis exemplo. Quod.] sed. Fata.] siue Parcæ quæ humana omnia ordinant, siue ordines series q; causarum.

Neroni.] Claudius Nero Cæsar Domitij uiri scelestissimi filius, uitiorum omnium præsertim crudelitatis fuit officina. Aeterna.] numquam defutura. Paranto me magno q;] acquiruntur magno precio. Suo tonan.] Ioui qui solus suo arbitrio tonat. Suorum gigantum.] impiorum terrigenarũ qui Cœlites superis regnum congestis montibus detrudere tentauerunt. Nihil quærimur.] iam probauimus. Scelera nefas q;] illa ad homines rettulit, hoc ad deos. Hac merce.] hoc præmio & compensatione quod imperat Nero. Pharsalia.] ora Macedoniæ à Pharsalo oppido dicta de causa cuius campis nõ modo inter Cæsarem & Pompeium, sed etiam inter Augustum & Brutum & Cassium. Hinc Virgil. Ergo inter sese paribus concurrere telis, Romanas acies iterum uidere Philippi. Impleat.] cadaueribus Romanorum.] & pro impleuerit præterito ponitur ut uerba sequentia. Diros.] noxios & ira deorum factos.

Pœni manes.] Afrorum animæ quæ semper Romanorum sanguinem sitiuerunt. Alludit q; ad prælium in Aphrica inter Curionem & Varum & Iubam & rursus contra Pharsalias reliquias quæ se ibi receperãt. Catone, Scipione & Cn. Pompe. filio qui ad Iubam confugerat Ducibus. Fuit autem præliatum ad Tepsum non minori quam in Pharsalia cæde, Ceciditq; illic Scipio, sed multo ante ceciderat Curio. Iuba uerò ex luxu regio epulatus Petreio fugæ comiti se præbuit occidendum, inde secum Petreius occidit. Vltima.] illic enim debellatum est. & huic ciuili bello finis impositus. Concurrant.] simul certent. Funesta munda.] apud Mundam Hispaniæ oppidum multis funeribus & cladibus insignitum & mortiferum. Nam cum se illic Pompeij filij recepissent, tanta hostium strages est facta, ut Cæsar obsidens uicloq; ex congestis cadaueribus aggerem circum urbem fecerit, quæ pilis iaculis q; confixa continebantur. His Cæsar.] ad Cæs.

A ad Cæſ. quem eſt inuocaturus ſe uertit. Peruſia fa. mut. labores.] M. Anto. Conſu. ſecundus Cæſar, hæres Octauium ſibi prælatum inuidens, eumq; probris laceſſens armis palàm opprimere ſtatuit, paratoq; exercitu Decium Brutum ſuis motibus reſiſtentem obſedit Mutinæ. Octauius ueteranis Cæſ. reuocatis Conſulem fugat, caſtriſq; exuit: unà cum Hircio & Panſa Conſu. qui illic ceciderunt. Inde uerò cùm agros ueteranis diuiſiſſet. L. An. Antonij frater tum conſulatus quem gerebat, tum fratris qui in Orientem acceſſerat, confidentia res nouas moliens, coactus eſt Peruſiam fugere, ubi ab Auguſto obſeſſus penuria cibariorum, turpiq; & nonnihil experta fame ad deditionem compulſus eſt, & quanquam ſine ſanguine res acta ſit, tamen innumeri inedia conſumpti ſunt. Peruſia in Hetruria oppidum conditum ab Acheis. Mutina uerò in Gallia Ciſalpina eſt. Accedant.] addantur. Et quas aſpera claſſes.] & naues, quæ ſubmerſæ ſunt apud Leucadē in pugna nauali Actiaca, in qua Auguſtus Anto. Cleopatramq; ſuperauit. Per Methonymiam claſſes milites qui perierunt accipimus. Leucas op

B pidum eſt in Leucadia peninſula quondam Neritum appellatum ſicut & illa Neritus, ut Plinius docet. Significatq; auctore Strabone Albam petram, ibiq; eſt ſaltus amatoribus ſalutaris. Ipſa aut è peninſula uix Ambracia eſt: ubi & Leucates promontorium. Aſpera.] ſaxoſa, Leucas oppidum ipſum pro mari poſuit Leucadio.

Premit.] grauat, & locutus eſt, ac ſi adhuc præmantur. Seruilia bella.] non indicat bellum illud quod Eunus Syrus phanatico furore ſimulato, dum Syriæ deæ comas iactat ad libertatem & arma ſeruos quaſi numinum imperio concitauit. Idq; ut diuinitùs fieri probaret in ore abdita nuce quam ſulphure & igne ſtipauerat leniter, inſpirans flammam inter uerba fundebat. Hoc miraculo LX. amplius militum hominum coegit exercitum, oppida uaſtauit, Romanorum prætorum caſtra diripuit. Sed hi à Perpenna Imperatore uicti, & apud Aethnam obſeſſi, partim fame, partim ſecuribus conſumpti ſunt, multi & in ergaſtula miſſi. Sed illud bellum nauale ciuile demonſtrat, quo Sextus Pompeius Si-

C ciliam & Sardiniam obtinens, cum ſeruos etiam armaſſet in freto Siculo. Ab Auguſti claſſe eſt ſuperatus. Ipſe autem cum in Aſiam profugiſſet, cathenas tandem illic ſenſit & percuſſores. Ardenti Aethna.] hic mons in Sicilia fumum flammasq; è ſummo cacumine euomit.

Debet.] obligata eſt. Quod tibi res acta eſt.] quod tu imperium obtines. Tecum.] ſuper Neronem poſt mortem non modò in deorum numerum recipiendum uaticinatur, ſed etiam ſummum Deum & ſydus futurum. Eumq; ut in medio cœli conſiſtere uelit ſuadet, & ad pacem colendam genus humanum hortatur.

Peracta.] ſed finito uitæ curſu & ſtatu. Eſt enim ſtatio ipſe ſtandi actus ad tempus, & locus ipſe ubi ſtant ad tempus ſiue naues, ſiue milites. Serus.] tardus, & longam uitam ei ominatur. Petes a.] ibis in cœlum.

Regia cœli.] Periphraſis & methonymia, magno cœlites gaudio te ſuſcipient. Prælati.] quod tu prætuliſti terris: & illic maluiſtis quam in terris regnare.

Polo.] cœlitibus. Tenere ſ.] ſummum imperiū & Iouis officio fungi. Sceptrū uirga eſt regni inſigne.

Currus i.] currus ſolares, quo in 2. Metam. deſcribit Ouid. Luſtrare. i.] ut circuire ſolet. Nihil ti.] ut timuit Phaëthontis incendiū cum currus ſolares impe-

raſſet à patre. Mutato ſole.] auriga eſt ſolarij motonymia. Cedetur i.] ab omni enim nullus Deus tibi obſtabit, omnes tibi obtemperabunt. Iuri t.] arbitrio tuo. Quanquam Priſ. in 18. legit iuriſq; tu i, quod placet, ut ſit nam iuris tui id eſt quæ tibi parebit relinquet tibi. Quis Deus eſſe uelis.] hoc eſt, quā poteſtatē uelis habere, nam certum eſt de Ioui & Phœbo nil detracturum. Vbi regnum ponere mundi.] In qua cœli parte uelis mundum regere. Sedem.] ſolium. In Arctoo orbe.] in parte Septentrionali in qua eſt utraque arctos, hoc eſt urſa maior & minor. Nec qua.] nec iuxta eam partem. Polus i.] uertex Antarcticus Meridianus, qui polo Arctico eſt oppoſitus. Eos polos dicimus (ut ait Apu.) à quibus uelut à cardinibus directio quædam profecta axis eſt ductus diuiſor & diſcriminator mundi, orbem terræ in medietate conſtituens. Siue ut ut apertius teneas, poli ſunt extrema cacumina axis, id eſt, lineæ rectè per Sphærā mediam tranſeuntis. Auſtri diuerſi plagæ meridianæ oppoſitæ, ponitq; uentum pro regione. Vnde.] à quibus locis. Sidere obliquo.] obliqua ſtella tua & non recto intuitu aſpiciente, nam ſi ad occidentem conuerſum os habuerit ut ſidera pene omnia Romam obliqua reſpicies, ſic etiam ſi ad Arcticum aut Antarcticum. Veram.] ſiue Orientalem ſiue Occidentalem. Sentiet axis on.] impedietur cœli curſus, & inclinabitur huc uel illuc, ipſum enim purum eſt & uerſatile. Librati pond. cœli o. t. m.] conſiſte in medio cœli, nam nec cernes Romam obliquo ſydere, nec eris axibus oneri. Librati.] ſuſpenſi æquali pondere. Pars x. i. ſ.] proſpectus illius regionis in qua conſiſtes perpetuo pateat nec nubes admittat, ut à terris ſemper conſpiciare.

Aetheris.] cœli. Vacet.] libera ſit, nec inter illum & terras aliquid interponatur. Obſtent à t.] oppo nantur nobis, ne te ſidusq; tuum proſpiciamus, multi ſed profectò incaſſum uolunt totum hoc intelligi allegoricè, tanquam corporis eius deformitatem oſtendat, fuit enim auctore Tranquillo oculis cæſijs, & hebetioribus ceruice obeſa & uenire proiecto, & ideo poëtam dixiſſe ſidere obliquo, & ſentiet axis onus. Tum.] tunc Nerone in Deum conuerſo, poeta humano generi pacem & concordiam auſpicatur. Conſulant ſibi.] prouideat ſuæ utilitati. Inq; uicem.] tmeſis eſt. Miſſa.] emiſſa è templo Iani. Ouid. Quam libuit pacem placi dis emittere tectis. Libera per tutas ambulat illa uias.

Compeſcat limina.] ferrea claudat portam æneam, & ueclibus ferreis munitam. Iani bel.] Iano pacis belliq; arbitro Numa Pompilius templum erexit, quod belli tempore aperiebatur, ea ratione. Vt pateant populo reditus ad bella profecto, ut inquit Ouid. Pace claudebatur, ne qua poſſet diſcedere. Fuerat autem uſq; ad Lucani tempora clauſum ter, ſub Numa Pompilio. Poſt ſecundum Bellum Punicum, & ſub Auguſto poſt Attica bella. Sed mihi iam numen.] Sed mihi etiam uiuens pro Deo es, nec opus eſt Bacchum aut Apollinem inuocem ſi tu mihi faueris. Accipiam Priſcianus legit accipio. Sollicitare Deum.] inuocando uexare Phœbum. Secreta cyr. mouen.] reddentem oracula apud Cyrrhæum. Cyrrha oppidum eſt iuxta Parnaſum in Phocide à quo incipit ad Delphos aſcenſio. Ibi eſt antrum Cyrrheum Phœbi oraculo celeberrimum de quo lege Iuſtinum lib. 24. Auertere.] reuouere ut me adeat. Nyſa.] Nyſa ut auctore eſt Strab. Vicus eſt Heliconit

Iconis in Phocide, & Vrbs in felici Arabia: & alia in India, Baccho sacræ. Qui dicunt Nysam uerticem alterum esse Parnasi in quo Bacchus colatur, & Cytheron etiam appellatur & per Cyrrham alterum uerticem ipsum helyconia accipiunt, ridiculi sunt, nam hi duo montes diuisi sunt, & à Parnaso bicipiti longè distant. Poëta ergo urbem Arabicam, uel Indicam intellexit. Nam Helycon Phœbo & Cytheron Baccho sit sacer. Nysam quæ uicus est in Helycone, non designauit.

Tu satis.] *tu sufficis ad inspirandam mihi facultatem canendi Romanam Historiam.* Fert animus.] *Vt facilius intelligatur, quam est scripturus historiam, explicat causam belli ciuilis, reddit́q; auditorem attentum & docilem. Vult́q; præcipuas causas fuisse fatum, namque rerum instabilem & nimiam potẽtiam Romanorum. Addit ijs regnandi discordem concordiam, quam inierunt Crassus, Pompeius & Cæsar, cum regnum nõ capiat duos. Postea subiungit mortem Crassi & Iuliæ. Ipsorum Ducum superbiam & æmulationem. postremò publicam urbis corruptionem & uitia. Causas huius belli Cæsar in Commentarijs, Florus in Historia, & Tranquillus in Cæsare diffusè aperiunt.* Fert.] *cupit.* Exprome.] *aperire, & uelut è condito emittere.* Causas.] *Causa est id propter quod aliquid fit.* [illegible]mensum o.] *ingens campus & moles.* Furentem.] *uehementer commodum.* Excusserit.] *repulerit. Excutit́ propriè dicitur qui sedes ex equo concussus eijcitur.* Series fato.] *ordo & cõnexio causarum.* Inuida.] *inimica, nam nihil quidem sub Luna uult esse æternum. Quippe omnia orta occidere, & aucta senescere necesse est, ut inquit Sallust.* Summiśq; ne.sta.d.] *omne quod ad summam incrementum peruenit, aut imminui, aut dissolui natura cõstituit.* • Nimióq; gra.tub pon.la.] *casus graviores ex magno & alto statu. Claudianus inquit. Tolluntur in altum ut lapsu grauiore cadant. Nam quòd nimis eminet diuturnum esse non potest, & quò maius est pondus eo maior ruina. Verè igitur Horatius. Sæpius uentis agitatur ingens pinus & celsæ grauiore casu decidunt turres, feriunt́q; summos fulgura montes?*

Sic cum com.t.] *Similitudo à mundi machina per discordiam in se aliquando redituram.* Soluta com.] *rupta elementorum coniunctione & amicitia.*

Horas.] *ultimum mundi tempus.* Coegerit.] *tot secula coaduunauerit & concluserit, hoc est, finierit omne æuum.* Antiquum r.i.c.] *id est, in pristinam confusionem reuertens, nam omne compositum soluitur in suas partes, & siue ex quatuor elementis constet, ut placet Empedocli, siue ex atomis, ut Epicuro dissoluendus est mundus. Quanquam multi uolunt fore æternum. sed certum est omnia concordia firma esse, lite uerò & discordia disipari. quæ duo elementis adiecit Empedocles uti formæ propria. Amicitia est cum contrariæ qualitates elementorum & diuersæ discedunt. Lis autem cùm illæ redeunt,* Chaos.] *Chaos est confusa quondam elementorum unitas hians patentq́ue in profundum dictum à χαίνω quod est hio.* Concurrent.] *concertabunt.*

Ignea p.a.p.] *Vis astrorum ignea in æquore siccandi ipsam causam descendet.* • Tellus c.l.[illegible]] *tellus repugnabit ne mare littora dilatet, & se magis extendat.*

Excutiet.] *reijciet.* Fratri c.p.] *Luna sole oppugnabit, nec ipsum respiciet, sed ibit auersa.* Indignata.] *irata quod bigis inuehatur quadrigas solis sibi deposcat. Vtitur autem Luna bigis, hoc est duobus equis, siue equo & mulo, quorum alter albus, alter niger est.*

Poscet.] *uolet die lucere.* Per orbem.ob.] *per Zodiacum est obliquus circulus, nam ab imo unius Zonæ temperatæ ad summum alterius transuersus extenditur.*

Machina] *compositio & struet, est autem machina, ut in 10. Victruuius scribit, cõtinens ex materia coniuncta.* Turbabit f.] *dissoluet concordiam. Diuulsi dictio.* Turbabit f.] *dissoluet concordiam. Diuulsi discordantis & in diuersa distracti.* In ser.] *translatio ab ædificijs quæ ingentia & altissima suo mole se opprimunt.* Posuere h.m.c.] *constituerunt hanc mensurã & finem, ut quum ad summum peruenerit incrementum imminantur & ruant.* Lætis.] *fœlicibus.* Neg u.] *nec fortuna inquit, permisit facultatem atterendi Romanum imperiũ gentibus exteris, sed ut semet euertere uonuit.* Commodat in p.] *concedit proprium odium in res prosperas. Odit enim nimis læta, & summa imis, & ab ædificijs quæ ingentia & altissima suo mole se opprimunt.* Posuere h.m.c.] *constituerunt hanc mensurã & finem, ut quum ad summum peruenerit incrementum imminantur & ruant.* Lætis.] *fœlicibus.* Neg u.] *nec fortuna inquit, permisit facultatem atterendi Romanum imperiũ gentibus exteris, sed ut semet euertere uoluit.* Commodat in p.] *concedit proprium odium in res prosperas. Odit enim nimis læta, & summa imis, & summis mutare gaudet ut ait Seuerinus.* In p.] *Roma manum.* Tu c.] *per Apostrophen huius belli ciuilis originẽ fuisse inquit reip. occupationem à Pompeio Crasso & Cæsare factam.* Feralia f.] *mortifera regnandi concordia.* Regni reip.] *& impij Romani, quod hi regnum occupauerant.* Nunquam mi.in tur.] *quam tradidi pluribus. Nam Roma ante hac aut sua libertate usa erat, aut sub singulis regibus fuerat.*

O malè con.] *Cum exclamatione arguit os cupiditatis qua itinere concordiam insidam, & ex qua summa esset discordia oritura.* Cæ. i.] *improuidi & excordes auiditate habendi.* Quid iuuat.] *quod prodest, cum uestra societas durare non possit, quia est naturæ cõtraria.* Misce[illegible]uires.] *coniungere, & firmare potentias uestras, & hæc ideò dicit, quia ut meminit Florus. Cũ res Romana toto orbe polleret, & in theatris Pompeij triumphi decantarentur, & Pompeij potentia apud otiosos moueret inuidiam. Catoq́; Pompeium detrectaret, actisq́; eius obstreperet. Ille ad præsidia dignitati parandæ se uertit. Itáq; cum Crassius genere diuitijs & dignitate floreret, uellet́q; opes altiores, & C. Cæsar eloquentia & Cõsulatu præstaret. Pompeius tamen super utrunq́; emineret, & Cæsar dignitatem comparare, Crassius augere, Pompeius retinere cuperet. De inuadenda repu. facile conuenêre, Cæsar quò firmius sibi Pompeium annecteret Iuliã filiam Scipioni desponsatam ei coniugem dedit. Tenere in medio & communiter possidere.* Dum ter.fre.] *quoad erit mundus, socij regni erunt infidi, hoc enim per periphrasim, & interpretationem dicit. Terra autem est elementorum grauissima & æquo undiq́ spatio distat à cælo est́q; ima, & ab aëre sustentata, cum aqua sustinet aquam, Plinius ait, Aera uitalem, ac per cuncta rerum meabilem: totoq́ consertum, cuius ui suspensam, cum quarto aquarum elemento librari medio spacio tellurem.* Leuabit.] *sustinebit.* Et lon.uol.ti.la.] *& Sol uertet se magno labore. Voluitur enim contra motum mundi, & laborat nitens contra uenientis Spheræ uolubilitatem, hic Ouid. Adde quod assidua rapitur uertigine cœlum. Syderaq́; alta trahit, celeriq́ uolumine torquet. Nitor in aduersum, nec me qui cætera uicit. Impetus, & rapida contrarius euehor orbi. Luna sic nititur, & auctore Plin. Reliqui quinque planetæ, qui erratici appellantur, nam contrarius euehor orbi. Luna sic nititur, & auctore Plin. Reliqui quinque planetæ, qui erratici appellantur, nam cum mundo feruntur, & contra mundum quando retrogradi sunt.* Longi.] *quia annui sunt, & indeficientes.*

Noxq́ diem.] *metonymia, hoc est, Luna noctis præ-*

ses se-

A ſes ſequetur Solem per 12. Zodiaci ſigna quæ diſcurrit, intra menſem, multi minori quam Sol ambitu. Nulla fides regni ſocijs.] ſententia exemplo confirmata: nullus ſocius erit fidus in regno. Regnum enim non capit duos, ut Tragicus ait. Et ſtatim inquit, Socijſq; comes diſcordia regnis. Poteſtas.] potentia. Erit impatiens. con.] non tolerabit ſocium, ſed illi inſidiabitur.

Nec gentibus ullis cre.] nec alijs nationibus fidem adhibeatis, ſed ſumite à uobis ipſis exempla, quid enim eſt opus, aut Etheoclem, & Policem Thebanos, aut Atreum, & Thyeſten Mycenæos commemorare, nónne Romulus Remulum occidit? Primi muri, cum in ludibrium fratris Remus nouos muros tranſilijſſet ab irato Romulo, ſine eius ſcelere ad muros cuſtodiendum præfecto eo interfecto. Alij malunt Romulum, ut ſolus regnaret, ſub hoc prætextu ea uſum impietate. Eſt & alia fama, quod cum de urbis conditæ imperio, nomineq; imponendo captarent auguria, & Remus prior ex Auentino ſex Vultures, Romulus. 12. ex Palatino uidiſſet, & hic numero, ille tempore præſtaret, & uterq; à ſua multitudine rex ſalutaretur, orto certamine ibi in turba ictus Remus cecidit

Primi muri.] noua urbs.] Fraterno.] Emphaſim habet: ac ſi diceret. Vos tamen non eſtis fratres.

Nec precium.] A minori ad maius argumentatio.

B Si enim illi pro exiguo regno inſidi fuerunt, quid uos facietis pro toto Romano imperio conſequendo Tanti furoris.] tanti ſceleris, quantum eſt ſocium fallere & ei inſidiari. Exiguum Aſylum] ſynecdoche, exigua urbs, in qua erat Aſylum, hoc eſt templum ſanctiſsimum, quod conſtituerant inter Palatium & Capitolium inter duos lucos, quod uocatum eſt Intermontium duorumq; reclorum, ad quod omnis turba ſine diſcrimine, liber an ſeruus eſſet, tutè confugiebat, nec inde euelli ui poterat, quocunq; ſcelere maculati. Dictum eſt autem ab α quod eſt ſine, & traho, quod neminem inde licebat abſtrahere. Aſylum a nepotibus Herculis primum conditum Athenis fuiſſe. Statius in 12 docet. De quo hæc. Audiq; quicunq; rogant noctesq; dieſq; Iræ datum, & Solis numen placare querelis. Et paulò pòſt, Sic ſacraſſe loco commune animantibus ægris Confugium, unde procul ſtarent, iraq; minaq; Regnaq; & à iuſtis fortuna recedere aris. Commiſit dominos.] ad pugnam oppoſuit, & incitauit Romulum & Remum. Temporis anguſti.] breui quidem

C tempore Pompeius & Cæſar manſêre concordes, ſed iniuiti. Concordia diſcors.] cum enim concordes erant in obtinenda repub. ſuſpecti inuicem erant, & ſimultates gerebant. Manſit.] hæſit, ſubſtitit, Non ſponte dum.] non ipſis uolentibus. Erat mora.] remorabatur & impediebat bellum. Medius.] interpoſitus quippe molienti nouas res obſtetiſſet, ut lingua terræ inter duo maria obſtat contrarijs fluctibus, qua ſublata ſtatim colluctabuntur. Iſthmos.] Iſthmi terræ inter duo maria dicuntur, ex quibus duo ſunt celebres. Achaicus.] ubi olim Corinthus, qui diuidit Criſſeum Ionij ſinum, à Saronico Aegei, & Thracius in quo Cardia. Gracilis.] tenuis, & uix ſex millium paſſuum. Secat geminum mare.] diuidit Ionium & Aegeum. Conferre.] contendere. Si terra recedat.] ſi tollatur Iſthmos.

Ionium.] Ionium dictum, ſiue ab Ionia urbe regione in Aſia: ſiue (ut ait Solinus) ab Ionia regiuncula in extrema Italia. Aegeo.] Aegeum (auctore Plinio) dictũ eſt à ſcopulo inter Tenedum & Chium inſulas ſurgẽte in effigiem capræ, quam Græci æga uocãt. Euanget. ſ. ſe.] Sic ubi ſæua alteram partem comparationis accõmodat.

Vbi] poſt quam. Diriminens.] ſeparans. Miſerando.] quia feris & alitibus expoſitus iacuit inſepultus.

Aſſyrias Carras.] Carræ urbs in Aſſyria, quæ & Parthia eſt appellata, nam cũ Parthia olim in Orientali Scythia eſſet. Parthi qui exules interpretantur in Aſſyriã uenientes id nomen, quam inhabitauerunt prouinciæ indiderunt. Latio ſan.] quia 11. legiones ad internecionem uſq; ſunt cæſæ. Parthica dam.] mors Craſſi. Soluerunt fu. ro.] excitauerunt infamiã & bellũ ciuile, & metaphoricè dixit, tanquam Craſſo uiuente ligati eſſent.

Illa acie.] conſecutus. Quam cre.] non ſolum enim Craſſo cũ legionibus occiſo quietè uobis paraſtis, ſed cauſam belli ciuilis hoſti dediſtis. Arſacidæ.] Arſaces Perſarum rex fuit, à quo reliqui omnes Arſacidæ dicti, ut Cæſares Romani Murani Latini, Ptolomæi Aegypti & Beli Phœnicũ reges. Regnum.] imperium Romanũ, quod tribus occupatorib pro regno erat. Populiq; po.] hoc eſt fœlicitas, & magnitudo Romani imperij, quæ tanta erat, ut duobus ſatis non fuit. Quare inquit Flor. Sic de principatu laborant, tanquam duo tanti imperij fortunã nõ caperet. Eſt & alius ſenſus: Fortuna pop Ro.] quæ omnia poſſidebat, duos ſub imperio continere nõ potuit, nam uinculum ſocij cõtineri ualebãt, ſublatũ è medio eſt.

Nam iunctã.] Cæſaris filia, Põpeiq; uxor, ſoceri cõcordiã matrimonij fœdere tenebat. Hæc (ut Valerius tradit) cũ comitijs ædilitijs Pompeij ueſtẽ cruore reſperſam è cã po domũ relatã uidiſſet, Pompeij uitæ metuẽs præ dolore exanimes cõcidit, & partũ coacta edere expirauit, fuerat aũt in comitijs cæſus Domitij Aenobarbi ſeruus, ut ait Appia. Plut. in partu eã periſſe dicit, & filiũ matre ſuperuixiſſe, ſed breui exceſſiſſe è uita. Intercepta (ma. par.) damnoſa morte erepta. Parcæ tres deæ ſunt, quæ uitæ & mortis boni & mali poteſtatem habere dicuntur. Earum nomina Cloto, Lacheſis, Atropos, ſiue ut Gellius ex Varrone tradit. Parcæ nona et decima. Abſtulit ad ma.] ad inferos tulit. Pignora ſan. i] affinitatem & fœtũ, quẽ cõceperat ex Pomp. Ait enim in quinto. Poſt pignora tanta ſanguinis infauſti ſobolem mortemq; nepotis. Tedas fera.] affinitatem mortiferam, metonymia Eſt autẽ thẽda arbor picea, ex qua faces nubentibus præferebantur. Diro omni.] peſtimo augurio & luctu, quaſi prænũcio belli ciuilis & mortis Põpeij. Quod fi.] ſed ſi diutius uixiſſes, & eſt Apoſtrophe, Luce.] uita Virum furen.] iratum in Cæſarem patrem & contra. Armataſq; manus.] etiam pugnantes ferro abiecto recõciliare, ut olim fecerunt Sabinæ, quas cùm Romulus ob ſpreta à uicinis cõnubia in ludis Neptuni equeſtris, quos appellauit Cõſualia rapuiſſet: Sabiniq; aduerſus Romanos acerrimè dimicarent, in medias acies matronæ crinibus paſſis flẽtes porrectiſq; infantibus, hinc patres, hinc generos placauerũt. Diſcuſſa fi.] ſublata concordia. Aemula.] laudis ſimilis ſtudioſa. Stimulos.] incitamenta. Tuno.] diſtributio cum apoſtrophe. Metuebat Pompeius ne claritas triumphorũ Cæſ. qui Galliam, Germaniam, Britanniamq; pacauerat, obſcurarẽt eius præclara in Hiſpania, & Africa geſta. & triumphos Ponticum, Armenicum, Iudaicum, Cilicumq; Laurea pyratica.] triumphus de pyratis, id eſt, maritimis prædonibus, Cilicibus, quos Pomp. intra diem quadrageſimum, quam uitam petiiſſent, in deditionem accepit incruenta uictoria.

Magne.] *Magnus est Pompeius appellatus, & salutatus à Sylla cum reuerteretur ob Aphrica, iussique sunt omnes ut eodem nomine appellarent. Ferunt omen prius ipsum ab uniuerso exercitu inditum nomen, postea à Sylla probatum. Plutarchus est auctor.* Te.] *ô Cæsar*

Series.] *continuus ordo.* Impatiensq; loci fortuna secundi.] *Cæsar enim in omni re se esse primum uolebat, itaq; sæpe ex eo auditum ferunt, (autore Tranquillo) difficilius se principem ciuitatis, à primo ordine in secundum, quàm ex secundo in nouissimum detrudi. Et cũ in Hispaniam se cõferret, præteriens oppidulum quod nõ erat uacuum factione rusticorum. Malle inquit, inter hos primus esse, quam inter Romanos secundus.* Quis iustius.] *Ambiguum profecto est uter iustiorem pugnandi causam habuerit. Cæsar enim deos adiutores habuit, qui suam causam ipsa uictoria probauêre. Pompeio uerò Cato, uir integerrimus, fauit & magna cum clade deis Cato confertur.* Victrix.] *Cæsariana.*] Victa.] *Pompeiana.* Catoni.] *Vticensi, qui secutus est eius partes, & deniq; mortem sibi consciuit.* Nec colere pa.] *qua differentia Duces concurrerent aperit, & Pompeium quercui annosæ, sacrataq; comparat, Cæsarem fulmini, mira quidem si prospexeris subtilitate & artificio.* Colere.] *certauêre.* Alter.] *Pompeius.* Vergentibus.] *inclinatis.* Vsu togæ.] *consuetudine pacis & ocij.* Dedicitq; ducem.] *oblitus est artem & solertiam imperatoris.* Famæq; pe.i.] *popularis & studiosus gloriæ comparandæ cocilliandiq; populi M* Multa dare in uul.i.] *edebat spectacula, & munera ad populum oblectandum.*

Auris po.] *fauoribus populi.* Impelli.] *impellebatur & inseruiebat. Aura quinq; fauor est, unde Aurari dicti, qui fauoribus splendidos, id est claros faciunt.*

Theatri.] *loci semicircularis ad spectacula accommodati, in quo etiam suæ laudes, & uictoriæ decantabantur. Mãsuri Theatrum ex quadrato marmore primus Pomp. magno sumptu ædificauit, consulens parsimoniæ cum antea subitarijs gradibus scæna immenso sumptu singulis annis erigebatur, ut Tacitus ait.* Credere prio. for.] *cõmittebat se & inhærebat fœlicitati, qua diu fuerat usus.*

Vmbra.] *uestigium famæ, & effigies non ipsa solida gloria.* Quercus su.] *arbor truncata & ornata spolijs hostium, qualem Vir. Statiusq; describunt.*

Exuuias.] *spolia.* Gestans.] *sustinens.* Dona.] *quæ illic pro monumento in Deorum honorem suspendebantur.* Nec hærens.] *non habens firmamenta.*

Sub pri.eu.] *què cõparat aduersitati Pompeij.* Nutet.] *tremat, & ruinam minetur.* Sola coli.] *ob uetustatem & religionem uenerantur, & per syluas accipimus alios ciues egregios.* Tantum no.] *anta rerum gestarum gloria, qua Pom. superiorib. omnibus excellebat æquato non modo Alexãdri Magni rerum fulgore, sed etiam Herculis propè, ac Liberi Patris. Cæs. uerò tũc erat illo inferior, postea uerò tantus, tanquam illo maior euaserit, ut si quis res eius uoluerit percensêre totũ orbem terrarũ enumeret, quod infinitum esse conueniet.* Nec fa.du.] *quod esset tam circumspectus fortisq; imperator.* Sed ne uir.] *sed inerat Cæsari uirtus irrequieta & ut in iuuene feruens & concitata.* Solus pu.] *nullo pudore Cæs. impudens tangebatur, nisi dolosè & pacificè uictor euaderet, cum mallet ui esse superior.* Acer.] *fortis, & uehemẽs, indomitus & inuincibilis.* Ferre ma.] *inuadebat insecta manu quicquid ita aut cupiditas suasisset.* Nunquam per.] *nunquam abstinebat temerariam uim inferre.* Temerando.] *temerè cruentando.* Successus ure.] *prosperos euentus, quos sibi fortuna subministrabat impellebat, nec contentus alios appetebat.* Iustare fa.] *non prosequebatur fauentem fortunam.* Impelens.] *uexans & frangens.* Petenti sum.] *maxima & altissima appetenti ut magnanimus solet.* Viam ru.i.] *uicisse cum aduersantium calamitate.* Qualiter ex.] *Pœtica hac similitudine, nõ modo Cæsaris uiolentiam, sed etiam naturam fulminis aperit. Nascitur id enim ex nubium collisione, quas uentus impellit, nam si in nube lucis tur flatus aut uapor tonitrua eduntur. Si erumpat ardens flamma longiore nitatur tractu fulguras, hinc findi nubem, illas perrumpi uolunt, & esse tonitrua impactorum ignium plagas, ideoq; protinus corruscat igneas nubium rimas. Fulmmum genera tria, quod afflat, quod scindit, quod urit. Horum tria numina potestatem habere, Serui. tradit. Plin. uerò 11. fulmmum genera Hetruscos seruare, & nouem Deos arbitrium illorum habere docet.*

Expressum uen.] *uentorum conflictum emissum è nubibus.* Aetheris i.] *cœli commoti.* Fragore.] *Ire.* Rupitq; di.i.] *id est erupit & emisit igneã lucẽ, ut rupit hoc pectore uoces.* Perstringens l.] *obtenebrans oculos. Plau. in milite glorioso.* Præstringit oculorũ aciẽ *in acie hostibus. Hinc præstigium actus ipse, & præstigiatores, qui quadam agendi celeritate sic aciem præstringunt, ut aliud, quam quod agunt agere uideantur.*

Flamma obliqua i.] *transuersa corruscatione, quæ semper obliquè fit.* In sua tem f.] *in sui aeris regionem uel in Deorum Iouisq; ædes. Est enim fulmen præcipuè Ioui sacrum.* Nulla ma.ue.] *nihil est quod fulmini resistere possit, & omnia dissipat.* Cadens.] *in terrã se uibrãt.* Reuertens.] *in cœlũ.* Dat stra.mai.] *multo sternit & uastat.* Latè sparsosq; re ig.] *contrahit fulgore corruscationis, quæ multiplex propter celeritatem esse uidentur.* Hæ du c.] *Transit ad alias bellicosas & publica uitia Romanorũ.* Semina.] *origines.* Populos po.] *ut Lacedæmones, Athenienses, & ipsos Romanos, apud quos ut inquit Salust. postquã diuitiæ honori esse cepêre, & eas gloria imperiũ potẽtia sequebatur, hebescere uirtus cœpit, paupertas probro haberi, innocẽtia pro benenolentia duci cœpit. Igitur ex diuitijs iuuentutẽ luxuria atq; auaritia cũ superbia inuasêre, rapere, cõsumere, sua parui pẽdere, aliena cupere, pudorẽ, pudicitiã diuina atq; humana promiscua nihil pensi neq; moderati habere.* Subacto.] *subiugato alibi mollitũ & attenuatum significat, ut aruũ subactũ.* Intulit.] *inuexit in urbe.* Nimias. o.] *quæ non ad usum uitæ necessariũ, sed ad delitias essent, ut fuerũt Attalicæ, Ponticæ, Cypriæ, Corinthiacæ.* Mores.] *boni.* Cessêre re.sec.] *corrupti sunt à copia rerũ & uitijs q̃ secũdæ res afferũt.* Præda.] *tã de bonis ciuiũ, & sociorũ spoliatorũ, quæ illicita est, quã de honestis honestiũq; honesta.* Luxũ.] *nimiã & impudentẽ profusionẽ.* Non au.te.mo.] *nullã in anulis uasis ædificijs, & uillis habuere modestiã, cũ apud Priscos illos, ut inquit Ouid. Leuis argẽti lamina esset crimẽ. Hi uerò parietes pingebãt, laquaria inaurabãt, & uillas, & domos, in urbiũ modum ædificabãt, ut Plinius Salustiusq; testantur.* Mendas pri.] *ueterũ frugalitatem, apud quos frequẽtius pultis usus*

A tit usus quàm panis erat: ut Vale. tradit. Et gula condimenta ciboſq; ganeatos non norãt. Poſtea uerò ut inquit Saluſt. ueſcendi cauſa terra mariq; omnia exquirere.

Mares ra. ux ide ge. nu.] uiri uſurpauere ornamento & habitus uix conuenientes, geripuellis & ſponſis Oui. Fœminea ueſtri potiuntur lege mariti: Et uix ad cultus nupta quod addat habet, Fœcunda.] quæ produ cit multos egregios uiros, ut Fabricios, Curios, Quintios & Atilios. Accerſitur, expetitur, aduocatur. Qua gẽs quęq; pe.] id eſt, opes quæ ingenijs obſunt, nam ea mollia delicataq; reddunt. Auri uerò & argenti, uſus Licurgus, Lacedæmonum rex, uelut omnium ſcelerum materiam ſuſtulit. Tum iun.] Iungebant præterea agros agris diſtantibus, aut emptis, aut occupatis, qui medij eſſent. Extendere ſub igno. co.] dilatabant uſq; ad diſtantes, & ignotos agricolas eos agellos, in quibus Camillus arauerat, & Curius foderat, qui fuerant illis contenti, cenſentes permitioſum ciuem eſſe, cui ſeptem iugera non ſatis eſſet. Furius Camil. & Marius Curius, & ſi Conſulares triumphaleſq; uiri cum repub. uacarent, rem Ruſticã B induſtriè exercebant. Nec legas Curionum, uerſus enim non ſtaret, & ſententia exegit Curiorum Non erat is po.] alia à bellandi conſuetudine Ro. Sua.] propria nam nulli parebat, & ommibus imperabat. Inde.] quia bellis & armis aſſuetus. Et quod ſu ege. ui. ne.] & omne ſcelus per cupiditatem audaciter committẽbant, & uile cenſebant. Egeſtas] concupiſcentia, quæ animos facit egenos. Magnumq; de.] honorem ingẽtem, & pro quo ferro dimicandum eſſet exiſtimabant, poſſe plus reliquis ciuibus, & ſuo arbitrio Rempub. gerere, leges ferre, Senatum & Pop. irritare & flectere. Menſuraq; iuris uis] qui plus uirium habebat iure potior erat. Vi enim & furore non iure & legibus omnia agebantur. Hinc.] ex cupiditate, luxu, & ut. Leges & ple. co] Syllepſis eſt perſonarũ. Coactæ dicuntur leges, & cùm non exercẽtur, ut infra. At poſtquã bello Leges ſiluere coactæ, & cum uiolenter promulgantur, ut egit Cæſar, cui Pompeius & Craſſus, cum armatorum præſidio aſtitere. Eſt autẽ Plebiſcitum, ut ait Capito. Lex quam plebs, non populus accipit, ſunt & plebiſcita plebis, Decreta à Tribunis facta. Lex uerò eſt ſumma ratio inſita in natura, quæ iubet, C quæ facienda ſint prohibetq; contraria. Turbantes iu. eum. con.] A Cõſulibus diſcordantes. Faſces r.] Cõſulatus empti, ſunt enim faſces ſecures uinctibus, in uoluntate cõſulum inſignia, Sector fa.] hoc eſt, emptor & uenditor ſuffragiorum. Sectores enim & qui ſecant dicuntur, & qui empta ſua perſequuntur. Author eſt Feſt. Lucan. ſectatorem ideo populum appellat, quia fauorem & ſuffragia emebat, & empta perſequens uendebat. Pedia. dicit ſectorem eſſe æſtimationem, redemptoremq; bonorum damnati, atq; proſcripti, qui ſpem lucri ſui ſecutus bona illa ſemel auctionabatur, proq; ijs pecunias penſitabat, ſingula uenditurus. Ambitus] aſſentatio & corruptio ad honorem conſequendum. Ambitus eſt in actu. Ambitio uerò in animo honoris concupiſcentia. Ambitus etiam locus duorum pedum & ſemis inter uicina ædificia ad circuneundum relictus. Lætatis.] mortifer. Annua cer.] contentiones comitiorum, quæ menſe Ianuario Martioq; fiebant. Campo. hoc eſt Martio, ubi ſepta erant, & ſuffragia uendebantur. Vſura uo.] creditæ pecuniæ, fructus ex uſu. Fœnus propriè naturalis terræ fructus eſt. inde ad uſurã trãslatũ, ſed hoc differunt, quòd uſura eſt primũ illud lucrũ ex pecunia redita, ut fœnus ſi ſtatuto die non reddatur duplũ aut quadruplũ ſoluatur, eſſq; uſura uſuræ. Auidum] cupidum & auarũ. In tempore.] quia incertum tempus debetur. Concuſſa] quaſſata fracta. Vtile multis.] multi enim bellis ciuilibus ditabantur, ut Pompeio Craſſoq; euenit bello Syllano.

Iam gelidas] Cæſar. Narrationẽ poëta aggreditur non à remoto initia ſumptã, ſed à loco neceſſario inchoatam.

Alpes.] mõtes, quia togata Galliã diuidũt à Comata, dictos ab Alpho, quod Sabina lingua eſt candidũ, Feſto autore. Nã albẽt ſunt niuibus. Superauerat cur.] acceleratè trãſierat. Cœperat.] Aphæreſis pro cõceperat, Cõſtituerat enim uirtutis præmia, quæ negabãtur Romanorum uirtute cõſequi, pſertim cũ ad nullã æquã cõditionẽ admitteretur, nec paciſci poſſet, ut quoad cõſul fieret reliquis legionibus dimiſſis, Trãſalpinaq; Gallia ſaltẽ una legio cũ Illyrico ſibi cõcederetur. Videretq; ideo dimittit ut liberi exercitus, ut aduerſus ſe debiliorẽ aduerſus eſſet futurus inſtructior. Eo præcipuè argumento, quò duæ legiones ad bellum Parthicum deſtinatæ, quarum unã Põpeio ipſe acceperat, ſibi ſubſtractæ erant, & in Italia retentæ. Ad huius Tribunorum qui ſibi fauebant interceſſionem eſſe ſublatam, & ipſos urbe ceſſiſſe acceperat. Sunt tamen qui tradant bellum ciuile multo, ipſum antea cœpiſſe, & ex quo quæſtor in Hiſpania uiſa ad Gades Magni Alexandri imagine ingemuerat, quod ipſe eadem ætate, qua Alexander orbẽ terrarũ ſubegiſſet, memorabile nihil egiſſet, et cũ nocte proxima uiſus eſſet, per quietẽ matri ſtuprũ intuliſſe, coniectores arbitrium terrarum orbis ſibi portẽdi reſponderant, quãdo mater ſibi ſubiecta, nil aliud eſſet, quã parẽs omnũ terras Põpeius dicebat eũ deſperatiõe adductũ, quòd quæ cõſtituerat, cõſumere nõ poſſet, nec priuatis opibus populi expectationẽ explere, turbare omnia, ac pmiſcere uoluiſſe. Alij timuiſſe dicunt, ne eorũ qui primo conſulatu aduerſus auſpicia legeſq; & interceſſionẽ geſſiſſet rationẽ reddere cogeretur. Quidã putãt capitũ Imperij cõſuetudine, penſitatiſq; ſuis inimicorũ uiribus, uſum occaſione rapiẽdæ dominationis, quã ætate prima cõcupiſſet. Talia Sueto. memorat Ingentes mo.] maximas curat. Futurũ.] nunc à fio eſt, non à fum. Vruen.] hoc tẽpore Cæſar è Trãſalpina Gallia reuerſus, Rauẽnæ agebat, bello uindicaturus ſiquid de Tribun pl. interecedentib. pro ſe grauius in Senatu cõſtitutũ eſſet, itaq; elã pmiſſis cohortib. ciuiſpectaculo interfuiſſet, poſt Solis occaſum iter ingreſſus, nocte extinctis luminib, errãs ad Rubiconẽ cohortes eſt cõſecutus, cõſiſtensq; paululũ, & reputans quantũ moliretur, conuerſus ad proximos. Et nũc, inq;, regredi poſſumus, quod ſi Põticulũ tranſierimus, omnia armis agenda erũt. Conclãti oſtentũ tale factũ eſt, quidã, eximia magnitudine & forma, in proximo ſedens, repẽtè apparuit arũdine canẽs, ad quẽ audiẽdũ, cùm pter paſtores plurimi etiã è ſtationibus, milites occurriſſent, interq; eos & æneatores rapta ab uno tuba proſiluit ad flumen, & ingenti ſpiritu elaſſa cũ exorſus, pertẽdit ad alterã ripã. Tũ Cæſar eatur, inq;, quo deorũ oſtẽta et inimicorũ iniquitas uocãt. Iacta eſt alea, inquit, & ita traiecit exercitũ. Rubicõ.] fluuij inter Ariminum & Rauennam, qui Italiam antiquã à Gallia ſeparat, & Hadria conflat. Ingẽs uiſa.] aut eſt poëtica fictio, aut hoc Cæſari per quietem occurrit, dum anceps eſſet ad Rubiconem, ubi marmor his uerbis ex Senatus decreto inſcriptum aduerterat. Imperator ſiue miles, ſiue Tyro armatus quiſquis ſiſtito, uexillũ armaq; deponito, nec citra hũc amnem arma ſignaue traducito.

Quiſquis contra fecerit hoſtis dijudicabere Pop. Rom. ac ſi arma contra patriam, penates'ue deos abſtuleris, Trepidantis.] timentis. Canos crines.] qui tibis indicant uetuſtatem, Turrigero.] coronato turribus, quia Roma turrita eſt. Lacera Cælaric.] Laceris comis ob bellum imminens & luctum. Nudis lacertis.] more deflentium funera, quæ brachia pectus, & faciem plangunt permixta uerba. Signa mea.] Aquilas & tubas. Iure.] iuſte, & ut iniuriam inferre nolitis. Si ciues] Nam qui fert in patriam, arma ciuis non dicitur: niſi forte idem hoſtis eſſe, & ciuis poteſt, ut in paradoxis Cicero inquit, Perculit.] commouit. Horror.] tremor ex metu. Riguere comæ.] erecti ſunt capilli. Virgil.

Obſtupui ſteteruntq; comæ. Languor.] debilitat ex metu orta repreſſit eum. O' magnæ.] Iouem & reliquos deos Quiritium, & ipſam Romã, ut cœptis faueant inuocat, ſeq; excuſat, non impia arma ſumpſiſſe in patriam, ſed in nocentes, & ſibi iniurios ulciſcentes.

O' tonans.] ô Iuppiter Optime Maxime, qui in Capitolio coleris. Ratio temporis non patitur, ut de Ioue tonante, Capitolino intelligas. Eum enim dedicauit Auguſtus, cùm in expeditione Cantabrica, eius lecti cauſa fulmen præſtrinxiſſet. Tarpeia.] Capitolina. Capitolinus enim mons dictus eſt Tarpeius, a Tarpeia uirgine, quæ portæ cuſtos armillis, Sabinis capto hoſtiem dimiſit, à quo & illic eſt armis obruta. Penates.] Dij ſunt qui Patrij, Genethlij, Eteſij, Mithij, Ereij, Geneij & Penetrales dicuntur. Erant ut Dionyſius ait, duo Iuuenes habitu militari pila tenentes. Per eos alij intelligunt Apollinem & Neptunum. Alij Iouem, Iunonem, Veſtam & Mineruam. Phrygij quos Aeneas è Phrygia in Latium tulit, & Laumij conſecrauit, & bis Albam translati, eôdem õſq; reuerſi ſunt. Gentes Iuliæ ab Iulo Aſcanij filio ortæ, ex qua ipſo Cæſar erat. Secreto Quirini rapti, myſteria Romuli in cœlum ſublati. Romulus urbe iam muris & legibus conſtituta, cum apud Capreæ paludem concionem haberet, & luſtraret exercitum è conſpectu ablatus eſt. Sunt qui à Senatu cæſum, & in fruſta clam ſubtractum exiſtiment, ſed ſubita tempeſtate Solisq; defectione oborta, eum in cœlum raptum, & conſecratum diuulgauerunt, ne populus in Patres fæuiret. Huius rei Iulius Proculus fidem fecit, iurans cum noctu in urbem ex Alba rediret, uiſum à ſe Romulũ in colle Quirina, forma auguſtiore, mandaretq; urbi, ut ſe ſub Quirini nomine colerent, ſeditionibus, abſtinerent, uirtutemq; colerent, quippe forent omnium imperio gentium potituri. Iuppiter Latialis.] Latialem Iouem in mõte Albo dedicauit Aſcanius ad cuius ſacra quæ Latinæ dicebantur, totum Latium conueniebat, & rex ſacrificulus Romanus. Huic olim Romano ſanguine, teſte Latio ſacrificabant. Celſa.] tum propter ædificia, tũ quia in alto colle erat. Veſtales & ſo.] ueſtam hoc eſt in extinctam flãmam. Aeneas è Troia in Latiũ aductam Latinij dedicauit. Aſcanius inde Albam tranſtulit. Poſtea Numa Pom. Romæ conſtituit. Inſtar ſum.nu.] quæ es mihi pro ſummo Deo. Inſtar nomen indeclinabile eſt, à quo fit inſtauro, ad priſtinam ſimilitudinem reparo, nam reſtauro barbarum eſt. Furentibus.] impijs & furore ſumptis. Victor in. terr.] propter Gallias & Germaniæ partem pacatam dixit. Mari.] propter Britanniam quam primus Romanorum cum uictoria inuaſit, Tuus ſ.] miles ac ſi diceret defenſor tuus, tuoq; parens imperio, Nunc & etiam nunc quum uideam arma cõtra te ferre, ſi liceat ex imperatore miles euadam. Ille ille.] Epanalapſis, hoc eſt, cum maiore ſignificato repetitio facta, ut Diomedes ait. Nocens.] Impius & rebellis. Quime.ti fe.ho.] qui cauſam mihi dabit in te pugnandi.

Soluit mo.bel. properauit ad bellum et diſſoluit cauſas retinẽtes bellũ. Propere ſi.] raptim inualuit aquilas, uexillaq; & ſignos. Tumidum am.] Rubiconem imbribus & ſolutis niuibus auctum. Sicuti] Comparat Cæſarem leoni, qui ſine reſpectu ſalutis ſuæ irruit in uenatorem. Squalentibus.] horridis & deſertis. Aeſti feræ.] patientis æſtus feruoresq; ſolis. Hoſte.] uenatore. Cominus.] prope. Subſedit.] firmat ſe. Verbere ſe, ca.] percuſſiõe ictu magnæ caudæ, uel quia ipſe ſeuus. Plinius lib 8. ait, Leonum animi index cauda, ſicut & equorũ aures, namq; & has notas generoſiſſimo, cuiq; natura tribuit. Immota ergo placito, clemens blandienti, quod ratum eſt, crebrior enim iracundia eius in principio terra libratur, incremento terga, ceu quodam incitamento flagellantur. Iuba.] Setas & cyrrhos coli.

Infremuit] cum fremitu emiſit. Vaſto hia.] magna omnis aperitione. Mauri.] in Mauritania Aphricæ regione Leones naſcuntur. Torta.] immiſſa. Hereat.] uulnerat & ſit fixa. Subeãt.] ingrediantur. Securus tan.uul.] negligens uulnus. Exit per.fer.] per ipſam haſtam ruit in uenatorem. Puniceus.] flauus, rubicundus. Puniceus autem Aphricanum ſignificat, Cadit de cãdens ferrum dicimus quod ingenitum eſt. Serpit] defluit è paruo lacu. Canduit.] exarſit. Vnmo.fon.] defluit è paruo lacu. Certus li.] uerus terminus, nam togatam Gallabitur. Certus li.] uerus terminus, nam togatam Gallia ab Italia antiqua ſeparat Diſterminat.] diuidit.

Auſonijs co.] habitatoribus Italis, nam ultima Italiæ urbs Ariminum erat. Prima Galliæ Rauenna. Poſtea Ciſalpina ipſa Gallia Italiæ eſt annexa. Hyems præ ui.] erat auctus imbribus hycmalibus, propinquabat enim Ianuarij finis. Cynthia ter.plu.] tertius Lunæ dies, quo ſunt maiores imbres. Luna, ut Virgilius & Plinius tradunt tertio quarto die futuræ tempeſtatis dat ſignũ. Nam ſi ſplendens exorta puro nitore fulſerit ſerenitatẽ Si rubicunda uentos. Si nigra pluuios portendere creditur. Cynthia dea eſt à Cyntho mõte, Deli, ubi cũ Apolline colitur. Grauido.] obtuſo & obſcuro. Alpes.] niues Alpiũ metonymia. Reſolutę ma.fla.en.] diſſoluta pluuia, quã Eurus induxerat qui ſua tepiditate niues uere diſſoluit. Primus ſo.] ualidior, quiſq; equus, aut qui primũ ingreſſi ſunt, uel lege per hypallagen. Sonipes obliquus opponitur in primũ amnẽ. Erãt enim equi obliqui in alueo fluminis, aut impetũ aquæ exciperẽt, facilioreq; tranſitũ reliquis darẽt. Excepturus.] aquarũ uiolẽtiæ obſtaturus. Moli na.] per locũ nõ profundũ, nec uiolentũ. Rũpit.] rũpendo pẽrierit. Faciles.] ſine uehemẽtia. Fracti.] debilis. Cęſ. ut ad.] Cæſar poſtquã Rauennã diſceſſit, cõcionatus apud 13. legionẽ, quã ſolã ſecum habebat omnes inimicorũ in ſe iniurias cõmemorauit, illi elabore ſublato, cũm reſpõderent paratos ſe eſſe ad Imperatoris ſui Tribunorũq; iniurias defendendas, Ariminũ cũ ea legione profectus eſt, ibiq; Tribunos pleb. qui ad eum confugerant, cõuenit Reliquas legiones ex Hybernis euocat, & ſubſequi iubet. Gurgite.] flumine. Veritis.] tum S. decreto, tum quia illic erat ſuæ prouinciæ terminus. Temerata.] uiolata à Pompeio, & à Senatu, qui nullam æquam cõditionẽ nec dare, nec accipere uoluit.

Procul

A Procul sunt fœdera.]pactiones inter me & Pompeium & Senatum Credidimus satis.] cõmissimus fœdera ipsa deorũ uoluntati, ut de bello sint pro æqua causa iudicaturi. Bello iudice.]non amplius Senatu, qui malè iudicat de causa mea. Legitur etiam à quibusdam bello uindice, sed minus probat. Verbero torto.]id est, ictu & lapide rotundo emisso. Funde balearis.]Funda instrumentum est ex funibus, aut loris, ex quo lapide glãdesq; emittuntur. Sic Terentius in Eunucho. Nimis uellem fundã tibi dari quo illos ex occulto hinc cædes ut facerẽt fugã. Funda est etiã retis genus, quod in orbem spargitur, dicturq; alio nomine reticulũ. Vel est lapilli in anulo receptaculum quoddam. Baleares duæ insulæ sunt in mari Hispano contra littora Terraconensia, quæ à Græcis Gymnasiæ dicuntur, eò quod funda bellicosa sunt & apud eas usus fundæ primo inuentus est, & adeò celebratus, ut matres paruosq; filios, alias aues esse non sinerent, nisi quas funda adepti fuissent. Florus tamen ait, quòd cibum puer à matre non accepit, nisi quod ipse mõstrante percusserit.

B Missa post ter.]Parthi inter fugiendum in sequentem hostẽ post terga sagittas emittunt, Ariminũ.] colonia in Vmbria cũ amnib. Arimino & Aprusa, Fugiebãt.] obscurabantur sole aduentãte: indicatq; auroræ tempus, in quo Lucifer Solis fulgore postremus extinguitur.

Lucifero.]Bosphoro, est aũt Veneris stella, quæ Orientem solẽ præcedit, eodẽ ipso Occidente Hesperus, Vesperus Vesperugoq; dicitur. Tumultus.] cõcitationes & insultus. Seu spõ. de.] seu prodigiose & deorũ permissu. Auster tu.]nothus nebulosus. Nubila te mœlu.] nubilus dies fuit & mœstitiã præ se tulit, Miles.] Sinec dothe pmiserat enim Cæsar CCC. equites & militũ V. milia. Lituum.] lituus est tuba ærea flexa, quæ & cornu dicitur, bacculus augurũ in summo recuruus. Tubarum.]Tubæ rectæ sunt. Classica nõ pia.]horrẽdos et bellicos cõcentus. Cornu.]Buccinã recuruam intelligit, diuersam à lituo Excisa. f.]cõmota à lectis. Diripuit.]raptim rapuit. Affixa.]suspẽsa Ronatib. f.]templorum tholis & postibus, in quib. pacis tẽpore suspẽduntur. Inuadunt.]accipiunt. Clypeos f.] uetustate se dissoluentes, & cariosos exesisq; corij. Clypeus ut in 35.

C Plin. doret, dictus est nõ à cluẽdo, id est pugnãdo, ut peruersa Grãmaticorũ subtilitas uoluit, sed à clypho quod est sculpo, illic enim affigebãtur imagines. Crate.] contextura uiminea aut lignea. Virgil. Flectuntq; saligenas Vmborum Crates. Nuda.]absq; corio. Curuata c.] curuato ferro ex uetustate. Scabros mor rub.] asperos situ rubiginoso q ferrũ exedit. Notæ.] cognitæ. Romanaq; signa, siue interpretatio est: siue intelligit tubas & lituos, à quibus dependent illa minora militũ ut lupi, apri, minotauri, & equi pictæ, quibus centuriones utebantur. Diriguere.]inhorruere. Gelidus p.]nunquã enim timor sine frigiditate exoritur. Et t.m.]hypallage, ut sit quæstus tacitos in muto pectore, id est, sine uoce, uel quæstus motus, id est submissos. O male.]locus cõmiserationis mouentis affectũ à loco, & quòd soli sint in miseria, & quòd alias fuerint etiam in maiori uersati. Malè con.] infaustè ædificata cõtra Galliã. Vicinis gal.]cum Galli uicini sint. Damnata.]à fatis deputata. Trici.]infœlici. Alta.]profunda, summa. Furentũ]cõcitantiũ bella. Primaq; ca.]hic enim exercitus Italiã inuadẽtes, primũ se collocauit. Sub or. eoo.] in extremo Oriente, ubi habitant, qui Solem execrantur, quia eius feruore uexantur. Arcto.] Septentrione ubi tam uehemens frigus, ut illic pellici Gethæ licet totũ corpus præter os oculosq; induti uix degere possint, Errantes do.]Scythas intelligit, qui in curribus habitant, neq; oppida munita habent neq; certa tuguria, certosue agros possident. Horatius. Campestres melius Scythæ, quorum plaustra ritè uagos trahunt domos. Viuunt.] potes & de Numidis in Aphrica intelligere, qui olim uagi, palantes, quò nox coegerat, sedes habebant, ut Sallust. ait. Tueri clau.]id est, seruare fines & terminos Italiæ, Galliæq;. Nos pri.] iniqui fati deploratio est cũ simul infœlicitatis expressione, Senonũ mo.] Galli Senones ex ultimo Oceano, frugũ uinq; fama cõmoti in Italia uenientes inter Alpes, Padumq; consederunt. Inde per Italiam uagantes, Clusiũ obsederunt, Romã uenientibus, Fabius cum exercitu occurrit ad Aliã fluuium, sed ipsi allata ingenti clade, Romã cæperũt. Cimbrũq; fu.] Cymbri Teutoni & Tugurini, cũ eorũ terra inundasset Oceanus. Et pulsi Gallia, Hispaniaq; fuissent, terras, quas colerẽt à Romanis per legatos petiuerũt. Repulsi arma intulere. Et cum Syllanũ, Malliũ & Scipionẽ fugassent, castrisq; exuissent, à Mallio deniq; deleti sunt. Martemq; ly.] secũdum bellũ Punicũ, quo Hãnibal ex Hispania in Italiam traiecit exercitum, quanquã reuera nõ recta per Ariminũ uia se cõtulit. Lacessit bel.]uexat armis. Quisq;.] Ariminensis. Latenti.]submisso & secreto. Credita.] cõmissa, nullus enim audebat aperta uoce deplorare dolorem. Et est hypallage, nam nullius dolor est creditus, hoc est cõmissus uoci. Sed quantũ.] Silentiũ Arimẽsium turris & maris tranquilli silentio cõparat. Cũ bru. coer.]Quũ propter hyemale frigus aues nõ canunt. Medius pon.]mare à terris lõgè remotũ, in quo, ut maiores fluctus, sic et maior quies esse solet. Noctis gali. lux.] dies orta noctẽ fugerat. Faces belli.]incitamẽta intelligit Tribunos, qui Cæsarẽ irritarũt & inflãmarũt. Vrgentes.]impellentes. Menti du.] Cæsaris adhuc dubitantis, an esset prosecuturus. Moras pu.]pudebat enim Cæsarem in patriam arma inferre, sed Tribunorum aduentu pudor omnis est dissolutus, quia uidebatur iustã belli causam adeptus, hoc est ut sacrosanctæ potestatis iniurias ulciscerentur. Laborat.] conatur efficere, ut iusti uideantur. Expulit an.] Cum res Cæsaris nullo pacto per Tribunos in urbe cõponi posset, dataq; esset Pompeio cura, ut Cæsari exercitus opponeret, & Curio suis pollicitationibus & intercessionibus nihil proficeret. Lentulus Marcellusq; Cõsules. M Antonium & Q Cassiũ, Tribunos Senatu excepere imperauere, ne in Tribunatu assidentes quicquã acerbius ab ullo paterentur, eã rem Antonius iratus quæsisq; de magistratu, quoad sacrasanctã dignitatem contumelia affecisset, execrationes impias in Consules extulit & conducto curru seruiliq; ueste amictus, unà cum Cassio & Curione ad Cæsarem cõfugit, ex Appiano. Curia mi.]Senatus iratus & minitans. Victo iu.]uiolata & oppressa iustitia, non enim licebat Tribunos è Senatu & Vrbe expellere. Iactatis gra.] obiectis & cõmemoratis Gracchorũ seditionibus & cede, Tyber. enim Gracchus Aphricani ex filia nepos, & C Gracchus frater eius seditiosi fuerunt, & in ipsis oppressi seditionibus. Ancipiti.]dubia. Nam pars Cæsaris, pars Pompeio fauebat. Discordes.]resistentes Senatui, hoc est, Pompeianis. Curio au.]Curio ante Cæsarem inimicissimus populo accepius, & ad dicẽdum paratissimus

à Cæsare

à Cæsare ingenti mercede corruptus est, ut eius defensor esset, plurimoq; ære alieno quo erat, oppressus est, ab eo liberatus, ut Tranquil. Appianusq; tradunt. Eo ideo, inquit uenali lingua, suam enim operam uēdiderat Cæsari, audacem uerò appellat, quia contra Senatum Cæsarem tuebatur. Vox quon.po.] olim Tribunus qui pro populo loquebatur. Ausus.] aduersus potentiores. Et armatos plebi mi.] magna ab eloquio laus quod sedatis seditionib. plebi potentiores conciliarit. Varias cu.] de rebus agendis. Dum uoce.] A sui commemoratione officij beneuolentiam captat, & quid sit inde consecuturus exponēs petit, suadetq; ab utili tuto, & ut maturet cōsulit. Argumentaturq; à minori ad maius, & à minus utili, & difficili ad utilius & facilius. Postea irritat ipsum ab ingratitudine inuidiaq; Senatus, qui pro præmio quod ei deberetur, quasi supplicium parat. Item à Pompei odio qui decretis ipsum omnino prosternere. Voce.] eloquio meo, Traximus im.] produximus potestatem suam. Nam cū quinquēniū Gallias Cæsar obtinuisset, & L. Domitius minaretur in consulatu se ei exercitus ademptu rum, fauente Curione effecit ut Pompeius & Crassus aduersus illum peterent consulatum & sibi in quinquennīū imperium prorogaretur. Tenere Ro.] è suggesto in foro populum alioqui. Transferre.] aducere & inclinare ad ti bi fauendū. Quirites du.] mortos cui fauerēt.

Coactæ bel.] ui inimicorum oppressæ. Nam enim exercitus quidā Pompeij Senatui assidebat, & ensis fuerat Pōpeio à Cl. Marcello traditus, ut in Cæsarem iret, & tota Italia delectus habebantur. Siluere.] non auditæ obseruataq; sunt. E' latibus.] è domibus & patria. Volentes.] non inuiti exulamus. Faci ci.] in ciuitatē restituat. Fortes fir.nul.ro.] aduersarij debiles. Tolle mo rae.] accelera. Sempe.no.dif.pa.] Sententia est illis qui parati sunt, nocet mora. Per labor atq; me.] hoc est, non maiori labore atq; periculo contra Romam pugnabit, quàm dudum contra Galliam, sed maiori certè cū præmio. Geminis lu.] Nouē solos annos Gallijs præfuerat Cæsar, tamen duo lustra poēta fuisse dicit. Est autem lustrum quinq; annorum spatium. Quota.] minima Euentu.] successu. Tibi Roma subeg.orbē.] Roma victa orbis te dominum faciet. Pompa.] comitatus & multitudo officiosa. Remeantem.] à domitio hostibus. Haud fa.] ornabatur enim Capitolium corollis & lauris, quum quis erat triūphaturus. Sacras.] uel quia Phœbo sunt consecratæ: uel quia ad Iouis Maximi templum erant. Liuor edax.] Inuidia seipsum absumens. Horatius Inuidia Siculi non inuenere tyranni maius tormentum. Vix feres impune.] uix impunitus præteribis quod hostes subegeris. Genero.] Pompeio. Partiri non potes orbem.] cum aduersarijs nihil potes habere commune, quoniam Pompeius partem non patitur, sed certè potēris solus regnare. Et ipsi pro no in bel.] præsertim ipsi qui inclinatus erat ad bellum.

Sonipes Eleus.] æquus pisæus. Elis enim oppidum est in Acarnania in cāpis Eleis, quos etiā Eleidem Ptolemæus appellat, ubi est & ipsa amnis Alpheus, fiunt illic Ioui Olympio ludi Olympiaci quinquennales uarijs certaminibus, sed equorū cursu præcelebres, Iuratur cla.] Plinius ait. Certantes equos ad hortatationem & gloriā intelligere. Carcere clauso.] carceribus & funibus ipsis obstantibus & impedientibus. Immineat for.] sit obijces egressurus. Laxet repa.] lētet & impellat funes.

Respublica inquit Festus, sunt quæ patefaciendi gratia ita figuntur, ut à contrariò peragantur hæc, & repages dicuntur. Conuocat Cæsar ut suprà ex eius Commentarijs diximus, postquam Rauennam discessit, de suis iniurijs, est apud milites concionatus. Inde Ariminum, post Tribunorum aduentum, quos, ut scribit Appianus, in seruorum habitibus ostenderat, milites irritasset, quod uiri clarissimi sic essent electi, iudicatiq; hostes, rursus concionem conuocasse credibile est. Extemplo su.] uerbum est ab auguriū templo deductum. Manipulos.] manus & ordines militū sic olim appellato signo à manipulo fœni quod sequebatur. Ouid. Pertica suspensos portabat lōga maniplos. Vnde maniplaris, nomina miles habet. Compositum tultu.] sedauit graui aspectu. Tumultum.] murmur & fremitum. Turba coeun.] cum contemnet multitudo. Bellorum.] Qui uolunt hanc orationē in iudiciali genere, & in iudiciali esse constitutione, ridiculi, profecto sunt, totaq; errant uia, est enim in genere deliberatiuo, eoq; tenēt hæc actio, ut milites ad imperatoris & suas iniurias fortiter uindicandas & Pompeij tyrannidem extinguendam, & ad denegata præmia rapienda incendat: Videtur autem in consultatione poni, an sint inferēda in aduersarios arma liberandaq; patria, an non, & affirmatiua pacta suadet. Habetq; demonstratiuū genus immissum quod hic Pompeius à superbis factis uituperatur. In primis igitur quatuor uersibus, qui pro exordio sunt, captat Cæsar beneuolentiam, quòd socios magnanimos & uictores appellat, et attētos reddit auditores quum dicit hoc meruit. Martis.] militiæ & præliorum metonymia. Decimo iam uiu. an.] Iam decennio continuo uictores fuistis. Hoc me.] ac si dicat audite Senatus in gratitudinem. In ar.] id est, in Gallia, Germania & Britannia, quæ sunt ad Septentrionem expositæ.

Mortes.] charissimorū. Hyemes act.sub al.] frigora hyemalia, q̄ toleraslis in Hybernis ad Alpes. Actæ.] ductæ. Non se.] Narratio est, quā ut lucidiorem faciat breui utitur collatione. Non se.] non aliter. Concutitur tu.] terretur perturbatione & metu maiore.

Quam si pœ.] Quod si iterum ex Hispania in Italiam reuerteretur cum infesto exercitu. Cohortes.] multitudines equitū, & hoc dicit, tum quia Domitius ei designatus successor, cum quatuor milibus armatorum fuerat urbe egressus, tum etiam quia Senatus iusserat Pompeium centum & triginta milium ex Thessalis congregare, & ex finitimis nationibus, fortissimos quosque delegere, ut ait Appianus. Tyrone ua.] nouis militib & robustioribus. In classe ca.om.ne.] multæ naues sunt ad me perfe quendū. Agi.] uexari. Quid.] eclypsis uerbi ageretur, si à maiore argumentū sumptum ex cōiectura significarent. Marte sub.] si uictus & fugatus fuissem pōtio mscelici. Feroces.] Fortes. Ruerent in ter.] persequerētur me. Nunc cum for.] Nunc cū simus uictores, & Dijs iuuandi nobis maxima polliceri uexamur. Veniat lō.] Taciteæ obiectionis cum irrisione confutatio, ac si dixisset quispiam. Magno & forti cùm exercitu te Pompeius inuadet. Dux solu.] Pompeius debilitatus longo otio.

Cum sub.mi.] cum euocato uel tumultuario, sic enim auctiore Seruio tria militum genera Euocati qui ad sua bitum bellum pro milite sunt. Tumultuarij qui in uno militant bello & Iurati, qui uiginti quinque annos militaturos se iurant. Idq; latenter uidetur obijcere, quod Pompeius aliàs dixerat. Exercitus sibi non defuturos & cum tel-

A cum tellurem pede concuterent, inde se eductur um. Par
tes to.]uiri à militia alieni paciq; assueti. Marcellus q;
loquax]C. Marcellum intelligit qui Consul cum Len
tulo erat. Claudius enim qui cum Paulo Æmilio fuerat
Consul, quanquã de successore ei mittendo egisset: minus
tamen uidebatur infensus. Et nomina uana Ca] hoc
est, Cato uani nominis insipiens & imperitus qui gerit cõ
trarium effectibus nomẽ. Catonẽ enim autore Plutarcho
ueteres appellabant: cui plurimarum rerum usus & expe
rientia inerat, & Catum sapientem & prudẽtem dicebãt,
ut Dionysius ait. Scilicet.]Pompeium in inuidiam o
diumq; adducit eius clientelas fœlicitatem & potentiam
aperiendo: & ipsius tyrãnidem manifestam improbando.
Extremi.] clientes remotissimarum nationum sectato
res, quos suæ dignitati causa tuetur. Empti.] quos
sua largitione sibi fecit obnoxios. Per tot tempora.]
à sua adolescentia in hunc usque diem. Regno.] non
enim ciuem, sed regem agere uidebatur. Ille re.]eur ille
triumphabit ante legitimos annos nam ante trigesimum
annum consulatũ triũphumue gerere non licebat. Pom
B pe.]uerò post Perpennam è Sicilia fugatum damnatũq;
Carbonẽ & interemptũ et post Syllæ hostes suppliciis illic
affectos. In Africa contra Cn. Domitium, & qui Ma
rio fauerat, missus, illic Imperator est appellatus & cæso
Domitio & compræhenso Hiarba Numidiam intra di
em quadragesimum subiugauit, annum quartum & uige
simum agẽs. Reuocatus Sylla magnusq; salutatus, trium
phum petijt, illo dissuadente cum propter ætatem, tum
quòd rem non gesserat auspicijs proprijs, & quod nondũ
fuisset in senatum admissus, cùm eum non sine Syllæ si mu
tate obtinuisset quo uideretur admirabilior curru à qua
tuor elephantis tracto triumphum ducere statuit, angu
stiori tamen porta prohibens, equis conspectus est, ut tra
dit Plutarchus. Honores ra.]Magistratus quos non
legitimè est assecutus, & quibus nunquam uacauit. Con
stat autem ipsum, cùm apud agrum Picenum diuertere
tur, in agris suis quos illic amplissimos habuit, commo
uisse omnem Picenum ut Syllæ faueret, cui post Cinnam
occisum cùm Carbone contentio erat. Itaq; tertiũ & ui
gesimum natus annũ prætor à nemine designatus, in Au
C ximo oppido seipsum pro prætore in subsellio in medio fo
ro constituit. Quidam rura]lib. 9. ad Atticum Cic.
tradit legem consules conscripsisse, quæ Põpeio per quin
quennium omnis potestas rei frumẽtariæ, toto terrarum
orbe daretur. Suppressa.] reseruata, ut nihil inde eueba
retur, uel coli uetita. Seruire ad famem. iuf] subie
cta esse Pompeio, ut famem faciat, cum uelit. Idcoq; Clo
dius in Pompeium cauillans, dicebat, non propter famem
scriptam esse legem, sed ut lex scriberetur factam esse
famem. Quis castra.] quod est laudi tribuendum ma
gno uituperat. Nam cum Pompeius Consul solus à Ser
uio Sulpitio iterum rex creatus, statim duas leges promul
gasset: unam de ambitu, & alterã de ui, in qua nominatim
Clodij cædẽ in uia Appia factam expresserat, essetq; reus
Milo, & dum causa à iudicibus cognosceretur immẽsum
clamorem tollerent Clodiani, armatis militibus cõsul fo
rum compleuit, ne quis populi tumultus concitaretur.
Hac re territi Clodiani, silentio uerba testium per bidu
um audiri sunt passi: & astante præsidio accusatus
defensusq; est, Ascanius author est. Castra.] Milites.
Foro.]iudicibus. Gladij] milites ipsi. Triste.]
uulnera & mortem. Cinxẽre iudicium tre.] trepi-
pidos iudices circumdedere. Corona inso.]multitudĩ
ne armatorum, qui illuc ire non consueuerant Signa.]
milites qui sub signis erant. Clauserunt reum.] cir
cumdederunt cædis accusatum. Milite auso.]ablati
tium est absolutus. Perrumpere.]penetrare. Medias
le.]forum in quo leges sine armis uigere debẽt. Nunc
quoq;.] mala anteactæ uitæ consuetudine quid nũc præ
paret colligit. Suetus.] nam post uentidios fratres
Carbonis fautores Auximo pulsos, cum tribus legionibus
hostes insequendo, & à Carbone homines auertendo ad
Syllam contendit, & fugato Scipione ad eum peruenit,
ab eoq; mutuo Imperator consulatus, quanquam non
dum in Senatum admissus Celtiberiæ profectus est, &
cum Metello illum administrauit. Docilis.] qui faci
lè doctus est. Magistrum sce.]qui docuit bellum ciui
le. Priuata] sine magistratu Teneat laf] tentũ in
ocio & sine imperio, uel legatur lapsum id est, iacentem.
Vtq; fe.]apta sed inuidiosa cõparatio est. Tigres.]
tigris uelocitate tremendæ animal & semper in irã pro
num. Furorem.]iracundiã. Hyrcano. Scytharũ, Hyr
cania regio in Asia est. Iustra.]cubilia. Altus eq]spõ
deum in quinto loco habet sic uersus pro dactylo. Lãbe
re.]translatio in eum, qui ex bello Ciuili & sanguine Ro
manorum ali sit solitus. Sitis.]cupiditas. Nullus se
mel.]Sententia. Feris tractis, quæ ubi dulcedine sangui
nis in rabiem uersæ sunt, nunquam mansuescunt. Quæ
tamẽ.] improbatio à mora in scelere, nam imponit finẽ
sapiens & rebus honestis, ut Satyricus ait. Tunc Sylla,
quem militaris, sub quo militasti, qui tibi erat affinitate
deuinctus, nam cum Sylla pacata sibi Italia Dictaturã
iniisset, & suos omnes diuitijs satiaret, Pompeiũ sibi af
finitate deuinxit. Iussum Antisteam Antistij sui patroni
in causam amicus repudiare? & Aemiliã priuignam su
am è Metello & Scauro genitam ducere Doceat di
scedere.] suo exemplo qui Dictaturam exposuit.
Regno.] tyrannide. Post Cilicas.] ab indignitate
rei conquestio acris, quòd benemeritus de patria hostis
eius acerrimus iniustissimè habeatur, & Pompeio com
tatur expugnandus, ut Cilices & Mithridates.
Cilicas.] uagos pyratas ex Cilicia, qui etiam per nos
strum mare ad Ostiam usq; discurrebant. Pontica.]
in Ponti regem gesta. Regis lassi.]Mithridatis defati
gati, tum senio, tum belli diuturnitate, quia per 40. an
nos, & amplius gestum est. Vix consumata uen. bar.]
uix finita Põtico ueneno. Est enim Pontus ueneni ferax,
& hoc ideo dixit, quia cum de Mithridate Sylla trium
phasset, unde Lucullus postea eum attriuisset, Põpeius
atque ipsum opprimendum ad petram castra mouisset,
accepit nunciũ Mithridatẽ per Pharnacis filij seditionẽ
mortem sibi cõsciuisse, ac malè tentatũ ueneno spiritum
ferro expulisse. Plutarchus & Florus aiũt: Vltima pro
uincia, ultimus hostis debellandus tanquam prouincia.
Quod non uict.] Factũ quod improbant aduersarij
iustissimũ sibi & necessariũ fuisse ostendit, quia & sibi &
suis militibus merces denegabatur, quorũ magis causa,
quã sua se moueri ostẽdit. Quod]qa. Aquilas ui]sig
na sub quib Gallias uicimus. Nõ pa.]nõ obediuerim.
Merces.]pmia ut cõsulatus, honores triũphus. His.]cõci
liatio est. Premia.]stipẽdiũ, missio, colonia & agri. Nõ
me. du.] sine me alio quocũq;. Triumpher.]ex triũ
pho enim sua præmia miles cõsequebatur. [cõfer ex]
cõmiserationis locus ad militũ animos incendendos, nam
si præmia

si præmia inuentutis amiserint, necesse erat senibus mendicare. Exanguis.] *debilis & frigida.* Quo se con.] *ad quem confugiet. Emeriti dicuntur quæ obierunt legitimũ militiæ munus.* Quæ ru.] *qui agri, dabantur enim singuli septena pluráue iugera.* Veteranus.] *uetus miles & belli peritus.* Quę mœ] *colonia.* An me.] *contrario exemplo augur indignationẽ, nam pyratis data est colonia & ciuibus denegatur.* Magne.] *ô Pompei.*

Pyratæ.] *quos Põpe. à locis maritimis remouit & mediterraneæ regionis fecit colonos.* Tollite.] *Orationis conclusio est qua quid agendum sit cõmotis militibus imperat,* Tollite tollite,] *epanalepsis. Iampridem uicti ciamiam diu per decennium uincere consueta.* Quas fecimus.] *quas execrando comparauimus.* Arma tenenti.] *Sententia est cuius hic sensus.* Qui inermi abnegat iusta.] *dat etiam iniusta uim inferenti.* Omnia.] *etiam quæ iustè negarat.* Nec numina.] *diis fauentibus rem bene geremus, nam militum animos graui ratione & acclamatione stimulis plena confirmat.* Regnum.] *tyrãnis.* Detrahimus domi.ser.] *uolumus tyrãnos ex urbe ad seruiendum promptos, & inuidiosè, dominos quum unũ intelligit dixit.* At dubium.] *post Cæsaris per orationem quid milites egerint explicat.* Vulgus du.] *multitudo incerta an inferret in patriam arma.* Non cla.] *submissa uoce.* Fremit.] *loquitur.* Pietas.] *quanquã pietate reprimerentur tamen acrius impetebantur: tum pugnãdi desiderio, tum Cæsaris maiestate quæ ipsis metum incutiebat.* Penates. *domus metonymia.* Quanquam se cæ.] *inhumanas & cædibus assuetas.* Frangunt.] *debilitant.* Tumentes.] *superbos.* Diro.] *magno uel crudeli.* Summi tunc.] *tunc consurgens Lelius primipilus legionis nomine in hæc uerba respondit.*

Gerens munera primipili.] *gerẽs officium primi centurionis. Primipilus enim & centurio primus (autore Liuio) idem sunt, quindecim enim ordinũ qui locabant sub signis, & erant singuli in tres partes diuisi, unaquæq; pars primipilus appellabatur, & eius partis dux primipilus.*

Insignia doni eme.] *ornamentum doni quod sua uirtute erat emeritus, uidelicet quernam coronam quæ dabatur illi qui ciuẽ seruasset in prælio hostemq; occidisset. fiebat etiam ex ilice. De generibus Coronarum legendus Gellius lib. quinto.* Si licet.] *non modo milites dicto obtemperaturos promittit sed ipsum Imperatorem inflammat.*

Si licet.] *Præfatio est cum attentione, utiturq; licentia.*

Romani ma.] *beneuolentiam captat.* Expromere.uo.] *libere eloqui uera.* Quod tam len.] *narratio est.* Tenuit tuas ui.] *à bello & ultione reuocasse.*

Deerat.] *tacitã obiectionẽ præhendẽdo diluit.* Deerat.] *quasi dicat deesse nõ debebat.* Dum mo.] *dũ uiuimus.*

Spirãtia.] *uiuẽtia.* Sanguis.] *qui est animæ sedes: & in quo uita cõsistit.* Et dum pi.ua.] *& dũ ualemus uiribus certareq; possumus.* Degenerem pa.to.] *tolerabis togatos inertes & qui maiorem fortitudinem nõ imitantur.* Regnum.] *tyrannidem.* Vsq; adeo mi.] *tã miserabile uidetur, est enim miserius hæc pati quàm exercere bellum Ciuile.* Duc age.] *longa per amplificationẽ conclusio.* Per Syrtis.] *Syrtes duæ, maior & minor sunt in mari, quod Aphricanum Aegyptum uersus alluit. Dictæ à συρειν quod est trahere, nam naues ad se trahũt. Sunt autem maria nunc arenosa, nũc profundissima & importuosissima & uadorũ frequentiam breuia magis magisq; ob alternos motus pelagi affluctis ac refluctis infesta, ut*

alt Nyla. Inhospita.] *non susceptientia hospitem, nam ut merguntur naues aut arenis circundant.* Per cali ar.] *per deserta Libyæ in quibus est aquæ penuria & serpentes abundant.* Hæc manus.] *aut suam dextram ostendit, aut militum multitudinem, & à tuto argumentatur, ne Italiam inuasuri quicquã à tergo uideantur posse metuere.* Victum orbem.] *uictam Galliã extremam mũdi partem, ex qua Cæsar primus Romanorũ cũ infesto exercitu in Britanniã insulam quæ alius quidam orbis dicitur nauigauit. superataq; obsides, & pecuniam imperauit.* Compescuit.] *represit & superauit.* Vndas tumidas. *fluctus maximos & quam in nostro sit mari maiores.* Oceani.] *Oceanus mare est quod circuit terrã, dictus à fluendi uelocitate. Namὠκεανος Græcè citus dicitur.* Fregit Rhenum.] *remigauit per Rhenum fluuium. qui Galliam à Germania diuidit, quã ut facilius Cæsar inuaderet, super eum imitandum pontem construxit.*

Vertice ar.] *in Septentrione.* Virgi.] *hic uertex nobis semper sublimis, uel legas uortice, id est, aqua uolubili tate quæ seipsam absorbet.* Iussa sequi.] *sensus est, necesse est mihi parere tibi, quia uolo & uelle cogor. Cogi aũt eũ melius intelligimus ab amore, quã quod sit hostis iudicatus quippe Cæsar habuit milites amantissimos sui: & ad omnia facinora peragenda paratos, ut hunc ipsum sæuam & aciliũ.* Nec ciuis.] *nec existimabo ciuem sed hostem.* Classica.] *tubas metonymia.* Per signa decẽ aquilas.] *quas tuæ totidem legiones fœliciter sequũtur, Cæsar enim principio habuit quinq; legiões inde tres addidit, postea Pompeij diligentia treis alias, in quib. primã confectam ex delectu prouinciæ tanquam ex suo numero Cæsari dedit, eamq; demũ repetijt et abduxit.* Castris.] *exercitibus tuis, nec dicas decem castris.* Pectore si fr.] *omnia immania facturum se pollicetur Iugulo.] in imo gutture.* Condere.] *immittere et uulnerare.*

Plenæ partu.] *grauidæ, ut in uxorẽ pariter fœtũq; sæuiam.* Inuita.] *ego inuitus hypallage.* Perrgam.] *ut pariam tibi.* Si spoliare deos.] *si deorum templa & simulachra diripere sacraq; omnia uiolare atq; incendere.* Flamma castrensis.] *ignis militum & castrorum tuorum.* Miscebit.] *turbabit, confundet.* Numina mone.] *Iunonis mõetæ templum metonymia est. Monetam à monendo dicta, quoniam (ut in primo de diuinatione Cicero inquit) cum terræmotus factus esset, ut sue plena procuratio fieret uocem ab æde Iunonis ex arce exisse, quocirca Iunonem illam appellatã monetam.* Castra super.] *id est, si patriam obsidere & super Tyberino ponte castrametari.* Tusci.] *oritur enim in Tuscia,*

Metator.] *metari, parare est, mensurare & eligere.*

Virgi.] *Si pinguis agros metabere campi. Metator ergo est qui eligit & determinat loca. Hinc fit castrametator & castrametari.* Hesperios.] *Romanos.* Inplator & castrametari. Hesperios.] *Romanos.* Inplator & castrametari. Hesperios.] *Romanos.* Inplator & castrametari.

A uentus flãs à Thracia, quæ est regio ad Septẽtrionẽ, à quo finem habet Histrum ab Oriente Põtum, A Meridie Aegæum, dicta est à βρέμειν, quod est serumne seu temerarium. Incubuit.] Superuenit & inuasit. Offæ.] Ossa Magnus Thessaliæ, mons Pinibus plenus. Cæsar ut acceptum.] percepta militum, optima uoluntate Cæsar, ut supra ex eius Commentarijs diximus, reliquas legiones ex Hybernis euocauit, & subsequi iussit, Romam uersus arrepto itinere in opportunis locis, et ciuitatibus, quas sibi cõciliabat præsidia collocabat. Acceptum.] Susceptum & gratum. Tam prono] tam cupido. Ferre.] impellere & urgere, Lãguore.] desidia. Moretur for.] in mora tenet prosperitatem. Euocat.] extra ad se uocat. Vndiq.] ex omni parte ubi erat. Deferuere] Loca unde discessêre milites, per catalogum memorantur. Deferuere ten.] discessere à Tentorijs. Tentoria linea sunt, quæ pro tecto tenduntur. Lemãno] iuxta Lemannũ Galliæ Trãsalpinæ lacum, per quem Rhodanus Ararum deferens rapitur. Is Heluetios à Gallia B separat, suisq; accolis Lemannorum indidit nomen.

Cauo.] concauo propter ripas eminentes. Castraq; quæ Vogesi] Vogesus mons, à quo profluit flumẽ Mosa, qui est in finibus Ligonum, ut ait Cæsar, & ideo inquit curuam ripam. Lingones populos in Belgica fœderatos, & in Occasum uergentes, qui super Heluetios & Sequanos habitãt. Pictis.] Dicturatis. Colludebãt.] reprimebant, nam erant eis opposita. Hi.] alij milites. Vada Isaræ Isaram non profundum, qui inter Atriã dutionemq; fluens, exit in Rhodanum & nomen amittit, a pud hunc Fabius Maximus Pauli Nepos monumentũ insignis uictoriæ Trophæũ erexit ex marmore, & Marti & Herculi duo templa. Gurgite.] fluuio. Lapsus in am.] Rhodanum ingressus. Soluuntur sta.] discessere inquit, præsidia à Rutenis. Ruteni Narbonenses proumeiæ cõterminí sunt, eos idem Fabius qui Allobrox dictus est, separauit Est enim ciuitas Rutenorum una ex Allobrogibus. Flaui] crinibus flauis. Soluuntur sta.] liberantur à militibus, qui illic stabant. Mittearx] ex Cemeno monte oritur, authore Strabone auctus imbribus ripas egreditur, lenis tamen & per Rubresum lacum transiC ens, effluit in Tyrrhenum. Non fer.ca.] non nauigari à militibus Romanis. Varus.] hic ex Alpium monte Cemeno profusus Italiã à Narbonẽsi, quæ & Brachata Gallia dicitur, diuidit. Plin. Promoto] procul Amoto.

Quaq; sub Her.] longum est Hyperbaton, qui tenet ea, quæ & cætera. Signa.] mouet. Portus sub no. Her.] In Liguria est Monœci, Herculis portus, quem solummodo uexat unus ex Ventis, dictus quidẽ Monœcus, uel quod pulsit omnibus illic solus noluit uenerari, uel quod in templo semper ferè colitur solus, μόνος enim solus est & hæc domus, admittit tamen Musos, ut in sexto Fastorum canit Ouid. Vrget.] repellit. Caua ru.] concauo & sinuoso mõte. Corus qui & cautus dicitur, & agrestis fiat ab ultimo Occidente Septentrionem uersus.

Non ha.ius.] non obesse potest. Zephyrus.] qui flat à medio Occidente. Circius Septentrionalis uentus iuxta eorum. De uentis lege Gellium libro secundo Plinũ & Vitruuium. Prohibet.] terret & uetat nautas, quia perpetuo tutum portum non præstat, sed breuem nauibus stationem. Quaq; ia.] Littus intelligit Gallici Oceani, quod nunc terra, nũc mare est, ex fluxu refluxuq; eius, nec eam Aquitaniæ partem indicat, quæ est à Garumna ad Pyrenæos montes. sed quæ ad Hispaniam uergit, Dubium.] incertum. Vendicat.] attribuit sibi. Alternis.] cõmutatis. Funditur.] effunditur. Aufertur.] retrahit se. Ventus ab ex] pendet hic locus usq; ad. Quærite quos agitat mundi labor, Caussam enim huius æstus, & fluxus, ac refluxus Oceani, relinquit Philosophis indagandam. Est enim sibi incertum, an ui uentorum, an ui Lunæ, an Solis id accidat. Cõpertumq; est certa Lunæ ratione moueri, nisi uentorum impetus obsit. De hoc motu quid Macrobius, quid Plinius sentiat, lege, ait hic enim. Sed æstus maris accedere & reciprocare maximè, mirum est, paribus quidem modis accidit. Verũ causa in Solei Lunaq; bit inter duos exortus Lunæ effluunt, bisq; remeant uicenis quaternisq; semper horis, & primũ attollentes se, cum ea & mundo consumescentes, mox à meridiano cœli fastigio, uergente in Occasum residẽtes. Rursusq; ab Occasu subter ad cœli ima & meridiano cõtraria accedente mundantes, hinc donec iterum exoriantur se sorbentes, nec unquam eodem tempore pridie refluit & reliqua. Ventus fe.] impellens mare. Voluitet ab axe ex.] uoluendo urget ab ultima regione, & suo termino. Destituat.] dereliquat & eo cessante fit refluxus. Vnda na.te.] undã mare periphrasit. Thetys.] Oceani uxorẽ. Secundo fid.] Luna quæ post Solẽ secũda est, uel secundo id est, fauẽte & prospero. Est enim Luna humidæ frigidæq; naturæ cuius incrementũ & imminutionem humor imitatur, unde hi æstus, plena Luna maximè feruẽt. Horis lunarib] per certas horas obseruationesq; Lunæ, ut docet Macrob de Septenario numero loquens. Erigat.] attollat, Hauriat] attrahat & bibat. Vndas.] alentes. Docent Physici sidera, id est, ignes cœlestes, maris undis nutriri. hinc Virg. Cõnexa polus « dum sidera pascet. Cic. in libris de Natura deor. inquit, Sunt autem Stellæ natura flãmeæ, quocirca terræ maris aquarum uaporibus aluntur: his qui à Sole ex aquis excitatur. Quibus aliæ renouatæq; stellæ, atq; omnes æthere refunduntur eadem, & rursum trahũt in idẽ. Quos agitat mun la.] hoc est, ô Philosophi, qui naturã mundi studio, & labore inuestigatis. Labor. motus. At mihi.] Apostrophe. Meatus.] fluxus & refluxus. Lates mihi] incognitæ es. Monethis.] Monetis, Germaniæ populis, Ariouisto duce militauit Cæsarem. Legitur & Nemetes, est enim Nemes urbs Germaniæ Rheno uicina.

Satyri.] Aquitaniæ fluminis. Tarbellicus.] Tarbelli populi littorales quatuor in Aquitania sunt. Signani, Cossates, Sexsignani, Venani. Claudit cur.lit.] concludit sinus. Molliter.] ad molliter receptũ. Signa mo.] discedit. Santonis.] in Aquitania populus. Amoto ho. Cę.] milite qui olim fuerat hostis. Biturix.] Biturge populi liberi in Aquitania, qui dicũtur etiam Cubi author Plin. & Iosci ut ait Strabo. Axones.] Accolæ Axonis fluuij in finibus Remorũ, ut est apud Cæs. legitur & Suexiones armis. nã hi inter Germanios Sueuos proximi Menapijs sunt usq; ad Sequanæ amnis exitũ, ut Strabo tradit. Plin. Suessiones in Belgica ponit. Leues in lonar.] agiles in hastis lõgioribus. Leucus.] Leuci Belgicæ populi, liberi, super Mediomatrices, & prope Treuiros & Lingones sunt. Rhemus.] ex Treuiris & Neruijs, Senones & Rhemi sua in Occasum domicilia, ut ait Strabo. At Cæsar, inquit eos ex Belgis Galliæ proximos esse. Excusso lacerto.] ad iaculandum. Gens Sequana.] Post Heluetios Sequani et Mediomatrices Rhenum

incolunt. Sequanáq; fluuius à Belgicis Celtas separãs, Parisios diuidit. Flexis frenis.] in girum ad domandos, & uertendum in circulũ equos. Belga.] Belgica, ea pars Galliæ est, quæ à Scalda ad Sequana iacet. Belgæq; ipsi per gentes quindecim diuisi sunt. Docilis rector mõ. eo.] qui facilè didicit regere currũ Cameratũ, quẽ sua lingua coumum Galli appellãt. Monstrati.] à Britãnis & Germanis, qui plurunũ illis utuntur & ualent, resumaturq; illud, gaudent amoto hoste. Aruerni] in Aquitania liberi populi sunt, ut Plin. tradit, hi ex Troianis ortos se prædicabant, à quibus & Romani duxêre originẽ. Latios.] Romanos. Illaco.] Troiano. Fingere.] quia non uerũ erat. Neruius.] in Belgica feragent, Germanica natio cõtigua Triusgris, Strabo & Cæsar. Nimiumue rebellis] sæpè enim cõtra Cæsarẽ rebellauit, & cum is abesset in Britannia L. Cotiã, & Titurium Sabinum, legatos Cæsaris, Nerui interfecerunt & postea in Q. Ciceronem se contulerunt, ut scribit Cæsar Cõmentario quinto. Pollutus.] maculatus. Vangiones.] propè Incubos populi accolæ Rheni, Germaniæ gentes. Laxis brachis.] Vtuntur enim caligis clausis ut Sarmatæ Scytharum gentes, quæ à Meotide incipiunt, Boreáq; uersus quindecim dierum, itinere se extendunt. Sunt brachæ uestes breues & strictæ, quib. pudenda celantur ab umbilico ad genua, si uerò ad talos usq; procedunt, laxæ sunt, quandoq; pro Rhenonibus accipiuntur, quæ totũ corpus operiunt. Batani.] Germaniæ populi, in insula Rheni. Truces.] Terribiles.] Tubere. ære.] litui inflexi. Acuere. Inciuauêre in bella. Qua.] & qui sunt ea qua. Cinga.] ex Pyrenæis montibus in Iberum fluit. intelligit autẽ eos, qui contermini sunt Hispaniæ. Pererrat.] errando discurrit. Rhodanus.] Galliæ fluius, à Rhodano oppido, quod præterfluit denominatus, ex Alpibus oritur, & citato descendens cursu per Lemãnum lacũ fertur, integer tendens in Occidentẽ, & Gallias diuidens, flectitur in Meridiem, & Arari, Isari, Druentia, susceptisq; effluit in Tirrhenũ. Ararim.] Arar ex Io. Alpibus labitur, Sequanos, Heduos, & Lyneasios discernẽs ut ait Strabo. Gebennas.] Gebenna mõs inter Aruernos & Heluetios medius, in quo est eiusdem nominis Gebennæ ciuitas. Treuir.] Treuiri in Belgica populi liberi, prope Leucos & Lingones sunt. Conuerti] in Italiã. Tonsa ligur.] Liguria à Ligisco Phaëtontis filio dictæ, inter Galliam, & Hetruriam, & Macrã, & Varum flumen ab imis Alpium iugis extenditur, eius caput est Genua. Sed ego censeo legendum Liger, qui fluuius è Cenenis montibus ortis, inter Pictones & Vamuitas excurrens, Aquitanos à Celtis diuidit, & in Britãnicum Oceanum exit, ponitur Liger pro Accolis. Prælatetico.] Præpositi in crimiũ laude Togatæ Galliæ. Gallia enim omnis Comata uno nomine appellata in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta: E Scalde ad Sequanã Belgica est, ab eo ad Garumnam Celtica, eademq; Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania Aremonica antea dicta. Ad hæc tria distinguunt nominibus Gallias, Togatam, Liguriã, Comatam, Burgũdiã, & Franciam. Brachatam Teutonicã uocãt. Immitis.] quia nõnisi humano sanguine placatur. Tentates.] qui mortis deus interpretatur. Mercuriũ hoc nomine Galli appellant quẽ Aegyptij, ut in 3. de Natura Deor. Cic. docet, Theirr uocant. Hesus hor.] asper & sæuus, quia humanis uictimis, ut docet primo libro Lactan. placabatur. Eum aliqui Martẽ esse existimant. Cic. uero Aristeũ à Apollinis filiũ, oleæ inuentorẽ. Taramis ara] qui Iuppiter interpretatur. Non mi.] Aequè crudelis, quia humanis hostijs gaudet, ut Diana quæ in Taurica colitur regiõe, ubi Persas Oresthæ frater, id sacrificij genus primus instituit. Siue ut malunt alij Thoas, cũ illuc à cæde Lemniaca peruenisset. Vosig.] Strabo lib. 4. innuit. Apud omnes tres passim nationes eximio in honore sunt Bardi, Vaties, Dryudæ. Bardi quidẽ laudationibus, rebusq; poeticis student. Vaties aũt sacrificiorum naturalium q; cautarum curæ dediti Druydæ pter causarũ naturalũ studia, mortalẽ disciplinã exercent: Iustissimi aũt omnũ opinione cẽsent, priuata & publica iudicia, eorũ fidei mandantur. Addit pterea, quod diuersis cruciatibus homines afficiendo immolabãt. Bardi ua.] Bardi poëtæ, qui lingua Gallica cantores significãt. Securi.] aut quia laudationibus tantũmodo uacant, aut quia meritũ Romanorum, multum deposuerunt. Quifor.] quia gesta uirorũ fortium noscenda posteris tradidit. Dryudæ] sic dicti quod sub quercub uiuãt & uaticinẽtur. Ἀρὺς, enim quercus est. De eis apud Plin. in fine 16. & in Cæsaris Comment. 6 leges multa. Barbaricos.] inhumanos, efferos.

Sinistrũmo.] peruersam cõsuetudinẽ. Nem hominem] diuinationi destinatũ, in tergo feriebant quosdã sagittis efficiebant, quosdã in sacris ædibus patibulo affigebant.

Repetistis.] post discessum militũ Romanorũ, in quos arma tenebatis. Solis nos. de.] ex moribus & opinione ipsorum poëta censet, aut soos Dryudas Magos ueram Dei cognitionem habere, aut solos ignorare. Incolitis al ne.] habitatis sacras arbores, quas in lucis sacris amænitatis causa habetis. Vobis au.] Vobis efferentib. quit, Animæ non eunt ad inferos, sed ad aliũ orbem, ubi uita sempiterna fruuntur. Tacitas.] quia silentiũ locat. Virg. Loca nocte silentia late. Herebi.] inferni per quem accipimus sedem eorum, qui bene uixerunt. Diris.] Plutonis Pallida.] ab effectu quæ Pallorem inducunt, & Tartarum damnatorum locum intelligit. Idẽ spiritus.] eadem anima fustimet nouũ corpus. Orbe alio.] siue Antipodes, siue in insulis Fortunatis. Canitis fi co.] si uera & cõperta loquimini. Mors est me, longui.] id est, media monte peruenitur ad illã uitam æternã. Erro

Populi quos dear.] Dryudæ Septentrionales. Errore.] opinione Quos il.] ideo certè felices, quia mortẽ maximũ terribiliũ, ut Aristot. inquit, nõ timent, ipsáq; gandent, ut quia ad immortalitatẽ peruenĩãt. Hi quoq; Valerius scribit, pecuniã in alio orbe restituendã credere nonnulli dubitant. Lethi,] mortis. Inde ex mortis securitate.

Ruendi in fer.] pugnandi oppetendiq; mortem. Cæpaces.] patientes, & quæ nõ terrẽtur. Et ignauũ est.] tuspe esse existimant mortẽ effugere, Et uos opt. ar.] uos qui repellebatis. Caicos.] Caici Germaniæ populi comati accolæ Rheni sunt, dicũtur & Cauci. Feroces.] à Caicis ferocibus habitatas. Apertum or.] Germaniã, ad quã inuadendam prius Cæsar alijs aditũ patefecit.

Cæsar ut immen.] Cæsar legiomb. euocatis, frustrà tentata cõcordia per L. Cæsarẽ, & Rosciũ Prætorẽ, quibus dederat mãdata. Põpeius M. Antoniũ, cũ cohortib. quinq; Aretiũ misit. ipse Ariminum cum duab. legionibus subsidij tit, delectũ habere instituit, Pisaurũ Sanum Anconã sintgulis cohortibus occupat, ut ait Cæsar. Appianus uerò inquit, Cæsar ab Arimino ubi nõ diu moratus ad ulterio ra cõcedit arcibus p̃sidia imponẽs, & quæcunq; in trãsitu obstiterant,

A obſtiterant,uel ui,uel humanitate ſibi uendicans. Immẽ ſę ui col,ro.]*ut magna potentia ex coadunatis legiomb.* Maiora.]*quã eſſet Arimini occupatio.* Spargit.]*Spargit cohortes, Metonymia.* Complet.]*præſidijs firmat.* Vna quoq;.] *Terror urbis deſcribitur,de quo ferè ſic Appianus.Fugæigitur & conuerſiones omnibus in locis ſumma trepidatione fieri cœptæ,quũ Cæſarem cum uniuerſis copijs adeſſe crederent. Quæ omnia intelligentes Cõſules Põpeiũ urbe egredi,& per Italiã delectus agere, ueluti rep.extremo in periculo poſita iuſſerunt.* Vana.] *inanis,* Acceſsit.]*Addita eſt.* Irrupit.] *aggreſſa eſt.* Iutulit.]*Immiſit in animos,uelut conſpicuã.* Velox nun.]*fama ipſa,quo nullũ malum uelocius,ut ait Maro.* Properantis.]*Feſtini. Nã Cæſar erat præceps in omnia.* Innumeras lin.]*uel hominum,uel ipſius famæ,cui quot ſunt corpore plumæ, tot linguæ, totidemq; ora ſonant.* Prœconia.] *denunciationes.* Eſt qui.] *aliquis Cæſaris acies Metaniæ cãpos aliquit Ortinos uaſtare dicebat* Turmas.]*equitum claſſes.* Metania.] *oppidũ in Vmbria,ad uiã Flaminiam pter quod labitur fluuius*

B *Theneas. Ibi & Clitumnus eſt candidorum armentorũ gregumq; ferax.* Explicat.]*dilatat.* Qua Nar.] *Nar Sabinorum fluuius ẽ Piſcello mõte defluẽs, aquis ſulphureis miſcetur,& iuxta Narnã oppidũ præterit,& ad Ortas in Tyberim influit.* Alas bar.]*turmas Cæſaris, Gallicas.* Omnes aqui.]*decẽ legiones, Metonymia.* Collata.]*in unum coadunata.* Agmine non uno.]*pluribus aciebus & exercitibus.* Denſis.ca.]*hoc eſt, præ copiarum multitudine denſa caſtra facere.* Nec uid.qua.]*nec cõſiderant,nec uidẽ ut aſpicere tam mitẽ et placabilem.* Occurrit.]*re præſentatur.* Immanior ho.ſte.]*crudelior ipſis,quos ſuperauit Germanis,qui immanes ſunt,uel immanior improbior obuiãtes hoſtes.* Populos ia.]*omnes Gallos Tranſalpinos.* Reuulſos.] *euocatos.* Pone.]*poſt,ut pone ſubit cõiunx* Vrbem.] *Romam.* Romano.]*Romanis militibus ne ipſi direptione patriæ ſe contaminare.* Dat ui.] *auget. Nam ut inquit Maro,parua metu primo.* Nullo au.]*cum nullos minarum nũcius eſſet.* Fixere.]*ipſemet.* Periculũ.] *perterritum. Percellere ad animum. Percutere ad corpus pertinet.* Curia.]*Senatores Reip.curam gerentes. Indicat enim id uerbum perſonas et locũ.* Ipſi patres.]

C *Interpretatio.Ex hoc multi Pompeiũ Capuã ſecuti ſunt. multi alio obierunt.* Mandar.] *cõmittit decreta multa conſtitutiones odio plenas, ut Cæſarem perſequerentur,& prouideret ne quid mali Reſp.pateretur, quod in tumultibus ſemper ſolebãt Cõſulibus dicere.* Conſulibus.]*Lẽtulo & Marcello.* Quæ tu pe.]*& quæ ad quæ loca confugiant,& unde diſcedant.* Incerti.] *Synthe-ſis.* Quo tu impe.fu.]*quo metus & fugiendi ſtimulus abſtulit.* Vrget prœci.]*impellit feſtinũ* Seriæq; her.lon.] *continuò & ordinatè, multitudines egrediuntur.* Credas.]*credere poſſis,inquit,aut domos cõburi aut terræmotu uexari.* Faces ne.]*incendium* Corripuiſſe.]*occupauiſſe,* Nutantes.]*trementes & inclinãtes.* Pendere.]*minari caſum.* Ruina quati.]*Ruinoſo impetu agitante.* Limphata furioſa.]*Limphati dicuntur mente commoti,qui ex aquæ uitium contraxêre cuius eſt huc atq; illuc diſcurrere. Lympha enim eſt aqua,quod fit à Nympha mutata litera. Lymphati ergo Lymphariũ furore percuſſi dicuntur, ſicut Ceriti Cereris.* Voica.] *ſola fugiendi ſpes reliqua eſſet.* Afflictis.]*aduerſis: fluge re enim percutere eſt.* Inconſulta.] *inconſiderata,ſine cõſilio.Qualis uelut naue Auſtrinis fluctibus periclitante,ſed nondum diſſoluta,nauæ ſe in mare præcipitant,ſic populus ruebat in fugam.* Turbidis.]*nubilus & turbulentus.* Repulit æquor à Syr.]*ita in Septentrionẽ flat,ut Syrtes meridionæ ſiccentur.* Pondera ma.ue.] *grauis malus uela gerent,cum ſonitu fractus eſt.* Deſilit.] *deorſum ſalit.* Magiſter.]*quẽ Põpeio & Senatui comparet,nautas uerò populo.* Nondum ſpar.con.] *nauis adhuc integra,& non diſſoluta contextura.* Facit nau.]*iacit ſe in mare,& enatat,uelut naui fracta. eſt enim Naufragium fractio nauis,& Naufragus,qui nauim fregit,& cum periculo natat.* Nullus iã.]*quanta trepidatio mentes inuaſerit ex obliuione chartarius oſtẽdit.* Languidus quo.] *decrepidus.* Nullũ.]*filium.* Euaſuit re.]*potuit reducere & retinere.* Aut pa.]*aut expectauit dum ſacrificaretur,& pro ſalute ipſorum uota cõciperentur. Hoc etiam ideo dixit. Quoniam ut habet Plutarchus,Cõſules nec peractis de more ſacrificijs ſe fugam ſurripuerunt.* Patri la.]*ſiue dij domeſtici domorũ & cuiuſcũq; loci cuſtodes laris Nymphæ, & Mercurij filij.* Conciperẽt.]*conceptit uerbis enuntiarent parentes & coniuges.* Rubię.]*quæ in periculo erat.* Hæſit lu.]*quod ipſum cederet abire,ut eſt mos diſcedentium.* Ouid. *Ter limen tetigi, ter ſum reuocatus & ipſe. Indulgent animo,pes mihi tardus erat. Sæpè ualedicto rurſus ſum multa locutus.* Vſu extre.] *aſpectu ultimo, quia nunquã reuerſurus.* Ru.t.]*properat.* Irreuocabile.]*Reuocatoribus nõ auſcultans.* O' faci.] *Amplificando rem poëta ſententioſè exclamat.* Dare.]*ad dandum.* Difficiles tue.] *duri ad ſeruandũ. Facilius eſt enim parare,quã parta ſeruare.* Agnauq; ma.]*inertes cœtus.* Facilem præ.]*quã facilè prædari poſſet.* Frequẽtam.]*plenam et multos continentẽ.* Capacem ge hu.] *quæ cunctos homines caperet,ſi in unũ coadunarentur.* Cum preſſus.]*fugam improbans, & deplorans, à cõtrario argumentatur Romam,inquit,in agris hoſtilibus uallo aggere,& foſſa ſe muniunt ac cõtinent: Vos uerò urbẽ munitam, ſub primum rumorem relinquitis.* Preſſus.] *uexatur.* Claudirur.]*obſidetur,in agro hoſtili,ut exercitus Sp.Poſthumij ad furculas Caudinas,ubi à Samnitibus obſeſſus caſtra muniuit, ut noctu ſecurus eſſet.*

Vallo.]*Munimento ex uallis, hoc eſt,palis facto.* Agere ſu.]*congeries ſubitaria ad munitionem caſtrorum.* Securos.]*ſine motu.* Tentoria.]*mulrũ tecta.* Munimine ceſpi.ra.]*Muniminẽto terræ euulſæ.* Ceſpes.] *propriè eſt terra cũm uiridi herba euulſa uel exciſa.*

Nomine.]*rumore.* Nox una tu.non cre.ma.]*unius noctis ſpatio tuis muris nõ confiderunt.* Dauda tamẽ.] *Ab accuſatione Pompeij uictoris gentiũ illos expurgat.*

Tum ne qua.]*Præterea ne metus minueretur omnia, erant prodigijs plena,de quib. ſic Appianus Monſtra ẽte rea,ac ſigna cœleſtia,mentẽ plerunq; territabant.Nã ſanguinem pluiſſe,Deũm ſudaſſe ſimulachra.Plurima è cœlo tacta fuiſſe templa. Mulam etiam peperiſſe memorãt, maltaq; alia horrenda apperuiſſe.quæ reipub. interitum mutationẽm' ue portenderent.Supplicationes igitur,ut in cõmuni conſternatione decretæ ſunt, Populus ad Marij Syllæq; recordationem,uehemẽter excitus exclamare cœpit,Cæſarem ac Pompeium magiſtratum deponere oportere,quaſi in hoc ſolo finem bellum eſſet habiturũ.* Addita.]*uperiori conſternationi.* Fides pe.fa.]*certitudo*

peioris calamitatis, quam meuerent. Minaces.] terrifici. Prodigijs.] signis quæ prædicunt. Cic. qui enim ostẽdunt, monstrãt, prædicunt, ostenta, portẽta, mõstra, prodigia dicũtur. Obscurę no.] homines per noctẽ obscurã.

Ignota.] non alias uisa & obseruata, Plinius tradit, stellas repente in cœlo, humore fortuito, et ignea ui nasci. Sunt tamen qui eas esse perpetuas credãt, suoq; ambitu ire, sed non nisi relictas à Sole cerni: Intelligit autem poẽta Pogonias, quæ Iubam demissam in speciem barbæ habent, & acontias, quæ iaculi modo umbrantur, ociſsimo significatu, & Xiphias pallidissimas, & doliorum figura, fumidæq; lucis Pyrhetes, & Ceratias in spem cornu, & Typhones ignea specie, spiræ modo intorta. Ardentemq; pol.] cum uentus ad altiora perlatus, partem ignis ætherei secum rapit, hoc fieri Aristoteles docet. Id etiam esse obseruatum Posthumio Albo, & Sp. Fusio seu Furio Consulibus libro ab Vrbe condita tertio Liu. ait. Obliquas fa.] transuersas, quæ, ut inquit Plinius, emicant, nonnisi cum decidunt uisæ. Earum sunt genera duo lampades, quæ sunt planè faces & bolides. Faces uestigia longa, faciunt priore ardente parte. Bolis uerò perpetua ardens, longiorem trahit limitẽ. Cælo per ina.] in aëre per summã eius partem, quam tenuem uocant philosophi. Crinemq; si.] sidus crinitum. Cometas Græci uocant, horrentes crine sanguineo, & comarum modo in uertice Hispidas, ut Plinius ait. Timendi.] quia terrificum, magna ex parte fidus, atq; non leuiter piatum, ut ciuili metu Octauio Cõsule, iterumq; Põpeij & Cæsaris bello. Aristoteles in Meteoris uult inflammatum aërem, circa aliquem ex quinq; Planetis, à quibus nascuntur fulgura, & contractum cometæ præbere speciem, sed Saturni & Martis esse peiores. Eos autem neq; Luna, neq; Sol gignit. Mutantem re.] id enim portendit.

Fulgura.] fortuitorum fulgurum uaria generatio est. Illa uerò fatidica, ex alto statisq; de causis, & ex suis uenêre sideribus, ut Plinius ait, & sic è stellis illis, tãquã scintilla è carbone progrediuntur. Micuerunt.] splenduerunt. Fallaci.] Quia non nisi cœlo nubilo naturaliter apparere solent, non uerò prodigiosè. M.] Herẽnium Decurionem in Catilinianis prodigijs, secundo die iclum Plinius scribit. Denso aëre.] Spisso & cõtracto Priscianus in libro carminum legit tenso, id est extento. Nunc iacu.] explicat ipsas uarietatem, & per iaculũ Acontias accipit. Lampas.] lampades ardentes imitãtur faces, quanquam Plinius ait: Scintillam è stella cadere & augeri terræ appropinquantem, ac postquam in Lunæ magnitudinem facta sit illuxisse, ceu nubilo die, deinde quũ in cœlum se reciperet lampadem factam semel proditum.

Tacitum.] sine tonitru. Sine nu.] nubes enim tonitrua edere constat. De ar. par.] cùm propriè ex Australi nascantur, & notus ipse dicatur fulminis fabricator. Itaq; Plinius ait, per plurimum referre, unde uenerint, fulmina & quo concesserint. Caput la.] Romam uel ædem Iouis Latialis apud Albam. Stella mi.] ad differentiam quinq; planetarum errantium, quæ stellæ appellantur minores dixit. Decurrere.] ocyri & uerti. Vacuum.] non occupatũ à Solis luce ut diei. Venere.] apparuêre. Cornu co.] Tempus & causam lunaris eclypsis, paucis complectitur: Nam non fit nisi plena luna, & per terræ interpositionem, ob quam Luna Solem neque aspicere, ut obiectu ipsius Lunæ inter Solem, et terram fit solaris defectus. Hinc Plinius manifestum est, inquit Solem interuenu Lunæ occultari, Lunamq; terræ obiectu, ac uices reddi eosdem radios Luna interposita suo auferente terræ, terraq; Lunæ. Coacto.] coniunctio quod coierat. Reddere fra.] repræsentaret Solem integra rotunditate. Expalluit.] non luxit, eclypsim passa est.

Vmbra.] obscura interpositione. Ipse ca.] Sol quoq; ait meridie ita defecit, ut omnis terra tenebris obduceretur. Caput.] quod est radijs coronatum, ut fabulæ canunt. Ardentes.] flammigeros, Atra cali.] obscuris tenebris. Diem.] diei lucem. Qualem no.] obscuritatem, & tenebras. Duxêre.] contraxêre. Mycenę thy.] Mycenæ oppidũ est in Argolide, apud quas Thyestes Pelopis Hippodamiæq; filius Meropem Atrei fratris uxorem stuprauit, suscepitq; ab ea filios. Inde electum regno, cum ficta gratia reuocasset Atreus, treis ei liberos epulandos appositi quo scelere Sol iam altior indignatus in suos ortus reuersus est, & terra tenebris inuoluta.

Per ortus.] per Orientem. Ora fe.] Aetneus ignis qui tendebat in cœlum. Italiam uersus maiori, cum copia se in Italiam inclinauit. Mulciber.] Vulcanus. Laxa uit ora.] aperuit, lentauit craterem. Etnę.] Etna mõs in Sicilia, ardens, à quo ad Lyparen est antrum & officina Vulcani, qui Ioui cum Cyclopibus fulmina fabricat. Quanquam & Typhœum, siue Enceladum gigantem Aetnæ suppositum flammam illam per os dicũt emittere. In la. hes.] è regione uicina Italiæ. Atra caryb.] Siculum fretum cruentum apparuit. Carybdis locus est, qui aquas trahit & sorbet in uertendo, & rursus emittit. Fuit autem Anus rapacissima, quam cùm illuc Hercules præcipitasset, loco nomen dedit. Torsit.] conuoluit.

Sęui ca. de.] Scylla dicit, quæ puella pube tenus cerces ueneficio in canes conuersa fingitur, cum sit locus cauernis plenus qui percussus à fluctibus latratus uidetur emittere. Flebile.] flebiliter. Vestali ra.] Ignis Vestæ perpetuus, qui à Virgimbus in Capitolio seruabatur, extinctus est. Raptus.] remotus. Ab ara,] quæ pro foco est. Et ostendens.] flamma sacrificij, quod fiebat Ioui Albano in duas partes est prodigiosè diuisa. Latinas.] sacra Latialis Iouis à Latinis populis, qui ad Albam conueniebant. Confectas.] finitas, nam peracto nocturno sacrificio Latinæ finitæ erant. Vnde alibi uidit flammiferas confectas nocte Latinas. In par.] quod indicat populi diuisionem. Gemino cacu.] duorum discordiã ducum portendit. Thebanos Ro.] Etheoclis & Polinicis, qui filij Oedipi postquam mutuis se uulneribus confecerunt in eodem rogo, ille ab Antigone sorore, hic ab Argia uxore positi geminã flammã summumq; æterni testimonium, odij emiserunt, Statius in 12. Exundant diuiso uertice flammæ alternaq; apices abrupta luce coruscant. Subsedi car.] Concussa à firmamẽto suo est facta depressior relicta fossa, & loquitur de hiatu, mox uero de motu terræ. Sic Liuius, Terra uelitris trium iugerum cauerna ingenti desedêrat. Veteremq; quantus fuerit terræmotus, hoc uno indicat argumento, quod Alpes sunt agitatæ. Discussere.] eiecere. Veterem.] multorum annorum. Nutantibus iut] trementibus sum mitatibus. Tetys.] Oceanus ipse. Calpen.] Calpe mons est, cum eiusdem nominis ciuitate ab Hercule condita, inultima Hispania, Europam terminans, una ex metis Herculis. Nam altera quæ terminat Aphricã appellatur à Byla, ut author est Strabo. Hæ autem cum continuo iugo tenerentur, Hercules se sperauit, & in terras ad

A misit Oceanum, ut etiam meminit Mela. Hesperiam.] Hispaniam. Atlanta.] Atlas mons altissimus in Occidente, per Aphricam producitur in Meridiem. Accipimus.] audiuimus. Indigetes.] simulachra deorum. Indigetes, authore Festo, hi dij sunt, quorũ nomina uulgare non licet. Hoc nomine Aeneas est ab Ascanio appellatus, cum pugnans cum Mezentio, nusquam apparuisset. Erant autem indigetes dij minores, ex hostibus facti, sic dicti, quasi in dijs degentes, uel quod rei nullius indigeãt. Testatos labo.] indicauisse calamitates futuras. Hæc omnia, & si accidere potuerunt, tamen existimamus, poëtam ex ueteribus historicis collegisse, ut ex Liuij lectione licet aduertere. Delapsa do.] sponte decidisse ornamenta, & coronas deorum. Diras.] horrendas & mali augurij ut striges, bubones, noctuas. Fœdasse.] macula lasse, quia insolitè apparêre. Ferras.] siluestria animalia. Audaces.] contempto hominum metu. Posuisse cu.] cubitum uenisse, adinuenisseq; lustra. Sub no-

B &c.] per noctem, Pecudum.] animalium, quæ sub imperio hominum ex pabulo terræ pascuntur, ut in secũdo bel. Pun. bos in agro Romano, & in Priuernati, & bello Macedonico Cn. Domitio Cons. dixit Roma, caue tibi. Monstrosiq; ho. par.] fœtus fœminarum contra naturam, ut pro puero Serpens. Numero & modo mem.] ut plura aut pauciora, & diuersa, à naturalibus membra haberent. Puerum elephantino capite, Simuessæ natum, Liuius scribit, & Arimini pueros ingenuos sine oculis, ac naso, & in Piceno non manus, non pedes habentẽ natum, & Arretij Vnimanum. Constat & bicipites natos & Androginos, & gemina membra habentes. Diraq; hor.] ex quibus unum tribus R.R.R. & totidem F.F.F. notatum fuisse dicunt, & sic interpretatum, Ferrum, flamma, fames, Romula regna ruẽt. Tum quos sc.] ad hæc Bel

C lonæ Cybelesq; sacerdotes sunt tristia uaticinati. Bellona.] quæ & Duellona dicitur, soror est Martis, uirtutisq; dea, cui, ut inquit Lactantius, sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant, sectis namq; humeris, & utraq; manu distinctos gladios excerentes currũt, efferuntur, insaniunt. Mouet.] concitat in furorem. Sectis la.] uulneratis brachijs, ut inde sanguinem Deæ libarent. Cecinere de.] uaticinati sunt deorum iram & uoluntatẽ. Galli.] sacerdotes Cybeles castrati, dicti à Gallo Phrygiæ fluuio, ex quo, qui bibit, furit. Rotantes cri.] Rotando iactantes Ouid. Cedunt iactis Iulia membra comis. Idem, Lõgáq; in immundo puluere iacta coma est. Rotantes er. cri.] uerrentes, agitantesq; caput crinitum. Nam inter saltandum capita iactant, quod coriptin dicitur, & hinc Corybantes appellantur, ut ait Strabo, & qui numinis correpti & furijs agitati id faciunt, corybantiare dicuntur. Sanguineum.] cruentatũ ex furore. Vlularunt.] cum ululatu uaticinati sunt aduersa. Grandi enim uoce tympana & ærea mouẽtes cantabant. Vrnę ple.] ex sepulchris, inquit, auditi gemitus, posuitq; urnas cinerum, uasa pro umbris ipsis. Compositis.] bene placatis, nam implicati manes gemere & errare dicuntur. Tum fra.] simile prodigium secundo bello Punico accidit, & in Cæsaris morte, hinc Virgilius. Armorum crepitus toto Germania cœlo audijt. Itaq; bene Plinius inquit, Armorũ crepitus & tubæ sonitus auditos è cœlo. Cimbricis bellis accipimus, crebróq; & prius & postea. Tertiò uerò cõsulatu Marij, à Mamertinis & Tudertibus spectata arma cœlestia ab Ortu in Occasum inter se cõcurrentia. Magnæ uo.] Cic. de Diuinat. ait: Sæpe etiam in prælijs Fauni audiiti, & in rebus turbidis ueridicæ uoces ex occulto missæ esse dicuntur. Per auia ue.] per siluas sine uia. Venientes co.] Apparantes comnus in loco propinquo. Quiq; co.] Qui iuxta murum urbis & pomerium habitant, territi monstris deserunt domos. Erynnis.] furia. Excutiens pi.] pro agitans facem ex Pinu intentã in obuios. Flagranti uer. Jardentem. Comas stri.] Colubras & Cerastas sibilantes quos gerit pro comis. Cingebat.] circuibat. Thebanam aga.] agaue Cadmi & Hermiones filia, & uxor Echionis subito furore correpta Penheũ filium Bacchi contemptorem, quem aprum esse putabat, dilaniauit. Qualis cu.] Qualis furia sic à contrario appellata, nam Eumenis bona interpretatur. Impulit.] in furorem uertit. Contorsit.] conuertit in ipsum. Lycurgi.] Lycurgus trax Driantis filius Bacchi numen exosus, dum uites uult amputare insania percitus sua sibi crura concidit. Megæra.] quæ una ex tribus furijs, magna cõtentio interpretatur. Thysiphone uerò irarũ uox, Alecto inquieta. Iussu ini, lu.] Impulsu molestæ deæ, quæ Euristhem regem Athenarũ urgebat, ut Herculem ad uaria monstra domanda mitteret Cùm itaq; ad inferos in Cerberum accessisset Plutonis aspectum non reformidauit, sed cum Megærã angues erigentem uidisset uehementer, ut est apud Senecam, timuit. Viso iam di.] post uisum Plutonem. Tubæ.] Furiarum uel umbrarum. Nox edi.] noctu emissus est.

Silentibus um.] per silentia tenebrosa. Et medio uisu.] Syllæ etiam & Marij umbræ, qui bellis ciuilibus gauisi sunt, ad sua sepulchra apparuêre. Medio campo.] Sylla è Puteolis ubi pediculari morbo decesserat Romam relatus in foro est ustus & in Martio campo sepultus. Tristia ora.] uaticinia, tristitiã afferentia. Fracto.] cum iam olim fractũ esset à Sylla. Cic. sic ait, Caij Marij sitas reliquias apud Anienẽ dissipari iussit Sylla uictor, acerbiore odio incitatus, quã si tam sapiẽs fuisset, quàm fuit uehemens, quod aut scio, an timens suo corpori posse accidere, primus è patritijs, Cornelijs igni uoluit cremari. Tollentem ca.] resurgentem & apparentem. Ad undas ani.] iuxta Anienẽ fluuiũ, qui p Tybur se precipitans, exit in Tybrim. Olim aũt Anio uetus, & Anio nouus influebant in urbem, ut docet Frontinus. Hæc propter.] ad hæc prodigia procurãda, placandosq; deos acciti sunt Hetrusci aruspices, inter quos Arunς, qui mõstra comburi, & urbem lustrari iussit. Incoluit.] inhabitauit, Prosthesis est: nam ciuem non nicolam indicat, Lucæ desertæ.] ad mõtes Lunæ incumbẽtes, urbs est Luca, ubi plerique uicatim habitãt Strabo ait, sunt qui Lunæ legant quod oppidũ quoq; Hetruriæ est, cum Portu nobili, quem sicut & ciuitatẽ Selenes, id est, Lunæ dicũt. Ful minis edo. mo.] Pyromãticen, fluminũ enim causam & naturam, & quid portenderent callebat. Venas ca. fi.] tenebat etiam Aruspicinã, & erat uerus Ariolus. Fibrarum.] Fibræ sunt iecoris partes, & uelut diuisæ appendices, ab eo quod ueteres fibrũ extremũ dicebãt, ut ait Varro. Diuiditur aũt iecur in quatuor fibras, pulmo in duas, ut Celsus tradit. Cordis quoq; & herbarũ, radices fibras dicimus. Monitus pe. uo.] id est, doctus augur, & duob. uerbis duplicẽ ex auibus diuinationẽ expressit: nã aut monent garritu, & uoce, & oscines dicuntur, aut uolatu & præpetes appellantur. Rapi.] raptim capti & interimi. Nam etiam Aristoteles monstrosa educare nos uetuit.

Discors.] *natura discordantes enim à seipsa, & uelut diminuta, aut nimia monstra nascuntur. Nullo semine, nullo coitu, aut nullo à simili monstro principio.* Ex utero steri.] *hoc propter mulã quæ pepererat dixit.* Infaustis.] *infelicibus.* Ambiri.] *lustrari.* Pontifices.] *Pontificibus, inquit, præcedentibus in lustratione urbis, reliqui sequebantur. Numa enim sacerdotum ordinẽ, & cultus diuini institutionẽ diuisit in curiones, qui pro curijs hostias immolabant. In flamines, qui pileum assiduè gestabant. In celerum duces, qui reges custodiebãt. In augures, qui futura colligebant. In Vestales uirgines, quæ ignes præcarentur. In feciales, qui belli & pacis auctores essent. & in Pontificẽ Maximum, cui omnia sacra exscripta tradidit, & tam priuata, quàm publica ex scitis eius subiecit ex Dionysio superiora, sed postremum ex Liuio.* Lustro fe.] *sancta circuitione & purgatione est enim lustrũ quinquennale tempus, nam quinto quoq; anno ciuitas lustrabatur peracto cẽsu & tributis exactis auctor est. Varro.* Cinere.] *Circundare.* Pomeria.] *Iulius auctor est, Pomerium signi ficare spatium tam extra quàm intra murum, quod neq; arari fas erat, diriq; non magis, quod post murum esset, quàm quod murus post id.* Turba mi.] *minoris autoritatis sacerdotes.* Ritu gabi.] *hoc est toga. sic in similtrum humerum reiecta, ut una eius lacinia à tergo reuocato hominem cingat. Quo cultu utebatur & Consul bella indicturus. Originem habuit à Gabijs, qui dũ sacri ficarent audito hostiũ aduentu sic accinctis togis in hostem profecti sunt: uictoresq; redierunt, quanquã & cinctus genus est uestis. Gabij oppidũ est ad dexteram uiæ Prænestinæ, ubi & Latomiæ sunt distãtes Roma & Præneste, ex æquo stadijs centũ Strabo docet.* Sacerdos uittata.] *maxima Vestalium uelata. Erãt ait Vestales uigin ti, & cauetur Pappia lege, de eis Plutarchũ in uita Numæ, & Gelliũ lege.* Minerua.] *Palladiũ quod cum iacere tur in loco secreto, Helenus apud Arisbã captus indicauit. Eius exemplar in aperto ad fallendos insidiatores fuisse positũ. Dionysius tradit. Diomedẽ et Vlyssem in Troiano bello p cuniculos surripuisse uulgatũ est, Diomedẽq; apud se seruasse, & prætereunti ad Calabriã Aeneæ obtulisse, Nautemq; id accepisse, & ideo Mineruæ sacra non penes Iuliam, sed penes nautæ eã familiam esse.* Tũ qui fa. de.] *hoc est, quindecim uiri, quibus est facultas Sibyllinos libros inspiciendi & interpretandi. Principiò duo fuêre, postea X. inde XV. demũ ad LX. aucto numero, quindecimumuirum tamen nomen retinuerũt.* Et lotã par.] *hoc est Galli sacerdotes Cybeles, allusitq; ad ueterẽ ritũ qui quotãnis repetebatur. Nam cũ Cybels è Phrygia adueheretur, & nauis in uado Tybridis inhæsisset, nec ullis uiribus posset euelli, & claudia castra facilè sola traxisset, profectaq; dea esset usq; ad Almonis in Tyberim exitum Sacerdos eam a qua eius fluminis lauit. Hinc Ouid. Est locus in Tybrim, quo lubricus influit almo.*

» *Et Magno nomen perdit in amne minor. Illic purpureo canus uim ueste sacerdos, &c.*

Augur.] *Augurum collegium, Augures principio, tres fuêre Patricij, inde quatuor postea, dicti sunt quinque Plebei. Erãt igitur nouẽ, in captãdis auguriis à quatuor partibus auspicatas aues obseruabant. Anticã, posticam dextram, & sinistrã.* Siniftras prosperas.] *sinistra enim augura, ideo prospera dicũtur, quia à dijs missa putãtur, quibus quæ dextra sunt, nobis oppositis sinistra. Alias rationes apud Plutarchũ uide.* Septemuir.] *Septẽuiri Epulones sacerdotes erant, qui in dicendorũ faciendorumq; Epulorũ Ioui, & dijs reliquis facultatem habebant. Cic in Orat. Põtifices ueteres, propter sacrorũ multitudinem, tris uiros Epulones esse uoluerunt, cum essent ipsi à Numa, ut etiã illud ludorũ Epulare sacrificiũ face rent instituti.* Ticijq; sodales.] *Titijq; sacerdotes Apollinis, à Titijs auibus, quas in augurijs certis obseruare solebant, sunt appellati, ut ait Varro.* Salius.] *Numa Pẽpilius 12. Salios Marti cõstituit. Tullus Hostilius numerũ duplicauit, hi gestãtes scuta, & ad tibias tripudiãtes, Deorum laudes cantabãt, hos Palatinos agonales, & collinos fuisse appellatos, Dionysius scribit.* Ancilia.] *scuta cuneata speciẽ habentia latera arciora, quæ Cal. Martij per urbẽ ferebantur, Cœlestia q; arma uocabãtur, principio unum fuit, quod Numæ tempore è cœlo decidit. In quo cũ esset fatũ Romani Imperij, ne fortè subtrahi posset, 11. similia sunt fabricata, dictũq; ancile, quod sit circunciſum. Ouid. Atq; ancile uocat, quod ab omni est parte recisum. Cumq; notes oculis angulus omnis abest.* Flamen.] *Flamen dictus, quod assiduo filo ueleur, quasi filamen, ut inquit Festus. Gestabat aũt apicem, hoc est, insigne laneũ in pileo, quod dictũ est ab eo, quod comprehendere uinculo, Antiqui apere dicebãt. Flaminũ singulicognomina habẽt ab eo Deo, cui sacra faciũt, ut Dialis, Martialis, Vulcanalis, Quirinalis. Numa tamẽ constituit Dialẽ unũ, Martiales duos Quirinalẽ unũ.* Læto.] *ipse Lætus.* Anfractibus.] *reuolutionibus & flexib. Anfractus enim est flexus ipse, aut uiæ, aut aquæ. Via ut est apud Iureconsultos in rectum octo pedes habere debet, anfractum 16. Varro ab ambitu & frangendo dictum existimat.* Ignes ful.] *Telum in quo fuit ignis, uel res dudũ ignitas & fulminatas.* Condit.] *obruit.* Datq; locis no.] *appellat bidental. Locus enim fulmine percussus, post peractum illic ex bidentibus sacrum bidental uocatur.* Marem elec. cer.] *bidentem taurum non pressum iugo, quæ hostia in iugis dicebatur, ut Macrobius docet. Eligebãtur etiam bidentes, ne haberent caudam auleatam, nec linguam nigram, nec aurem fissam.*

Bacchum.] *Vinum quo primùm hostia perfundebantur. ut frontiq; inuergit uina sacerdos.* Inducere mo.] *spargere sacra re quæ ex farre orno tosto, sale & aqua conficiebatur.* Obliquo cul.] *transuerso & à cauda ad caput, antequam iugularetur, uictima ducto.*

Impatiens] *refugiens & obluctans, quod est mali omnis.* Sacri non gra.] *Sacrificij nõ placentis deos, & quo litare non poterat.* Succincti.] *suffulti, expediti.* Tur bata terrentia.] *taurus à toruo dicitur ut ait Varro.* Prębebat colui.] *Inclinabat collũ ui deflexũ & iugulabatur.* Poplite de.] *hoc est flexo genu, quanquam poples primarum tibiarum est pars posterior, Plin.* Poplites intus flectit huiusmodi Fabius. *Tunicæ prioribus oris infra genua paulum posteriorib. ad medios Poplites.* Emicuit.] *cum saltu apparuit.* Solitus.] *ex alijs emanare.* Largo.] *lato.* Virus.] *terra & uirulẽta sanies,* Rutulo.] *rubicũdo.* Palluit.] *perterritus inquit sacerdos uictimã aperuit, ut ex extis futura colligeret.* Feralibus.] *mortiferis.* Irã superũ.] *mala futura.* In ex.ra.] *in interioribus statim extractis. Exta, ut Festus ait dicta, quòd ea dijs præfecentur, quæ maximè extant, eminentq;. Continentur autem sub eis epar, pulmo, cor, præcordia, lien, renes & lingua.* Terruit, ip. co. na.] *Aruspicinam, quæ quidem apud diuersas gentes, uaria est inanem & fal-*

sam,

A sam. Cice. putat. *Eius primam obseruatio erat in habitu, & colore extorum, an nitida, & plena, an horrida, & exilia essent, ea in partes duas diuidebant dexteram, quæ familiaris, & sinistram, quæ erat hostilis, in de fibras, & partes reliquas considerabant. Fissum familiare, & uitale ea* ctabãt. *Caput iecoris, ex omni parte diligentissimè aduer* tebãt, *Si id nõ inueniebãt, nihil putabãt tristius accidere* potuisse. Viscera.] *carnem, quæ exta cõtinebat.* Tinctano te.] *sparsa obscuris maculis.* Infecta.] *maculata.* Gelido.] *densato, cũ mouere se deberet.* Liuor.] *nigredo plumbea.* Variabat.] *diuersi coloris faciebat.*

Iecur mad. tabe.] *epar corruptum, & sparsum putredine.* Venas minantes.] *Venas plus sanguinis. Arteri as plus spiritus continere, Gellius tradit.* Anheli.] *palpitantis, uel quia eius ui spiramus, & respiramus.*

Latet.]r eplicata est intrinsecus, *quod Cæsari fœlicitatẽ significat, nam hoc in sex uictimarũ iocineribus acci* disset *Augusto Spoleti sacrificanti responsum est, duplica turũ intra annũ imperium.* Paruus lib.] *parua præcor*dia, *quæ auctore Plinio membranæ sunt, quæ cordi præ*B tenduntur, *nã omnia principalia, uiscera membranis pro*prijs. *ac uelut uaginis, incluſit prouidens natura. Limitem aũt, id est, terminum appellat, quia diuidit cor à iecore & pulmone. In quibus tribus, & in cerebro uita consistit, & ideo uitalia appellãtur.* Coria.] *nõ mouetur. Cæsari dictatori, quo die, primũ uestę purpurea processit, at in sella aurea insedit, sacrificandi bis in extis defuit.* Viscera.] *exta ipsa.* Saniem.] *corruptũ sanguinẽ.* Hiantes ri.] *fissuras sese aperiẽtes.* Prodũtq; su.] *& intestina ruptis omentis aparuere.* Omentum.] *membrana est, quæ cõtinet intestina. Pli. uentriculi, atq; intestina pingui, ac tenui* omẽto integũtur, *præter quã oua gignẽtibus.* Prodũt.] *ostendunt, manifestãt.* Quodq; ne.] *uisa sunt, etiam inquit magni mali argumentũ duo iocinoris capita, quorũ unum ab altero opprimebatur.* impunè.] *sine graui significatione & incommodo.* Capiti.] *quod erat à parte Pompeij familiari.* Increscere.] *insurgere, & hoc uictoriã indicat.* Molem alt. ca.] *alterum caput magnũ, & graue, quod erat à parte hostili.* Pars] *familiaris. Aegra & mar.*] *debilis & putris.* Pendet.] *non mouetur.*

Pars.]*hostijs.* Micat.] *salit & palpitat.* Improba.] *audax* Nouet se.] *agitat.* Pulsu ce.] *ictu ueloci, quo*C *audacia & celeritas Cæsaris significatur.* Concepit.] *animo cõprehẽdit.* Fata.] *cõstitutiones & series.* Prodere.] *manifestare.* Neq; li ti. hoc sa.] *neq; te hoc irrito sacro placaui, nã litare est ipso sacrificio Deos placare, nõ enim omnis, qui sacrificat, litat, dicimusq; lito Deis sacerũ, & lito sacro.* Cic. *in diuinatione. Quũ pluribus Deis immolatur, qui tandem euenit, ut litetur alijs, alijs nõ litetur.* Sueto. *plurimis uictimis cæsis, cum litare non posset.* In prætoria.] *in exta mactati tauri.* Inferni Dei.] *nam deformia dira, & minantia apparuere, uelut si ipsis litassem.*

Nõ fanda.] *quia nimia animorum consternatio fieret.*

Maiora.] *detestabiliora.* Visa se.] *quæ uidimus in bonũ uertãt.* Et fib. fit nul. fi.] *& ars aruspicina, ipsaq; ex extis diuinatio falsa sit.* Tages cond. ar.] *Cum in agro Tarquiniensi, ut in diuinatione Cic. inquit, terra altius araretur, repentè extitit senili prudẽtia puer, cuius aspectu bubulcus attonitus clamorẽ edidit, breuiq; tota Etruria eò conuenit, & uerba de disciplina aruspicinæ differentis pueri excepit, literisq; mandauit, hæc scripta conseruant. hinc fontẽ habẽt disciplinæ.* Finxerit ista.] *mẽitius fuerit, & nos deluserit,* Involuens.] *cõfundens, & occultans.* Omnia.] *signa futurorũ.* Ambage fle. & nul] *longa & implicita uerborũ circuitione.* Canebat.] *uaticinabatur.* At figulus.] *Nigidij figuli Pythagoræi summi astrologi uaticmiũ poëta dicturus eũ commendat. Huius Euseb. meminit.* Deos] *Deorum mentẽ, quæ ex astris percipitur.* Secreta cœ] *motus & uires siderum.*

Quem nõ stel.] *qui erat Aegyptijs inuẽtoribus doctior, & diligentior in astris seruandis.* Memphis]*oppidũ in Aegypto, in ea parte Nili, quæ dicitur Delita ab Ogdoo rege cõdita.* Visu.] *inspectione, & obseruatione.* Numeris.]*canoris spatijs tẽporũ, quibus se astra per gradus mouent, quadam cum harmonia, ut Cic. docet.* Aut hac errat.] *propositis duobus cõtrarijs, quorum alterũ alicui inesse uidetur, si subtrahas, alterũ necesse est, id quod supereſt esse uerum. ut hoc loco. Aut mũdus inquit, per se errat, & uertitur, aut prouidentia Dei gubernatur, per se, & temerè uerti stultum est dicere, igitur à Deo gubernatur, qui per astra futura mala humano generi indicatur.*

Mundus.] *cœlum.* Errat.] *mouetur & uertitur.*

Sine lege.] *sine ordine & magistro.* Per æuum.] *per eius æternitatem.* Incerto.] *temerario & fortuito.*

Fata.] *Deorũ cõstitutiones.* Matura lu.] *subita pestis & pernitiosa ex quatuor Elemẽtis* Dehiscent.] *operient se.* Subsident.] *pessum ibunt, submergentur & obruentur.* Feruidus.] *æstuans.* Tollat tem.] *fiet intemperatus.* Infida.]*quæ fructũ non reddet ex semine credito, & indicat famem futuram.* Negabat se.] *non producet fruges.* Omnis an. infu.] *an aqua corrumperetur, & magnam pestilentiam pariet.* Quid. ait. *Constat, & in fontes uitium manasse locusq;.*

Qua pe.] *quo genere mortis, sæuire in homines uultis.* Multorum temporis in unum.] *multi sunt eodem tempore perituri.* Multorum.] *hominum.*

Conuenêre.] *in unum uenêre.* Summo si tri, cœ.] *Planetæ, quando in suis domibus, hoc est, sub proprijs feruntur, multò plus potentiæ habent, quã cum in diuersis. Sunt autẽ signa 12. sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libraq;, Scorpius, Arciteneẽs, Caper, Amphora, Pisces, ex his Sol is domibus, & propria sedes est Leo, Lunæ Cancer. Reliquorum planetarum, cuilibet duo signa ascribuntur. Mercurio, Virgo, & Gemini. Veneri, Libra & Taururus. Marti, Scorpius & Aries, Ioui. Sagittarius & Pisces. Saturno, Capricornus & Aquarius.* Si *Saturnus igitur inquit, qui est frigidus, sub Aquario ferretur & esset, diluuium fieret. Si Sol in Leone, incendium. Quia Mars in Scorpio est, bella, cædesq; fient. Nam salubres stellæ, ut Iuppiter, qui Saturnum temperare posset occidit, & Venus, quæ rabiem Martis, debilis est, Mercurius uerò, interceptus in arcu epicicli inferioris, inter duas stationes retrogradus est, solus ergo Mars, in sua est sublimitate.* Frigida.] *quia à Sole, in quo totus est calor, remotissima.* Accenderet ig. ni.] *fulgeret liuido, plũbeo q; splẽdore, quẽ cũ ipse sua natura cãdidus sit, tamen mutat, ut alij planetæ à propinquis circulis, sed à postrema orbita à terra trahit obscuritatẽ, ut Plin. tradit.* Summo cœ.] *planetarum altitudines tres sunt, ut Pli. docet. Vna qua cœli nõ circuli mẽsura cõsideratur, de qua modò diximus, quum in suis domicilijs planetæ esse dicuntur. Altera est cũ à cẽtro suo in alijs signis sunt eleuati. Tertiò quando à centro terræ absides, id est, circulos, altissimas habẽt. Aquarius signum in quod finxerunt Ganymedem fuisse*

cõuersum, & ex urna aquã emittere, Manilius. Ille quo inflexa fontẽ, qui proïcitur urna. Deucalioneos.] quales fuêre Deucalionis Promethei filij tempore, quo tota terra aquis est mersa. Leonem ne.] Nemæa sylua in Arcadia est, in qua Hercules Leonem Maximum, qui Molorchi hospitis, sui filium interemerat suffocauit, qui postea inter signa relatus est. Fluent incen.] diluuia, & incendia ex contrariorum elementorum abundantia, fieri necesse esse philosophi docent. De incendijs etiam Plato in Timæo sic ait, fit enim longo interuallo temporis, mundi circumactionis exorbitatio, quam inflammationis uastitas consequatur necesse est.

Hi ignes.] hæc incendia, siue hæ syderum ascensiones.

Tu qui.] ô Mars, qui es in Scorpio, in quod signum uersus fuit, is Scorpius, terra genitus, qui peremit Orionem. Flagrante.] ardente. Chelasq.] Chelæ Scorpij brachia sunt, quæ Libræ signum faciunt, & ex hoc quidem uehementia, & diurnitas belli colligitur, quia etiam uicinum Veneris signum incenditur. Quanquam uoluêre Chaldæi Libram & Scorpium unicum esse signum. Quid tantum.] quod tam magnum malum.

Mitis.] benignus. Premitur in oc. al.] occidit, & in signo oppositio domicilio suo. Salubre.] Venus, & Iuppiter terris sunt salutares, Martisq; & Saturni maliuolentiam temperant. Hebet.] debile est. Cillenius.ce mo.] Mercurius, qui trecentis & octo & triginta diebus Zodiacum lustrat, Luna uerò diebus uiginti septẽ & horis octo. Venus trecentis & octo & quadraginta diebus. Iuppiter annis duodecim. Mars duobus, Saturnus annis triginta. Sol diebus trecentis & quinq; & sexaginta & horis sex. Cyllenius dictus à Cyllene monte Arcadiæ, in quo cum peperit Maia. Hebet.] retrogradus est. Habet cœlum.] est in suo domicilio, & plurimum potest. Cursi.] per signa nunc planetas intelligit, qui diuerso mundo, per cœlum uagantur, nam signa ipsa Zodiaci fixa sunt, & semper in eodem tenore uertuntur. Meatus.] cursus & aberrant. Mundo.] per cœlum. Obscura.] & propter eclypses hoc dixit, & quia à malis futuris, & à terra contraxêre nigredinem.

Latus Ori.] Orion sydus est, quod in suo ortu & occasu tempestates acerrimas concitat, bellaq; & cædes sæpe portendit. Effingitur in formam iuuenis ense accincti. Is precibus Hyrei Deum hospitis Iouis, Mercurij, Neptuniq; urina genitus fertur, & cum uenerator euasisset egregius, iactaretq; se quodcunq; monstrum, uel iusta terra produceret confecturum. Scorpium illa emisit, cuius ictu hic peremptus, in sydus conuersus est, ut canit Ouidius. Diuersas de eo opiniones lege apud Higynium.

Nimium fol.] quasi dicat, sæua bella suo splendore, & toruitate prædicit. Imminet.] instat. Ferriq; po.] i, uis iustitiam opprimet, & ius fasq; omne. Sceleriq.] audacia & scelus pro uirtute habebuntur, utriusq; nomine appellabuntur. Hic f.] hæc bellorum insania. Exibit in mul. an.] progreditur, & durabit penè quinquenniũ, quoad apud Mundã uicerit Cæsar. Quid pro.] nempe nihil, quia finitis, his bellis auertetur libertas, & Roma seruiet, melius itaq; erit, ut diu bella ciuilia durent.

Cum do.] Tyranno, & libertatis occupatore, per quẽ intelligit Cæsarem dictatorem, qui aduersarijs superatis finem bellis imposuit, & breui duratura pax fuit. Quippe antè quinquennium elapsum ex eius cæde, alia ciuilia bella sunt excitata, quæ cum cõfecisset Augustus, imperij habenas sibi à patribus delatas arripuit. Itaq; hæc poëta deplorans, inquit. Duc conti. se. malorum.] trahe, & patere continua bella ciuilia. Extra he cla.] produc, & protrahe cædes. Terruerunt.] Etsi rumores, prodigia Aruspicum, Astrologorumq; responsa, satis terroris incussserant, tamen magis sunt cõsternati ciues, ubi audiuere Matronam Deo plenam uaticima implexa enuncian tem. Præsagia.] prædiuinationes, & præsentiones rerum futurarum. Præmunt.] uexant. Aedonis.] Menas sacerdos Bacchi, Aedon mons in Thracia Baccho sacer. Plena lyeo. ogi.] correpta furore Bacchi, Lyeus dictus à λύω uerbo Græco, quod est soluo, eo quod uinũ mentem, & membra dissoluat. Ogigio.] Thebano ab Ogige rege. Vertice pindi.] per iuga montis Thessali.

Matronæ.] quæ nomine Oricia fuisse dicitur. Matrona ea propriè auctore Gellio est. quæ in matrimonio cum uiro conuenit, etiamsi ibi liberi nondum nati sint. Prouidens Phœbum.] manifestans Phœbi numen. Quo fe ror.] hæc sibi in aerẽ rapi, & in diuersas terras, ubi conflictus futuri erãt, discutere uidebatur. O Pęan] ô Apollo, qui sic est dictus, à sagittarũ emissione, παιεῖν enim Græcè ferire significat, auctor est Festus. Constituis.] sistis

Pangæa.] Pangæus Thraciæ mons, Thessaliæ iunctus, ad quẽ Cæsar à Pompeianis ferè ad deditionem coactus est. Hæmi.] montis in Thessalia Pihlippi.] oppidum est in Thessalia, cum campis eiusdem nominis, apud quos pugnatum est inter Cæsarem & Pompeium, rursusq; inter Augustum & Brutum.

Quis furor.] quæ ira & insania. Quo.] ad quem finem, quid profuturi? Sine hoste.] hostis enim is propriè dicitur, qui ob æquã causam pugnat, & hi quibus nos, uel qui nobis bellum publicè cõstituerunt hostes dicuntur, ut ait Pompeius. Diuersa.] alio conuersa. Primos ortus.] in Orientem, & per hoc indicat Pompeium fugientem in Aegyptũ, in Pelusio littore, à Septimio, & Achilla iussu Ptolemæi obtruncatum esse, & insidias suscitatas in Cæsarẽ à Ptolemæo. Qua mare Lagei.] ubi Nilus mare ingreditur iuxta Alexandriã: unde in octauo. Vix tegit, quod diuidui pars maxima Nili. Inuada discurrit Pelusia septimus amnis. Lagæi.] Lagus pater fuit Ptolemæi eius, qui Alexãdro in ea regni parte successit, ut Strabo ait. Ab hoc reliqui omnes Ptolomæi sunt appellati. Mutatur, augetur, & uariatur diuerso calore, tum propter Nilum, tum, quia ad Pelusiacũ Arabia est rubrũ mare pertingens, auctor est Plin. Hunc ergo.] Pompeij corpus, absq; capite indicat, quem suasu Photini Ptolemæus puer in naui, quã ornatã præmiserat, iussit occidi. Aequore.] per æquor. Dubiam Syrtim.] reliquias Pompeiani exercitus, post Pharsalicũ prælium ad Iubã regem in Aphrẽ eam confugituras indicat, ubi Cæsar eos superabit, dubiã autẽ dicit, quia Syrtis nunc mare est, nunc terra. Quo.] ad quæ loca. Aemathias aci.] exercitus, qui in Thessalia superfuêre. Nunc defu. al.] expeditionem Cæsaris in Hispaniam designat, qua ad Massiliã, Petreiũ & Affranium expugnabit, item aliam, qua Pompeij filios apud Mundam, quo ex Africa pulsi confugerant. Nubiferæ.] altæ & nebulosæ. Pyrenen.] Pyrene, & Pyreneus mons est, qui Hispaniam à Gallia diuidit, dictus à πῦρ, quod est ignis, crebrò enim fulminatur. Patriæ se.] reditum Cæsaris è Munda demonstrat, cædemq; eius, qui in senatula à Bruto, & Cassio, tribus & uiginti uulneribus est affectus. Consurgunt par.] eas indicat discursiones, quæ ortæ sunt post Cæsaris mortem. Nam primum cum Antonio, inde cum Bruto & Cassio pugnatum est, ab Augu.

posted

A poſtea cum Sexto Pompeio: ultimo uerò, iterum cũ Antonio & Cleopatra. Per to or.] *per Aſiam, Africã & Europam.* Da cer.no lit.] *concede, ut uideam pugnas nauales, alibi, quam ubi conſpexi. intelligimus autem ipſam uidiſſe, ea quæ in mari Hadriaco, & ad Maſſiliam Cæſaris tempore geſta ſunt, & nunc uidere alias apud Sicilia-*

am, quæ ab Auguſto contra Sextũ Pompeiũ gerentur, & in Antonium & Cleopatram in mari Actiaco. Vidi phili.] *prælia, quæ ibi conſeret Auguſtus cum Bruto & Caſſio indicat.* Defecta.] *deſtituta.* Laxo ſu.] *lentata ui diuinandi, ſiue laſſo, defeſſo, nam deſcendente numine, ſolent penè exanimes eſſe.* Iacuit.] *ex animis remanſit.*

IOANNIS SVLPITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI POETAE PHARSAL. LIB. II. commendationes.

Amóq; iræ.] *Conſternatis populis prodigiorum uarietate Aruſpicum, Vatumq; reſponſis, & furẽtis fœminæ, uaticinio utitur poëta, ad Iouem Apoſtrophe, orans ut uelit mortales latere futuros euentus, ut poſſint etiam in malis ſperare aliquid, ſiue mundus diuina prouidentia regatur, ſiue temerè caſibuſque agitetur. Loquiturq; ſecundùm Ciceronis ſententiam, qui mouit, præſcientiam malorum, cui prouideri non poteſt inutile eſſe, præterea, quid poteſt futura cognoſcere, nam ſi futura ſunt, uitari non poſſunt, ſi poſſunt, futura non erant, & bona non præuiſa plus gaudij, mala uerò præuiſa, plus doloris ſolent afferre.* Iræ Deum.] *qui hominibus ob peccata irati bella, peſtem, famem, & alia mala minari & inferre putantur. Patuere ob prodigia, & uaticinia ipſa.* Leges, & fœdera.] *rationem & conſuetudinem.* Tumultu.] *monſtrifera turbatione præter naturam, monſtra enim, nõ niſi ex diſcordia oriuntur.* Indixit nefas.] *denunciauit bellum ciuile, & cædes futuras.* Hanc curam] *ſollicitudinem noſcendi futura* de qua Statius in Thebaidos tertio pluribus agit.

Per.di.om.] *per auguria, extipitia, aſtra, & uaticinia.* Siue pa.re.] *locus ex abdito ſumptus philoſophiæ. Siue Deus inquit, à principio fata ordinauit, & ſe ipſum fatis, legeq; regit, ſiue nihil fixum conſtituit. Sed omnia caſu quodam accidunt, fac ut lateant nos futura.*

Regna in for.] *Chaos ipſum quod erat materia abſq; forma.* Stoici duo eſſe dicunt in rerum natura. *Cauſam & Materiam. Cauſam accipiunt id quid facit. Materiam, id ex quo quid fit. Ariſtoteles, quatuor dicit Materiam opificem, formam, quæ unicuiq; operi componitur, tanquam ſtatua. Ea dat eſſe rei, & confirmat rem ineſſe, & diſcernitur rem à re. Quarto loco propoſitum ponit, id eſt finem ad quem aliquid ſit.* Flamma ce.] *igne in ſublimiorem locum abeunte.* Finxit. cauſas.] *firmauit ſeriem cauſarum implexam id eſt, fata ipſa.*

Se]*ipſum Deum.* Qua cuncta cohercet.] *loquitur ſecundùm Stoicorũ ſententiam, qui uolũt mundũ diuina prouidentia regi, & fata à mundi principio ſtare, quod & Chryſippus ſenſit, & Manilius his uerſibus explicat. Solute mortales animos, curaſq; leuate. Toíq; ſuperuacuis curam deflere quærelis. Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege. Longáq; per certos ſignantur tempora curſus.* Mundum ſe.] *mundi motum ſæcula afferendem, ex eo enim conſtant, conficiunturq; tempora.*

Iuſſa.] *ordinata, & certa negocia mortalibus afferentia.* Immoto limite fatorum.] *firmo termino, & eorum ſequitur opinionem, qui dicunt, fata tolli non poſſe, ſed produci, aut contrahi. Virgilius in ſeptimo, Attrahere, atque moras tanto licet addere rebus, & in 10. Tolle fuga Turnum, atq; inſtantibus eripe fatis.*

Siue nihil poſ. eſt.] *ſententia eſt Epicureorum Deos quietos eſſe, & eorũ prouidentia mundum non regi, ſed, caſu, & fortuna accidere omnia.* Poſitum.] *conſtitutũ, firmum.* Caſum.] *euentum præter propoſitum. Eſt enim caſus inopinatus ex fluentibus cauſis, in his, quæ ob aliquid geruntur euentus.* Sors.] *fortuna.* Fertq; re.ui.] *mutat proſpera aduerſis & contra.* Sit ſu.] *ignorent homines.* Cœca] *ignara.* Timent.] *paſſuro incommoda.* Ergo] *poſtquam inquit aduerterе mala futura. Indicto iudicio templa frequentare.*

Concipiunt.] *animo comprehendunt.*

Conſtatura.] *firma, & immobilis futura.* Fides.] *quam per monſtra oſtenderant.* Iuſtitium.] *ſupplefuit. Iuſtitium eſt iuris dicendi intermiſſio, ob publicam calamitatem, aut luctum, dictum, quaſi iuris ſtatio, ſolebat autem, id in publico luctu indici.* Ferale.] *luctuoſum.* Latuit.] *non diſcernebatur ab alijs ipſa ueſte.*

Tectus plebeio amictu.] *uulgares & pullas togas indutus.* Omnis ho] *omnes magiſtratus.* Purpura.] *ueſtis purpurea conſularis.* Nullos faſ.] *nullum Conſulem. Faſces enim eorum ſunt inſignia.* Tunc quæ.] *Tunc tacitè, ſine clamore dolebãt, ut ſolent, qui aſtant morientibus, nam quoad uident eos animas exhalaſſe nõ plorant.* Primo fu.] *in principio mortis alicuius.* Domus.] *familiæ.* Conclamata] *deplorata, tunc enim mortuis conclamabatur, quum nullum amplius uitæ ueſtigium eſſe reliquum uidebatur. Eſtq; conclamare, & deflere, in qua re, nulla dilatio eſt & luctus.*

Exigit.] *requirit.* Brachia famulat.] *ueterum mos erat, in funere plangere, hoc eſt, percutere faciem, pectora, brachia.* Præmit.] *complexando ipſa mater.*

Rigentia.] *frigentia.* Exanimes.] *ſemimortuos.* Minaces oculos.] *In inſtanti morte oculos moueri, & caligare, auctor eſt Plinius..* Nec eſt do. ſed me.] *Dolor enim eſt de præſenti malo, metus de futuro.*

Amans.] *præ dolore inſaniens.* Incubat.] *ſuperinſtat filio.* Cultus matrona.] *Matronæ pullatæ Deorum templa frequentabant.* Deos.] *Deorum ſtatuas & templa.* Affixêre pectora ſolo.] *in templis ſe proſtrauêre.* Fudere] *ſparſere.* Feriunt au.] *obtundunt Deorũ aures clamoribus, quæ ſolent nobis ad uota*

patere.

patere. Diuisere de.] *diuisum in diuersa tẽpla se cõtulẽ retita ut nullũ templũ præcatricibus uacuũ esset.* Factura inni.] *concitatura odium erga Deos, si nõ exaudirent, uel excitatura Deos, ad odium in supplices, & ad inuidendum inter se de ueneratione.* Liuentes plan.] *nigros percussione.* Scyssa g.] *synecdoche.* O miſe.] *In cõcitandis, & sedandis affectibus, supra quã dici potest noster est poëta mirificus, nullũq; locũ prætermittit. Eliciq; pathos ab ætatibus, à fortuna, à loco, à tẽpore, à causa, à qua, & indignatio est. A modo, numero, forma, quantitate, Materia circa rem, à parabola, ab imagine. A mmore ad maius, à maiore ad minus, à Similitudine, Dubitatione, Atteſtatione, Nimietate, Exclamatione, Taciturnitate, Repetitione, obiurgatione, modiſq; cæteris.* Nũc.] *dum licet.* Cõtundite.] *percutite.* Pendet.] *in dubio est.*

Gaudendum.] *quia bella cessarint, & tyranni metu.*

Laceſsit.] *stimulat & uexat.* Nec non.] *Viri quoq; in castra uel Cæsaris, uel Pompeij euntes conquærebantur.* Miſeræ ſor.] *miserandæ conditionis.* Cannarũ.] *Cannæ Apuliæ uicus est, apud quem ultra quadraginta millia Romanorum ab exercitu Hannibalis cæsa sunt.*

Trebiæ.] *Trebia fluuius est, prope Placentiam in Gallia Cisalpina, & Apennino in Padum fluens. L. Sempronij Consulis clade nobilitatus.* Non pæne.] *non quærimus ab armis cessare, sed gentes omnes, sed nos concitate, dummodo bella ciuilia deponantur.* Exite.c] *commouete.* Achemenijs ſu.] *Susia, quasi pars est Persiæ inter eam & Babyloniã posita, habetq; Susa urbem clarissimam, quã Titonus Memnonis pater teste Strabone cõdidit. Achemenios autem Persas dicimus, siue ab Achemone Baccchemonis filio rege Persarum siue ab Achemenide tribu, ex qua Persarum reges traxere originem, ut Herodotus inquit.* Medica.] *Media in Asia regio, conterminа Assyriæ & Persiæ, & mari Hyrcano, à Medo Medeæ filio cognominata. Torquiq; hoc poëta dicit, propter bellum Parthicum, quod gerebatur.* Maſſagetes.] *nobiles populi in Scythia Asiatica Solem colunt, & quum per deserta uagantur equorum, quibus inuehuntur sanguinem potant.* Iſter.] *fluuius, qui & Danubius dicitur in iugis Germaniæ oritur, & sexaginta fluminibus auctus per septem ora effluit in Euxinum.* Sueui.] *Germaniæ populi.* Non alliget.] *non retineat.* Albis.] *Germaniæ fluuius, qui Sueuos à Cheruscis diuidens mergitur in Oceanum.* Rhenus.] *Rhenus ex Alpibus oritur Helvetios, Sequanosq; alluens, Bathauorum insulam efficit, & mergitur in Oceanum* Dacus.] *Daci & Gethæ in Scythia uicini sunt. Sed Getas appellat eos, qui ad Pontum in Orientem uergunt. Dacos autem, qui oppositum Germaniam uersus, ad Istri fontes, quos olim Dauos uocatos esse putat Strabo & ideo apud Athenienses, Dauorum & Getarum nomina seruilia abundare.*

Occurrat Iberis alter.] *Cæsar inquit, in Hispanos se conferat, Pompeius uerò, conuertat se ad Parthicum bellum.* Ad Acoas Pharetras.] *alluſit ad mortẽ Parthorum Orientalium populorum, qui pugnando, & fugiendo sagittas emittunt.* Nulla uacet tibi Roma manus.] *nullus abstinet ab armis, in te inferendis.* Plurimus æther.] *magna copia cœlestis.* Collapſus in ignem.] *descendens in speciem ignis nostri qui ab illo diuersus est.*

Per fulmina.] *legitur & flumina.* Sæue parens.] Magne Iuppiter. Vtraſq; partes.] *Cæsaris & Pompeij.*

Dum nondum meruere.] *antequam manus ciuili sanguinem haculent, nam ubi conseruerint prælia, digni sunt fulminari.* Tanto ne.] *Acris ab iniustitia crudelitateq; reprehensio, quod per tot cædes quærant paratam occupare, quæ pro eadem à Tyranno liberanda facienda uix essent.* Prouentu.] *fertilitate, copia.*

Vter.] *an Cæsar an Pompeius.* Vix tanti.] *argumentantur contraria causa.* Tanti.] *satis honestum & dignum.* Vt neuter.] *nec Cæsar, nec Pompeius.* Pietas peritura uiri.] *ne quicquã pij, & qui mox pietatis obliti in ciues, & propinquos pugnabunt.* Egerit.] *effudit.*

At miſeros.] *patres uerò inquit afflictabantur, & orabant, quod tam diu uixissent, essentq; ad tanta mala rediturati.* Angit.] *uexat.* Fata uiuacia.] *sortem longæuam.* Grauis.] *molestæ.* Atq; aliquis.] *Hac longa senis oratione, hæc bella ciuilia Marianis, Syllanisq; conferuntur, in quibus quanquam crudelia omnia facta sunt, tamen nunc multò crudeliora instare hominibus arbitrabantur. Primumq; ita Marij sors, & crudelitas. Inde Syllæ commemoratur, & Marius Pompeio, Sylla uerò Cæsari, tacitè conferri uidetur.* Theutonicos.] *de Cymbris à Mario superatis satis diximus libro primo.* Libycos.] *Aphricanos, nam primo consulatu suo, cum Iugurtha rege Numidarum bellum gesit. Secundò eum captum antè currum triumphans duxit. Continuauit autem sex Consulatus, in quorum quarto Teutones fudit. In quinto Cymbros & seditionibus rempertura sedauit. In Sexto ultus est Syllæ iniurias. In Septimo perijt.* Exul.] *Cum Sulpitiana rogatione, Syllæ Prouinciam Marius uellet eripere, & legatus ad Syllam missus, ut traderet exercitum esset occisus. Sylla statim dilato bello Mythridatico legiones in urbẽ infudit, fugatisq; Mario omnia ex sua sententia gesit. Marius uerò cum desperasset se posse resistere Syllæ, copijs clàm urbe profugit, & apud Minturnenses percussorum metu, nudus in paludibus latuit. Inuentusq; & in carcerem coniectus, immissum percussorem, Gallam uultus auctoritate deterruit, acceptaq; nauicula trajecit in Aphricam, ubi diu exulauit, mox Cinnana dominatione reuocatus, ruptis Ergastulis coegit exercitum, cæsisq; inimicis iniuriam ultus, septimo consulatu ut quidam ferunt, uoluntaria mortis, septimo consulatu ut quidam ferunt, uoluntaria mortis decesit.* Vlua limoſa.] *herba in limo paluſtri nate.* Auidi.] *bibuli.* Laxæ.] *lentæ, quæ non fluscenti.* Depoſitum tuum.] *Illic enim ipsum seruasti. Est autẽ Depositum res, quæ tempus custodienda, seruandaq; traditur, ea conditione ut restituatur.* Exedere.] *attriuere.* Senem.] *Marium sexagenarium.* Pædor.] *fetor, & putredo dirli.* Conſol.] *uidelicet septimum* Morituras *fœlix.] quia ultrò & sponte decesit, atq; ut ait Valerius si eũ inter miseros posueris miserrimus, si inter fœlices fœlicissimus reperietur.* Euerſa.] *deleta cædibus, quas fecit in reditu.* Pœnas ante dabat.] *ante pœnas patiebatur quæ scelera commisisset.* Mors ipſa refugit.] *refugere uisa est, quia nec ab inimicis, nec ab incommodo paludis, & carceris confici potuit,*

Fruſtraq; hoſti.] *Cimber quidam publicus Minturnensium Carnifex Galata nomine, ad Marium percutiendum immissus, cum primum carcerem est ingressus, Marij oculis igneo splendore micantibus trepidare cœpit, mox Marius, cum è lecto surrexisset, inclamasseq; C. Marium occidere audes? ille insanienti similis egressus est, clà-*

A est,clamans,Ego.C.Mariũ occidere nequeo. Hac deinde superstitione quadã ducti Minturnenses eum carcere liberauerunt. Cumq; aduerteret Marius asellum pabulum obiectum negligere,& ad aquã percurrere,augurium capiens,orauit amicos,ut ad mare adduceretur,ubi piscatoriam nauiculam naclus,nauigauit in Aphricam,ex Appiano & Valerio Maximo. Diriguit.] cũ stupore contractus est. Torpente.] rigente. Torpedo piscis est cuius tactu membra hebetãtur & rigẽt: inde fit Torpor pigritia,& torpeo uerbum pigreo. Terribilis deos.] furias usurpq; est genere masculino,secundùm Orphei & aliorũ sententiam,qui dicunt utrunq; dijs sextum messe,sic Vir. de Venere intelligens,Descendo ac ducente Deo,& alibi de Iunone,aut Lecto loquẽs,ait. Nec dextræ errãti Deus abfuit,& Tibullus. Qui Veneris magni uiolaui numina uerbo,& Caluus Pollentemq; Deum Venerem. Marium.] emphasim habet,id est crudelem & sceleratum.

Audierat.] audire uisus fuerat,nam existimabãt Galatam occursu cuiusdã dæmonis territũ. Legibus æui.] morti quæ lex æui est. Furore.] cupiditatem interimendi Marium. Funera gentis.] uestrorum exercituũ cædem. Seruate hunc.] nam non minus sæuiet in Romanos,quàm in uos olim. Non ille.] Marium inquit, non conseruauit deorum benignitas,sed ira ipsorum in Romanos,quos quia decreuerant perdere, hunc efferum elegerũt,qui esset eorum uolũtati satisfacturus. Protectus.] nam quum per deuia iter ad mare arripuit,sub folijs latitans,persequẽtes euasit. Ferus.] supple fuit. Iniquo pelago.]non Tranquillo. Nam insurgente tẽpestate,perfracto gubernaculo,uela uentis,quo fors eũ duceret permisit. Hostilem in terram.] prohibitus enim Lybiæ ingressu,ueluti hostis à Sextio prætore in mari hyemen perferre coactus est paulò suprà Libyem inter Numidarum mõtes, nõ longè à quibusdam annis superioribus in Iugurtham Numidasq; ipse pugnauerat, Actus Mapalibus uacuis.] agitatus per domos pastorũ desertas. Mapalia & magnalia pastorum casæ lingua Punica appellantur, in hoc q; solo differunt, quod mapalia primã corripit magnalia producit. Iacuit.] quia inhonoratus,spretus,& infrequens. Nuda.] hominibus uacua propter cædes illic ab ipso factas: & agros latè uastatos. Triumphati.] de quo triũphauerat. Iugurthæ.] filij Manastabilis,cuius bellũ Sallustius scribit. Et Pœnos prebit cineres] fertur Marius deletæ Carthaginis speluncam quandã habitasse,ut Plutarchus & Seneca meminêre, & ideo ait,eũ ruinas Carthaginis calcasse. Nam Carthago cernens,Marium ex tanta fœlicitate in tantam misertam cecidisse sesolabatur,& Marius potentissimæ urbis ruinas aspiciens, æquiore animo aduersam fortunam ferebat,minuiq; deos incusabat,& ipsis irascebatur. Libycas.] Barbaras, & efferas,quales habent Afri. Redit fortuna.]prospera,quippe Cornelius Cinna Consul de Mario,& ijs,quos Senatus hostes iudicauerat. Gn. Octauio Collega aduersante referret ad populũ, tincta est sanguine cõcio & Cinna patria profugus ad patres fugit,Martiumq; cũ suis ab Aphrica reuocauit. Qui etiam seruis ad libertatẽ uocatis, & solutis, Ergastulis confecit exercitum. Ergastula sunt loca clausa & officinæ ubi serui, uel damnati operari coguntur. Ergastuli uerò personæ ipsæ dicunturq; ab ἐργάζομαι,quod est operor. Conflato ferro.]dissolutis cathenis & uersis in arma. Exeruere.]liberauere. Nulla gestanda dabantur.] Nemo inquit,Marij signifer esse poterat,aut alicuius apud eum potestatis, nisi scelerè aliquo insigniter maculasset. Proh fata]Exclamatio. Pro rei immanitate. Quo mœnia uictor.]Quum Romam ingressus est. Nam ut Florus habet, Ostiam primum diripuit,& ut Appianus Lauinium, Ariciam & Antium cœpit. Mox in urbem triplici agmine intrauit. Sed Florus,Quadruplici, inquit,diuisere copias,Cinna,Marius, Carbo,Sertorius. Hic postquam omnis manus Octauij depulsa ianiculo est, statim ad Principũ cædem signo dato aliquanto sæuiùs, quàm aut in Punica,aut in Cymbrica urbe sæuitur. C. Octauij Consulis caput pro rostris exponitur. Antonij Consulares in Marij ipsius mensis,cæsi à Simbria,in pœnatibus domorum suarum trucidantur, Cassij pater,& filijs in mutuo alter alterius aspectu.

Quanto gradu.] quanta celeritate,crudelitatisq; magnitudine. Nobilitas.] nobiles. A' nullo reuocatum est pectore ferrum.] nulli pepercêre,ne ijs quidem, qui ad templa Deum statuasq; confugerant.

Lubrica saxa.] pauimenta & strata marmorea, in quibus propter sanguinem nullus consistere poterat.

Vergentibus.] ad mortem se declinantibus. Præcipisse.] abrupisse. Primo limine.] ipso ortu & principio. Fata.] sortem uitæ. Crimine.] ab innocentia,& ætate commiseratio. Posse mori.] quia partium aduersarum. Trahit ipse furoris.] auiditate occidendi tracti milites Mariani, non quærebant nocentes & inimicos,sed quoscunq; obuium trucidabant.

Visum lenti.] uidebatur esse insignis,inertisq; militis.

In numerum.] per ordinem ut occurrebant, uel in numerum,hoc est,ut ingens numerus conficeretur.

Cruentus.] crudelis. Ab ignota cervice.] Ignotis etiam capita amputabãt, ut haberent quod ostenderent Mario,& quo se fortiter egisse testarentur.

Spes una salutis.]Constituerat,& indixerat Marius, ut quos ipse non salutaret, quibusq; salutantibus non responderet,milites interimerã. Dederat & aliud signum,ut quibus ipse manum osculandam præberet,parcerẽt. Hinc. Qui Ancharius ipso Mario uidente confossus est,quia talem illam manum non porrexerat salutanti. Hic Ancharius in Capitolio sacra factarum Marium adijt,ut facilius ueniam impetraret. Ille tamen quanquam inchoato sacrificio appellantem, ab astantibus iussit interfici. Appianus & Florus auctores sunt. Pollutæ.]maculatæ crudelitate. Mille licet.]Eos arguit,qui tam turpi osculo uitam breui duraturam redimebant: nam statim ut Sylla rediret,esset ipsos interempturus.

Noua signa mortis.] Marium dantem signa cædis quæ diximus. Vix decorum.] honestum. Melius est enim honestè mori, quam turpiter uiuere. Breue decoros.] ignominiosam breuemq; uitam. Cui uacet.] flere. Quis sit uacuus ad defendum cædes innumeras, quæ factæ sunt. Vix.] Ordo est. O' Bœbi uix uacat mihi deflere, hoc manus innumeras coronæ mercarpentis membra discerpisse,te sparsum per uiscera.

Bœbi.] Bœbius & Numitor in uia deprehensi trucidati sunt,et per medium forum uncis carnificum tracti. Fuit & alius quidã Bœbius, quem sine ferro inter manus Syllani milites discerpserunt,ut meminit Florus. Intercarpentis.] discerpẽtis, & laniantis. Coronæ.] multitudinis in coronam expositæ. Antonij.] Marij. Antonij oratoris abscissum caput, manibus lætis inter epulas per summã animi,ac uerborũ insolentiam. aliquandiu tenuit Ma-

nuit Marius, & suæ mensæ sacra eius sanguine contaminari est passus. Publiumq; Annũ, quid attulerat in sinum accepit. Fuit autem proditus Antonius à Caupone ex quo seruus eius unum emerat, dum in uilla amici lateret, & per Tribunum militum est occisus, cum eius præmissi satellites, dulcedine ipsius oratione detenti manus in hominem non auderent inferre. Præsage.] præsciæ: nunciauerat enim Metello quod nisi maturè adduceret exercitũ, populum Romanum, qualia Senonum tempore esse possurum. Cuius la.] Caput huius Antonij, in rostris postea positum fuisse. Cicero in tertio de oratione tradit.

Pendentia canis, suspensa à capillis

Fastæ.] Solenni cum gaudio ductæ. Fimbria.] miles Marianus. Crassos] patrem & filium, quos cum hostes persequerentur, pater prius filium occidi passus, & ipse ab insequentibus est occisus, ut ait Appianus. Liuius in Epitome filium à militibus interemptum dicit, patrem uerò seipsum confodisse, sic tradit & Cic.

Robora ma.] Sanguine Tribunorum rostra tincta sunt, nam interempti Tribuni fuêre, & è saxo præcipitati, ut Licyinius. Tabo fœ.] Te quoque Mutius Scæuola Pontifex Maximus, no Mary semi tempore, sed post eius mortem filij iussu apud aras Vestæ, ad quas cõfugerat est interemptus. Dextræ violatæ.] manus multum cruentatæ. Te neglectum.] te spretum, cum ob pontificatum uenerari te debuisset. Penetrale Deę] aditum Vestæ. Semper calentes.] inextinctus enim illuc ignis seruatur. Pepercit.] abstinuit maculare cruore.

Septimus hæc] Marius post occupatam urbem, cum Cinna Consul factus, primo sui Consulatus mense, duo de 70. annis natus decessit. Cui suffectus Valerius Flaccus cum in Asia periisset, Carbonem habuit successorem. Cinna postea à suis occiso Carbo solus Consul restitit. Hunc secuti sunt C. Norbanus & L. Scipio, quanquam & ipse Carbo Consulatum gerebat. Interim uerò Sylla intra triennium, Mithridaticis rebus compositis, ad quadraginta militum hominum secum agens exercitum, & mille sexcentas q; naues in Italiam rediens, Brũdusium primum appulit, circa Canusium sub Annei uulturno hostes ei occurrerunt, ibi Norba fugatus est, & Scipio post datos obsides, ab exercitu desertus, & captus est. Carbo ratione hostes iudicauit, qui ad Syllam confugerãt, & Metellum in primis, inde Papyrius. Carbo iterum, & Marius Marij filius Consules creati sunt, pugnatũq; ad Sacriportus, ubi Marius à Sylla uictus Prænesten fugit, & cum clausas urbis portas adinueniret, per funem demissum, quo se cinxit in murum susceptus est. Carbo à Metello est superatus. Sylla Marium Prænestæ fossa & muro conclusit. Marius desperatis rebus suos hostes occidere statuit, per Brutum prætorem, ut ait Appianus, siue ut alij per Damasciũ, qui inuocatos senatores præsertim in Scæuolam sæuit. Sylla interea Romam exercitum diuersis itineribus misit, & ut portas urbis occuparet, imperauit, mox ipse ante portam in Campo Martio exercitum statuit Marius obsessus, quanquam frustra tentasset erumpere à Lucretio Offella Syllanarum partium, uiro cum per cuniculum tentaret euadere orcum septus, mortem in ipso cuniculo sibi conscisiuit. Septimus annus, septimus Consulatus, ad quæ omnium primus ipse peruenit, de qua re post fugam illam ex urbe ostentum dicitur habuisse, septem aquilarum pullos ut ait Appianus. Omnia passo.] nam ex humillimo potentissimus euasit: & infœlicissimo fœlicissimus. Mensoq; homini quid fata pararent.] qui A mensurauerat, experiusq; fuerat aduersa, & prospera quæ fortuna solet afferre. Iam quot cadauera.] repetatur illud cui flere uacet. Sacriportum.] imesis est, Sacriportus locus est propè Prænestę, ubi Marius iunior Marij filius, Consul uicesimo ætatis anno factus, contra Syllam pugnans, fugatus est antequam Sylla urbem occuparet. Sic enim ex Plutarcho alijsq; colligitur, sic indicat & Appianus. Est etiam Sacriportus locus intra urbẽ iuxta Pallatium, eius meminit Varro. Collina por.] Thelesinus Samnitum Dux cum Marium obsidione liberare non posset ad decimum à porta Collina stadium castra posuit. Ibiq; à Sylla magna cum suorum strage superatus, periit. Est autem porta Collina, quæ ducit ad Quirinalem, eadem ferunt Salariam appellatam. Caput mundi.] imperium Romanum, quod Marius ad Samnites transferre promiserat, fauebant enim partibus suis.

Samnis] Samnites inter Picenum, Campaniã & Apuliam populi sunt. Vltra furca.] supra eam calamitatem, quã ad Caudinas Furculas accepêre: sunt autẽ Furculæ Caudinæ, Liuio auctore, saltus duo alti, sylnosiq; mõ B tibus circa se perpetuis inter se iuncti. Iacet inter eos saltus patens clausus in mẽdio campus herbidus, aquosiq; per quem medium iter est, sed antequam ueneas ad eum intrandæ primæ angustiæ, & aut eadẽ, qua te insinueueris retro repetendo, aut si ire porrò pergas, per alium saltum arctiorem impediioremq; euadendum. Hunc in locũ T. Veturius & Sp. Posthumius Cons. exercitu deducto, cum nulla spes euadendi esset Samnites obsidentes fœdere, cum eis facto & sexcentis equitibus Romanis datis obsidibus, ita exercitum abduxerunt omnes sub iugum mitterentur. Caudinæ.] à Caudio uicino oppido dictæ. Cladibus quas Mario fecerat. Exiguum san.] reliquias superstitis populi. Hausit.] attraxit & quasi bibit, quod dixit ad eius improbandam crudelitatem. Domiq; ni.] translatio à Chirurgis, qui cum putrida loca secant interdum sinceram carnem abscidunt. Putrida men.] per quæ nocentes & inimicos intelligit. Medicina.] ultioni hæc comparatur. Nimium se est.] altius secuit, quam oporteret. Sed cum iam s.] sed cum nulli alij uiuerent. Tunc da li. odijs.] tunc licuit unicuiq; quem C uellet occidere, nulla lege seruata, nec Sylla pones se arbitrium necandorum reseruauerat, sicut Marius. Itaq; diu sæuitum est, donec clamauit Furfidius, siuere aliquos debere essent, quibus imperarent & nunc proposita est tabula, quæ duo millia nobiliorum mori iubebantur, auctor est Florus. Fecit ne assumpsit licentiam scelerum.

Infandũ do.] uaria mortis crudelitatisq; genera memorat. Domum enim ultra occidendos famulis se præmorat. Domum enim ultra occidendos famulis se præbebãt, & multi siue per odiũ, siue per pietatẽ dominos obtruncabant, & filij patres. Certatum est.] à filijs inter se. Ceruix cæ.] caput amputatum. Cederet.] in fortunam ueniret. In præ.fra.] in salutem quam fratris caput gerens assequebatur. Fuga.] ex fuga, hoc est fugientibus. Latebræ.] lustra & syluæ. Percussus.] repercussus. Hic.] aliquis. Elisa] strangulata. Iaculatus] demittens sese. Defluit.] deorsum soluit & præcipitauit. Rapuere mortes.] præoccupauerunt mortem ne inimici eius inferendæ potestatem haberent. Robora pu.] ligna rogi quem ipse parauit, & antequam se uulnerare incendit. Colla ducum pilo.] Valerius inquit, abscisa miserorum capita, non modò uultum ac spiritum retinentia,

A retinentia in conſpectũ ſuum afferri uoluit, ut illa oculis quia ore nefas erat mãderet. Ducum.] *Marij Theleſini & Lamponij.* Cõgeſta.] *coadunata.* Quicquid.] iacet.] etiã cædes quæ ignorabantur. Non Thracia.] *Diomedes Thraciæ rex, hoſpites mactare ſolitus eſt, & ſua* ut apponere, capitaq; eorũ affigere poſtibus. Tantũ ſce-lerum] tot capita. Biſtonij.] *Thracis à Biſtonia palude in Thracia, quæ cũ ipſa regione à rege Biſtone nomen accepit.* Anthei.] *Antheus Libycus terræ filius, hoſtiũ* cæſorũ capita poſtibus affigebat. Nec Græcia.] Oeno-maũ indicat, qui rex Piſarum, & *Helydis Hyppodamiæq;* pater, cũ generi manu ſe periturum ex oraculo accepiſſet, *Procis* filiæ equorum, cũ ea currentiũ certamen conſtituit ea lege, ut uictores illa potirentur, uicti trucidarẽtur, quo-rũ quidẽ capita, nã innumeri illuc cõfluebant, ante ianuã affigebat. Piſea aula.] *regia Oenomai. Piſa enim oppidum in Achaia ad Alpheũ fluuiũ.* Quum iam tabe fluunt.] poſtquã corrupta erãt parẽtes furtim ſubtrahebant, ut ſepelirent Confuſa.] *Marcida, ut diſcerni non*
B poſſent. Notas.] *lineamẽta & ſigna.* Dextra pa.] *perypbraſis.* Vetitis] *uetuerat enim Sylla, ſicut & Marius* cõburi cadauera, ut feris alitibus præda eſſent. Luſtraſ-ſe.] circũſpexiſſe. Pacis.] *Ironia, pacẽ enim intelligit cæ-dis finem, quæ parta iã uictoria facta ſunt.* Cũ qua cer uice.] *cum quo trũco. ut ipſum pariter cũ ſuo capite ſepe liret.* Manes Catuli] *Catulus Luctatius Cymbrico bel lo Marij collega, ne in Marianorũ manus incideret ignis hauſtu ſe interemit, ut inquit Flor, Appianus uerò, tradit ipſum uocatũ in iudicio, in cubiculo recẽter illinito, & hu mido carbonibus accenſis, ſpõte ſuffocatũ fuiſſe. In eius ul tionem Catulus frater petijt Syllã ut Marius prætor ma-ioris Marij frater ſibi cõcederetur, cuius rei etiã Valerius* meminit, & *Florus* his uerbis: *Mariũ ipſius ducis fratrẽ a-pud Catuli ſepulchrũ oculis, eruribus, manibusq; defoſsis, ſeruatũ aliquãdiu, ut per ſingula mẽbra moreretur, poſitis ſingulorũ hominũ penè pœnis.* Victima] *hoſtia ſacrifi-cata Catulo.* Pendit.] *inferias perſoluit ſacra quæ mor tuis fiunt.* Nolentibus umbris.] *inuitis manibus Ca-tuli.* Nõ fanda piacula.] *crudelia ſacra & purgamina.*
In ex.bu] *infaciato ſepulchro. uel inexpleto nõ ſatia-*
C *to, per quod ulciſcentis Catuli rabiem taxat.* Aequata membris.] *nam non prius priuauit, quã oculos infœlices eruerit, et ſingulas partes corporis cõfregerit, ut inquit Va lerius.* Cæſo. *amputato.* Nil animæ lethale datũ.] *nil mortiferũ illatum eſt uitæ, ſic enim ipſum ſcindebãt, ut ui ta cõſeruaretur.* Morẽ.] *crudelitatẽ accuſat, quod eius uitam ſeruabãt, quẽ ſtudebãt interficere.* Parce morti.] ſeruare uitã. Palpitat] *mouetur.* Muto.] *non uocali nã non emittebat uocem.* Spiramina na adun.] *id eſt* uneũ naſum. Euoluit orbes.] *uerſando eduxit oculos, nã præſti uoluũtur & exeunt.* Vltimaq;.] *ultimo loco ei oculos eruerũt, ut uiſis mẽbris amputatis maiori cũ dolo-re decederet.* Vnũ.] *caput Marij corpus.* Criminis.] *crudelitatis.* Sic molæ.] *nõ aliter diſripãtur eorũ mem-bra, qui ruinis obruuntur, nec ſunt magis laceri, qui merſi in mare ad littus deferũtur.* Informes.] *quia agitati flu ctibus, & exæſi à piſcibus.* Mole ruinæ.] *ædificiorũ ruen tiũ põdere.* Truncі.] *cadauera truncata.* Quid per-dere fructum.] *improbat Catuli conſiliũ, quod Syllã nõ ea uoluptate affecerũt, quã ipſi putauerant, quippe multũ eius fœdatũ nequit agnoſcere.* Vtilem.] *ut uulgarem.*
Confundere.] *deformare.* Fortuna Præneſt.] *habebat Præneſtæ Fortunæ templũ illuſtre: unde certa ede-bantur oracula, ut ait Strab.* Simul recif.] *quinq; millia enim Præneſtinorũ ſpe ſalutis per P. Cethegum data, extra mœnia municipij euocata, cum abiectis armis humi corpora proſtrauiſſent interficienda, protinusq; per agros ſpargenda Sylla curauit.* Quippe *Lucretius Ofella præ-neſtæ recepta ſenatores omnes qui cum Mario bellũ geſ-ſiſſent, partim interfecit, partim in uincula coniecit, quos Sylla aduenies inermes, in campũ exire iuſſit, & paucis ſibi utilibus electis, reliquos in tres partes diſtimxit in Ro manos, Samnites, & Præneſtinos, Romanis quãquam mor te digna, perpetraſſent per preconem ſalutẽ denunciata, reliquos cõfodi imperauit. Mulierib. eorũq; liberis, liberè abire permiſit, ac ciuitatem diripuit hoſtiliter, ex Maximo & Appiano.* Colonos.] *habitatores.* Tempore mor tis unius.] *intra tãtũ ſpacium, quantũ unus homo poſſet interfici.* Flos help. inuen.] *ex bello ſuperioribus reli-qua.* Quilia.] *Cãpum Martiũ in quo Tarquinij ſuperbi ſepta fuêre. Dicit hoc autẽ poeta, propter quatuor le-giones contrariæ pratis fidem Syllæ ſecutas, quas in pu blica uilla, quæ erat in Cãpo Martio, ne quicquã fallacis, dextræ implorantes miſericordiam obtruncari iuſsit & corpora ferro lacerata in Tyberim abijci, ut memmit Valerius. At Plutar. ait. Sylla accepto nuncio, Craſſum ſtrauiſſe hoſtẽ, ſub auroram profectus eſt Antennã, promi ſitq; tribus millibus ſalutem, quibus pollicitationibus, cum credidiſſent facto, in reliquos impetu mutuis uulneribus cecidiſſent, hos tamẽ & alios, qui ſuperãt ad ſex millia in circo congregat, Senatum in ædẽ Bellonæ uocans eodem tempore, & ipſe orationẽ in Senatu exorſus eſt, & quibus negociũ datum erat, ſex illa millia truncabãt, cũq; fremi-tu cõmoueretur Senatus, ipſe nihilominus conſtanti uultu orationẽ continuans Senatũ dictis ſuis animaduertere iuſ ſit, nec q̃ forti gererentur, ut ſuperuacua perſeruataretur, ſuo nãq; iuſſu puniri quoſdã flagitioſos, meminit & hui-us rei in libro de Clementia Seneca.* Tot ſimul.] *tam multi inquit, aut fame, aut fluctib. aut ruina aut peſtilen-tia, aut prælio perière, ſed nunquam tyranni iuſſu.* Oc cumbere.] *ut occumberent.* Infeſto letho.] *uiolenta morte.* Subitæ ruinæ.] *ex terræmotu aut pondere nimio ut Theatrũ Terracinẽſe cuius meminit Sueton.* Loes] *peſtilentia ex terra, aqua cœlo' ue orta.* Clades bel.] *con flictus pugnantium.* Denſi uix agmi. uul.] *adeò ſpiſſi frequentesq; erãt, ut occiſores ferrũ exercere uix poſſent, & uulnere læthali accepto uix cadere poterant.* Lab ãt.] *nutant hæc & illæc.* Dubia.] *uacillãti & ſemiuiua.* Illo-] *ſemiuiuos.* Premit ſtrages.] *impellit & enecat a-liorũ cæſos.* Peraguntq; cadauera.] *hoc eſt, mortui ſuo põdere uiuos necabant.* Truncі.] *eorum quibus capita erãt abſciſſa.* Eliduntur] *cõprimũt, ſuffocant.* Intrepi-dus.] *amplificatio crudelitatis.* Recepit.] *iuſſu Syllæ.* In fluuium.] *in aquam ipſam.* In corpora.] *quib. flu uius repletus erat.* Præcipites.] *prono alueo diſcurren-tes.* Hæſere.] *in cadauera.* Strage cru.] *agere cadaue rũ.* Prior amnis.] *quæ erat ante cadauera, nam poſte-rior ſubſtitit cadauerũ cumulo.* Iam ſan.al.] *Cruor Cæ ſorũ hominũ è Cãpo Martio tãtus ui fluxit in Tyberim ut aquã adiuuerit ad molẽ cadauerũ impellendam.* Hæren tes.] *ſtagnantes, non fluentes.* Nec iam al.] *ſic inquit, Tyberis inundauit, ut corpora in ſuũ alueum paulò antè proiecta in Campũ retulerit Martiũ.* Aluens.] *cõtinuitas inter ripas qua fluuius labitur.* Ripæ.] *quæ latiores ſunt.* Obluctatus] *contra corporũ molem, & eam par tem quæ eſt à Thuſcia.* Sanguine torrenti.] *cruore cũ*

abundantia, uehementiaq; currẽti. Cæruleum.] uiride cũ nigrore. His ne ſa.] *Valerius ait, eo quibus actis felicitatis nomẽ aſſerendũ putauit, eſtq; probroſa inſultatio, nam cõſeruator patriæ & fœlix, & uenuſtus appellatus in medio Circo Martio ſibi ſepulchrũ erexit. Tradit Appia. erectã fuiſſe Syllæ equeſtrem imaginẽ, ante roſtra inſcriptam, Cornelio Syllæ imperatori Fortunato, & Plut. ait, cum Metella uxor eius Gemellos eſſet enixa, fœmellã fauſtã, marẽ fauſtũ appellauit.* Hæc rur.] pergit ſenex bella cõquerẽs. Agitat gra.me.] *metuimus maiora.* Coitur.] *conuenitur, & fit coadunatio.* Damno.] *cæde.* Exulibus ma.] *Marij exules, inquit, cõtenti fuerũt in urbẽ reuerti. Sylla nil aliud bello ciuili aſſequi uoluit, niſi ut perderet inimicos. Cæſar uerò & Pompeius, his terminis nõ acquieſcẽt, ſed tentabũt ſibi Romanũ imperiũ ſubiugare.* Præſtitit.] *tribuit.* Partes inuiſ.] *aduerſarios quos oderat.* Hos.] Cæſarem & Pompeiũ. Alio.] *ad aliũ finem.* Olim.] *nunc & in præterito.* Neuter.] *nec Cæſar, nec Pompeius.* At non ma.] *Solus, Brutus, in publica Romanorũ conſternatione non territus. Catonẽ inquit adijt, ut cum ipſo deliberaret, an quiete uiueret, an Pompeiũ ſequeretur. Fuit autẽ hic Brutus, Iunij Bruti, ex Seruilia Catonis ſorore filius. Portiãq; huius Catonis uxorẽ, uir quidem omni doctrina & uirtute præclarus, cuius laudes, & Plutarchus, et Cicer. præſertim in libro de perfecto oratore cõmemorat.* Pauidi mo.] *timidæ conſternationis & fugæ.* Erat pars.] *repetatur illud non.* Sed no ẽte ſo.] *chronographia eſt, indicatq; auroræ tẽpus, quo urſæ plauſtrum in Orientẽ conuertitur.* Elice.] *urſa maior q̃, & arctos dicitur, appellataq; eſt Elice ab eo, quod in gyrum uertitur, nam ἕλιξ circũuolutio eſt. Sunt qui ab Elice oppido in Theſſalia: ſunt qui ab eo, quod eſt in Peloponneſo dici putent. Nam Caliſtonem Lycaonis Arcadis filiam Dianæ Nympham à Ioue ſtupratã, & à Iunone in urſam cõuerſam, cũ Arcas filius ſagittis cõficere uellet, cum illa in ſydus cõuerſus eſt, & is Cynoſura illa Elice dicitur.* Parrhaſis.] *Arcadicæ à Parrhaſis oppido.* Axes obliquos.] *rotas tranſuerſas. Iuuenalis. Frigida circumagunt pigri ſarraca Boetæ. Septem enim ſtellæ ſic poſitæ ſunt, ut formam plauſtri cõficiant.* Atria non ampla.] *paruam domum. Atrium unde dicatur, Feſtus docet.*

Cognati.] *conſanguinei.* Voluentem fata.] *cogitãtẽ ſortẽ reipublicæ.* Cura inſomni.] *uigili cogitatione.*

Cunctisq; omen.] *Cato enim tum natura, tum Stoica doctrina & uſu ſic erat inſtitutus, ut ciuiũ patriæq; ſalutẽ ſuæ præferret, nihilq; ſibi ſed alijs metueret.* Omnibus expul.] *Oratio hæc in deliberatiuo genere eſt, quanquã ut inquit Cic. Genus hoc cauſarum, ex ſuaſione diſſuaſione conſtet, & ſuaſori utrũq; dicendum ſit honeſtũ & utile eſſe, & fieri poſſe. Diſſuaſori ſi alterum infirmauerit ſatis ſit. Diſſuaſione utitur Brutus, tanquã ſi uideat Catonẽ in bella iam inclinatũ. Exordium autẽ à beneuolentia cõmendando eius in uirtute cõſtantiam.* Sola fides uir.] *in quo ſolo reperitur uirtus perfecta, quã reliqui homines pellunt & fugãt.* Quam turb. nullo.] *à qua nulla rerũ perturbatione diſcedes, quippe ut inquit Hora. Iuſtum ac tenacem propoſiti uirum. Non ardor ciuiũ praua iubentium, non uultus inſtantis tyranni. Mente quatit ſolida neque Auſter Dux inquieti turbidus, Hadriæ ſi fractus illabatur orbis. Impauidũ ferient ruinæ.* Dirige laban.] *conſule uacillanti & incerto.* Robore.] *ratione & ſtabilitate.* Nam & alij.] *breuiſſima narratio eſt.*

Pacem ne tueris.] *diuidit quod ſuadere poſſet ab eo quod diſſuadet.* Tueris ne pa.ẽ.] *uis ne inquiete te ſeruare.* Tetigis inconcuſſa ueſtigia.] *præſtans in ſtabilitate & cõſtantia, tua etiam, ſi nutet ruatq; mũdus, quippe turpiſſimum eſt uirtute prædito uiro de gradu deijci, ut in officijs Cic. inquit, hoc eſt, non ſeruare conſtantiam.*

An placuit.] *diſſuadet à turpitudine fugienda: diuerſis argumẽtis ſumptis, & à recto, & à laudabili ne eat in bella.* Ducibus ſcelerum.] *conſulibus & Pompeio belli auctoribus.* Abſoluere.] *perficere. Videbatur enim iuſtum bellum eſſe, niſi Cato in eo militaret.* Quemq; ſuæ.] *quiſq; priuatis actus cauſis in bella feſtinat. Tu ſolus amore pugnandi accedes, quod eſt contra uirtutẽ tuã.*

Hos.] *diſtributio eſt.* Polluta domus.] *ſtupra quæ in familias fercuêre.* Leges tim. in pa.] *metus iudiciorũ: nam leges, quæ improbis inferunt pœnas inter arma ſilẽt, & exerceri non poſſunt.* Hos ferro fugi.fa.] *alij inquit, paupertate ducuntur in bella, alij ut ſeruent fidem conuratis etiam cũ totius mundi ruina, nemo tamẽ eſt, qui pro patria pugnandi amore proficiſcatur.* Furor.] *cupido pugnandi.* Victi mercede.] *præmio ducti, aut ſpe uitandi incõmodi, aut cõmodi cõſequendi.* Perſe.] *nulla alia cauſa niſi pugnãdi.* Quid tot duraſſe per annos.] *argumentatur quid faciat tam cõtra rectũ, quã contra laudabile, quia à priſtina uirtute deficiens in dedecus ruat.*

Immunem.] *inexpertem uitiorum.* Duraſſe.] *in uirtute perſeuerauiſſe.* Hoc ſolum.] *nil aliud conſequeris ex tua uirtute, niſi quod cum cæteri iam olim ſint mali, tu nunc primum peccare incipias.* Ne tamen ô ſupreri.] *Implorat Deos, ne quẽquam Cato ſit occiſurus, aut ſi quem duces ipſius belli.* Feralibus.] *mortiferis.* Has manus.] *Emphaſis, quaſi dicat, quæ ſanctæ immaculatæq; ſunt.* Pila.] *tela.* Ferantur in cæca nube telorum.] *hoc eſt, cum alijs confundantur, & in uanum peream uirtus tua, & te macules cæde ſine magna reip. utilitate.* In cæca nube.] *in ignota multitudine.* Omnis fortuna.] *qualiſcunq; euentus.* Ingerit.] *immittit ſe, ſuadetq; tibi clàm, & dependet à te, nam iuſta eius partis cauſa uidebitur, pro qua ſequeris, & illa uictoriã aſſequetur. Piget tamen, ut magis legatur ingerat, ut ſit ſenſus omnis belli euentus ſubmittat ſe tibi, & tu bellũ conſicias.* Quis nollet.] *certè quiſq; inimicorum tum laudis ſuæ cauſa, tum dedecoris tui, in quem etiã ab alio cæd

Auriri. Lege Deum.] *Celsa omnia quieta esse, minima uero & humilia turbari constituit Deus.* Quam læta.] *acer ad permouendum Catonem stimulus. Si iueris, inquit, in castra, gratissimum Cæsari feceris, qui nõ ægrè feret, quod Pompeium sequaris. sed gaudebit, quod bellum probet, in eo & milites.* Diuersa.] *contraria.* Pars magna.] *à seruitutis turpidine fugiẽda argumẽtatur, nam cum Consules obediant Pompeio, quia belli dux est, & Pompeius consulibus quia priuatus, hoc est, absq; magistratu est. Solus Cæsar relinquetur liber, reliqui seruient.*

Cõsul.] *supple uterq; uidelicet Lentulus & Marcellus.* Solicitãt.] *uexant me, ut militẽ sub Pompeio.* Proceres.] *primarij ciues.* Quibus ad Ca.] *quibus si Catonẽ adiunxeris solus, Cæsar erit liber.* Quod si.] *Sed si sumus pro patria, libertateq; pugnaturi. Certè nec Cæsaris, nec Pompei nunc sum inimicus. Sed perfecto bello inuictorem insurgam. ut patriam Tyrãnide liberem. Quod propositum est, executus Cæsarem occidendo.* Sacras.] *pientissima & gratissima uerba.* Arcano pectore.] *deprompsit enim secreta animi sui.* Summum Brute.]

B *Cum suasoriæ partes sint honestum & tutum. Alijq; tertio loco posibilitatem, alij necessitatem ponant, & Brutus dissuaserit ab honesto. Cato honestum illud fieri non posse ostendit quippe necessitate urgente, ne consilio quidem est locus, ut Fabius ait, præterea à militia cessare est contra aliud honestum, quia impium est ruenti patriæ nõ subuenire. Primum igitur necesse esse sic facere, & non posse aliter fieri ostendit, inde si aliter fecerit impium, furiosumq; fore demonstrat. Quoq; sit ipse in patriam animo, & ut solus pro eius salute perire cupit, & libertatem tueri, cum lachrimis explicans: hostes patriæ in se prouocat, & cum Pompeio statuit militare, ne ille solus uicisse uideatur, & in suam utilitatem victoriam uertat.*

Summum nefas.] *nefas, captatio beneuolentiæ, Sensusq; est. Scelus est maculari bello ciuili, sed uirtus mea nil sibi metuens sequetur necessitatem. Culpa autem sceleris referetur in Deos, qui me cogunt tantis malis, nequeo metu non commoueri.* Crimen.] *culpa.* Et me.] *etiam me inuitum.* Sydera quis.] *exemplum ab imposibili.*

Expers me.] *securus, & quamuis Cato sapientissimus Stoicus sit, tamen metuere se fatetur, est enim magnanimi proprium timere, quod tantum, & quando timẽ-*

C *dum. Terror autem, ipse si supra facultatem hominis est, quisquis eo non commouetur, inter furiosos reijcitur.*

Labet.] *nutet.* Coeuntis.] *confundentis se.*

Tenuisse manus compressas.] *non extendere manus in uenientem ruinam, & se tueri.* Gentes ne.] *argumentatur à minori ad maius pro pietate.* Furorem hesperium.] *bellum ciuile Romanum.* Diducti.] *separati.* Furorem.] *ex insania impietatem.* Motura.] *ad commiserationem & auxilia ferenda.* Securo.] *non id curante.* Ceu morte.] *similitudo, qua infert se Romano funeri nolle deesse.* Orbatum.] *priuatum.*

Producere funus.] *comitari longam Pompam exequiarum.* Inseruisse manus ignibus.] *rogum incendere, & ignem fouere.* Constructo agere.] *composito rogo.* Busti.] *loci in quo cadauer comburitur.* Tenuisse faces.] *Virgilius. Et subiectam more parentum. Auersi tenuere facem.* Atris.] *nigri coloris.* Reuellar.] *relinquam te.* Exanimem.] *dirutam & deletam.* Nomen.] *quod mihi dulcissimum est.* Sic eat.] *sic procedat res.* Immites.] *duri & inexorabiles, & hoc ex pietate in patriam dixit.* Ferant piacula.] *accipiant peccatorum expiationem.* Plena.] *etiam ut ego non desim.* Nullo frau. san. bel.] *nullũ ei subtrahamus, & nullius mortis damno afficiamus.* Vtinam.] *exclamatio.* Hoc caput.] *me ipsum.* Damnatũ in cun pœ.] *ut omnium pœnas mea morte persoluerem.* Deuotum Decium.] *Decius pater bello Latino cũ Manlio Torquato, consul dijs manibus, pro patria salute, per Valerium pontificem se deuoluit in medio prælio, & facto in hostes impetu uictoriam reliquit. Decius uerò filius, quarto consulatu suo, per M. Licinium pontificem se quoq; pari successu deuouit.* Deuotum.] *addictum, deputatũ stygijs dijs.* Geminæ.] *Pompeij & Cæsaris.* Figant.] *uulnerent.* Barbara.] *Germani & Galli, qui cum Cæsare militant.* Peruius.] *penetrabilis.* Excipiam.] *recipiam.* Hic.] *meus.* Hac.] *mea.* Luatur.] *purgetur.*

Quicquid me pe.] *pœnas quas pati meruerunt.* Mores.] *uitia.* Ad iug. cur. fa.] *cur qui seruire uolunt pugnãt & interimũtur.* Me.] *libertatis propugnatorẽ occidite. Me me, congeminatio.* Tuentem iu. iua.] *defendẽtem uanũ ius hoc tempore.* Hoc iugulus.] *mors mea, est enim iugulus locus læthalis in uno collo.* Quin.] *cur non, de huius particulæ significatione Donatum lege.*

Nec.] *non bene compertum est, bene etiam pro explorato habemus, quoũ si uictor erit Pompeius uolet imperiũ occupare.* Sibi.] *ad suam utilitatem.* Acres stimulos.] *uehementia incitamenta ad militandum.* Calorem.] *furorem, cupiditatem.* Interea.] *Sole oriente Martiam domum Catonis uenisse, impetrasseq; ab eo, ut iterũ reciperetur in coniugem poẽta iam narrat. Interea dum Brutus & Cato deliberant.* Fores.] *hostia.* Martia.] *hæc Martij Philippi filia Catoni nupserat: sed post tres liberos ab ea susceptos, concessa est Q. Hortensio oratori, qui in causis orãdis secundũ post Ciceronem locum obtinuit, de ea sic in Fastis Ouid. Clari monumẽta Philippi Aspicis, unde trahit Martia casta genus. Martia sacrificio deductũ nomen ad anco, in qua par facies nobilitate fuit.*

Sancta.] *casta, integra.* Mœrens.] *dolens.* Busto relicto.] *quæ à sepulchro antè discesserat.* Irrupit.] *ingressa est.* Melioris mariti.] *nupserat enim primũ Catoni, qui melior quã Hortẽsius erat.* Vbi connub. prec. mercesq; soluta est.] *ubi est matrimonij officio satisfactũ & proles susceptа, quæ est matrimonij premiũ, nam ad eã suscipiendã inuentũ fuit.* Tertia soboles.] *tres enim filios Catoni pepererat, & cũ concessa fuit Hortensio gratia erat.* Fœcunda.] *parata ad procreandũ.* Alios penates.] *Hortensij domũ.* Impletura.] *filijs.* Gemi nas do.] *Hortensij & Catonis familias.* Permistura.] *cognatione iunctura. Nam Catonis & Hortẽsij filij erãt.*

Condidit cin.] *sepeliuit Hortensiũ.* Concita.] *commota.* Vultu.] *qui lacer erat.* Effusas.] *solutas.*

Ingesta cine.] *ingestos, sparsosq; cineres habẽs in doloris, & luctus argumentum.* Non ali. pla. uiro.] *si enim culta ad Catonẽ uenisset, eum ostendisset Viro.* Catoni *qui fuit, futurusq; est maritus.* Dum sanguis inerat.] *Cõstat hæc oratiuncula ex exordio petitione, cõfirmatione & cõfutatione.* Sanguis inerat.] *erã iuuenis, & perfectasim dactilũ cõficit, nam tribrachũ heroicus uersus nõ recipit, ut nec Iambum.* Dum uis materna.] *dum mater esse poterã.* Peregi iussa Cato.] *obtemperauit tibi. qui me Hortensio tradidisti, & est captatio beneuolentiæ à persona sua.* Fœta.] *prægnans, nam cũ concessa Hor-*

tenſio eſt, grauida erat, auctore Plut. Laſsis uiſcerib.] defeſſo & iã ſterili utero, ſum enim anus. Exhauſta par tuq; reuertor.] euacuata filijs, quæ amplius non concipiam & parem. Da fœdera priſci illibata.] concede coniugium pudicum, & abſq; Venere, eſtq; honeſta petitio.

Thori.] coniugij. Inane nomen connubij.] ſine ullo effectu, & uſu titulum. Tumulo liceat ſcripſiſſe Catonis martia.] meo. Nec dubium.] nec dubitare homines poſsint, an mea culpa tu me expuleris, & repudiaueris, an ſponte ſua Hortenſio me conceſſeris.

In æuo longo quæratur.] apud poſteros. Primas tædas.] primum maritum, metonymia. Non me.] non uemo inquit, ut fruar, delitijs tuis, ſed ut ſolicitudinis & laborum ſim particeps. Lætorum.] rerum fœlicium. Da mihi caſtra ſequi.] periculorum etiam comitem ad Corneliæ imitationem ſe offert. Cornelia.] hæc eius Scipionis filia fuit, qui bello ciuili in Africa periit. Eam Pompeius poſt Iuliæ mortem coniugem duxerat.

Flexere uirum uoces.] exorauêre. Aliena thoris.] non apta nuptijs, quia uterq; erat in luctu, & quia dies non erat feſtus, in quo uiduæ ſolebant nubere. Fato.] neceſsitate. Sola fœdera.] ſola coniugij fides. Iura carentia pompa.] nuptiæ abſq; apparatu. Sacrisq; Deos admit. teſtes.] Deos in ſancto connubio inuocare. Solebant autem hos 5. Iouem adultum, Iunonem adultam, Venerẽ, Suadelam & Dianã, Græci uerò, Hymenæa, ad quorũ ferè imitationem Latini etiam Thalaſsium ſiue Thalaſsionem in nuptijs repetebant, non quidem, quod is Deus eſſet, ſed ominis cauſa. Fuit omniũ uir præclarus optimus & facetus, cui in Sabinarum raptu, cum egregia ſpecie uirgo à clientibus amicisq; adduceretur, nec illi illam eriperent Thalaſsio ſe ducere clamabant, frequenter nomine repetito, & quia res ſucceſsit in rei memoriam, & omne Thalaſsij nomen in nuptijs celebratur, ſiue quod Thalaſsionem, qua ſillum, id eſt callatum appellabãt, quẽ nupta cum lamficio ſecum ferebat. Fœta coronato.] non eo more, quo alia ſolent, fuêre hæc coniugia celebrata, nihil enim ornati, nihil tumultus, nihil tibiarum, nihil frequentiæ adhibitum eſt, nulla pompa, nulli propinqui, ne filij quidem interfuerunt, ſed ſolo Bruto medio fœdera inierunt. Serta.] coronæ & frondentes rami portas nõ ornant. Infula in ge.] ſtolam intelligit, quæ à ſumma porta in formam infulæ, à qua faſciæ dependent in poſtes extendebatur. Eſt autem infula mitræ ſpecies, uel indicat eum morem, cuius meminit Plutarchus. Sponſam enim introducentes pellem ſubſternebant, ipſa uerò ſolum colum ferebat & fuſum: uiriq; ianuam lana coronabat, ac cingebat per infulam, ergo filamenta illa lanea ex infula, ſiue mitella dependentia potes accipere & repete illud nõ.

Legitimæ faces.] ſupple non ſtant. Nouæ nuptæ ignem & aquam uidebantur attigere. Patrimiq; & matrimi pueri tres ipſas comitabãtur, unus præferebat faces ex ſpino alba, quia noctu nubebant, duo nubentem tenebant, præferebãtur aũt ſingulis quinq; faces, ſiue ob quinq; Deos quos inuocabant, ſiue quod non plures, quinq; uno partu eduntur, ſiue quia impar numerus iſus eſt nuptijs conuenientior, par enim interuallum ſuſcipit, & eius paritas aduerſatur ac repugnat, impar uerò ſcindi non poteſt, ſed ſ diuidatur ſemper cõmune aliquid relinquit, quinarius igitur, præcipuus nuptialis, quia impar numerus mas eſt ſe dicitur, par fœmina, hæc ex Plutarcho. Docet autem Diuus Aurelius ex Varrone, quod cum mas & fœmina cõiungebãtur, adhibebatur Deus Iugatinus, cum nupta domũ ducebatur Domiducus, ut in Domo eſſet, Domitius, ut maneret cum uiro addebatur dea Manturna, in cubiculũ inferebãtur ſimulachra Deorum, ut ope illorum ſine ulla difficultate uirginitas auferetur. Hi erãt uirginenſis Dea, ut uirgini zona ſolueretur, Subiugus Deus, ut uiro ſubijceretur, Dea Prema, ut ſubacta ne ſe cõmoueret, & cõprimeretur, & Dea Pertunda, quæ concuteret & penetraret: Itẽ Venus & Priapus. Iubebatur autem noua nupta ſuper ingentem faſcinum, id eſt, membrum Priapi ſedere, qui erat in loco altiori, quem indicat poëta inquiens.

Torus auro.] ſtratum pendulum & erectum, in quod aſcendebatur gradibus ebore ornatis. Veſtis.] ſtragulum. Diſcriminat.] diuidit, & uariat lymbis, & ligneis aureis. Matrona, quæ nuptam ſuſcipiens coronaret, prohiberetq; limen calcare. Turrida.] turriculis inſurgens & ornata. Venit.] nuptam, legitur etiam uitat: nam exemplo quodam ſponſam uitare docebat. Plutarchus. Pede ultra exporrecto, quod quidem ea ratione Plutarchus fieri tradit, quia qui primas mulieres rapuerunt, ſic eas domibus intulerunt, non ingreſſæ ſunt, an quia eo inuitæ ingredi uideri uolunt, ubi pudicitiã ſunt amiſſuræ, an id argumento eſt ipſa, non ſponte, ſed coactas domo egreſſas fuiſſe Seruius ex Varrone dicit, ideò nuptas limẽ non tangere, ne à ſacrilegio inchoarent, ſi depoſituræ uirginitatem calcent rem Veſtæ, id eſt, numini caſtiſsimo conſecratam, ſolebat præterea noua nupta lupino adipe poſtes mariti ungere, ne quid mali medicamenti inferrẽtur, ut Plin. ait. Solebat & Mariti coma haſta diſcriminari, ſolebat & nuces ſpargere, tanquam puerilibus rebus renuncians. Cingulumq; nouæ nuptæ ex lana ouis Herculaneo nodo ligatũ, uxori diſſoluebat: ominis gratia, quod Herculanus 70. liberos reliquiſſet, ut auctor eſt Feſtus, iungebantur autem in tenebris, uerecundiæ præſertim cauſa ſeruandæ, auctore Plutarcho.

Non timidum.] non uelauit ſe flammeo. Flammeo enim amicitur nubens ominis boni cauſa, quod eò aſsiduè utebatur flammimica, id eſt flaminis uxor, cui non licebat facere diuortium. Erat autem flammeum uelum coloris flammæ. Lutea.] Luteus color eſt ruſſus dilutior, ut inquit Gellius. Pudorem timidum.] ruborem quem trahit ex uerecundia miſta timiditate.

Demiſſos.] inclinatos & uerecundos. Balteus.] zona bullis & gemmis ornata, quæ prætioſam ueſtem incingunt. Monile.] colli ornamentum. Suppara.] Supparus ut ait Feſtus, eſt ueſtimentum puellare lineum quod eſt ſubuncula, id eſt camiſia dicitur. Affranius dixit, puella non ſum ſupparos ſi induta ſum. Nonius tradit ſupparum eſſe linteum femorale, uſq; ad talos pendens dictum, quod ſubtus appareat. Poeta tamen per ſuppara indicat maniculas, quæ à ſummo humero ad imum brachium anguſtè producuntur. Hærentia humeris.] quæ inhærent, & apparent in humerorum ſummitate.

Anguſta.] ſtricta. Cingunt.] circundant.

Nudatos.] ſeminudos quia anguſta. Lugubria mœſti cultus.] luctum & ſqualorem, erat enim ſordida & pullata. Quoq; modo.] eadem pietate & integritate. Purpura.] ueſtis purpurea. Obſita.] circundata. Ter.] annis pannisq; obſitus.

Sales ſoliti.] ridicula dicteria, quam dici in nuptijs ſolent. More Sabino.] more Feſcennino. Feſcennini enim uerſus canebantur in nuptijs ex urbe Feſcennina allati,

Allati, quæ à Sabinis trahebant originem siue ita dicti, quia fascinatione putabantur arcere. Catullus in epithalamio. Ite, concinite in modum, nec diu taceat procax Fescennina locutio, Conuitia festa.] maledicta festiua. Excepit.] audiuit. Nulla pignora.] nulli filij Catonis & Martiæ. Coiere.] cõuenerunt. Auspice.] auspex est, qui præest nuptijs celebrandis, idem dicitur & Paranymphus, fœmina uerò pronuba appellatur. Quando & uero auspex est militiæ dux. Ille nec horrificam.] Eodem horrore & squalore, quo erat Cato nuptias fecit.

Horrificam.] horridam & uenerabilem. Cæsariem.] quam nutrierat. Duroq; admisit gaudia.] non tulit præ se lætitiam. Vt primum tempus.] indicat ex quo fuit in luctu Cato. Tolli arma feralia.] geri bellũ ciuile sumptis armis. Rigidam.] seueram. Increscere.] Valde crescere. Vni quippe.] Ratio, quæ hunc habitum sibi assumpsit. Vacat.] uacuum est & decens.

Studijs odijsq; carenti.] qui neq; gratia, cupiditate, aut ambitione, neq; odio mouebatur sed ipso honesto.

Nec fœdera prisci.] nec cum uxore rem habuit: tan-
B taq; fuit abstinentia, ut etiam ab honesta sibi Venere temperauerit. Robur.] constantia & continentia. Himores.] De uita & moribus Catonis, Catilinam Salustij lege. Secta.] institutũ & habitus animi dicta à seco, quod est sequor & teneo, Græcè hæresis dicitur. Immota.] constans. Modum.] modestiam. Tenere.] intelligere & prospicere. Naturamq; sequi.] qua duce, ut inquit Cic. errare non possumus. Patriæq; impendere uitam.] id est mori pro patria, pro qua ut Cic. ait, uir bonus non dubitet mortem occumbere, modo sit ei profuturus. Nec genitum sibi.] nec natum ad suam utilitatẽ.

Huic epulæ.] laus à temperantia. Nam ut ad Herennium Cicero ait. Esse decet, ut uiuas nõ uiuere ut edas. Etiq; uetus Socratis dictum, ut Seneca ait. Ede citra crapulam, & bibe citra ebrietatem. Vicisse famẽ.] pellere famẽ non oblectare se. Magniq; penates.] domum habebat
parua non ad luxum & delitias, sed ad usus uitæ necessarios, & ut esset ab imbribus tuta. Hyrtam.] asperam & pilosam. More Quiritis Romani.] more illorũ Sa-
C binorum, qui facti fuêre ciues Romani. Quirites enim à Curibus Sabinorũ oppido dicti sunt, qui Romuli tempore, in urbem habitatum se cõtulerunt. Veneris q.] hinc solum coibat, ut filios procrearet. Parer urbi.] foueret enim & pientissimè utebatur eã. Maritus.] fidus custos & socius. Rigidi honesti.] seueræ uirtutis. Quippe ut ait Sallustius. Huic seueritas dignitatẽ addiderat: & paulò post. At Catoni studiũ modestiæ & decoris: sed maximè seueritatis erat. In commune.] erga remp. & omnes homines. Subrepsit.] subintrauit, nunquam enim in sua uita, & in actibus suis uoluptates admisit. Nata sibi.] nam inficere eum non potuit. Interea.] perterritus Pompeius falso nuntio, breui Cæsarem esse Romã uenturum, fugam ex urbe arripuit Capuam, ubi cum senatu se confirmauit, atq; collegit, constituens legiones, quas antea acceperat à Cæsare, in Apulia hybernantes cõtra Cæsarem mittere, qui Aretiũ, Pisaurum, Fauum, & Anconã singulis cohortibus iam occupauerat. Trepido agmine.] timido impetu, & motu, uel multitudine. Mœnia Campana.] Capuam, quã Capys Troianus fertur ædificasse, ut indicat Suetonius & Vir. in 10. & Capys hinc nomẽ Campanæ ducitur urbi. Alij Capuam dictam uolunt à Caporũ latitudine, alij à Capi, id est falconis augurio.

Extendere par.] mittere, & diuidere cohortes & copias. Incurrebat.] contra Cæsarem mouentem bella.

Apœninus.] mons qui per mediã & uniuersam Italiã in longũ extenditur. Qua erigit.] Liguriam, Galliam, Hetruriã, Vmbrã, Picenos, Brutios & Marsos intelligit.

Nullo uertice.] nullo monte & altitudine. Intumuit propius Olym.] erexit se uicinus cœlo. Mons.] inter Apœnini mira descriptio, cuius dextrã partẽ esse dicit ad Tyrrenũ mare, meridiemq; conuersam sinistrã uero ad Hadriaticũ. Inferni.] Tyrrhenum quod est ab inferiori Italiæ parte. Nam orbis terræ in meridiem pendet. Superi.] Hadriatici. Hinc à dextra. Frangentes æquora.] apud quas frãgitur mare Tyrrhenũ in locis uadosis & nõ profundis. Pisæ.] dictæ à Pisa oppido in Achaia unde sunt oriundæ. Nestoris enim milites ab Ilio renauigantes illuc delati eas cõdidere. Cohercent col.] firmant ipsam Italiam, quæ ut ait Mela tota angusta est & alicubi quã unde cœpit angustior. Plinius eam frõdi quercus comparat. Ancon.] oppidũ in Piceno ad Hadriaticum mare Cunero promõtorio oppositũ, dictũq; ab Ancon quod est cubitus, est enim in ipso littoris flexu. Obnoxia.] repercussa & quæ fugere fluctus non potest. Dalmatios.] à Dalmatia uenientes quæ Macedoniæ regia est cõtra Hadriaticũ mare spectãs. Hic.] mons. Concipit amnes.] gignit fluuios. In diuortia.] in diuerticula, & in diuersa maria, quæ quasi diuortio, id est, discordia & diuisione quadam sunt separata. Gemini.] põti Hadriatici & Tyrrheni. Metaurus.] Vmbriæ fluuius. Crustumiũ.] haud longe ab Arimino. Rapax.] uelox. Sapis.] Cisalpinæ Galliæ fluuius Senogalliam urbẽ subterlabens, iuxta quem & Isaurus est. Sennia.] Galliæ flumen. Aufidus.] Apuliæ amnis ex Hirpinis oriens montib. Canusium præterfluit. Verbera.] quia uiolentus exit. Quoq; magis.] Padus etiam quo nullus est maior in terris cecidit in læuũ latus. Eridanus.] fluuius, qui & Padus, ab Eridano rege, siue à Phaëtonte, qui dicebatur Eridanus dictus est. Desoluit fil.] eius uiolentiã indicat, nam cùm aggeres riparũ egrediuntur. Cũ stabulis armenta trahit, ut ait Maro. Exhaurit Hesperiam. Quicquid enim aquarũ est in Italia secũ uidetur arripere nã multa in eũ influũt flumina. Fabula.] fama sup. est, uidelicet hũc fluuiũ primũ in ripis suis habuisse populos arbores, allusitq; ad Phaëtontiadas. Phaëtontis sorores, quæ cũ lugerent fratrẽ à Ioue præcipitatũ, in arbores uersæ fuerunt. Phaëton enim Phœbi, ex Climene filius impetrat à patre curru solari, cũ regere eum ignoraret, & mundũ fluminib. desiccatis solo Pado relicto cõbureret à Ioue fulminatus est. Diem pronum.] solẽ præcipitẽ. Transuerso limite.] non recta uia euntem. Flagrantib. loris.] habenis & curru ardentibus. Succendit.] cõbusit. Raptis.] desiccatis. Pares.] undas ignibus: quia tanto æstui resistere potuerũt. Nilo.] Ægypti fluuio. Stagnaret.] inundaret & in fortunam stagni redderet. Libycas.] quas secũ ex Libya trahit. Extenditur enim Nilus per Ægypti planitiem in maris similitudinem, non tamen quod habeat plus aquarũ quàm ipse Padus. Iacentis.] accusandi casus est. Istro.] Ister qui & Danubius dicitur ex iugis Arnobæ Germaniæ montis oritur sexagies fluminibus augetur, & mergitur in Euxinũ sex hostijs siue septem, ut alij tradunt. Permeat.] circuit. Fontes.] flumina. Quælibet.] circa quæ uagatur. In undas Scythicas.] in mare Ponticum. Dex-

teriora petens.] *Aquæ, quæ ab Apœnini dextera cadũt, hæc cõficiunt flumina.* Tybrim.] *qui Tusciam ab Vmbris, Sabinis & Latinis disterminans in Tyrrhenum exit.*

Rutubam.] *ex Apœnino in Tybrim fluemẽ nõ desunt, qui dicũ promõtorio Monœco in finibus Ligurũ esse propinquum.* Cauum.] *propter riparũ altitudinẽ.* Vulturnus.] *qui in Samnio oriens, per Campaniã saxa rapiens labitur, & Capuam alluit.* Sarnus.] *Campaniæ fluuius ad oppidũ Samnum, qui quicquid in eo cadit, cũ mora ducat in saxum, & propè Stabiam mare Tyrrhenũ ingreditur.* Nocturnæq; editor au.] *obscuri aëris emissor, est enim ea natura, ut & ipsæ paludes quas in planitie facit supra Pompeianum nebulas gignant.* Lyris.] *non longè à Sora nascens, & Fibrenũ accipiens. & Terum flagellas præterit, Mynturnasq; diuidit, & effluit in Tyrrhenũ.* Impulsis aquis Vest.] *in quẽ influunt flumina Vestinorũ. Sunt autẽ Vestini Marsis Campanis Samnitibusq; contermini, & ad Sinuessam usq; & Phalernum exporriguntur, ut docet Liuius lib. 10. alteri in saltu Vestino Phalernum contingente agrũ. Sunt & alij Picentibus & Marsis coniuncti.* Maricæ.] *Maricæ Nympha Latini mater in Mynturnensiũ littore templũ celeberrimum, à qua & oppidum nomen accepit.* Hora. *Et innantem Maricæ littoribus tenuisse Lyrim.* Vmbrosæ.] *syluosæ.* Siler.] *Lucaniæ fluuius, Salernũ præterit, dicitur & Silarus. Silius lib. 8. nunc Silarus, quo nutrit aquis, quo gurgite tradũt, Duriciem lapidum mersis molescere ramis.* Culta.] *arua.* Macra.] *hic per Ligurum montes, iuxta Lunã effluit in Tyrrhenum, & est innauigabilis, quia uadosus & præceps.* Moratus al. nul.] *nullam retinens nauim, Luna uerò est Hetruriæ oppidum nobilissimũ portu celeberrimo, & metallis abundans.* Longior.] *ea quæ magis longius erigitur.* Dorso.] *longa summitate.* Gallica rura uidet.] *despicit Galliam Transalpinã.* Alpes deuexas.] *montes inclinatos & pendulos.* Vmbris.] *Vmbria dicta, quod imbribus superfuerit, contermina est Hetruriæ & Piceno, hancq; Rauennam usq; protendi consentiunt omnes. Marsi populi montani, Sabinos, Vmbros, Hernicos attingentes.* Ferax.] *abundans.* Domitus.] *aratus.* Sabellos.] *Sabelli populi sunt, qui & Samnites dicuntur, auctore Strabone & Plin.* Rupibus.] *Piniferis monte ferente pinus.* Indigenas.] *natiuos ab eo. Indigenæ enim sunt, qui eo in loco geniti sunt, & non uenerunt aliunde, igitur per indigenas habitatores antiquos accipimus.* Non deserit.] *non prius terminatur, quam peruenerit in Siculũ mare ad Rhegium, ubi Italia in duo cornua scissa est, respiciq; altero Siculum pelagus, altero Ionicũ.* Templa Laci.] *Iuno Lacinia in Calabria colebatur in templo ditissimo atq; sanctissimo, quod ei constituit Hercules. Lacinio latrone illic occiso. Laciniũ etiã promõtoriũ est ibidẽ prope Petiliã & Erotonẽ.* Pontus.] *mare Ioniũ & Siculũ.* Solueret con.] *dissolueret uicinitatẽ.*

Tellus.] *Italia cõuncta Siciliæ.* Elisa.] *exclusa, siue submersa: nã ut in tertio inquit. Quo mare tellurẽ subitis, aut obruit undis, aut scidit. Et Strab. ait, ui terræmotuum auulsam fuisse.* Gemino.] *profundo, Tyrrheno & Hadriatico.* Extremi col.] *ultima pars Apœnini.* Cessêre.] *in sortem uenêre, quoniã annexi sunt Peloro Siciliæ promontorio, qui denominatus est à Peloro nauis Hannibalis gubernatore illic sepulto Virg. lib. 4. de hoc loco sic ait. Venit medio ui Pontus & undis Hesperium Siculo latus abscidit, aruaq; et urbes littore diductas angusto interluit æstu.* Cæsar in ar. fu.] *qua ui & impetu Cæsar irruẽret, currans poeta, metũ ciuitatũ explicat, ut & Pompeia* A *na præsidia sint ex diuersis locis excita.* Furens.] *furẽti similis & sæuiens.* Vias.] *aditũ.* Quod nõ.] *ordo est quod nõ gaudet.* Terat.] *uastet.* Vacãtes ho.] *in quibus præsidia Pompeiana nõ erant.* Vacuos.] *sine hoste.*

Non perd. ipse it.] *non uastet agros, quacunq; itinerat.* Conserta.] *cõnexa. ut uno nondũ finito inciperet aliud.* Patentes.] *amicè apertas.* Nec tã pa. co ar. præ.] *nec tã quod trãseat per agros oppidorum permissu, mallet enim illos uastare.* Populetur.] *destruat.* Pudet.] *arebat enim omnia uiolenter potius agere.* Ciuem.] *amicũ Romanũ.* Tunc ur.] *urbes inquit breui defecturæ & Cæsarẽ sese muniebãt ut in hoste.* Ancipites.] *in certæ cui faueãt, & instabiles.* Cessuræ.] *defecturæ, destitutæ.* Primo ter.] *primo metu.* Denso ag.] *spissis moræ.* Primo metu. Densa ag. *numẽtis se præparãt & munĩt.* Abrupto.] *eminenti, erecto.* Saxorũq; orbes.] *rotũda saxa, quæ tormẽtis emittẽtes.* Super.] *desuper & loco eminentiori.* Perant eminus.] *feriãt à longè.* Tela.] *sagittas, hastas, saxa, & quicquid tõgius iaci potest.* Aptaor.] *cõponunt.* Pronitor.] *inclinatior populus: populi synechdoche.* Pugnatq; B minaci cũ ter. fid.] *nã Fidus quidem erat, sed metuebat Cæsarẽ, rixabantur ergo metus & fides.* Vt cũ mare.] *Auster Põpeio, mare populo, Aeurus Cæsari. Cõparatur, cursusq; maris fidei populorũ.* Possidet.] *perflat.* Horrisonis.] *cũ horrore sonãtibus.* Rursus.] *cõtra.* Telos.] *Strõgile in qua regnauit Aeolus, & in qua est uetorũ antrũ.* Laxata.] *aperta.* Pulsu tridentis.] *iactu sceptri, quo Aeolus uẽtos emittit, Vir. Cõuersa cuspide mõtẽ impulit in latus. Fertur aũt Eolus tridente sicut Neptunus.* Fluctibus.] *in mare.* Nouo.] *Euro.* Tenuêre.] *secuta sunt.* Nubiferoq; pol.] *quãuis Eurus pulso noto aërẽ possideat, tamẽ mare secundũ notũ se mouet, & tenorẽ pristinũ seruat.* Polus.] *aër nũc.* Vendicat.] *acquirit & retinet.* Terror.] *metus Cæsaris.* Dubiã.] *nutantẽ & ancipitẽ.* Gẽs He.] *Cæsar ab Arimino. M. Antoniũ cũ quinq; cohortib. ut misit Areliũ Libo Scribonius, qui præerat Hetruriæ in fugã se dedit.* Nudata.] *spoliata militib. & præsidio.* Ius sui.] *potestatẽ de se.* Pulso Thermo.] *Cæsar sic habet in Cõmentarijs. Interea certior factus, Tigniũ Thermũ prætorẽ cohortib. quinq; tenere, oppidũ munire, omniũq; Tigniorũ esse optimã erga se uolũtatẽ. Curionẽ cũ tribus cohortibus, quas Pisauri & Arimini habebat mittit, cuius aduẽtu cognito diffisus municipijs uolũtate: Thermus cohortes ex urbe producit et profugit, milites in itinere ab eo discedunt, ac domũ reuertũtur. Curio omniũ summa uolũtate Tigniũ recipit.* Sylla.] *Faustus Sylla, Syllæ felicis filius, audita Cæsaris fama statim fugã arripuit.* Auspicijs paternis.] *qui fugare & uincere solitus est.* Varrus.] *Accius Varrus Auximũ oppidũ cohortibus introductis tenebat, delectoq; toto Piceno circũmissis senatoribus habebat. Aduentu Cæsaris cognito, decuriones Auximj ad Acciũ Varrũ frequẽter conueniũt, docẽt sui iudicij rẽ nõ esse, neq; se, neq; reliquos municipes pati posse. C. Cæsarẽ imperatorẽ bene de rep. meritũ, tãtis rebus gestis oppido mœnibusq; prohiberi: proinde habeat rationẽ posteritatis et periculi sui. Quorũ oratione promotus, M. Varrus præsidiũ quod introduxerat, ex oppido educit, & profugit. Hũc ex primo ordine pauci Cæsaris cõsecuti milites, cõsistere coẽgerunt. cõmissoq; prælio deseritur à suis Varrus, nõnulla pars militũ discedit, reliqui ad Cæsarẽ perueniũt.* Alæ adm.] *cohortes propinquæ.* Polsarẽ perueniũt. Alæ adm.] *cohortes propinquæ. Polsorũ Auximon.] pedibus salsarũt agrũ Auximi oppidi.*

Neglecto

A Neglecto tergo non habito respectu sequentiũ Lentulus.] *Lentulus Spinter decem cohortibus tenebat Asculum oppidum in Piceno, qui Cæsaris aduentu cognito profugit, cohortesq; secũ adducere conatus à magna militũ parte deseritur. Dicimus autem Asculũ & Esculũ.* Victor.] Cæsar. Instat cedentib.] *persequitur fugientes.* Diuerritq; acies.] *abducit illius cohortes.* Dux.] *Lentulus.* Et signa.] *hoc est signiferi.* Tu quoq;.] *Scipio quoq; Põpei socer præfectus Luceriæ oppido in Venetia propè Hadriam fugam arripuit, quanquam haberet secum militet: & cohortes eius primæ legionis, quã Cæsar Põpeio restituerat, ut in bellũ Parthicũ mitteretur. Pompeius enim rogatu Cæsaris, qui maiorem Galliæ motum expectabat, duas ei legiones misit. primamq; cõfectam ex delectu prouinciæ, tanquam ex suo numero dedit, inde ex Senatusconsul. constitutũ est, ut ad bellũ Parthicũ legio una à Cn. Põpeio, altera à Cæsare mitteretur. Ita hæ ambæ à Cæsare sunt abductæ. Censeo autẽ Luceriæ legendum: tum quia ante captũ Corphiniũ nihil in Apulia metuere potuisset. & postquã Cæsar Domitiũ cœpit, constet*

B *Pompeiũ iuisse Luceriam, & inde Canusiũ & Brundusiũ petiuisse: ut Cæsar in Cõment. tradit.* Cõmisq.] *traditæ tibi, cui tu præerat.* Nudatã.] *Spoliatã præsidio.* Pubes.] *iuuentus.* Seducta.] *subtracta.* Armis.] *potẽtiæ exercitibus.* Metu Parth.] *ob bellũ Parthicũ.* Damna Gal.] *quoniã Titurius Sabinus, & L. Cotta, cum magna militũ parte fuerãt à Gallis occisi.* Suppleuit.] *reparauit & in supplementũ dedit.* Dum.] *quousq;.* Vsum rat. sang.] *usum illi patriæ legionis quæ in plagis vulnerabatur.* Socero.] Cæsari. Ad te Cor.] *L. Domitius Aenobarbi filius, successor Imperij Cæsaris, à Senatu destinatus, cũ Corphinii præesset cum 20. cohortibus, tredecimq; alias ad eum Iubilius adduxisset, quũ primũ Cæsarem uenire uidit, cohortes quinq; ad pontem fluminis excidendum præmisit, quibus repulsis à Cæsarianis, & cum aliis intra oppidum coactis, Cæsar castra ad muros posuit, dumq; munitiones ad obsidionem expugnationemq; expediret, & Domitius à Pompeio, ad quẽ scripserat, certior factus ne rem in summum discrimen adduceret, & si posset cum omnibus copijs inde faceſſeret, fugam clandestinam apparet à suis est comprehensus, & Cæsari cum oppido traditus.*

C *Eum uerò cum omnibus pecuniis rebusq; suis, quocunq; libuisset Cæsar abire cõcessit.* Corphin.] *Corphinum oppidum Pelignorũ septem millium passuũ à Sidmone distat.* Classica.] *tubas & concentum earum.* Tyro op positus.] *hi erant milites illi, quos Pompeius locauerat in foro, ne quis tumultus populi concitaretur dum agere tur causa Milonis, non quidem quod essent cõtra Milonẽ positi, sed in conspectu ipsius, inquit enim Cic. Quãquam præsidijs salutaribus & necessarijs septi sumus, tamen ne nõ timere sine aliquo timore possumus, quæ si opposita Miloni putarem, cederem tempori iudices.* Polluto.] *reo & cæde maculato.* Nubem.] *puluerem quam cohortes excitabãt.* Ardentes.] *splendentes.* Fulminis.] *id est, Aterni qui ab Adria p Marsos labitur, trãsitq; iuxta Corphiniũ ad tertiũ ferè miliariũ.* Et tu Mõtanis.] *Apostrophe ad fluuiũ, ut insurgat, pontẽq; aquarum impetu auferat.* Em totus.] *egredere cũ omnia aquarũ copia.* Alnos.] *trabes ex Alno arbore, ex quibus pons constabat.* Discussa compage.] *dissolutis iũcturis.* Hæreat hoc limite.] *firmetur & remoretur hoc termino.* Tereat occia.] *amittat tẽpus.* Cohibete.] *cohortes retinete.* Ducem precipitẽ.] *Cæsarẽ festinantẽ.* Stans.] *detentus.* Deuoluit agmẽ.] *emittit quinq; cohortes.* Ne quicquã.] *frustra, nihil enim proficerũt, quoniã Cæsar, ut primũ animaduertit, suos equites in Domitianos emisit, repulsisq; illis oppidũ obsedit.* Prior.] *ut erat in agmine.* Soluto amne.] *si pons deijceretur: nã ligatus dicitur fluuius, qui pontẽ supra se habet.* Non satis est.] *insultatio in timido hostes.* Quæsisse latebras.] *abscõdisse uos intra muros, & nõ audere in cãpo optato cõcurrere.* Obstruitis.] *clauditis, impeditis ruina põtis.* Gãges.] *Indiæ fluuius qui 19. alios suscipit. Eum Cyrus in quadringẽtos & sexaginta alueos diuidẽs, penè in riuũ attenuauit, is Alexandrũ, ne Indos magis persequeretur, prohibuit, audiuerãt enim Macedones 32. stadia latũ esse, profundũ uerò cõtum.* Submoueat.] *prohibeat.* Strabit.] *firmabit se,* Ruiturũ.] *quẽ diruere parãt.* Accepit.] *totas habenas celeriter cucurrit.* Leuis.] *sonipes equus celer, id est, equitatus ipse.* Nymbo.] *grandini & multitudinẽ militum indicat.* Vacantẽ.] *uacuum.* Statione pulsa.] *reiectis Domitianis.* Ad tutas arces.] *intra Corphiniũ.* Moturas põdera.]: *unde saxa è tormẽtis mitterẽtur.* Erigit.] Cæsar. Vinea.] *machina quæ ãbulata pedibus 8. alta 7. lõga. 15. duplici tabulato cratibusq; cõtexitur et latera ui mine muniũtur, ne intra eũ stãtes milites lædãtur. Eã lib. 4. scribit Vegetius, & noster poẽta 3. Tunc ad operta leui procedit uinea terra. Sub cuius pluteis, & tecta fronte latentes, moliri nunc ima parãt.* Subrepsit.] *paulatim puenit.* Nefas.] *ingens, quia ducẽ prodiderũt cohortes ipsæ.* Agmina.] *Domitij milites.* Reseratis por.] *facta deditione.* Ducẽ.] *Domitiũ.* Ciuis.] Cæsaris. Alta nobilitas.] *laudat eũ poẽta, ut Neroni principi, qui ab hoc duxit genus assentetur.* Alta.] *antiqua, egregia.* Minaci.] *minarũ pleno & interrito.* Poposcit fer.] *nõ depcatus est moriẽ, sed perijt.* Recta cer.] *nulla capitis inclinatione, & supplicis signo.* Pœnãq; pe.] *mortẽ à Domitio optari, & metui uita donari.* Licet nolis.] *inuitus.* Munere.] *beneficio.* Cernodi.] *fruere luce & uita.* Bona spes.] *quod eris etiã sim ignoturus.* Partib. uict.] *ad uersarijs meis uincẽdis: ut, Submersasq; obrue puppes.* Exemplõq; mei.] *signũ meæ benignitatis, atq; clemẽtiæ, cuius exemplũ in te cõspiciãt.* Retẽta ar.] *resume, & iterũ in me pugna.* Et nil hac ne.] *nolo mihi quicquã debeas pro hoc beneficio, si me uiceris.* Venia.] *promissione pœnæ sine beneficio.* Terẽtius. *Da ueniã pater.* Heu quãto.] *cõmiseratio à rei indignitate.* Vel cę.per.] *etiã occiso Domitio.* Parcere Ro.] *abstinere & nõ efficere Romanos tãto dedecore. Turpe enim erat, quod ueniã ab hoste inuiti cogerẽtur accipere.* Cui fit exr.] *pœnarũ, cui fit maxima & grauissima pœna.* Ignosci.] *quod ignoscatur, & nõ sumatur de eo suppliciũ, quod fuerat Põpeium et Senatũ secutus.* Premit ir.] *dissimulat irã Domitius, dimissus uelut cõtemptus.* Romã ne pe.] *quasi dicat eo geris in ocio uiuere,* Recessus pa.] *loca semota à bellis.* Degener.] *uilis & abiectẽ si id egeris.* Iamdudũ paulò pòst.] *Vita enim nostra incerta est, et omnino breuis, uel iamdudum morituri, id est, q paulò antè mori debueras.* Paras nõ ire.] *stimulis se cõcitat.* Lucis rũpe mo.] *noli ampliùs uita fungi beneficio Cæsaris. Contulit aũt se Domitius ad Põpeiũ, à quo Massiliã postea missus, cũ obsessam confirmasset statim discesſit. Inde in acie Pharsalica perijt.* Nescius interea.] *cum Pompeius ex Cãpania in Apuliã se contulisset, & suas uellet copias Domitianis cõiungere, eas ad cõcionem uocauit, qua illi nihilo magis excitati, uehementer se timere Cæsarem ostenderunt.*

Ducis capti.] *Domitij.* Arma parabat.] *cogebat ex ercitũ.* Vt immiſ. fit]Ro. par. *ut ſe Domitio coniungendo fortior fieret.* Iuſſurus claſsica.] *concentum tubarum & expeditionem & iter.* Ratus] *putans.* Ten tandas iras.] *irritandos animos.* Moturi.] *iter arrepturi.* O ſcelerum.] *hæc oratio in genere deliberatiuo genus demõſtratiuum habet admiſtum. Suadet enim Pompeius ab honeſto & facili fortiter eſſe pugnandum in Cæſarem parricidam, quem pluribus uituperat, inde ſeipſum laudat Primum igitur captat beneuolentiam à rebus aduerſariorum, quas dicendo ſcelerum deprimit. Tum ab auditoribus, quod ſapiẽter & fortiter fecerint, cùm arma in ultionem patriæ ſumpſerint, & ſint parati pugnare.*

Meliora.] *à rebus ſuis quod commendat auditorem conciliat.* Vere Romana.] *id eſt fortis ſeruitutis impatiens, libertatiſq; & patriæ ſtudioſa: hæc enim ſunt propria Romanorũ.* Manus.] *multitudo.* Nõ priuata..] *ut ſunt Cæſaris.* Votis depoſcite pugnas.] *alacri ſitis in hoſtes animo, & huc uſq; exordium eſt.* Ardent Heſperi.] *Narratio qua explicat factorum atrocitatem.*

Populatibus.] *populationibus & prædis.* Gallica rabies.] *inuidioſè dicit Cæſarem acerrimos in patriam hoſtes immittere.* Effunditur.] *ſpargitur, immittitur.*

Iam tetigit.] *iam imbutum eſt ſanguine bellum, ut ait Maro: Iam ceptæ fieri cædes.* Pollutos.] *crudeles, maculatos.* Dij melius.] *cauſam quæ erat honeſta factam honeſtiſsimam docet, quod ille prior laceſſerit, itaq; ab ultione, quæ honeſti pars eſt, argumentatur. Nam de maleè meritis de patria eſt ſumendum ſupplicium.* Dij melius.] *ſupplicia egerũt, quaſi dicitur. gratia eſt eis habẽda.* Inde] *à Cæſare.* Me præſide.] *me duce.* Petat ſuppli.] *alciſcantur ſceleratos.* Neq; enim.] *Antipophora, non poteſt bellum uocari, quod eſt ſine hoſte.* Vindicis.] *ulciſcentis ſe latronibus.*

Nec magis.] *ſimilitudo ſiue exemplum quod crimen auget.* Catilina.] *L. Catilina, ex Corneliorum familia, cum Lentulo Cethego, Statio & Gabinio de patria, & Cicerone Conſule opprimendo coniurauit.* Exerti.] *habentis humerum & brachium dextrum nudatũ & inerme, ſic enim ſolebat hæc familia in aciem iri. Silius de Cethego alio loquens, lib. 8. ſic ait. Ipſe humero exertus, gentili more parentum, difficile gaudebat equo.*

O rabies] *ueris cum exclamatione accuſatio, quod ductus cupiditate Cæſar contra pietatis officium faciat, nam pro ſeruanda augendaq; patria non pro euertenda laborare deberet.* Camillis.] *Camilli ſimilibus. Furius enim Camillus, urbe à Gallis capta, dum Capitoliũ obſideretur, abſens Dictator creatus, Gallos ad internecionem occidit, Romanoſq; propter incenſam patriam Veios migrare conſtituentes retinuit.* Miſcere.] *æquiparare.* Metellis.] *in Metellis tres fuêre præclari Macedonicus, Numidicus, & Pius: qui Numidici filius, cum prætor eſſet Popedium Marſorum ducem, bello ſociali oppreſsit. Conſul Herculeios fratres ſuperauit, & Sertorium ex Hiſpania expulit.* Ad Cinnas.] *Cinnæ ſimiles. Cornelius Cinna Conſul, Marium exulem ex Aphrica reuocauit, & un cumá eo geſsit ciuile bellum.*

Sternere] *locus à facili cum exemplis.* Catulo.] *ipſo authore Lepidus enim Conſul, rerum nouarum cupidus, acta Sullæ reſcindere, proſcriptoſq; reuocare conatus, concitata urbe in Hetruriã profectus eſt, & mox exercitum Vrbi admouit. At Luctatius Catulus collega eius, & Cn. Pompeius Syllani, qui Ianiculum, & Miluium pontem inſederant. Primo ſtatim impetu eum repulerunt. Ille uerò in Hetruriam, poſtea in Sardiniam abijt, ibiq; morbo & penuria periit.* Carbo] *Sylla deuicta Italia Dictator factus, Pompeium ſibi affinitate deuinctum in Perpennam & Carbonem, qui Siciliam occupauerant, miſit, is Perpenna fugato Siciliam recepit, Carbonemq; damnauit, & ſecuri percuti iuſsit.*

Sertorius.] *Hic à Sylla proſcriptus omnem Hiſpaniam, & Mithridatem contra Romanos ſollicitauit, eoq; Duce Luſitaniã, & Celtiberia bella agitabat. Metellus & Cn. Pompeius aduerſus eum miſi, anceps bello multis cum cladibus, diu pugnando, non prius bellum conficere potuerunt, quám Sertorius ſuorum ſcelere & infidijs eſt extinctus Inde ductu deditoq; Perpenna Hiſpaniam in Romanam fidem receperunt.* Iberos.] *Hiſpanos ab Ibero fluuio dictos.* Si qua fides] *ſi quid mihi credendum, & uitur argumento, à facili & à maiori ad minus per contemptum.* Inuideo.] *odio habeo & doleo.* Iungere.] *comparare, & annumerare.* Manus.] *arma, ipſi enim fuerat demandatum bellum.*

Furenti.] *Furioſo & impio in patriam.* Parthorũ.] *inuidioſè ipſum Sparthaco comparat, & dignum Craſſo ultore dicit.* Scythicis Parthicis.] *Parthi enim è Scythia uenientes, Aſſyriam occupauêre, eamq; Parthiã appellarunt.* Spartacus]*hic eſt de ſtipendiario Thrace mules, de milite deſertor. inde latro, poſtea gladiator euaſit. Effractoq; ergaſtulo* Lentuli Capuæ *cum 30 eiuſdẽ fortunæ uiris, ſeruos ad uexilla uocauit, factoq; exercitu Cerueſium montem in Campania occupauit, ubi cum à Clodio Glabro obſideretur, eius caſtra diripuit, & Campaniam populatus, raptis Prætorum faſcibus appellatus eſt Imperator. Inde Lentuli exercitum in Apennino diſsipauit: apud Mutinam Caſsij caſtra deleuit. Tandem cum de urbe inuadenda deliberaret à Licinio Craſſo pulſus fugatuſq; cum Brutium, Angulum occupaſſet, nec in Siciliam præ nauium penuria traijcere potuiſſet, cùm ſuis omnibus fortiſsimè dimicans, quaſi Imperator occiſus eſt.* Simili cauſa.] *Latrocinio.* Te quoq;] *à uiribus, & à conſtantia ſe commendat.* Feruidus ſanguis.] *in ſanguine calenti ſunt cuires, ſi fixerit debiles reddimur & puſillanimes & tardi. Virgil. Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis.*

Qui pacem potuere pati.] *qui ſciunt in pace uiuere.* Solutum.] *diſſolutum uiribus.* Defectum.] *debilitatum & in quo defecerunt uires.* Ne nos.] *commendãdo ſe à rei militaris peritia & clam Cæſarem carpit.* Senior.] *qui peritior eſt & grauior.* Miles.] *quaſi dicitur iuuenis, & imperitus rei militaris, & præcepta ad omnia.* Quo potuit.] *locus eſt à modeſtia. Quo ad quaſcunque dignitates.* Niſi regna.] *niſi patriæ occupationem & tyrannidem.* Non priua.] *non uultu ciuis eſſe, ſed tyrannus, qui uult me ſupe rare.* Hinc Cõſul.] *ab authoritate, & tuto, & facili cũ irriſione argumentatur.* Vterq;] *Lentulus & Marcellus.* Hinc.] *à partibus noſtris.* Statura.] *non ſtatura.* Ducum.] *Senatorum & procerum.*

Non trahis omnia, non cœco curſu] *non es adeò temeraria & cœca: Nam ut Cicero in Lælio ait: Nõ enim ſolum ipſa fortuna cœca eſt, ſed eos etiam plerunq; efficit cœcos, quos complexa eſt.* Teq; nihil pudet.] *ut certè pudet, nam nunquam hoc efficies.*

Multis

A Multis ne.] *gesta eius à mora extenuat & ꝯemnit præ fuit.* Multis *inuidiosè dixit, duo enim fuêre.* Rebellis.] *quam pacare non potuit, & quin rebellaret efficere.* Aetas.] *decennium* Dant animos.] *addunt audaciam Cæsari.* Rheni gelidis.] *Insimulata est cum ironia, Cæsar post oppugnatos Germanos, & non amplius decem & octo dies trans Rhenum consumptos satis, & ad laudem, & utilitatem feciſſe arbitratus se in Galliam recepit, & pontem quẽ fecerat reſcindit & ideo Pompeius eũ fugiſſe dicit, & æſtuaria maris Gallici appellaſſe Oceanum.* Stagna.] *æſtuaria.* Incerti profundi.] *dubij maris.* Britannis.] *Britannia inſula est in Oceano adeò à terra remota, ut alius quidem orbis exiſtimetur. Ad eam Cæsar audita ipſius fama, ex Gallia traiecit exercitum, & poſt eam iterum atq; iterum uictam illicò imperatis obſidibus in Galliam se recepit.* Quęſitis.] *quia non planè norant nautæ, ubi iaceret Britãnia, uel ideo quia cum iterum in Britanniam ad ſolis Occaſum, Cæsar naues ſoluiſſet, læui Aphrico proiectus media circiter nocte, uento intermiſſo, curſum non tenuit, & longius delatus æſtu orta luce, ſub ſiniſtra Britanniã rectam conſpexit. Tum rurſus æſtus commutationem ſecutus remis contẽdit.* An nanę.] *cauillatio est, an ideo ſuperbis. quod ciues profugerunt, terras, inquit, nam me ſecuti ſunt,* Furoris.] *belli.* Vrbem.] *Metonymia.* Armatam.] *ęmphaſim habet ad terrorem.* Heu demens.] *diſſolutio falſæ opinionis.* Qui cum ſigna tuli.] *à præclarorum geſtorum celeritate ſe commẽdat, ſuaſq; laudes & gęſta perſtringit.* Fulgentia.] *gloriosa.* Toto ponto.] *alludit ad Gallicas, qui cũ maria undiq; inuaſiſſent, prouidentia diligentiaq; Pompeij, intra quadrageſimum diem certamine uix parato in deditionem cum plauſu uenerunt. Hos deinde Pompeius locis maritimis remouit, fecitq; mediterraneæ regionis colonos.* Ante bis.] *Antequam Luna bis uerteretur, & curſum perficeret.* Pelagi.] *tranquilla maris.* Pyrata.] *prædo marinus, cylix.* In anguſta ſede.] *præſertim ad urbem Soliorum, quæ est in Cilicia, & Pompeiopolis est appellata, ut Plutarchus & Plinius tradunt.*

Profugum per diuortia.] *fugientẽ per ſemitas trãſuerſas & diuerticula. Virg. in 9. Obijciunt equites ſeſe ad diuortia nota.* Regem.] *Mythridatem de quo triumphauit Sylla, & poſtea Lucullus. Ipſe uerò à Pompeio attritus, cum in ſe ſeditionem uenisſet cum Pharnace filio mortem ſibi conſciuit.* Fata.] *fœlicitatem & uictorias.* Fœlicior] *ideò ſe fœliciorẽ appellat quia bellum confecit.* Vacat mihi.] *uacua est gloria mea.* Sub quocunq; ſole.] *Sub quacunq; regione, qua Sol aſpicit.* Trophæis.] *uictorijs.* Arctos.] *Septẽtrio.* Phafidos.] *Phaſis Colchorũ fluuius, ultra oſtia Tanais in Ponтum effluit.* Medius axis.] *Meridies.* Calida,.] *Est enim ſub Cancro iuxta torridam zonam.* Syene.] *Macrobius hunc locum aperiens, inquit. Ciuitas Syene, quæ prouincia Thebaidos poſt ſuperiorum montiũ deſerta principium est, ſub ipſo æſtiuo Tropico conſtituta est, & eo die qua Sol certam partem ingreditur Cancri horæ diei ſextæ, quoniam Sol nunc ſuper ipſum inuenitur, uerticem ciuitatis nulla illic poteſt in terris de quolibet corpore umbra iactari. Sed nec ſtilus hemiſpherij monſtrantis horas, quem gnomona uocant: tunc de ſe poteſt umbram creare, & hoc est. quod Lucanus dicere uoluit, nec tamen plenè ut habetur abſoluit, dicendo enim atque umbras nunquam flectente Syene, rem quidem attigit, ſed turbauit. uerum non enim nunquam flectit, ſed uno tempore. Sic ille qui iniuſtè Lucanum arguit, qui inquit, nuſquam, hoc est, nec ante, nec poſt, nec ad dextram, neq; ad ſiniſtram, nonnunquam ut ille legit.* Bethim.] *fluuium qui ex Terraconenſi dimiſſus mediam Hiſpaniam perfluit: nox mari propinquus lacum efficit magnum, ex quo duobus alueis longè priorè maioribus exiens, labitur in Oceanum.*

Fert.] *cum impetu ingreditur.* Tethym fugacem.] *Oceanum uelocem, & qui fluit & refluit.* Poſt omnia.] *Eſt enim ultimus omnium.* Arabs.] *Arabes populi in Aſia inter Iudæam & Aegyptum.* Eniochi.] *gens fera iuxta Pontum à Lacedæmonijs oriundi.* Colchini.] *Iactabundi more nunc Colchos, mox Elices repetit. Colchos regio in Aſia iuxta Pontum, apud quam erat uellus aureum, quod Iaſoni cum Argonautis eripuit.*

Cappadoces.] *Cappadocia regio est in Aſia minori Armeniæ contermina, ſed diuiſa est Euphrate.* Iudęa.] *Regio Palæſtinæ est. Plinius ſupra Idumeam inquit. & Samariam. Iudæa longè lateq; fenditur.* Incerti Dei.] *ignoti & nomen non habentis, & de quo uidetur poſſe dubitari. Sic & Iuuenal.* Nil præter nubes & cœli numen adorant. *Quanquam re uera optimè de Deo uetuſtiſsimi ſenſêre Iudæi.* Sophene.] *Oppidum in Armenia iuxta Maſium montem est à parte Septentrionali.* Molles.] *uel ob cœli clementiam, uel quia Aſiatici omnes molles laſciui q; ſunt.* Armenios.] *Armenia duplex in Aſia est, inter Taurum & Caucaſum, altera maior, altera uerò minor & inferior dicitur.*

Cilices.] *Cilicia regio iuxta Taurum, & Syriæ proxima, dicta à Cilice Agenoris filio. Cilices duplices eſſe Strabo docet libro duodecimo.* Tauros.] *populos Tauri montis, qui ab Indico mari ſurgit, deinde in Aegyptum & Pamphilicum pelagus obiectus, Septentrioni dextro latere, læuo Mediterraneæ plagæ occurrit, denique ſe Ryphæis iugis annectit, ſed pro gentium uarietate diuerſa nomina accipit apud Indos Hiamos, apud Parthos Præniphates dicitur, inde Taurus. At ubi in excellentiſsimam ſublimitatem conſurgit Caucaſus.*

Quod bellum reliqui.] *ac ſi dicat, nullum unde poſſit gloriam reportare, nam hoc quod gerit, est latrocinium ſummi dedecoris.* Verba ducis facto dicendi fine.] *cum non clamarent præ Cæsaris formidine milites: Pompeius à conſtituto itinere, ſigna reuocauit, & Brunduſium contulit.*

Claſsica matura.] *feſtinum concentum tubarum, quo iter denunciaretur, ſupra enim dixit, iamq; ſecuturo iuſſurus claſsica Phœbo.*

Senſit & ipſe.] *aduertit ſe quoque timere.* Diſcrimina.] *pericula.* Signa.] *Aquilas.* Agmen.] *exercitum ſuum.* Pulſus.] *uictus & electus à fortiori ex armentis.* Explorat.] *tentat & experitur.* Aduerſis.] *occurrentibus.* In paſtus.] *in paſcua.* Recepta ceruice.] *reſumptis uiribus ceruicis.* Tori.] *pulpæ muſculi & denſitas quædam carnis in collo & cruribus, & etiam in brachijs hominum, in quâ quidem eſſe dicuntur uires.* Virgil.

Luxuriatq; toris animoſum pectus.

Saltus.] *paſcua.* Agmina reddita.] *armenta quæ recepit.*

cepit: nam uictore sequũtur. Apula.] *Apulia regio Italiæ, Adriatico mari, proxima inter Dauniã et Calabriam.*

Brundusij.] *Brundusium Mesapiorum lingua Strabo docet, sonat Cerui caput. Est autem Calabriæ oppidum.* Vrbs est.] *Brundusium Cretenses, qui ê Gnoso cum Theseo discesserunt habitasse, memoriæ proditum est, postea alios e Sicilia cum Iapige digressos: nam utroque modo fama est, cum unà permanere nollent in Bœotia discessisse.* Idem est author.

Dictæis.] *Cretensibus. Dictæa enim in Creta mons est, qui Dictæus dicitur. Strabo tradit.* Cecropię,] *Athenienses. Theseus enim Athenas in Cretam ad Minotaurum, sorte delectus, uel sponte se contulit. Nota est fabula apud Plutarchum & Diodorum. Eam in principio Aeneidos Virgil. strinxit.* Mẽtitis uictum Thesea.] *iusserat Aegeus discedenti filio, ut si uinceret Minotaurum, uela quæ nigra erant, mutaret in alba, sin minus, in nigra referrentur. Sed illis oblitis mutare: cum Aegæus nigra uela redeuntium conspexisset, se præcipitauit in mare, quod postea Aegeum est appellatum.*

Mentitis.] *falsum de Theseo indicantibus.* Hanc linguam.] *terram tenuem exporrectam in linguæ formam.* Cogentis in arcum.] *conspringentis se inflexum, in cuius uno extremo. Calabria in medio Tarentus: in altero magna Græcia & Brutij sunt, nec nos latet portum, quem poëta describit, Virgil. in 1. Aeneid. effinxisse his uersibus: Est in successu longo locus insula portum. Efficit, &c. quanquã & Hispaniæ Charthaginis portus huic similis est.*

Claudit.] *complectitur.* Cornibus.] *rupibus exporrectis in formam cornuum ceruinorum, quibus similimæ sunt, & urbs ipsa caput imitatur.* Nec tamen.] *flexus hic mõtium portum non faciebat, nisi esset opposita insula.* Coros.] *Ventos ab Occasu solstitiali flantes.* Refunderet undas.] *remitteret fluctus, quibus feritur.* Lorãs] *discurrentes.* Flatus.] *Ventos.* Contentæ funę.] *quæ non indigerent anchoræ & tutæ essent.* Late patet.] *aperta est in omnem partem nauigatio.* Corcyra.] *qui insula est in Ionio, Phæacum patria Alcynoi regnum, olim Scherea dicta.* Illyris.] *Europæ regio, quæ terminatur Italia, Germania, Macedonia, Thracia, Epyro, & mari Hadriatico.* Epidamnos.] *oppidum in Epyro, quod propter inauspicatum nomen, ut Plinius inquit, Romani Dyrrhachium appellauêre.* Quum totas Hadrias ires.] *Quando in Hadriaco tempestas exoritur.*

Huc.] *in portũ Brundusij.* Ceraunia.] *montes Epyri à crebris fulminibus dicti. κεραυνὸς enim fulmen interpretatur.* Abiêre in nubes.] *pleni sunt nubibus & non uidentur.* Sason.] *insula contra Calabriam, quæ, ut Strabo ait, ipsius interualli, quod inter Epyrum & Brundusium interiacet, media sita est, propterea qui rectum nauigando tenere cursum nequeunt: à Sasone ad Hydruntem leuorsum iter faciunt.* Reliquis relictis.] *Italiæ.* Nec licet.] *Non enim habebat classem paratam, & Cæsar facilè poterat Hispaniam occupare.* Conuertere Martem.] *Metonymia.*

Iberos.] *Hispanos qui longo spatio distabant Alpibus interiectis.* Tum sobole ex tanta.] *ex nobilibus præstantibus filijs Cn. Pompeium maiorem natu est alloquutus, ut undiq; conuocaret auxilia.* Recessus] *remota loca.* Euphraten.] *accolas eius. Euphrates in Armenia, iuxta fontem Tygridis oritur, Babylonemq; in duas diuidens partes Mesapotamiã irrigat more Nili, & inde Euphrates nuncupatur, quoniam Euphrata fertilitas accolarum lingua dicitur, affluit autem in mare rubrum.* Cylicas.] *pyratas.* Quas est uulgata per urbes.] *Omnes populos ad quos peruenit nomen Romanum postquam ego fui Imperator.* Pharios.] *Aegyptios. Pharus insula est in Nilo coniuncta Alexandriæ ponte, in qua turris altissima, unde nocturnum ignem nautæ prospicere soliti, & pericula uitant: & in portus se dirigunt.* Tygranemq;] *regem maioris Armeniæ, de quo sic Valerius, ubi de humanitate atq; Clementia regem Armeniæ Tygranem, qui & per se magna cum populo Romano bella gesserat, & infestissimũ urbi nostræ Mythridatem Põto pulsum uiribus suis protexerat in conspectu suo diutius iacere, supplicem possus non est, sed benignis uerbis recreatum. Diadema quod abiecerat, capiti reponere iussit, certisq; rebus imperatis in pristinum Fortunæ habitum restituit æquè pulchrum esse iudicans, & reges uincere & facere.*

Meum.] *de quo sum benemeritus.* Pharnacis.] *Pharnax Mythridatis filius, cùm à patre bello Mythridatico defecisset mortis illi causam præbuit.* Vtraque.] *Maiori & minori.* Ponti.] *Maris Euxini, quod à Meotide palude incipit, terminatur q; Hellesponto: supra ipsum autem multæ & diuersæ habitant nationes.* Ripheas manus.] *Multitudines incolarum Riphæorum montium. Sunt autem Riphei in Scythia à perpetuo uentorum flatu denominati: nam ῥιφάσσω. idem est, quod Fl. hæc regio assiduis obsessa niuibus uices temporum non nouit, sed est in nubem æternæ caliginis mersa, ut Solinus ait. Riphæi in Arcadia sunt quibus ad differentiam subtrahitur aspiratio.*

Palus Meotica.] *Meotis palus in Scythia, non profunda. nam non est altior, * * * pedibus, habet in habitu septingenta milia passuum. Eam Tanais Riphæis montibus fluens ingreditur, & exit in Pontum: adeoq; duratus gelu, ut uehicula super eam accolæ ducant.*

Triumphi.] *Populi de quibus triumphauimus, militent nobiscum.* Per ortus.] *per Orientem.* Etuos qui Latio.] *Consules adhortatur, ut in Epirum se conferant ad Græcos & Macedones solicitandos.*

In Epyrum.] *Epyrus in Europa regio, olim dicta Molossia. Sunt tamen qui Chaoniam & Holossiam Epyri partem esse dicant.* Signatis Fastos.] *id est, quorum nomina in Fastis notantur. Tempora enim & anni à Consulum nominibus signabantur. Fasti sunt libri qui totius anni continent descriptionem.*

Boreas.] *Ventus Septentrionalis sonorus.*

Macedonum.] *Macedonia à Macedone Osyridis filio dicta est, ut docet Diodorus: Eam ab Oriente Thracius limes præcingit. Meridiana Thessali & Epirotæ tenent, ab Occidente Dardani sunt & Illyrici, à Septentrione Pæonia & Paphlagonia.*

Dat tempus paci.] *Non est certandi commoditas.*

Gerunt iussa.] *obtemperãt.* At nunquam.] *Cæsar his quæ hactenus egerat non contentus, à Corphinio se Brundusium contulit, Pompeiumq; illic frustra obsessum capere statuit.*

Ne quid fatis mutare liceret.] *ne quid aduersi accideret, & hostes firmiora sibi auxilia compararent.*

Assequitur.] ualde sequitur.

Præmit.

A Premit uestigia,] urget Pompeiũ. Maxima merces.] nam qui Roma potitur, uidetur totius mundi imperiũ obtinere. Oppressæ.] occupatæ. Præceps.] subitus, expeditus & diligens. Quum quid superesset.] finem erum rerũ prospiciebat & exoptabat. Instat atrox] cum atrocitate perseuerat. Communem.] communiter possessam. Rursus,] nam paulò antè Consules liberè & securè Dirrhachium nauigauerant. Aperto.] Libero hostibus. Sed molibus undas.] Brundusium Cæsar ueniens, cùm accepisset Consules magna cum exercitus parte se Dyrrhachium contulisse, Pompeiũq; Brundusij cum decem cohortibus remansisse, ueritus ne Italiam dimittendam Pompeius non existimaret: exitus, administrationesq; Brundusij portu impedire instituit, quorum operum, ut scribit Cæsar, hæc erat ratio. Qua fauces erant angustissimæ portus molem atque aggerem ab utraq; parte littoris faciebat, quod his locis erat uadosum. Longius progressus, cum aggere altiori aqua contineri, non posset rates duplices quoque uersis pedibus triginta, è regione molis collocabat. Has quaternis B anchoris ex quatuor, angulis distinebat, ne fluctibus moueruntur. Iis perfectis collocatisq; alia deinceps pari nauigatione rates iungebat: has terra atque aggere contegebat, ne aditus atque incursus ad defendendum impediretur, à fronte atque ab utroq; latere, ac pluteis, protegebat in quaque earum turres binorum tabulorum excitabat, quo commodius ab impetu nauium incendijsq; defenderet. Molibus.] ingentibus saxis & aggere. Obstruit.] claudere conatur. Dereiectis.] excisis ex insula & rupibus portus. Cedit in immensum cassus labor.] Hypallage labor immensus cadit in cassum. Vorax.] irreplebilis. Arenis.] arenosæ profunditati. Vt maris Aegei] non aliter, inquit, quàm si Erix mons Aegeum præcipitetur, aut Gaurus in Auernum, & non appareant. Aegei.] Aegeum mare, uel ab Aegeo patre Thesei, qui seipsum præcipitauit, uel à scopulo capræ simili denominatum, αἴξ enim capra est. Erix.] mons in Sicilia, in quo templum est Veneris Erycinæ, & sepulchrum Erycis filij, quem Hercules cum eo certans, cestibus interemit. Gaurus.] C mons in Campania, Massico & Surrento propinquus.

Auerni.] qui lacus est in sinu Baiano dictus quasi ἄορνος, id est, sine auib. Penitus stagnan.] profundissimi. Ergo ubi.] cum saxorum aggeribus nihil proficeret Cæsar, ratibus exitus occupare constituit. Tenuit sua pondera.] firmauit se. Vado.] non profundo nimis, sed præcipiti. Innectere uincula.] rates ex arboribus & trabibus facere. Tales fama canit] sic & Xerxem, inquit, fecisse ferunt, quum ex Asia in Europam contra Græcos traduxit exercitum. Xerxem.] Xerxes, Darij regis Persarum ex Athossa filia Cyri genitus, patri successit in regno, bellumq; Græciæ inferẽs in mare Hellespontiaco, ab Abydo urbe Asiæ, utque in Sexton urbem Europæ, pontem connexit, & pedibus traiecit exercitum. Incessit.] ambulauit. Hellesponti rapidi.] id in mare strictum, uelut Hellespontus appellatur, quod à Tenedo in Propontidem usque uergit, sic dictus ab Helle Sorore Phrix, illic submersa, fertur autem esse stadiorum septem. Non Eurum Zephyrumq; non metuens uentorum tempestatem.

Quum uela ratesq; in medium differret athon.] cum montem Athon, magna ex parte nauigabilem fecisset. Athos seu Athon mons est inter Macedoniam & Thraciam altitudinis admirandæ à classibus Xerxis nauigatus, nam mille & quingentis passibus abscissus est, pons sub Strimone fluuio relictus adeò subcauus & flumen cursum super pontem conficeret, & sub ponte mare inundaret. Ora profundi.] hostia & exitus portus Brundusij. Arctantur casu nemorum.] stringuntur trabibus. Surgit.] augetur. Tellure noua.] erant enim trabes terra constratæ. Compressa.] occupata & colligata. Vt referet Pelagus.] ut aperiat mare, & obijces soluat, nam contra mũnitiones Cæsaris hæc Pompeius, naues magnas onerarias, quas in portu Brundusino deprehenderat, adornabat, ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, easq; tormentis & omni genere telorum completas ad opera Cæsaris appellabat, ut rates perrumperet, atque opera disturbaret, sic quotidie utrinque eminus fundis sagittis reliquisq; telis pugnabant, atquæ hæc ita Cæsar administrabat, ut conditiones pacis dimittendas, non existimaret.

Spargat bellum.] dissipet bellicas machinas. Plenæ noto.] plenis uento uelis. Tensis rudentibus.] exotensis funibus, ut maiori cum impetu iret. Rates.] naues onerariæ, quanquam propriè sunt trabes simul connexæ. Actæ.] impulsæ. Per claustra maris.] per mare clusum, id est, portum ipsum. Discussere solo.] remouerunt è suo firmamento. Est enim solum quicquid aliquid sustinet, ut terra, aqua, cœlum. hinc illud. Astra tenent cœleste solum. fastigia molis.] summitates aggeris & turrium. Carinis.] Pompeij exiturit. Ballista.] tormenti genus quo hastæ maiores emittuntur dictum à βάλλω quod est iacio, quandoq; pro instrumento quassante muros saxo accipitur. Ouid. Quam graue balistæ mœnia pulset onus. & in hanc significationem. Victu.] accipit. Torta lacertis.] non emissa, sed intenta & curuata Iaculata fasces.] fustes ardentes & scissas. Vt tempora tandem.] interea nouem nauibus, & Consulibus Dyrrhachio remissis Pompeij, discessum parauit obstriclit tamen prius portis & uicis, plateisq; ciuitatis, faclisq; fossis in uijs, in quibus stipites acutos præfixerat, & ex cratibus, & terra æquauerat, quò facilius Cæsar impetum remoraretur. Idem cum silentio iussit milites naues conscendere. Furtiuæ.] clandestinæ. Exagitet.] repercutiat & audiatur. Neu buccina diuidat horas.] ne uigilum permutationes signo buccinæ fiereno, ut moris est, nam è ternis in ternas horas alij euocantur. Buccina.] litus. Neu tuba.] neu signum profectionis tuba daretur. Iam cœperat ultima uirgo.] Duplicis descriptio temporis. Nam & tempus ante auroram designant, & æquinoctium autumnale, quod est circiter octauũ Calendas Octobris, tunc enim Sol est in Libra, quàm Virgo præcedit. Vltima uir.] ultima pars Virginis. Chelas.] brachia Scorpij, quæ Libram efficiunt. Laturas Phœbum.] in quibus erat Sol oriturus. Non mouit uoces.] solent enim nautæ in anchorarum euulsione clamare.

Dum iuga cumulantur mali.] dum antẽnæ, id est, trãsuersa in malo ligna inclinantur ad uela aptanda. Pinus.] malus ex Pinu. Pauidi.] ne Cæsarẽ audirent. Pendentes.] ascendentes & descendentes per funes. Deducunt Carbasa stricta.] explicant inuoluta uela. Ne arua sibilet.] ne sonitus fiat. Dux.] Pompeius.

Hoc

Hoc.] *hanc rem.* Vix fa.] *sinũt, uix licet fugere, quippe accipiẽtes somitũ Cæsariani, et à Brũdusianis per tecta admoniti, statim in oppidum irruere, & ne in fossas inciderent, moniti longo itinere, circunducti ad portum, peruenirent duasq; naues cum militibus, quæ ad Cæsarẽ moles adhæserant, scaphis linitribusq; deprehendunt deprehensasq; excipiunt.* Rostris.] *frontibus nauium.*

Sulcis.] *fossis quas naues faciunt.* Quas omnes soluerat.] *Brũdusini enim Pompeiũ militum iniurijs, & ipsius Pompeij contumelijs permoti Cæsaris rebus fauentibus in oppidũ milites admisere.* Fato fortuna.] *nam ut cœpit ei superior Cæsar à Pompeio defecere.* Cornua.] *flexum.* Ora.] *hostia exitus.* Pelagus.] *apertũ mare, per quod fugiebat Pompeius.* Exigua est.] *minima uidetur cum magna, nam semper fugare & uincere, alios solitus fuerat.* Augustus] *limes strictus egrediẽdi terminus.* Euboica unda.] *Euripo. Est aũt Euripus mare exiguum inter Boetiam seu Phocidem Boetiæ partem, & Eubœam insulam, quòd septies in die influit & refluit: Seneca in Hercule Oetheo Euripus, undas flectit instabilis uagas, septemq; cursus fert, & totidem refert.*

„ *Dum lapsum Titan mergat Oceano iubar. Eubœa uerò insula est Atticæ adiacens, exiguo freto à Bœotica separata.* Chalcis.] *Oppidum in Eubœa, olim Oethalia dictũ.* Manus uncos ferreos.] *Cæsar in Commentarijs, ubi de Massiliæ oppugnatione, atq; iniecta manu ferrea retenta utraq; naue.* Classi.] *contra naues, ut eas caperẽt.* Tractoq; ad littora bello] *perductа ad terrã utraq; naui.* Nereus.] *Mare fuit is Oceni, & Tethios filius.* Summis.] *altissimis.* Vt Pagasea ratis.] *sic euasit, inquit, ut Argo cum præterijt inter Cyaneas, quæ in puppe læsa reliqua parte salua fuit.* Pagasea Thessalica.] *Pagasa enim oppidum est Thessaliæ, in quo regnabat Pelias Æsonis frater, & Iasonis patruus.* Ouid.

Iamq; fretum Myniæ Pagasea puppe secabant. Phasidos undas.] *Id est, Colchon ad Phasidem fluuium pro aureo uellere.* Tellus.] *terra irata nouis nautis, cautes immisit, ut nauium transituram collideret.* Cyaneas.]

„ *Cyaneæ duæ sunt insulæ uicinæ & paruæ in Ponto, contra Thracium Bosphorũ, quæ quia olim concurrere creditæ, dictæ sunt Symplegades, id est, concurrẽtes.* Consules ipsas saxosas. Argo.] *nauis Iasonis, sic ab artifice appellata, habet gemiuũ Argus.* Minor puppe.] *diminuta ultima parte.* Subducta montibus.] *Liberata à concussu montium.* Vana Symplegas.] *Cyanea instabilis, uel nihil nocens concurrẽdo.* Repercussit porum.] *collisit mare non nauim.* Inanem.] *restantem.* Statura.] *permansura, non enim se mouit amplius.* Iam Phœbum,] *iam oriẽtis color mutatus solem aduentare indicabat.* Non idem.] *clarior & diuersis ab nocturno.* Nondum ruber.] *primum enim albescit, cùm rubet aurora,* Eripit flamas.] *obscurat splendorem.* Propioribus.] *quò enim uicinora sunt soli, eò citius desinunt apparere.* Pleias.] *Synecdoche, id est, Pleiades, qui fuêre septem Atlantis filiæ, Sterope, Alcione, Celeno, Maia, Electa, Taygetæ, Merope, ut in quarto Fastorum scribit Ouid.* *Hebet est debili nocture.*

Plaustra Bootę.] *currus Arctophylacis, id est, custodis ursæ. Cicero, Arctophylax uulgo qui dicitur esse Bootes.* Fessi.] *quia aratoris more, cum labore iam girum peregit, mane enim in Orientem conuersus est. Liro superiore, dixit Parrhasis obliquos Helyce sum uertere* B *ret axes.* Languentia.] *nimis conspicua.* Redeunt.] *redire incipiunt.* Puri.] *clari. Serem.* Maiores.] *ut Planetarum & signorum lucidiores.* Lucifer.] *stella Veneris, quæ ultima euanescit.* Pelagus.] *quærela est, quæ habet uarios effectus, à fortuna à qualitate rei, à Persone, à loco.* Non ferens ea fata.] *non ea cum subiciade te nauigans,* Prędonem.] *Cylicas.* Lassata.] *defatigata & fastidiens.* Destituit.] *deseruit illa fata uelte.* Coniuge.] *Cornelia.* Natis] *Cneo & Sexto.*

Penates.] *familiam.* Ingens.] *magnæ authoritatis ob comites.* Populis comitantibus.] *Exercitu & oratoribus populorum.* Quęritur.] *Reddit rationẽ curfata Pompeium exulare uoluerint non quidem odio sed ne Italia tanti uiri sanguine inficeretur.* Ruinę indignæ.] *morti indecenti.* Sed longinqua.] *remotus locus.* Patria.] *Italo.* Phariæ,] *Aegyptiacæ, à Pharo insula.* Parcitur Hesperię.] *seruatur immunis Italia.*

Nefas.] *cædem tuam.* Sui.] *quem tantopere amauit & coluit, à quo est uictorijs ædificijs spectaculis & triumphis ornata.* C

FINIS LIBRI SECVNDI.

IOANNIS

IOANNIS SVLPITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI POETAE PHARSAL. LIB. III. commendationes.

Ropulit.] *poëta in fictionibus rarus, concinnus tamẽ & modestus Pŏpeiũ nauigãtem, ubi Italiam præ distantia amplius uidere non potuit, per quietem uidisse Iuliã. Quæru lam fingit, quæ admonens ipsum affinitatis futuram popu lorum cædem, & ipsum in bello ciuili Corneliæ coniugit fato feriturũ denunciat.* Vt Auster incũbens.] *post quã meridianus uentus superueniens.* Cedentibus.] *impulsu procedentibus.* Propulit.] *procul pepulit.*

Profundum.] *mare.* Ionios fluctus.] *Ionium* B *mareà Sicilia incipit, & in Ionium usq; protenditur, partes habet Hadriacum, Achaicum & Epyroticum.* Fe lix.] *remouit & declinauit.* Patrios.] Italos. Nunquam reditura ad uisus.] *poëtæ præsagio est.* Cacumen.] *montium summitates quæ nubibus solent obduci.* Vanescere.] *non amplius uideri, & tanquam uanos fieri.* Languida.] *debilia & fessa uigilijs & curis superioribus.* Horroris.] *terroris. Per terras hiantes, uidebatur enim sese aperire terra & inde egredi Iulia apposuio est.* Furialis.] *irata & furiæ similitudinem.* Accenso.] *uidebatur enim ardere, aut affixit facibus colluere.* Elysis.] *Elysij loca sunt animorum beatorũ, & nil aliud interpretatur quàm horti, sunt autem in insulis fortunatis, siue ut alij uolunt in ima terra.* Ad stygias tenebras.] *ad tartara, ubi cruciantur scelesti.* Stix.] *palus: inferni est & eiusdem in Arcadia nominis, quæ epota illicò necat.* Eumenides.] *furias quæ sic à contrario appellantur, quòd benivolæ non sint.* Lampades.] *faces quibus uos in bello ciuili uexarent.* Innumeras puppes.] *per has indicat innumeros morituros, quoniam una cymba ad eorum animas uno tempo* C *re exportandas non satis est.* Portitor.] Charon *qui uehit animas.* Portitor.] *is dicitur, qui exigit uelaturã in flumine & uectigal in portu, et qui portat. Vt languet hyperboreæ glatialis portitor ursæ, et abusiuè etiã qui portatur ut Seruio placet.* Laxãtur.] *dilatãtur ut sint capacia. uel lassantur, fatigãtur, oës enim manes ad puniẽdas animas sese præparant, & per hoc accipimus omnes qui bella ciuilia gerent, in tartara cruciandos.* In multas pœnas.] *in multorum supplicia.* Acheron.] *fluuius in inferno, qui sine gaudio interpretatur, hunc aliqui igneũ, aliqui ex igneo Phlegetonte oriri uolunt. Est hoc nomine alter in Epyro, est & ad Elidem tertius, qui Penæũ ingreditur.* Sorores.] Tres Parcæ Clotho, Lachesis, Atropos, *quæ fila amputãdo hominibus uitam eripiunt, quanquam ut ille inquit, Clotho colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat.* Lassant.] *defatigant.* Coniuge me.] *Cornelia in odium eius adducit, diuersum utriusq; fatum commemorans.* Toris.] *cum uxore. Nam duxisti Corneliam, quæ est fuit maritis perniciosa, fuerat autem P. Crassi filij uxor, qui cum patre & toto exercitu bello Parthico cecidit apud Carras.* Pellex.] *pellex ut Flaccus ait, ea est quæ cum eo cui uxor est corpus miscet, dicitúrq; pellex non uiri. Massurius eam dicit, quæ pro uxore est cum non sit: & sic hoc loco accipitur, respectu enim amoris & pietatis suæ in Magnum Iulia Corneliam pellicem dicit, quòd mariti amorẽ ab ipsa ad se euertit.* Busto.] *tepido, me mortua recenter & adhuc, tepido loco in quo sum combusta, improbatq; Pomp. festinantiam ad nuptias nouas, non seruato luctus legitimo tempore mensiũ decem.* Hæreat.] *licet tecum assiduè sit, tamen non poteris mei noctu te uexantis cura dormire.* Et nullum uestro.] *& non sit uobis spacium incumbendi quieto amori.* Cum Cæs.] *die ego noctu te uexem.* Obliuia ripæ lethæ.] *animæ iam purgatæ Lethæum fluuium potare dicuntur, ut præterita obliuiscantur. Virgi.* Letheos latices & longa obliuia potant. *Est autẽ Lethe in inferno fluuius, est et eiusdẽ nominis in Aphrica apud extrema Syrtium.* Per meas umbras.] *quantum est in umbris & anima mea, semper eris Cæsari affinitate deuinctus.* Abscindis f.] *necessitudinẽ nostrã frustra conaris bello extinguere. quia omnino breui te possidebo.* Facit te meum.] *his uerbis ei mortem denunciat.* Per amplexus.] *nam uisa erat mutuo maritum amplecti.* Dei.] *quicquid enim portenta & Iulia prædixere deorum permissum est actum.* Manes.] *uel anima Iuliæ, uel melius pœnas ut quisq; suos patimur manes, & supra dixit, in multas laxantur tartara pœnas.* Certa cum mente malorum.] *cum certo proposito agendi bella ciuilis.* Visus.] *pro uisi possum. Visum enim dicitur, quum inter uigiliam & adulteram quietem, dum adhuc uigilare nos credimus aspicere uidemur formas irruẽtes, ut Epialtem, hoc est, incubum. Visus est uis occulorum, uisio uerò quum id quis uidet, quòd eodem modo quo apparuerat euenit.* Aut nihil est sensus.] *Dilemma est quo conficitur mortem non esse metuendam. Aut inquit animæ post mortem non sentiunt & cum corpore pereũt: ut uult Epycurus, ut sentiunt & uiuunt. ut asserunt Dryudæ. Si uerò sentiunt nil mali est in morte: si sentiunt, mors ipsa uitæ nil officit.* Titan iam pronus.] *cœperat sol occidere cum Pomp. Dyrrhachium appulit.* Orbis.] *rotundi sui corporis.* Hospita tellus.] *Dyrrhachium suscipiens in hospiciũ.* Legere rudentes.] *collegere funes, & arborem inclinauere, & collectis, uelis remigando portũ ingressi sunt.* Cæsar.] ut Cæsar. *Cæsar etsi ad spẽ conficiendi negocij Pomp. sequi probabat, priusquam ullis transmarinis auxilijs se confirmaret, tamen morã metuebat quòd naues essent à Picenis & Gallia expectãdæ. Itaq; nè uictus Pomp. exercitus & duæ Hispaniæ cõfirmarentur, & ne Gallia & Italia absente se tentarẽtur Pomp. insequendi cogitatione omissa in Hispaniam proficisci constituit.* Emissas.] *portu egressas.* Fretum abscondit classes.] *ob distantiam uel ob maris altitudinem: naues non uidebantur. Est enim curuum mare, & terra ipsa rotunda altius.* Quæritur.] *dolet non persequi Pompeiũ.*

Vlla fortuna.] *ulla felicitas, cui nõ acquiescebat.* Præcipiti.] *impatiẽti moræ.* Nec uincere tanti] *nec tanti existimabat victoriã ut uellet bellũ protrahere, malebat enim cũ periculo statim cõficere.* Pacisq; intentus.] *depositis curis bellicis animũ ciuilib. & pacis officijs applicauit, præsertim quomodo posset populorũ sibi gratiam conciliare.* Agebat.] *mente uoluebat.* Conciret.] *alliceret.* Vanos] *instabiles.* Gnarus.] *scius populos ex rei frumẽtariæ copia cõciliari, ex penuria à fide deficere.* Momenta.] *motus & impetus.* Trahi.] *contrahi & conciliari.* Annona.] *annonam nõ modò appellamus, fructus omnes, quos terra producit ad usum uitæ necessarios: sed annuũ quarumcunq; rerũ quæ in nostro sunt usu, prouentũ.* Asserit.] *liberas facit & in se cõfirmat.* Emiturmetus] *metuunt ne forte desit eis id quo indigent, & quòd dare principes cœperũt, qui Cererem dando illos metuere docent.* Nescit plebes.] *quũ enim esurit à fide deficit, & insurgit in principes.* Curio Sicaneas.] *Cæsarem Curionẽ proprætorẽ cum trib. legionib. in Siciliam, quæ est fertilissima, frumentandi gratia misit. At Cato qui illic naues reficiebat, & nouas imperabat, & delectus habebat, cognito Curionis aduentu, proiectum se à Pompeio, & proditum conquerens, quòd omnib. rebus imparatissimus non necessariũ bellum suscepisset, ex prouincia profugit.* Qua mare.] *eam partem quæ est contra Regium indicat, locus hic autẽ circa finem secundi apertus est.* Obruit.] *terræmotu.* Scidit.] *impetu undarum.* Medias terras] *Italiæ & Siciliæ partẽ.* Vis] *impetus.* Laborant.] *laborare uidentur quasi metuentes.* Montes.] Apœninus, & Pelorus. Bellaq;.] *Sardinea insula est in mari Tyrrheno à Sardo Herculis filio dicta, qui è Libya uenens insulam occupauit. Est autẽ fertilis: sed pene pestilens, abundatq; præsertim frumento, ex Siciliam quæ ut Cic. Strabóq; aiunt appellata est horreũ Rom. in Sardiniã igitur Valeriũ legatũ cũ una legione misit Cæsar, sub cuius aduentu Caralitani Cottam qui eam obtinebat, statim eiecerũt, et ideo dixit bella sparsa.* Nec plus.] *nec unde plus frumẽti in Italiã & Romã aduehitur.* Messibus longinquis.] *frugibus externis.* Horrea tecta.] *in quibus fruges condũtur.* Vbere uix glebæ.] *Aphrica uix superat his insulas fertilitate, quũ nõ flantib. Austris irrigatur ab Aquilone. Austri enim q; in Aphrica serenitatẽ faciunt in Septentrionẽ pluuias afferunt. Aquilones cõtrà, illuc enim nubes impellũt, & coadunãt.* Sub mediũ axẽ.] *Meridiẽ uersus & ordo est. Libyæ uix superat.* Vbere glebæ.] *abundantia terræ. Gleba est terra cũ uiridi herba auulsa.* Annum magnum.] *magnam messem.* Virg.] *Magnaq; cũ magno ueniet tritura calore.* Hæc ubi.] *his Cæsar milites in proxima municipia deduxit.* Ipse ad urbem.] *cũ non magna manu proficiscitur.* Proh.] *Cæsaris impietatẽ & imprudentiã arguit, quod suo furore ductus præclarum triumphũ amiserit.* Remeasset.] *redijsset.* Arcta subacta.] *uicta Germania & reliquis Septentrionalib.* Quã seriem.] *quem ordinem & apparatum.* Quas fac.] *quas præliorũ imagines potuisset in sui triumphi Pompa ostẽtare: ut fieri solet.* Daret.] *dedisset.* Vincula rheno.] *quia pontem in eo construxerat.* Oceano] *quoniã primus Romanorũ in Britanniam nauigarat, eamq; tributariã fecerat.* Celsas] *ut solebant triumphantes imagines rerum gestarum ante currum ducere, posteà captiuorum ordo subsequebatur.* Flauis.] *propter crines dixit.* Vincendo plura.] *dum*

oblitus etiam Pompeiũ, & Italiam superare. Non illum A
lætis.] *ciuitates ad quas præteribat non ei gratulabãtur, sed metuebãt.* Cœtib.] *societatib.* Non mallet amari] *quanquã ad opes parandas & tuendas, nihil sit accõmodatius, quàm amari & nihil alienius quàm metui.* Anxuris arces.] *agrũ Tarracinensem. Anxur Volscorũ oppidũ quod Trachinna ab asperitate. Trachinnaq; postea dictũ est. Anxur autẽ appellatũ quia illic puer Iuppiter colebatur: qui quoniã nunquã barbam deposuisset, anxur, id est, sine nouacula dicebatur.* Præcipites.] *altas.* Pontinas paludes.] *hæ nõ longè à Setia sunt. Martialis. Pendula Pontinos qua spectat Setia campos. Eum*
locũ 24. urbiũ fuisse Mutianum ter consulem tradidisse
Plin. ait. Via.] *Appia, quæ ut Strabo ait, strata est*
è Roma usq; Brundusiũ. Huda.] *sparsa humore est enim*
palustris. Sublime nemus Dianæ.] *seu Virbij nemus*
in montib. Latijs est eis Velitras, & Albã. Regna Dianæ
Scythicæ.] *Horestes post Thoantẽ Tauricæ regem occi*
sum Dianæ Scythicæ simulachrũ, raptum propè Ariciam
una cũ Iphigenia collocauit, mutato tamen ritu sacrorũ
Lucus Athenien siũ. Templum ædificiũ Tauricæ nomina- B
tur. pro quo obtinẽdo singulis annis sacerdotes inter se dimicabãt. Qui enim uictimæ mactator primus extiterat sacerdos instituebatur, fugitiuus quidã uir gladium tenẽs, & insulus semper circũspectans ad tutandũ strenuè paratus. Templũ autem sylua circundat, cui lacus adiacens montano circũdatum supercilio. Is autem qui obtinebat rex appellabatur. Auctores sunt Strabo & Trãquillus in Claudio, qui inquit regi Nemorẽsi, & in tertio Fast. Oui.

Regna tenent fortes pedibus manibusq; fugaces. "
Et perit exemplo post modò quisq; suo. Qualq; iter est.] "
Solebant consules in Latinis feriis, id est in festo Iouis Latialis in montem Albanũ sacrificatum sese conferre. Fatiscibus.] *consulib. Summam in alto colle sitam.* Toto
tempore.] *per decenniũ & ultra.* Arctoi.] Gallici. Tene.] *à cõmiseratione in patriam, capta beneuolẽtia aduersarium in contemptum adducit.* Sedes Deũm.] *sic*
& Ouid. Roma Deum sedes, & alibi. Dignus Roma lo- "
cus quo Deus omnis erat. Non ullo Marte coa.] *nulla compulsi pugna.* Pro qua pugnabitur.] *certè pro*
nulla, & arguit Pompeiũ ut patriæ desertorem, pro qua
uir bonus non dubitet mortem oppetere. Dij melius.] *superi prouidere, habenda est eis gratia, quòd Parthi O-* C
rientales te nõ exant. Sarmata.] *Sarmatæ qui & Sauromatæ dicuntur in Scythia sunt.* Pannonio.] *Pannonij Europæ populi sunt inter Noricos Danubium, & Dalmaticos.* Daci.] *populi ad Thraciam.* Ducem] *Pompeium intelligit.* Pepercit.] *nolit tibi nocere, quod maluit hoc esse bellum ciuile quàm hesternũ.* Subit.] *ingreditur.* Rapturus mœnia] *direpturus domos.*

Deos.] *templa & simulachra.* Fuit hæc mensura.] *tantum timebant Romani, quantum uidebant Cæsarem posse, & quia omnia in eos poterat, omnia sibi ab eo metuebant.* Omnia festa.] *festiuas fœlicitatis precationes, salutationes, & gratulationes.* Non simulare.] *nõ modo id ex animo non faciebant: sed ne fingere quidem poterant.* Vix uacat odisse.] *adeo trepidi erant, ut uix mentem colligerent ad habendũ odiò Cæsarem, præmetu enim obliuiscebantur, potes etiam interpretari. uix statim ut Nonius docet, & sit sensus, ne simulatè quidem gratulabantur, sed statim oderãt.* Phœbea Pallatia.] *templũ in Capitolio in quo Senatus habebatur, quod posteà*

Augustus

A *Augustus Phœbo consecrauit.* Turba patrum.] *conuentus Senatorum. Coacto enim Senatu Cæsar cum commemorasset inimicorum iniurias, et suam patientiam Senatusq; insolentiã in tribunos postulauit ut rempub. susciperent, & una secum administrarent. Sin timore defugerent illis se oneri non futurum, & per se rempub. administraturus*, Legatos ad Pompeium mittendos de compositione. *Nam ut operibus sic iusticia, & æquitate uelle ipsum superare dicebat.* Sed qui mitterentur non reperiebantur. *Pompeius enim discedens ab urbe in Senatu dixerat eodem se habituru loco, qui Romæ remansissent, & qui in castris Cæsaris fuissent.* Nullo iure.] *Cæsar enim qui priuatus erat nullum ius conuocandi Senatum habebat, erat enim id consulum & prætorum.* Educta Ia.] *exuocata domibus in quibus latebant.* Non ful.] *non ornatæ erant. Prætor proxima potestate qui secundũ locum post consules obtinet, quorum etiam collega dicitur: ut tradit Gellius, & Festus ait, Prætorem tunc Romæ creari cœptum, cum consules belli caussa euocarentur.*

Curules.] *sellæ eorum qui gesserant maiores magi-*
B *stratus, qui quoniam honoris gratia in curiam curru uehi solebant, in quo sella esset supra quam federent, ipsi quoq; curules appellabãtur, auctor est Gellius.* Cæsarẽ.] *loco remotæ sunt.* Omnia Cæsar erat.] *solus Cæsar aderat loco omnium magistratuum.* Curia testis.] *Senatores conuenerant, non ut aliquid constituerent, sed ut essent testes eorum quæ Cæsar iuberet.* Priuatæ.] *Cæsaris qui sine magistratu erat.* Censere.] *decernere & constituere.* Si regnum.] *si uelit rex effici.* Templa.] *ut pro Deo colerentur, siue templorum direptionem.* Iugulum.] *cædem Senatorum.* Exilium.] *proscriptionem.* Melius.] *sup. fuit.* Erubuit.] *uerecundia ductus, Cæsar nihil superbum, aut crudele imperare est usus sed magna spe, & pollicitationibus turbatum populum leniuit.* Quam Roma pati.] *sup. erubuisset.* Tamen exit.] *L. Metellus tribunus Pleb. ab inimicis Cæ*
C *saris incitatus ut quæcunq; ageret, institueret, impediret, sese ærarium frangenti opposuit. Sed eo deterrito Cæsar claustra perfregit, & Thesaurus à nemine ad illam diem tactos militibus rapere concessit, hos enim olim execratione proposita publicè conditos fuisse memorant, ut nisi Celtico insurgente bello à nullo promerentur. Verum Cæsar Celtas à se deuinctos asserens urbem ab execratione liberam reddidisse ait. Appianus est auctor.* Experta per unum.] *tentans per Metellum.* An iura.] *an auctoritas Tribunitia posset reprimere uiolẽtiam Cæsaris.* Exit in iram.] *palam irata est.* Pugnax.] *Syllanis temporibus cũ Celtiberiæ præesset Metellus, collegamq; Pompeium suscepisset, euasit excitator, & pugnatior, ut Plutarchus tradit.* Saturnia templa.] *Aerarium. Hoc templum à Tullo Hostilio cũ tertio triumphasset fundatum in Capitolio fuisse Macrobius tradit. Id ideo Romani uoluerunt esse Aerarium, quod tempore quo incoluit Saturnus Italiam, nullum furtũ commissum est siue quia is Deus agriculturam docuit, ex cuius perceptis fructibus cumulatur pecunia, aut quia sub illo nihil erat cuiusquam priuatum. Macrobius & Plutarchus auctores.* Reuelli.] *ui impelli.* Molc.] *apparatu, uel propter æreas portas.* Rapit gressus.] *accelerat.* Agmina.] *cateruas militum.* Aedis.] *ærarij.* Vsqueadeò.] *imprudentiæ homines arguit quod pro libertate minus pugnent quàm pro pecunia.*

Vsqueadeò.] *uel in tantum: uel certè ut apud Iu-*
uenal. "*Vsque adeo nihil est quod nostra infantia cœ-*"*lum Hausit Auentini.* Pereunt leges.] *non defen-*"*duntur leges alicuius periculo, sed pro diuitijs certatur.*

Testatur.] *damnat, detestatur: Aphæresis est.*

Clara.] *quæ ab omnibus audiretur.* Tribunus.] *Metellus.* Non nisi.] *contentiosa & terrore plena oratio.* Per nostrum.] *latus nisi me prius confosso, & interempto.* Feres.] *auferes.* Nostro.] *legitur & sacro, quoniam Tribunitia potestas est sacrosancta.* Certe violata potestas.] *Tribuni quando uiolantur habent deos ultores. Idq; Crassi exemplo confirmat quem in bellum Parthicum egredientem Atteius tribunus Plebeius primum uoce cohibuit, quod in homines nihil mali meritos, & Pop. Rom. confœderatos irrueret. Inde torrem ignitum ianuæ antepositi, obuiantiq; Crasso delibatis ante sacris diras execrationes immisit, sæua quædem numina & immania inuocans. Has quidem execrationes Romani condi solitas & antiquas profitentur, talem quoque habere potestatem, ut nemini fas sit qui in eas inciderit effugere. Pessimè præterea operari his utentem si non à conuenientibus, ijs aut à multis exitentur. Appianus est auctor.* Diræ tribunitiæ.] *execrationes tribunorum, meminit huius rei Plutarchus, & Cicero in diuinatione his uerbis. M. Crasso quid acciderit uidemus diraru obnunciatione neglecta.* Vouerunt.] *deputauerunt nam exeuntem ducem dijs hostilibus Metellus deuouerat, ut ait Florus.* Detege.] *ferrum apertè in me enses stringe nec in uulgi conspectu te pudeat.* Deserta.] *ciuibus honestis qui te improbent.* E' nostro.] *de communi.* Præmia.] *quæ ipsi pollicitus es.* Sunt quos prosternas.] *potes aliunde sumere quod militibus eroges.* Pacis ad exhaustæ spolium.] *id est, ad diripiendum nos qui sumus in pace & pauperes eum liceat tibi diripere hostes, uel non es ita pauper, inquit, ut cogaris ita nunc prædari ærarium ut olim in pace fecisti. Tranquillus enim scripsit Cæsarem in primo consulatu, tria millia pondo auri furatum fuisse Capitolio, & tantundem inaurati æris reposuisse.* Exhaustæ.] *direptæ, spoliatæ.* Vnam spem.] *frustra speras cum gloria mori pro defenso ærario: sed certè sorte tua non maculabor, & quanquam tribunus es non existimabo te dignum ferro & sæuitia mea.* Te uindice.] *ironia. Tu uis esse inquit assertor & ultor libertatis nondum in tantam rerum confusionem peruenimus, ut si leges possint à te seruari nolint potius à me deleri.*

Longus dies.] *uetustas.* Immisit.] *perfudit, & perturbauit.* Subit.] *inuasit.* Circumspiciens.] *innuit armatis, ut ui repellerent.* Simulare cogam.] *pacificum se ostendere, & est metonymia.* Cotta.] *collega Metelli.* Nimium audaci.] *quia frustra manifesto periculo sese exponebat.*

Desistere.] *cessare.* Libertas.] *sensus est. Libertas populi seruientis amittitur, illius libertate cui seruitur. Nam cùm primum quis se parat liberare opprimitur à domino cui licent omnia: nam nil aliud est libertas, nisi potestas uiuendi ut uelis.* Quem regna coherent.] *qui seruit tyranno.* Vmbram.] *imaginem & similitudinem.* Si quicquid iubeam uelis.] *si iussus fueris.* Tot rebus.] *à consuetudine & à maiori tacitè sic argumentatur.* Si temporibus *Syllanis &*

Marianis tam multa indigna pertulimus & modo Galliæ & Parthiæ inuitis omnibus fuere in quinquennium distribuere, & leges oppressæ sunt, possumus & hanc direptionem pati. Venia est.] *hac una ratione posteri nobis ignoscent, quia negare nil possumus, & cogimur necessitate parêre.* Auertat mala semina.] *auferat Thesauros causas bellorum. Aurum enim & argentum malorum omnium principia sunt: ut sensit Lycurgus: uel ideo semina appellat, quoniam existimatus est Cæsar prædæ gratia mouisse bellum ciuile, cum quæ suis pollicitus fuerat persoluere aliunde non posset.*

Damna mouent populos.] *populi inquit qui liberi sunt iure dolent, quando ærarium eorum diripitur: nos autem dolere non decet, quia illorum paupertas qui seruiunt non sibi est molesta & periculosa, sed domino.*

Aegestas.] *ægeni metonymia.* Abducto.] *repulso.* Rupes Tarpeia sonat.] *id est, resonat mons Capitolinus ob fores æreas ingentes ita structas ut cum magno sonitu aperirentur.* Eruitur.] *exportatur.*

Conditus.] *seruatus.* Multis ab annis.] *à secundo bello Punico.* Census.] *aurum & argentum, & omnis facultas reipub.* Plinius libro 33 inquit. *Auri in ærario populi Rom. fuere Sexto Iulio. L. Aurelio consulib septem annis ante bellum Punicu tertium. D C C. X X V I. Argenti nonaginta duo millia. & extra numerum, C C C L X X V. millia. Itẽ Sexto Iulio. L. Martio consulibus hoc est, belli socialis initio, octogiuta. 45. auri pondo. Cæsar primo introitu urbis in ciuili bello suo ex ærario protulit laterum aureorum. 26. millia & in numero pondo trecenta, nec fuit alijs temporibus respub locupletior.* Quem Punica bella.] *qui illatus fuerat in ærarium ex tributis Chartaginensium, & Aphrorum & ex præda Antetæ Chariagmis.*

Perses.] Philippi filius apud Samothracas à *L. Aemilio Pauli filio captus est, & in triumpho ductus, de eius præda: hæc Plinius. Intulit & Aemilius Paulus Perseo rege* Macedonico deuicto: *prædam pondo trium millium, à quo tempore populus Romanus tributum pendere desijt* Philippi uicti.] *hunc patrem Persæ primum. P. Sulpitius consul. Inde. T. Quintius Flamininus Attalo & Rhodijs auxiliantibus superauit.*

Pyrrhus.] *Hic cum in Tarentinorum uenisset auxilium magnáq; iusticia cum Romanis dimicuisset, uictus à Curio & Fabritio Tarentum profugit, inde in Siciliam, unde cum Locrorum Proserpinam expilasset, in Græciam rediit, dumq; Argos oppugnaret, ictu tegulæ periit: Reliquit autem in fuga multum diuitiarum præsertim Tarenti.* Quo te Fabritius.] *is cum ad Pyrrhum legatus iuisset regia dona & pollicitationes quibus de proditione tentabatur neglexit. Illud ergo aurum quod Fabricius non accepit, Pyrrhus fugiens reliquit.* Quicquid Parcorum.] *Quicquid auri ex Parsimonia & frugalitate ueterum congestum est.*

Quod dites Asiæ.] *hoc propter Antiochum Syriæ regem ditissimum dixit: quia à Scipione Asiatico fratre Aphricani est uictus, & propter Attali hæreditatem & populos quos Tributarios Pompeius etiam fecit. De bello Asiatico lege. L. Florum.*

Creta.] *insula in Aegeo dicta à Crete Curetum rege in qua Minos regnauit.* Metello.] *Qu. Metellum Macedonicum accipimus, qui Philippum superauit & Achæos bis prælio fudit, & à uicta Creta Cre-*

ticus dictus est. Cypro.] *Cyprus insula in Carpathio mari, quam ditissimam cum Ptolemæus Cyprius possideret ninusq; à Populo Romano, Fisco esset addictus aduentante* Portio *Catone se uenenauit. Cato opes eius lyburnis per Tyberinum ostium inuexit, quæ res latius ærarium Populi Romani, quàm ullus triumphus impleuit: ut ait Florus.* Vexit super æquora.] *nam ut ait Plutarchus, ueritus longitudinem nauigationis uasa multa præparauit, singula duorum talentorum & quinquaginta drachmarum capacia, lontorum & quinquaginta drachmarum capacia, longum funem singulis alligauit, & in funis capite superbo næ magnitudinis erat: ut per ipsum si naufragium fieret ubi esset argentum cerneretur.*

Gaza.] *sermo Persicus est, diuitiasq; significat.* Vltra.] *extremotissimis regibus.* Prælata est triumphis.] *quæ præcessit curris Pompeij, qualis fuit Tygranis Mithridatis, Aristoboli & reliquorum.* Tristanti.] *ciues.* Pauperior.] *minus diues abusio comparatiui.* Interea.] *populos qui ad seuerandum Pompeio tam ab eius filio, quàm à consulibus sunt excitati, poëta commemorat, eo seruato ordine ut primum Europeios, idem Asiaticos, postea Aphros connumeret.* Fortuna magni.] *Pompeius à fortuna uexatus.* Vrbes caforas.] *populos perituros.*

Proxima.] *uicina Dyrrhachio ubi Pompeius erat.* Amphisa.] *oppidum est in Phocide ut Plinius docet. Phocis uerò regiuncula iuxta Parnassum Ouidius in Meta. Separat Aoniat Attæis Phocis ab Aruis. Terra ferax.* Manus.] *multitudines.*

Cyrrha.] *oppidum in Phocide ad ipsum pelagus situm sub ripem Cyrphim: ideoque ait scopulosa, id est, saxosa.* Vtroque iugo.] *habet enim duo cacumina Parnassum. Ouid.*

Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus.

Boëtij.] *Thebani. Bœotia dicta à boue quam indomitam Cadmus aduenies immolauit. Est autem uicina Atticæ, quidam & sub Attica comprehendunt.* Cephysos.] *annis in Phocide perfluens Delphos ortus in Delæa urbe quondam.* Fatidica.] *quia Delphis est Apollinis oraculum.* Dyrce.] *fons ad Thebas in quem Dyrce Lyci uxor conuersa est.*

Cadmea.] *Thebana. Thebas enim condidit Cadmus.* Piseæq; manus.] *Pisa in Achaia oppidũ ad quod est amnis Alphæus, qui Helidis fluuius in Siciliam exit. Virgil. Alpheum fama est huc Helydis amnem, Occultas egisse uias subter mare, qui nunc ore Arethusa suo, Siculis confunditur undis.* Arcas.] *Arcadiæ populi qui & in Attica est & præsertim mediterraneam tenet.*

Melana.] *montes Arcadiæ.* Trachinius.] *Trachin Bœotiæ ciuitas Techeæ nomine similis Phocensi, exigua sanè, eius ciues Trachinij uocantur. Strabo ait, Oetham Herculeam montem inter Thessaliam & Macedoniam, rogo sepulchroq; Herculis clarum.*

Thesproti.] *in Epyro populi sunt.* Dryopes.] *etiam in Epyro, ut Plinius docet: sunt & qui dicant iuxta Parnasum esse.* Sellæ.] *metonymia, oppidum in Epyro.* Quercus silentes.] *Dodoneas quercus intelligit, in quas duæ columbæ descendere solitæ dabant responsa petentibus. ibi Dodonei Iouis templum illustre oraculo.* Silentes.] *ideo dicit quia columbarum altera Delphos, altera uero in Aphricam ad ambitionem se contulit, & hic amplius responsa non dabant.*

Vertice.]

A Vertice Chaonio.] *monte Epyri. Chaones Epirotæ dicti sunt à Chaone fratre Heleni. Virgi. Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone dixit.* Delectus.] *electio militum & iterum repete, quamuis delectus.* Exhausit.] *uacauit, uel quia quàm plurimi in bella se contulerũt, uel quia tunc populosa non erat.* Athenas.] *oppidum in Attica.* Tenent in naualia.] *remanserunt in Pyreo portu, ubi Atheniensium naualia sunt Phœbo dicata à Minerua, quam Marti Ariopagum etiam dedicauit, & arces sibi retinuit.* Petunt credi.] *uolunt existimari sunt enim instar urbium magnæ.* Veram Salamina.] *Verum oppidum. Salamis, quæ & Salamin dicitur insula est, & oppidum in Euboico mari, contra Athenas, in quã Thelamon Aiacis Teucriq; pater regnauit. Alia in Cypro condita à Teucro, qui amisso fratre noluit ad patrem reuerti.* » *Horatius. Nihil desperandum Teucro duce & auspice Teucro. Certus enim promisit Apollo, Ambiguam tellure noua Salamina futuram.* Creta.] *insula in Aegeo dicta, à Creta Nympha Hesperidis filia, hæc Aëria Cures & Macaron à cœli templa dicta est, de ea Virgil. Centum urbes habitant magnas uberrima regna.* Dilecta

B Ioui.] *illic enim natus est Iuppiter, illic regnauit, illic eius sepulchrum ostendebatur.* Gnosis.] *oppidum in Creta, quod & Gnosum dicitur.* Agitare pharetras.] *sagittare.* Gortina.] *oppidum in Creta.*

Eois.] *Particis: norunt enim melius, quàm Parthi sagittas emittere.* Orithon.] *Orithos oppidum in Epyro, uel inter Macedoniam, & Epyrum, ferens Therebinthum, conditumq; à Colchis.* Dardaniam.] *possessam à Dardanis, idq; propter Helenum dicit, uel quod eam Dardani Illyrici tenuêre.* Athamas.] *oppidum est in Thessalia, ut Plinius ait. Sed Athamantis est fluuius, qui ligna suo tactu incẽdit. Ouidius, in 15. Admotis Athamantis aquis accendere lignum Narratur, minimos quũ Luna recessit in orbes.* Encheliæ.] *oppidum in Illyrico, apud quod Cadmus cum coniuge uersus sunt in serpentes. Prisco nomine. Encheli enim serpentes dicuntur.*

Colchis.] *siue regionem iuxta Pontum intellige, siue oppidum in Illyrico, quod Ochinium dicitur, olim Colchinium dicebatur à Colchis conditum. Plinius auctor est.* Absyrthos.] *fluuius Colchidis dictus ab Absyrtho Medeæ fratre illic discerpto, uel is à Flacio Absyrthus est appellatus. Cicero enim de natura Deorum sic*

C *ait. Quid de fratre Absyrtho Medeæ, qui apud Paccuuium Aegyaleus scribitur, exit autem in mare Adriaticũ* Peneï.] *Peneus Thessaliæ fluuius, qui Orconem accipit, sed non recipit: nam olei modo supernatantem uehit, & abijcit, oritur autem iuxta Gomphos. Hæmus mons in Thracia, siue inter Thraciam & Thessaliam. Hiolchon oppidum in Thessalia, quod Thracenses Hæmonij condiderunt.* Inde.] *ab Hiolco, nam ut Strabo ait, hinc Pelias, Iasonem, ac Argo nauem foras emisit, & inde egressi sunt primi nautæ.* Lacessitum.] *uexatum remis.* Rudis.] *impolita uel ignara nauigandi.* Miscuit.] *gentes iunxit commertia distantium & ignotarum gentium, quæ mari sunt separatæ.*

Temerato.] *occupato & uiolato.* Composuit.] *conciliauit, & concors fecit. nam aust sunt homines media naui fluctibus & uentis se credere.*

Vna mors.] *unum genus mortis.* Accessit.] *addita est.* Paris.] *multis alijs generibus mortis.* Per illam.] *illa media.* Hæmus.] *mons in Thracia.*

Pholoe.] *Arcadiæ mons & oppidum Lapitharum Centaurorumq; patria.* Mentita.] *nam cum Centauri uisi fuissent super equos, crediti sunt biformes, hoc est, semihomines & semiequi, appellatiq; sunt Hippocentauri.* Strimon.] *fluuius in Thracia, ex Hæmo descendens, Macedoniam à Thracia separat.*

Committere.] *credere & commendare Nam grues in hyeme ex Strimone descendunt, & Nilum qui non est adeò frigidus petunt, in æstu uerò contrafaciunt.* Aues Bistonias.] *grues à Bistonio lacu in Thracia.* Cone Barbara.] *Cone insula est ad ostium Histri circumfusa mare. Hister uerò sex habet ostia Tertium eius Gallostoma nominatur iuxta insulam Sarmaticam ut Plinius docet.* Perdit.] *disperdit & confundit cum mare.* Sarmaticas.] *id est, Histri, quam insulam præterit,* Peucen.] *primum ostium Histri Peuce appellatur: ubi est & insula Peuce ampla satis.*

Multifidi.] *sexto enim uastis fluminibus in Pontum euoluitur.* Mœsiaq;.] *hactenus Europeos, nunc Asiaticos numerat Mysia prouincia est adiacens Hellesponto, conterminaq; habet Troiam in qua est ciuitas Mœsia.* Chaico.] *Chaicus Mysiæ fluuius est, ueniens à Teutrania ultra Pergamum. Est autem Teutrania pars Aeolidis & Troadis.* Tellus.] *Idalis oppidum est in Troade, quòd Plinius Idalem uocat.* Arisbe.] *oppidum in Rheticis littoribus.* Exilis glebis.] *sterilis & infœcunda.* Pithanem.] *oppidum in Troade.* Celene.] *oppidum in Phrygia de quo Statius. Quis « non certamina Phœbi nosset, & illustres Satyro pendente Celenas.* « Damnatæ.] *quia Marsia illic deuictus est.* Lugent tua munera pallas.] *desunt tibias à te esse inuentas. Pallas enim inuenta tibia, cum buccis tumidis ex aqua se conspexisset, abiecit, quas cum Marsia Satyrus Celeneus reperisset, tractareq; didicisset, Phœbum prouocare ad Musicum certamen est ausus, à quo conuictus esset. Cæsa recesserunt à cute membra sua, ut in sexto Fastorum canit. Ouid. inde uerò in sui nominis fluuium uersus est, qui Meadron ingreditur, & cum eo mistus circuit. Fuit autem ut meminit Apuleius, Hiagnis Phrygij tibicinis filius, uultu ferino, trux, hispidus, multibarbus, spinis & pilis obsitus, iactabundus atque ridiculus.*

Ereptis ripis.] *non enim habet ripa Marsya, sed impetu suo nulla aluei fertur cõcauitate.* Meandron.] *fluuius Ioniæ, qui oritur in monte Aulocrene, estq; ita sinuosis flexibus, ut sæpe credatur reuerti. Apameniam peruagatur, mox Eumeneticam, ac deinde Hircatellicos campos, postremò Cariam, & ad decimum à Meleto stadium lenis in mare illabitur.* Mistus.] *Marsiæ.*

Refertur.] *retrofertur.* Tellus.] *Lydia.* Pactolon.] *Pactolus Lydiæ fluuius arenis aureis Smyrnam irrigat, oritur in Tmolo monte ubi sunt auri metalla, hoc est, uenæ. Hermus Lydiæ quoque fluuius arenas aureas trahens.* Secat culta.] *fluit per cultos agros.* Iliacæ manus.] *Ilium oppidum in Troade est, quod misit Pompeio auxilia, nec abstinuit quòd Cæsar esse ferebatur ex sanguine Iulio Troiano. Signa Pompeio.* Omnibus suis.] *malis augurijs quia uinci soliti sunt.* Fabula.] *rumor, fama, quòd Cæsar esset ex stirpe Aeneæ.* Continuit.] *abstinere fecit.*

Syriæ.] *Syria in Asia regio Euphrate Arabico, sinu nostro & Aegyptio mari, Armeniaq; & Cappadocia*

terminatur. Orontes Syriæ fluuius ex Libano monte Orient diuidit Antiochiam. Ninos.] ciuitas in Syria à Nino rege Assyriorum condita.

Fœlix.] diues & beata, ut fertur. Damascus.] oppidum in Decapoli Syria irriguum amne Chrisorroha. Gaza.] oppidum in Syria Idumæa, conditum à Cambyse. Idume.] oppidum in Idumæa parte Syriæ apud quod est maxima palmarum copia. Tyros.] in Phœnicia est quondam insula prælato mari septingentis passibus diuisa, inde Alexandri oppugnantis operibus continens facta, ut Plinius Strabo[n]q; tradunt, eam Agenor prisci Beli filius condidit. Instabilis.] uel quia terræmotu uexata est, ut Strabo docet: uel instabilem appellat propter crebras seditiones & principum mutationes, illic enim serui occisis dominis regnauerunt. Sydon.] oppidum in Phœnicia artifex uitri purpura nobilis Thebarumq; Boëtiarum parens.

Murice.] purpura, murex enim piscis est cuius sanguine tingitur. Has ad bella rates.] hæ recto cursu uenere Dyrrachium duce Cynosura stella. Ordo est Cynosura haud certioribus carinis duxit has rates ad bella. Certior haud ullis.] quia nullæ aliæ rates ipsam obseruant non flexo limite, recta nauigatione. Cynosura.] una fuit ex Nymphis quæ Iouem nutriuit, & in stellam uersa propter similitudinem, quam cũ Arcto habet minor Arctos est appellata, dictaq; quasi canis ura. id est, Cauda. de ea Manilius, inquit, Angusto Cynosura breuis torquetur in orbe. Tam spacio quàm luce minor, sed iudice uincit maiorem Tyrio, & Germanicus. Phœnices Cynosura regit & Cicero hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.

Phœnices.] Phœnice pars Syriæ, Iudææ contermina, fertilis quidem ad centuplum Phœnus. Famæ si creditur.] ut est apud Tacitum Aegypti primi per figuras animalium sensum mentis effingebant ab his Phœnices & maximè Cadmæ Græciæ intulerunt. Litterarum inuentores fuêre Rhadamanthus Assyriarum. Anubis & Memnon Aegyptiarum. Hercules Aegyptius Phrygiarum, Græcarum uerò Phœnices, quarum auxit numerum Palamedes, & inde Symonides Latinarũ, alij Berosum & Tricodemum, alij Carmentem Arcadicam dicunt. Signasse figuris.] compræhendisse litteris.

Mansuram.] duraturam. Memphis.] urbs in Aegypto. Biblos.] Iuncos & papyrum, Herodotus libro quinto, ait Phœnices prisca consuetudine Biblos appellare pelles quòd aliquando penuria Biblorum hoc est, Scyrporum pellibus caprinis ouinisq; utebantur.

Flumineos.] Niloticos, in lacunis enim Nili stagnantis nascũtur iunci ex quorũ tenuissimis filluris Chartæ contexuntur, & uela, & uestes, & stragula, ut Plinius in 13. docet Olim non erat usus Chartarum, sed palmarum foliis primo scriptitarunt, inde quarundam arborum libris: postea publica monumenta plumbeis uoluminibus, mox & priuata lintheis confici cepta, aut ceris. pugillarium enim usum fuisse ante Troiana tempora scribit Homerus.

Tantum quantum litteras non norant.

Sculpta animalia.] animaliũ figuræ, quæ pro litteris erant. Magicas linguas.] sermonem sapientum, & sacerdotũ qui magni dicuntur. Tauri nem.] Taurus mons Ciliciæ dictus ab Eois ueniens littoribus Chelidonio promontorio disterminatur: Asiamq; in duas diuidit partes. Tarsos.] oppidum in Cilicia à Perseo Danaes filio conditum, Plinio teste, hanc Cidnus fluuius mediam secat. Coricum.] Coricos oppidum, & portus, & specus eiusdem nominis in Cilicia sunt, is specus celebris fama, dicitur etiam antrum Corycium.

Mallos.] oppidum ad portas Ciliciæ. Egæ.] oppidum liberum in Cilicia. Naualibus.] strepitu & tumultu, qui fit ad naualia.

Non pyrata.] non prædo Marinus, ut olim sed iustus pugnator. Ganges.] Indiæ fluuius, de quo supra. Soluere ostia.] id est, exire in Oceanum Orientalem & contra Eurum. Hic ubi.] Gangem dicit ad quem usque peruenit Alexander: uel Hipparchum indicat qui post Indum postremus est. Nam ut inquit Strabo libro decimoquinto, ea mente Alexander Orientales partes omisit, primo quod prohiberetur Hipparchum transire inde quòd campestris regio esset exusta.

Pelleus ductor.] dux Alexander: Pella oppidum in Macedonia exiguum in quo natus est Alexander. Iuuen. Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis.

Post æquora Tethios.] post mare Oceanum ad quod constituerat prius. Indus amnis.] in Cybyratarum iugis ortus, recipit 60. perennes fluuios, torrentes uerò amplius centum, ab incolis Sagus appellatur Plinio auctor est, qui libro sexto, secum sentire non uidetur, ait enim è iugis Caucasi effusum in solis ortum unde uigenti amnes recipere. Diuiso gurgite.] efficit enim plures insulas & se diuidit. Hydaspem.] Hydaspes è patria in Indiam fluens quattuor susceptis flumnibus Indum ingreditur. Non sentit.] non enim uidetur augeri. Quibus bibunt.] Indiæ populos monstrat Plinius enim in 12. ait, Saccaron & Arabia feri, sed laudabilius India. Est autem mel ex arundinum succo collectum quo plurimum utuntur. Et qui tingentes.] regio hæc Cathea appellatur, in qua colitur pulchritudo & puerorum mentum tingunt, & uestes, & capillum. Strabo in 15 decet cingunt[q]; uestes lineas zonis gemmatis. Carbasa.] uestes ex lino. Carbasus lini genus quod pro uestibus & uelis sæpe ponitur. Fluxa.] longa. Quisq; suas.] hi sunt apud Gangarides, regio Partalis uocatur, quum ad senectam peruenêre se ipsos in rogos iniciunt ut faciant superis tanquam sacrum. Vide Strabonem ubi de Bragmanis, Gymnetis & Gymnosophistis. Iniecisse manũ fatis.] inferre sibi mortem. Cappadoces.] Armeniæ maiori contermini & Euphrate diuisi. Amani.] Amanus mons est, quà Syris Ciliciam separat. Niphatem.] Armeniæ fluuius præcipitem. Tenens.] accolens. Coatræ.] ciuitas ad Persidem ubi aëra uincere summum arboris haud ullæ iactu potuere Sagittæ, ut ait Maro. Arabes populi in Asia inter Iudæam & Aegyptum. Miriti umbras.] Vmbræ enim quæ nobis ad Occidentem conuersis dextræ sunt, illis sinistræ ut inquit Soli. Sunt autem inter Aequinoctialem, & Tropicum duasq; habent æstates & totidem hyemes, solstitia quatuor, & umbras dextras, sinistras, perpendiculares, orientales sed quando citra Tropicum uenerunt semper habuerunt Septentrionales. Orestas.] populos in India, puto legendum Oretas, qui in India sunt & non Indorum linguã, sed sua loquuntur. Carmanos.] Carmania ultra Persiam regio. Flexus.] est enim ultra dimidiam partem torridæ Zonæ, ubi terra est multò decliuior nostra Meridiê uersus. Non totam mergi tamẽ aspicit Arcton.] Plin. inquit,

A inquit, à flumine Hitali Septentriones primum nauigantibus apparuisse. *Arcturum* nec omnibus cerni noctibus nec totis unquam. Velox.] *quia illis occidit nobis non.* Bootes.] *cuius lucidissima stella arcturus est.* Exigua nocte.] *parua parte noctis.* Aethiopumq; solum.] *Aethiopiæ partē supplemouit.* Quod non premeretur.] *est enim Aethiopia iuxta mediā torridam zonam, extenditurq; ab Oriente Hiberno ad Occidentem Hibernum, ut Sol. ait: Astrologi aliter hunc locum intelligūt, dicuntq; signa Zodiaci in duas partes diuidi in Cardinalia & Regiones. Cardinalia dicuntur signa in quibus incidunt solstitia, & Aequinoctia ut Capricornus & Cancer, Libra, & Aries. Regiones uerò appellantur Intermedia & sic Aethiopia cum sit sub Aequinoctiali, non præmit, ab aliqua regione, sed tātum à duobus signis Ariete,* B *& Libra. Taurus ergo contingit ipsam pede exporrecto Aequinoctialem uersus, sic illi quos quidem superiore ratione refutaremus, & multorum auctoritate, sed quid opus cum à pede Tauri Septentrionalis signi tangi non posiit: itaq; ut melius cum ijs sentiamus censemus & Solinum, & Plinium, & reliquos emendandos, & pro Oriente Hiberno apponendum Oriente uerno.* Poli signiferi.] *Zodiaci qui circulus diuersos Polos à Polis mundi habet.* Lapso poplite.] *externo crure, eo enim gestu in signum conuersus est Taurus, quo Europæ blandius est ut facilius conscenderet.* Vltima ungula.] *ultima pars ungulæ.* Quaq; caput.] *hoc est, Tygridis Euphratisq; accolæ. Tygris oritur in regione Armeniæ maioris fonte conspicuo in planitie loco nomen Hellegosine est ipsius, qua tardior fluit Diglito, unde cōcitatur à celeritate Tygridis incipit uocari, ita appellant medij sagittam.* Euphrates.] *qui oritur in præfectura Armeniæ maioris Carantide in monte Aga seu Capote.* Non diuersis.] *non distantibus.* Persis.] *Orientalis regio iuxta Cedrosiam.* Quod potius sit nomen.] *quo nomine appellantur, & an Tygridis & Euphratis pereat nomen.* Spar sus in agros.] *nam Mesopotamiam irrigat more Nili, & ideo dixit uice undæ Phariæ.* Fertilis.] *interpretatio nominis, qualis apud Vergil. exul Parthus, Euphrata enim fertilitas dicitur.* Absorbet.] *nam occurrente* C *Tauro monte in specu mergitur, subterq; lapsus ab altero latere eius erumpit, deinde rursus mergitur in cuniculos.* Non abnegat.] *ipsa tellus in mare enim Persicum exit.* Diuersa.] Pompeiana. Dubium.] *neutri enim fauebant.* Contenti se.du.] *læti quod Crasso interempto. res Rom. redijsset ad duos duces, quos ipsi commisissent.* Scythiæ pop.] *id est, Bactriani. Scythia Tanai diuiditur, parsq; eius in Asia pars in Europa est.* Errantes.] *quantum in curribus uagantibus habitant.* Tinxêre.] *Veneno infecêre. Ouid. in 1. de Ponto, qui mortis sæuo gemmine, ut uulnere causas omnia uipereo spicula felle linunt.* Bactros.] *fluuius in finibus Scythicæ Asiaticæ, à quo Bactra Bactrorū regio & urbs, & Bactri, & Bactria ni populi nominantur.* Hircania.] *in Asia Scytharum regio.* Eniochi Lacedæmonij.] *Eniochi in Asia iuxta Pontum gens fera, quæ ut Plin. docet ab Amphito & Telchio Castoris & pollucis auguris Originem traxit.* Sarmata.] *gens in ima parte Meotidis Boream uersus.* Moschis.] *populis ad Hircanum mare.* Colchorū.] *iterum dixit Colchis regio est iuxta Pontum.* Phasis.] *Colchorum fluuius.* Ditissima.] *propter aureum uellus.* Halis.] *Cappadociæ fluuius inter Calibes decurrens iuxta Licastam ciuitatē insignis uictoria Manlij Vulsonis & cæde Gallogræcorum.* Cræso.] regi Lydorum. Fatalis.] *pernitiosus fato, quoniā eo transgresso regnum amisit: nam ut est apud Iustinum, quum Babylonibus, quos Cyrus oppugnabat, ferret auxilium, uictus est, & in regnum refugit. Cyrus quoque post uictoriam compositis in Babylonia rebus bellum in Lydiam transtulit, & ibi Cræsi exercitum fudit. Crœsusq; ipse captus concessis urbibus proximam maiestati Regiæ uitam degebat.* Fatalis.] *consulenti Apollinem Crœso ita responsum est. Crœsus perdet Halim transgressus plurima regna. Siue ut de diuinatione Cicero ait Crœsum Halim penetrans magnum peruertet opum uim, oraculoq; non intellecto contra Cyrum se contulit.* Tanais.] *à Tanao Scytharum rege dictus ex Riphæis montibus fluens ex Arcto in Orientem Sarmata Scythasq; irrigat: Idem in Meridiem uersus suscipitur à Meotide post Euxinum pontum ingreditur iuxta Theodosiam urbem.* Ampliat.] *dilatat: nam quum flectitur Asiam uersus, Europa fit latior, quum uerò Europam uersus Asia ampliorfit.*

Quaq; fretum.] *Bosphorum Cymmericum dicit, & Auximum ex quo Meotidis paludis unda emittitur in Propontidem.* Egerit.] *emittit.* Torrens fretum.] *uelox mare & præceps quòd fluit nunquam tamen refluit.* Pontus.] *Euxinum mare.* Herculeis aufertur gloria metis.] *imminuitur laus de Mediterranei maris immissione qui etiam ab Euxino uidetur oriri: nam semper in Propontidem fluit. Legimus tamen in extremis ripis Tanais apud Robostieros terminum esse itineris Alexandri Macedonis, aris ad eodem impositis signatum.* Metis.] *terminis & columnis Herculis, quarum altera est in extremo Bethicæ: altera in Aphrica, hæc Calpe, illa Abyle nominatur: sunt autē duo montes quos olim iunctos Hercules dicitur diremisse & in terras Oceanum misisse. Gades autem insulæ sunt & oppidum ad ostium nostri maris quod Gaditr & Tartessus etiam appellatur.* Hinc & Sidoniæ.] *uenere & qui à Sidonijs traxêre Originem.* Arimaspo.] *populi in Scythia Asiatica ultra Meotidem, qui ut libro quarto, docet Herodotus unum oculum in fronte habent, & cum Grypibus Smaragdos & aurum custodientibus bella gerunt: dicti ab Arimo & Spu quæ lingua Scythica significant unum oculum.*

Arius.] *Scythiæ populus.* Massagetes.] *in Scythia populi, qui pugnantes in Sarmatas & per deserta uagantes ex imis pedum equorum detractum sanguinem bibunt. Claudianus in Rufinum & qui Cornipedes in pocula uulnerat audax Massagetes.* Geloni.] *in Scythia populi, à Gelone Herculis filio dicti. Virgil. in secundo Georgic. pictos appellat. in tertio ait, Bissaltæ, quo more solent acerq; Gelonus. Quum fugit in Rhodopen atque in deserta Getharum. Et lac concretum cum sanguine potat equino.*

Non quum.] *nec Cyrū, nec Xerxem, nec Agamēnona tot sub se habuisse milites inquit, quot in Pomp. auxilium cōueniebant.* Quum.] *quādo.* Cyrus.] *Persarum rex qui contra Crœsum Lydiæ regem se contulit. Deducens agmina Magnis Mœonijs, ducens exercitum in Lydiam. Lydia enim quæ à Lydo Tyrrheni fratre est dicta ante Mœonia uocabatur.* Perses.] *id est, Xerxes Persiæ rex qui Græciæ bellum inferens quinquies mil-*

le millia & ducenta octoginta millia hominum septingentosq; & sexaginta (ut scribit Herodotus) habuit. Nauium quoque decies centum millia numero, ut ait Iustinus. Telis effusis.] *iussit enim singulos singulas sagittas emittere & sic milites numerauit.*

Fraternique ultor amoris.] *hoc est, Agamemnon in Troiam proficiscens, qui Helenam Menelai fratris uxorem à Paride raptam ulciscebatur.* Quum.] *quando.* Tantis.] *tot Pindarus, inquit, bisseptem uenêre minus quàm mille ducentæ. Ordo est.* Tot reges.] *non habuere unum ducem quum Cyrus, &c.*

Coiere.] *conuenêre in unum.* Cultu.] *habitu.* Ora.] *linguæ.* Missura comites ruinæ, immissura socios cædi. Exciuit.] *commouit.* Exequias.] *Pompam.* Funere.] *morte.* Non corniger Ammon.] *omnis Aphrica etiam misit auxilia. Ammon Iuppiter in formam arietis in Libya colitur, cõstitutus à Bacho, qui ariete duce fontem sitiens adinuenit. Ammon autem arena interpretatur, de eo libro nono dicendum uberius.* Marmaridas.] *Marmaridæ à Phere Domiferme regione, ad Syrtim usque maiorem porrecti sunt.* Quicquid.] *id est, quantumcunq;.* Mauris.] *qui sunt in ultima Aphrica Occidentem uersus.* Paretonias.] *Paretonium oppidum cum portu quadraginta ferè stadiorum ad Syrtim maiorem est.* Eoa.] *ad Orientem uersa.* Præstitit.] *concessit.* Ne non semel acciperet omnia.] *certè ut semel una uictoria omnia occuparet conuenit in Pharsalia totus mundus.*

Ille ubi.] *infectis his quæ in urbe agere destinauerat Cæsar in ulteriorem Galliam profectus cognouit iubilium Ruffum præfectum & Domitium ad occupandam Massiliam à Pompeio missos nauibus tectuarijs septem. Præmissos etiam legatos Massilienses domum nobiles adolescentes quos ab urbe discedens Pompeius erat adhortatus ne noua Cæsaris officia ueterem suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acceptis Massilienses portas Cæsari clauserunt, Albicisq; ad se aduocatis: frumento aducto officinisque armorum in urbe institutis, muros, classem, & portas reficiebant, ex Cæsaris commentarijs.*

Agmine rapto.] *exercitu celeri.* Nubiferam.] *altam, sustinentemq; nubes.* Superuolat.] *raptim transcendit.* Alij.] *populi Galliæ & Hispaniæ ciuitates.* Famæ.] *Cæsaris.* Phocais iuuentus.] *id est, Massilienses qui à Græcis Phocensibus sunt oriundi. Illi enim à Persis afflicti ad hostia Rhodani commigrantes Massiliam petroso in loco cui portus subiacet constituerunt.* In dubijs.] *rebus.* Non Graia leuitate.] *leues enim suapte natura sunt Græci & inconstantes.* Iura signata.] *fœdera scripta quæ cum Populo Romano habebant.* Causas.] *rationes iusti & equi.* Non fata.] *non fortunam successumque Cæsaris.* Ante.] *uidelicet quàm integræ fidei specimen darent & periculum facerent.*

Indomitum furorem.] *inflexibilem iram & impetum.* Duram.] *pertinacem.* Delata fronde Mineruæ.] *mos legatorum erat oleam signum pacis* » *gestare & prætendere. Virgilius in 7. Cenum Oratores* » *augusto ad mœnia regis, ire iubent ramis uelatos Palladis omnes.* Propinquum.] *aduentantem enim Cæsarem procul ab urbe adierunt.* Mineruæ Cecropidæ.] *Palladis Atheniensis quæ oleam adinuenit.*

Semper in externis.] *habet hæc oratio latentem A dissuasionem belli ciuilis & fidelis decreti Massiliensium honestam expositionem. Ea est se fidos Populo Romano socios nolle bellis ciuilibus immiscere, licereq; Cæsari depositis armis Massiliam ingredi, quam si statuerit oppugnare, certum ipsis esse quæq; asperrima pro seruanda fide & libertate perpeti uelle. Totaq; ad placandum Cæsarem tendit oratio. Exordium sumitur à beneuolentia per antiquæ societatis & fidei uerecundam commemorationem & promptitudinem ad præstandum officium.* Omnis ætas.] *omnis antiquitas quæ Romanis continetur historijs. Annales sunt historiæ per annos notatæ, ut docet Gellius libro quinto.* Fata communia.] *communem successum & aduersitatem.* In externis.] *contra exteros alienosq; gesta.* Triumphos.] *uictoriam ex qua triumphaturus.* Ignoto orbe.] *ignotis gentibus.* Dextras.] *deuotas, iuuentutem deputatam.* Funestas.] *mortiferas, luctuosas.*

Discordes.] *uos.* Damus lachrymas.] *miseret nos & deflemus.* Secretum.] *secessum quo confugiant ciues qui uolunt esse ab illis immunes.* Tractentur.] *accingantur & inferantur.* Nulla manu.] *non aliqua nostrum.* Sacra uulnera.] *execrabilia, hoc est, non geramus in Romanos scelesta bella.*

Si cœlicolis.] *argumentantur à simili quod tantis bellis externi se immiscere non debeant. Nam si dij discordes, inter se pugnent, aut si in eos Gigantes insurgant tamen homines licet pij præ stupore & ignoratione uictoriæ non auderent fauere Ioui.* Furor.] *ira, discordia.* Cœlicolis.] *per hos Senatum per gigantes Cæsarem intelligit.* Terrigenas.] *fuerunt enim terræ Titanisq; filij.* Tentarent astra.] *oppugnarent cœlum.* Pietas humana.] *homines Plinius.* Votis.] *apertis desiderijs.* Sortis.] *status & fortunæ.*

Sciret per fulmina.] *ex fulminibus intelligeret.* Solum tonantem.] *Iouem per quem uidetur Pompeium indicare qui erat in Senatu primus & belli dux.*

Addo.] *earum gentium temeritatem accusat, quæ bellis ciuilibus se sponte immiscent.* Iners.] *uilis & inofficiosus.* Horret contagia scelerum.] *timet corruptionem belli ciuilis.* Coactis gladijs.] *compulsis militibus.* Sit mens ista quidem.] *in sui propositi commendationem optant omnes in eadem esse sententia.* C Mens ista.] *propositum simile.* Recusent nostra fata.] *nolint nos interimere.* Alius.] *externi, sed uos ipsi inter uos pugnetis: nam statim præ necessitudine quæ inter uos est cessabitis.* Cui.] *certè unicuiq;.* Diuersi.] *oppositi.* Fratres.] *nominandi est, sed rursus supple in accusandi.* Finis adest rerum.] *cessabunt bella ciuilia.* Illis.] *externis.* Fas est.] *licet in uos sæuire.* Hæc ultima.] *hæc breuis collectio eorũ quæ precaturi te sumus, ut relicto exercitu inermis ingrediare.* Infesta.] *hostilia.* Ut reliquum.] *ut reliquum exercitu inermis ingrediare.* Infesta.] *hostilia.* Exterior uenientia.] Credere.] *committere te & fidere.* Excludi.] *repelli, & extra manere.* Admisso Cæs.] *suscepto à nobis.* Sit locus.] *perstat in eo, ut Cæsari dissuadeat se hostẽ non esse.* Exceptus.] *liber & exemptus à bello.* Fatũ.] *fœlicitas.* Consulat urbi.] *prouideat Romæ.* Fœdera si placeant.] *si eritis fœdus & pacem inter uos inituri.* Sit.] *supersit hic locus.* Veniatis.] *uenire possitis.* Vel cum tanta.] *ab honestiori & utiliori argumentatio.* Discrimina.] *pericula Martis liberi.* ne uetus Pompeij exercitus qui in Hispania

est

Aeſt Galliam occupet. Deflectis.] declinas ad nos, cum illuc acceleres. Rapidum.] acceleratum. Non pondera.] attenuant rem ſuam ut digni negligi uideantur, non enim ſunt hi in quibus ſiue foueant, ſiue repugnent belli pondus conſiſtat, præſertim cum in armis ſint infœlices. Momenta.] impulſiones & efficaciæ.

Manus exul.] multitudo profuga ab antiqua in Græcia patria. Horatius.] Nulla ſit hac potior ſententia Phoceorum. Velut profugus execrata ciuitas, Agros atque lares patrios habitanda'q; fana, feris reliquit & rapacibus lupis. Exuſtis.] à Xerxe, & ab ipſis in nouas ſedes migrare conſtituentibus. Exiguis mœnib.] paruo oppido. Eſt'q; ordo & poſt translatas acies Phocidos exuſtæ, nos quos ſola fides illuſtrat ſumus tuti in mœnibus. Sola fides.] ſemper enim fide clari fuêre. Liuius in ſecundo bello Punico. Nec hoſpitale quicquã peccatum ue ſatis prius auditum, quam Maſſiliam uenerũt.

Claudere muros.] à difficili argumentatio ad Cæſarem terrendum. Hauſtus raptos.] potum ſubſtractum. Auerſis fontibus.] amotis fluminibus & ipſo Rhodano. Larga Ceres.] copia panis. Tunc horrida cerni.] parati ſumus uideri macilenti. Contingi.] inſici & morderi à nobis cruentatis dentibus, uel opprimi tabe, ulceribus & ſcabiei morſu ut famelicis ſolet accidere. Saguntum.] Valerius libro ſexto, hæc ait, Saguntini uictricibus Hannibalis armis, intra mœnia ſua compulſi cum uim Punicam ulterius nequirent arcere collatis in forum quæ unicuique erant chariſſima. Atque undique circundatis acceſſu'q; ignis nutrimentis ne à ſocietate deſiſterent, publico & communi rogo ſe ipſos ſuperiecerunt. Eſt autem Saguntum oppidum in Hiſpania à Zazynthijs condicum, diciturq; & hæc Saguntos uel Saguntus. Silius.] Conclamant utrinque acies ceu tota Saguntos. Igne micet. Trahentes.] ſugentes. Sicca.] nihil lactis habentia ob inediam.

Fata.] mortem. Miſcebunt uulnera.] ſeipſos interiment. Coacti.] compulſi à te. Hoc.] quod mutuo ſe occidant, quàm contra Romanos pugnent. Graia.] Maſſilienſis oriunda à Græcia. Ducis.] Cæſaris. Prodita.] manifeſtata: nam uultum colorem'q; mutauit, & truces oculi euaſêre. Vana mouet.] Cæſar conuerſus ad milites Maſſiliam ſe deleturum denunciat, hilari'q; eos animo eſſe iubet, & confidentiam Maſſilienſium arguit ſimulatos'q; dolos improbat. Ideo enim inermem ſuſcipere uolebant: ut ipſum caperent, quare de his ſumpturum ſe pœnas minatur. Fiducia.] confidentia & improba ſpes. Curſus.] accelerati itineris. Graios.] Maſſilienſes. Ad axem Heſperium.] ad Hiſpaniam regionem occidentalem. Vacat.] uacuum tempus eſt. Gaudete.] quia cum gloria ipſam diripietis. Munere fatorum.] deorum benignitate, & eſt tacitæ laudis expreſſio, oſtendit enim eos pugnandi cupidos eſſe. Ventus.] ſimilitudo qua ſe uento & igni pacem ſpacio inani, hoſtes arboribus & materiæ comparat. Robore.] ſpeciem pro genere poſuit. Inani.] libero arboribus. Nullis.] nulla manu. Nocet.] deſides euadimus. Armorum.] exercitus & potentiæ noſtræ. Qui potuere.] uinci quos uincere poſſumus. Sed ſi ſolus.] Ironia. Degener.] uilis & humilis. Dimiſsis.] depoſitis. Tecta patent.] aperiuntur portæ admittent me. Excludere.] expellere. Incluſiſſe.] in carcere continere, deeſſe'q; ſed etiam. Contagia.] corruptionem, nolunt enim bello ciuili ſe maculare. Fugant.] expellunt. Dabitis pœnas.] nunc ad legatos ſe uertit. Meo æuo.] meis temporibus. Quam duce me bellum, quàm meis partibus inhærere, quod qui non facient tuti non erunt. Sic poſtquam.] quibus iniurijs permotus Cæſar legiones tres Maſſiliam adducit turres uineaſq; ad oppugnationem urbis agere, naues longas Arelatæ numero duodecim facere inſtituit. Quibus effectis armatiſq; diebus 30. à qua die materia cæſa eſt adductiſq; Maſſiliam: his Decimũ Brutum præfecit. C. Trebonium legatum ad oppugnationem Maſſiliam reliquit. Ad urbem haud trepidam.] ad Maſſiliam nil metuentem, quia ſe ad bellum parauerat. Vallata corona.] circundata ordine armatorum cuſtodum. Mœnia clauſa.] urbẽ clauſis portis. Haud procul.] Locus caſtrorum deſcribitur, & ut uallis inter caſtra & urbem repleta eſt agere, & obſeſſa Maſſilia explicatur. Maſſilia ut in ſecundo bellorum ciuilium ſcribit Cæſar, ex tribus ferè partibus oppidi mari abluitur: reliqua quarta eſt quæ aditum habet à terra. Huius quoque ſpacij pars ea quæ ad arcem pertinet loci natura & ualle altiſſima munita longam & difficilem habet oppugnationem. Trebonius igitur in uiminibus & materia comportata aggerem in altitudinem pedum octoginta extruxit. Tumulus.] collis. Explicat campum.] habet paruam in ſummo planitiem. Diffuſo opere.] dilatato cacumine. Patiens cingi.] quæ poſſet circundari. Munimine.] uallo. Proxima.] uicina huic rupi. Conſurgit.] erigitur & munita eſt. Sedent.] iacent & uallis latitudinem montiſq; diſtantiam indicat. Statura.] quæ ſtaret & erigeretur uel conſtatura. Committere.] coniungere. Diuerſos.] urbis & caſtrorum. Aggere.] congerie terræ & faſcibus uiminum. Prius.] placuit. Vt clauderet urbem.] ut occluderet omnem aditum per terram hinc & illinc: nam aggerem & foſſam duxit à caſtris ad maria. Pabula.] paſcua. Bracchia.] aggeres. Cespitibus.] glebis terræ cum herba. Cruda.] dura. Tollentia pinnas.] erigentia turriculas & propugnacula in ſimilitudinẽ pinnarum muri. Iam ſatis.] non paruam laudẽ, inquit, aſſecuti ſunt Maſſilienſes quod ſoli auſi ſunt reſiſtere Cæſari. Memorandum.] memorari dignum. Curſum belli.] impetum Cæſaris. Cunctis raptis.] cæteris urbibus ſtatim occupatis.

Vna.] ſola. Mora.] longa oppugnatione. Quantum.] magnum profectio. Tenentur.] retinentur ſuccessu Cæſaris. Properans.] imponere mundo, feſtinãt præficere Cæſarem. Perdit.] in caſſum conterit. Nemora.] conſitæ arbores amœnitatis cauſſa. Robore.] arboribus ut earum trabibus, & materia hinc & illinc aggeris latera firmarent, media autem replebat ex faſcibus uirgultorum & terra. Virgulta.] uimina Rami arborum & fruticis. Molem.] congeriem rerum. Suſpendant.] ſuſpenſæ attolãt. Agger.] tota ipſa machina. Præſſus.] oneratus. Arctet humũ.] cõprimat terrã, ſed trabes põdus ſuſtineãt. Ligatã.] meluſam. Compage.] coniunctione. Ne cedat.] ne diſſoluatur ob turres. Lucus erat.] Sacri generãdiq; lucique Cæſar excidit deſcriptio. Violatus.] cæſus. Cingens.] cõplectens. Obſcurã.] tenebroſum. Solib.] radijs ſolarib. illuc non penetrantib. Panes.] dij ruſtici. Fauni ſiue Saturni filij. Syluani.] dij ſyluarũ. Nymphæ.] Dryades & Amadryades. Barbara.] effera et inhumana. Ritu.] conſuetudine.

suetudine: quia homines illic mactabantur. Aræ cum altarib.] *Aræ tam superum deorum quam inferum sunt. Altaria superum tantum.* Diris] *efferis.* Lustrata] *expiata.* Lustris,] *ciuilibus & antris suis.* Incubuit.] *flauit.* Excussa nubibus.] *quæ ex nubiũ collisione nascuntur, ex Epicuri Anaxagoræq; sententia.* Non ullis] *uirent, inquit illis arbores, quanquam sint non tanquam sub dio sed sub tecto, nec auras alentes aspiciant.* Horror suos.] *propria uiriditas.* Non ullis auris] *nulla aëris luce.* Tum plurima] *plurimi illic riui sed nigri sunt.* Cadit.] *emanat è fontibus.* Mœsta.] *squalida mœroremq; inducentia.* Carent arte] *nullo sunt artificio fabricata.* Extant informia.] *eminent indolata & turpia.* Truncis] *in stipitibus arborum.* Situs.] *squalor & lanugo qui propriè ex humore aut nulla tractatione, & cultu oboritur.* Putri.] *corrupto.* Facit attonitos.] *terret aspicientes.* Non uulgatis figuris] *non enim ea forma deos illos effigiant, quo reliqui alios.* Nõ nosse] *ex ipsa figura.* Iam fama.] *miracula quæ in ipso loco solebant accidere memorat.* Cauernas] *antra.* Mugire.] *resonare, translatio à bobus qui propriè mugire dicuntur.* Procumbentes.] *siue uetustate siue prodigiosè.* Taxos.] *arbores quarum succus est uenenosus, hinc toxica quasi, taxica dicta esse Plinius docet.* Et non ardentis.] *uidebatur comburi cũ illic nullum esset incendium.* Roborq;.] *uidebantur ab ingentibus draconibus arbores esse complexæ.* Propiore cultu.] *non enim locum ingrediebantur, nec propius accedebant metu deorum.* Cessere.] *dedere locũ abstinendo tam die quam noctu.* In medio axæ.] *in media cœli regione, hoc est, in die, intelligitq; medium quicquid cœli est inter Orientem & Occidentem.* Pauet accessos] *timet adire.* Ipse.] *emphasis quasi dicat, qui deis amicus est.* Deprendere.] *inuenire numen ipsum.* Iubet.] *Cæsar.* Procumbere.] *excindi.* Ferro immisso.] *securib. infixis.* Operi] *ad opus* Bello priori] *bellico Gallico, quod annis superioribus gesserat, Cæsar in alias urbes.* Nudatos.] *priuatos arboribus, reliquit enim syluis excisis sola superat.* Forte manus.] *magnanimi milites.* Moti.] *territi.* Verenda.] *obseruanda.* Robora] *ligna.* In membra sua] *quod Lycurgo Threicio uitem mecidere conanti accidit cruciq; suum pro sui se incidit.* Implicitas cohortes.] *dubitantes & impeditos milites.* Vibrare.] *cum motu tractare & cõcutiendo immittere.* Bipennam raptam.] *securim ab uno militum extortam.* Aeriam.] *altam.* Merso.] *immisso* Violata] *corrupta, uim passa.* Iam ne.] *in Gallicæ superstitionis contemptũ, & in militum cohortationem Cæsar hæc dixit, quo ita numinum si qua esset in suum caput conuerteretur.* Feciffetq; nefas.] *uiolasset sacra.* Secura.] *sine respectu deorũ uel bis repetatur non.* Non sublato.] *adhuc enim metuebant, sed magis Cæsarem quam deos.* Expensa.] *ponderata & considerata, utra magis nocere posset.* Procumbunt.] *oriri excidunturarbores ipsæ ingentes.* Ilex.] *arbor glandifera, de qua Virg. Ilicis & nigræ species possessiuum eius est ilignus.* Sylua dodones] *quercus Iouis Dodonæ dicata allusitq; ad fatidicat quercus Epiri.* Alnus aptior flu.] *ex qua fiunt naues Statius in 6. Alnus amica fretis.* Cupressus arbor feralis diti sacra quæ in funestis nobilium domibus plantabatur, eiusq; ramis rogorũ latera intexebantur: ut in sexto. Virg. indicat. Cæsa nunquam fere pulsa] *lata: dicturq; cupressus, & cyparissus.* Nõ plebœios lu.] *nobilium mortem.* Posuere comas.] *excisa sunt.* Propulsa.] *impulsa.* Sustinuit se.] *erat suspensa in aëre propter arborũ ramorumq; densitatem licet esset excisa.* Populi.] *ciuitates.* Exultat.] *gaudet, sperabant enim deos fore ultores, & Cæsarem meritis supplicijs affecturos.* Quis enim] *nemo enim existimabat Cæsarẽ id impunè facturũ.* Seruat multos.] *seruãtia est, cũ adiecta quærela.* Vtq; satis.] *postquã satis materiæ est excisum Trebonius raptis undiq; iuuencis ipsam ad aggeres comportari curauit.* Satis.] *supple est eis.* Ferũt.] *nemus.* Fleuere annum.] *lachrymauerunt fructus annos se amississe: quia ereptis bubus arare & serere nõ potuere.* Plaustra rustici.] *currus.* Aratro.] *ab aratro.* Cessantis.] *fructũ non ferentis.* Dux tamen] *Cæsar expugnationem fore longã prospiciens, præfecto Bruto elapsi & Trebonio terrestri oppugnationẽ Hispaniam uersus iter arripuit.* Hæsuri.] *diu duraturi.* Acies Hispanas] *ueterem Pompei exercitũ* Geri] *ut gereretur à Bruto & Trebonio.* Erigitur.] *struitur.* Axibus stellaris] *lignis in stellarũ similitudinem cõmissis, cõnexis, quod fieri solet ut ipsa machina quæ erigitur firmior sit.* Axem autẽ.] *nõ modo regionem, et lignũ, aut ferrum circa quem uertitur rota. Sed quodeunq; genus ligni aut tabularũ axem. Festo auctore dicimus.* Geminæq;] *supra aggerem constitutæ sunt duæ turres reptiles, quæ in aggere affixæ non erant: sed per ipsum agebantur.* Robore.] *ligno.* Cautis latenti.] *trochis & rotis.* Per longum iter.] *per aggerem ipsum.* Repsere] *discurrere.* Nutare] *nutando procederet.* Nutare.] *tremere est, & casum minari.* Inuentus.] *Massilienses.* Inanes.] *sinus concauitatem terræ.* Quærentẽ erumpere.] *Terræmotum qui fit ex incluso uento conanti erũpere, quanquã Anaxagoras dixit terræmotum esse successione aëris in terra.* Illinc.] *ex turribus.* Cadunt in arces.] *quæ erant inferiores. Sed maior Graio.] sed uehementiora erant Massiliensium tela. Cæsar in secundo belli ciuilis ait. Tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus. Tamaq; multitudo tormentorum, ut eorum uim nullæ textæ uiminibus uineæ sustinere possent. Asseres uero pedum 12. cuspitibus præfixi atq; in maximis Balistis per quatuor ordines eratiũ in terra defigebantur.* Rapta.] *raptim immissa.* Tenso.] *turbine, extenso impetu & uolubilitate qua intenditur. Namq; ut Victruuius ait fiunt in capitibus foramina per quorum spacia contenduntur, capillo maximè muliebri, uel neruo funes, magnitudine ponderis lapidisq; quem debet ea Balista mittere* Balistæ.] *instrumenti ex ferro, aut taxo, aut osse, quæ si minor est manu Balista et Scorpio appellatur quãquã propriè Balista dicitur, ex qua emittuntur saxa. ut etiam Cicero in Thusculanis docet quãdoq; significat machinam, qua magni lapides emittuntur.* Vnum latus.] *unã corporis partem.* Pandens uiam.] *perrumpens.* Fugit relicta morte.] *egreditur relicto mortifero uulnere.* Post uulnera.] *post uulneratum traiectumq; hominem, telum egressum ulterius euolat.* At saxum] *Saxa uerò quæ ex tormentis & machinis maiori ui mittebantur, totũ hominẽ conterebant.* Ictu uerberis.] *percussione & iactu trabis, ex qua uelut è funda saxa emittũtur.* Excutitur.] *excutiendo emittitur.* Ruens.] *ipsum saxũ.* Ropes] *saxũ.* Quã uetust.] *quæ et uetustate & uẽto dissoluta.* Exanima.] *perimit.* Dissipat,] *dispergit & cõtũdit Artus membra*

A membra quan quam sunt eorum partes iunctura & ipsæ. Vt tamẽ.] propinquantes, inquit muro Romanos saxa & tela tormentis emissa, quia altius longiusq; tendebant, non poterant lædere. Cæsar tamẽ sic ait, itaq; pedalibus lignis coniunctis inter se Porticus integebantur, atque hac agger inter manus proferebatur. Antecedebat testudo, pedũ sexaginta æquandi loci causa facta. item ex fortissimis lignis, euoluta omnibus rebus quibus ignis iactus, & lapides defendi possent, sed magnitudo operum muri altitudo, atq; turrium multitudo, tormentorum omnium administrationem tardabat. Virtus tecta.] fortes milites tecti. Subit.] propinquauit. Densa testudine.] densis scutis Testudo enim dicitur, quum milites iuncti incedunt clypei capiti superimpositis & connexis. Eam poëta sequentibus uerbis describit. Sic & Virgilius. Accelerant acta pariter testudine Volsi. Priores.] præcedentes. Armis.] clypeis sequentium. Vmbo.] clypei curuatura. Extensus.] eleuatus supra caput. Cadunt post terga, quia parata in distantes, propinquos ferire nõ poterãt. Recessu.] spacio. Flectere iactum.] inclinare, & mutare, ut breuius iacerent. Modum.] mensurã. Ad lon
B ginqua tela.] ad ictus telorũ, lõgius emittendos. Aut.] coniunctio est, & cum uerbo mutare iungenda. Mutare.] temperare, ne longè procederet. Euoluunt.] euoluendo emittunt. Nudis.] absq; armis & tormentis. Dum fuit armorum series.] dum testudo & stetit suo ordine, & non est à Massilienſibus fracta, nil detrimenti accipiebat à saxis, ut tecta nihil à grandine. Innocua.] non nocente, quanquam Nonius frigidè ut mihi uidetur, ait, Innocens non nocens. Innocuos illæsus, citatq; Virgilium sedere carinæ omnes innocuæ. Virorum.] Massilienſium. Incensa.] inflaminata. Cratem perpetuam.] testudinem continuam. Fabius cum duo sint genera orationis, altera perpetua, quæ Rhetorice dicitur, altera concisa quæ Dialectice. Milite Romano.] qui non tantum onus totq; ictus poterat sustinere. Singula arma.] Clypei singulorum. Tunc adoperta.] facta testudine uineam admouere, quæ sit suprà docuimus. Vinea.] Crates terra tectæ. Pluteis.] tabulatis & solis. Tecta fronte.] munita anteriori parte ne milites qui primũ procedunt lædantur. Latentes.] Romani. Moliri.] demoliri, aphæresis est. Ima, mœnia.] murum terræ ui
C cinum. Aries.] instrumentum quo muri feriuntur. Est autem librata trabs habens in cacumine ferrum simile capiti cornibusq; arietis. Incussus.] immissus. Compagem.] iuncturam. Soluere.] frangere. Subducere.] subtrahere unum saxum è toto muro. Sed super.] Massilienſes uerò omni telorum genere repulêre Romanos. Fragmine molis.] frusto montis, hoc est saxo. Sudib.] contis & perticis. Adusti.] quod durius est. Cedunt crates.] frangitur uinea. Exhausto.] consumpta. Tentoria.] castra. Summa uoti.] maximum uotum, & uotorum cumulus. Vt starent.] ut non dirueretur. Vltro acies.] crebro tamen per Albicos eruptiones fiebant, igneisq; aggeri & turribus inferebantur, quæ facilè nostri repellebant milites, magnisq; ultro illatis detrimentis, eos qui eruptiones fecerant in oppidum reijciebant. In ferre acies.] immittere milites cõtra Romanos. Texere faces armis.] opposuerunt scuta igni, ne uideretur ab hoste. Lethifer.] mortifer. Telum flamma fuit.] pro telis faces gerebant. Incendia.] ignem quem immittebant. Per munimina.] per aggerem. Nec ait lætas uires.] uehemẽs magnusq; est. Luctetur.] difficulter corripiat & urat. Iæda.] à facib. Massilienſium. Consequitur.] erigitur in fumum, primò enim fluuius, deinde ignis apparet. Spaciosa uolumina.] magnas replicationes & inuolucra. Seruit syluas.] comburit ligna aggeris. Cautes crudæ.] duræ saxa, quanquam propriè sit scopuli pars. Fluxerunt puluere.] in tenuem sunt puluerem dissolutæ. Procubuit.] cecidit. Spes uictis.] aduertendum hic confundi à poëta historiam: nam primùm describit omnem terrestrem pugnam, inde nauale m & sæpe certatum est terra, bis mari, primum quidem terra leuiter, postea mari fuit superior Brutus. Inde incensus est agger.] postea rursus mari pugnatum. Inde agger refectus est ex lateribus artificio summo, & coacti sunt ad deditionem Massilienſes. Victis.] Romanis qui posse terra amplius expugnare, iam desperauerant. Non robore picto.] Romani rudes & indolatas carinas habebant, & omni picturarum uacuas. Fulgens tutela.] imago numinis. Solebant enim in nauibus Deum aliquem, qui eas seruaret appingere. Pingebant & dracones, pistrices & equos. Tutela.] signũ aliquod numinis quod tueretur nauim. Decuit.] ornauit. Conseritur.] connectitur. Area.] appositio, id est, solum & spaciũ: erat enim classis ipsa firmior quàm agilior. Et iam.] Iã Brutus, inquit, per Rhodanum ad Massiliam, cum classe peruenerat. Turrigeram.] quia prætoria & magna. Classes.] naues fabricatæ Arelatæ. Cum gurgite Rhodani.] cum aqua & secundo flumine. Stœchados.] tres insulæ stœchades, ut inquit Strabo, incumbunt Massilienſibus digna satis amplitudine, sed duæ exiguæ, eas exercent Massilienſes opere rustico. Stœchados unam indicat. Necnon.] Massilienſes Domitij consilio, ut scribit Cæsar, naues longas decem & septem parauerant, ex quibus undecim tectæ erant, multaq; nauigia minora: ut ipsa multitudine nostra classis terreretur, magnum præterea numerũ sagittariorum, classeq; ita instructa in Romanam processerunt. Cumq; utrinq; fortissimè, & acerrimè pugnaretur magna cum cæde pars Græcarum nauium depressa est, nõnullæ cum hominibus captæ, reliquæ in portum compulsæ sunt. Quo accepto incommodo ueteribus nauibus refectis, adiectisq; piscatorijs & contectis non minori fiducia, quàm antè dimicuere: sed iterum uicti sunt. Robur.] potentiam. Ephœbis.] puberibus, qui primam adolescentiam ingrediuntur. Quæ stabat in undis.] quamdiu fuerant usi. Emeritas.] etiam ueteres reparauerant. Emeritas quæ suum officium iam peregerant. Translati à ueteribus militibus, & gladiatoribus sumpta. Vt matutinas.] tempus & maris tranquillitatem, qua nauale m pugnam inire describit, adeò quidem apte, ut potius geri quàm dici res uideatur. Fregit aquis.] Radij solares in aquam nitenti reflectuntur, & frangi uidentur. Matutinos.] primum apparentes Mater matuta aurora est. Liber nubibus.] serenus fuit. Posito.] quieto. Virg. Quum uenti posuêre. Tenentibus pacem, non flantibus.

Seruatum bello.] compositum & tranquillum factũ in huius præli usum. Quisq.] tã Romanus, quàm Massilienſis. Statione.] portu. Quanquam statio locus omnis est, ubi ad tempus statur. Brutus, ut scribit Cæsar, obtinebat stationes in insula. In eũ ergo instructa classe uenerunt Massilienſes, Romani manus ferreas atque harpagones

gones parauerant magno numero pilorum tragularum, reliquorumq; telorum se instruxerant: ita cognito hostium aduentu suas naues portu educunt cum Masiliensibus confligunt. Paribus lacertis.] remigibus qui nauis lacertorum uiribus mouent. Tollitur.] aufertur. Impulsæ tonsis.] actæ remis, qui tonsæ dicũtur à decutiendis fluctibus, ut tonsores à tondẽdis & decutiendis capillis, ut Maurus ait. Crebra uerbera.] spissi remorum ictus. Conuellunt.] mouent ui educũt ex undis. Cornua Romanæ] Romanæ classis ordinem: quæ Masiliesi eodem eunti ordine opposita erat describit. Cornua.] dextrum sinistrumq; latus ordinis in lunæ formam flexi. Triremes.] naues tres remorũ ordines in singulis transtris habentes. Quasq;.] quadriremes. Quater surgens.] nam cum quatuor sint quater ad remigandum, se erigunt. Extructi.] ordinati. Et quæ.] & quæ habent maiorem ordinem, ut quinq; remes. Mergunt plures pinus.] immittunt plures remos. Multiplicijs.] multas & diuersas inter se ut biremes & uniremes & est appositio, ordo est. Validæq; triremes, &c.] cinxêre cornua rates, &c. Hoc robur.] hæ robustæ naues inter se cornibꝰ erant oppositæ, in medio autem minores naues & Lyburnæ continebantur. Aperto.] libero, illis qui in cornibus erant. Lunata.] curua & flexo. Lyburnæ.] naues celeres à populis Libyrnis sic appellatæ. Gemino ordine.] sunt enim biremes. Creuisse.] attollere sese. Prætoria.] quia brutus præfectus classis prætorq; erat. Verberibus senis agitur.] seno ordine remorũ impellitur. Mollem.] graue pondus se ipsam. Et summis.] remorũ extremitate longè in mare protenditur. Vt tantum.] postquã adeò fuêre uicinæ ut uno remorũ impetu se possent attingere, clamor sublatus est, & collisere se naues. Quod.] ut siue quantum. Tonsis.] palmulis. Vasto.] magno. Præmitur.] non auditur. Verrunt cerula.] trahunt maria cerulei coloris, hoc est remigant. In transtra cadunt.] aptissima descriptio. Remiges enim in puppim uersum in proram nauim impellunt terga in transtra reflectunt, & in pectora remos eductos percutientia redeunt. Rostra.] frontes prorarum æratæ. Crepuerunt] sonuerunt. Rediere in puppim.] mutuo repulsæ puppim uersus recedebant. Tela.] lanceæ, Vacuum.] liberum remis & nauibus. Extendunt.] tam Romanæ quàm Masilienses. Diductis.] in diuersa ductis, & ita ordine dilato ut mutuo naues hostiles susciperent medias, quæ breui gyro ad suos postea reuertebãtur. Laxata classe] dissoluto, laxioriq; ordine. Vt quotiens.] similitudo qua cursus nauium fluctib. quos contrarij uenti agitant comparatur. Aestus] feruor maris. Zephyris] uentis Occidentalib. Fluctus.] summæ undæ. Vbi.] postquam. Duxerunt uarios tractus] iuerũt diuerso tramite & sulco. Hæc quæ uenit. illa.] quæ discessit. Sed grais habiles.] Qua nauium differentia pugnarent etiam Cæsar his uerbis ostendit. Masilienses & celeritate nauium scientia gubernatorum confisi nostros eludebãt impetusq; eorũ excipiebant, & quoad licebat latiore spacio producta longius acie circumuenire nostros, aut pluribus nauibus adoriri singulas, aut remos transcurrẽtes, detergere si possent contendebant. Nostri tum etiã grauitate, & torditate nauium impediebantur, factæ enim subito ex humida materia non eundem usum celeritatis habebant, Itaque dum locus communis pugnandi daretur æquo animo singulas binis nauibus obijciebant, atq; inie- A
cta manu ferrea & retenta utraq; naue diuersi pugnabãt atq; in hostium nares descendebant. Habiles lacesse-
re.] eam aptæ ad prouocandum & appetendum. Gyro.] reuolutione. Cedere clauo.] obtemperare themoni: ut Clauumq; ad littora, torquet. Estq; proprie fustis themonis. Tarde flectenti.] quo enim maior est nauis, eò tardius flectitur & maiori gyro indiget. Tenuis, eò tardius flectitur & maiori gyro indiget. Tentare.] ad tentandum. Raris.] classis. Certior.] firmior erat. Cariam stabilem.] firmum solum pugnaturis. Terræ.] uidebantur enim tanquam in terra pugnare. Artibus & certas pelagi.] contendis arte nauigandi & nauium agilitate qua superamur. Iam oppone.] transuersas naues rostris Masiliensium. Me-
dias carinas.] latera nauium. Obliquas alnos] trãsuersas naues. Tentauit.] percussit & oppugnare uouersas naues. Tentauit.] percussit & oppugnare uoluit. Robora.] fortem nauim. Ictu uicta tuo.] percussione sua læsa.] Cohæsit] firma stetit cum ea. Capit.] Harpagonibus & manibus ferreis. Manicæ.] unci ferrei, sed propriè sunt manuum umcula sicut pedum. Vir.] Et gruibus pedicas & retia figere cer-
uis. Teretes.] lõgæ & rotũdæ. Sed tenent remis.] his mutuo & pectinatim connexis se continent, uel contrario remorum impulso. Stetit.] non mouit: se feeterunt enim statariam pugnam. Tectore æquore.] iam enim coniunctis nauibus mare inter ipsas non uidebatur. B
culis, sed ensibus res agebatur. Torquentur tela lacertis.] emittuntur. Vulnera ferro nec cadunt longinqua] tela uulnerantia, nec ueniunt è longinquo emissa, estq; metonymia. Iaculato.] immisso. Agit pluria
ma.] maiorem partem occidit. Bello.] hoc ipso. Aduersos.] hostiles & suos in hostem. Suis.] proprijs. Spumat.] spumam facit. Obducti.] tecti. Vir.] Limosoq; palus obducat pascua iunco. Concreto.] durato, sanguis enim tam in frigida, quàm in calida duresacit. Et quas.] naues inquit quæ à Romanis captæ Hispagonibus trahebantur coniungi non poterant, cadaueribus interpositis impeditæ. Conserta.] densa & interposita. Vincula ferri immissi.] unci iacti. Subiere profundum.] mersi sunt. Hauserunt.] biberunt & suffocati sunt. Hi.] alij inquit ex uulneribus difficul
ter perituri subito cum nauibus mersi sunt. Luctantem C
cum morte.] resistentem morti. Irrita tela] aliud mortis genus, qui enim integri in mare cadebant telis temerè iacentibus, & non iactis in eos conficiebantur. Irrita] in uanum emissa, & quæ nullum in nauibus uulnerarent. Suas.] ad quas faciendas immissa erant.

Fruſtrato pondere.] decepto ferro, uulnere non illato. Exceptum] infixum alicui, in quem incidit. Vulnus.] corpus quod uulneraret. Phocaicis.] quomodo una Romanorum nauis duabus Masiliensium remorum ordinibus circumdata. Robore didus sisteret narrat. Vallata.] circumdata. Robore didus sisteret narrat. Vallata.] circumdata. Robore didus sisteret narrat. Vallata.]

A nere.] *antiquo an postico.* Largus cruor expul. hast.] *magna uis cruoris.* Vtrasq.] *ambas. Vtitur autē Hyperbole manifestissima.* Animam.] *uitā, quæ est in sanguine.* In uulnera.] *nam utraq; causam mortis dederunt.*

Dirigit huc.] *Massilienses Telonis mortem describit, quem à nauigandi astrorūq; peritia laudat.* Telonis.] *magistri nauis.* Nullam manum au.] *nulli manui melius obtemperauerūt.* Turbante.] *uidelicet se, aut ipsas carinas.* Notior.] *exploratior, an serena, an turbida sit futura, id enim siue ex solis, siue ex Lunæ aspectu callebat.* Carbasa uentis.] *uela.* Componere.] *aptare undecunq; flatus esset uenturus.* Hic.] *Telon.* Compagem alni lat.] *nauim Romanam.* Rostro.] *Græcæ nauis.* Auertitq; ratem morientis dex.ma.] *cum primū uulneratus fuit, nauis auersa est.* Gyareus.] *Massilienses.* Sociam.] *Massiliensem.* Excipit ferrum.] *uulneratur.* Suspensa.] *nam cum ex naui sua saltaret in alteram, telum, quo transfossus est, naui inhæsit, & ipse telo pendebat.* Stant gemini frat.] *à sorte Gemellorum*

B *diuersis modis mouet affectus & alterius fortitudinē prædicat.* Stant.] *parati sunt & pugnant.* Gemini fratres.] *gemelli, uterini.* Glorię matris fœcundę quos eadem.] *cedit laudi mulieribus geminos parere.* Viscera.] *uterus.* Variis uatis genuerunt.] *cum eadem esse deberent.* Discreuit mors sæua uiros.] *separauit.*

Agnorunt miseri.] *quia alterū non uidebant.* Sublato errore.] *quippe erant adeò similes, ut ipsos minus discernerent, & alterum pro altero uocarent & salutarent.*

Ille.] *frater superstes.* Tenet dolorem semper.] *seruat & cōmuat luctum.* Aeternis.] *indeficientibus, & est à fraterna pietate commendatio.* Offert.] *refert, repræsentat.* Lugentibus.] *parentibus suis.* Quorum alter.] *confundit historiam poëta Massilienſibus assentatus, nam re uera miles, is qui se adeò fortiter gessit Romanus. & Cæsaris decimæ legionis Præfectus fuit: Caiusq; Accilius est appellatus. Meminit eius Tranquillus in Cæsare, meminit Plutarchus, meminit & Valerius Maximus. Similis historia de Cynegyro Græco tradita est.*

Pectine obliquo.] *nam remi qui obliqui in naui sunt missi pectinati erant.* Iniectare manum.] *inijcere dex*

C *tram.* Ictus.] *Romani Militis.* Hæsit.] *firmauit se in naui.* Nisu.] *eodem conatu & gestu.* Diriguit.] *rigida facta est, & inhorruit naui non dimissa.* Creuit in aduersis uirus.] *magnanimi propriū est rebus aduersis nō perterriti, sed in illis insurgere.* Plus iræ.] *Iram peripathetici cotem esse fortitudinis dicunt, nec ullā uim illam habere, nisi ira exeandeat, ut quarto lib. Tusc. quæstionū Cic. ait.* Instaurat.] *renouat, nec dicimus restauro, quia stauro non dicitur, & instar non restat Latinū est.* Leua.] *auget ueritatem poëta. Constat enim non ita se gessisse Acilium: Suetonius sic habet Acilius nauali ad Massiliam prælio iniecta in puppē hostiū dextra & abscissa memorabile illud apud Græcos Cynegyri exemplū mittatus transilit in nauim Vmbone obuios agens.*

Procumbit.] *inclinat se.* Lacerto.] *brachio.* Clypeo.] *quem læua gerebat.* Telis.] *Missilibus quæ dextra.* Non conditus.] *non latens.* Expositus.] *ictibus Romanorum periculiq; obiectus.* Fraterna arma.] *erat enim ante clypeum fratris inermi pectore.* Cuspite.] *telis.* Perstat.] *perseuerat in pugna.* Morte iam emerita.] *nam euadere non poterat, & mortis munus plenum iam erat.* Tenet.] *excipit.* Cæsura letho.] *cæsura in mortem.* Tum uulnere.] *iam iam moriturus collectis totis uiribus in hostilem nauim insiluit.* Vulnere.] *per quod sanguis egrediebatur.* Lassos.] *debiles.* Sanguine.] *uiribus.* Contendit.] *dirigit, extendit, emittit.*

Membris defectis robore.] *corpore uiribus haustō.* Insiluit.] *coniecit se.* Nocturus.] *inclinaret atq; obrueret.* Cumulata strage uirum.] *plena cadaueribus.* Ictus.] *à Romanis illatos.* Hausit pelagus.] *admisit aquam.* Foros.] *tabula & spacia.* Descendit.] *in undas, submersa est.* Vortice contorto.] *uoraci aquæ cōuersione. Est & uortex uentorum, qui Typhon dicitur, ut est apud Plinium.* Diducta.] *diuisa & separata.* Marc.] *aqua.* Ferrea dum.] *Cum Romani manu ferrea Lycidam pro naui corripuissent, socijs eum per crura retinentibus diuisus est. Postremaq; parte statim mortua superior, in qua uitalia continebantur, diutius uixit.* Manus.] *Instrumentum cum pluribus uncis.* Inserit.] *immittit.* Puppi.] *Massilienſi.* Rapidos.] *ueloces & rapaces.* Auulsus.] *abreptus, & à suis, & à ferrea manu.*

Scinditur.] *hos uersus Lucanus ipse percussis uenis profluente sanguine, ubi frigere, pedes manusq;, & paulatim ab extremis cedere spiritum sensit, feruido adhuc, & cōpote mentis pectore dicitur cecinisse.* Emicuit.] *prosiluit.* Lentus.] *tardus & uelut ab uno uulnere.*

Discursus.] *qui fiebat ex diuersa cruoris effusione.* Animæ.] *sanguinis, in quo ita est.* In membra.] *inferiora.* Interceptus.] *confusus, mistus.* Tanta.] *tam larga, erat enim totus corpus uulneratum.* Vltima pars.] *puta fuisse ab extremis lateribus ad talos.* Tradit in lethum.] *dedit extinguendos.* Vacuos uitalib.] *in quibus uitalia membra non erant, ea sunt epar, pulmo, cor, pcordi, cerebrū.* Tumidus.] *est enim spiritādi officina, idcirco spongiosus ac fistulis manibus cauus.* Viscera.] *exta ipsa uitalia.* Fata.] *mors.* Hęserunt.] *diu laborauerunt.* Luctata.] *conata.* Vix contulerunt.] *difficulter abstulerunt tradidereq; morti.* Dum nimiū.] *multiū imprudentiā, qui nauim inuertерunt, enarrat.* Incumbit.] *tota enim in unum latus se uertit.* Versa.] *in uersa.* Congesto.] *in unum latus collecto.* Texit pelagus.] *quoniam nauis supra mare in faciem cadēs multē tomersit.* Iactare brachia.] *nare.* Tunc unica.] *ioci litas est. Vnius enim quia à rostris concurrentibus est interceptus fatum singulare cōmemoratur.* Facies læthi.] *apparentia & qualitas mortis* Fixere.] *penetrare.* Discessit.] *diuisum est tam uasto impetu.* Quo mi. æra.] *ut ipsa rostra ærata se non collidant, licet essent illo torpore impedita.* Elisо.] *compressо & contusо.* Saniē.] *sanies ut Celsus ait, est tenuior sanguine uaria, crassa, glutinosa & colorata.* Permi.] *contusus cum carne.* Inhi.] *prohibent nautæ & retrahunt.* Vulneribus transmisit aquas.] *latitudinē uulneribus indicat cum per ipsum aqua discurreret* Pars maxima.] *quorundam Massiliensium ad suorum naues natantiū mors sæua describitur.* Naufraga.] *cuius nauis fuerat fracta & ipsa exposita erat mergendi periculo.* Obluctata.] *repugnans* Iactatis lacertis.] *nando.* Concurrit.] *simul natat.* Altius prensarent rob. uln.] *cōprehenderent suam nauim brachijs* Vetitis.] *ab his qui in naui erant.* Peritura.] *erat enim tātus numerus ut si susceptus fuisset nauis proculdubio mergeretur.* Nutaret.] *Inclinaret se & periclitaretur.* Impia.] *quia socios lædebat.* Super.] *desuper.* Brachia linquē.]

illi amputatis brachijs, & in naui relictis submersi sunt cũ nare non possent. A manibus.] quibus inhærebant. Graues.] amissis enim brachijs, corpus nando liberare non poterant. Iamq; omn.] deficientib. inquit, telis remos temones, & transtra in hostem iactabant. Omnis fu.] cuiusq; ira. Inuenit ar.] Sic Virgil. Rimati telũ ira facit. Nudato.] inermi. Ampluſtre tor.] ornamentum, uel Temonẽ immissum ut abutatur uerbi proprietate. Rotant.] rotãdo immittunt. Sede.] transtra. In pugnam.] ut pugnarent. Sidentia pes.] manentia sub pedibus deorsum, & infra. Sic & in quinto: Obruit illa dies, qua Celsa cacumina pessum. Tellus uicta dedit, hinc fit pessundo, hoc est, sub pedibus do. Inopes tel.] quib. tela deerãt. Lethale.] quod lethiferũ uulnus intulerat.

Oppressere.] obduxêre, ne sanguis egrederetur. Sanguis.] qui uires fouet. Excat.] egrediatur, post emissam hastã, qua fuerat uulneratus. Lues.] uis mortis et uelut pestis. Quam diuersa pe.] quàm ignis qui est aquæ cõtrarius. Tædis.] facibus sulphure piceq; sparsis & plenis. Viuax.] ardens & urens. Facilis præb.] quæ facilè incendebantur & alebant ignẽ. Rapuere incend.] correpta sunt igne. Nunc pice, nunc ce.] siue quod ipsas spargerent, siue quod nauiũ iunctura, stuppa pice & & cera refractæ sunt. Nec superant iam.] ne restringunt incẽdia. Sparsis ratib.] dissipatis nauibus. Vendicas fragmenta ferus.] corripit & sibi attribuit frusta.

Hic recipit.] Diuersa diuersorum studia memorat. Hic.] aliquis. Inter mille mod.] inter innumera mortis genera illam uitabant, qua lædi mori q; cœperant.

Virtus naufraga nec ces.] illi qui fractis nauibus nabant, se exercebant in legendis subministrandisq; telis pugnantibus, & in feriendo ut poterant hoste. Ratibus.] militibus, metonymia. Incertas.] non ferentes designatum locum, ea enim dicitur certa manus, & certũ telũ, quod locum designatũ ferit. Incertas.] ergo quia nantes ualidũ ictum mouere non ualebant. Languente.] debili. Si datur rara copia.] si telum aut ensem nõ habeant. Vtuntur pel.] mergunt hostem in mari. Subsidere.] submergere se. Implicitos.] connexis. Mergentesq; mori.] dum mergũtur mergere alios. Pugna fuit.] egregij & callidi urinatoris mortẽ poëta describit. Is aũt dicitur urinator, qui nat sub aqua, quod qui faciũt urinare, dicuntur ab urna uase. Eximius.] præstans.

Animã.] anhelitus, Plautus. Olet anima uxori tuæ. Scrutari.] inquirere. Cõuellere.] ad reuellendã anchoram, si funere figi nõ posset. Adductũ.] tractũ. Hic ubi.] raptũ in ima hostem, ubi suffocauerat emergebat. Penitus.] ualde subtus. Per uacuos fluctus.] per mare à nauibus non occupatũ. Puppibus occurrit.] inci pit sub naues. Iecerunt brachia.] cõprehẽderunt, retinuerunt. Non perdere le.] non mori frustra & inultè, & non læso aduersario. Multus.] multi morientes, inquit, suspenderunt se à puppi, ut rostrum ictus, ne nauis læderetur exciperent. Stantem.] Lygdami Massilienſis & Tyrrheni Ro. pugna narratur. Tortor ha.] Agitator fundæ ex qua torta emittuntur saxa. Balearis.] Baleares insulæ sunt in mare Hispano, quarum incolæ funda utũtur dictæ, siue βαλλάω, quod est iacio, siue à Baleo Herculis comite. Glande.] pila plumbea. Tempora.] latera capitis. Vincula.] neruos quib. cõtinentur. Prorumpunt.] egrediũtur, ui enim inclusi sanguinis pressi excluſi sunt oculi. Lumine.] uidendi. Cõstare uigorem.] se ualere uiribus. Componite.] collocate & statuite ad iacenda tela. Tormẽta.] Balistas & Catapultas. Egere.] sese adhortatur. Hoc cadauer.] corpus meum. Habet usum.] faciet officiũ magni militis. Manu cœca.] ipse cœcus. Non irrita.] nã hostem uulnerabant. Argus.] Massilienſis. Qua uenter non med.] inter umbilicũ, & latus dextrũ siue sinistrum. Sunt enim ilia arteriæ inter ueſicã et aluum ad pubem tẽdentes, ut ait Plinius. Adiuuit q;.] Cecidit enim & ferrum alius est ingressum. Strabat.] tota hæc oratio diuersis modis mouet affectus. Carinæ.] eiusdem.

Non ille.] fuit enim fortissimus Massiliẽsium. Victũ æuo robur ceci.] fortitudo annis debilitata, profligata est. Exemplũ non miles.] nam quamuis nõ pugnaret ipso aspectu, alios excitabat. Funere.] morte filij. Sæpe cadens.] dum ad filium properaret. Spirãtes.] palpitantes & adhuc uiuentes. Non lachrymę.] ex uehementissimo dolore lachrymæ interdũ potius comprimuntur, quam effundantur. Tendit.] percutit. Riguit.] indurauit. Distẽtis.] externis & passis. Nox subsit.] superuenit obscuritas, præ dolore enim exanimatus est. Argum.] filium. Labens caput.] instabile, inclinatum Leuet.] attollit. Vox fauces.] Loqui nõ potuit. Solutas fauces.] apertum os. Inuitat.] gestu hortatur.

Claudenda ad lumi.] Maiorum mos fuit ut propinquiores morientibus oculis clauderent, ut parentes liberis liberiq; parentibus. Ouidius. Dij præcor hoc iubeant ut euntibus ordine fatis. Ille meos oculos, comprimat ille tuos. Caruit torpore.] fuit sine stupore, & in mentem uiresq; rediit. Cruentes.] crudelis in se. Nõ pridem tempora.] non differem mortẽ. A' fœuis deis.] præ animi perturbatione Deos incusat, qui ei quod filio superesse uidebantur iniusti. Iugulum.] lethalem sub gutture locum. Nondum.] par esse uidetur, ut qui prior in uitam egreditur, exeat prior, tu eũm sis me iunior, ante me non nubrieris. Esse super.] superuiuere mihi, sit perstes hi dicuntur, ijs qui in uita remanent. Polluerat capulum.] maculauerat ensis manubrium, quo se percusserat. Tendit sub æquora.] in mare se mergit.

Festinantem animi mortem nõ credidit uni.] metuens ne ipse non antequam filius è uita decederet, se prius sauciatum in aquam præcipitauit. Credit.] commisit. Inclinant iam fata..] Iam Massilienſium res aduerso Mare præcipitabãtur Romano uictore. Anceps] dubius, sed erat certa uictoria. Vexere uictores suos.] inuexere Romanis, qui eas Cæsis hostibus occupauerant.

Naualia.] Massilienſium. Quis in urbe.] per commiserationem concludit poëta luctum superatæ ciuitatis Fletus.] qui lachrymas fit. Planctus.] percussio pectoris, faciei, & brachiorum. Coniunx.] commiseratio Accensis.] pathos à pietate & certamine. Truncos.] absque capite quod fuisset certus iudex. Brutus.] Brutus inquit primus fuit, qui uictoriæ Cæsaris terrestribus maritimam gloriam addit.

FINIS LIBRI TERTII. IOANNIS

IOANNIS SVLPITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI POETAE PHARSAL. LIB. IIII. commendationes.

A

T procul.] *interea dũ Massilia oppugnaretur Cæsar ad Ilerdã se cõiunxerat Fabio: quẽ à Massilia cũ tribus legionib. præmiserat in Hispaniã duabus subsequẽtibus, ut celeriter Pyrenæos saltus occuparet, q ab Afranio Pompeio legato eo tempore tenebantur. Deiecto itaq; ex saltu præsidio Fabius magnis itineribus ad exercitum contendit Afranij, qui certiorem Hispaniam cum tribus legionibus obtinebat. Nam Varro eius collega ulteriorẽ cum duabus legionibus tutabatur. Afranius* B *Petreio quoq; collega ad se accito cum duabus legionib. communi consilio statuerat ob loci oportunitatem bellũ gerere ad Ilerdam.* Sœuus.] *magnus, crudelis.* In extremis horis.] *in Hispania quæ est ultima mundi pars.* Martem.] *bellum* Metonymia. Non multa cęde.] *pauci enim peribant.* Momenta.] *impulsiones & adiumenta Cæsar in primo belli ciuilis: magnum attulit nostris ad salutem momentum, & ideo momenta dixit: quia in hoc bello quanquam non fuerat summa uictoriæ, tamen id multum Cæsar profuit nocuitq; Pompeio.* Duci bus.] *Cæsar & Pompeius.* Iure pari] *æquali potestate præerant, exercitui Petreius & Afranius legati Pompeij. Duxit impium: produxit gubernationem ipsorum in partes dierum uicissitudines, ut alternis præessent.*

Tutela peruigil.] *defensio uigilans, & est appositio.* Custodia.] *custodes ipsi.* Alterno signo.] *nunc enim Petreiani, nunc Afraniani uallũ custodiebãt.* His præter.] *ultra copias Italas etiam Hispanas habebant.*

Austur.] *Austures.* 12 populi sunt in citeriori *Hispania ab Asturica urbe magnifica dicti.* Vectones.] *in citeriori sunt Hispania, iuxta Vaceos.* Leues.] *agiles.*

C Profugiq;.] *id est. Celtiberi Periphrasis est. Celtæ enim qui in Iberiam migrarunt, Celtiberi sunt appellati. Celtæ autem nostra lingua Galli dicũtur, ut inquit Cæsar. Gallia enim omnis in Belgas Aquitanos, & Celtas diuisa est.* Colle tumet.] *situs Ilerdæ & Castrorum describitur.* Pingue solum.] *fertilis terra.* Tumet.] *insurgit.* Excreuit.] *erecta est.* Leui tumulo.] *nõ arduo & acliui colle.* Ilerda.] *oppidum uetus in citeriori Hispania Surdaonum gens 20. millibus passuũ ab Ibero fluuio distat.* Prælabitur.] *ante & iuxta labitur.* Placidis.] *mitibus.* Sicoris.] *non ultimus fluuius mediocris, magnus tamen littore.* Hesperios.] *Hispanos.*

Amplectitur] *comprehendit ab una m alteram ripã.* Passurus aquas.] *à quibus percuitur præsertim hyeme.* Proxima rupes.] *uicinus mons.* Signa magni.] *Pompeianorum castra.* Nec Cæsar.] *Fabiana castra longius ab Ilerda distabant: eò postera die Cæsar cum nongentis equitibus uenit: ex omnib. copijs triplici instructa acie ad Ilerdam proficiscitur, & sub castris Afranij consistit, et ibi facit æquo loco pugnandi potestatẽ. Afranius copijs adductis in medio colle pugna abstinẽs sub castris constitit. Quo animaduerso Cæsar ab infimis radicibus montis intermissis circiter passibus quadringentis castra facere constituit: uallo q; muniri uetuit, quod eminere & procul uideri necesse erat. sed à fronde pedum 15. fossam fieri iubet, prima & secunda acie in armis constituta, post quas opus in occulto acies tertia faciebat. Sed opus omne est perfectum quam Afranius id intelligeret.* Leuat.] *attollit, eleuat.* Minore.] *quàm is in quo erat Afranius.* Medius dirimit tẽtoria gurges.] *Sicoris medius est inter utraq; castra. Tentoria sunt militũ taberna cula linea, dicta à tendendo. Et cum primũ bello Veientano Romanis militibus concederentur fuêre pellicea.*

Hinc.] *à flumine.* Explicat] *dilatat.* Effusa.] *spar sa.* Modum.] *Mensuram.* Cohercet.] *terminat, stringit.* Cinga.] *fluctus uelox, circum campos actus, dictus à cingendo.* Veritus] *nam non peruenit ad mare nomine suo cum ab Ibero suscipiatur. Iberus fluctus qui oritur in Cantabris & in mare effluit Balearicũ.* Præstat terris.] *egregius est in Hispania.* Prima dies.] *prima inquit die, qua castra collata sunt tantũmodo pauerunt acies, & sese ostentarunt.* Sceleris.] *belli ciuilis.* Furentum.] *impiorum.* Donauere.] *abstinuêre.*

Prono tunc Cæsar Olympo.] *Sole Occidẽte. & Hyspicè loquitur. Sol enim non suo cursu occidit, sed à mũdo rapitur in Occidentem.* Perstant.] *in armis perseuerant.* Obduxis castra.] *Protexit & munuit: in armis enim ea nocte quieuit.* Maniplis.] *manibus militum.*

Prope confertis.] *coniunctis & uicinis.* Luce noua.] *erat inter oppidum Ilerdam & Afranij castra planities circiter passuum quadringentorum. Atq; in hac sere medio spacio tumulus erat paulò editior, quẽ si occupasset Cæsar ponte & commeatu intercluso rum aduersarios confidebat.* Itaq; eductis tribus legionibus *Vinius antesignanos præcurrere atq; occupare eum tumulum iubet. Sed Afranij cohortes breuiori itinere præoccupauere, pugnatũ est igitur uario Martẽ, & ita prælium diremptum, ut se utriq; superiores discessisse existimarẽt.*

Castris.] *deest à.* Terror.] *metus ne paterentur incommoda.* Pudor.] *quod esse uiderentur debiliores.* Hostem.] *Afranianos.* Rapto agmine.] *acceleratis cohortibus.* His.] *Cæsarianis.* Virtus & ferrũ] *pugnandi audacia.* Ipse locus.] *qui uicinus erat castris, & iam occupatus.* Miles.] *Cæsaris.* Oneratus.] *armis, pilis, clypeo.* Nititur.] *conatur ascẽdere.*

Acies supina.] *milites supino pectore ascendentes, & à sequentiũ clypeis sustentati.* Casura in tergũ] *quæ facilè cecidisset.* Vacabat uibrare.] *emittere poterat.*

Dum labat.] *dum pedibus æquit cõsistere.* Firmat uestigia.] *firmat pedes solo in terram fixo.* Stirpes.] *truncos, uirgulta, frutices.* Relicto hoste.] *non habito hostis respectu.* Cedunt uiam] *amputant uirgulta, uepres, & ramos.* Lapsura ruina.] *quæ facilè repelli sternique poterant.* Equites,] *equitatum.* Succedere bello.] *certare.* Producere latus munitum.]

extendere ordinem à læua parte quæ est scutis & hastis munita. Lęuo gyro.] sinistro circuitu. Pedes.] Cæsaris milites. Receptus.] liberatus & suscitatus, ut, frugesq; receptas. Nullo urgẽte.] hoste nõ persequente equitum metu. Victor.] Afranius. Irritus.] uanus quia nullo damno hostes affecit. Perpendit.] stetit pendens in monte. Subducto Marte.] Subtractis peditibus qui pugnabant. Hactenus.] hæc armis gesta sunt, inquit, sed quæ sequuntur aëris tempestate. Nam accidit repentinum incõmodum biduo quo hæc gesta sunt. Tanta enim tempestas orta est. ut nunquam illis in locis maiores aquas fuisse constaret. Tum autẽ ex omnibus montibus nix profluit, ac summas ripas fluminis superauit potentesq; ambos quos C. Fabius fecerat uno die, interrupit, quæ res magnas difficultates exercitui Cæsaris attulit. Siquidem castra cum inter Sycorim cingamq; esset non frumentum supportari, non pabulum ire, non commitatus, qui undiq; uenirent suscipere libebat. Diseri mina.] pericula, differẽtias. Incertus.] Instabilis. Fata.] euentus. Pigro bruma gelu.] Hyemale tempus describit. Inquiq; Siccam hyemem secutum est uer pluuiosum. Bruma.] hyems à breuitate dierum dicta.

Hærens.] torpens pigra. Siccis.] pluuijs. Tenebat in nube.] non emittebat è nubibus. Constricto æthere.] aëre in glaciem & in niuem condensato. Est aũt Glacies Apuleio auctore humor sereno frigore concretus.

Niues.] quæ ex iactatione densarum nubium oriuntur. Nam priusquam in aqua defluant fractæ ac discissæ spumas agitationibus suis faciunt, et mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit. Vrebant montana.] torrebant montes. Frigus enim urere dicitur & calor. Virgil. Penetrabile frigus adurit. Pruinq.] pruina est roris mollities, quæ frigoribus matutinis inuanuit. Ros uerò nocturnus humor quem serenitas tenuiter spargit.

Non duraturæ.] primo solo soluendæ. Iacẽtes campos.] planitiem. Omnis tellus.] Hispania. Cœlo.] merget sidera, Occidenti. Sereno.] Serenum nil aliud est, quam aër purgatus caligine & perspicuè sincerus.

Sed postquam.] postquam Sol arietem est ingressus, quod fit circiter tertiodecimo Calendas Aprilis. Vernus portitor.] Aries uector, sub quo cum Sol est, uernũ est tempus. Helles dilapsę.] quæ in mari Hellespontiaco occidit. Nam cum Ino nouerca Hellẽ, & Phryxum priuignos suos per dolum mactare procurauisset. Et hi Iunonis ope arietem nacti transfretare uellent. Helle in medijs fluctibus tertia à fratris tergo cecidit, numenq; mari dedit, Phryx uerò ad Colchorũ regem delatus, Arietem Ioui macauit, quæ postea in cœleste signum conuersus est: Respiciẽs sidera.] respici ẽs ipsum, eo enim gestu effigiatur, ut sua terga respiciat. Dies.] iterum uicere, id est, maiores fuêre hostibus. Iterũ æquatis temporibus, dies & noctes bis in anno æquatur: Vere Sole, & sub Ariete existente: & Autumno sub Libra. Virgil. Libra dies somnique parens ubi fecerit horas. Ad pendera iustæ Libræ.] ad mensuram iustæ staterę. Estq; apta translatio, ut ad Aequinoctium & Libræ signum alludat. In quod Astræa Astrei gigantis filia uersa est. Eam efficiunt Scorpij brachia, estq; inter ipsum & Virginem. Virgil. Qua locus Erygonen inter Chelasq; sequentes. Sole relicto.] Luna semper Solem relinquit in eodem signo, unde ipsa noua discessit.

Cynthia.] Luna à Cynthо monte Deli. Dubitan da erat enim adeo obtusa & fusca, ut discerni non posset, quo primum cornu apparuisset. Plinius inquit, cornu eius Septentrionale atque rigidum illum præsagit uentum, inferius Austrum. Et Virgil. Luna reuertentes cum prima colligit ignes. Si nigrũ obscura comprenderit aëra cornu. Maximus agricolis pelagoq; parabitur imber. At si Virgineum suffuderit ore ruborem. Ventus erit, uento semper rubet aureo Phœbe.

Flammas.] flammeum pallorem. Nubes.] nubes est exhalatio uaporata crassior nebula, plena humore.

Torsit.] torquendo impulit. Axe.] regione. Nabatheis.] Orientalibus. Nabathea regio ab Arabia incipiens, tendensq; usque ad mare rubrum. Ouid. Eurus ad auroram Nabatheaq; regna recessit.

Tellus Gangetica.] India per quam labitur Ganges. Exhalat.] emittit. Nebulas.] Nebula est exhalatio uaporata, humore uiduata. aëre crassior, nube subtilior cui serenitas abolitionem infert. Primus.] matutinus & Orient. Concrescere.] condensari, tunc etenim uapores terra emittit. Fuscator.] obscurator: nam in contrarias partes semper uentus nubes impellit.

Quicquid defenderat.] omnes nubes quæ à radijs & æstu Solis Indos protexerant. Incendere diem.] incendij causam præbuerunt, maioremq; æstum in Oriente fecerunt. Graues.] plenæ aqua. Nec poruere.] impellebantur enim ab Euro. Incumbere.] mare. Nymbos.] Imbres. Imnere citrà Hispaniam. bribus.] densioribus pluuijs. Aer humidus.] nubes & pluuiæ. In solam Calpem.] in Occidentem ubi Calpe mons & urbs. Zephyri flues.] extremus Occidens, unde Zephyrus flat. Summus car.] extrema regio. Sunt quidem cœli cardines quatuor, Oriens, Occidens, Meridies, Septentrio. Tethym.] Oceanum quẽ ex uulgi opinione cœlo coniunctum esse, poëta dicit.

Transcurrere.] ulterius ire. Congestumq; aëris atri.] Ordo est spacium quod separat terram ab æthere, uix recipit congestum atri aëris, id est, congregationem nubium, quam atrum aërem appellauit. Pressæ polo.] compressæ & structæ. Densatur.] à densis enim nubibus imbres à rarioribus pluuiæ oriuntur. Imbres.] densiores sunt pluuia lenta & iugis est. Nymbi uerò repentini uehementes & breues. Fluunt.] solũ uuntur. Nec seruant.] nec retinent, extinguũtur enim in ipsis nubibus. Crebra micent.] spissa appareant.] Arduus.] Iris quæ fit à nube humida & cauа à sole aduerso uel à Luna repercussa. Arcus inquit Plinius, cum duplices sunt, pluuiam nunciant, à pluuijs serenitatem, non perinde certã. Imperfecto gyro.] circulo rutem, non perinde certã. Imperfecto gyro.] circulo rupto, nam propter nubium densitatem, nec poterat perficinec uarios colores contrahere. Vix ulla luce uariatus:] squalebat enim. Bibis.] attrahit aquas maris & in cœlum euectam effundit in terras & mare. Pyrenæ.] Pyrenæi montes inter Galliam & Hispaniam sunt.

Titan.] Sol æstuãs. Fluxere.] dissolutæ sunt. Plinius, Madescunt.] uda fiunt. Vnda fluuiorum. Vias.] certum alueum, nam omnia imbribus redundabant.

Tam largas.] tanta aquarum copia ripis effluebat in fluuios. Alueus.] locus concauus per quem riui & flumina profluunt. Naufraga.] periculo mergẽdi exposita. Labant.] procumbunt, ruunt. Restagnant.] effunduntur & sperant uallum. Raptus pecorum.] præda animalium unde uiuerent. Pabula.] herbas, alimẽta equorum,

A equorum. Populator.] prætor miles. Occultis.] tectis aqua. Iamq; comes.] *In magnis calamitatibus primum se fames offert, & eam, ut plurimum sequitur pestilentia, iam ad quadraginta in singulos modios annona peruenerat: & militum uires inopia frumẽti diminuerat, ut Cæsar ait.* Eger.] *esurit.* Censu.] *patrimonio aut peculio.* Non prodigus.] *prodigus is propriè dicitur, qui rem suã temerè dissipat, sic appellatus, quod seipsum perdit. Miles ergo qui magno panem emebant, ut se seruarent, non erant prodigi.* Cererem.] *panem.* Pallida tabes.] *auara corruptio macies & anxietas. Auaritiæ affectus, & si pluribus indicatur modis, præsertim tamen pallore.* Non deest.] *inuenitur famelicus qui prætio panem uendat.* Tumuli.] *tumores terræ non alti. Montes uerò sunt eminentiæ terrarum nõ æquè surgentes.* Colles.] *ut plurimum montium summitates in longum exporrectas dicimus. Promontoria quæ sese in mare promouent, & extendunt.* Iam flumina.] *loca illa omnia unius paludis faciem obtinebant.* Voragine.] *attractione & uortice.* Absorsit.] *submersit, deuorauit.*

B Contorsit.] *circunuoluit.* Frementes.] *clamantes.* Vorticibus.] *uolubilitatibus aquarũ.* Fortior.] *quæ impetus & fluctus uehementiores habebat.* Nec Phœbum.] *id est, Sol propter tenebras non apparebat, quam quam tempus nocturnum non esset.* Subiecta.] *supposita.* Rerum discrimina miscet.] *diurnum cum nocturno tempus cõfundit. Sic similibus tenebris & imbribus squalet.* Vna.] *Septentrionalem intelligit nobis notam, quanquam & altera est in meridie. Nam quinq; Zonæ tenent cœlum, quarum media torrida est. Duæ extremæ glaciales, intermediæ uirò temperatæ.* Hyems.] *perpetuæ imbres & niues indeficientes, de quibus scribit Herodotus in Melpemone.* Sterili frigore.] *quemadmodũ calor est causa generãdi, sic frigus sterilitatis.* Medios ignes.] *torridã Zonam, per quã uagatur Sol, & quæ cõtinet signa zodiaci. Nam huius zonæ frigiditatis illius æstũ temperat.* Sic ô.] *Apostrophe ad Iouem & Neptunum ut orbẽ diluuio mergant.* Secunda sorte.] *secũda pars, prima enim sors in mundi diuisione fuit Iouis, secũda Neptuni, tertia Plutonis, quarta Iunonis.* Tridentis

C æquorei.] id est, *qui fuscinam sustinẽs, Neptunus enim tricuspide tridenti utitur, Iupiter sceptro, Pluto cerbero, Mercurius caduceo. Martis hasta, Saturnus falce, Amor facibus.* Et tu.] *ô Iupiter concede perpetuas pluuias.* Tu.] *ô Neptune prohibe ne fluctus reuertantur in mare, sed terram mergant. Omnes enim undæ, quæ in terram ueniunt, in æquor postea redeunt.* Non habeãt.] *diuersis modi diluuium imprecatur.* Non habeant cursũ.] *non effluant in mare.* Referantur.] *repellantur.* Concussa.] *commota.* Laxet iter.] *aperiat uenas fontium, ut scaturiant latius.* Rhenus & Rhodanus.] *Galliæ & Germaniæ fluuij.* Obliquent.] *ob liquos habeant, & per totam longitudinem, alueis transuersis emittant.* Rhyphæas.] *Hyperboreas & Scythicas.* Huc.] *ad Ilerdam.* Eripe.] *libera submergendo Cæsarem cum exercitu.* Sed paruo.] *cum magnis difficultatibus & periculis Cæsar agitaretur, & ubiq; fatna increduisset debellatũ iam esse fortuna Cæsarem metuens, nec ulterius audens in eum, magno post hæc ipsum fauore est prosecuta.* Plena.] *fauens.* Meruere ueniam.] *nisi enim sunt præsenti beneficio, præteritam culpam diluisse, & est ironia quod metuerint offendere Cæsarem fauerintq; impio.* Iam rarior.] *iam serenare incipit.* Par Phœbus aquis.] *uehemens & continuus Sol ut fuerant imbres.* In uellera.] *in uelleris similitudinem non enim erant densæ nigræ, & imbribus plenæ, sed raræ & candidæ.* Rubebant.] *apparebat enim aurora & nox à die discernebatur.* Seruato; loco rerum.] *seruato ordine elementorum ut unum quodq; suam in sedem rediret.* Humor.] *aqua.* Pendebat.] *suspensum erat in nubibus.* Petit ima.] *defluit.* Emergere.] *apparere. Quanquã emergere propriè est ab imo ad summum existere & enatare.* Die.] *Sole ipso.* Vtq; habeo ripas Siccas.] *id est, postquam in alueum redijt. Cum dies plures aquas permanerent, & res Cæsaris in angustijs esset, nec pontes perfici possent. Imperat militibus Cæsar, ut naues faciant, cuius generis cum superioribus annis usus Britanniæ docuerat. Carinæ primum stamine leui materia fiebant, reliquum corpus nauium uimimbus contextum corijs integebatur. Has perfectas carris tunctis deuehit noctu millia passuũ à castris uiginti duo, milites his nauibus q; flumen transportat continentemq; ripæ collem improuiso occupat, pontem biduo perficit.*

Salix cana.] *uimina salicis purgata.* Tollitur.] *Comparatur,* Cæso inuenco.] *Corio bouis synodoche.*

Vectoris.] *qui uehitur, Vector qui uehit & uehitur, ut portitor dicitur.* Venetus.] *Veneti, ut Solinus ait, ab Enetis Paphlagoniæ populis traxêre originem.* Stagnance..] *effundente se in stagni similitudinem.* Fuso.] *sparso & inundante.* Tenet.] *omnia, occupat & irrigat omnes Aegypti campos.* Memphis.] *Aegyptiaca. Mẽphis enim urbs est in Aegypto, condita ab Ogdoo, ut tradit Diodorus.* Conferitur.] *construitur.* Papyro bibula.] *herba palustri & arenosa, transtulit in herbam id quod erat arenæ.* Traiecta manus.] *transportatus exercitus.* Festinat.] *Traiecto Cæsar exercitu sit mistimum pontem struere cœpit.* Vtrinq;.] *ab utraq; ripa.* Curuare.] *in arcum struere ligna excisa.* Incrementa.] *augmenta.* Robora.] *trabes.* Primis.] *fluuio uicinis.* Ne quid audeat.] *ne nocere in aliquo posset.* Spargitur in sulcos.] *cœpit enim Cæsar fossas latas facere causa attenuandi fluminis & reddendi uadosum. Cyrus amisso nobili equo in Gãge, fluuio eum fertur pene in riuum attenuasse, cum in 460. alueos di uisisset.* Riuis.] *in riuos.* Dat pœnas.] *Punitur quod paulò antè adeò excreuit.* Postquam omnia.] *peractis pene fossis magnũ in timorem Afranius Petreiusq; peruenunt, ne omnino frumento pabuloq; intercluderẽtur, quod multum Cæsar equitatu ualebat, itaq; constituunt ipsi locis excedere, & in Celtiberiam bellum transferre. Sed Cæsar eos acriter persecutus castris oppositis.* Orbis noti.] *Regionis in qua erat.* Indomitos.] *à Cæsare.* Tendit.] *iter dirigit.* In ultima mundi.] *in ulteriorem Hispaniam.* Nudatos.] *absq; tentorijs, & militibus, qui tertia uigilia abscesserant.* Vada lo.] *non profunda.* Superare.] *in alteram ripam enatare.* Paretur.] *à cunctis.* Rapuitq; ru.] *ei se periculo persequendi hostis causa exposuit, quod fugiens metuisset.*

Mox uda.] *Ex flumini traiectione udi receptis armis corpora recreauerũt, & frigus ex flumine conceptũ cursu in Meridiem usque continuato discusserunt.* Die surgente.] *Sole attollente in se medium cœli.* Iumq; agmina summa.] *traducto incolumi exercitu Cæsar copias instruit triplicemq; aciem ducere incipit ac tantum*

fuit in militibus studium ut milium sex ad iter addito ad uadū circuitu magna fluminis mora interposita eos, qui de certia uigilia exissent, ante horam diei nonam conse querentur. Carpit.] *agmina summa lacesiit in pugnam extremum Afranij exercitum.* Dubijq.] *incerti erant, an pugnarent, an fugerent.* Attollunt.] *locus quo iam prouentum erat describitur.* Geminæ rupes.] *duo montes.* Media] *inter rupes.* Tellus hinc ardua.] *Suberant castris montes, ut inquit Cæsar, atque à milibus passuum quinq; itinera difficilia, atq; angusta excipiebant: hos montes intra se recipiebant, ut equitatum Cæsaris effugerēt, præsidijsq; in angustijs collocatis exercitum itinere prohiberent, ipsi sine periculo ac timore Iberum copias traducerent, posuit itaq; castra in colle proximo Cæsar, & postridie per loca aspera hosti à dextra occurrit, quod uidens Afranius ad Iberum contendit, res erat in celeritate posita, confecit prior iter Cæsar, & contra hostem aciem instruxit. Afranius in colle quodam constituit, cumq; mississet quatuor certatorum cohortes ad aliū occupandū cæsæ sunt illæ à Cæsaris equitatu perterritusq; exercitus tantaq; uictoriæ spes orta Cæsari ut sine pugna & uulnere uideretur rem confecturus.* Hinc.] *ab eo loco. ultra.* Anfractu] *flexu & reuolutione.* Quibus faucibus.] *angustis itineribus. sunt enim fauces exitus, & itinera inter montes angusta & peruia.* Hostes] *Afranianis.* Potito.] *si in potestatem habeant.* In deuia terrarum.] *in remotas terras.* Ite sine ullo.] *Cohortatio Cæsaris ad suos.* Raptum bellum] *ereptum exercitum* Faciem.] *apparentiam & imaginem.* Pauidis.] *fugientibus.* Ignauæ morte.] *ut fugiendo pereat acceptis in tergo uulneribus.* Excipiant pectore.] *occurrendo eis à fronte.* Peruenit.] *præterit.* Hostem.] *Afranianos.*

Illic.] *in loco proximo.* Postquam spacio] *Dum Petreius & Afranius uallum à castris ad aquam ducunt, & longius progrediuntur milites, colloquiorum facultatem habentes procedunt & notos municipesq; in castris quisq; conquirit & uocat, primumq; agunt gratias omnes omnibus, quod sibi perterritis pridie pepercissent eorum se beneficio uiuere, deinde Imperatoris fidem quærunt rectè ne se illi sint commissuri, & quod non initio fecerint conquæruntur. His prouocati sermonibus fidem ab Imperatore de Petrij & Afranij uita petunt, neu in se scelus concepisse, neu suos perdidisse uideantur. Quibus confirmatis rebus se statim signa translaturos confirmant Legatosq; ad Cæsarem mittunt Alij suos in nostra adducunt. alij à suis adducuntur: adeò ut una castra iam facta uiderentur.* Postquam spacio.] *ubi ex ui cinitate se agnouerunt.* Deprehensum.] *intellectum & agnitum.* Tenuere ora.] *Taciti aspiciebant.*

Nutu.] *inclinatione capitis, & manus exporrectione.* Ardens maioribus stilis.] *uehementior.* Rupit leges.] *fregit belli consuetudinem. hostes enim in castris hostium non uersantur.* Ille.] *aquis.* Nunc.] *amicū à pueritia cognitum* Admonet.] *memorem reddit.* Nec Romanus] *omnes enim Romani se agnoscebāt.* Arma rigant.] *præ lætitia & tristitia lachrimabantur & singuli ciebant. Timet quæ potuit facisse, horret cædem amici fratris filij parētis, quam facere potuisset.* Quæ pectora.] *Milites dolentes arguit, quod ipsi darent sibi belli causam cū sine bello possent imponere si Cæsari non parerent.* Pulsas.] *percutis, ut est dolentium mos.* Sceleri] *bello ciuili.* Esse timendum.] *potentem.* Classica dant belli.] *Distributio est cū cōtrario. Tubæ, inquit dato signo ad pugnam te incitāt, tu loco nō te moueas.* Ferunt.] *signiferi.* Signa.] *aquilas & reliqua militaria.* Cessa] *noli comitari.* Erinnys.] *Furor & seditio. Erinnys furia dicitur, habetq; in plurali Erinnes. Sunt tamen qui subtrahāt n cum y.* Priuatus] *sine imperio & desertus à militibus.* Nunc ades.] *inuocatio numinis, ut inter hos nexa cōcordia amoueat tātum reip. calamitatem. Agitq; physicè, quoniam mentē siue uerbū, siue amorem, siue spiritum inuocat, quo omnia continentur in lib. 6. Virgil docet. Principio cœlum ac terras, &c. Et in secundo de Natura Deorū Cic. ait. Vno spiritu omnia cōtineri: hic enim elementa & res omnes cōnectit.* O salus rerum] *ô Deus.* Mundi misti.] *cōiunctorum elementorū.* Nexu.] *uinculo à pace. Sunt enim elementa certo fœdere, & naturæ cōcordia iuncta Terra enim propter frigiditatē aquæ cōiungitur, Aqua aēri propter caliditatē in reliquis aūt naturæ qualitatis cōtrariæ sunt.* Sacer amor.] *inuiolabilis charitas, sine qua nec mundus, nec minimæ eius partes stare possunt, amicitia animi ut Cic. in bello docet omnia cōtinētur.* Nūc ades] *adsis & faueas.* Discrimen uenturi.] *periclū instantiū malorū.* Perière latebrę.] *iam se impietatis excusare nā possunt, quia uiderunt se contra necessarios arma ferre per latebras ergo mutuā personarū ignorationem intelligit.* Est erepta.] *sciunt enim se contra charissimos militare, quod cum prius ignorarent, poterāt ut non impij uideri uenia digni.* Profata] *Deos incusat, quod tantam stragem ex concordiæ initio emanare permiserint.* Sinistro numine.] *infausto & aduerso imperio & potestate.* Instituunt mensas.] *ordināt totos super quibus discumbat.* Libamina.] *pitissatiunculas & gustatiunculas.* Permisto.] *nam ex castris in altera castra uictum miscebant* Graminei.] *herbosi.* Luxêre,] *splendere igne, qui lucebat in focis.* Fabula.] *confabulatio gestorum in bello.* Extrahit.] *protrahit & expellit, nam studio cōfabulādi noctē peruigilabāt.* Quo primò steterint.] *ubi primū steterint iactāt, uel inaniter loquūtur, uel cum iactātia referunt.* Negant.] *dissentiūt interloquendum.* Fata petebant] *dij nolebāt.* Fides.] *suos ducere.* Creuit amore] *spōte fecerunt.* Nefas] *cædes.* Nam postquā.] *his reb. nunciatis Afranio abortes sic se recepit in castra, ut quicūq; accidissent æquo animo ferret. Petreius uerò cum familia armata, & prætoria cohorte cetratorum barbarisq; equitibus improuisa ad uallum aduolat. Colloquia militū interrumpit, hostes repellit, quos deprehendit interficit. Reliqui se cohortes adunāt, & districtis ensibus sinistras sagis inuoluunt, & in castræ recipiunt. Quibus rebus confectis Petreius manipulos circuit, militesq; appellat, neu se, neu Pompeium absentem Imperatorem suum aduersario ad supplicium tradant obsecrat. Fit celeriter concursus in prætorium, postulent ut iurent omnes se exercitum, ducesq; non deserturos, neque prodituros, neque sibi separatim à reliquis consilium capturos, iuratum est, edicunt penes quem quisque sit miles Cæsaris, ut producant, productosq; palam in prætorio interficiant. Sed pleriq; quos cœperant celant, noctuq; per uallum emittunt. Cæsar milites aduersariorum, qui in castra per tempus collocutionis uenerant summa diligentia conquiri, & remitti iubet retentis, qui sponte sua*

apud

Apud æua remanserunt. Venum.] *in uenditionem.* Dextras famulas.] *familiam & satellites suos.* Scelerata.] *quia ciuilia & hospicialia.* Turba stipatus] *frequentatus cohorte.* Voces.] *uerba irritantia ad certamen.* Immemor ô patriæ.] *ueris ad pacem dissuadendam oratio irritanduḿq suos, & in fidem retinendum prioruḿq ipsos ab ingratitudine, & perfidia arguit.* Immemor.] *ingratè.* Signorum] *quæ sequeris.* Non potes præstare.] *nõ potes hoc agere, ut uicto Cæsare redeas patriæ, fanatuśq liberator, & cõfirmator pristini status.* Dum ferrum.] *argumẽtatur à fortuna pro libertate seruanda quæ uitæ est anteferenda, melius est enim libere mori quã in seruitute uiuere.* Incerta fata.] *euentus & uictoria dubia.* Ibitis ad dominum.] *euadetis seruii.* Signa damnata.] *Cæsariana, qui patriæ hostis est.* Exorandus erit.] *impetrandũ à Cæsare.* Vt habeat fam. nul. dif.] *ut sitis eius serui, & absq doctrina nullus sit liber.* Vita.] *salus ducũ.* Nunquam nostra salus.] *nunquam erit, inquit, ut ego ex proditione salutem conse-*
qui uelim, nã malo mori, pacti enim fuerant milites de du-
B *cũ salute in ipsa castrorum proditione.* Non hoc ciuil.] *non pro sola uita, sed pro libertate pugnamus.* Ideo.] *enim gerenda sunt bella, ut tutè uiuere in pace possumus.* Trahimur.] *ducimur in seruitutem Chalybẽ, non opus esset necessaria bello parare atq pugnare, si libertatẽ pro pace uellemus amittere.* Eruerẽt.] *effoderẽt.* Chalybẽ] *Chalybs fluuius in Hispania à quo Chalybes dicũtur eius accolæ, qui ferrum effodiũt, quod & Chalybs appellatur. Virg. Vulnificuśq Calybs. Sunt alij Calybes iuxta Paphlagoniam in Ponto.* Fugiente.] *uidetur enim fugere, quia latet in uenis terræ.* Valerent.] *munirent, & uelut uallo circũdarent.* Sonipes.] *equus.* Nõ iret equor.] *non fabricarẽtur naues ad pugnam.* Si bene libertas.] *si serui esse pro pace esse quẽdam uellemus.* Hostes.] *argumẽtatur à fide seruanda cũ collatione ab iniusto.* Illi enim] *inquit seruant ius iurandũ in re iniqua, uos ipsum etiam cũ spe ueniæ in re æqua negligitis.* Sceleri.] *bello ciuili.* Hoc] *tanto.* Aequa causa.] *quia senatum & libertatem tutamini.* Pro dira.] *epilogus per commiserationem & amplificationem. Auget enim generalem offensionem, & insperatam peccati immanitatem, & iniquũ factum deplorat.* Dira pudoris] *Hypallage est Diri*
C *& magni pudoris.* Quũ forsan.] *cum forsan isti pepigerint de salute tua, téq prodiderint.* Scelerum.] *cædiũ.* Sic ubi.] *ferè militibus Carcer castris rabies iræ confertur.* Desuetæ.] *quã diu cessauêre.* Vultus min.] *torũitatem & iracundiæ signa.* Pati hominem] *nõ irasci.* Torrida.] *sicca & famelica.* Admonitæ] *in memoriã reuocatæ.* Tument.] *superbiũt.* Feruet.] *excãdescit.* Magistro.] *gubernatore.* Iur.] *à militibus.* Fecit monstra fides.] *pax ipsa, uel certitudo rei gestæ fecit impias cædes, quas fortuna in bello occuluisset.* In cœca nocte.] *in confusione & ignorantia præliorum, nemo enim sciuisset auctorem impiæ cædis.* Deorum inuidia.] *cũ odio in Deos, siquidẽ omne scelus dijs fuisset ascriptum.* Gemẽtes.] *inuiti.* Dissuasor iu.] *qui enim ferrũ stringit iustitiam obliuiscitur.* Dũ feriunt odere] *interficiendum oderant, quos paulò antè amauerunt.* Labentes.] *cadentes languidos & miserãtes.* Feruent castra.] *exercitatur exercitus.* Turba.] *multitudine.* Rapiuntur.] *amputantur à filijs.* Acuelut occultũ pe.] *ac si ignoretur frustra, & sine laude, & gratia esse uideatur.*

Monstra] *cædium portenta, per quæ intelligit eorũ capita qui fuerant cæsi.* Nocentes.] *parricidas & impios.* Tu Cæsar] *commendatur Cæsar à benignitate & clemẽtia, quod in aduersarios hospites nõ sæuierit, quo quidem effectum est, ut uideretur, posthac iustè pugnare.* Spoliatus.] *priuatus ijs qui cæsi fuerant.* Agnoscis superos.] *cognoscis Deos tibi propitios, nãq fuêre tibi à Deo dexteri in Aemathia ubi Pompeium uicisti, neq ad Masiliam ubi Græcos, neq in Aegypto, ubi Alexandrinos superasti, quippe iam habes causam iusti belli.* In aruis Aemathijs.] *in Pharsalia.* In undis.] *in mari.* In æquore Pharios.] *in flumine Nili, quum pugnasti contra Alexandrinos. Virg. Virideśq secat placido æquore syluas.* Hoc sole crimine] *hac Petreianorum perfidia & scelere.* Polluta uesan.] *cũ præmerentur Afraniani pabulatione, aquarentur ægre, frumentiq copiam pauci haberent, & ad Cæsarem multi trãsfugerent, ex castris Ilerdam uersus duces proficiscuntur, Cæsar equitatu præmisso, qui nouissimũ agmen continuè carperet, cũ legionibus subsequitur pugnatur acriter, & hostes in monte excelso, longè ab aqua castra munire cœpuntur, eos Cæsar uallo & fossa circũdat & cũ neq aquari, neq pabulari possent, nec pugnare liceret, quantũ Cæsar sine sanguine rem cõfici posse uidebat, quarto iam die rerũ inopia coacti fatiũt deditionem.* Duces.] *Pompeiani.* Committere] *in pugnam exponere contra hostes uicinos.* Polluta agmina.] *maculatũ exercitũ.* Intẽdere] *direxêre* Ilerdæ] *ubi paulum frumenti reliquerant, & meliorem exitũ rerũ sperabant.* Eques.] *equitatus Cæsaris.* Abstulit campos.] *prohibuit eos ab omni planitie.* Auet.] *cupit.* Prærupta.] *alta.* Inopes undæ.] *egenos aquæ.* Pati.] *patiebatur.* Contingere.] *admoneri.* Cutua re brachia.] *duci uallum à castris ad fontes.* Vt lethi uidere uiam] *ut uiderunt se in montem extrema penuria trahi.* Præcipitem.] *subitam.* Mactauit equo.] *illi & inopia pabuli adducti, & ut essent expeditiores omnia sarcinaria iumenta interfici iubent.* Damnare fugam.] *manere.* Casurus.] *moriturus, quia ruebat sine respectu salutis.* Decurrere.] *è castris in campus currere.* Tendere.] *dirigere se.* Tene.] *noli irrere.* Subtrahe.] *noli opponere in eos qui irruunt.* Constet nonullo sanguine.] *uincamus sine sanguine, tam hostium quam meorum.* Vincitur haud gratis.] *Qui cum moriendi proposito ruit, non uincitur omnino inultus, lædit enim & ipse.* Haud gratis.] *sed cum damno uincentis.* Sibi uilis.] *se ipsam spernens, habet enim odio uitam & desperauit.* Damno] *militum amissione.* Nec sentiet ictus.] *non erit ei molestum uulnerari atq occidi.* Sanguine.] *suo.* Feruor.] *cupido moriendi.* Mentes.] *hostium.* Cadat.] *impetus refrigescat desperatio.* Perdant uelle mori.] *excidat eis animo desiderium mortis.* Deflagrare.] *irasci & indignari.* Incassum.] *quia nihil nocebant, & nihil proficiebat. Substituit mersо dum nox sua lumina Phœbo, quod stellæ post Solis occasum apparuerunt.* Copia miscendi manus.] *facultas pugnandi.* Tepescunt.] *frigentia enim mori non cupiebant.* Saucia membra.] *hostes Cæsaris uulnerato alicui cõparat, qui post uulnus acceptũ dũ calet est audacissimus, sed si uictor pugnare abstineat, impetus ille sanguine effuso reprimitur & corpus friget paulatiḿq moritur.*

Pectora saucia.] *homines uulnerati.* Animos.] *audaciam.* Conamen.] *uires non proficientes.* Cruor.] *sanguis ipse.* Adduxere cutem.] *tunc ossa cutem adducunt, hoc est, attrahunt quum cruor effunditur, quæ ante quàm id fiat plena est sanguine.* Conscius.] *qui scit ipsum moriturum.* Ensis adacti.] *mortiferi uulneris, quod ense intulit.* Stat.] *non pugnat.* Torpor.] *mortis pigrities.* Alligat.] *stringit & debilitat.* Subducto robore.] *eneruatis uiribus & subtractis.*

Rigens.] *congelascens & indurans.* Sicca.] *exhausta sanguine.* Inopes undæ.] *aquarum indigi.* Latices.] *latent enim in uenis terræ. Latex etiam uinum dicitur, quia latet in uite.* Abstrusa.] *occulta, remota,* Rostris.] *rusticis instrumentis dictis à radendo.* Ligonibus.] *quæ à legendo dicuntur.*

Præmitur.] *effoditur.* Ad fastigia.] *ad profundam altitudinem. Virgil. & quæ sint scrobibus fastigia quærit.* Irrigui.] *qui irrigantur quandoque irriguis: qui irrigat dicitur. Virgil in 4. Georg.*

" Irriguumq; bibunt uiolaria fontem.

Scrutator pallidus.] *quæsitor pallens, siue ex terræ exalatione, siue ex odore Sulphureo, uel pallidus auarus.*

Tam penitus.] *tam intimè & sub terram.* Assyrij.] *quod foditur in Assyria. Plinius aurum inueniri pluribus modis docet, in fluuium ramentis, ut in Tago, Pado, Hæbro, Pactalo, Gange, & in India quod à formicis & Gryphibus, ut etiam in Scythia eruitur alio modo puteorum scrobibus, effoditur ut in ruina montium.* Non sonuerunt.] *non inueniuntur flumina.* Pumice.] *Topho aut cæmento. Pumex propriè lapis non durus & decoctus, & asper quem Aetna mõs euomit.* Antra fodantia.] *diuersas fontium Origines acutè describit, aut enim nascuntur ex pumicibus, aut ex antris stillantibus, aut ex creta fabuloúe & terra dura, & saxis scaturiunt. de aquæ autem inuentionibus, Vitruuius libro octauo mirificè scribit.* Stillant.] *stillas effundunt.* Glarea.] *sicca & sterilis terra & dura. Virgil nam ie iuna quidem cliuosi glarea ruris. Tibullus. Namq; opibus congesta tuis hic glarea dura.* Leui uena.] *paruo aquarum riuulo. Vitruuius inquit. Glarea uerò mediocres & non incertæ uenæ reperiuntur hæ quoque egregia suauitate sunt.* Exhausta.] *debilitata & desiccata.* Super sudore.] *in labore, id quod sequitur pro eo quod procedit.* Extrahitur lassata.] *educitur è puteis defatigata.* Duris metallis Silicum.] *duris uenis lapidum. Metalla enim dicimus, quaruncunque rerum, quarum una inuenta uena non procul inuenitur alia unde ut in 33. Plinius inquit, Metalla Græci uidentur dixisse. μεταλλάω enim scrutor & inquiro significat.*

Quoq; minus.] *in auras educti calore uexati plus sitiebant.* Vapores.] *aëris æstum.* Fecistis.] *ex labore enim magis sitiebant, et è subterraneis locis egressi minus æstum poterant tollerare.* Nec languida fessi.] *non concedebant ne magis sitirent.* Perosi mensas.] *habentes odio cibum.* Auxilium.] *esurie enim ipsa minus sitire uidebantur.* Mollius aruum.] *terra humida.* Prodidit.] *indicauit ut putidere uoce sua quenquam.* Pingues.] *humidas.* Colluuies.] *fordes putridus humor lotium.* Limo.] *cœno.* Immota.] " *Nam, ut Ouidius ait, & capiant uitium ui moueantur aquæ. Cadit inhaustus obscœnos inclinat se in potum turpem.* Certatim.] *contentiosè inter se.*

Morienisq;.] *cùm se morti uicinum uideret, id bibebat, quod pro seruanda uita repudiasset.*

Siccant.] *suggebant enim lac pecorum.* Distentas.] *lacte plenas. Virgil. Sic Cythiso pastæ distentant ubera uaccæ.* Sordidus.] *sanioſus.* Sorbetur.] *attrahitur ab uberibus uacuis.* Terunt.] *contundunt ut succum exprimant. Exprimebant enim ramos cõtusos medullasq; arborum.* O' fortunati.] *fœlices eos appellat poëta, qui ex uenenatis fontibus aliquando periêre, quoniam durius est periere liquoris penuria. Itaque sic Cæsar fontes ueneno infecisse miles sciens, liberè non recusassent.* Barbarus hostis.] *Mythridates Ponti rex aquas ueneno infecit, ut hostes prosequentes necaret. Iugurtha quoq; fontes & pabulum corrupit in Africa & Iuba rex. Item & Aquilius Romanus in Asiæ cui magno crimini est ascriptum, quod impuris medicaminibus in id tempus sacrosancta Romana arma uiolauerit. Appianus, Saluſtius, Frontinus & Florus auctores sunt.* Strauit.] *interemit.* Saniem tabemq; feratum.] *id est uirus & mareidum serpentium, busonumq; sanguinem.* Dictæis.] Cretensibus.

Aconita.] *herbas, quæ natæ feruntur ex spumis Cerberi tracti ad superos, nascuntur in saxis, & cotibus nudis, quas Græci aconas uocant, ut Plinius libro 22. scribit, essèq; omnium uenenorum pessimum tradit. Solinus ait ab Acone portu, in Ponto Aconita herbas noxias nominata.* Non decepta.] *sed prudens & scia.*

Flamma.] *calori naturali.* Rigent.] *aspera sunt.* Squamosis.] *asperis, ut accidit etiam fabricantibus.* Venæ.] *in quibus est plus sanguinis, quanquam uidetur pro arterijs, in quibus est spiritus ponere, ut infrà: Aera non passus uacuis discurrere uenis.*

Pulmo.] *qui spongiosus, ac fistulis inanibus caue attrahit, reddit'q; animam.* Rigatus.] *irroratus.*

Nullo humore.] *quem attrahit ex aëre, & concipit ex potu.* Angustat meatus alternos.] *stringit spirationes.* Suspiria.] *halitus, emissiones anhelæ, unde suspirioſi dicti qui difficulter respirant.*

Rescisso.] *ulcerato.* Captant.] *attrahunt & hauriunt.* Nocturnum.] *qui frigidus est.* Hærent.] *in nubibus, spectant nubes pluuiam non emittentes.*

Quoq; magis.] *ut magis suis irritaretur erant inter duo eis conspicua flu.* Ouid. *Non facile esuriens posita retinebere mensa, Fortis equus uisæ semper adhinnit aquæ.* Super.] *ultra.* Meroen.] Metropolim & insulam Nili in Aegypto, cuius longitudo stadia tria millia, latitudo mille, à matre Cambysæ conditoris sic appellata. Arentem.] *æstu ipso: & Libyam uersus, plurimis arenæ, cumulis, & uersus Arabiam, præcipitibus montibus cingitur.* Sub axem Cancri.] *sub regione Cancro subiacenti.* Garamantes.] *populi sunt in Libya Psyllis cõtermini, sed in Austri plagam magis conuersi: à Garamante Apollinis filio denominati.*

Nudi.] *propter æstum.* Deprensus.] *obsessus.* Stagnantem.] *latum & effusum more stagni.* Iam domiti.] *omnium regnum indigni duces, cum colloquium in loco à militibus semoto petissent, negasseq; Cæsar & cõcessisset, ut palàm loquerentur, accepisseq; obsidem Afranij filium. Ventum est in locum à Cæsare delectum, & ubi troq; exercitu audiente locutus est Afranius.* Domiti,] *coacti necessitate & uicti.* Cessêre.] *destitêre aduersari fortunæ.* Damnatis.] *armis abiectis & improbatis.*

Afranius.]

A Afranius.] *Petreius enim minus audebat, quia pacem superiorem deturbauerat.*

Semianimes.] *semimortuos siti.* Hostilia.] *Cæsariana,* Seruata precanti maiestas.] *quanquam supplex esset, seruabat tamen maiestatem, auctoritatemq; suam, dum precaretur, & ducis personam sustinebat.*

Non fracta.] *non deiecta aduersitate.* Priorem.] *prosperam.* Nouos.] *aduersos.* Sed ducis.] *ducem enim sui officij non oblitus agebat.* Si me.] *oratio est suasoria ab utili, & honesto. Captans enim Afranius à persona sua auditorisq; beneuolentiam aperit, cur confidat uitam à Cæsare imperatore. Inde cõfutat, quæ obijci possent coniectura eorum, quæ ante acta sunt, & à iure, quod oportuit fecit, & sic utitur statu coniecturali, & absoluta iudiciali.. Inde decens exercitum, cum rei amplificatione, petit à militia cessationem, tum quia uictum, quia infelices sint.* Degeneri.] *uili, & à Cæsare, quem nobilem intelligit beneuolentiam captat.* Fortis dexte ra.] *à persona sua conciliationẽq; maluisset fortiter mori,*
B *quam indigno & turpi facere deditionem.*

Rapiendo.] *subito inferendo.* Salutis.] *uitæ.*

Dignum donanda.] *quod credam te dignum, à quo tantum accipiam beneficium.* Non patris.] *confutatio est. Pompeianas inquit factiones, non sectamur, nec ea mente, ut ea mente, ut tecum dimicaremus præfecti exercitui sumus, sed cum duces essemus, motum est bellum ciuile.* Causæ priori.] *legationi nostræ, & in Pompeiũ officio, quod debebamus.* Dum potuit.] *quoad licuit, & oportuit.* Nil fata moramur.] *cedimus dijs & necessitati, nec impendimus successus tuos.* Gentes hesperias.] *exercitum & Hispanias.* Apertimus.] *quia hac uictoria patebit tibi iter in Orientem.* Patimur.] *te seruri orbis relicti, sinimus te nihil uereri de occidente orbis occidentis.* Non cruor.] *hoc in nos esse debes clementior quod est tibi sine labore, & sanguine parta uictoria.* Peregit.] *perfecit.* Lassæ manus.] *debilitate & sese cedẽdo.* Ignosce.] *noli imputare quod uicti sumus.*

Ocia.] *quietem, & cessationem ab armis.* Inermes.] *exauctoratos & dimissos à militia.* Campis.] *per cõ*
C *miserationem cũ dissuasione ut seruet ipsos in usum suũ.*

Prostrata.] *mortua* Damnata.] *Infelicia & uicta.*

Partemq; triumphi.] *nec decet nos captiuos tecum triumphare.* Fata.] *suũ officiũ, fatalemq; militiæ cursum.* Victos.] *nos.* Vincere.] *militare cum tuis.*

At Cæsar.] *his auditis Cæsar, cum respondisset has partes miserationes nulli hominum minus conuenisse, improbasseq; ducũ crudelitatem, & totam causam. Constituit, si de prouincijs excederent, exercitusq; dimitterent se nemini nociturum, hancq; esse extremam pacis cõditionem, dumq; res huc deducitur, ut hi qui habeant domicilium, ac possessiones in Hispaniam statim, reliqui ad Varũ flumen dimittantur, ne cui de his noceatur, poeta paucis uerbis hæc obruens militum decursum ad flumina, dum luxuriæ improbatione exequitur, & uarios Petreianorum affectus explicat.* Facilis.] *exorabilis.* Serenus.] *lætus.* Flectitur.] *mouetur & exoratur.* Remittit usum belli pœnamq;.] *concesserit cessationem à militia & impunitatem.* Iustæ.] *benignæ.* Incustodito.] *à Cæsariani.* Incumbit.] *inclinat se, ut bibat.* turbat.] *turbida reddit.* Permissa.] *cõcessa.* Continuus.] *multi ex continuo potu quasi sunt suffocati & tamen adhuc sitiebant.*

Tractus.] *haustus potus.* Aera non passus.] *qui non sinit spirare & respirare.* Venis.] *arterijs & fistulis spiritus.* Arctauit.] *strinxit, collisit.* Animam.] *spiritum.* Multis.] *militibus.* Pestis feruida.] *uehemens sitis.* Cedit.] *Cessat.* Morbus egens.] *sitis indiga, & insatiabilis. Nam quo plus sitiuntur aquæ.*

Robora & uires.] *robustæ uires & neruosis uiris. Endiadis est, uel separa.* O' prodiga.] *in luxuriosos inuehitur, in quos & Plinius præsertim libro nono & decimo, & Iuuenalis & Horatius, & Persius.* Luxuries.] *immodestia.* Prodigia.] *quæ effundit & perdit res.*

Paratu.] *apparatu,* Fames ambitiosa.] *definitio gulæ.* Quæsitorum.] *in agris, syluis & aquis.*

Et lautæ gloria mensæ.] *delicati & sumptuosi, qui gloriam in dapum splendore locatis.* Discite.] *ab hoc exemplo.* Paruo.] *parua re.* Producere uitam.] *uiuere.* Quantum natura.] *paucis enim minimisq; rebus natura contenta est.* Erigit.] *attollit, sanat.*

Nobilis Bacchus.] *Vinum cuius patriam titulumq; senatus deleuit, ut Iuuenalis ait.* Iguoto consule.] *signabantur enim in dolijs & testis à consulibus tempora.*

Diffusus.] *expressus & conditus.* Auro.] *uasis aureis.* Myrrha.] *poculis myrrhinis. Myrrha humor est, qui sub terra in Oriente densatur calore, uarietate colorum, grata, & nitida, potius quam splendida, ut Plinius lib. 37. ait* Puro gurgite.] *simpliciter aqua.*

Satis est flu.q; certusq;.] *sufficit umũ & panis. Hora. inquit, Ie. raro sto uulgaria temnit. idem. Cum sale panis latrantem stomachum bene leniet. Cicero in Tusculanis libro quinto ait. Darius in fuga cum aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibisset, negauit unquam se bibisse iucundius. Ptolomeo peragrato Aegyptum comitibus non consecutus. cum cibarijs in causa panis datus esset, nihil uisum illo iucundius.* Heu miseri.] *paræmia est.* Victori.] *Cæsari.* Tutus.] *illæsus Cæsaris iussu.* Innocuus.] *non nocens, uel cui non nocetur.* Curarum.] *bellicarum.* Vrbes.] *patrias.* O' quantum.] *Afranianos inquit militiæ, & laboris pœnituit, & quod non prius se dedissent, seq; fœlices uocatione existimabant, cum uiderent tantum laboris superesse uictoribus.* Vibrasse.] *immissa.* Frustra.] *quia non exauditi sunt.* Vsis Marte secundo.] *Cæsarianis.* Dubiæ.] *incertæ an sint superandæ.*

Vt nunquam.] *quamuis fortuna incerta nunquam fauere desistat.* Labet successibus.] *cadat à prosperitate.* Terras.] *in Macedonia, Aegypto, Aphrica & Hispania.* Fata.] *euentus.* Fœlix.] *in solatium Petreianorum, & Cæsarianorum inuidiam pœta fœlicem censet, qui in tanta ruina scit, ubi scit moriturus.*

Nutante.] *inclinante se.* Fessos.] *Petraneos.*

Certos.] *non interruptos, & suo arbitrio initos.*

Sordida.] *nigra, fumosa.* Sua terra.] *patria propria, natale solum.* Colonos non deductos.] *habitato res non alio transmissos, ut accidet ueteranis Cæsaris qui in nouas Colonias deducentur.*

Remisit hoc oneris.] *imminuit hanc pœnam.*

Quod abest pauor.] *quod nec Pompeium, nec Cæsarem.* Ille.] *Cæsar.* Ille.] *Pompeius.* Nullo uoto.] *non enim plus uictoriam Pompeio, quàm Cæsari precabantur.* Non eadem.] *Florus poëtæ ferè uerbis hoc idem explicat inquiens. Aliquid tamen aduersus absentẽ ducẽ, ausa fortuna est circa Illyricũ & Aphricã, qua de industria prospera eius aduersis radiarẽtur, quippe*

cum

cum fauces Adriatici maris iusti occupare, Dolobella & Antonius ille Illyrico hic Coryrico littore castra posuissent, iam maria latè tenente Pompeio legatus eius Octauius Libo ingentibus copijs classicarum circumuenit. Vtranq; deditionem fames extorsit Antonio missæ quoq; à Basilo in auxilium eius rates, quales inopia nauium fecerat noua Pompeianorum arte Cylicum actis, sub mare funibus captæ, quasi per indaginem duas tamen æstus explicuit. Vna quæ Opiterginos ferebant in uadis hæsit.

Non con. eadem.] *non perstitit similis & prospera, sed aduersa.* In partes.] *contra classes & exercitus, in mari enim Adriatico obsessus est Antonius à Pompeianis.*

Fuerit.] *percutit, alluit.* Salonas.] *urbem & emporium in Dalmatico littore, ut tradit Strabo.*

Longas.] *exporrectas.* Iader.] *Dalmatia fluuius in Adriaticum mare excurrens oppidũ, quod Iadera appellatur.*

Tepidum.] *non frigidum.* Moles.] *mites.*] *illic Antoniũ legatus Cæsaris.* Bellici.] *pugnáci.* Curetum.] *Brundusinorum, in secundo dixit. Vrbs est Dictæi olim possessa Colonis. Curetes ut Strabo libro 10. docet gentes fuêre in Creta, dictæ à cura, id est à tonsura, quasi detonsi, uel à Curo monte, uel quia sicuti Coræ, id est puellæ muliebres longas stolas induunt.* Tellus.] *Corcyra, insula ut indicat Florus.* Circunfiua.] *quæ circundatur mari.* Clauditur.] *obsidetur.* Extrema.] *ultima quam Cæsar tenebat.*

Cautus ab incursu.] *quia in loco munito forti manu stipatus contra uim erat.* Recedat.] *absit ea enim opprimebatur.* Expugnat tuta.] *uinci munitissima.*

Submittit.] *subministrat.* Ceres.] *triticum satum.* Flaua.] *epitheton.* Protulit.] *emisit, legitur & proferit, id est, eferit.* Segetem.] *herbam frumenti, quæ uix exorta attondebatur, potes & per Hypallagen legere.* Miles.] *Antonianus, qui herbis uescebatur.*

Miseris.] *miserabilibus.* Attonso aruo.] *depastis herbis uiridibus, siccas glebarum aggeris assumpserat.* Vt primum.] *poëta aliter, quam Florus hæc narrat historiam, ait is enim, quod Antonius obsessus, quam primum uidit Basilum ducem, & socios auxiliares, statim fabricatis nauibus conatus est euadere. Sed cum eius duæ triremes præterissent, ratis tertia catenis Pompeianorum inhæsit, quæ quidem memorabile posteris dedit exemplum. Quippe uix mille iuuenum manus circumfusi, undiq; exercitus per diem totum tela fustinuit, & cum exitum uirtus non haberet, tamen ne in deditionem ueniret hortante Tribuno Vulteio mutuis ictibus in se concurrit.* Socios.] *Cesarianos.* Basilum.] *præfectum classis.* Terræ aduersæ.] *Illyricæ ubi Dolobella erat.* Exquisita.] *excogitata.* Furta fugæ.] *apparatus occulti discessus.* Extendunt.] *ordinant.*

Leuant.] *erigunt, struunt. Sed firma Florus non ait Antonianos ædificasse, sed à Basilo missas Antonio rates, quales inopia nauium fuerat.* Contexunt robora.] *componunt rates, hoc est, trabes sibi connexas.*

Ductu.] *structura & ordine.* Molibus.] *pontibus magnis.* Namq; ratem.] *ratis, hoc pacto est structa positæ sunt in Geminum Cadmen quaginta scaphæ, quas trabibus deuinxerunt, & cratibus contexerunt, tamen intra ipsum ordinẽ, non extra ordinatis & collocatis.* Cuppas.] *Cuppæ propriè sunt uasa magna in poculorum aut parapsidum formam, ut est Trapeti concauus locus. Vtitur eo uerbo Cato, in primo de rustica, & Varro dixit cuppas uinarias, & cuppas aceti.* Cathenis.] *trabibus connexis & implicitis, quæ cuppas ligabant.*

Excipit.] *recipit & sustinet.* Alnos.] *trabes ex alno.* Nec gerit remigium.] *nec habet remorum ordinem cui noceri possit.* In fronte.] *in facie lateris.*

Ferit hoc æquor.] *remigat intra illud mare, quod est intra scaphas.* Miracula.] *mira spectacula.*

Taciti.] *secreti.* Nec uerberet undas apertas.] *nec remis agi uideatur.* Tunc freta.] *structa rate mare obseruauerunt, ut cum undarum reflexu eam deducerent.* Æstus.] *fluctus.* Decliuibus.] *refluis.*

Nudetur Arenæ.] *in refluxu undarum littoris arena detegitur.* Iamq;.] *expolitio & refluente mari, littus fit latius.* Missa.] *immissa.* Lapsa.] *labens tempus pro tempore.* Profundo.] *prono pro mare refluum.*

Geminæ.] *comites.* Duæ triremes.] *quas habuerat Antonius iuuentutis gratia exercendæ.* Turris ac dua.] *ratis turrita, & tabulatis munita reliquas superabat.* Pinnis.] *merulis & apicibus.* Noluit.] *tota hæc historia uaria est, quippe poëta ante Cæsaris ex Hispania reditum, hoc prælium gestum fuisse scribit. Cæsar uerò, postquam Brundusium rediit, & inde in Epyrum nauigauit. Liuius in epitome Antonium captum scribit. Floro cum poëta conuenit, qui ait Libonem Octauium cum quinquaginta nauibus Brundusium uenisse, insulam occupasse. Antonium obsedisse, inde abscedisse.*

Custos Octauius.] *Pompeij præfectus, qui Salonas peruenit, & concitatis Dalmatis ipsos à Cæsare auertit, Salonasq; oppugnauit.* Illyricæ.] *maris quod Illyrios alluit.* Confestim tentare.] *subitò oppugnare & capere.* Celeres.] *expeditas.* Crescat.] *dum præda, dum reliquæ egrediantur, ne captis primis stationem tenerent.* Temerè.] *incautè.* Inuitat.] *non inuanendo.* Ad repetendum.] *æquor, ad nauigandum cum reliquis nauibus, quas plures putabat.*

Sic dum.] *Octauius uenatori, naues cruis, catenæ retibus, sagittis, & canibus comparantur.* Claudat.] *includat.* Aera.] *odorem aereum. Est enim odor corpus aereum.* Pennæ odoratæ.] *synecdoche sagittæ uenenatæ, quæ à ueneno odorem accepit, uel per pennas intelligimus, quas in retium funibus ad terrorem ferarum uenatores apponunt, pro quibus rubri panni frustulis utuntur.* Attollat.] *erigat.* Varis.] *perticis.* Furcis.] *quæ retia sustinent. Varri quoque Nonio auctore dicuntur, qui plantas obtortas expensasq; habent.*

Clamosa.] *latrantia.* Molossi.] *canis Epyrotici. Epyrus enim molossia dicitur.*

Sparthanos.] *Lacædemonios canes.* Creditur.] *committitur, uagariúe sinitur.* Colligit uestigia.] *obseruat signa pedum.* Presso rostro.] *non emissa uoce è rictu.* Cubilia.] *locum ubi fera cubat.* Loro tremulo.] *cauda trementi translatio est.* Complentur moles.] *implentur militibus rates.* Insula.] *Corcyra in qua erat Antonius.* Quo tempore.] *sub solis occasum, & in crepusculo, quum nox adhuc à Solis, quũ occidit splendore impeditur.* Cylix.] *Cylices, qui erãt in classe Octauij.* Antiqua.] *quam iam olim in Pyratica exercuerant.* Vacare.] *uacuam esse superficiẽ maris, ut cathenæ non apparerent.* Vincula.] *cathenæ & funes Hamatos.* Medio ponto.] *sub aqua maris.*

Laxas.] *lentas.* Fluitare.] *fluxè moueri cum aqua.* Scopulis diuersis, scilicet ut ab uno in aliũ extenderentur. Quæ

A Quæ ſequitur.] *id eſt ſecunda.* Tardata.] *retenta.* Sede tertia.] *id eſt ratis ex cuppis in qua erant Opitergini rapta eſt, ad præruptã quandam & concauã rupem quam deſcribit.* Adducto.] *tracto.* Impendent.] *imminent.* Moles ruitur.] *rupes exporrecta, quæ iam caſura uidetur.* Stat.] *non cadit.* Mirum.] *præfatio eſt interpoſita.* Syluis.] *quæ ſunt ſupra rupem.* Pontus.] *fluctus.* Cœcis.] *obſcuris & ignotis.* Tectum.] *latens.* Reſtituit raptus.] *emittit quod rapuit.* Cauernæ.] *antra.* Euomuere fictum.] *emiſêre aquam quam attraxêre.* Contorti uorticis undæ.] *undæ uorticoſæ, & uehementes ſuperant Charybdim, quæ attrahit & euomit aquas.*

Tauromenitanam.] *Tauromenium mons aſperrimus in Sicilia, ſuper quo, & oppidum Tauromenium eſt, non procul à Maſſana quod Zanclei condiderunt.*

Hic.] *iuxta hanc rupem.* Colonis.] *ciuibus Opitergini. Opitergium oppidum eſt in Venetia.*

Omni ſtatione.] *omni loco, & cuſtodia iniqua ſtabant.* Circumeunt.] *circum inuadunt.* Puppes.]
B Octauij. Tacitas fraudes.] *nauim inſidioſè captam.*

Vincula.] *cathenas & uncos.* Ferro.] *ſecuribus.*

Poſcit prælia.] *accingit ſe ad pugnam.* Nulla ſpe.] *quia ſi uinceret, ſoluere nauem non poterat. Ignorabat q, quo ſe uerteret, & non uidebat, in quos eſſet pugnaturus, quia erat iam nox.* Hoc tamen in caſu.] *in hac aduerſitate inquit, fortitudo oppreſſa quantum potuit ſe defendit.* Tot milia.] *hoſtiũ.* Inde.] *ex naui Vultei.* Vix plenam cohortem.] *mille ut diximus erant, ſed rẽ poëta imminuit, quanquam prima legionis cohors eſt militaria: habeãq; pedites mille centum & quinque equites centum 22. reliquæ uero (nam in ſingulis legionibus decem erant) minores dimidio conſtituebantur.* Nam condidit.] *nam prælium nox diremit.* Dubiam lucem.] *Crepuſculum.* Pacemq;.] *ceſſationem ab armis.*

Rexit.] *moderauit & confirmauit perterritos.* Sic.] *huiuſmodi ratione.* Libera.] *concio ſuaſoria, ut pro libertate & fide in Cæſarem mori honeſtè malint, quàm in parata ſeruitute turpiter uiuere. Eſtq; honeſtior ſuaſio quàm illa Hegeſiæ Philoſophi Cirenaici qui de humanæ*
C *uitæ miſeria diſſerens multos ad mortem uoluntariã inducebat. Ideoq; à Ptolomæo de ea re concionari prohibitus eſt.* Conſulite.] *Syntheſis eſt.* Auguſto.] *breui.* Vita breuis.] *nullus parum uiuit qui ſpacium ſe occidendi habet, occurritq; his qui uitæ cupiditate ducuntur, cùm uideant mortem ſibi ab hoſte inſtare.* Quærendæ.] *inferendæ ſibi.* Nec gloria læthi inferior.] *nec eſt minuta glorioſum in morte.* Ad moto occurrere fato.] *ire contra uicinam mortẽ quæ incerta eſt omnibus.* Tempore incerto.] *quum ſit tempus incertum.* Par animi laus.] *æqua magnanimitatis gloria.* Annos quos ſperaueris.] *uitam incertã ut egit Cato Calanus & Indorũ philoſophi.* Momentum.] *breue ſpatium.* Accerſas dum fata.] *dummodo tibi mortẽ conſciſcas.* Cogitur.] *ſupple à me.* Velle mori.] *uoluntas enim unicuiq; libera eſt.* Fuga nulla patet.] *argumentũ à neceſſitate: certe, inquit fugere non poſſumus, & inſtat hoſtis uitæ noſtræ, igitur ſi genus mortis delegerimus erimus abſq; metu, non enim niſi mortẽ timemus.* Cines.] *Romani.* Iugulis.] *uitæ.* Lethum.] *genus mortis, an ueſtra, an hoſtili manu perire malitis.* Et abeſt metus.] *& metuere deſinimus.* Cupias quodcunq; neceſſe eſt.] *num reſiſtamus quod neceſſitas exigit. Sequitur q præclaram illam ſententiam omne quod eſt neceſſe ferre ſapienti: quia quicquid eſt ſapiens uult.* Non tamẽ in cœca.] *Cõſolationis locus à laude præſenti & certa, quia conſpicui & inſignes nõ in confuſa ſtrage pereunt.* Cadendũ in cœca.] *mortẽ mori endum in latebris & ignorantia præliorum in quibus non liquido apparet qui fortiter agunt.* Inuoluunt.] *confundunt.* Permiſtis tenebris.] *confuſione & ignorantia.* Conſerta.] *cõfuſa & immiſta, ita ut neq; ipſa diſcernantur, neq; auctores cædis ipſorum nati ſint.* In medium.] *in commune. communiter enim occidi exiſtimantur.* Obruta.] *turtus, fortitudo confuſa.* Perit.] *non cognoſcitur non apparet.* Nos in conſpicua.] *deorũ beneficio nos ſumus aſſecuti teſtes uirtutis noſtræ.* Conſpicua.] *quæ conſpicitur.* Aequora.] *in quibus ſunt hoſtes.* Terræ.] *diuerſæ littora in quibus ſunt ſocij & hoſtes.* Inſula.] *Corcyra ex qua diſceſſimus.* Geminæ partes.] *Cæſaris & Pompeij.* Diuerſo littore.] *Dalmatico & Illyrico.* Neſcio quod.] *gratulatur fortunæ locus à laude conſequenti, pollicetur enim hoc exemplum ſuperatum eſſe omnes ueterum hiſtorias.* Fatis.] *mori.* Tranſibit monumenta.] *ſuperabit exempla.* Exhibuit per ævum.] *dedit præterito tẽpore.* Fides & pietas.] *ut erga imperatorem, aut rem.* Seruato ferro.] *uulneribus & mortib. acceptis aut illatis.* Namq; ſuis.] *Apoſtrophe ad Cæſarem incumbere iuuentutem noſtrã.* Suis.] *proprijs.* Sed non maiora.] *ſed nos obſeſſi maius teſtimonium præſtare non poſſumus.* Pignora.] *teſtimonia.* Tanti.] *quantum in te erimus.* Abſcidit noſtræ.] *conquæritur, quod totus ſimul populus mori Saguntiorum exemplo non poſſit.* Abſcidit.] *diminuit ſciat hoſtis.* Indomitos.] *inſuperabiles ei.* Furentes.] *iratos.* Non plures.] *quia eos ſuperaſſemus.*

Tentate.] *fœderibus paciſci.* Turpi uita.] *turpè enim eſſet & uictos eſſe, & in ſeruitute uiuatur.* Vnica.] *ſingularis & egregia.* Habeat.] *aſſequetur* Promittant ue.] *ſalutem & ignoſcatur.* Calido.] *caleſcit enim ictu & ſanguine.* Deſperaſſe.] *omnem ſalutis, & uitæ ſpem amiſiſſe.* Virtute merendum.] *fortitudinis exẽplo acquirere, debemus, ut Cæſar mortem noſtram indoleat & ſtragem apellet.*

Dent fata receſſum.] *quamuis incolumis poſſem euadere, nolim tamen ulterius uiuere.* Receſſum.] *liberum diſceſſum.* Emittant.] *liberent.* Inſtantia.] *mortem inſtantem.* Proieci animam.] *ſpreui uiuere poſthac.* Stimulis.] *ardore.* furor eſt.] *diuinus impulſus & concitatio, unde & uaticinantes furere dicuntur. Virgil. libro octauo, hos moriendi ſtimulos appellat ardorẽ Dei.*] *dij ne hunc ardorem mentibus addunt Euriale, an ſua cuiq; Deus fit dira cupido.*

Quos iam tangat uicinia lethi.] *qui ſunt uicini mortis.* Victurosq; Dei.] *Dij nolunt, ut uicturi intelligant mortis Fœlicitatem, quò magis in uita permaneant.*

Ducens.] *perſeuerent.* Fœlix eſſe mori.] *ſiquidem ut Cicero in Tuſc. ait. nec Dij ipſi, uel cum Dijs futuri ſumus, eſt enim magnum bonum mors, & ærumnarum requies, quæ cunctis mortalium mala diſſoluit. Eam aliquando Dij immortales pro præmio dedere hominibus, ut Cleobi & Bitoni, Triphonio & Agamedi, quã exædificato Delphis templo Apollini, petita ab eo mercede, quæ eſſet homini optima: & ille datarum ſe oſtendiſſet, triduo poſt reperti ſunt mortui.* Suſtulit.]

erexit

er exit. Cum ſydera cœli.] *cum omnes lucem futuram metuerent, antequam eius Vulteius oratione cõfirmaſſet.*

Flexo Temone urſæ.] *apparente aurora, quo tempore urſæ maioris Plauſtrum in Orientem conuertitur, ſuprà dixit, Parrhaſis obliquos Elice cum uerteres axes.*

Cum præcepta ſubiſſent.] *cum perſuaſi eſſent Vulteij ſententijs.* Nec ſegnis.] *& tunc inquit, nox erat breuis, & nocturna ſydera ſtatim occidebãt, erat enim Sol in fine Geminorum, & nox incipiebat ab ortu Sagittarij.*

Ledæa ſigna.] *Geminos, in quos fuêre cõuerſi, Caſtor & Pollux, Ledæ filij fabulam apud Higynum & quintum Faſtorum Ouidij lege.* Lux eſt altiſſima Cancro uicino.] *Quum Sol ex Geminis Cancrum eſt ingreſſurus, qui eſt ſignorũ altiſſimus, dies ſunt maximi* Nox] *uox inquit impelliebat Sagittarium, in quem Chyron Centaurus Achyllis magiſter conuerſus eſt, qui et arciteneus dicitur.* Vrgebat.] *in Occidentem ita ut apparente Sole Sagittarius occidiſſet, & ſub primam noctem oriretur, nox autem, quæ eſt umbra terræ, ſemper eam circuit fugiendo à contraria parte, in qua Sol eſt, eſtq; deſcriptio occaſus Chronici reſpectu oppoſitionis.* Detegit Iſtros.] *oſtendit hoſtes Opitergimorum. Iſtri populi ultra Venetiam dicti à fluuio Iſtro, qui Danubius.* Rupes.] *ſuprà dixit alij rupes, ac littora complent.* Lyburnos.] *Lyburnia regio cuius finis & initium Dalmatia.*

Graia cum claſſe.] *Coreyrea, nam ut Strabo docet, Cherſicrates Archiæ, qui Syracuſas condidit ſocius ad deducendos Coreyram accolas, & Heraclitarum genere procreatus, expulſis Lyburnis inſulam habitatorum frequentia refersit.* Suſpenſo uidere bello.] *indutijs & pactionibus, ut faterent deditionem.* Mora mortis.] *tarditate inferendi ſibi mortem, dicitq; hoc ex ſua coniectura poëta.* Si fieret dulcior.] *quia inuiſa eis erat.*

Deuota.] *deputata & addita.* Luce damnata.] *cum moriendi propoſito & uitæ infenſa.* Promiſſo ſibi fine manu.] *cum ſemet conſtituiſſet occidere.*

Tumultus.] *metus præliorum.* Excuſsêre mentes paratas ad ſumma.] *remouere propoſita prompta ad mortem.* Manus] *hoſtium cœtus.* Terra.] *multi enim è ſcopulis, & è rupe ipſos oppugnabant.* Fiducia mortis.] *quam mors dabat.* Vicinatis.] *poſt certamen hoſtile in ſe ipſos tela uertuntur.* Bello.] *prælio*

Furor.] *ira & impetus pugnandi.* Fata.] *mortem.*

Retecto aperto.] *nam armis antea tegebatur.*

Cuius ſit dextra.] *qui me occidere audeat.* Certa fide.] *nam ſi me percuſſerit, dabit argumentum ſe quoq; mori uelle.* Non unus.] *ſed multi.* Iamdudum.] *tunc tunc.* Viſcera.] *corpus.* Gesto.] *quia reddit pietatis officium.* Debebat.] *quia ab eo ictus, ex fide repercuſſurus.* Concurrunt.] *contra ſe ruunt.*

Totum nefas.] *omne ſcelus, quia cognatos fratres, & filios, & parentes cedebant.* Vnis partibus.] *in militibus Cæſarianis, qui erant eiuſdem partis.* Sic ſemine.] *non aliter inquit, mutuis ſe uulneribus conficere, qui nati ſunt ex Draconis dentibus, quos ſæuit Cadmus ad Thebas, ut in tertio Met. ſcribit Ouidius.* Nec alter.] *terrigmæ exorti ex dentibus peruigilis Draconis ab Iaſone ſatis auxiliante Medæa.* Dyrca cohors.] *acies Terrigenarum Thebanorum* Emicuit.] *apparuit, exorta eſt.* Semine.] *dentibus.* Durum omne.] *malum augurium Etheocli & Polynici fratribus, qui ad illorum exemplum, mutuis ſe ictibus confecerunt.*

Phaſidos.] *fluuij hoc eſt regionis in Scythica.*

Dente inſomni.] *ex dentibus Draconis peruigilis.*

Miſſa] *immiſſa, & concitata ueneficijs Medææ, quæ in eos id furoris immiſit, ne impetum in Iaſonem facerent.*

Tantos Sulcos.] *quos Iaſon bobus Ignuomis fecerat, ut in 7. Met ſcribit Ouidius.* Medæa.] Oethæ, Hyrræ *filia.* Inexpertis.] *de quibus ante non fecerat peſtq; periculum.* Expauit.] *ne in Iaſonem irruerent.* Iuuenes.] Opitergini. Pacti fata mutua.] *qui ſe uicißſim occidere conſtituerant.* Virtutis.] *fortitudinis, quia ſemimortui alios occidebant.* Pariter.] *uno eodemq; tempore.* Nec quenquam.] *quiſq; inquit, quenquam ſaeuius alium interemit.* Nec unus.] *nec expectabant, ut ferirentur, ſed ſponte in gladios irruebant.*

Adactis.] *immiſſis, intentis.* Et iugulis præſtare manus.] *iam per ferrum euntes iugulo uulnerantis manum tangebant.* Incurrunt.] *interimunt incurrendo.*

Haud trepidante.] *audacter feriebant ea, ſola pietate utentes, ut uno duntaxat ictu, chariſsimum quiſq; proſternent.* Pondere.] *uiribus.* Vna.] *ſola & præcipua.* Non repetiſſe.] *non intraſſe ictus.* Viſcera laxa] *inteſtina egreſſa.* Foris.] *latis, per ſpacioſa tabulata ratis.* Lucem deſpectam.] *auram uitalem, quam ſpreuerunt & oderunt.* Victores.] *Octauianos quanquam nõ armis uicerant, ſed obſeſſis mortis cauſam præbuerant.* Iam ſtrage.] *peracta cæde, hoſtis rate potius cadauera comburenda, ſepeliendaq; tradidit.*

Conſpicitur.] *ab hoſte.* Ducibus.] *Octauio & reliquis.* Eſſe tanti] *tantæ auctoritatis apud milites ſuos, adeoq; amori ab eis, ut pro fide ei ſeruanda, ſe militer interimerent.* Maiore ore.] *maiori laude eſt celebrata.* Non tamen.] *non intelligent, inquit hoc exemplo populi, qui Tyranno ſeruiunt ut aut ſe ipſos, aut Tyrannum morituri conficiant. Totumq; hoc dicere ad concitandum iuuentutem in Neronem uidetur.*

Ignauæ.] *puſillanimes & imbelles.* Virorum.] *magnanimorum Opiterginorum.* Non ardua.] *difficillima.* Seruitium.] *ſeruitutem.* Magna] Seruitatis. Regna] *Reges, Metonymia.* Ob morte manu facta. Regna] *Reges, Metonymia.* Ob ferrum.] *ob armatos, & mortem, quam ferro inferunt.*

Vritur.] *uexatur.* Ignorat.] *neſcit arma inuenta fuiſſe, ad arcendam ſeruitutem, tuendamq; libertatem.*

Mors utinam.] *utinam Puſillanimes mori non poſſent, & ſenio conſumerentur, ſed ſola uirtute, & egregio facinore mortem conſequeremur.* Subducere uitæ] *ſubtrahere è uita.* Te.] *Emphaſim habet, uidelicet ex Aqua fœlicitatem conſequimur.* Non ſegnior.] *in Aphrica quoq; aduerſis fatis pugnauêre Cæſariani. Curio enim præmiſſo è Sicilia Martio cum nauibus, & cum exercitu eum ſecutus flumen Bagradem peruenit, ibiq; C. Ganium legatum, cum legationibus reliquit, ipſe cum equitatu proceſsit ad caſtra exploranda Corneliana. Cũq; pugnaret contra Varrum, qui Aphricam ſenatus nomine obtinebat, obrutus à Iubæ copijs eſt occiſus.* Non ſenior.] *ſupple Mars.* Illo.] *quod geſtum eſt in Adrianico.* Libycis aruis.] *in Aphrica.* Lilybæo Siculo.] *Lilybæus promontorium in Sicilia Occidentem uerſus à Lilybæa urbe dictus.* Nec forti.] *Iccii non uehementi.* Inter ſeminutas.] *locum in quo Curio peruenit deſcribit, appellatur autem Aquilaria, abeſtq; à Clupeis paſſuum, 22. millia habet, non incommodam aſtate ſtationem, & duobus eminentibus promontorijs continetur.*

Clupeam.]

A Clupeam.] *urbem littoralem in Promontorio Mercurij.* Notæ.] *fama cognitæ.* Cano ſpumoſo.] *propter fluminis ingreſſum.* Bagrada.] *fluuius nõ longè ab Vtica & Caſtris Corneliani, iuxta quem. M. Attilij milites ſerpentem. C. & 20. pedum longitudine occiderunt.* Agit ſe.] *fluit ociosè.* Inde.] *illinc in caſtra Corneliana ſe contulit.* Anthæi quæ.] *regna Anthæi, in Mauritania eſſe non longè ab hortis Heſperidum Plin. ſcribit, ſic & reliqui. Lucanus non idem ſentire uidetur.* Tumulos.] *ſiue colles. ſiue ſepulchrum Anthæi intelligit in quo, auctore Strabone muenta eſt à Sertorio tibia ſexaginta cubitis longa.* Exeſas.] *præruptas & arroſas.* Cupientem.] *me ſiue aliquem.* Cauſas nominis.] *cur appellentur regna Anthæi.* Incola.] *rudis, ruſticus habitator.* Cognita.] *ea quæ cognouit & audiuit à patribus auis & pro auis.* Nondum effœta.] *nondum penitus uacuata partu.* Concepit.] *ex ſeipſa.* Partum terribilem.] *fœtum tremendum.* Non tam iuſta fuit.] *non tam potuit gloriari terra Typhone Tytio & Bryareo quàm Anthæo quantum fortior fuit & maior.* Iuſta.] *uera legitur & uaſta.* Typhon.] *qui*

B *& Typhæus dicitur Titanis & terræ filius arma contra ſuperos tulit. Sed tandem fulminato trimacria ſuper impoſita eſt. lege in quinto Meta. Virg. tamen inquit Inarime Iouis imperijs impoſita Typhæo.* Tytius.] *Iouis & Hellares filius, quem Iuppiter abdidit cum iram Iunonis metueret, & hinc dictus eſt terræ omni parentis alumnus, is cũ Dianæ uim conaretur inferre: ſagittis Appollinis cõfixus eſt. Tibullus, porrectusq; nouẽ Tytius per iugera terræ Aſſiduas atro ſanguine paſcit aues. Briareus Titanis & terræ filius fuit & centum geminus.* Pepercit cœlo.] *fuit cauſa ſeruandi cœli.* Suſtulit.] *produxit.* Phlegræis.] *Theſſalicis, ubi Gigantes contra deos congeſtis montibus, inſurrexerunt.* Phlegra.] *Macedoniæ oppidum in Thermico ſinu, ut inquit Pli. Eſt & in Campania locus iuxta Puteolos, in quo Gigantes alij fulminati ſunt.* Hoc quoq;.] *terra. etiam hoc dono auxit uires filij.*

Munere.] *beneficio.* Defecta.] *debilitata.* Parentem.] *terram.* Vigent.] *uires reſumit, tacta enim terra fortior euadebat.* Hæc.] *in qua natus eſt.* Illi.] *Anthæo.* Epulas raptos.] *uixiſſe ex leonum car-*

C *nẽ quæ uires auget quaq; Achilles nutritus eſt.* Ad ſomnos.] *non dormiebat ſupra pelles et coria feratum, nec ſupra frondes & tabulas.* Nuda.] *abſque Strato & Herbis.* Periere.] *occidebat paſtores, Agricolas, hoſpites, nautas.* Virtus.] *fortitudo ipſius.* Auxilio cadendi.] *quo enim frequentius cadebat eò fortior reſurgebat.* Terræ opes.] *auxilium terræ.* Staret.] *non ſe proſterneret.* Mali cruenti.] *monſtri crudelis.* Exciuit.] *ex Græcia concitauit.* Alcidem.] *Herculem ſic dictũ, ſiue ab Alceo auo, quod improbat Seruius, ſiue ab Alcis quod eſt fortitudo.* Leuantẽ mõſtris.] *im manibus, libertatem noxijs animalibus.* Illc.] *certamen deſcribit Herculis & Anthæi.* Proiecit terga.] *exuit & abiecit pellem.* Cleonei.] *Archadici & Nemæi. Cleone Archadiæ oppidum eſt in Nemæa regiuncula.*

Perfudit membra.] *Hercules inquit, more Græco*
» *ſe oleo unxit. Statius, Poſtquam oleo gauiſa cutis petit*
» *æquor uterque Percurſu medium, atque hauſta ueſtitur*
» *arena. Tunc medios artus alterno puluere ſiccant.*

Liquore.] *oleo.* Paleſtræ Olympiacæ.] *luctæ quæ fit apud Olympij templum Iouis in Aelide. Palæſtra dicta ſiue à paleo quod eſt luctor, ſiue à Pale Dea. Statius Ante alios placet uncta Pales.* Ille.] *Anthæus. Matrem.] terram.* Conſeruere manus.] *corripuere ſe.* Nexu.] *implicatione.* Colla diu.] *Tentarunt mutuo colla apprehendere, ſed non poterant quia firmiter contrahebant, hinc Statius ait, Collaq; demere humeris.* Tenetur.] *ab utroque.* Miratur.] *uel ipſi inter ſe, uel ſpectatores.*

Exhauſit.] *defatigauit Anthæum.* Quod prodidit.] *quam rem manifeſtauit.* Ceruix laſſata quati.] *collum debilitatum agitabatur.* Vrgeri.] *urgebatur quia ſe conſtringebant.* Manu obliqua.] *ſolent luctatores ita cruribus manum inſerere, ut aduerſarium loco moueant & ſtringant.* Labare.] *lababãt.* Victos.] *Hercules.* Alligat terga.] *complectitur & aſtringit.* Compreſsis.] *ſuis enim ilibus quæ ſunt iuxta femur illius ilia comprimebat: ut pectus pectore.*

Diſtendit inguina.] *extendit femur aperiendo coxas.* Inſertis.] *immiſsis inter crura.* Explicuit.] *diſſoluit, dilatauit in terram.* Arida.] *Arenoſa.*

Rapit.] *attrahit & inhærere ei.* Sudorem.] *Anthæi.* Complentur.] *replentur nouo ſanguine nouisq; uiribus.* Tori.] *muſculi & carnis rudores in cruribus & brachijs, in quibus fortitudo eſt.* Intumuere.] *repleti ſunt.* Indurit.] *durus euaſit per totos artus.* Laxauit.] *tentauit, diſſoluit.*

Nodos.] *compreſſum.* Nouo corpore.] *nouis uiribus corporis.* Conſtitit.] *firmus ſtetit.* Nec ſic Inachijs.] *nec adeo timuit quum in Hydram ſerpentem, quæ latinè dicitur excerta apud Lernam Argiuorum paludem certauit, cui cum amputaret unum caput, duo, ut Diodorus ſcribit, renaſcebãtur, habebat enim centum.* Defectam.] *truncum.* Anguibus.] *capitibus.* Rudis.] *nouus & inexpertus, quia poſt angues in cunis Eliſos Hydram primum conficere iuſſus eſt, ab Euriſtæo iam adoleſcens.*

Inachijs.] *Argiuis ab Inacho fluuio & rege.* Ille.] *Anthæus.* Ille.] *Hercules.* Nouercæ.] *Iunoni quæ mortem eius optabat.* Exhauſtos.] *uacuos & debilitatos.* Ferret Olympum.] *laturus eſſet cœlum. Nam cum Atlas Gigas defeſſus eſſet altero cœlum humero ſuſtinere, mutareq; uellet alterum, Hercules oneri ſuccedere interim iuſsit.* Membris.] *Anthæi.* Sponte cadit.] *ut plus uirium à terra accipiat.* Maior.] *fortior.* Quiſquis ineſt.] *uiris omne terrena mittitur infeſſum. Anthæum.* Spiritus.] *uis.* Ingeritur.] *mittitur.* Laborat.] *ad ſugerendas.* Parentis.] *terræ.* Standum eſt tibi.] *ſtes oportet.* Non credere ſolo.] *non committeris terræ, non clades ulterius.* Hærebis.] *ſuſtineberis ſupra pectus meum.* Huc.] *ſupra pectus moriere.* Suſtulit.] *ſubleuauit.* Nitentem.] *in terras conantem cadere.* Nati.] *Anthæi.* Strictæ.] *gelu correpta frigore mortifero congelato iam ſanguine.* Hinc xtũ.] *hæc eſt, inquit ratio quia hic appellatur regia Anthæi certamenq; cum Hercule.*

Famoſa.] *Iuſtos plena fama, & cuſtodiens antiquas hiſtorias.* Laudatrixq; rerum ſuarum, famoſus enim
» *& in bonam & in malam partem accipitur.* Sed maiora.] *quare hic idem locus caſtra Corneliana appelletur ratio redditur.* Iſtis collibus.] *eſt enim iugum directum eminens in mare utraque ex parte præruptum*

atque asperum, sed tamen paulò leniore fastigio ad eam partem quæ ad Vticam uergit, qua abest directo itinere paulò amplius passus mille ut Cæsar ait. Maiora.] est enim celebrius hoc nomen. Qui.] reuocauit hostem Pœnum. Cum Annibal iam quatuordecim annos intra Italiam sæuiret. Scipio Aphricanus magnis cum copijs ad Carthaginem oppugnandam se contulit: qua quidem re à suis Hannibal reuocatus coactus est ex Italia discedere. Pœnum.] hostem Hannibalem Aphricanum. Arcibus.] urbibus. Potito.] Scipioni qui iam tenebat Libyam. En.] uerba sunt incolæ qui fabulam docuit. Victoria Romana.] Romani primum uictores fuêre in his campis. Curio lætatus.] auspicio fœlicitateq; loci Curio dictus illic castra constituit. Fortuna sociorum.] sors loci. Ducum] Scipionum, maioris & minoris.

Tranquillus.] in Cæsare ait, ad eludendas autem uaticinationes quibus felix & inuictum in ea prouincia fataliter Scipionum nomen ferebatur despectissimum quendam ex Corneliorum genere cui ad opprobrium uitæ solutioni cognomen erat in castris secum habuit.

Tentoria.] Lineas militum casas. Non fausta.] infelicia Faustus enim dicitur is cui feretur. Fœlix uerò tam qui dat, quàm qui accipit fœlicitatem. Statius libro quarto.

» Inachij proles infausta Lycurgi.

Indulsit.] operam dedit, castrametatus est. Abstulit omen.] fœlicitatis uictoriæq; deleuit auspicium quia uictus fuit. Non æquis.] nam copias Vari despiciens Curio, duas legiones ex quatuor, quas à Cæsare acceperat, & centum quinquaginta equites transportauerat. Omnis Romanis.] omnis pars Aphricæ, quæ uicta parebat Romano Imper. Vari. P. Accij Vari qui olim illic prætor fuerat sed Auximo profugiens Aphricam sua sponte uastuam occupauerat duasq; legiones coëgerat, ut Cæsar in primo bellorum ciuilium tradit. Robore.] militibus.] Regis Iubicæ gentis.] regis Mauritaniæ. Extrema] extremo Occidente meridieq; adiecta. Suum.] qui ipsis præerat. Fusior.] amplior. Atlas.] mons à Mauritania in Aethiopiam usque porrectus. Gadibus.] insulæ in mari Atlantico. Qua sunt longissima.] qua extenduntur in longum. Ab occiduo cardine & medio.] à regione Occidentis & Meridie. Hammon.] templum Iouis Arenosi, qui apud Garamantes in formam Arietis » colitur, de aqua eius hæc inquit Ouid. Medio tua fer- » uet Hammon Vnda die gelida est ortuq; obituq; calescit. Confinis Syrtibus.] uicinis locis uadosis, in fine Aphricæ Aegyptum uersus. At qua.] sed latitudo, inquit, regni hinc & illinc tangit Oceanum. Plaga feruida.] regio calida. Regni.] Iubæ. Iacet lata.] extenditur in latitudinem. Destinet.] hinc & inde tenet & exporrigitur sub torrida Zona. Exusta.] loca ipsa Iubæ. Salustius.] deinde loca exusta solis ardoribus. Sufficiunt spatio.] extenduntur in spatium & implent eam. Zonæ cæntis.] torridæ sub qua sunt Iubæ regna. Tot castra.] quasi dicat numerosa. Autololes.] populi ualidissimi Tinganiæ proximæ, gës Getula per quam iter ad montẽ Atlantẽ, ut Plin. tradit. Numidæ.] qui & Nomades appellati, à mutãdis Papilionibus, ut Plin. ait. Getulus.] gens Aethiopiam uersus habet terras ab Oriente montosas, ubi Elephantes nascuntur. Inculto.] non strato. Maurus.] Mauri in Occidentali Aphrica ad Atlanticum Oceanum sunt. Concolor.] quia niger. Nasamon.] gens in desertis Libyæ iuxta Anschiseos et littora Syrtium, de quibus poëta libro nono ait. Hoc tam segne solum raras tantum exerit herbas. Quas Nasamon gens dura legit qui proxima ponto nudus rura tenet. Marmaridæ.] Aegypto contermini Pharedoni fermè regione ad Syrtim usque maiorem porrecti sunt. Garamantes.] Garamas populus in desertis Libyæ utrinque Augilis & Psyllis uicinus. Medorum.] qui in Asia sunt contermini Assyriæ. Missile.] iaculum. Michax.] siue Maxax siue Maca post Nasamones est iaculandi peritus. Massylia.] Mediterranea regio est Beornicis ciuitatis Libyæ. Nudo dorso.] equis sine stratis. Ora Leui.] equos infrenos baculo regit. Flectit.] percutiendo. Et Apher.] & Aphri illi extremi uenatores, qui errant mutantq; casas ut Nomades. Errare mapalibus.] uagari per domos pastorum. Simul.] postquam.

Non est fiducia.] non fidunt ferro posse conficere. Operire.] tegere iniciendo. Laxis.] apertis. Nec solum.] Iuba non solum Senatui & Pompeio fauere; sed etiam Curioni obesse studebat: nam ut Cæsar ait, huic & paternum hospitium cum Pompeio, & simultas cum Curione intercedebat, quod Tribunus pleb. legem promulgauerat, qua lege regnum Iubæ publicauerat. Dabat bella iræ.] pugnabat ex ira priuata de causa suscepta. Hunc quoque.] causam iræ exponit. Polluit.] maculauit: nam pietatis oblitus accepto precio Cæsaris partibus fauit eumq; irritauit. Tribunitia quam ipse se tribunus tulerat. Tyranno.] Iubæ. Dum facit te regnũ.] dum te Cæsari subigit, à quo fuit ingenti largitione corruptus. Ille] Iuba. Esse fructum.] quantũ in eo se constituerat, sperabatq; ulcisci. Sceptri] regni, quod obtinebat. Hac fama.] iræ & exercituum. Et quod.] timebat etiam quia milites infidos habebat, & inexpertos Tyrones, de quibus in secundo dixit. Opositus quondam polluto Tiro miloni. hi enim sub dominatio fuerant & traditi à Cæsare Curioni. Deuota.] addita. Exploratus.] expertus & probatus. Cice in Verrem, tu mihi reliquis exploratum atq; prouisum. In undis rheni.] in Gallico & Germanico bello. Corphini.] oppidi Pelignorum. Ducibus.] Cæsari & Curioni. Priori.] Pompeio & Domitio. Vtrunq.] quod sit infidus & dubius, lege historiã apud Cæsarem. Sed postquam.] Curionis consilium post fugam suorum narrat. Munia.] custodias & officia, Metonymia. Salustius: Muniam ordinis extrema sequi. Desolata.] deserta. nam Centuriones Marsi duo, ex castris Curionis cum manipularibus suis duobus & 20. ad Accium Varum profugerant. Profatur.] secum. Audendo.] inuadendo hostem & est sententia. Dum meus.] priusquam me deserat. Variam dant ocia mentem.] quies consilium mutat. Terentius dum animus in dubio est, paulo momento huc uel illuc impellitur.

Eripe consilium.] interrumpe pugna ipsorum de fuga consultationem. Quum dira uoluntas.] quum pugnandi furor quempiam inuasit & galatus ensem strinxit, non pudet eum, nec meminit debere infestæ parti: sed pugnat in eam. Subit.] in mentem uenit.

Et galeæ texere pudorem.] & quum non pudet quia non uidentur, nec agnoscuntur. Pudere.] enim poterat

A poterat Tyrones illos pugnare in eos transfuga qui eadem essent usi fortuna, & eadem in obsidione perpessi. Conferre.] comparare ambos & pluris facere alterum. Pendere] ponderare, iudicare, quæ iustior sit. Inde.] illis partibus pro quibus stat. Veluti.] sic gladiatores in aduersarium pugnant non ex iniuria iraq; ueteri sed quia contra stat & oppositus est. Muneribus] laudis gladiatorijs. Arenæ fatalis.] mortiferi certaminis quod sit in arena. Productos.] commissos ad pugnandum. Odere pares] habent odio aduersarios & oppositos. Quem blanda.] cui fortuna ipsum deceptura principio fauit. nam primum cum Numidis prospere pugnauit imperatorq; est appellatus. inde Varum pepulit, postea cum aduertisset aquas ueneno infectas, nã bibentibus ueluti nebula usus obtenebrabatur cum uomitu & spasmo ut meminit Appianus, Viticam obsedit. Blanda malis futuris.] alliciens in futuram cædem. Recepit.] excepit. Nudata.] patientia: nam quando statur aduerso uultu latent. Terga.] militum Vari. Cecidit.] percussit usque in castra. Fœda.] turpe est enim fugere. Tristitia sed postquam.] audita Vari repulsa sperans Iuba se Curionem superaturum futurum cum ingenti exercitu uenit præmisitq; Saburam cum paucis copijs, quas magna ex parte pauci equites ex nostris noctu interfecerunt. Sequenti uerò die Curio cum omnibus copijs quarta uigilia egressus cohortibus quinq; relictis in castris rem gestam cognouit, ad hostem peruenit ignarus Iubam cum magnis copijs elephantis que quadraginta sex millia passuum distare, missisq; ad Saburam Hispanorum Gallorumq; equitum duo millia prælium iniit, instansq; cedentibus cum exercitu ex sexdecem millium itinere defesso circunuentus oppressusq; est. Rebus.] potentiæ. Rapit agmina furtim.] raptim & clanculum copias dicit. Iussa] uetuerat enim uulgari aduentum suum. Timeri.] ne timeretur.

Ab hoste.] à Curione improuido. Mittitur.] ordo est Sabura secundus Numidus à rege mittitur qui lacessat & eliciat prima prælia exigua manu. Vt simulator.] belli sibi commissi. Lacessat.] prouocet. Eliciat.] educat. Commissi.] mandati ut gereret, ferebatur enim Iubam reuocatum esse bello finitimo & Saburæ rem cõmissam. Sed rex sex millium passuum interuallo & Sabura aberat. Ipse.] rex. Retentat uires.] retinet exercitum. Aspidas.] sic iussus est, inquit Curio, ut Aspis ab Ichneumone.

Aspidemq; Curioni.] Saburam caudæ Ichneumonis Iubamq; capiti comparat. Aspis, ut ait Plinius, libro octauo, habet interneciuum bellum cum Ichneumone nostrum animal hac gloria maximè in eddem natum Aegypto, mergit se limo sæpius siccatq; sole, mox ubi pluribus eodem modo se corijs loricauit in dimicationem pergit, in ea cauda se attollens ictus irrito auersus excipit. donec obliquo capite speculatus inuadat in fauces. Meminit eiusdem Strabo in 17. Aspidas.] Serpentes frigidas. Pharias.] Aegyptiacas. Hostis.] Ichneumon. Solertior.] astutior. Vmbra.] caudæ celeris. Obliquusque caput.] Ichneumon qui est obliquo capite. Tuto.] innoxio sibi non enim penetrat dentibus. Citra saniem læthiferam.] citra uirus mortiferum. Guttura serpentis effusæ in auros.] exilientis in umbram caudæ. Tunc.] ubi comprendit. Pestis irrita] uenenum non nocens. Exprimitur] colliditur & emittitur. Fluunt.] dissoluuntur & pereunt. Pereunte.] effluente. Fraudibus.] insidijs Iubæ occultis uiribus hostis. Hostis] Saburæ post quẽ latebat Iuba. Legitur & occulti hostis, hoc est Iubæ. Erumpere.] exire raptim. Ignotis.] in explorationis. Ipse.] Curio auditis quæ equites egissent, quarta uigilia cum omnibus copijs exierat. Rogatus.] à Cn. Domitio præfecto equitum. Infecta] mandata & mista. Læthi fortuna propinqui] fors uicinæ mortis iam satis Curionem adduxerat. Trahebat.] ducebat ad mortem. Auctorem suum] Curio enim qui tutatus fuerat incitarat Cæsarem, dederat causam belli ciuilis. Ardua saxa] montes. Cautes] saxa dura. Abrupto limite.] præterito termino & non seruata uia. Cessere] pedem retulêre. Sabura enim Iubæ iussu præceperat suis ut similitudine timoris paulatim cederent.

Dum colle.] quoad ex locis superioribus copias in campum deducit. Patulis.] in diuersum & latè patentibus. Ille.] Curio. Artis.] fraudis ut arte tractauit uirum Græcè τέχνη dicitur. Victor.] hactenus enim uicerat. Deiecit.] præcipitauit. Doli.] insidiæ hostiles. Fugaces.] celeres. Agmen.] Curionis exercitum. Complectis.] occupatis. Quippe.] ideo neque fugere, neque pugnare sunt ausi quia habebant equos ex itinere defatigatos.

Sonipes.] equus. Non motus.] non excitatus. Quatit.] reputatur non & in sequentibus. Non quatit saxa pulsu.] non pulsat solum ictu pedum cupitq; ire. Terens.] atterens & mandens ut solet defessus equus. Vexantia.] lege per Hypallagen uexantes. Spargit.] non excutit collum copiteq; erigit, & conatur ire ut solet recens & fortis equus qui audito signo stare loco nescit. Iubas.] crines. Surrigit.] arrigit. Incerto] inordinato motu. Non stare.] prosternere se. Iacet.] languet. Arentia.] sitientia. Squalent.] deformia sunt. Proiecta.] emissa. Gemunt.] sonitum reddunt. Vrget.] uexat, erant enim suspitiosi. Pulsus grauis.] spiratio & respiratio molesta quia alia pulsantur cum retractione. Trahit.] contrahit. Illa defecta.] ultima latera debilitata & attenuata. Lupatis.] frenis asperrimis. Lupata dicta à lupinis dentibus in quorum similitudinẽ sunt. Virgil. Duris parere lupatis. Neque addunt gradum.] non gressum accelerãt & ocius eunt. Nisi conati propter stimulos ferreos qui calcaneis annectuntur. Vulneribus.] per uulnera. Coguntur.] in hostem ire. Vlli.] equiti. Rupisse moras.] concitasse. Neq; impetus.] concitatio breuis, neque cursus longior. Proferturq; propinquat hosti & exponitur uicinioribus ictibus. Donat spatium.] diminuit distantiam telis exponendo se ad uulnus excipiẽdum. At uagus.] Sed Numidæ celeres tanto equos impetu immisserunt ut terra tremeret & puluis immensus fuerit excitatus. Soluta.] dissoluta in puluerem, & est ablatiuus absolutus, sequiturq; ordo tantus puluis texit aera nube sua & traxit tenebras quantus torquetur turbine Bistonio. Torquetur.] excitatur & uoluitur. Turbine Bistonio.] impetu Aquilonis qui flat à Thracia, quæ Bistonia appellatur. Nube.] nubilo & den-

sitate. Traxitq; tenebras.] induxit. Vt uero.] postquam ad pedites interemptis equitibus uentum est, non fuit opus certare in uictoria certa: sed tantummodo in cædibus faciendis se exercere. Dubij Martis.] incertæ uictoriæ. Nullo.] dissoluatur in ullo & non iungatur uerbo. Tempora pugnæ mors tenuit.] tempus quòd in pugnandum conterendum fuisset in occidendo consumptum est. Procurrere.] cum impetu ire. Miscere manus.] certare. Septa.] circundata à Numidis. Obliquis hastis.] ictibus transuersis. Obruitur.] opprimitur. Rectis.] recto ictu & punctim. Nymbo.] multitudine tranquatio. Ferri.] telorum ferratorum. Ergo acies.] circunuenti undique Romani in rotunditatem sese collegerunt: sed adeo densi erant, ut se nequirent conuertere, & paulatim magis ac magis constringendo & colligendo stantes moriebantur. Correpsit.] immisit se quasi rependo. Globus.] multitudo collecta. Densatur.] restringitur quantum primi præ metu pedem referebant. Giros.] circulum orbis. Pressis.] compressis & strictis.

Pectore.] armato. Non tam læta.] non eam uoluptatem Numidæ acceperunt, ex Romanorũ cæde quam fortuna uidebatur offerre: quia riuos sanguinis non uidebat, nec truncа, nec cadentia corpora. Spectacula.] cædis aspectum. Lapsus membrorum.] membra cadentia & mutilata. Compressum turba stetit omnia cadauer.] omnia mortuorum corpora multitudinis densitate compressa tecta erant. Excitet inuisa.] præ dolore hosti læticiam elicit, & ad insultandam inuitat.

Excitet.] eliceat uelut ad sacrum. Inuisas umbras.] inimicas Carthaginensium animas. Inferis.] sacris & horum uictimarum piaculis. Fiat piacula.] accipiat purgationes & sacra. Romanam superi.] in deos exclamat quod tantam cædem passi sunt fieri nulla reipub. utilitate. melius enim Aphri Romam subiuga uissent, quam quod libertate amissa perpetuo sub Cæsaribus seruiamus. Compressus.] sedatus cruoris copia nam antea per pulueream cædes uideri non poterat. Producere animam.] ulterius uiuere. Afflictis.] aduersis miseris. Cedit.] non quod se percusserit: sed cum oraretur à Cn. Domitio ut suæ saluti parceret & in castra confugeret. Curio.] nunquam amisso exercitu quem à Cæsare fidei commissum acceperat se in eius conspectum reuersurum confirmat, atque ita prælians interficitur. Coacta.] compulsa à necessitate uel coactè collecta. Quid nunc.] Epicœdion siue Nænia, qua per uariam commiserationem accusatur Curio & laudatur. Rostra turbata.] forum & pulpita unde populum tribunus alloquebaris & collegis te apponebas. Plæbeius signifer.] Tribunus cum insignibus tribunitijs. Arte.] astutè. Dabas.] concitando. Prodita.] tradita Cæsari. Ante iaces.] ante mortuus es quàm in Pharsalia confugatur. Confert.] committat in prælium. Has urbi.] deterret potentes à seditionibus quantum solent esse primi qui pereãt. Liuitis.] arma iugulo datis pœnas mortis ex bellis ciuilib. Fœlix Romana.] beata esset Romana cum ciuibus suis si illi tantam curam haberent libertatis seruandæ quanta ulciscendi illos qui in libertatem insurgunt. Vindicta.] ultio nocentium patriæ. Libycas en.] en è dictas uersis causis affectus, miserationemq; elicit. Corpus.] Curionis. Pascit aues.] insepultus enim fuit & uorum præda. At tibi.] nos uerò te ô iuuenis laude prosequimur immortalitatiq; commendamus, nam silentio præterire uirtutes tuas nihil prodesset. Præconia digna.] Hypallage si uis merita præconia dignæ uitæ. Præconia.] laudationes. A' quibus.] præconijs. Repellit omne senium.] tollit situm & oblivionem ac gloriam immortalem & non senescentem affert, quãtum ut ait Ouidius Carmina morte carent. & Horatius. Virtus & fauor & lingua potentium Vatum diuinibus consecrat insulis. Dignum laude uirum Musa uetat mori. Cœlo Musa beat. Non proderit.] nocet enim ciuitati egregiorum laudes ciuium ignorari. Indole.] inditio probitatis & incremento. Deberent.] illis debent leges qui iusti sunt & optimi interpretes legum ut de Seruo Sulpitio Cicero scribit. Recta.] iustitiam.

Perdita sæcula.] Corruptorum temporum culpa uitiosus euasit. Perdita.] de quibus nulla spes. Vrbi.] quæ aucta fuisset & potuisset multum de Curione sperare. Ambitus luxus.] ambitio & luxuria.

Opum facultas.] auaritia cum superbia inuasere, quæ sunt ciuibus metuendæ. Tulerunt.] abstulerunt. Torrente transuerso.] in obliquo & contrario iustitiæ translatio est. Curio mutatus.] Corruptus à Cæsare magna mercede & à recto desistens. Fuit momentum.] impulsio motus & causa bellorum. Spolijs Gallorum.] præda Cæsaris. Et auro.] Suetonius ait, Aemilium Paulum. Cn.q; Curionem uiolentissimum tribunorum ingenti mercede Cæsar defensores paravit. Ius licet.] Curionem omnibus tyrannis urbis potentiorem fuisse eo argumento demonstrat quia uendidit urbem. Fecerit uis in nostros iugulos.] ui libertatem occupauerit ita ut arbitrio suo iugulare non posset minus tamen quam Curio potuit. Series.] domus Cæsaris continuus ordo Cæsar, ut Augustus Tyberius, Caius Claudius Nero. Tanta.] summa est enim cum imperium relinquant hæreditarium. Emere.] largitionibus & cladibus acceptis. Hic uendidit.] Curionem uendisse urbem Cæsar scribunt septem & 20. millia aureorum ad quod alluſit. Virg. quum dixit.

Vendidit hic auro patriam dominumq; potentem imposuit.

FINIS LIBRI QVARTI.

IOANNIS

IOANNIS S·VLPITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI POETAE PHARSAL. LIB. V. commendationes.

SIC alterna duces.] *Acceptis mutuis in bello calamitatibus duces. Nam Pompeius Italia pulsus fuerat, & exercitum cum Hispania Massiliaq; amiserat, & Cæsar in Adriatico classem & exercitum cum Curione in Aphrica.* Reseruati sunt pares.] *ut mox cõfligerent in Epyro, ubi cum instaret Ianuarius Mensis: Lentulus Consul apud Senatores undique conuocatos orauit.* Alterna uulnera.] *mutua damna.* In terras Macedum.] *in pugnam Thessalicam, Metonymia est, locum enim pro negocio ponit.* Iam bruma.] *iam hyems uenerat.* Hæmo] *monte Thessaliæ.* Atlantis cadens.] *Atlantides Occidentes, iam inquit præterierat Nouember & erat finis Decembris. Atlantides enim quæ & Vergiliæ appellantur tertio Idus Nouembris apud Plinium, quinto apud Columellam occidũt, & brumale solstitium est octauo ferè Calendas Ianuarij.*

Dies.] *Calendæ Ianuarij in quibus creantur nouì magistratus, quorum nomina affiguntur in fastis, id est, in libris quibus anni describitur conuertur & in ipsis annalibus.* Quiq; colit primus.] *primo Ianuarij anniq; die celebratur festum Iani Dei principiorum.* Duc centum tempora.] *est enim caput anni & eum reliqui menses sequuntur.* Vrerque.] *Lentulus & Marcellus.* Pars ultima.] *ultimum tempus magistratus quasi peracti.* Iuris emeriti] *consulatus iamiam finiti.* Elicit] *educit & conuocat in Epyrum.*

Vagos patres.] *Senatores dispersos.* Munia] *officia.* Sordida.] *respectu Romanæ.* Cœpit.] *continuit.* Curia.] *hospites Senatores, hospites in alienigenis urbibus.* Nam quis castra.] *Antipophora, quòd potius tecta quàm castra appellauerit.*

Tot secures] *tot legitimos magistratum cum securibus, licioribus, & fascibus.* Ordo.] *Senatorum.* Non magni partes] *hoc est, Senatum non esse ex factione Pompeij eumq; sequi: sed Pompeium esse unum ex fautoribus Senatus.*

Silentia tenuerunt.] *Hypallage, hoc est, cœtus mœstus tenuit silentia.* Indole.] *oratio suasoria qua primum adhortatur Senatum Lentulus ut decernat eos, qui in Epyro sunt uerum Senatum conficere: nam qui Cæsari fauent hostes sunt patriæ. Confirmatq; animos hominum ab auxiliorum magnitudine & fortiter pugnandum fore censet: proponit que Pompeium belli ducem esse contendum.* Indole si dignum.] *sensus est, si ea magnanimitas est in uobis quæ in Romanis esse debet, non aduertendum est. qua simus in terra, ubicunque enim sumus Senatum referimus.* Indole.] *indicio & incremento uirtutis.* Non cernite.] *nolite aduertere.* Coacti.] *coadunati.* Faciem.] *habitum & apparentiam Senatorum.* Liquet] *manifestum est.* Ferat sub plaustrum.] *extrahat in ultimum Septentrionem in Scythia ubi sunt montes & populi Hyperborei, id est, supra Boream.* Plaustrum glaciale.] *frigidos Septentriones.* Plaga] *regio, Zona.* Axis.] *torrens & clausus uaporibus id est, torrida Zona ubi semper est Aequinoctium & dies sunt pares, ut apud Meroen in Aegypto summa potestas.*

Tarpeia sede peruasta] *Confirmat exemplo loci mutationem non tollere potestatem Senatus. Nam cum Galli Senones Romam combussissent Veiosq; Senatores se contulissent. Illic erat Senatus, & illic Camillus dictator est constitutus.* Sede Tarpeia.] *urbe Roma nam reuera Capitolium combustum non fuit.*

Camillo] *furio.* Veios.] *oppidum Hetruriæ non procul ab urbe.* Illic.] *Veijs.* Iura.] *potestatem.*

Mœrentia tecta.] *Cæsar possidet urbem mœstam.* Silentes.] *Tunc silere leges dicuntur, quum non seruantur & non administrantur iustitia.* Fora.] *iudicialia.* Iustitio.] *iuris dicendi intermissione.* Illa.] *in Senatu Cæsariano soli illi sunt qui exulauerunt, & iudicati sunt hostes ante quam Senatus ex urbe discessisset.* Ordine.] *Senatorio.* Prius furor.] *nos pios & abhorrentes à bellis quo primus armorum motus in diuersa spargerat in unum locum conuenimus.* Ignaros scelerum.] *innocentes pios.*

Membra] *nos ipsi Senatores.* Ex totis] *confirmat Senatum à spe victoriæ & damnorum compensationem, nam pro amissa Italia & Hispania reliquum orbem deorum beneficio obtinent.* Pensant] *compensant.* Iacet hostis.] *propter Opitergiorum ratem hoc dicit.* Squalentibus.] *sicis desertis.* Impellite cursum.] *nolite deserere propitios deos, & bene sperare.* Fortunaq; tantos.] *id est, & succedunt rerum sic uos animet ad persequendum hostem ut iusta causa animabat ad fugiendum ex urbe.* Ius.] *consularis potestas.* Clauditur.] *finitur.* Exhausto.] *consumpto.* Vos quorum finem.] *uos qui eritis perpetuo Senatores.* In medium.] *in commune.* Læto nomen.] *magnam cum lætitia Pompeius est dux declaratus.* Suum & patriæ.] *priuatum & publicum.* Imposuit.] *commisit.* Tunc in reges.] *deinde reges amici laudati sunt & eis honos est habitus populiq; liberi facti.* Mœrentes.] *quia miserant auxilia.*

Rhodos.] *insula in mari Carpathio in qua colitur Phœbus, sic appellata à capulo rosæ quod in fundamentis inuentum fertur.* Potens pelago.] *quæ classe plurimum ualet.* Taygeti.] *Taygetus mons Lacharum inter Lacedæmona & mare.* Inuentus inculta.] *Lacedæmonenses sumptuosi in ueste ex ueteri instituto Lycurgi.* Phocis libera.] *Phocis regio in Boëtia à qua Massilienses sunt oriundi donata est libertate.* Sadalem.] *regem Ponti qui miserat equites.* Cotim.] *regem Thraciæ.* Deiotarum.] *regem Oetheæ, ut ait*

Ruffus: sed postea Gallaciam, id est, Gallograeciam tenuit. Racipalim.] *qui praerat ei parti Macedoniae: quae in Thraciam uergit & frigidissima est.* Libyamq; iubet.] *& Iubam regem totī Libyae praefecêre.* En tibi.] *muehitur poëta in Ptolomaeum ingratū Pompeio, quem iussit interfici, quanquam eius esset beneficio in regno confirmatus, ipsumq; regno fuisse indignum ob multa scelera quae facitauit exclamat. Fuit autem hic eius Aulethae filius, quem Alexandrini è regno eiecerāt & Gabinius reduxit, Sororem Cleopatram habuit.* Pudor fortunae.] *poterat enim pudere fortunam, quòd indignum illum in dignitatem regiam euexisset, eratq; id superis crimini & culpae.* Diademate Pelleo.] *corona regia Alexandrina. Pelleus enim Alexander Magnus à Pella patria dictus est, cui successit in regno Aegypti Ptolomaeus Lagi, militis Gregarij filius, à quo reliqui Ptolomaei deducti sunt: hic enim filios habuit Ptolomaeum Ceraunum & Philadelphum doctissimum, qui ei successit & constituit in Alexandria Bibliothecam egregiam.*

Hunc Euergetes quem philopater secutus est, inde Epiphanes, post quem Philopater. Tum secundus Euergetes quem Physconem dicunt. Cui Ptolomeus cognomento Lathurus successit. Quem quidem secutus est Auletbes huius Dionysij pueri pater: ut Strabo libro 17. tradit. Saeuum.] *nam crudeliter imperauit.* Vtinam in populos.] *uidelicet solos.* Regia Lagi.] *imperium quod obtinuit Lagi filius.* Magni iugulus.] *mors Pōp.* Sorori.] *Cleopatrae quae ex dimidia regni parte, relicta fuerat haeres à patre.* Socerorq; nefas.] *caedes Pompeij subtracta Caes.* Soluto coetu.] *dimisso Senatu & congregatione.* Caeca sorte.] *ignoto & obscuro euentu.* Appius.] *huius meminit Cicer. in Suscularis his uerbis. Inde ea quae meus amicus Appius Necromantia faciebat.* Inuentus ancipites.] *in casus dubios, nam uoluit ea Apollinis oraculo certior esse.* Expromere finem.] *aperire futura.* Referat penetralia.] *aperit Apollinis templū, quod multis annis fuerat clausum & sine oraculo. Quadragesimo enim ab hinc anno fuerat à Thracibus combustum, & Iuuenalis ait; Quomodo Delphis oracula cessant & genus humanum damnat caligo futuri.* Delphica.] *quae in Parnasi radicibus apud Delphos oppidum sunt.* Hesperio.] *Parnasum Boëtiae montem in medio mundi esse ait, sic & Statius: Audijt & medius caeli Parnasus. Strabo libro 9. refert missas duas à Ioue Aquilas alteram ab Occidēte, alteram ad illic recta linea coiuisse.* Bromio.] *Baccho à Bromo, quod est consumere. Vinum namq; modestè sumptum humorum superfluitates imminuit: immodestè uerò bonam humiditatem desiccat, & atterit uires. Sunt qui dicāt à sonitu ductum nomen qui βρωμώς dicitur.* Bacchae.] *sacerdotes communes.* Triaterica Delphica.] *sacra Apollinea Delphis in trienniū repetita. Ouid. Hismariae celebrant repetita triennia Bacchae.* Misto numine.] *communi cultu Apollinem & Bacchū eundē esse Euripides tradit, & Aristoteles in Teloguminis, et Varro, et Granius Flaccus confirmat, auctore Macrobio.* Cui.] Bromio. Hoc solum.] *sola Parnasi summitas diluuio tempore submersa non est.* Fluctu.] *aquis.* Discrimen.] *interstitio & medius terminus inter aquas & caelum.* Seductus ab.] *eminens super aequor uix summo cacumine alterius iugi extabas.* Vno.] *altero laudauitq; ipsum ab altitudine.*

Sic Ouid. Mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus, A
Nomine Parnasus superatq; cacumine nubes. Ibi.] *apud Parnasum. Phoebus puer Pythona serpentem Demogorgonis terraeq; filium qui matrem Latonā Iunonis iussu fuerat persecutus ne pareret, interemit.* Paean.] *Apollo.* Ordo.] *est Paean ultor matris expulsae.* Quū prameret par. uisce.] *cum esset uicina partui.* Explicuit.] *interemit.* Adhuc rudibus.] *nouis & inexpertis.* Themis.] *dea quae iubebat hominibus peterent quod fas esset. Themis enim fas interpretatur. Eius templū iuxta Cephysim amnem fuit.* Vastos hiatus.] *magnam cauernam. Nam est illic media saxi rupes in formam Theatri in media fere montis altitudine planitieq; exigua atq; in ea profundum terrae foramen quod oraculo patet, ex quo frigidus spiritus ui quadam, uelut uento in sublime expulsus mentes uatis in uecordiam uertit impletamq; Deo responsa consulentibus dare cogit: hāc Iustinus libro 24. & Strabo libro nono, inquit Auctores certi memorant diuinum ipsum domicilium profundā & curuam esse spelunca, non tamen lato ore patentem. Vnde auram quidem* B
referri sacro efflante numine. Excelsum autē ostio immenere Tripodem, quem quum Pythia uates insēderit, haustо diuinationis spiritu, Dei responsa refert & metro & oratione soluta. Sperare diuinam fidem.] *emittere oracula.* Ventos loquaces.] *uentum & spiritum qui loquacitatem excitaret. Cic. in diuinatione, inquit Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatae mentes oracula funderent.* Condidit.] *immisit.* Incubuitq; adyto.] *inclinauit se in locum secretū, ut uentos exciperet & diuinaret.* Fatus uates.] *diuinator & denunciator futurorum.* Quis latet.] *quoniam suprà dicta fabulosa sunt rei ueritatem conatur elicere.* Quis superum.] *quis Deus.* Presis ab aethere.] *manes sub cœlo, nam Dij supra aethera sunt.* Cœcas cauernas.] *antrum obscurum.* Quis terram cœli patitur Deus.] *qui cœlestis uult terram habitare.* Secreta.] *praeterita praesentia & futura.* Cursus aeterni.] *fati quod est haerens rebus mobilibus dispositio perquam prouidentia fuit quaeq; nectit ordinibus, ut ait Seuerinus: est & fatum ut Cicero definit, Ordo seriesq; causarum. Causa autem est ex omni aeternitate fluens, ueritas sempiterna.* Ferens
contactus.] *patiens tangi ab homine: nam ingreditur* C
uirgines. Sine canit fatum.] *seu dicit futura, seu quicquid uaticinatur, est fatum necessarioq; futurum.* Forsan terris.] *putat poëta mentē Iouis siue animam mundi, quae diffusa est per omnia elementa, terrasq; subsimet illinc spirare. Spiritus enim Dei per omnia uagatur, omnia nectit, omnia continet: ut sentiunt Stoici & Cicero docet & Virgil, Iouis omnia plena, & alibi principio caelum ac terras camposq; liquentes. Lucentesq; globum lunae Titaniaq; astra spiritus intus alit. Et poëta noster, Iuppiter est quodcunq; uides.* Inserta.] *immista.* Orbem liberatum.] *terram pensilem.* Exit.] *egreditur & spirat.* Per antra Cyrrhea.] *per antrum Delphicum à Cyrrha oppido dictum.* Connexa tonanti aethereo.] *coniuncta & quae respondet menti diuinae quae est in caelo.* Numen.] *mens Dei.* Est conceptum pectore.] *ingressum est pectus.* Feriens.] *incitans, impellens.* Sonat.] *loquitur, estq; translatio à Cytharedo chordis, quae sunt ut anima.* Soluit ora uatis.] *puellā loqui coëgit.* Ceu Siculus.] *similitudo est secretioris sonitus & uehementiae*

A tiæ uerborum. Apex Siculus.] *cacumen Aetnæ ardentis.* Vndat.] *abundè corripit Aetnam mõtem fumo & flammis.* Typhoeus.] *qui fulminatus Inarimæ subiacet Virgil.* Inarimæ Iouis imperijs imposita Typhœo.

Vaporat.] *uaporando emittit.* Saxa.] *Campana pumicæ & lapides exæsos.* Inarimes.] *Inarime mons est Prochytæ insulæ in sinu Baiano* Expositum cunctis.] *quòd omnibus respondet & nulli se negat.* Vindicat.] *liberat se.* A labe.] *furoris ab insania malignitateq; hominum, nam non uotis & precibus flectitur, sed futura prædicit.* Mela.] *inhoneſta.* Tacito susurro.] *solent enim turpia humili uoce, honesto uerò clarè poſci* » Persius. Haud cuiuis promptum est murmurq; humilesq; » susurros Tollere de templis & aperto uiuere uoto. Mens » bona, fama, fides & reliqua, Horat. Iane pater clare dixit Apollo. Vetat optare.] *docet nihil petere à Deis.* Benignus.] *liberalis.* Dedit.] *dixit Virg. Præscia uenturi da non indebita poſco regna meis fatis.* Vt Tyrijs.] *Iustinus libro 18. Tyriorum gens, inquit condita à Phœnicibus fuit, qui terræmotu uexati relicto primo*
B *solo Assyrium stagnum primò, mox mari proximum littus incoluerunt, condita ibi urbe quam à piscium ubertate Sydonem appellauerunt. Nam piscẽ Sydon Phœnices uocant. Post multos inde annos à rege Ascaniorum oppugnati nauibus appulsi Tyrum urbem ante annum Troianæ cladis condiderunt. Cadmus quoq; quum exularet bouem sequi ab oraculo iussus est.* Dedit ille minas.] *Athenienſibus Delphicum Apollinem consulentibus, quid aduersus Persas agendum esset, respondit ligneis mœnibus se tuerentur, quo intellecto, Themistocles iussit omnes ciues naues conscendere, & in mari Salaminiaco aduersus Xerxem cum certarent euasêre uictores.* Dedit.] *concesſit.* Impellere.] *repellere.*

Salamis.] *urbs in Euboico mari contra Athenas.* Sustulit.] *quia docuit piare numina.* Telluris sterilis.] *hoc propter Aegyptum dixit quæ cum nouem annis fuisset sterilitate uexata, respõsum accepit ut Thrasium hospitem mactaret, eius rei Ouidius in aue meminit. Dicitur Aegyptus caruisse uiuacibus herbis & reliqua. Phryges etiam sterilitate uexati, iussi ab Apolline corpus Athis sepelire, & Cybelem uenerari, cum pro illo quod inuenire non poterant adoleſcentis imaginem*
C *multis cum lamentis sepelissent, & aras Deæ ac sacrificia instaurassent, liberati sunt. ut meminit Diodorus. Est & alia ex eodem auctore historia. Athenienſibus enim siccitate laborantibus, respondit Deus, Minoi pro Androgeo mortuo, quas uellet pœnas esse dandas, cùm igitur Minois iussu quotãnis septem pueros & totidem puellas Minotauro dare cœpissent siccitate sunt liberati.*

Fine.] *id est, modo piandi.* Aera tabificum.] *Lucanis pestilentia laborantibus respondit Phœbus, Palinuri manes esse placandos, ob quam rem nõ longè à Velia Lucum ei consecrauerunt. Virg. prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt. Romani quoque pestilentia laborantes, Aesculapium in urbem aduehere iussi sunt.*

Nostra sæcula.] *hæc ætas in qua ego sum.* Quam Delphica sedes quod siluit.] *quam quod non redduntur Delphis oracula: nam reges & principes metu ducti uetuere Antistites templi, ne ad id quenquam admitterent.* Nec mœrent,] *id est gaudent, quod non respondent. Liptote.* Cyrrhæ uates.] *Phœbades.*

Fruuntur iustitio.] *fructum delectationemq; capiunt ex cessatione & silentio, appellauitq; iustitium respondendi intermissionem, cum sit propriè iuris reddendum intermissio in publico luctu.*

Nam si quis.] *si quæ enim Phœbum concipiebant deorũ ira aut beneficio moriebantur: hinc Valerius ait, Vnde ut certæ consulentibus sortes petuntur: ita nimius diuini spiritus hauſtus reddentibus pestifer exisiit.* Immatura.] *subita.* Pœna numinis recepti.] *supplicium quod numen concepisset.* Precium.] *præmium: nil enim morte utilius Dij nobis dare possunt, ut etiam Cicero docet in Thusculanis, per eam enim in cœlum reuertimur, uel dij uel cum dijs futuri.* Compages humana labat.] *compositio humani corporis dissoluitur impetu furoris quem adhibet Deus acceptis, qui est uelut ex uehementi & pestifera febre totum corpus dissoluere.* Pulsus.] *impetus & concitationes.*

Animas.] *uitas hominum.* Trypodas immotos.] *Cortinas, ad quas iamdiu nemo accesserat, & diu siluerant uerax ut respondeatur.*

Scrutator.] *fati indagator & explorator esset ultimi euentus belli.* Antistes.] *qui templo præerat quo nomine appellatur etiam quisquis aliqua re excellit & præest.* Laxare.] *aperire.* Vatem.] *puellam.* Pauidam.] *morte futura.* Castalios.] *circum: Valerius inquit Antistitem ab Appio in missam poëta ab Antistite delectam esse puellam, quæ iuxta fontem Castalium in Parnasi radicibus uagabatur. Castilius dictus à Castilia Nympha, quam cum persequeretur Apollo sese de rupe præcipitauit & in fontem conuersa est.* Recessus.] *loca remota.* Phœmonoen.] *Strabo ait, Phœmonoen primũ diuinantẽ Pythiã fuisse. Ferũt urbis quoq; uocabulũ à φάθεσχαι, id est, interrogare, audire, discere inclinatũ esse.* Mihi uerò cõiectare libet Phœmonoen fuisse Arcadicã. Phœmon enim Arcadicæ lacus. Ouid. est lacus Arcadiæ Phœmon dicêre priores.

Vagam errore.] *uagantem & errantem.* Vacantem.] *uacuam.* Phœbas.] *Phœbi sacerdos.* Corrupuit.] *manu apprehendit.* Limite terrifico.] *iuxta foramen ubi nomen concipiebatur.* Cauſſa.] *inani & uana tractum à Cassibus, id est, telis aranearum quæ fragiles uanæq; sunt.* Improba spes ueri.] *audax cupido noscendi uentura.* Hiatu muto.] *antrò non reddente oracula.* Præsit.] *oppresit & obruit.* Ista fauces.] *hoc antrum.* Duxit iter uersum.] *diuertit olim.* Python.] *Cortina Pythonis corio tecta.*

Barbarica lampade.] *barbarorum. Thraces enim ut supra diximus, Delphicum templum combusserant. Possumus intelligere & de Xerxe qui ante nauale prælij congregationem miserat quatuor millia armatorum Delphos, & ad templum Apollinis diripiendum, quasi non cum Græcis tantum: sed cum dijs immortalibus bellum gereret, quæ manus tota imbribus & fulminibus delata est. Post hæc Thespiadas, & Athenas, & Plateas uacuatas hominibus incendit, ut ait Iustinus. De Brenno & Gallis intelligendum non est, quoniam ante deleti sunt quàm templo nocerent, ut Valerius memorat.* Ingineres.] *repletæ sunt cinere cauernæ, ita ut spiritus uiam qua progrediatur non habeat.*

Sponte deorum,] *uolunt enim Dei eum ulterius non respondere, præsertim Romanis qui possunt sua*

fata in libris Sibyllinis inſpicere. Commiſſa.] *id eſt eſſe.* Sibyllæ longæuæ.] *nota eſt fabula. Nam ab amatore Apolline ad numerũ arenæ manibus hauſtæ annos dicitur impetraſſe, & in uocem fuiſſe conuerſam. Ea nouem libris Romanorum fata mandauerat ex quibus tres tantum ſuperfuêre combuſtis reliquis, quum Tarquinius Priſcus, ut inquit Lactantius, ſiue Superbus ut Gellius in ternos trecentorum Philippeorum prętium denegaſſet.* Arcere nocentes] *non ſe ſpondere nocentibus quod quidem non uerum eſt nam ſuprà poëta dixit. Hoc tamen expoſitum cunctis nulli quę negatum numen. Sed ideo mentitur Phœmonoe ut abſterreat Appium. itaque bene præmiſſum eſt illud Caſſa fraude.* Soluat.] *ora, per quos loquatur uel quibus reſpondeat.* Metus fecit.] *fidem indicauit teſtatuſq; eſt adeſſe deos quos illa negabat.* Numinibus negatis.] *ablatiuus eſt abſoluus.* Tunc torta] *tunc caput uitta cinxit & infulam, hoc eſt, mitellam cum laurea induit.* Phocaica.] *Delphica iam in Phocide ſunt Delphi.* Sacerdos.] *Antiſtes.* Hærentem.] *dubitantem.* Penetrale] *locum ſecretum ad cauernam unde egreditur ſpiritus.* Atque Deum.] *mentiens uirgo Deum ſe concepiſſe fictis reſponſis Appium deludebat.* Quieto.] *non uexato à Deo: nam ſuprà dictum eſt humanam feriens animam & apud Virgil.*

„ Non uultus, non color unus, non comptæ manêre comæ, *ſed pectus anhelum.* Confuſæ.] *obſcuræ, ut ſolet Phœbus loqui.* Inſtinctam] *impulſam.* Furore ſacro.] *diuino impetu.* Haud æquè.] *non ita impunè.* Non rupta trementi.] *ſigna quæ plenè Deo ſolent adidere, & in hac non euenere perſtringit ut tremebunda & maxima uox interrupta uerba comarũ horror, laureæ deturbatio. tremor templi & horror nemoris.* Nec uox.] *ſufficiens ampla & ſupra humanam. Virgil. nec mortale ſonans.* Laurus.] *qua coronata erat uates. Immotáq; culmen uix ea fatus erat tremere omnia uiſa repente, liminaq; lauruſq; dei totúſq; moueri mons circũ.* Securum.] *ſine horrore, qui illic ſtantib. incutiebatur concuſſis arboribus.* Prodiderant] *hæc omnia quæ dicta ſunt manifeſtauerant.* Ceſſare tripodas.] *abeſſe numen Apollinis & ſe ad Tripodas non contuliſſe.* Et nobis.] *increpat Phœbadem.* Deſinis ipſa.] *per te non inſtinctu Apollinis.* Adducta.] *inclinata ſe admouit foramini per quod uentus ſpiritúſq; egreditur.* Spiritus.] *uentus.* Non exhauſtæ.] *non uacuatæ & à qua non ceſſat egredi.*

Ingeſſit] *immiſit.* Cyrrheo] *Virgineæ ex Cyrrha.* Tandem.] *quia iam olim non fuerat aliquam ingreſſus, uel ad Appij deſiderium refertur.* Mentem priorem.] *humanum ſenſum.* Aliena.] *à ſpiritu agitata & illi parentia.* Diſcuſſa.] *diſcuſſas habens & abijciens uittas infulam & lauream.*

Erectis.] *nam ſtatim concepto numine capilli inſurrexêre.* Rotat.] *uertit ſe.* Perinania templi] *per uacuum templum.* Vaganti.] *ſibi.* Obſtantes.] *obuias.* Igne.] *feruore nimio.* Iratum] *quia dudum fuerat eum mentita.* Verbere.] *non modo ipſam torquebat, tanquam uerberibus & ſtimulis, uerumetiam incendere frenareq; uidebatur.* Accipit & frenos.] *prohibetur nonniſi quædam loqui. Virgilius ea frena furenti concutit & ſtimulos ſub pectore uertit Apollo.* Prodere.] *enunciare: nam nihil ignorat.* Venit.] *ætas.* Omnium] *ætatum fata in unum erant cumulum & globum coadunata.*

Tot ſæcula.] *fata totius æui.* Nititur in lucem.] *conatur egredi & enunciari.* Potentia uocem] *cupide exprom.* Luctantur] *conantur egredi.*

Non decrat.] *hæc ſciebat & norat.* Modus Oceani] *menſura altitudo & finis maris.* Numerus arenæ.] *quòd ſint grana & corpuſcula arenæ.* Talis.] *non aliter nouerat huiuſmodi Sibylla Cumana, quæ ut imminerei ſibi uaticinandi laborem fata Romanorum ſeorſum annotauit, nouemq; libris complexa eſt.* Talis.] *non conſcia fatorum.*

Euboico.] *cumano. Cumæ enim oppidum in Campania conditum ab Atticis qui ex Euboia uenerunt. Eſt autem Euboia inſula auulſa Boëtiæ & in Atticam uergens, in qua Chalcys eſt oppidum. Virgil. Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. Idem Chalcidicáq; leuis tandem ſuper aſtitit arce.* Furorem.] *ſuæ mentis commotionem.* Strage fatorum.] *cumulo ſortium.* Excerpſit] *coëgit in libros Romana fata & ſcripſit.* Operti dei.] *Apollinis latentis in terra Delphica.* Vix inuenit.] *difficile enim erat unius Appij fatum inter tot & tanta recondita inuenire.* Veſana.] *magna.* Spumea tum primũ] *inuento Appij fato acrius eam concitatam, inquit fuiſſe.* Effluit.] *emittitur.* Meatu.] *expreſſione.* Clara.] *quæ apertè audirentur.* Iam domita.] *iam compoſita à numine ad uaticinandum: nam principio Deum pati non poteſt, & Bacchans conatur excutere, ſed ut ait Maro: Tanto magis ille fatigat os rabidum fera corda domans fingitq; præmendo.* Mœſtus.] *mœſtitiem indicans uel inculcens.* Effugis.] *nihil eſt inquit ad te hoc Romane bellum Euboici cœlum obtinebis, ut Valerius ſcribit.* Expers diſcriminis.] *cum ante Pharſalicum certamen indicat periturum.*

Quietem.] *mortem intelligit.* Lateris] *regionis.* Suppreſsit.] *reticuit & enunciari uetuit.* Obſtruxit fauces] *clauſit os.* Cuſtodes.] *quærit poëta cur tot futuras calamitates Romanorum Apollo reticeat, an forte quia nondum conſtituere dei illas inferre, ut Cæſar Victor Brutum percuſſorem uitare non poſsit.* Potens ueri.] *ueridicè.* Suprema.] *ultima tempora.* Cæſos.] *occidendos, tempus pro tempore ut ſubmerſaſq; obrue puppes.* Collapſas.] *quæ collabentur.* Nefas] *calamitatem.* Capur.] *ſalutem.* Tenentur.] *reſeruantur à Deo & Phœmonoe.* Facinus uindicis gladij.] *cædem Cæſaris, ordo eſt an taces ut fortuna peragat facinus.* Furoris.] *belli ciuilis concitati ex imperij cupiditate.* Regna.] *id eſt, ut Romam ſubiuget & poſtea reges interficiantur, & eijciantur ut Iunij Bruti temporibus.* Ad Brutos.] *ad Bruti ſimiles fatebatur Brutum dicere: ſed latenter hoc in Neronem protulit. Duo autem fuêre Bruti qui urbem liberauêre Iunius Brutus, qui reges expulit, & Marcus Brutus qui cũ Caſſio Cæſarẽ interemit.* Impactæ ceſſere] *impulſæ apertè ſũt.* Expulſa.] *à Deo.* Profiluit.] *raptum exijt* Perſtat.] *remanet.* Deus] *pars ſpiritus.* Nũc multũ pauido.] *ſic Virg. Nõ uultus, nõ color unus, nõ cõptæ manſêre comæ.* Stat.] *in eodẽ ſtatu eſt* Terribilis] *uehementiſſimus & qui terreat.* Sed ut.] *ſic poſt dei abſceſſum*

A *sum uexabatur uates : ut agitantur maria etiam ubi Boreas flare cessauit.* Tumidus.] *fluctuosus.*

Gemit.] *resonat.* Leuant.] *recreant, leuabatur enim suspiriis.* Dumq; à luce.] *dum à diuina mente in humanã redit exanimata est : per lucem autem intelligit rerum illam noticiam per, iubar uulgare cognitionem humanam quanquam etiam per lucem sacram templo inclusum aërem per Iubar uulgare profana loca exposita aëri & solis splendori accipere possumus.* Lethen.] *obliuionem. Deleuit enim è mente eius fata quæ uiderat.* Futura.] *noticia futurorum.* Refecta.] *recreata, & quæ in se redierat.*

Cadit.] *mortua est, suprà dixit. Nam & qua Deus sub pectora uenit Numinis aut pœna est mors immatura recepti, aut pretium.* Nec.] *tu tamen ô Appi nihil metuebas oraculo non intellecto, quanquam esses moriturus breui & in proximo loco. Hic ut scribit Valerius ratus consilijs Apollinis se moneri : ne illi discrimini interesset, in eam regionem secessit, quæ inter Ramnuntam nobilem Attici soli partem, Charistumq; Chalcydico freto uicinam interiacens, Cellæ Euboiæ nomen*
B *obtinet : ubi ante Pharsalicum certamen morbo absumptus, prædictum à Deo locum sepultura possedit.*

Raptæ.] *deductæ.* Subsidere.] *suppositum iri tibi.* Iure mundi incerto.] *cum adhuc ignoretur quis sit dominaturus.* Chalcidos.] *oppidum quod olim Ethalia est appellatum, adiecit autem Euboicæ, quoniam altera Chalcis in Etholia est, ut ait Strabo.*

Sentire.] *ut non sentias.* Caruisse tot malis] *tot aduersitatum inexpertem fore.*

Excepta morte] *nam sola mors dare potest.* Morte] *quæ Dei est.* Charistos.] *urbs Euboicæ opulentissima ut ait Mela, quæ diuersis auctore Plinio fuit nominibus appellata, ea est Charistia marmoris ferax. Seneca. An ferax uarij marmoris Charistos, est enim illic ut ait Strabo columnarum Lithomia, id est, excisio lapidum. Ibi nascitur & lapis quem pectunt, nent, texunt. Inde mantilia egregiè contexta ubi sordescunt, in flamma coniecta mundantur illæsa.*

Rhamnis.] *urbs in Euboia ubi ut ait Strabo est*
C *Nemeseos templum, quæ auctore Macrobio contra su-*
» *perbiam colitur. Ouidius in tristibus. Nec metus*
» *dubio fortunæ stantis in orbe, Numeri & exosæ uerba*
» *superba Deæ, exigit at dignas ultrix Rhamnusia pœnas.*

Numina.] *Nemesim.* Tumidis.] *potentibus & superbis.* Arctatus gurgite rapido.] *strictus æqua ueloci.* Euripus.] *idem sonat quod inquietus, mare est quod fluit & refluit, ut diximus libro secundo.* Aulim.] *Aulis & regiuncula & oppidum in Boëtia cum portu quinquaginta nauium capaci contra Euripum sita.* Iniquam classibus.] *quia nocentibus flantibus egredi nequeunt, ut Græcis in Troiam ire*
» *uolentibus accidit. Ouidius. Aulide re fama est uento*
retinente morari. A me cùm fugeres hic ubi uentus erat. Interea.] Cæsar Petreio Aphranioq; subactis Berbicam adijt, ibiq; omnium ciuitatum Hispaniæ legatos sibi adesse Cordubæ iussit, conciliataq; uniuersa Hispania & Varrone, qui bella ad Gades parabat in deditionem accepto, Massiliam redijt & eam in deditionem accepit: hic Placentiam accelerauit quod exercitus qui illic erat seditione excitata Imperatorem con*

clamauerat & præmium postulabat ut scribit Appianus : statimq; ut peruenit non modo oratione tumultum compescuit : sed etiam totam legionem ignominiosam ægræq; & post multas & supplices preces, nec nisi exacta de fontibus pœna restituit : ut Suetonius ait.

In alium orbem.] *in Italiam & in Epyrum contra Pompeium.* Prope auctorem.] *quasi remouerunt seriem fœlicitatis.*

Nullo Marte subactus.] *ubique uictor.* Successus scelerum.] *uictoriam belli ciuilis.* Satiare sanguinem.] *cædem fastidientes.* Pene destituere.] *quasi reliquerunt.* Seu mœsto.] *seu quia aliquandiu à prælijs cessassent, deposuerant pristinum pugnandi furorem.* Clausus.] *in uagina.* Frigidus.] *nam quando dimicatur calefit.*

Præmia.] *præsertim quæ promiserat Brundusij Cæsar.* Causam.] *Cæsaris.* Ducem.] *quia crudelis in ciues.* Vendicat.] *propriam facit.* Imbutos scelere.] *maculatos sanguine ciuium.*

Haud magis.] *constat Cæsarẽ, auctore Tranquillo, nullam seditionem per decennium in castris habuisse in Gallia, in ciuilibus uerò bellis hanc præcipuam.* Equa non stabili culmine.] *ex quanium infirmo statu & potentia.* Tremulo.] *dubio & periculoso.* Tirubantia.] *trementia, inconstantia, & incerta.*

Truncus.] *priuatus & tanquam truncus.* Manibus.] *militibus.* Strictos.] *euaginatos.* Non esse ducis.] *non esse in sua potestate.* Non paui dum.] *iam conclamabant milites & iratos esse se ostendebant, nec metuebant ne soli dominum uiderentur ostendere : quia omnes erant unanimes.* Nam quæ.] *nam metus ne indicarentur Cæsar ipsos non getinebat, aperta enim audacia illo se liberauerant.* Confringere.] *terrefacere.*

Dubias.] *incertas aliquid ad audendum.* Dum quisque.] *coniurati metuunt indicari à socijs à quibus metuuntur & ipsi tanquam soli sint nocentes.* Grauari iniusta regnorum.] *inferre molestiam in iustis regibus.* Quicquid multis.] *sententia est sine præmia.* Liceat.] *oratio est militis pro omnibus copijs in Cæsarẽ absentem loquentis.* Ea petitur missio.] *Cæsar accusatur, militum incommoda explicantur, bella ciuilia damnantur, irritanturq; milites ad patriæ desiderium, cum conquestione à paupertate & senectute.* Minatur etiam Cæsar.] *& eius accusat ingratitudinem quod suis detrahat. Est autẽ ita in iudiciali demonstratiuo deliberatiuoq; genere constituta, ut in nullo magis uideatur excellere.* Arabiæ.] *à bellis ciuilibus & est captatio beneuolentiæ à rebus.* Viles.] *apud te.* Terris arctois.] *Gallia & Germania.* Rhodano & rheno.] *horum fluminum accolis.* Tot mihi.] *improbum insperatumq; præmium conqueritur.* Cœpimus.] *impietatem damnat.* Licuit.] *commissum est.* Manibus.] *propter rapinas.* Ferro.] *propter cædes.* Paupertate.] *sumus tamen in tanta rapiendi licentia pauperes, tanquam si pij & innocentes essemus.*

Romæ.] *Imperium Romanum, & eum ab insatietate arguit.* Inuisidas.] *debiles.* Inanes.] *absq; pulpa & toris.* En improba uota.] *ironia est quasi dicat modestissima & miseranda.* Dimitte ad mores.] *libera à militia ut eamus ad moriendum domi.* Nec liceat.] *siue*

moriamur

moriamur in lectulo, non in terra. in castris. Glebam.] terram. Ferire.] percutere capite uel pedibus anima discedente. Clausuram.] charissimi enim oculos morientium claudebant. Coniugis illabi.] mori in sinu coniugis lachrymantis. Vni.] soli non in castris unus rogus pluribus mortuis erigitur, domi uera singuli singulis cõstruuntur. Se præter]superest militibus tuis aliud genus mortis quam ex ferro. Quid uelut.] quod ad omnem immanitatem: & Pompei Senatusq; cædem ducantur accusat. Vsque adeo.] minatur Cæsari mortem quam quidem honestè posse inferri pluribus rationibus indicat. Cuius sceleris.] cuius scelerati facinoris. nam maximum præmium milites ex cæde ducis accipiunt. Comperit.] re ipsa inuenit Cæs. Posse omnia.] etiam ipsum interficere ducem.

Nec fas.] nec prohibemur sacramento militari & iure aliquo. Inundis rheni.] in bello Gallico.

Hic.] nunc in bello ciuili. Facinus quos inquinat.] paræmia est, qui eodem crimine sunt infecti, æquales sunt, & socij appellantur. Ingrato iudice.] iniquo iudicio. Virtus.] laus, uirtus. Vocatur fortuna.] dicitur ab eo fœlicitas. prædicat enim suo fato se uincere non militum fortitudine. Licet omne deorum.] quamuis deos omnes propitios habeas, tamen si tibi milites irascentur amplius bella non geres.

Obsequium.] deorum benignitatem. Infesto.] aduerso & truci. Sic erat] orat deos poëta ut sinant malis moribus finem bellis imponi, cùm in fide, pietate & deorum benignitate nulla spes reliqua sit.

Solitus dimittere in præceps.] solitus præcipitare magnaq; exponere discriminibus. Venit.] ijt ad reprimendum. Desæuiat.] mitigetur & cesset. Medios properat.] Cæsar nunquam tumultuantibus cessit: sed semper obuiam ijt, ut Suetonius scribit. Non illis.] omnia militibus concessisset ne belli ciuilis furor extingueretur, & nil aliud metuebat, nisi ne bona mente ducti scelera non appeterent. Amici.] quia ei uile uel uerbum sit. Non pudet.] obiurgat Cæsar poëta nimiæ in bellis ciuilibus pertinaciæ, præsertim cum cogi quodammodo uideatur illud deserere.

Manibus.] militibus. Ius ferri.] facultas interimendi & bellandi. Tollere defatigeris.] monet & consulit quid agere debeat. Scelerum.] bellorum ciuilium. Nolentibus.] recusantibus bella ciuilia. Instas.] urges. Aggere sulti cespitis.] in loco eminenti & cespitibus congesto.

Meruit.] propter maiestatem suam. Distante.] subministrante. Promptum.] paratum ad uulnera. Qui modo.] astutè ut sibi conciliet milites sub eorum potestate se esse dicit. inde utitur callida simulatione: nam cum dehortatur ad deponenda arma & ad fugam subnectendo qualia sint præmia noui milites assecuturi latenter retinet & dehortatur. Nil ausa fortiter.] est enim proprium seditiosorum metuere fugamq; meditari. Lassata secundis rebus.] defatigata Cæsaris fœlicitate. Inuicti ducis.] meis. Arma.] quæ uos relinquetis. Manus.] milites nouos. Vacabunt.] erunt sine militibus. An ne.] argumentatur à minori si Pompeio fugato & uicto milites non desint multo minus & mihi uictori. Impulsi.] iam præcipitis & quasi peracti. Tantum aufe-

rat.] accipiat & non pugnet. Currus lauriferos] meA triumphantem in curru. Defecta.] debilitata. Iam Romana plebs] non amplius meus miles. Cæsaris.] fugam militum nil sibi posse nocere dicit, cum diu statuerint ipsum fore omnino uictorem, & quemadmodum mare non augetur susceptis fluminibus, minueretur si ipsum non ingrederentur, sic eius fortunam à militibus nec augeri, nec minui posse. Cursus.] fœlicitatem fatorum. Subducere.] subtrahere, & non influere. Decreuit.] minuetur. Momenta.] fauores & effectus.

Præmit se.] demittit & inclinat. Vacent.] intenta sint. Procerum motus hæc cuncta sequuntur.] omnia hæc ad principes ducesq; referũtur, qui sunt curæ deis & uolunt multitudinis labores in illorum commoda uerti. Viuit paucis.] ad paucorum utilitatem, nam reges & principes quibus seruit humanum genus sunt pauci. Horror.] quoniam fortior est exercitus ceruorum leone duce, quam leonum duce ceruo, ut Philippus Macedonum rex dicere solitus est, milues à fuga in qua sunt à pristina uirtute degenerauerunt deterret: nam cum sub ipsius auspicijs soliti uincere sint, sub PomB peio efficiẽtur, imbelles, idq; Labieni sui olim legati exemplo confirmat. Horror.] metus. Orbis iberi.] Hispaniæ. Lustrat.] lustrando fugit. Cum prælato duce.] cum Pompeio quem præstulit mihi. Nec melior.] nec uos fideliores extimabo si non militabitis sub Pompeio quàm si militabitis. Quicunque enim à me discedit & Pompeio non adhæret, nunquam uult esse meus, & ueniæ accipere beneficium. Hic nunquam.] qui igitur sub Pompeio sunt aliquando in suam potestatem uenturos confidit. Sunt ista.] à religione argumento. Dijs est mihi habenda gratia, inquit, qui uoluerunt reliqua bella nouo sim milite peracturus.

Heu.] lætantis est hoc loco, sic & in Silij libro 17. Optimus heu nomen melius maiusq; triumphis. Onus.] appellat curam præmiorum quæ militibus dare statuerat. Amolitur humeris.] remouet ex animo. Datur.] conceditur. Sperantes omnia.] qui potuissent à me omnia sperare, & est calida ad mitigandum restinendumq; ratio. Non sufficit.] non sat est etiamsi totus diuidatur. Mihi.] ad meam utilitatem. Viris.] fortibus nam uos præ ignauia uiri non estis. Quirites] C non milites appellauit, ut magis moueret, sic & alias fecit, ut Suetonius tradit his uerbis: sed una uoce qua Quirites appellat: tam facile circũegit & flexit ut ei milites esse confestim responderint. At paucos.] pauci seditionis auctores remanebunt non in meum usum, sed ut puniantur. Hæc rabies arsit.] hæc seditio est excitata. Tendite.] extendite. Tyro rudis.] nouè miles & inexperti. Robore.] firmamento. Specta.] mirare hæc exempla. Ferire.] nocentes. Mori.] si quid tale fueris ausus. Iners.] bene inertem appellat cùm neque secedere ausum sit: nec in Cæsarem insurgere. Vnum caput.] Cæsarem. Factura.] quæ facere potuisset ut Cæsar dux non esset. Moturus ferrum.] iussurus ensibus ut eos quos recusarent milites ipsi læderent. Patientia.] obedientia militum. Præstitit iugulos.] obtulit se morti & non tantum officiũ gladijs exegit, sed etiam suos iugulos obtulit. Nil.] magis id uehementissimè metuebat Cæsar ne amitterent audaciã ueteranj qui erant sceleribus assueti. Mẽtes.] furorem

furorem ueteranorum. Perire] remiti & ne recusa-
rent exequi quod iusserat. Tunc autem potest mors sce-
lerata cum pia efficitur. Ictu tam diri fœderis.] id
est,cæde auctorum seditionis quos decimauit, id est, ex
decem singulos puniuit,percussi itaque sunt auctore Ap-
piano 12. Attingere decimis castris.] peruenire in-
tra decem dies, singulis enim diebus una castra locan-
tur. Hydrus.] fluuius Apuliæ,qui in Adriaticum ef-
fluit. Est etiam mons auctore Mela, à quibus est appel-
latum Hydrus oppidum, quod anno proximo superiore
à Turcis est crudelissimè expugnatum, & uix demum à
nostris receptum. Anius.] flexuosus.

Taras fluuius.] iuxta Tarentum à Tara Neptuni
filio,qui eam urbem ædificauit. Leuce.] urbs non
grandis, quæ distat Tarento stadijs quingentis & Hy-
drunte centum quinquaginta, hinc uerò Brundusium
quadraginta. Salapina.] palus est in Apulia iuxta
Salapiam ciuitatem meretricio amore Hannibalis in-
clytam. Sypus.] palus etiam siue lacus ad Sypun-
tem quod ædificium creditur Diomedis distat à Salapia
stadijs centum & quinquaginta. Græci eam Sepuntē nun
B cupant ab eiectis fluctu sepijs, inter Salapiam & Sypun-
tem fluuius est & lacus. Torquens.] inflectens.
Garganus.] ante sinum Adriacum promontorium est
Gargani,qui ad stadia trecenta protendere in pelagus
Orientem prospectans. Obnoxius,] quia latera ad
hos uentos uersa,habet à sinistra enim Boream & Dal-
maciam à dextra Calabriam, & Meridiem spectat.
Ipse petit.] Composita seditione ad Placentiam Cæs.
Roman se contulit,& cum,nec Senatus,nec Consul ip-
sum eligeret,seipsum Dictatorem nominauit: ut scribit
Appianus. Sed Dictaturam ultra dies non gessit unde-
cim. Inde consulem se creauit Pompeium& Isauricum
collegam sibi assumpsit. Prætores in prouinciat misit.
M. Lepidum in Iberiam. Albinium in Siciliam. Pedu-
ceum in Sardineam. Decimum uerò Brutum Galliæ præ
fecit, & collatis multis in populum beneficijs Brundu-
sium iter arripuit. Togæ.] ipsi Cæsari inermi & uim
non inferenti. Populo& precanti] Ironice est nam
Cæsar scribit se apud Massiliam cognouisse legem de
dictatore latam,seq; dictatorem à M. Lepido dictum.
C Indulgens.] obtemperans. Lætos.] Ironia. Nam&
confirmat Ironiam. Omnes uoces.] ut sunt diuus,
Imperator, Augustus, Pater patriæ, fundator quietis, &c.
Dominis] tyrannis. Qua ætate ut plenam Cæ-
sar potestatem haberet. Gladijs secures,] consula-
tum tyrannidi. Fasces aquilis.] consulatum impe-
rio. Imperatores enim aquilas gerunt, & arma,consules
fasces & secures. Inane.] uanum,nam reuera is Im-
perator dicitur,non qui tyrannus est, sed qui uictori ex-
ercitui præest. Mœsta.] propter seruitutem & bel-
la ciuilia. Nota digna.] signo conuenienti & apto,
quòd se consule facta est cædes Pharsalica.

Campus.] populus ad Martium Campum conue-
niens,Metonymia. Fingit solennia.] fingit comitia
non facit uerè. Dirimit suffragia.] diuidit fauto-
res. Admissæ.] ad suffragandum & paucis morem co-
mitiorum complectitur. Decantat.] nominatim citat.
Tribus.] nomina tribuum. Vana.] quia populus in-
frequens erat,& fingebant se ex omnium consensu creare
magistratus. Nec cœlum] & quanquam sine auspi-
cio magistratus creari non solerent, tamen non obserua-
bant tonitrua,aues,prosperaq; esse auspicia mētiebatur.
Surdo.] dissimulante audire:nam tonante et fulminante
Ioue comitia haberi fas non erat, quod Cice. Philippica
quinta his uerbis docet, Ioue enim tonante cum publicæ
res agi non esse fas quis ignorat? Et lætæ iurantur
aues.] & cum apparuisset mali augurij bubo iurabāt,
auspices fœlicia se auspicia habuisse. Nam lecti magistra
tus nisi ab augurib. approbarentur priuabantur. Inde,]
exillo tempore. Potestas.] consularis. Potestas iu
ris inops.] oppressa ui,non defensa, & quæ nequit di-
gnitatem suam retinere. Tantum.] tantummodo
ideo inquit consules creati sunt, ut tempora signari pos-
sent. Menstruus.] menstruum appellat,quia tantum
uno mense,id est,Decembri durauit collega Cæs. Nu-
men.] Iuppiter Latialis. Iliacæ.] Troianæ. Haud
meritum.] indignum quia Latium cui præerat in pri
stina libertate non seruauit. Sacra solennia.] festa
quæ quotannis celebrantur. Latinas confectas.] sa-
cra & ferias finitas. Flammifera.] ferebant enim
numina noctu cum iretur sacrificatum. Pigra.] non
satis arans. Arua.] prata quorum sectæ herbæ ra-
stris colliguntur. Inerti] quæ nullo labore nasci-
tur. Ocyor & cœli.] Hyperbole ad celeritatem in-
dicandam. Cœli flamma.] fulmine. Tygride fœ
ta.] quadrupede illa quæ peperit. Tunc uelociss-
sima est.] & uenatorem quæ catulos se absente rapuit
persecuta, ubi illos ab eo obiectos reportauit in lustra
fugientem deprehendit & lacerat,nisi flumine prohibea
tur ut Plinius scribit. Minoia.] tecta hoc ideo quia
Cretenses Brundusium ædificarunt. Clausas.]non na-
uigabiles:maria enim Vegetio auctore claudi dicuntur,
à die tertio Iduum Nouembris usque in diem sextum I-
duum Martij. Brumalibus.] Hyemalibus: nam Bru
mæ tempore Brundusium uenit & Pridie Nonas Ianuā-
rias naues soluit. Sidere hyberno.] tempestate hye
mali. Duci.] Cæsar. Tempora.] occasionem
arripiendi belli,ut minus ab hoste læderetur, & plus ipse
nil suspicantibus nocere posset. Hæsisse.] distrahi &
tardari. Vel non fœlicibus.] etiam infœlicibus qui-
buscunque & Pompeianis non modo sibi cui fata fauē-
bant. Roborea] animi firmitudine & audacia.

Sic.] huiusmodi uerbis. Fortius.] suadet r-
nos uentos non expectandos & nunc in hyem nauigan-
dum: quia uenti plus durant & hostes minus nocere pos-
sunt,& plus lædi tale nil suspicantes. Vtitur autem con-
firmatione & confutatione cum conclusione. Tenent
cœlum.] durant in aëre. Incōstantia ueris.]Ver enim
nunc serenum,nūc turbatum est, nec seruat in ulla tempe
state cōstantiā. Nec maris.] argumentū à facili. An-
fractus.] flexus,circuitus. Lustranda.] circundanda.
Recti flu.] mare quanquā rectæ undæ dicūtur quæ pup-
pim feriunt obliquo uerò quæ latus nauigij. Carche-
sia.] summitates & propugnacula in summo malo,& fo
ramina quæ funes recipiunt quandoq; etiam, pro pocu-
lis ponitur. Curuet.] præ uehementia inclinet. In-
cumbat.] superueniat & persueret. Furens.] ueh-
mens,uel ferens prosper. Perfert.] ad finem flet & per-
ducat nos ad littora Græa. Pompeiani.] classis
quæ est in Corcyra Phæacum patria. Carbasa langui-
da.] naues nostras non impulsas à uentis. Iactatis
remis.] remigando quia triremes habent. Carba-
sa.] uela pars pro toto. Iāndū] iādiū. Perdimus.]
amittimus.

amittimus quia non nauigamus, & frustra nobis prodesse conantur ut occulti quo uolumus celeriter perueniamus, Sidera.] habita concione huiusmodi Cæsaris uniuersus exercitus conclamauit, quæcunque iuberet se esse paratum, impositis ergo septem legionibus in classem ire cœpit. Prima sidera.] uesperа indicat Chronographia. Labente.] Occidente. Fecerat umbra.] non lucebat amplius, nam occiderat. Rudentes.] tracti & adducti funes. Lassauere sinus.] dila tauere uela. Flexo cornu..] antemnarum ligno.

Obliquat.] in obliquum opponit. Leuo pede.] sinistro fune quo uelum tenditur Græci σκωλὰ dicunt. Virg. una omnes secare pedem. Vento aut à sinistra flante quo recta nauigatione uti possumus funem & uela in dextram conuertimus & sic contra. Suppara.] linthea quanquam pro uestimento puellari linteo proprie poni supra docuimus. Perituras.] non uehementes et breui cessaturas. Propellere linthea.] impellere uela. Exiguum.] pro aduerbio nomen. Reddita malo.] nam quum plena non sunt & acri uento non impelluntur in malum redeunt. Non ualet.] desinit flare.] Ligata torpore hærentia & immota quiete, & tranquillitate. Iacent.] non fluunt. Pigrius immotis.] hanc maris tranquillitatem paludibus & Euxinio & lu astricto Meotidi comparat. Immotis.] quietis, pigris.

Bosphorus.] Bosphori sunt duo angustissima freta, quorum alter Cymmericus appellatur, estq; inter Meotidem & Euxinum contra Europæ principium de quo Ouidius. Bosphorus & Tanais superant Scythicæq; paludes. Alter Thracius pontici maris pars prope Byzantium, qui est inter Euxinum & Propontidem, ponit ergo Bosphorum pro Euxinio. Stat iners.] non mouetur. Hister.] Danubius qui per septem ostia exit in Pontum. Mare.] Euxinum ipsum. Comprimit.] constringit, retinet. Nec peruia.] id est, equites non rumpunt Gelu ipsius maris per quod eunt nauigia & uela. Orbita.] rota, cursus & eius uestigium, ut ait, Asconius dicitur & orbitus ad ecclium. At motus orbitus apud Varronem. Besi.] Pop. ad Hæmum montem qui ob latrocinia latro uocatur. Migrantis.] discedentibus euntis. Meotida.] Paludem in Scythia quam efficit Tanais, & congelatur sicut Euxinum. Latente.] quia sub gelu est. Sæua.] magna. Ignaua stagna.] mare tranquillum. Mœsto profundo.] mari pigro. Veluti deserta natura rigente.] tanquã relicta à natura quæ nunc rigere, & se non mouere uidetur. Cessant.] non mouetur. Vices.] officium cursum. Nec uibrat.] commeat, fluit. Tremit.] concutitur ui. Imagine solis.] nec concitatur ui lunæ cuius certis temporibus acrius commouetur. Fixæ.] immotæ. Patuere.] expositæ fuere. Illinc.] ab hostibus. Et moturæ tot sis æquora.] nauigaturæ remigando. Hinc.] ex altera parte. Languore profundi.] maris tranquillitate. Fames.] non enim habebant dierum plurium commeatum. Noua uota.] ut tempestas maxima cõcitaretur, qua in terras aquilas propellerentur. Dum.] dummodo. Excutiat.] commoueat se. Torpentibus stagnis.] tranquillo æquore Et sit mare.] & agitetur unda solito more. Minæ undarum.] initia tempestatis. Languente cœlo.] non flantibus uentis. Naufragij.] periculosæ tempestatis. Iubar.] lucifer stella. Extulit diem læsum nube.] eduxit nubiliũ diem quia summo ad imum mare concitauit. Mouit Ceraunia.] aut enim tremerunt, aut cùm naues à uentis impellerentur moueri uideantur. Ceraunia Epiri montes à crebris fulminibus dicti, κεραυνὸς enim fulmen significat. Rapi.] uehementer impelli. Curua.] flexuosa & fluctuosa, nam undæ curuæ sunt. Sequi.] impellere. Lapsa.] discurrens & agitata. Vncis.] anchoris prope Oricum. Paleſtiadas.] Epiroticas Palestini in Siria ad Idumeã populi sunt, à quibus locus in Epyro Paleste dicitur, eò quod geminæ columbæ fatidicæ è Syria in Dodonam uolauerunt, quæ Palestinæ sunt appellatæ, ibi erat inferni hostium & furiarum templum esse ferebatur. Vnde Palestinas deas futuras intelligimus. Ouid. 4. Fastorum.

Sæpe Palestinas iurat adesse deas. Peruent autem Cæsar postridie quàm soluit ad eum locum, qui Paleste appellatur, nactus quietam stationem, cũ omnes portus metueret, quos teneri ab aduersarijs arbitrabatur, ibi nauibus omnibus ad unam incolumibus milites exposuit, et naues eadem nocte Brundusium remisit per Fusium Calenum, ut reliquæ legiones equitatus transportari possent. Sed à Bibulo qui Corycæ erat circiter 33. captæ cum nautis & dominis combustæ sunt. Cæsar uerò Orico cui Torquatus præerat recepto, & inde Appollonia Dyrrhachium uersus iter arripuit Quib. auditis Pompeius, qui tũc in Campania erat magna celeritate prior peruenit, & positis ad Apsum fluuium castris, sub pellibus ut Cæsar uicinus faciebat hyemare constituit. Iunctis.] uicinis. Genosus.] Epyri fluuius quem à Dyrrhachio in Thessaliam euntes metiuntur. Apsus.] Macedonum fluuius quem si pecudes biberint nigros pariunt fœtus. Mollis.] lenis cursus Apso gestare.] Apsum nauigabilem facit palus uicina, quæ in ipsum leniter influens auget. Fallens.] nõ enim uidetur ipsam emittere. Egerit.] uacuat, emittit, educit. Genosum.] qui torrentior est. Imbre.] pluuijs. Lassat.] desatigat quia statim in mare effluunt. Gurgite.] cursu aquæ. Hoc fortuna loco.] huc inquit peruenêre tanti ducis, quos quidem sperauit mundus ab armis propter uicinitatem posse desistere nam ex quo Iulia suo cum partu est mortua nunquam propinquius uidit Pompeium Cæs. nisi quumfuit sibi eius caput oblatum. Composuit.] contulit, coniunxit. Nomina duo.] Cæs. Pomp. Diremptos.] separatos. Stratione.] spacio in quo stari posset. Nefas.] scelus belli ciuilis ante oculos positum. Pignora sanguinis infausti.] affinitatem infelicis filiæ. Nepotis.] fœtus immaturi: nam Iulia Pompei uxor consternata, ac dolore quod Pompei uestis è comitijs ædilitijs cruore plena domum emittere coacta perijt, ut diximus supra. In Arena Niliaca.] in Aegypto ibi tuum caput aspexit. Cæsaris.] illico manum cum hoste Cæsar conseruisset si omnis copias habuisset. Tardior igitur aduẽtus Antonij quẽ Brundusij reliquerat remorabatur, qui sæpenumero accitus & metu hostium & tempestate prohibebatur. Partes.] copiæ. Relictæ.] Brundusij. Attonitã.] nimis intentam. Moras.] cessationem prælij & cædis. Cunctis armis.] regionibus, metonymia. Meditatus.] qui cogitauerat & ipse bellum ciuile mouere, quod postea gessit. Sed in mari Leucadio ab Augusto Octauio est superatus.

Leucad..] Metonymia Leucas pro bello. Est autem Leucas oppidum in Epyro. O' mundi.] uerba Cæsaris quibus Antonũ per literas & nuntios accersebat. Cau-

sa.] nam

A fa.] *nam niſi tu me remoraueris, bello ciuili finis eſſet impoſitus.* Curſu.] *celeritate.* Summam manum.] *appoſitio, id eſt, finem, & qui perficias: ſummã enim manum rebus imponere dicimur cum perficimus.* Non rupta.] *Syrtes Libycæ, nos non ſeparant inquit, ſed ſumus uicini.*

Vadoſis.] *non profundis, & quibus inhærent naues.*

Incerto.] *quia loca illa, nunc mare, nunc arenæ efficiuntur.* Credimus.] *committimus.* Inexperto.] *priuſ enim ipſe nauigaui quam tu.* Venire.] *ſequi.*

Percuſſi arenas medias.] *nauigaui mare, quod cuſtodiunt, & poſſident inimici.* Tempora penuria.] *fœlicem fatorum occaſionem ſubtrahi nobis.*

Impendo nota.] *conſumo deſideria mea in maris trãquillitate optanda. Ouidius, in uentis, & aqua ſpes mea tota manet.* Cupientes.] *legiones.* Naufragio.] *etiam cum periculo naufragij faciendi, & ſi certo ſcirent naues fractum iri.* Voce doloris.] *quam dolor cogit emittere.* Ex æquo.] *in æquas partes.* Auſoniam.] *Italiam quæ eſt nobilior.* excitum.] *euocatum.*

B Poſtquam ceſſare iubebat.] *Ceſſantibus copijs, quas ſubſequi iuſſerit, cum ad accerſendas fruſtra ſæpe miſiſſet, nouiſſimè ipſe clàm noctu paruulum nauigium ſolus obuoluto capite conſcendit, neq; aut quis eſſet, antè detexit, aut gubernatorem cedere tempeſtati paſſus eſt, quàm penè obrutus fluctibus, hæc Tranquillus. Plutarchus uerò ait, Seruili eum habitu tacitè ex caſtris diſceſſiſſe, & per Annium fluuium, parua duodecim remorum ſcapha ad mare fuiſſe delatum.* Se deeſſe Deis.] *ſe nõ ſequi fauores Deorum prodeſſe ſtudentium.* Per incautas tenebras.] *nocte enim maiori cum periculo nauigabat.* Iuſsi.] *Antoniani.* Temeraria.] *temeritatem.* Ceſsiſſe.] *ſucceſsiſſe, proſperè euenisſe.*

Prono Deo.] *fauenti numine.* Verendos claſsibus.] *metuendos etiam magnis nauibus.* Soluerat.] *iam miſeri milites ſomno ſe dederant.* In quorum pectora.] *qui profundius dormiunt, ob paupertatem paruaſq; curas. Nam ductores & principes etiã in ſomno, ſunt inquieti.* Fortuna minor.] *parua facultas.*

Mora tertia.] *iam erat ſecunda uigilia, quæ è ternis internas horas mutari ſolet.* Solicito.] *ſuſpenſo.*

C Tranſiliuit.] *præteriuit.* Vix audenda famulis.] *quia periculoſa audebat, & ſe ut uiliſsimũ abiecit, ſoluſq; ibat. Quanquam ut tradit Appianus, præmiſerat tres ſeruos, qui optimum gubernatorem, & nauim celerrimam adinuenirent, eiſq; remiſsis nuncium ſe Cæſaris ſimulauit.*

Poſſet fallere.] *à nemine ſentiretur.*

Legit.] *aſpicit. Virgil. Vnde omnes longo ordine, poſſent aduerſos legere.* Exeſis.] *corroſis à fluctibus.*

Rectorem.] *Amyclam piſcatorem.* Secura.] *hypallage, id eſt, ſecurum & tranquilli animi.* Fulta non ullo robore..] *ſuſtentata nullo ligno & fulcimine.*

Sterili.] *nil enim producunt iunci, & in ſterili ſolo naſcuntur.* Munita latus.] *ſynechdoche.* Phaſelo.] *cymba, quam erectam inuerterat.* Hæc Cæſar.] *Adijt hoc tugurium, percuſsitq; hoſtium Cæſar, ut dormientem excitaret.* Quaſſantia.] *tota enim commouebatur.*

Alga.] *maris herba. Vlua uerò eſt paludis & fluminis.* Naufragus.] *exiſtimabat Cæſarem naufragum eſſe.* Tecta petit.] *pro petiuit, ſyncope eſt, ut apud Iuuenalem, magnus ciuis obit.* Aut quem.] *aut quis eſt adeò egenus, & miſer, ut à me poſsit auxilium petere.* Ab alto aggere.] *aggerem appellat cubile exſtipula & materia diuerſa congeſtum.* Sublato funefauillæ.] *Solet ignis in tecto ſune ſeruari, ex cuius agitatione amotis foliis & fomitibus flamma elicitur. Eſt autem hoc loco hypallage ſublata fauilla tepida funis, id eſt, remoto cinere, ſub quo ignis latebat.* Scintillam tenuem.] *exiguum ignem.* Commotos panit in ignes.] *nutriuit mouendo, donec flamma eluxit.*

Non eſſe prædam armis.] *non eſſe prædandam armatis.* O' uitæ.] *laudat pauperem Stoico more, & quod det tutam ſecuramq; uitam, & quod ſit donum Dei ab hominibus non intellectum, ut Diogenes Cynicus eſt dicere ſolitus.* Muris.] *urbi.* Poſte recluſo.] *aperto hoſtio.* Iuuenis.] *ô Mycla.* Expecta maiora tuis modeſtis.] *ſpera maiora præmia eis, quæ poſſes optare.* Laxa.] *dilata, & opta ampliſsima.*

Non ultra cuncta carinæ.] *poſt hac non eris obligatus ſcaphæ tuæ, & laboribus ex quibus uiuis, & omnia accipis.* Duxiſſe.] *ut ducas quantum reddam & ditiſsimum.* Præbere fata.] *committere fortem.* Deo.] *fortunæ, uel bono euentui.* Plæbeio amictu.] *ſeruili ueſte.* Indocilis loqui priuata.] *neſciens loqui, ut deceret priuatum quem ſimulabat, ſed magis pollicitationibus, & uerbis principis utebatur.* Credere.] *committere nos.* Nam Sol.] *Sole enim occidente non apparuerunt nubeculæ rubræ, quæ futuram indicant ſerenitatem, ut Plinius tradit, ſecundum diuerſas partes radios Sol emiſit, ita ut hinc Notũ, hinc Aquilonem portenderet, nã ſic ſparſi radij, in ortu pluuiam, & uentos Plinio auctore ſignificant.* Concordes.] *uni colores, & partes, ſed diuerſos.* Altera.] *dextra.* Vocabat.] *portendebat.*

Diducta luce.] *diuiſis radijs.* Exhauſtus.] *quum Sol apparet, aut occidit in medio concauus, & obtuſus tempeſtatem portendit.* Languens.] *debilis.* Spectantis oculos.] *ſpectari potuit, non læſa acie aſpicientis.* Lanquida.] *non clara nam nigra pluuias portendere creditur. ut Plinius inquit, & ſi ſplendens exorta puro nitore fulſerit ſerenitatem.*

Surrexit.] *apparuit.* Non gracili.] *non tenui, ſed obtuſo & Craſſo, uel ſegatur, ſurrexit non lucida cornu gracili, nam ſi cornu Lunæ acuminatum, atque rigidum ſignificat præſagio uentum, in quem uerſum eſt.* Inferius Auſtrum.] *utraq; recta nubem uentoſam.*

Haud exæſa corroſa.] *ſed continens in medio, & concauitate nubem.* Recto cornu.] *ſi quarto die Luna erit directa, magnam tempeſtatem in mari præſagiet, niſi ſi coronam circa ſe habebit & ſinceram.* Rubuit.] *Virgilius.*

Vento ſemper rubet aurea Phœbe.

Nota.] *ſigno & argumento.* Tum.] *præterea.*

Pallens.] *quod eſt tempeſtatis iudicium, Luna reuertentes, cum primum colligit ignes. Si nigrum obſcuro comprænderit aëra cornu. Maximus agricolis pelago parabitur imber.* Lurida.] *ſupra modum ſqualida.* Triſtis.] *obſcura ob futuram tempeſtatem.*

Motus nemorum.] *ſyluarum mugitus hyemem futurum denunciat.* Nec littoris ictus.] *mare ſi tranquillo portu à uerſu ſtabit, & murmurauerit inter ſe uentum prædicit, ſubindè idem hyemem & imbrem.*

Delphin.] *Delphini tranquillo mari laſciuientes uentum, & ex qua uenerint parte flaturum demonſtrant.*

Incertus.] *dubius, quo tendat, quo indicatur diuerſos uentos flaturos.* Mergus.] *Mergi uolucres, quæ*

urmant, aut maria aut stagna fugientes, tempestatem significant. Virgil. Iam sibi tum curuis malè temperat unda carinis. Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi. Clamoremq; ferunt ad littora.

Ardea.] auis alba, quæ in medijs arenis tristis imbrem indicat & etiam quum altior uolat. Virgil.

Notasq; paludes deserit, atq; altam superuolat ardea nubem. Confisa natanti pennæ.] quæ solet natare, & fidere mari. Quodq; caput.] aliud à cornice præsagium, quæ quum uagatur per littora, & tanquam irrorare se gestit tempestatem denunciat. Gressu Instabili.] Virgil. Tu cornix plena pluuiâ uocat improba uoce: Et sola in sicca secum spaciatur arena. Poscunt.] requirunt ut nauigemus. Præbere manus.] rem manibus aggredi. Vel hoc potius.] uel mare, uel uenti prohibebunt me tibi obtemperare. Potius.] quam ego.

Carbasa uentis.] nauigat. Quorum.] carbasorum. Non solum.] tanta fuit fulminum scissitudo. fulgetrorumq; densitas, ut uiderentur sydera innumera è cœlo labi, & non modo ea, quæ sunt in inferioribus cœlis: sed quæ in summo & stellato uiderentur quassari. Plinius ait fieri uidetur, & discursus stellarum, nunquam temerè, ut non ex ea parte truces uenti cooriantur, & ex ijs tunc procellæ in mari terrisq;. Sulcos.] uias & limites. Cadentia.] quæ cadere uidebantur. Astra.] signa ipsa Zodiaci. Niger horror.] obscura tempestas.

Inficit terga.] maculat superficiem. Volumina.] inuolutiones undarum. Tractu.] spacio, quod est argumentum maioris tempestatis. Minax.] prænuntians tempestatem, sed nõ à certo uento orituram. Concepros.] flaturos & paratos. Sæuum.] timens. Intendat.] immittat. Dubius.] incerti motus. Nubibus & cœlo.] in cœlo inquit, flat Notus, in mari contrarius flabunt Cori, qui ueniunt ab Occasu solstitiali. Gurgite.] tempestate. Tanget.] perueniet in Italiam. Naufragus.] nos naufragi & eiecti in undas.

Desperare uiam.] non ulterius ire & reuerti. Nec fit minimum longè.] nec multum, distat terra propinquior. Fisus cuncta sibi.] postquam gubernator retrocedere statuit, & clauum è manibus abiecit. Cæsar.] apprehensa dextera eius. Perge inquit, generosè perge, nec extimesce quicquam Cæsarem, quippe & fortunam eius uehis. Auctores sunt Appianus & Plutarchus, qui tradunt Cæsarem non ingressum fuisse mare, sed ab hostio ipsius fluminis fuisse repulsum. Poëta uerò & Tranquillus aliter sentiunt. Cessura.] datura sibi locum & successura. Trade sinum.] committe uela.

Auctore cœlo.] uento & tempestate dissuadentibus & aduersis. Me.] auctore. Non nosse uectorem tuum.] me ipsum quem uehis, nam nondum illi se indicauerat. Destituunt.] relinquunt sed fouent.

Malè meretur.] maleficium infert. Quum uenit post uota.] quum expectat desiderari, & non preuenit.

Procellas.] fluctus maris. Tutela defensione.] Cœli & freti.] uentorum & maris. Iste labor.] hoc periculum. Hanc Cæsare pressam.] magna confidentia pollicetur, & quod nauis quæ ipsum uehit, mergi non possit, & quod tempestatem sit sedaturus. Nec longa.] id est statim cessabunt uenti. Ne flecte manus.] ne uerte temonem in terram. Tum Calabro.] perge inquit, & existima te peruenisse Brundusium, quum primus in medio mari, & nequiuerimus aliò ire, sed illuc necessariò ire cogemur. Calabro.] Brundusino. Strage.] maris & cœli ruina. Tumultu.] perturbatione. A

Præstet.] conferat, blanditur enim mihi ostendens. quod cum possit nocere, beneficium conferat.

Turbo rapax.] uentus uehemens & uolubilis, qui distat à uortice, ut frigora stridore. Aunlsit rudentes.] abstulit funes. Alnus sonuit.] nauis crepitum dedit.

Congesta.] collecta. Core.] hic aduersus Aquilonem Orientalem flat, Gellio teste. Mouens æstus.] concitans tempestatem. Exeris caput.] oris & flas.

Ab Atlanteo Oceano.] ab occasu Solstitiali, qui est ad Atlantem. Tollente.] concitante & erigente.

In scopulos.] in fluctus scopulorum similes. Occurrit.] ex contraria parte flat. Retundit.] repercutit, repellit. Pendet dubium.] sustinet se ambiguum.

Cui occidat.] cui pareat, quem sequatur. Rabies.] uehementia. Torsit.] uoluit contra Corum. Et abstrusas penitus uada fecit arenas.] & fecit, ut fundum maris, quod arenosum est, esset uadosum, hoc est, non profundum. Perfert ad saxa.] perducit ad rupes litoris. B

Suumq;.] quod ipse impellit. In fluctus Cori.] in undas à Coro impulsas, fluctus enim fluctibus collidebantur. Motaq; possunt.] tanta erat maris concitatio, ut etiam si uenti cessarent obuijs & contrarijs fluctibus agitarentur. Minas Euri.] Eurum uehementem & minacem. Atrum.] nubilum & pluuiosum.

Latuisse.] ineluctum fuisse in antro Aeoli regis uentorum, qui regnauit in Aeolia regione iuxta Siciliam, quæ cõplectitur insulas septem, in quibus & Strõgile est.

Ruentes.] uehementer flantes. Defendisse suas terras.] ne à mari egergerentur, quod cum sit altius terra facilè potuisset. Turbine uiolento.] uolubilitate uehementi. Manusse loco.] non egressum fines suos, nec mersisse terram. Parua æquora.] fluctus, qui immiscent mare mari, ut Ionium Aegeo. Ferunt.] uenti ipsi.

Tyrrhenum.] Tusciũ dictum, quod Tyrrhenum, id est, Tusciam ilicit. In undas.] in mare. Adria uagus.] mare Adriaticum. Sonat Ionio.] cum sonitu impellit in Ionium. Illa dies.] illud tempus.

Obruit.] submersit. Frustra pulsatos.] in uanum percussos fluctibus, nam nec prostrati sunt, nec mersi perpetuò remanserunt. Victa.] superata à mari, uel quassata terræmotu. Quam celsa cacumina.] quam altos montes. Dedit pessum.] in profundum demisit, siue quod subsederint, siue quod sub fluctibus obruti fuerint. C

Non ullo.] in nullo alio, nisi in hoc, ad quod nauigat Cæsar. Validi.] uehementes. Voluti ex alio orbe.] allati ex alio mari; & ipso Oceano. Undas coercens mundum.] Oceanus qui circuit terram.

Agit sinus monstriferos.] facit mira undarum inuolucra, & fluctus immensos. Sic rector.] sic inquit, erectus fuit in maximos fluctus, Oceanus diluuij tempore, cum Iuppiter defessus punire nocentes fulminibus Neptuni auxilio humanum genus mersit. Lassatum.] defatigatum propter nocentium multitudinem. In sæcula..] in multorum sæculorum homines. Seculum enim non solum pro tempore, sed pro humano genere ponitur.

Virgil. in Georg. Hunc saltem euersо iuuenem succurrere sæclo. Ne prohibete. Cuspide fraterna.] fuscina Neptuni. Accessit.] addita est. Secundo regno.] mari, quod sorte contigerat Neptuno, cũ terra esset sors tertia Plutonis. Sed obruta mari.] iam erat Neptuni

Aptuni possessio. Tethys.] Oceanus Metonymia. Noluit pati ulla.] *littora submersit omnem terram, & habuit solos aëris terminos.* Cœlo.] *aëre.* Tanta moles.] *tanti fluctus.* Ni pressisset undas fluctibus.] *opposuisset.* Non cœli nox] *non fuit naturalis, qualis fit ex cœli conuersione, sed obscurior & inferna.*

Ob sinus,] *obumbratus, obscuratus, squalidus. Terentius Pannis annisq; obsitus.* Nymbis.] *uentis & pluuia.* Deprimitur] *infra densatur & restringitur.*

Fluctusq;] *& maris fluctus ad nubes usq; erigebantur.* Lux metuenda.] *fulgur uel fulgetrum.* Perit] *extinguitur in ipsis nubibus & pluuia.* Dissilit] *dissultat.* Aër nymbosus.] *uentosus, nam ex nymbis, id est, uentis & nubibus oritur.* Obscurum.] *nomen pro aduerbio.* Conuexa superum fremunt.] *cœli conuexitas resonat.* Axis arduus.] *Septentrio de quo Virgil.* » *Hic uertex nobis semper sublimis.* Poli.] *quibus sustinetur cœlum.* Mota compage.] *excussa coniunctione & cardine.* Chaos.] *elementorum confusionem.*

Moras concordes.] *causas quibus coniunctæ sunt,* B *morantur q; in concordia. Terra enim frigiditatis respectu, est aquæ contermina, Aqua aëri humiditatis ratione coniungitur. Aër ab igne ob communem calorem nõ dissidet.* Nox.] *tenebrosum Chaos.* Mistura manes dies.] *confusura infernum cœlo.* Vna] *sola & præcipua.* Ruina mundi] *elementorum concursione.*

Quantum.] *fluctuum altitudo rupi Leucadiæ comparatur, quæ quidem altissima est, iuxta Ambraciam Epyri oppidum, ubi & Leucates promontorium est, ad quod Laucadium mare & littus, & Leucadia peninsula, quondam Neritus appellata, in ea & oppidum Leucas Neritum dictum.* Despicitur] *deorsum uidetur.* Vertice] *rupe de qua amantes se præcipitare solebant, ut ait Strabo.* Nautæ.] *Cæsar & Amyclas.* Præceps] *decliue.* Quumq;] *quando.* Hiant] *desrendunt &* » *aperiuntur. Virgil.* Hic unda dehiscens terram inter fluctus aperit. Vix eminet æquore malus] *uix apparet summitas mali.* Nubila tanguntur] *hyperbole.* Terra] *fundi maris arena.* Sedet.] *demittitur.*

Non celat arenas.] *ostendit imam terram, quæ sustentatur.* In tumulos.] *in fluctus, instar montium & tumulorum.* Est in fluctibus] *erigitur in fluctus &* C *desert ima.* Artis opem uicere metus.] *præ metu arte uti obliuiscebantur.*

Frangat.] *fecet.* Cui cedat.] *quos fluctus uitet.* Succurrit] *auxilio est.* Fluctu q; euertere puppim.] *ex fluctuum discordia nauis conseruabatur, nam dextro eam impellente sinister obstabat, & erigebat.*

Victum] *iam inclinatum.* Surgit ardua] *erigitur eminens.* Non humilem] *non metuebant, inquit saxa & scopulos humiles sed insulas, montes & promon-* » *toria altissima.* Sasona] *Sason insula, inter Brundusium & Epyrum, de qua libro secundo Spumoso Calaber perfunditur æquore Sason.* Thessaliæ curuæ] *sinus Thessalici flexi.* Malignos.] *periculosos.* Ambraciæ.] *urbs in sinu Leucadio.* Summa Ceraunia.] *cacumina Cerauniorum, quæ sunt inter Ionium & Adria-* » *ticum, & à quibus ex Epyro sumuur nauigatio Italiam* » *uersus. Virgil. Prouehimur pelago uicina Ceraunia iuxta. Vnde iter Italiam cursus q; breuissimus undis.*

Digna suis fatis] *tanti uiri morti congrua.* Tantus ne.] Diffidens Cæsar euadere posse, conquestus est *aliquantulum & mortem æquo animo laturum se dixit, solatus q; est, se ipsum breui suorum gestorum commemoratione, & Deos precatus est, ut suã cadauer, in terras nõ deferatur, ut hostes semper metuant, & sui sperent.*

Tantus labor.] *nam facilè est.* Tam magno.] *cum uel paruo possint.* Si gloria.] *si in mari sum periturus.*

Negamur.] *prohibemur.* Festinata dies fatis.] *mors immatura, quã fata urgent.* Ingentes actus.] *præclara, quæ erant acturus.* Actus.] Gallicas & Germanicas. Subegi arma inimica] *subiugaui potentiam Pompeij metu iecto, quem Italia expuli.* Magnum secundum.] *Pompeium me minorem: nam fui primus in urbe.* Iussa plebe.] *factus sum Consul iussu meo, quod prohibebant etiam bello mihi illato.* Tuli fasces.] *sui Consul.* Iussa.] *à me.* Nulla meis] *omnes titulos, honoresq; Romanorum gessi.* Nescius.] *solus sum mihi huius rei conscius.* Nisi tu.] *Apostrophe ad fortunam.*

Me quamuis.] *id est, quod cum peream magistratus, morior secundùm uoluntatem priuatus.* Plenus honorum.] *qui gessit omnes honores.* Mori priuatum.] *Videtur hoc loco constituisse Tyrannidem uelle deponere, & ciuem agere, ac si legeris nesciat interpretare priuatum id est, more priuati, hoc est sine frequentia, & exequijs precatur q; fortunam, ut mortem eius celet.*

Funere] *exequijs & pompa. Ennij sententia est, Nemo me lachrymis decoret nec funera fletu faxit, &* Homerus ait. *Nil prosunt lachrymæ uitali lumine fusis, Nec uitam reuocare ualent, nec fata mouere.*

Desint busta.] *non comburar, non sepeliar.* Decimus fluctus.] *qui maximus omnium est auctore Festo,* « *& Ouidius in tristibus ait. Qui uenit hinc fluctus fluctus superemet omnes, Posterior nono est undecimoq; prior. Oua etiam Decimana dicuntur, quia alijs maiora nascuntur.* Leuat.] *tollit.* Nec rursus] *nec præcipitauit in decliuem partem fluctus, sed in terram perstillit.*

Aggere.] *fluctu* Imposuit terræ.] *Appianus inquit, quod instante die Cæsar fortunam accusans, quod fœlicitati eius inuidisset nauitas retrouerti iussit, & nauim in oram fluminis Itam fuisse regressam.* Vacant saxis scopulosis.] *ubique sunt aspera saxa.* Scrupus enim lapis] *asper à quo fit diminutio scrupulus, & possessiuũ* « *scrupeus. Virgil. Scrupea tuta latent.* Incepit.] *in suum ius accepit.* Sed non tam remeans Cæsar iam.] *Non ita in reditu suos fallere potuit, quia iam aderat dies ut in discessu fefellerat. Itaq; eum quidã admirabantur, quidam quærelis sunt prosecuti.* Remeans.] *reuertens.* Fuga] *discessu.* Circumfusa.] *Conquesti sunt milites cum fletu, & cum liberè accusauerũt.* Incessit.] *inuasit, aggressa est.* Quo te dura.] *Licentia est, hoc est exornatio, quæ fit quum apud eos quos uereri, aut metuere debemus, aliquid pro nostro iure dicimus, quod minimè offendat.* Temeraria.] *inconsiderata & audax.*

Nos animas uiles.] *nos quos spreuisti.* Dabas tua membra.] *exponebas te morti, quam elementa & procellæ recusabant inferre.* In hac anima.] *in tua uita.*

Pendent.] *iam sine te salui esse non possunt, nec uolunt.* Et sciebat hoc] *& te principem, sibi maior pars mundi delegerit.* Sæuitia est noluisse mori.] *& in te, & in alios fuisti crudelis, cum ita morti te exposueris.*

Emeruit.] *meritus est ut tecum perires, nec tibi mortuo superesset.* Quum te raperet mare.] *quum fluctibus agitareris nos inscij, & securi dormiuimus.*

Pudet heu.] *Temeritatis accusatur, quod urgentem causam tanto se discrimini exponendi non habuit, potuisset enim nuntiũ mittere, quoniam nõ nisi necessitate cogente duces periculis se exponere nõ debent, excusatur tamẽ à pietate, quod noluerit quenquam alium discrimimbus tantis obijcere.* Sors ultima.] *necessitas mortis metus.*

Permisisse.] *supple decuit.* Lassa.] *defatigas, nam ab innumeris, quibus te exposuisti periculis conseruauerunt.* Sufficit.] *quod seruatus es incolumis, adeò magnum fortunæ beneficium fuit, ut uidetur, nil ulterius in bellis tibi debere præstare.* Impegit.] *affixit & deduxit.* Hi ne usus.] *sic ne uiri Dei abuti, tentareq; ipsos.*

Vt esses naufragus fœlix.] *ut mergendi periculo propinquus euaderes.* Patientibus.] *cessantibus.*

Nec non.] *impatiens moræ Cæsar. Posthumium Brũdusium misit, ut Gabinium adducere iuberet exercitum. Si annueret Antonio ut præciperet, post Antonium Galeno. Sin omnes negarent, epistolam ad exercitum scripsit, ut Posthumio obsequeretur. Pompeius uerò interea paratas acies frustra educebat in pugnas.* Duces Hesperij.] *Antonius Gabinius, & Galenus, quia in Italia erant.* Lassatum fluctibus.] *iam Mitus.* Boream.] *Cæsar ait, Nacti Austrum naues soluunt, atq; altera die Appolloniam Dyrrachiumq; peruehuntur.*

Fracturum.] *impulsurum.* Dextræ doctæ.] *hoc est, docti remiges, & gubernatores pares duxerunt.* Permistas.] *coniunctas, & ordinatas.* Diu.] *hoc est, interdiu quia sequitur & nox.* Agmen.] *classis.* Coit.] *coniungitur, conuenit.* Consertis.] *connexit uicinis.* Vt terrestre.] *ut turmæ, & cateruæ militum incendentium per terram.* Modum.] *mensuram quia cessauit.*

Tenorem.] *continuationem.* Excusso ordine.] *deturbauit.* Strymona.] *fluuium in Hæmo ortum, qui Macedoniam à Thracia separat, hyeme congelatur æstu à gruibus frequentatur, quæ hyeme in Nilum euolantes Y, literam faciunt, sed uehementiori uento impulsæ ordinem turbãt.* Grues.] *quæ ut ait Plinius, uolant ad prospiciendum altè. Ducem quem sequantur eligunt, in extremo agmine per uices, qui acclament dispositos habent, & qui gregem uoce contineant, excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens indulgentiam sono coarguat. Cæteræ dormiunt, capite subter alam condito, alterius pedibus insistentes, dux erecto prouidet collo, ac prædicit.* Figuras uarias..] *ut Y. A. L.* In orbes.] *in rotunditatem & globum.* Litera Y.] *quàm ut plurimũ faciunt.* Terit.] *deletur.* Pennis.] *ipsis gruibus.* Aer uiolentior.] *uentus, qui nil aliud est, quàm aër impulsus & uehemens.* Concitus ortu.] *surgent oriente Sole.* Lissi.] *Lissus oppidum in Macedonia post sinum Ciricum iuxta Acrolisim, estq; citra Nymphæum millia passuum tria.*

Frustra tentati.] *ad quæ cursum, ne quicquam dixerant, quia hostes tenebant & alij eos persequebantur. Cæsar enim sic habet. Cum nostri essent ex continente uisi, Q. Coscomus, qui Dyrrachij classi Rhodiæ præerat naues è portu eduxit, & cum iam nostri remigio uento appropinquassent, idem Auster increbuit, nostrisq; præsidio fuit, & nacti sunt, & portum, qui Nympheum appellatur, qui portus ab Aphrico tegebatur. ab Austro non erat tutus. Sed subita fortunæ cõmutatione Auster, qui per biduum flauerat in Aphricum se conuertit, rostrataq; hostium, naues 16. elisæ mersæq; sunt Cæsaris, duæ naues tardiùs confecto cursu cùm ignorarent quem locum reliquæ A cepissent contra Lissum in anchoris constiterunt, quas cum Otacilius, qui Lissi præerat oppugnaret, aliqui se dedidêre, nonulli occisi sunt. Veteram uerò, compluribus cæsis ad suos se receperunt.* Nudas aquilonibus.] *in quas non flat Aquilo.* Succedens.] *qui flauit post Boream, sed contra ait Cæsar, ut diximus.* Vndiq; collatis.] *ubi Pompeius uidit iudicatis suis, & Cæsar uiribus magno periculo esse pugnandum cõiugem in Lisbũ mittere statuit.* In robur.] *in potentiam & fortitudinem.*

Summa.] *extrema.* Onus coniugij.] *Cornelia coniugem, quam non poterat satis commotæ apud se retinere, nec absq; molesta segregare.* Tutum.] *ut tuta esset.* Lesbo.] *Lesbos in Troade insula est, in qua oppida sunt Tymna & Mitylene.* Heu quantum.] *conscius suæ impollã mentis poëta.* Magnã inquit, uim habet iugalis amor, in iustis hominibus, potest enim in mediis bellis, non potuit amore non tangi. In æquas mentes.] *nisi qui enim spernunt coniugia, in quibus est prima generis humani societas.* Iusta uenus.] *iugalis amor.*

Quod nolles stare.] *quod nolles prælijs te committere, essent quod illa molestiora.* Ictu.] *conflictu & pugna.* Coniunx sola fuit.] *supple causa, quod abstinuisti.* Verba constituunt.] *enunciare non potest animi conceptũ & decretum, hianti enim uerba non succurrebant.* Blandeq; iuuat.] *differebat te in longum ui minori molestia afficeret coniugem.* Ventura.] *id est, discessum Corneliæ, & prælia futura.* Subducere satis.] *subtrahere necessitati, quæ instabat.* Nocte sub extrema.] *in diei principio.* Pectus grauidum.] *Pompeiũ solicitum bellicis curis, & impatientem absentiæ coniugis quã unicè amabat.* Aduersi.] *oppositi.* Humentes genus.] *lachrymabatur enim Pompeius.* Perculsa.] *perterrita.* Deprendere.] *interpellare sermone, & quære fleret interrogare?* Gemens.] *suspiria emittens.*

Non nunc.] *hac oratione Pompeius, ut æquo animo ferat, abscessum conatur efficere est autem sensus.* O dulcior mihi uita.] *fœlici, & antè acta non præsenti, & misera cuius me tædet.* Mœsta.] *quia segregationis.*

Nimium.] *respectu belli, & publici commodi.* Pa.] rum.] *respectu amoris pietatisq; nostræ.* Totus Cæ C sar.] *totæ Cæsaris uires.* Latebra.] *latendi locus.*

Negaui iam mihi.] *non potui à me impetrare, quia est commodum, & periculo plenum, quamuis fuisset mihi quàm suauissimum.* Nec longos patiere recessus.] *non longè à me distabis, nec diu absq; me eris.*

Casus præcipites.] *subitò enim, aut uictores, aut uicti erimus.* Properante ruina summa cadunt.] *sentẽtia, seu paræmia, quæ enim sunt altissima celerius corruunt.* Satis est audisse.] *Minus enim dolet, qui audit, quam qui uidet aduersa.* Meq; tuus decepit amor.] *Non amar me, uerè si potes interesse prælijs, nam est mihi turpè in tantis periculis tecum cubare.* Securos.] *quietos, id est, me quietum, & sine assidua cura belli uxorium esse, & tuis uacare complexibus.* Marte.] *certamine.*

Classica quatiunt.] *id est, quum datum est signum pugnæ, quo tremunt omnes nationes.* Sinu.] *gremio, & complexu.* Vereor.] *dubito inquit, hac tristitia de te suscepta pugnare, itaq; deponenda est. Nam decet pugnaturum Imperatorem hilarem esse.* Committere.] exponere. Latè.] *latita.* Fortuna.] *aduersa scilicet.*

Non tota te mole premat.] *Non te toto dolore affligat.*

A *fligat.* Impulerit.] Optima pars nostri.] *tu ipsa sis salua.* Si fata prement.] *si aduersa fortuna uexabor, & Cæsar me persequetur.* Si quo uelim fugisse.] *habeam locum in quem libenter fugiam.* Infirma.] *debilis animi.* Cœpit.] *continere potuit, capax eius fuit, & si resistere, quin moreretur.* Cæsare è pectore sensus.] *exanimata est.* Proferre.] *enuntiare.* Nil mihi.] *A commiseratione exorditur, & conqueritur, quod à uiro diuidatur non morte, sed quod contemptui habeatur.*

Nil relictum est queri.] *non possum conqueri & incusare fata coniugij, ut Iunonem & Hymenea, quod nos in uita non seruauerint.* Funus.] *mors.* Summa fax.] *mors ipsa interpretatio.* Diri.] *funerei.* ● Demissa.] *humilis & uilis apud te, uel dimissa, id est, repulsa abducta.* Sorte frequenti.] *ut multis solet accidere.* Plebæa.] *humili, nam uiles solent coniugia negligere.*

Hostis aduentum.] *Argumentatur ab eo, quod faciendum non est. Nam par est, ut amicis, non inimicis gratas res faciamus.* Rumpamus fœdera.] *separemus coniugium nostrum.* Placemus socerum.] *mitigemus Cæ*

B *sarem, qui turbatus est, quod simus concordes, atque coniuncti.* Sic est tibi cognita.] *sic uideor tibi infida, occurritq; illi, quod dixit Pompeius. Meq; tuus decepit amor.* Non olim casu pendemus ab uno.] *non ne ex quo coniugium iniuimus eo connexi uinculo sumus, ut una salus ambobus sit unum, & commune periclum.*

Fulminibus me.] *Allegoria est, uis inquit, ut ego absens, eodem afficiar dolore, quo & uos, qui prælijs interestis.* Secura uidetur.] *imò mœstissima est, & occurrit illi superiori, Tutior interea populis.*

Etiam nunc.] *dum assum, & antequam prælium ineas.* Cum facias petisse uota.] *cum nolis me exaudire, & patiaris me in mœstitia uiuere.* Vt nolim sœuire. malis.] *ut nolim in aduersitate crudeliter in me agere.*

Parata.] *prompta, non lenta.* Feriat dum.] *tam diu superuiuam tibi, quam diu ignorauero, te uictum, uel mortuum esse, id ubi resciuero mihi inferam necem.* Feriat terras remotas.] *perueniat Lesbon.* Assuefacis.] *assuefacis me, actiuè posuit.* Tantum dolorem.] *quantus est suscipiendus, ex morte calamitatéue tua.* Posse pati.]

C *posse dolori resistere, ne statim ex ipso enecar.* Si sunt uota.] *si succedunt desideria mea.* Euentus.] *successus.* Rupes.] *Lesbos ipsa aspera.* Solicitam.] *me timidam.* Feret fata iam læta.] *afferet mihi tam lætum nuntium.* Nec soluent audita.] *audita tua uictoria adhuc timebo.* Vacuis.] *desertis & sine defensoribus.*

Vt fugiente.] *etiam si fugiat.* Notescent.] *notæ fient, & refutat illud latè.* Exilio nominis clari.] *exilio meo, quæ celebrior ob coniugium tuum.* Quis.] *unusquisq; enim scit.* Latebras Mithylenæas.] *id est, me apud Mithylenas latere. Est autem Mithylenæ urbs in Lesbo.* Si nil tibi uicta.] *si fugere cogeris per mare in Lesbum non uenias, sed diuerte quocunq;.* Infaustam.] *infœlicem, quia uirum tam præclarum fugientem uehat, & Metonymia.* Exilijt stratis.] *raptim extra lectũ saltauit.* Tormenta.] *dolores discessus, qui erant sibi pro tormentis.* Non sustinet pectora.] *non succumbit uiro, non uult amplexari ab eo.* Sustinet.] *partitur.* Extremus fructus.] *hoc est, complexus ipsi & extrema uoluptas diuturni amoris, quàm tunc capere potuissent.*

Non decipitur.] *non est grata.* Perit.] *amittitur.*

Præcipitant.] *impellunt, nam festinant in dolores.*

Sustinuit dixisse uale.] *potuit more discedentium salutare.* Cætera damna.] *ut fugam ex urbe & Italia.*

Durata malis.] *firmata & assueta aduersitatibus.*

Labitur.] *cadit exanimata.* Suorum.] *domesticorum.* Ad æquoreas arenas.] *ad littus.* Prosternit.] *abijcit se in terram.* Tenet.] *occupat membris.*

Illata.] *importata immissa.* Non sic.] *non tanto cum dolore & gemitu.* Præmerent.] *urgerent, persequerentur.* Fida comes.] *Cornelia, quæ nunquam deseruit magnum.* Vadit sola.] *non quod sola esset, sed sine uiro. Virgilius. Sola domo mœret uacua.* Quæ « nox sibi proxima uenit in somnos.] *hoc est, nox sequens qua dormitura erat.* Frigida lecto.] *supplefuit.* Atque insueta quies uni.] *tum primum iacuit sola.*

Nudum.] *quasi nudum, non enim calebat.* Quam sæpe.] *admiratiuè certè sæpissimè.* Deceptis.] *nam putabat se complecti Pompeium.* Nam quanuis.] *licet amore uexaretur, tamen non iactabat corpus per totum, ut amantes præ mollitia consueuêre, sed partem tanquam si uir adesset, fouebat intactam.*

Non iuuat in toto.] ●Ouidius. *Esse quid hoc dicam, quod tam mihi dura uidetur « Strata, nec in lecto « pallia nostra sedent. Et uacans somno noctem quam « longa peregi. « Lassaq; uersati corporis ossa dolent. «*

Caruisse.] *penitus amisisse eius consuetudinẽ.* Tam læta.] *ut esset Pompeio caritura.* Hora.] *breue tempus.*

Instabat.] *uicina erat.* Quæ redderet magnum.] *qua esset uisura Magnum uictum & pereuntem.*

FINIS LIBRI QVINTI.

IOANNIS SVLPITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI POETAE PHARSAL. LIB. VI. commendationes.

POstquam castra duces.] *eum Antonius Nymphæiũ appulisset, receptusq; esset Lysti post Oraculij fugam Cæsar, ut cum eo se coniungeret. Pompeius, ut uenienti se opponeret properabat. Cumq; his castra non multum distantia posuisset, & Antonius unum diem in castris se retinuisset? Cæsar ad eum peruenit. Pompeius ne duobus circunclauderetur exercitibus ad Asparagum se contulit, castraq; posuit, Cæsar uerò, missa una legione cum ducentis equitibus in Thessaliam & Aetoliam, unde legati uenerant pollicentes, omnes ciuitates eius imperata facturas in Macedoniam iter arripuit, expugnatoque in itinere oppido Patinorum, tertio die ad Pompeium peruenit, iuxtaq; eum posuit castra, & postridie eductis omnibus copijs acie instructa, potestatem decertandi Pompeio fecit. Sed cum suos ille contineret postero die Cæsar magno circuitu difficili angustoque itinere. Dyrrachium profectus est. Sperans Pompeium aut Dyrrachium compelli, aut ab eo intercludi posse ut accidit. Pompeius eodem accelerans cum præuentu Cæsaris esset Dyrrachio interclusus, edito loco qui appellatur Petra castra communit, eo partem longarum nauium conuenire, frumentum commeatumque undique comportari imperat, seque suis continet locis. Cæsar uerò, munitionibus ipsum circundedit, ne inde posset exire. Cumque ille pestilentia fame afficeretur, consertum est prælium, quo Pompeiani erumpentes fuêre uictores.* Propinqui pugnæ mente.] *breui pugnaturi uoluntate & consilio.*

Iugis.] *montibus Macedoniæ ad Asparagum.*

Admota] *uicina.* Par suum.] *dominos rerum sunt ipsi, qui dominantur in cœlo, uel par suum dixit, quia fierant in uoluptatem spectantium Deorum, inter se digladiaturi, ut paria in arena.*

Capere mœnia.] *expugnare ciuitates Epyri.* Martemq; secundum.] *negligit ullam, nisi de Pompeio habere uictoriam.* Funestam mundo uotis petit omnibus horam.] *lethiferum humano generi, tempus tota mente desiderat.* In casum.] *in euentum pugnæ incertum.* Alea] *periculum & casus incertus. Est enim Alea omnis ludus in fortunæ uarietate consistens, traducitur q; ad euentus incertos.* Horatius.

Periculosæ plenum opus aleæ tractas.

Plinius extra omnem inge nij aleam positus. Alterutrum.] *alterum de duobus, aut suum, aut Pompeij.*

Ter explicuit turmas.] *ter ad prælium ineundum acies ordinauit.* Signa.] *uexilla, aquilas.* Testatus.] *promptum se ostendens, ad euertendum Romanum imperium.* Exiri ad tumultus.] *ad prouocationes excitari, quoniam intra castra suos continebat.*

Clauso uallo.] *castris.* Signa mouet] *discedit.* Tectusq; uia.] *occultus per loca spinosa, alterum ex altero sequitur.* Præceps.] *celer.* Dyrrachij.] *hæc in Cherroneso Colonia, quæ Epidamnos dicebatur, propter inauspicatum nomen quia uelut in damnum ituris omen esse uidebatur: à Romanis est Dyrrachium appellata, ut ait Mela.* Præuenit uel præcepit] *id est, præoccupauit. Breuiori enim iuxta litus uia accelerauit.* Limite.] *uia, termino.* Incola Taulantius] *Taulantij in Lyburnia populi, auctore Plinio sunt, ex quibus nonnulli iuxta Dyrrachium habitarum se contulerunt, & ideò eos incolas appellat poeta. Est enim incola, qui in alterius regione ciuitate q; habitat.*

Insedit] *occupauit.* Seruat.] *tuetur à ui Cæsaris.* Ephyrea mœnia.] *Dyrrachium, quod auctore Strabone Corcyrei condiderunt, quia Ephyrei, id est, Corinthij Appolloniam uicinum oppidum coloniam habuêre ob uicinitatem rem poeta confundit.*

Vel solis turribus.] *etiam solo præsidio turrium, & sine exercitu. Est enim natura & arce munita.*

Non opus.] *Dyrrachium à situ laudat, & non opere hominum, quod facilè à tormentis, uetustaq; soluitur, sed natura munitum esse ait.* Opus.] *ædificium.*

Moles structa.] *fabricata compositio.* Facilis cedere.] *dissolubilis, facilè enim corrumpitur, quod hominum labore construitur.* Cedere.] *ad cedendum.*

Vel annis cuncta mouentibus.] *hoc est uetustati, quæ omnia diruit.* Ouidius. *Tempus edax, tuq; inuidiosa uetustas, omnia consumis.*

Licet tollat ardua.] *quamuis ipse labor, erigat altissima & munitissima.* Munimen.] *firmamentum.*

Quassabile.] *quod quassari, euertiq; possit.* Naturam sedemq;.] *appositio est, & Endiadis, id est, naturalem sedem.* Undiq; clausa profundo.] *circundata mari & præcipitibus rupibus.* Vomentibus æquor.] *id est, haustos fluctus emittentibus.* Debet exiguo colli.] *exiguus collis, quo continenti iungitur efficit.* Terribiles ratibus.] *terrentes nautas ad nauigantes, nam ex eis facilè lædi possent.* Cautes.] *saxa.*

Sustentant mœnia.] *sustiment oppidum.*

Ioniumq; furens.] *Austro Ionium turbante mœnia concutiuntur.* Spumat.] *cum spuma attollitur in summa tecta.* Huc auidam.] *Cæsar consilium cœpit ex loci natura. Erant enim circum castra Pompeij permulti editi, atque asperi colles, hos primùm præsidijs tenuit, castellaq; ibi communiuit. Inde ut loci cuiusq; natura ferebat ex castello, in castellum perducta munitione circumuallare Pompeium instituit, ne rei frumentariæ angustia laboraret, & ut Pompeij equitatum, qua ualebat inutilè redderet, & ut eius auctoritatẽ minueret.*

Huc.]

A Huc.] *in hanc sententiam.* Diffusus.] *sparsus, nam eos occupauit.* Hostem ignarum.] *Pompeiũ improuidum.* Ducto procul.] *producto è collo in collem.* Metitur.] *considerat.* Tantum è cespite fragili.] *tantummodo terra solubili.* Attollere.] *ad attollendum.* Cautes.] *montium partes.* Eunlsa metallis.] *excisa ex natiuis uenis, de hoc uerbo diximus libro quarto, idq; significat, quod uulgò minera dicitur.* Domos Graiorum.] *materiam domorum & urbium Epyrotarum.* Extruitur.] *erigitur munimentum.* Sæuus aries.] *tormentum illud uehemens.* Impellere.] *diruere.* Vlla machina.] *ullus apparatus & instrumentum.* Franguntur.] *æquantur muro ut per munitiones facilis sit discursus.* Planumq; per ardua Cæsar ducit opus.] *æquum aggerem, per altos montes extendit.* Pandit fossas.] *effodit ante murum.* Disponit Castella.] *collocat arces muro munitas.* Magnoq; recessu.] *ingenti spatio, quod erat mille ducentorum stadiorum, ut scribit Appianus.* Saltus.] *siluosa pascua.* Tesqua.] *loca, ut inquit Cicero, aspera & difficilia.* B *Sunt etiam loco augurio designata.* Indagine.] *apto uerbo. Est usus, est enim indago circuitus ille inquisitionis & rétium, quo feræ clauduntur.* Pabula.] *pascua.* Mutat castra.] *amplitudo septorum ostenditur, quæ tanta erant, ut intra ipsa sine incõmodo castra mutaret.* Fulmina.] *diuersa periphrasi immensum, ambitum munitionum ostendit, multa enim flumina intra ipsas oriri, & longo cursu defatigata in mare submergi dicitur.* Illic.] *intra munitiones.* Summa operum.] *ultimum aggerem.* Intermanet.] *id est, noctem ducit, quantũ continuò itinere sine intermissione, tantum nequibat spacium peragrare.* Nunc uetus.] *in fabulosam uetustatem utitur ironia, industriam, celeritatem Cæsaris extollendo.* Attollat.] *iactet & laudet.* Fabula.] *fabulosum. Est enim ipsos à Phœbo & Neptuno lyræ sonitu fuisse constructos.* Iliacos.] *Troianos qui feruntur habuisse in ambitu quadraginta millia passuum.* Babylonia mœnia.] *ambitu Babylonis cuius murus ex coctis lateribus & asphalto constabat trecenta sexaginta stadia dicitur habuisse, eam Semyra-*C *mis condidit.* Testa fragili.] *lateribus non duris.* En quantum.] *spatium munitionum à comparatione poëta commendat.* Orontes.] *Syriæ fluuius, è Lybano profluens.* Ambit.] *circuit.* Assyrijs quantum.] *quantum spacium occupãt urbes Assyriorum, ut Babylon & Nynus, quæ quadraginta octoginta stadia complectabatur.* Tumultu.] *trepidatione.* Raptũ.] *raptim acceleratum.* Periere.] *in casum consumpti sunt.* Manus.] *operarij.* Adiungere Sexton abydo.] *id est, Europam Asiæ iungere, mari repleto.* Sexton.] *urbem Europæ.* Abydo.] *urbem Asiæ.* Elidere.] *suffocare, obruere, replere.* Pontũ Phryxum.] *Hellespõtum, qui angustus est, & Asiam ab Europa disterminat.* Abrumpere Ephyren.] *Isthmum effodere, & separare à Peloponneso, ita ut Corynthus insula fieret.* Ephyren.] *Corynthum quod Sysiphus conditor sic appellauit.* Regnis Pelopis.] *Peloponneso, ubi Pelops latè regnauit.* Donare ratibus flexum.] *id est, facere rectam nauigationem, quod Maleam promontorium ipsumq; tollere, quod quidem inter Messeniacum & Laconicum sinum quinquaginta millibus passuum protenditur.* Quamuis natura negasset.] *licet uideretur contra naturam fieri.* Area.] *locus ille clausus, tanquam Area, in qua esset dimicandum.* Coit.] *coniungitur, clauditur.* Hic.] *intra aream, ubi erant Pompeiani.* Sanguis.] *innumeri militis.* In omnes terras.] *in Europa, Asia & Aphrica.* Clades Thessaliæ.] *id est, perituri in Thessalia, & in Aphrica.* Arena.] *Metaphora, à Theatro & gladiatoribus sumpta, qui in Arena committuntur & gladiantur.* Rabies ciuilis.] *sæuitia belli.* Angusta.] *nõ quidẽ quod breuis esset, sed respectu innumeræ multitudinis, ex omnibus regionibus mundi poterat breuis uideri.* Æstuat.] *sæuit.* Prima quidem surgens.] *Pompeij principio non aduertit se à Cæsare claudi.* Veluti.] *ut qui in media Britannia Oceani fontum non percipiunt.* Pelorum.] *Promõtorium iuxta quod latrat Scylla.* Vaga Tethys.] *mare Oceanum.* Rutupina.] *Rutupinũ littorale Britanniæ oppidum.* Calydonios.] *Calydoniæ Sylua in Britannia meminit Plinius libro quarto, pro qua secunda producitur, quæ pro oppido in Aetholia corripitur.* Vt primum.] *ubi Pompeius aduertit se conclusũ à Cæsare, à mari, Dyrrachioq; nolle discedere statuit, & cùm munitiones Cæsari prohibere non potuisset, nisi uellet prælio decertare, quòd eo tempore faciendum non erat, quàm plurimos colles occupauit, ut copias Cæsarè destineret, idq; accidit. Castellis enim 24. effectis, quindecim millia passuum circuitu amplexus est, hoc spacio pabulabatur.* Aggere.] *munitionibus.* A' petra tuta.] *à loco illo munito.* Tumulis.] *collibus.* Laxet.] *extendat, distineat.* Vendat.] *producat.* Vendicat.] *munit sibi Pompeius.* Septi.] *circundati.* Aricia.] *oppidum in Lacio ad quintumdecimum ab urbe lapidem, illic nemus & Dianæ & Virbio sacrum, illic & lacus.* Deæ.] *Deæ Micenæ, quia ab Iphygenia & Oreste, qui Micænei fuerunt, Dea ex Taurica aducta est dedicata, de qua uaria fabulantur authores.* Quoque modo.] *Triangularem uidetur formam designare, nam à Roma ad Hostiam, intersunt quatuordecim millia passuum, ad Ariciam quindecim, ab Aricia ad Hostiam ferè totidem.* Prælapsus.] *qui prælabitur.* Torqueat.] *flectat, sed eat recto cursu.* Classica nulla sonant.] *non datur, signum pugnæ à ducibus.* Iniussa.] *temerè emissa.* Vagantur.] *erant.* Nefas.] *cædes.* Tentante iaculum.] *studio enim exercendi lacertos, & emittendi iaculum, milites inscij faciebant cædes.* Maior cura.] *Pompeius enim peste & pabulorum penuria laborabat, Cæsar rei frumentariæ inopia uexabatur.* Terræ exhaustæ.] *cura terræ priuatæ herbis, & pabulorum penuria.* Vngula cauea decus. camp. fronden.] *egressus equorum euertit herbas uirentes.* Attonsis.] *de pastis sine herba.* Aductos cum plena.] *hoc est, cùm clausi intra præsepia paleis abundarent.* Ferant.] *sustineant.* Labitur moribundus.] *cadit moriens desiderio graminis.* Et tremulo medios.] *& currere nequit, sed in medio cursu, & flexu cadit ex media & debilitate.* Tremulo poplite.] *Trementibus cruribus.* Corpora.] *initium pestis ex corporibus corruptis ostendit.* Tabes.] *corruptio.* Soluit corpora.] *putrefecit cadauera.* Digerit.] *dissipat.* Cœlum iners.] *aër quietus.* Traxit cõtagia.] *infectum est, & in nigrã nubem densatum.* Pestis fluidæ.] *pestem appellat*

cadaueris ſaniem quæ fluebat. Neſus.] *cadauer, Neſi cæſi ab Hercule in Calydonia ad Euenum fluuiũ ubi Centaurorum ſepulchrum eſt, ex quo teterrimus odor egreditur. Placet etiam legatur Neſis, quæ inſula eſt in ſinu Puteolano, tetrum odorem emittens. Eius meminit Seneca in Epiſtolis.* Spiramine.] *exaltatione.*

Stygium.] *mortiferum.* Antraq.] *& ipſæ ſpeluncæ, ſub quibus eſt Typhœus, qui Inarimæ inſulæ ſubiacet, à quæ Neſus ipſa non multum diſtet.*

Lethiferi.] *Peſtiferi.* Anhelant rabiem.] *emittunt Sulphureum odorem.* Indo.] *ex aëre nubilo & fœtore.* Vuda paratior cœlo.] *nam facilius aqua, quàm aër inficitur.* Virus.] *uenenum & peſtilentiam.* Durauit cœno.] *ſtrinxit adeò uentres, ut non poſſent egerere.* Iam riget.] *obſcurabatur cutis uentris duritie.* Diſtentant lumina.] *corrumpit oculos tumidos ulcerat.* Abit in uultus.] *inflammabantur enim rubore, & ulcerabantur hominum ora. Seneca in Oedipo: Piger ignauos alligat artus languor, & ægro rubor in uultu, maculaq; caput ſparſere leues, tum uapor ipſam corporis arcẽ flãmeus urit, multoq; genas ſanguine tingit, oculiq; rigent, & ſacer ignis paſcitur artus.*

Sacro.] *execrabili & diro. Quanquam eſt etiam morbus quidam, qui dicitur ignis ſacer, de quo lege apud Celſum libro quinto.* Recuſat ferre.] *præ dolore & grauedine ſuſtinere non poteſt.* Præceps fatum.] *ſubita mors.* Nec medij dirimunt morbi.] *iam non ægrotabat, ſed languore ſubito moriebantur.* Lues.] *peſtis.* Aucta.] *quo enim plures peribant eo tetrior erat odor, & cœlum magnum lethiferum.* Incondita.] *inſepulta.* Nam miseros.] *quoniam tantummodo extra tentoria efferebant, & non ſepeliebant, nec exequijs proſequebantur.*

Spargere.] *proijcere & ſparſos dimittere.* Funus.] *Exequiarum pompa.* Tamen hos.] *ſalutaris, inquit, fuit uentus, qui à libera aggeris regione aërem infectum pellabat, & uerum copia, quæ per mare aduehebatur.*

At liber.] *Cæſar qui numero militum erat inferior copias Pompeij maximas continebat. Sed frumenti inopia laborabat. Idq; ſingulari patientia milites ferebant. Pecus ob lac in honore habebant, & radicibus herbæ, quæ Cara appellatur lacte admiſto famem leuabant, ex hac panes effectos cum in colloquijs Pompeij, famẽ noſtris obiectarent, uulgò in eos iaciebant, ut ſpem eorum minuerent.* Non pigro.] *non peſtifero.* Inertibus.] *uitioſis.* Aſta.] *ſtricta.* Surgentibus culmis.] *erescentibus calamis, ſiue turgentibus inflantibus ſe.* In cibos pecudum.] *ueſcebantur enim herbis & frondibus.* Dumos.] *Spinarum fructus & mora.* Foliijs.] *Frondibus arborum, ex quibus panes faciebant.* Lethumq; trahentes.] *periculoſas uenenatas.* Dubias.] *ut ſunt helleborum Samonium uitis alba & nigra Mandragora.* Vellere.] *capere, effodere.* Mollire flamma.] *decoquere ut coria.* Abraſas.] *læſas & ulceratas aſperitate eſculentorum.*

Diripiens plurima.] *rapiens & comedens.* Ante hac.] *ante hoc tempus.* Saturum.] *abundantem cibis.* Vt primum.] *ſtatim, ut conſtituit Pompeius eum pere media luce faciebus ſtructis caſtella Cæſaris eſt aggreſſus, ut per medios hoſtes euaderet. Poëta unus duntaxat pralij meminit cum Cæſar ſcribat, uno die ſex præ* A *lia facta, tria ad Dyrrhachium, & totidem ad munitiones. Cecidêre in ijs ex Pompeianis ad duo millia aduocati & manipulares centurioq; complures, & ſex ſigna militaria amiſſa ſunt, Cæſarianorũ amplius quã uiginti, omnibus ſunt prælijs deſiderati. Sed omnes qui in Caſtello milites erant uulnerati ſunt. Ex una cohorte quatuor centuriones oculos amiſerunt, milia ſagittarum circiter triginta in caſtellũ coniecta ſunt.* Clauſtri.] *munitionibus Cæſaris.* Permittere.] *concedere ſibi ad euadendũ.* Dedignatur iter raptum.] *ſpernit clandeſtinam fugam, & ſine prælio.* Furto.] *ſecreta fuga.* Vello impulſo.] *aggere percuſſo.* Opportuna.] *apta expugnationi.* Caſtella Numici.] *ſiue à conditore ſic appellata ſunt, ſiue à fluuio eiuſdem nominis, cuius eſt ille in Latio, in quo producitur penultima.* Dumeta confraga.] *ſpineta, aſpera, denſa, & ſeſe frangentia.* Agit agmen.] *ducit exercitum Cæſaris, non aduertentibus.* Proditus.] *indicatus.*

Volucers.] *Aquilæ & ſigna militaria.* Ne quid B uictoria ferro deberet.] *ne opus eſſet prælio uictoriam conſequi, ſolus metus ex tubis, & ſignis ſic hoſtes exanimauerat, ut reſiſtere, & pugnare non auderent.*

Quod ſolum ualuit uirtus.] *id ſolum fortiter præſtiterunt, ut è cuſtodiæ loco ſe non mouerint, ſed ibi ceciderint.* Qui uulnera ferrent.] *quia paterentur, quia omnes cæſi fuerant.*

Nymbus.] *impetus & uis uelut uenti.* Agens.] *impellens.* Peribat.] *neminem feriebat.* Tum piceos.] *inde faces pice ſparſas iactabant.* Lampadis.] *facis.* Quaſſatæ.] *percuſſæ & quaſſatæ Ariete.*

Nuntiant.] *tremunt.* Aggere.] *murus munitionum.* Gemit.] *reſonat.* Roboris impacti.] *arietis impulſi.* Iam Pompeianæ.] *iam ſigniferi uallũ conſcenderant.* Mundi iam iura patebant.] *iam liberat obſidione Pompeius, poteratq; per mundum nauigari.*

Toto Cæſare.] *totis copijs Cæſaris.* Vnus.] *ſolus Scæua, qui hoſti uictoriam eripuit, & caſtellum ſua uirtute ſeruauit.* Victoribus Pom.] *quos eiecit. Strabo.* C *caſo.* Scæua uiro no.] *de hoc Caſtio Scæua lege Cæſaris Commẽtarios & Valerium Maximũ lib. 8 & Suetonium, qui inquit, Scæua excuſſo oculo, tranſfixus femore & humero, 120. ictibus ſcuto perforato cuſtodiam portæ commiſſi caſtelli retinuit. Huius ſcuto ad Cæſarem relato, ut Cæſar ipſe ſcribit, donauit eum ducentis millibus æris, & ab Octauijs ordinibus ad primipilum traduxit. Reliqua de eo apud Plutarchum lege, qui cum Appiano non conuenit.*

Merebat in plebe.] *Militabat inter gregarios.*

An gentes Rhodani.] *ante bellum Gallicum.* Promotus.] *ad dignitatẽ euectus, & uulnerib. ſuis & cæde, quam fecit.* Latiam gerit uitem Centurio eſt.] *Vitis enim eſt inſigne Centurionum, qua ſolebant interdum percutere milites. Iuuenalis. Nodoſam poſt hac frangebat uertice uitem. Sic etiam Marcus Iureconſultus, ubi ſcribit de re militari. Docet Silius libro ſexto. Leuinus ab alta priuerno uitis Latiæ præſignis honore.*

Longo ordine.] *multitudine militum.* Et qui neſciret.] *& qui nõ intelligeret, quãta crudelitas ſit in bellis ciuilibus fortitudinẽ exercere.* Hic ubi.] *meditãtes fugã ſocios hac oratione arguit & retinuit.* Tuta fuge.] *loca in quibus fugientes tuti eſſent.* Abegit.] *reppulit.*

Et cun-

A Et cunctis innotus Cęsaris armis.] *Cæsare enim timere fugereq́ non norunt.* O famuli.] *Seruorum enim & pecudum est fugere, & uiuere malle turpiter, quàm mori honestè.* Absq; cruore.] *terga datis morti, fugitiis mortem antequam uulnera acceperitis, & intuleritis.* Cumulo uirorum.] *mori inter sortes, quorum hic sunt cadauera cumulata.* Haud quæri bustis.] *non quæri ad sepulchra.* Non ira saltem.] *Irritat eos à iusta causa iræ, quàm mox explicauit.* Pietate.] *in Cæsarem, & in patriam, si non mouemini pietate saltem ira nos moueat.* Ex cunctis.] *ex contemptu irã conflat, nam sunt pro imbecillioribus à Pompeio electi.* Ierit.] *transierit,* Paruo sanguine.] *parua cæde Pompeij.* Peterem umbras.] *morerer.* In nullo.] *in conspectu, si Cæsar me pugnantem aspiceret, fœlicior è uita decederem.*

Confringite tela.] *irruite in ferrum, nec expectate ut hostes in uos emittant.* Iam.] *Confirmat eos à spe subsidij breui affuturi.* Perit longinqua.] *apparet longius.* Securasq; fragor concussi.] *nil enim huiusmodi metuebat.* Vendicet.] *recipiat,*

B Dum morimur.] *moriendo pugnamus.* Vox.] *adhortatio.* Furorem.] *impetum & iram pugnandi.* Classica.] *Tubæ quarum concentu milites animantur.* Non succendunt.] *non excitant.* Sciuri.] *aduersuri.* An uirtus deprehensa.] *an uir fortis à multis in quo loco oppugnatus, posset aliud quam mortem consequi, quoniam etiam victoriam gloriæ potest,* Deprehensa numero loco q́ obsessa pluribus & indebili loco. Euoluit.] *in hostes immittit.* Obruit corporibus.] *interimit ictibus cadauerum.* Totaq; uiro.] *omnis materia erat ei telum* Virgil. Rumanti telum ira facit. Moles.] *saxa.* Seq;.] *corpus suum quod uidebatur uelle in hostes immittere.* Sude.] *Palo.* Conto.] *pertica.* Detrudit pectora contraria.] *repellit contra uenientes milites.* Manus.] *ascendentium.* Obtrit.] *frangit.* Dissipat.] *dispergit.* Campage fragili.] *Galea uel castide debili.* Ardentibus oculis.] *in quos telum ignitum immiserat.* Vt primum.] *postquam*

C *cadauerum cumulus est muro æquatus in medios hostes se immisit.* Cumulo.] *Congerie cadauerum.* Solo.] *solum intelligit struem illam & locum, qui ipsos sustentabat. Est enim solum, quod omne aliquid sustinet.* Quam per summa.] *quàm Pardus celeritate sua per uenabulorum aciem saltat inter uenatores, est autem Pardus Leoni similimus, nisi quod iubis caret.* Compressus.] *obsessus.* Vallatus.] *circundatus.* Cuneos.] *multitudines peditum, quæ iunctæ cum acie primo angustiores, deinde latiores procedunt.* Omni bello.] *toto qui in eum pugnabat exercitu.* Quem respicit.] *solo enim aspectu perterrebat, & territum feriebat.* Mucro hebes.] *ensis obtusus.* Non asper sanguine.] *non obstitus cruore, qui crebris ictibus excruciabatur.* Perdidit opus.] *amisit uulnerandi officium.* Frangit sine.] *interpretatio est.* Tota moles.] *acies pugnantium.* Nulla manus fuit, non certa.] *omnes, uel ipsum, uel scutum feriebant.* Nouum parq;.] *inauditum certamen, quod in unum pugnarent innumeri.* Bellum.] *uniuersas Pompeio copias.* Vmbo.] *Clypeus.* Fragmenta.] *frustra quæ ipsius caput uexabant & uulnerabant.* Compressa.] *restricta.* *Nec quidquam nudis uitalibus obstat, nihil prohibet quo nimis feriatur in uitalibus, hoc est, in locis in quibus est uitæ summa, ut in præcordijs femore iugulo cerebro, post aurem & musculis quibusdam.*

Nec obstat.] *nam inermis. Iam erat tantummodo hastæ corpori & scuto, affixæ ipsum defendebant.*

Quid nunc uesani iaculis leuibusq; sa.] *irrisio in Pompeium cum laude Scæuæ.* Ictus.] *percussiones quæ nunquam Scæuam interimunt.*

Pharsalicæ.] *Genus teli missile, quo utuntur ex Phalis, id est, ex turribus & editis locis, est autem in modum hastiæ ualido ferro præfixa intra tuba, cuius hastile Sulphure resina bitumine & stuppis conuoluitur infuso oleo, quod incendiarium uocant, & è balista emittitur.* Vibrata neruis tortilibus.] *emissa funibus, quæ fiunt ex capillo maximè muliebri, uel è neruis quibus tenditur balista, ut docet Vitruuius.*

Pondera muralia.] *saxa ingentia.* Aries ferro.] *trabs ferrata.* Balista.] *tormenta quæ saxa emittuntur & hastæ.* Limine portæ.] *è munitionibus, quas egredi uultis.* Stat non fragilis pro Cęsare murus.] *stat pro muro, qui non facilè dirui possit.* Credi clypeo.] *committi & fidere clypeo ipsum abiecit, ut sinistra etiam posset hostem ferre.* Vacasse.] *nõ exercere.* Aut uixisse.] *statuerat enim illic pro Cæsare mori.* Solus obit.] *hoc est infert & patitur, tot uulnera, quod innumeri bellantes pati inferreq́ possent.* Spuam.] *multa tela.* Fessis gradibus.] *languido corpore.* In quem cadat.] *In quem sese immittat.* Par monstris pelagi.] *par cetis, hoc est, ingentibus piscibus, in quorum tergis frutices, & arbores oriuntur, emittunt enim supra mare formam seopulorum.* Libycæ sic bella terræ.] *Scæuam comparat elephanto.* Ab armis densis.] *à multis uenatoribus.* Missile.] *telum.* Tergo squalenti,] *corio duro & squalido.* Hærentes.] *affixas,* *Cute mota corio contusso & tumefacto.*

Citra cruorem.] *& tela ad sanguinem non perueniunt, sed collo & corij fordi inhærent.* Tot facta.] *tot uulneribus unus perire non potest.*

Dictæa.] *dum acriter pugnaret oculum sagitta faucius hastam perfregit Inde Pompeij Centurionem sibi notum est allocutus. Salua tibi similem salua amicum, accuratores mihi adhibe. Ad hæc uerba cum duo accurrerent, unum occidit, & alterius humerum ense deiecit, ut tradit Appianus.* Dictæa.] *Cretensi.*

Gortinis arundo.] *Sagitta Cretensis à Gortina oppido in Creta, ubi calam inascuntur sagittis aptissimi.*

Certior omni uoto.] *quæ fœlici successu ultra desiderium emittentis eum percussit.* In læuum orbem oculi.] *Periphrasis in oculum læuum.*

Ille rumpit.] *hoc est Scæua cum oculo ferrum eiecit. Alij tradunt eam hastam perfregisse.*

Vincula.] *Neruosas radices, quibus oculis continetur.* Calcat.] *pedibus premit.* Pannonus haud aliter post ictum.] *Non secus inquit, ursa telum, quo uulnerata est appetit.* Pannonis.] *Pannonia regio terminatur Noricis, Danubio, Illyrico & Dalmatis.*

Libys.] *uenator Libycus.* Amentauit.] *iecit ex Amento, hoc est ligula quæ telo innectitur.* Habena.] *amento.* Impedit.] *inuadit.* Receptum.] *quo uulnerata*

uulnerata est. Circuit.] *circuendo conatur apprendere.* Fugientem secum.] *quæ secum cluuertitur, uel quam fugiens fert.* Perdiderat uultum.] *Ita & ammonia in uultu non noscebatur, nam euulso oculo cruentáq; facie terrorem hosti minus incutiebat.*

Cruento imber.] *fluxu sanguinis.* Lætus fragor.] *Conclamauere Pompeiani, ubi Scæuam uulneratum uiderunt, non aliter quàm si Cæsarem uulnerassent.*

Furorem.] *iram.* Et â uultu.] *composuit enim uultum ad misericordiam commouendam.*

Collatura meæ.] *ad meam mortem non opus est uulneribus, sed sat erit è uulneribus tela educere, ut sanguis emanet.* Sis scæua relicta.] *Efficite utcunq; dear potius Cæsarem reliquisse, quàm cum gloria pro eo periisse.* Honestæ.] *laudatæ.* Recto mucrone.] *intenta cuspide.* Membraq; captiui pariter latrus.] *cum sublimem portare tentaret.*

Incaluit uirtus atque una cæde.] *fortitudo renouata est, successúq; recreata.* Subactum.] *uictum & subiugatum.* Similem uestri.] *imbellem.*

Segnemq; ad fata.] *timidum.* Pompeij uobis.] *plus inquit, ego cupio mori, quàm uos Pompeium & Senatum saluos esse optetis.* Altus.] *qui altè apparebat.* Dedecus hic belli.] *Aduentante non reuera Cæsare, Sed P. Sylla libertati sunt eo dedecore Pompeiam ne solum Scæuam, sed ipsum Cæsarem fugere uiderentur.* Hic.] *puluis.* Dedecus.] *infamiam fugiendi.* Crimenq; reui.] *culpam.* Ruis.] *moueris.*

Subducto Marte.] *Nam recipientibus se Pompeianis, cùm non haberet in quos pugnaret cecidit.*

Vires pugna dabat.] *ex cædibus fortior euadebat.*

Labentem turba.] *cadentem, morientem.* Defectum.] *qui iam defecerat.* Adorant.] *supplicitèr uenerantur.* Numen.] *Deum quendam fortitudinis.* Speciem.] *imaginem uiuam & tractabilem. Virtus enim incorporea est.* Deos.] *deorum imagines, quæ erant in Castello & Martis simulachrum, quod nudauerant.* Fœlix.] *Pathos hæc habet oratio à fortitudine in cassum, & sine uera laude consumpta, quoniam non pro iustitia & libertate, sed impiè contra iustitiam se exercuit, quare erat feritas & immanitas appellanda.* Iber.] *Hispanus. Quanquam & Iberes gentes sint ultra Armeniam.* Cantaber.] *In Hispania Tarraconensi Cantabri sunt, uerguntq; ad Oceanum, & breuibus armis utuntur.* Teutonus.] *in Gallia est, ut diximus libro primo.* Non te.] *Valerius Maximus tradit de bellis ciuilibus triumphare nõ licere, nec ouare, & ut ait poëta Ioui Capitolino spolia referri non poterant.* Vlulare triumphis.] *Clamando prosequi triumphantem.* Virtute.] *fortitudine.* Parasti dominum.] *fecisti Romam seruam.*

Nec magis.] *Pompeius posthæc magna celeritate impositis sagittarijs & militibus in nauibus media nocte, ipse cum sexaginta cohortibus per terram ad eam partem munitionum accessit, quæ pertinebat ad mare, resciebat enim ex transfugis transuersum adornare, uallum nondum illic esse deductum. Itaque terra mariq; pugnans erupit, & in campo aperto posuit castra Cæsar, ijs cognitis non lõgè ab eo castrametatus est, & cum Pompeij legionem cognotam aliquot cohortibus aggrederetur, uictus est. His duobus prælijs desiderati sunt milites Cæsaris nongenti LX. Romani equites quadringenti & Tusculanus.* A Placentia centum, à Puteolis centum, à Capua decem sacrati uiri, & decem Tribuni militum, & Centuriones duo & triginta. Signa militaria duo & triginta amissa sunt. Pompeius eo prælio Imperator est appellatus, atque hoc nomine salutare passus est. Sed neq; in litteris scripsit, neq; in fascib. insignia laureæ protulit. Nec piger Marte dilato.] *nec piger fuit, nec prælium distulit.* Laffatur.] *fatigatur & hebescit.* Se.] *ipsum mare.*

Alti montis.] *qui altior est scopulo. Scopulus enim magnis obruitur fluctibus, qui ad summitatem montis nunquam perueniunt.* Ruinam feram.] *nam frequenter percutiendo, & exedendo montem dirui t.*

Vicina profundo.] *propinqua mari.* Rapit.] *expugnat.* Gemini.] *maritimi & terrestris.*

Armaq; latè spargit.] *& munitiones egressus per liberos campos uagatur.* Laxa.] *extendit.* Iuuat.] *delectat enim.* Licentia permissa.] *quod liceat permissumq; ei sit mutare nouam tellurem.* Sic.] *eruptionem Pompeij Pado stagnanti comparat.*

Pleno ore.] *undanti Aluco.* Super excurrit ripas tutas aggere.] *superegreditur ripas munitas aggeribus.* Concutit.] *tremefacit.* Siqua tellus succubuit: *siqua pars aggeris loca mota est euersa.*

Furentem cumulum.] *magnam uim fluminis.*

Ruit.] *præteriti temporis est.* Aperit sibi campos.] *per ignotum campum fluit, & alueum facit.*

Terra fugit.] *in aliam ripam traducitur. Est enim ex legibus id constitutum, ut quod fluuius alicui agro aufert, additúq; alteri, eius domino cui additur cedat.*

Ignis clarus.] *flamma sublata uel fumus ex igne, ut ait Cæsar. Die enim fumo, nocte flamma signũ datur.*

Specula.] *eminenti loco.* Impulsos.] *prostratos.*

Presso.] *sedato, iamdudum enim expugnatis castellis Pompeius præterierat.* Frigida.] *non recentia.*

Pax.] *tranquillitas & solitudo.* Furorem.] *iram Cæsari.* Quies & somnus.] *quod quiescerent & dormirent.* Vel in clades.] *etiam in certam mortem.* Gaudia.] *Pompeianorum ex uictoria.* Minax Torquato.] *qui Præfectus Pompeij Castellum expugnatum seruabat.* Ruit.] *impetum facit.* Qui Cæsaris arma.] *qui Cæsare uiso intra murum interiorem suos metu retraxit.* Haud uidit segnius.] *non nimis diligẽter prospexit, Liptote.* Quam malo nauta.] *quàm nauigator ad Circeum in mari Tyrrheno, cùm primùm tempestas inuasit, uela demittit.* Muro breuiore.] *Cæsar hoc loco geminum aggerem fecerat. Torquatus in interiorem sese receperat, ut fortior esset, densioresq; milites haberet. Cæsariani uerò qui exteriorem iam occupauerant aduentante Pompeio, quia suis opem ferebat, præ metu fugam arripientes in arma incidebant. Potuisset hoc loco Pompeius debellare, sed cùm non instaret Cæsar, negauit eum uincere scire, ut Suetonius ait.*

In hostem.] *contra Cæsarem qui erat intra primum uallum, & in medio hostium. Intus enim Torquatus extra Pompeius erat.* Non sic Aetneis.] *Non aliter metuit Cæsar aduentum Pompeij, quàm solet Catienses metuere, quum Aetna flammam emittit, per montemq; spargit.* Enceladum.] *ignem quem Gigas spirat Enceladus, qui esse fertur sub Aetna.*

Eggerit.] *uocant.* Aetna torrens flamma.] *Aetna*

A *Aetna fluens & æstuans.* Defluit.] *discurrit in campos.* Victus.] *territus aduentu Pompeij.* Ante aciem, *ante quam manum cum hoste adueniente consereret, & ipsum uideret.* Cæci.] *quia qui timent quid sint acturi non prouident.* Ruit in fata.] *in mortem inscius, quod ageret se præcipitat.* Totus cruor.] *potuit hic fieri omnis cædes, futura ita ut pax sequeretur.* Dux.] *Pompeius repressit milites ne Cæsarianos persequærentur.* Fœlix.] *exclamatio cum commiseratione.* Sylla.] *Historiam poëta confundit, nisi per Syllam aut Pompeium ipsum, aut quempiam Pompeianum accipiamus. Sed profecta non seruato tempore & loco. P. Syllam qui sub Cæsare militabat demonstrat, de quo in prælio superiori, ubi periit Scæua, sic ait Cæsar. Interim certior factus.* P. Sylla, *quem descendens castris, præfecerat Cæsar auxilio cohorti, uenit cum legionibus duabus, cuius aduentu facilè sunt repulsi Pompeiani, neque uerò conspectum, aut impetum nostrorum tulerunt, primisq; dejectis reliqui se uerterunt, & loco cesserunt. Sed in-*

B *sequentes nostros, ne longius persequerentur, Sylla reuocauit, ac plerisq; existimant, si acrius insequi uoluisset, bello eo die potuisse finiri.*

Tibi.] *Ad tuam utilitatẽ, & non ad Cæsaris, ut uincere Sylla potuit.* Summa scelerum.] *maximum inter scelera tua uidelicet, quod pium generũ oppugnaueris.* Libyas.] *Aphrica non uidisset tot cædes, ut ad Vticam factas, nec Hispania ad mundam, nec Nilus Pompeij fuisset cruore infectus.* Cadauer.] *Pompeij.* Phario rege.] *Ptolemæo rege Phari insulæ Nili.* Nec Iuba.] *rex Numidarum.*

Marmaricas.] *Marmaridæ populi sunt ad Syrtim maiorem usque porrecti.* Vmbras Pœnorum.] *Aphricanorum quæ sunt Romani sanguinis auidi.*

Scipio.] *qui Dux erat exercitus, & reliquiarum Pharsaliæ.* Vita.] *uiuentes ipsi, & illius seculi homines.* Exire è medijs potuit Pharsalia fatis.] *potuit non fieri pugna Pharsalica.*

Deserit.] *Cæsar à Pompeio fugatus, in Thessaliam se contulit, Pompeius inuitis suis, qui eum hortabantur,*

C *ut in Italiam reuerteretur, eum est persecutus. Sed Cæsar, cùm primum illuc peruenit, coniunctio cum Domitio exercitu Gomphos oppidum expugnauit, & militibus diripiendum concessit. Inde Metropolim, qui primum portas clauserat exemplo Gomphorum, territam in deditionem accepit. Postea nulla Thessaliæ ciuitas fuit, quæ Cæsari non pareret, præter Larissæos, qui magnis Scipionis exercitibus tenebãtur. Pompeius uerò cum primum aduenit Scipionis est milites adhortatus, ut parata iam uictoria prædæ, ac præmiorum uelint esse participes, receptisq; omnibus in una castra legionibus suum cum Scipione honorem partitus est.*

Sedem.] *munitiones suas.* Auerso.] *irato quia uictus fuit.* Agmine lacerto.] *exercitu fugato & fracto.* Comites.] *Pompeiani.* Patrias sedes.] *Romam.* Reddam me patriæ.] *Reuertar in patriam, nisi dimisso exercitu facta pace.*

Surgente moto.] *in principio belli.* Vellem committere aciem.] *uoluissem præliari.* Dum bella relegem.] *modo procul ab Italia bella calamitatesq; abigam, non erat mihi molestum, extremas mundi regiones adire.* Scythici.] *ibo ultra Scythas Septentrionales.* Ardentes plagas.] *deserta Aphricæ, Aethiopiam, Indiam, quæ Solis æstu infestantur.* Victor tibi Roma quietem eripiam.] *certè non, nec me uictore uexabere.* Ah potius.] *Dummodo sis expers damnorum te Cæsar possideat.* Candauia.] *mons Epyri, qui Illyricum à Macedonia separat.*

Contigit.] *tetigit.* Bello quam fata para.] *in qua fata constituerant certaretur.* Thessaliam qua parte.] *Topographia. Thessalia inquit ab Oriente Brumali Ossam, ab Occidente æstiuo Pelion, à Meridie Otrim, ab Occidente Pindum, à Septentrione Olympum habet. Sed in hoc errat poëta, quod inter Ossam & Olympum Pelium, qui ad Orientem Hybernum est, interponit, & Ossam ad Aestiuum, ut Ptolemæus & libro 7. Herodotus docẽ, & ipse mox dicet Olympũ Ossæ coniũctum. Pelium ergo pro Ossa, & Ossam pro Pelio posuit. Est autem Pelij altitudo, ut Plinius tradit, M. CC. L. passuum.* Coërcet.] *terminat & stringit.*

Attollit diem.] *erigit lucem suam.* Quum per.] *ab Oriente Aestiuo Pelion est.* Opponit umbras.] *iaciuntur enim in Occidentem recta ab Oriente linea.* Otris.] *mons.* Submouet medios ignes cœli.] *repellit meridianum Solem & Otrim esse altissimum indicat.* Caput Solstitiale Leonis.] *Aestũ Leonis, & Solstitij, quod est sexto Calendas Iulij apud Columellam, Sole uerò existente in Cancro, & non propriè in Leone.* Pindus.] *mons qui Occidentem uersus à tergo Zephyros excipit. Iapiga uentum, quem Fauorinus Caurum existimat. Eum Appuli uocant Iapigã.*

Præcidit lucem.] *subtraxit lucem, & inumbrat Thessaliam, quam præ eius altitudine Sol Occidens spectare non potest.* Vespere maturato.] *fine diei accelerato, nam prius noctem inducit, quàm Sol occiderit.*

Habitator.] *qui incolit radices Olympi, quæ ab interiori parte Borea uexari non possunt: Septentriones & Vrsam maiorem non cernit.*

Perpetuis quondam.] *Thessaliæ planities, inquit, olim fuit palus ab Hercule desiccata.* Retinent.] *retinebant.* Tempe.] *locus inter Ossam & Olympum, quinque milium passuum longitudine, & fermè sex latitudine, ultra uisum hominis attollentibus se dextera, leuaq; leniter conuexis iugis. Intus sua luce uiridante allabitur Peneus, uiridis calculo arenus circa ripas gramine. Canorus auium concentu. Accipit amnem Orcon, nec recipit olei modò supernatantem. Ouid. Est nemus Hæmoniæ prærupta quod undiq; claudit: Silua uocant Tempe, per quæ Peneus ab imo. Effusus Pindo spumosis uoluitur undis.* Peruia.] *patens, nam tunc illac flumina non egrediebantur.*

Nec dant aditus Pelagi.] *nec sinebant in Pelagus labi.* Implentibus.] *in implenda Thessalia occupatis.*

Cursus erat crescere.] *loco cursus crescebant.*

Postquam dij.] *postquam Ossam ab Olympo Hercules separauit, & si Herodotus lib. 7. dicit à Neptuno, siue terræmotu id factum.* Nereus.] *mare.* Ruinam.] *impetum.* Melius.] *præstitisset enim, ut habitabilis facta non esset.* Eminet.] *apparuit tunc.* Pharsalos.] *locus ubi ædificatum est oppidum Pharsalos, quod duplex est uetus & nouum, iuxta quod est Tethidis fanum, & hanc oram Achilli subiectam fuisse suspicantur, ut ait Strabo.* Phylace.] *oppidum prope Thebas Phioticas, ex quo fuit Protesilaus, qui primus bello Troiano*

perijt.

cepit: nam victorē sequūtur. Apula.] *Apulia regio Italiæ Adriatico mari, proxima inter Daunia et Calabriam.*

Brundusij.] *Brundusium Mesapiorum lingua Strabo docet, sonat Cerui caput. Est autem Calabriæ oppidum.* Vrbs est.] *Brundusium Cretenses, qui ē Gnoso cum Theseo discesserunt habitasse, memoriæ proditum est, postea alios e Sicilia cum Iapige digressos: nam utroque modo fama est, cum unà permanere nollent in Bœotia discessisse. Idem est author.*

Dictæis.] *Cretensibus. Dictæa enim in Creta mons est, qui Dictæus dicitur. Strabo tradit.* Cecropię.] *Athenienses. Theseus enim Athenas in Cretam ad Minotaurum, sorte delectus, uel sponte se contulit. Nota est fabula apud Plutarchum & Diodorum. Eam in principio Aeneidos Virgil strinxit.* Mētitis uictum Thesea.] *iusserat Aegeus discedenti filio, ut si uinceret Minotaurum, uela quæ nigra erant, mutaret in alba, sin minus, in nigra referrentur. Sed illis oblitis mutare: cum Aegæus nigra uela redeuntium conspexisset, se præcipitauit in mare, quod postea Aegeum est appellatum.*

Mentitis.] *falsum de Theseo indicantibus.* Hanc linguam.] *terram tenuem exporrectam in linguæ formam.* Cogentis in arcum.] *constringentis se inflexum, in cuius uno extremo. Calabria in medio Tarentus: in altero magna Græcia & Brutij sunt, nec nos lateat portum, quem poëta describit, Virgil. in 1. Aeneid. effinxisse his uersibus: Est in secessu longo locus insula portum. Efficit &c. quanquā & Hispaniæ Charthaginis portus huic similis est.*

Claudit.] *complectitur.* Cornibus.] *rupibus exporrectis in formam cornuum ceruinorum, quibus similimæ sunt, & urbs ipsa caput imitatur.* Nec tamen.] *flexus hic mōtium portum non faciebat, nisi esset opposita insula.* Coros.] *Ventos ab Occasu solstitiali flantes.* Refunderet undas.] *remitteret fluctus, quibus feritur.* Lotas.] *discurrentes.* Flatus.] *Ventos.* Contentæ funę.] *quæ non indigerent anchoræ & tutæ essent.* Late patet.] *aperta est in omnem partem nauigatio.* Corcyra.] *qui insula est in Ionio, Phæacum patria Alcynoi regnum, olim Scherea dicta.* Illyris.] *Europæ regio, quæ terminatur Italia, Germania, Macedonia, Thracia, Epyro, & mari Hadriatico.* Epidamnos.] *oppidum in Epyro, quod propter inauspicatum nomen, ut Plinius inquit, Romani Dyrrhachium appellauēre.* Quum totas Hadriatires.] *Quando in Hadriaco tempestas exoritur.*

Huc.] *in portū Brundusij.* Ceraunia.] *montes Epyri à crebris fulminibus dicti. κεραυνὸς enim fulmen interpretatur.* Abiēre in nubes.] *pleni sunt nubibus & non uidentur.* Sason.] *insula contra Calabriam, quæ, ut Strabo ait, ipsius interualli, quod inter Epyrum & Brundusium interiacet, media sita est, propterea qui rectum nauigando tenere cursum nequeunt: à Sasone ad Hydruntem leuorsum iter faciunt.* Reliquos relictis.] *Italiæ.* Nec licet.] *Non enim habebat classem paratam, & Cæsar facilè poterat Hispaniam occupare.* Conuertere Martem.] *Metonymia.*

Iberos.] *Hispanos qui longo spatio distabant Alpibus interiectis.* Tum sobole ex tanta.] *ex nobilibus præstantibus illis Cn. Pompeium maiorem natu est allocutus, ut undiq; conuocaret auxilia.* Recessus.] *remota loca.* Euphraten.] *accolas eius. Euphrates in Armenia iuxta fontem Tygridis oritur, Babylonémq; in duas diuidens partes Mesapotamiā irrigat more Nili, & inde Euphrates nuncupatur, quoniam Euphrata fertilitas accolarum lingua dicitur, effluit autem in mare rubrum.* Cylicas.] *pyratas.* Quas est uolgata per urbes.] *Omnes populos ad quos peruenit nomen Romanum postquam ego fui Imperator.* Pharios.] *Aegyptios. Pharus insula est in Nilo coniuncta Alexandriæ ponte, in qua turris altissima, unde nocturnum ignem nautæ prospicere soliti, & pericula uitant: & in portus se dirigunt.* Tygranemq;] *regem maioris Armeniæ, de quo sic Valerius, ubi de humanitate atq; Clementia regem Armeniæ Tygranem, qui & per se magna cum populo Romano bella gesserat, & infestissimū urbi nostræ Mythridatem Pōto pulsum uiribus suis protexerat in conspectu suo diutius iacere, supplicem passus non est, sed benignis uerbis recreatum. Diadema quod abiecerat, capiti reponere iussit, certisq; rebus imperatis in pristinum Fortunæ habitum restituit æquè pulchrum esse iudicans, & reges uincere & facere.*

Meum.] *de quo sum benemeritus.* Pharnacis.] *Pharnax Mythridatis filius, cùm à patre bello Mythridatico defecisset mortis illi causam præbuit.* Vtraque.] *Maiori & minori.* Ponti.] *Maris Euxini, quod à Meotide palude incipit, terminatur q; Hellespontо: supra ipsum autem multæ & diuersæ habitant nationes.* Ripheas manus.] *Multitudines incolarum Riphæorum montium. Sunt autem Riphei in Scythia à perpetuo uentorum flatu denominati: nam ῥιπίσσω. idem est, quod ἔω. hæc regio assiduis obsessa nuibus uices temporum non nouit, sed est in nubem æternæ caliginis mersa, ut Solinus ait. Riphæi in Arcadia sunt quibus ad differentiam subtrahitur aspiratio.*

Palus Meotica.] *Meotis palus in Scythia, non profunda. nam non est altior, * * * pedibus, habet in habitu septingenta milia passuum. Eam Tanais Riphæis montibus fluens ingreditur, & exit in Pontum: adeoq; duratus gelu, ut uehicula super eam accolæ ducant.*

Triumphi.] *Populi de quibus triumphauimus, milites nobiscum.* Per ortus.] *per Orientem.* Et uos qui Latio.] *Consules adhortatur, ut in Epirum se conferant ad Græcos & Macedones solicitandos.*

In Epyrum.] *Epyrus in Europa regio, olim dicta Molossia. Sunt tamen qui Chaoniam & Holossiam Epyri partem esse dicant.* Signatis Fastos.] *id est, quorum nomina in Fastis notantur. Tempora enim & anni à Consulum nominibus signabantur. Fasti sunt libri qui totius anni continent descriptionem.*

Boreas.] *Ventus Septentrionalis sonorus.*

Macedonum.] *Macedonia à Macedone Osyridis filio dicta est, ut docet Diodorus: Eam ab Oriente Thracius limes præcingit. Meridiana Thessali & Epirotæ tenent, ab Occidente Dardani sunt & Illyrici, à Septentrione Pæonia & Paphlagonia.*

Dat tempus paci.] *Non est certandi commoditas.*

Gerunt iussa.] *obtemperāt.* At nunquam.] *Cæsar his quæ hactenus egerat non contentus, à Corphinio se Brundusium contulit, Pompeiumq; illic frustra obsessum capere statuit.*

Ne quid fatis mutare liceret.] *ne quid aduersi accideret, & hostes firmiora sibi auxilia compararent.*

Assequitur.] ualde sequitur.

Præmit.

A Premit uestigia.] urget Pompeiũ. Maxima merces.] nam qui Roma potitur, uidetur totius mundi imperiũ ob tinere. Oppressæ.] occupatæ. Præceps.] subitus, expeditus & diligens. Quum quid superesset.] finem earum rerũ prospiciebat & exoptabat. Instat atrox] cum atrocitate perseuerat. Communem.] communiter possessam. Rursus,] nam paulò antè Consules libere & securè Dirrhachium nauigauerant. Aperto.] Libero hostibus. Sed molibus undas.] Brundusium Cæsar ueniens, cùm accepisset Consules magna cum exercitus parte se Dyrrhachium contulisse, Pompeiũq; Brundusij cum decem cohortibus remansisse, ueritus ne Italiam dimittendam Pompeius non existimaret: exitus, administrationesq; Brundusij portu impedire instituit, quorum operum, ut scribit Cæsar, hæc erat ratio. Qua fauces erant angustissimæ portus molem atque aggerem ab utraq; parte littoris faciebat, quod his locis erat uadosum. Longius progressus, cum aggere altiori aqua contineri, non posset rates duplices quoque uersis pedi-

B anchoris ex quatuor, angulis distimebat, ne fluctibus mouerentur. Iis perfectis collocatisq; alia deinceps pari nauigatione rates iungebat; has terra atque aggere contegebat, ne aditus atque incursus ad defendendum impediretur, à fronte atque ab utroq; latere, ac pluteis, protegebat in quaque earum turres binorum tabulorum excitabat, quo commodius ab impetu nauium incendijsq; defenderet. Molibus.] ingentibus saxis & aggere. Obstruit.] claudere conatur. Dejectis.] excisis ex insula & rupibus portus. Cedit in immensum casus labor.] Hypallage labor immensus cadit in cassum. Vorax.] irreplebilis. Arenis.] arenosæ profunditati. Vt maris Aegei] non aliter, inquit, quàm si Erix mons Aegeum præcipitetur, aut Gaurus in Auernum, & non appareant. Aegei.] Aegeum mare, uel ab Aegeo patre Thesei, qui seipsum præcipitauit, uel à scopulo capræ simili denominatum, αἴξ enim capra est. Erix.] mons in Sicilia, in quo templum est Veneris Erycinæ, & sepulchrum Erycis filij, quem Hercules cum eo certans, cestibus interemit. Gaurus.]

C mons in Campania, Massico & Surrento propinquus. Auerni,] qui lacus est in sinu Baiano dictus quasi ἄορνος, id est, sine auib. Penitus stagnan.] profundissimi. Ergo ubi.] cum saxorum aggeribus nihil proficeret Cæsar, ratibus exitus occupare constituit. Tenuit sua pondera.] firmauit se. Vado.] non profundo nimis, sed præcipiti. Innectere uincula.] rates ex arboribus & trabibus facere. Tales fama canit] sic & Xerxem, inquit, fecisse ferunt, quum ex Asia in Europam contra Græcos traduxit exercitum. Xerxem.] Xerxes, Darij regis Persarum ex Athossa filia Cyrogenitus, patri successit in regno, bellumq; Græciæ inferens in mare Hellespontiaco, ab Abydo urbe Asiæ, usque in Sexton urbem Europæ, pontem connexit, & pedibus traiecit exercitum. Incessit.] ambulauit. Hellespontirapidi.] id in mare strictum, uelut Hellespontus appellatur, quod à Tenedo in Propontidem usque uergit, sic dictus ab Helle Sorore Phrix, illic submersa, fertur autem esse stadiorum septem. Non Eurum Zephyrumq; non metuens uentorum tempestatem.

Quum uela ratesq; in medium differret athon.] eum montem Athon, magna ex parte nauigabilem fecisset. Athos seu Athon mons est inter Macedoniam & Thraciam, altitudinis admirandæ à classibus Xerxis nauigatus, nam mille & quingentis passibus abscissus est, pons sub Strimone fluuio relictus adeò subcauus & flumen cursum super pontem conficeret, & sub ponte mare inundaret. Ora profundi.] hostia & exitus portus Brundusij. Arctantur casu nemorum.] stringuntur trabibus. Surgit.] augetur. Tellure noua.] erant enim trabes terra constratæ. Compressa.] occupata & colligata. Vt referet Pelagus.] ut aperiat mare, & obijces soluat, nam contra munitiones Cæsaris hæc Pompeius, naues magnas onerarias, quas in portu Brundusino deprehenderat, adornabat, ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, easq; tormentis & omni genere telorum completas ad opera Cæsaris appellabat, ut rates perrumperet, atque opera disturbaret, sic quotidie utrinque eminus fundis sagittis reliquisq; telis pugnabant, atque hæc ita Cæsar administrabat, ut conditiones pacis dimittendas, non existimaret.

Spargat bellum.] dissipet bellicas machinas. Plenæ noto.] plenis uento uelis. Tensis rudentibus.] exotensis funibus, ut maiori cum impetu irent. Rates.] naues onerariæ, quanquam propriè sunt trabes simul connexæ. Actæ.] impulsæ. Per claustra maris.] per mare clusum, id est, portum ipsum. Discussere solo.] remouerunt è suo firmamento. Est enim solum quicquid aliquid sustinet, ut terra, aqua, cœlum. hinc illud. Astra tenent cœleste solum. fastigia mo-

D lis.] summitates aggeris & turrium. Carinis.] Pompeij exiturit. Ballista.] tormenti genus quo hastæ maiores emittuntur dictum à βάλλω quod est iaceo quandoq; pro instrumento quassante muros saxo accipitur. Ouid. Quam graue balistæ mœnia pulset onus. & in hanc significationem. Victu.] accipit. Torta lacertis.] non emissa, sed intenta & curuata Iaculata fasces.] fustes ardentes & scissas. Vt tempora tandem.] Interea nouem nauibus, & Consulibus Dyrrhachio remissis Pompeij, discessum parauit obstrictis tamen prius portis & uicis, plateisq; ciuitatis, factisq; fossis in uijs, in quibus stipites acutos præfixerat, & ex cratibus, & terra æquauerat, quò facilius Cæsar impetum remoraretur. Idem cum silentio iussit milites naues conscendere. Furtiuæ.] clandestinæ. Exagitet.] repercutiat & audiatur. Neu buccina diuidat horas.] ne uigilum permutationes signo buccinæ fiant, ut moris est, nam è ternis in ternas horas alij euocantur. Buccina.] litus. Neu tuba.] neu signum profectionis tuba daretur. Iam cœperat ultima uirgo.] Duplicis descriptio temporis. Nam & tempus ante aurorã designant, & æquinoctium autumnale, quod est circiter octauũ Calendas Octobris, tunc enim Sol est in Libra, quàm Virgo præcedit. Vltima uir.] ultima pars Virginis. Chelas.] brachia Scorpij, quæ Libram efficiunt. Laturas Phœbum.] in quibus erat Sol oriturus. Non mouit uoces.] solent enim nautæ in anchorarum euulsione clamare.

Dum iuga cum antur mali.] dum antẽnæ, id est, trãsuersa in malo ligna inclinantur ad uela aptanda. Pinus.] malus ex Pinu. Pauidi.] ne Cæsarẽ audirent. Pendentes.] ascendentes & descendentes per funes. Deducunt Carbasa stricta.] explicant insoluta uela. Ne arua sibilet.] ne sonitus fiat. Dux.] Pompeius.

Hoc

muliebre uersatile quadratum, cuius Ouid. meminit & Propertius lib. 3. Stamina Rhombi, ducitur ille rota, & in secundo. Deficiunt magico toti sub carmine Rhombi. Alio quodam usu dixit Virg. Terna tibi hæc primum triplici diuersa colore Licia circūdo. Vices.] uicissitudines noctis & diei. Dies dilata.] lux in multū noctem producta est sole se firmante. Munus præ.] cœlū uolubile. Torpuit] non uoluit se. Polos impulsos.] cœlum quod impulit. Axibus rapidis.] uelocibus firmamentis. Non ire.] non uerti. Complent imbribus.] replent pluuia. Calido Phœbo.] sereno æstu. Tonat.] resonat uocibus ijsdem, simili excantatione. Excussere Nebulas.] excusserunt pluuias quæ emanāt è nebulis. Nymbos.] uentos inducentes serenitatem. Solutis co.] passis capillis. Intumuit.] in fluctus erectum est. Rursus.] contra. Conticuit.] siluit, quieuit. Turbante] cōcitante. Sinus ferentes.] puppim tremuēre, uela sunt facta tumida contra uētum in quem fertur & nauis. Torrens.] copia aquæ præcipitis & nō natiuæ. Flexus.] firmans & qui non fluxit. Virgil. Sistere aquam fluuijs, & uertere sidera retro. Abscisa.] decliui & præcipiti. Non qua prono] sed sursum. Nilū non extulit æst.] nō auxit & emisit in agros, ut solet. Meander.] fluuius flexuosus, qui Cariam irrigat, unde in tertio eum errantē appellat. Arar.] qui leuissimus est, & moueri non uidetur, Rhodanum ingreditur celerrimum. Submisso.] demisso & in planum effuso. Olympus.] mons Macedoniæ in cujus summū nubes nunquam perueniunt. Suspexit.] se altiores aspexit. Scythicæ.] quæ altæ sunt & duræ. Bruma rigeret.] hyems aspera esset. Dimaduere.] dissolutæ sunt. Impulsam sidere The.] Oceanus, qui horis lunaribus solet augeri, non crescit harum carminibus prohibentibus. Denso litrore.] non enim ut solet terras inundat. Terra quoq;] faciunt terræ motū & firmamentū terræ, centrumq; ipsum, qui immobilis est, ut Macrobius tradit, cōcutiunt. Axem.] centrum. Vergens nisi.] inclinans se & firmans. Titubauit.] contremuit. Mediū in orbē.] in centrū. Tantę molis onus.] terra inquit, aperit & scindit se magica uoce, aliamq; cœli partem ostendit, quæ est sub terra. Recessit.] scissum est & separatum. Dedit prospectū] fecit ut uideretur cœlū, quod circa terram uertitur. Potens lethi.] lethiferum. Et genitum nocere.] natum ad hominum perniciem. Et pauet.] mansuefit enim ipsarum carminum, & deponit iram & uim nocēdi. Instruit.] præparat. prodest enim eis, & faciunt ad inferendā mortem. Auidæ] cupidæ sanguinis uel rabidæ. Nobilis ira] solet leo non nisi in magnas feras irasci & supplici homini non nocere. His] uenificis. uel excantationibus. Explicat.] distendit sinus & replicationes. Pruinoso frigido.] serpens enim quanquā sua natura lociq; frigeat earū tamen carmine incalescit & repit. Viperei coēunt.] serpentes dilaniatæ redeunt in integrum corpus, nodosq; faciunt. Humanoq;.] naturale est, ut afflati à serpentibus homines lædantur, & pereant, ipsæ tamen efficiunt, ut serpentes afflatu hominum moriantur. Quis labor cum exclamatione, inquit unde tantam uim habeat magica. Labor.] laboriosa cupido, spernēdi timor, quod timēt spernere. Cōmercia.] cōmutationes & cōcordiæ. Haberе deos astrictos.] obligauēre ad obtemperandum. Mercentur.] ipsæ ueneficæ. Pietate ignota.] ut alij nesciant eam pietate colere deos, est & Ironia. Minis raptis.] quas tacitè in deos intendunt. Hoc iuris.] hæc potestas. Imperiosa.] superba & cogentia Deos. Certum.] proprium, separatum ab alijs. Qui] certus qui cogitur cogere mundū. Illis.] Thessalis primū deducta sunt è cœlo sidera & stellæ. Phœbę serena] Luna clara. Obsessa uenenis.] excātata carminibus. Arsit ignibus.] rubuit luce nō clara sed fumosa, ut est terreni ignis. Quā si tellus.] quā si eclypsim pateretur, quæ fit interpositione terræ inter ipsam & Solē. Imagine frustrem.] ab aspectu Solis, qui est eius imago simillima. Intersereret.] Immisceret ipsa tellus umbras, id est, noctē usq; ad sidera & astra, cum non excedat altitudinem Lunæ. Deprehensa.] obsessa uel depressa facta uicina terræ. Propior.] uicinior. Labores.] ut pallere & deduci. Despumet.] spumas emittat, quib. postea utantur ad uenificia. Hos scelerū] Erichtho Thessalidū scelestissima reliquarū morem nō sequebatur. Sed noua institutа sibi induxerat, nō enim urbes ingrediebatur nō domos, sed in sepulchris habitabat ad baratq; inferos arbitrio suo. Trichtho pietate. Ironia est potestq; id à uerbo regi Gentis.] Thessalidum. Busta] loca in quib fuēre combusta cadauera. Expulsi.] uel uenificio, uel quia sū ipsa habitare metuerent. Nosse domos.] Dij qui uix sinūt uiuos ad inferos ire, sed redire nunquā, uel saltem non sæpe, & qui uoluere res inferū esse ignotas ipsam prohibere non possunt. Vita.] uiuis enim illa nosse nō licet. Tenet ora] effictio. Situ.] putredine squalore. Profanæ cœlest. Erich.] Ignota cœlo sereno, quæ nunquā sū ipsa ei claræ ostenderat, sed noctu errabat. Grauatur.] pena est et oppressa. Stygio.] inferno et qualis mortuis esse solet. Impexis.] inculsis. Nymbus.] uentus & nubes. Subducunt fid.] inducunt obscuritatē, ut Sol, Luna & Stellæ non uideantur. Nudis.] sine cadaueribus. Caprat.] frequenter capit in usum suū. Semina secun. seget.] terrā et herbas aquas calcabat, urebat urrū, que enim seges significat. Et nō lethif. ras spirando.] corrupit salubrē aērem alitu suo. Nec fibr] Sacrificia quibus dij placantur fibris, hoc est iecorum extremitatibus in ignē positis. Funeras] rx rogo rapiat. Flammas.] ardentia ligna. Sepulchro.] Pyra. Nefas.] nō strum scelus. Carmen sec.] repetitā excantationē. Animas.] uiuis mortē inferebat, et diu uicturis, mortuosq; reuocabit in uitā. Infodit] sepelit. Fatis debenta annos.] quanquā aliquis ex fato & sidere suo diu uicturus esset, tamen ipsa uolente moriebatur. Perusa Pōpa.] ex tristitia in lætitiā mutata. Funera.] mortuos. Fugere leth.] reuixere. Cineres iuue.] quibus in ueneficijs uterētur. Ipsamq; parent] faces è manib. parē tū incendentiū filiorū, rogos in uenificia rapiebat. Fiammēta] frustra sandapilæ & carbones per aēra uolitāt & cinerē uestium, & fauillas corporis colligebat Tori feralis.] feretri. Fluentes] dum fluerent Olentes mem.] quæ adhuc seruabant odorē Astabi] si quando uidebat in sepulcris in marmoreo tumulo, ubi corpora desiccātur, & nō corrumpūtur, euellebat illis oculos abrodebatq; ungues dentibus Quibus.] in quibus Intimus hum.] interior cadauerū succus. Ducitur.] educitur, fugitur attrahitur, ut atq; ubera ducunt, & ducerent apricis in collib, uua colorē. Tabe tracta.] macie & sicitate cōtracta uel tabe id est corruptione medullæ eductа, ut sit aphæresis. Durescunt. Siccātur. Desque] ualda

A *ualde fæuit & rapit.* Orbes gelat.]*oculos sanguine cõstrictos.* Excrementa,]*unguiũ purgamenta, qui in mortuo crescunt, ut capilli.* Ore.]*dentibus.* Laqueũ.]*capistrũ alicuius suspensi.* Carpsit.]*laniauit dempta parte.* Cruces.]*saniẽ cruciũ.* Percussaq; uisc. nimbis.]*carnẽ quæ diu fuerat, exposita uentis & pluuijs.* Incoctas.]*duratas.* Admisso.]*recepto.* Calybẽ.]*manicas ferreas, aut clauũ fixum.* Nigrã san.]*cruorẽ putridũ.* Virus coact.]*humorẽ congelatũ.* Et morsus ner.]*& cum nõ posset auferre, quod momorderat impedientibus neruis suspendit se dentib ut auelleret.* Sedet.]*seruat.* Morsus lupo.]*ut prius mordeat lupi quorum ore famelico & ieiuno rapiat membra.* Nec ceſſ. à ce.]*perimit etiã hominem, si calido sanguine indiget. Et eo qui è uulnere primus egreditur.* Sacra Stygia.]*sacrificia.* Extraq; funereq.]*poscunt trepidãtia mensæ, & sacra ex hominis morte, requirũt exta palpitãtia.* Vulnere si uentris.]*si fœtus nondum æditus ponẽdus est in aris per uterum uulneratũ educitur.* Qua natura uoca.]*qua solet naturaliter egredi.* Sæuis umbris.]*anima crudeli*

B *& immani.* Ipsa facit.]*ipsa hominem sæuũ interficit, ut habeat eius animã in suũ usum.* Omnis mors.]*cadauera, cuiuscunq; generis sexus & ætatis, & quacunque morte ceciderit.* Genę flor.]*solet adolescentibus mortuis barbæ lanuginem uellere.* Ephœbo.]*adolescenti.* Leua.]*manu sinistra.* Thessalis.]*Erichtha ipsa Charis.*]*quia propinquorũ.* Trũcauit.]*aliqua parte immi nuit, abscidit enim aut narẽ, aut labrũ, aut aurẽ.* Laxauit.]*aperuit.* Cõpressa.]*clausſa stricta.* Herentem.]*fixã.* Sicco.]*arido quale est mortui.* Infudit mur.]*immurmurauit dixitq; carmina.* Gelidis.]*mortuis.* Mandauit.]*cõmisit aliquid scelus, secretũ ut umbris renunciaret.* Pompeio prod.]*manifestauit Sexto.* Alta nocte poli.]*profundis tenebris.* Titã media qu.]*quũ apud Antipodes est meridies, qui fit media nocte nostra.* Fidi min.]*famuli Sexti Põpeij.* Vagati.]*discurrentes.* Prærupta in rupe.]*præcipiti & alta.* Hemus deuex.]*mons pendens.* Porrigit.]*extendit.* Pharsali am iuga.]*colles, in quibus est Pharsalos oppidũ.* Incognita.]*inaudita.* Tentabãt.]*meditabãtur.* Fingebat.

C *formabat excãtationes.* Nãq; timens.]*metuebãt enim ne præliũ alibi conferretur, & ipsa cadaueribus potiri nequiret, itaq; ueneficijs hoc tentabat auertere.* Philippos.]*campos in Pharsalia quos excãtauit & sparsit herbarum succis, ne alibi fieret pugna.* Transmittere.]*transferre in alium locũ.* Mores.]*cadauera.* Auertere.]*remouere, abuti Romanorũ cineribus.* Tantos manes.]*tantorum uirorũ animas.* Ardor.]*desideriũ eius.* Quid.]*quã corporis partẽ.* Inuolet.]*inuolam suam ponat & rapiat, tractumq; est ab auibus, authore Donato.* Propago iguaua.]*Sextus Pompeij degener filius.* O' decus.]*exorditur à beneuolentia.* Fata.]*futuros euentos.* Diuertere.]*impedire ne ueniant.* Vt certũ.]*Narratio est siue petitio.* Non ultima turbę.]*à persona sua, quam cõmendat à patre, captat beneuolẽtiam.* Vel dominus rerũ.]*si uicerit pater.* Heres.]*si peribit.* Perculsa dubijs.]*perterrita incertis euentibus.* Ferrẽ metus cert.]*tolerare quæq; aduersa.* Hoc fur.]*hanc uim ut non lateant, sed prænoscantur.* Cæci.]*non prægnoti.* Vel num.tor.]*Dat modũ petitioni quam honestã, & illi possibili esse ostẽdit.* Totq; nu.]*coge deos superos.* Exprime.]*elice.* Manib.]*inferis.* Resera sedes ely.]*aduoca umbras ex campis Elysijs.* Ipsamq; uoc.]*& uoca mortẽ deam, ut pandũt tibi quos uelit perimere.* Non humil.]*nõ uilis, sed egregius & te dignus, & honestã petitionẽ ostendit eiq; utilẽ.* Aleatori.]*euentus belli, qui est in fatis.* Vel tibi.]*etiã tibi nõ modo mihi & alijs.* Quo prępon.]*ut lucri utilitatẽ afferat legitur, & quod præpõderat, id est, quia in tuũ maius commodum uenit.* Impia.]*uenefica.* Nomine.]*gloria.*

Et contra.]*& ex aduerso locuta est.* Si fata mino.]*locus est ex intima philosophia sumptus: dicunt enim Veritatem sempiternam, ex æternitate fluentem, mutari non posse. Præsertim si ad omne genus humanũ reiq; summã attineat, singulorũ uerò posse fata mutari & produci. In quã sentẽtiã & Virgil. in 10. loquitur, cùm ait, posse Turno mortẽ differri, sed totũ bellum mutari non posse. Itaq; pollicetur Erichtho, sed uel uitã uni facilè trũcaturã, uel mortuũ in lucẽ reuocaturam.* Moueres.]*moueri uelles, uel agitares.* Minora fata.]*quæ ad singulos attinerent.*

Prębere deos inni.]*cogere numina in actis, in officia & actiones.* Atti.]*ueneficæ.* Inseruisse mor.]*protrahere.* Sidera.]*potentia stellarũ.* Prefferunt.]*constituerũt mortẽ alicui.* Fecerit senem.]*tribuerit senectutem inferimus illi mortem in iuuentute.* Herbis.]*uenefi cijs herbarum.* Causarum ser.]*ordo & ueritas fluens ab æternitate.* Omnia fata labor.]*omnia obstant & periclitantur.* Ictu.]*periculo & casu.* Plus.]*quã ars nostra.* Et multi aditus.]*multiplex erit uia ad ueritatem inueniendã.* Tellus.]*uarios diuinandi modos indicare, uidetur per tellurẽ Geomantiã, per Aethera Ieromantiã, quæ fit ex igne, per Chaos Necromãtiã per æquora Hydromantiã, campos aũt & saxa ad exuberationem addidit, & per Metonymiã Onomantia, quæ his omnibus cõtinentur, intelligit.* Pronũ.]*facilè.* Tanta copia.]*cum habeamus tot uirorũ cadauera.* Attollere.]*erigere, suscitare.* Vt ora mo. def.]*ut recenter mortuus possit bene uerba explicare, non læsis organis uocis, sed si desiccatus corruptiuúe esset, non uocẽ intelligibilẽ, sed stridorem emitteret.* Membris.]*ob mẽbra.* Strideat incer.]*stridorem emittat, qui nõ bene audiatur.* Geminatis.]*arte duplicatis per excantationes.* Squalenti.]*ex carmine.* Tecta.]*circundata.* Cęsorũ.]*postquam erat à Ducib. in Thessalia uentũ.* Proiectã.]*strata insepulta.* Tumulis nega.]*ablatiuus est absolutus.* Impastæ.]*famelicæ.* Vatem.]*cadauer, uaticinaturi.* Scrutata.]*quæ inquisiuit.* Fibras.]*extremitas,* Pulmonis.]*ex quo uox oritur.* Voce organa.]*uocis integra.* Fata.]*uita.* Pendent.]*in dubio sunt, nam quisq; in lucẽ poterat reuocari.* Superis.]*ad superos.* Tollere.]*erigere & suscitare.* Totas acies.]*omnes cæsos.* Et rudere bellos.]*& facere ut rursus præliarent.* Cessissent.]*cõcessissent, nõ resistissent.* Extractus auer.]*stygio reuocatus in uitã ab inferis.* Mõstro.]*portento miraculo, uel erectiõe, quæ multũ poterat.* Traiecto.]*perforato.* Ducit.]*trahit.* Inserto.]*unco, ferreo uncino immisso.* Feralibus.]*funeris.* Victurũ.]*in uitã reuocaturum,* Sub alta rupe.]*in ualle & antro.* Cani.]*cauati in antrũ.* Damnarat.]*cum damno elegerat.*

In pręceps sub.]*fouea inquit, est uicina inferno, quã inumbrat dẽsa sylua solis radios prohibẽs. Statius in Thesiæ sacris, lib. 4. simulẽ ferè locũ describit. Sic & Seneca in Oedipo. Est procul ab urbe locus ilicibus niger. Dyrceæ circe uallis irriguæ loca.* Depressa.]*profunda.*

Comius pronis.] *ramis inclinatis.* Nullo uer.] *nullo arborũ cacumine, quæ nõ rectè, sed transuersè crescunt.*

Non peru. Phœ.] *quã radij Solis ob densitatẽ nõ penetrãt.* Tænus.] *arbor uenenata à qua Toxica, quasi taxica dicta sunt.* Marcentes ten.] *obscurus crassusq; aër.*

Situs.] *squalor & lanugo in ipsis arboribus.* Non tænareis.] *nõ adeò est obscura uallis Tænarea à qua est ad inferos aditus. Statius lib. Theb 2. Hoc ut fama loco pallẽtes deuias umbras. Trames agit nigriq; Iouis uacua atria ditat Mortibus, Arcadij perhibent, si uera coloni* Stridor ibi & gemitus pœnarũ atroq; tumultu. *Feruet ager sæpe Eumenidum uocesq; manusq;, In medium sonuere diem lethiq; triformis, Ianitor agricolis cãpis ouibus abegit* Iners.] *obscurus, immotus, crassus.* Tęnareis faucib.] *Antro Tænarei mõtis in Laconia.* Confine mundi latentis.] *Terminus inferni & est appositio.*

Quo.] *in quã uallẽ Tænareã.* Emittere.] *extra infernum mittere, cum uideãtur intra cõfinia esse.* Dubium est.] *dubitari potest, inquit, an Erichtho aspiciat umbrã, quia euocauerit & extraxerit, an quia ipsa de se ederit in infernũ.* Discolor.] *uarij coloris & pallidus.* Furialis cul.] *habitus furia dignus.* Vario.] *diuersorũ colorũ.*

Operitur uul.] *circunuelat faciem.* Sertis uiper.] *adhibuerat enim uiperas comis furiarum more, & illis capillos nodabat.* Inuenis.] *sexti.* Defixum lumina.] *habentem defixa lumina.* Ponite.] *nolite metuere, nam hic reuocabitur in uitam.* Vt quãuis pa.] *ut etiam timidissimi non metuant.* Si uerò.] *Si omnia horrenda quæ in inferno sunt uobis ostenderẽ, non essẽt uobis metuendum, quippe manes metuunt me præsentem.* Ignibus.] *Phlegetontis qui tartarũ circuit.* Me præsente.] *metuunt enim præsentiam meam.* Villosa co.] *uelut uillis, serpentibus plena.* Vincti in terga.] *habentes manus reuinctas in terga.* Metuentes.] *me & uos.* Suplet.] *implet.* Laxata.] *apta.* Fruenti.] *calido & recenti.* Tabos medullas abluit.] *purgat interiora sanie.* Virus lunare.] *spumam Lunæ, de qua supra diximus possumus etiam de menstruo intelligere, quod in Lunæ singulis mensibus mulieres emittunt, estq; miræ potentiæ.* Huc.] *in pectus.* Quicquid natura gen.] *omne monstri genus, quod cõtra naturam, aut naturæ defectu, aut in eius inimicitiæ natum est:* Spuma can.] *non aconitum intelligit, sed spumas rabidi canis qui metuunt suam imaginem, in aqua cõspicere, quo quidem metu etiam illi, quos momordere afficiũtur, ait enim Plinius. Ita mortis læthalis aquæ metus. Est aũt Ouidij testimonij id genus morsus incurabile. Soluere nodosam nescis medicina podagram, nec formidatis auxiliatur aquis.* Lyncis.] *Lynx ut Plinius tradit clarissimè omnium quadrupedũ cernit. Eius urina in calculi pretio si duritiẽ transit, quod Lyncurium uocant.* Nodus hyenę.] *hoc est, iunctura habet enim spinam contiguã unico tantum nodo. Plin. li 8. Hyenæ utrãq; esse naturam ait, & alternis annis esse marẽ, alternis fœminã fieri, parere sine mare uulgus credit, Aristoteles negat. Collũ & iuba cõtinuitate spinæ porrigitur flectiq;, nisi circũactu totus corpus nequit: multa præterea mira traduntur. Sed maximè sermonẽ humanum inter pastorum stabula assimulare, nomenq; alicuius edisscere, quem euocatum foras laceret. Item uomitionem hominis imitari ad solicitandos canes, quos inuadat. Ab uno animali sepulchra erui inquisitionem corporum, fœminam raro capi, oculis mille esse uarietates colorumq; mutationes, præterea umbræ eius contactu canes obmutescere, & quibusdam magicis artibus, omne animal quod ter lustrauerit in uestigio inhærere.* Cerui pasti serpente.] *Mos ceruorum est, ut serpentes naribus attrahant, ætate confecti, nã illarum hausiu iuuenescunt. Authores sunt Plinius & Solinus.* Tendente rudentes.] *implente uela, quibus tensis funes etiam tenduntur.* Echeneis.] *Plin. lib. 9. inquit. Est paruus admodum piscis assuetus petris Echeneis appellatus, hoc carinis adherente naues tardius ire creduntur, inde nomine impositio, quam ob causam amatorijs quoq; ueneficijs infamis iudiciorum, ac litiũ more, quo crimine una laude pensat, fluxus grauidarum utero sistẽs, partusq; continens aã puerperium tamen in cibos non admittitur. Est autem semipedalis & limaci similis, ut idem tradit 32. dictusq; ab ἔχειν, quod est tenere & νεὼς, quod nauem significat. Echinus autem est piscis culum, in formam echini castaneacei, in quib. spinæ pro pedibus.* Ingredi.] *est ijs in orbem uolui.* Draconum.] *qui nascuntur in Aethiopia.*

Saxa tepefacta.] *Plin. lib. 9. inquit Tribus primis & quinto aquilarum generi medificatur nido lapis Aethites, quem aliqui dixẽre Gagytem, ad multa remedia utilis, nihil igne deperdens. Est aũt lapis iste prægnans intus, quum quatias alio, uelut in utero sonante, sed uis illa medica, non nisi in nido direptis.* Saxa.] *Gagytes.*

Alite fęta.] *Aquila quæ peperit.* Serpens uolucer.] *iaculus Arabicus alatus, qui se è sublimi demittens, corpora penetrat.* Innataq; rubris.] *Cic. in 3. de Finibus hæc habet. At illa quæ in concha patula Pina dicitur is qui enat è concha quiq; eam custodit. Pynoteres uocat, minimus ex omni genere, ideo opportunus iniuriæ, huic solertia inania ostrearũ testis se condere, & cum accreuerit migrare in capatiores.* Sidera.] *Pynoteres.* Pictiosæ.] *qui producit uniones.* In rubris æquor.] *in mari rubro, quod est in Arabia.* Non defuit etiã membranæ cer.] *id est, corium serpentis. Ceraslis corpore emittere, cornicula sæpè quadragenta, quorum motu reliquo corpore adulto sollicitent ad se aues. Phœnicis auis, de qua Ouidius. Vna est quæ reparat, seq; ipsa reseminat ales, Assyrij Phœnica uocant. Hic aromata cõgerẽtes in aram quandam alarũ agitatione accendit, cum ipsa comburitur, ex cinere uermiculus nascitur, qui postea redijt in Phœnicem, quæ semper est unica. Lege Plinũ, Lactantium & Ouid.* Eoa.] *Orientali.* Quo.] *in quẽ locum.* Pestes niles.] *uenena & mõstra.* Frondes saturatas.] *arborum ramos prius excantatos.* Et herbas.] *quas cum teneræ essent, et nascerẽtur saliua respersérat.*

Os dirum.] *ipsa Erichtho dira.* Dedit mundo.] *ad inuenit & fecit.* Pollentior.] *potentior.* Excantare.] *ad excantandum.* Confundit murmura.] *celeriter murmurat ita, ut uerba compressa, non intelligantur.* Discordia.] *aliena ab hominũ sermone.* Habet latratus canum.] *imitantur canes latrãtes.* Bubo nocturna.] *auis maior oto. qui est maior noctua.* Strix.] *uolucris nocturna, quæ infantes noctu inuadit, ut Ouid. Fastorum 6. & Plinius 11. tradit.* Exprimit.] *enunciat, exprimit.* Planctus.] *sonitus, fluctus in saxo repercussi.* Vna uox.] *ipsa sola tot uocis fecit diuersitates.*

Penetrat in Tartara.] *exauditur ab inferis excãtatio eius.* Eumenides.] *furias deosq; inferos inuocans, orat pro sceleribus suis remittant umbram in corpus defuncti.* Chaos.] *confusio & profunditas Tartari.*

Mundos

A Mundos innumeros.] *etiamsi innumeri essent, ut ex Democriti authoritate Anaxarchus Alexandro persuadebat.* Auidum.] *insatiabilis, non est animarū orcus.*

O' rector Stygiæ terræ.] *ô Pluto uel Iuppiter Stygiæ. Quæ mors dilata torquet, qui mori non potes, & uita est tibi molesta.* Styx.] *palus.* Et quos.] *supple ô Elysij.*

Nulla Thessalis.] *nā omnes impij sunt, & in Elysios, nisi pij admittuntur.* Persephone perosa cœlū & matrem.] *Proserpina odio habens superos, & Cererē quæ ipsam raptam desiderabat, cum ardentem Plutonem amaret Virgil. Nec repetita sequi curet Proserpina matrem.* Nostræq; hec.] *pars ultima abyssi profunda inuocat Hecatem à centum potestatibus quas habet: hecaton enim centum sonat, nostræ dixit, quia illius tutela fruuntur in magicis.* Per quam.] *qua media & cuius motu cum Stygijs deis mutuo colloquor.* Ianitor laxæ sedis.] *cerbere custos ampli inferni.* Qui spargis uiscera.] *qui absorbes carnē tibi ipsi & ad uerbi alluſit Ethymon, dictus est enim quod carnem uoret κρέας. enim caro est & βορὸς uorans.* Sorores.] *Parcæ.* Tra-

B ctureq.] *daturæ uitam huic, quem in lucem reuoco.* Fila repe.] *uitam reddituram. Clotho enim colum habere Lachesis filare. Atropos uerò fila rumpere dicitur.* Senex laxate.] *Charon animarum uector fatigate.* Vndę flagrantis.] *Phlegethontis, fluuij ignei, qui circuit Tartarum, quanquam re uera Proteus, ipse ad Stygem paludem uelificat.* Vmbris.] *ob umbras quas reuocaui.*

Ore fatis nefando.] *si fum fatis impiæ linguæ & oris carnē humana infecti, & ideo uobis grata.* Carmina] *excātationē.*] Ieiuna fibris. *quum ante gustauerim carnem humanam.* Pectora plena.] *corpus grauidæ mulieris.* Profecta.] *ex alicuius infantis. Dictaq; sunt, quos dij prosecentur.* Si quis quū uestris.] *si infantem uiclurum & morbo non correptum sacrificaui.* Vestris lanicibus.] *patinis dicatis uobis.* Non in Tartareo.] *facilitatem ei ostendit, quia recentem & insepulti. & adripas Stygias uix appulsam animam petit, quam de cætero securam fore promittit.* Modo luce fugata.] *quæ dudum mortua est, & iter habet ad inferos.* Hiatu.] *faucibus ingressu.* Orci.] *inferni:* Licet has.] *licitū est,*

C *ut illa quæ nunquam amplius à me euocabitur, & semel istuc uenisset moueatur ueneficijs meis.* Canet nato ducis omnia Pompeiana] *uaticinetur fibulo Pompeij omne fatum patris.* Omina] *diuinationes & fata.*

Si bene merentur.] *conferunt in uos beneficium, nam ex bellis ciuilibus multas simul animas consequimini.* Leuauit.] *erexit.* Spumantia.] *præ celeritatē multorum carminum pronunciatione.* Proiecti] *iacentis.*

Claustra.] *carcerem corporis. Claustrum enim locus clausus dicitur, & ipsius clausuræ instrumētū.* Lethali.] *mortifero.* Cui eripitur munus extremū] *qui priuatur mortis beneficio.* Immotum.] *quod non mouebatur.* Has fatis licuisse moras.] *quod statim non paruerint.* Viuo serpente.] *quum habebat in manibus.* Illatrat.] *clamat contra manes.* Quas egit.] *exclamationibus enim terram in rimas per quas uocem immitteret, aperuerat.* Rumpit silentia.] *uocem immittit.* Secura uocis meæ.] *quæ non pares & negligis carmen.*

Non agitis] *non persequimini, simulat enim se non uidisse eam.* Per inane erebi.] *per uacuum infernum & capacissimum, nam umbræ locum non occupant.* Elicia.m.] *in lucem educam.* Vero nomine.] *non enim uos Eumenides appellabo, sed quanquam proprio suo.* Canes stygias.] *uos ipsas quæ canes appellamini.* Per busta sequar.] *persequar & fugabo.* Funera] *exequias.*

Custos] *uos seruans.* Teq; deis.] *Proserpina minitatur, se ostentura ipsam eo quo est apud inferos uultu.*

Alio.] *diuerso ab eo quo ostendis mortalibus.* Ficta] *composita.* Tabida.] *macilenta, squalida, & est uocādi casus.* Enneа.] *Proserpina dicta ab Enna oppido in Sicilia, ad quā rapta est, & ubi est eius templum celeberrimū.* Quæ dapes.] *Proserpina rapta, cùm Ceres eius mater à Ioue impetrauisset, ut ad superos reuocaretur, si nihil gustasset, indicata est ab Ascalopho. & Punici mali grana hausisse itaq; iussit Iupiter, ut æquo temporis spacio nunc apud superos, nunc apud inferos esset.* Daapes.] *septem Punici mali grana.* Quo fœdere.] *indicabo stuprum tuum, & ut patrui turpi coitu delectaris.*

Regem noctis.] *Plutonem.* Contagia.] *stuprū uitel ligit, quo mater ipsa uisa est neglexisse & nō magnifecisse reuocare.* Pessime arbiter.] *ô Pluto qui lucem odisti, ego rupta terra radios solis in te immittā.* Ferierę] *percutieris.* Die.] *luce.* Ille.] *Demogorgon qui est omnium deorū pater, & iacet in imo Tartaro. interpretaturq; terræ Deus, siue terribilis Deus.* Cōpellādus.] *uocandus & alloquendus.* Quo nunquā terra uoca] *ad cuius nomen inuocatum sit terræmotus.* Aperiam Gorgona.] *patentē Medusam quā alij impunè uidere nō possunt.* Erymnem] *furiam.* Tenet.] *possidet.* Inspecta] *non uisa, quia sunt in penetralibus inisq; Tartari partibus.* Cuius.] *Demogorgonis.* Estis superi.] *adeò enim est in inferno demersus, ut uos cœlum incolere uideamini.* Peierat Stygias undas, periurat Stygem paludem, quod dijs deis non licet: Maro Dij, quibus iurare timent, & fallere numen Astrictus.] *densatus.* Calu it.] *solutus est & commotus.* Fouit uulnera.] *apparuit in uulneribus.* Fibrę] *uitalia iecur, pulmo & cor:* Trepidant] *mouētur palpitant.* Subrepens.] *subintrans.*

Desuetis.] *quæ uiuere, iam cesserant.* Palpitat] *mouetur se.* Tenduntur.] *extendūtur nam leui laxiq; erāt.*

Nec tellure cadauer.] Cadauer inquit uno impetu repentè surrexit. Tellure] *à terra repulsum, percussum & terræ impetu subleuatum.* Distento lumina rictu nudantur. *aperto ore oculi aperiuntur.* Nondum facies uiuentis.] *nō uidebatur uiuere, sed mori.* Rigor.] *distentio corporis.* Stupet.] *quod in uitam redierit.*

Sed murmur nullo.] *sed non loquebatur ore iam strictо.* Tantum responsura. *Solum ut respondeat, nō ut loqui incipiat.* Thessala.] *Erichtho.* Mercede.] *præmio. Nam ea lege te dimittam, ut nullis carminibus & ueneficijs in uitam ualeas reuocari.* Immunc.] *liberū corui non noceant ueneficia.* Totō æuo.] *toto tempore futuro.* Tali tua.] *ea diligentia te sepeliam, & talibus lignis aduram.* Tua membra.] *supple condam.*

Exaudiat magnos.] *pareat excantationibus.* Sit tanti.] *magno beneficio & fœlicitati tibi aſcribe, quod per me fueris reuocatus in uitam.* Verba] *carmina.* Somnum longe Lethes] *Mortem: nil enim aliud mors est, nisi longus somnus. Lethe autem fluuius est in inferno, qui animis ipsum potantibus obliuionem inducit, ponitur & pro ipsa obliuione.* Tripodas uatesq; Deor. fors obscura ten.] *Dij & uates responsum obscurum dant. Necromātia uerò apertè omnia indicat.* Tripodas] *mensas Apollinis Metonymia.* Fortis adit oraculo] *qui*

magnanimus est necromãtiam aggreditur. Durè.] *inflexibilis.* Ne parce.]*ne abstine.* Da nomina.]*dic nominatim.* Da uocem.] *emitte claram uocẽ.* Loquantur mecum.] *futura aperiant.* Addit & carmẽ.] *post hæc excantauit umbram ut sciret quicquid rogaretur.* Dedit]*præstitit,cõcessit.* Manente fletu.] *abundantibus lachrymis.* Trista.] *Quid parce ordiment, quoniam Acherontis ripa sit reuocatus, se uidisse negat,id tamen quod ex umbris intelligere potuit eloquitur.* Abaggere.]*à ripa Acherõtis.* Efferre.]*immanis.* Agitat.] *uexat,nam inter se certant.* Arma impia.] *ciuilia bella.* Quietem.] *Pacem & silentium manium.* Tartara.] *in quibus scelesti puniuntur. Est enim munitissimus & profundissimus locus,triplicique muro munita ars, & adamantinus turrib.* Fecere palàm.]*manifestarunt.*

Tristis felicibus.]*animis optimorum inerat in uultu tristitia.* Natum]*qui bello Samnitico per M. Licinium pontificem dijs Stygijs se deuouit, ut uictoriam suis relinqueret exemplo patris qui eodem successu bello Latino per Valerium se deuouerat.* Lustrales.] *Appositio hoc est,expiatorias, nam sua deuotione Romanorum peccata expiauerunt & exercitum incolumem præstiterunt.*

Camillum.] *Furium Camillũ, & qui captam patriam à Gallis Senonibus liberauit.* Curios Manius.] *Curius, Dẽtatus de Samnitibus Sabinis & Lucanis triũphauit,& iterum de Sabinis. Legatis Samnitium aurũ offerentibus,cum rapas torreret: malo hæc inquit,in fictilibus meis esse,& aurum habẽtibus imperare.* Quærentem.]*quod Pompeius necessarius suus esset à Cæsare superandus,& in Aegypto periturus.* Scipio.] *Aemilianus, cuius progenitus Scipio Consul Pompeij gener Põpeianæq; factionis in Aphrica.* Cato maior host. Carthag.] *Cato Censorinus, qui Carthaginem in delẽdam Senatu esse suasit præcocem ficum, inde allatam ostendẽs,ut Plin. tradit.* Mœret fata Nepotis.] *dolet mortẽ Catonis Vticensis.* Solũ re.]*Solus inquit Iunius Brutus, qui Tarquinios expulit, & patriam liberauit, primusq; Consul fuit,lætus est,quod uidet Brutum eius progenitum Cæsarem occisurum,& patriam iterum à tyrãnide liberaturum.* Catilina.] *L. Catilina seditiosus,cuius & patriæ hostis cum reliquis impijs lætus est.* Minax.]*minis plenus.* Carthenis.] *quib. uictus erat & cruciabatur in Tartaro.* Marij.] *pater & filius.* Cethegus.]*Cethegus fuit Catilinæ socius in coniuratione.*

Nudi.]*alluit ad humerum exertum,quo hæc familia in prelio utebatur,ut diximus libro primo.* Drusos.]*Iuius Drusus Trib. Pl socios & Italicos populos spe ciuitatis Romanæ sollicitauit legibusq; agrarijs & frumẽtarijs lætis,cum ciuitatem præstare nõ posset,Italicis & Senatui factus inuisus,uelut socialis belli auctor incertum à quo domi occisus est. Populæia nomina,qui populo assentabantur.* Immodicos.]*nimios.* Gracchos.] *C. & Tyberium Trib.Pl. seditiosos.* Manus.] *facinoroso rum & impiorum.* Cõstrictæ nobis Chalybum]*quæ sunt in uinculis ferreis in Tartaro.* Plausere.] *Lætitiæ signum dedere.* Turba nocens.] *Impij ad Elysios ire uolunt.* Possessor.]*dis orcus Pluto,* Aperit.]*sedes,sinit ingredi & parat se ad puniendum nocẽtes,quos & patentibus hostijs est admissurus,* Asperat.] *in crucia tum animarum.* Et durum.]*parat etiã uictori Cæsari Adamantina uincula.* Placido manes.]*Pompeium cũ tota familia, in bellis ciuilibus periturum ostendit.* Expecta re]*Placido sinu, suscepturos blandè & reuerenter.* In serena parte,]*in campis Elysijs.* Nec gloria paruq; solicitet.]*noli exhilarare te breui uita.* Veniet hora quæ misceat omnes.]*qua pereant & Pompeiani & Cæsariani.* Properate mori.] *moriamini libenter.* Magno.] *forti & constanti.* Descẽdite.]*ite ad inferos.* Quamuis è paruis bustis.] *quale fuit Pompeij.* Calcate manes deorum.] *pedibus contundite animas occupatorum patriæ,quem deos ferentur esse conuersi: nam uos erititeorum superi, quippe in tartaro cruciabuntur hoc q; dixit propter Cæsarem Augustum & Claudium.* Quæritur.] *à manibus.* Quem.] *ex ducibus.* Tumulũ nili.]*sepulchrum apud Nilum ubi Pompeius sepelietur.*

Quem Tybridis.] *hoc propter Cæsarem dicit,qui sepultus est in campo Martio.* Ducibus.]*manibus eorum qui duces fuêre.* Tu ô Sexte..] *Parcæ dabunt,fata tibi inferent etiam si non dixero.* Tibi certior.] *Imago tui patris in somnijs tua incommoda Sicilia tibi uaticinabitur.* Quo uocet.]*in quem locum consulat, fugiat ut sis turus.* Plagas.]*regiones.* Quæ fidera.]*quam oram suis sub sideribus positam.* Europam miseri.] *Nulla orbis pars illæsos seruare uos poterit.* Distribuet tumulos.] *diuidet sepulchra pro uictorijs ursitis. Pompeius enim, qui uictor in Asia fuit,ad Nilum sepelietur, Sextus in Asia,Cn.filius in Hispania.Cato & Scipio in Aphrica.* Nil tutius Aemathia.] *quoniam illic nullus ex Pompeij domo peribit, sed alibi. Sextus enim ipse postquam uictus ab Augusto in freto Siculo fuit,in Asiam fugit, Antiochæ regi nullo se fœdere tradidit,à quo Mileti est obtruncatus, quum ageret quadragesimũ annum, frater uerò eius ad Carteiam in Hispania cecidit, ubi Cæsarem ad desperationem redegerat.* Reposcit.] *nutu indicat se uelle mori.* Vt cadit.] *ut moriatur.* Reddere animam sibi] *ad se animam reuocare, nisi permittat Erichtho.* Consumpto iam iure semel.] *quia semel è sua ditione eam liberauerunt,& iuris alieni fecerunt.* Extruit rogum]*lignorum congeriem parat.* Venit.] *iuit, pedibus suis.* Struit.] *in pyra.*

Tandem.] *ex defuncti desiderio dixit.* It comes.] *comitata est Sextum.* Et cœlo lucis.] *& cum iam instaret dies suis carminibus noctem produxit tenebris geminatis, ne conspiceretur ab aliquo.* Tenere diem.]*retinere lucem.* Præstitit.] *effecit.*

FINIS LIBRI SEXTI.

IOANNIS

IOANNIS SVLPITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI POETAE PHARSAL. LIB. VII. commendationes.

Egnior Oceano.] *Cum prælij dies certo fato instaret. Sol mœstus inquit poëta ortus est solito segnius, & uoluit eclypsim pati, seq; nubibus inumbrauit, ne puris in Thessalia radijs luceret.* Luctificus.] *mœstus, luctum nuntiat.* Segnior.] *tardior.* Lex æterna.] *institutum ei à natura impositum, ut certo tempore oriatur, certumq; cursum peragat.* Vocabat Oceano.] *euocabat è mari, unde uidetur egredi.* Agit æquos.] *impulit quadrigas,* Contra æthera.] *contra motum mundi, qui est ab Oriente in Occidentem, cum ipse uehatur cursu contrario ab Occidente in Orientem. Ouidius, rapido contrarius uehor orbi.* Retorsit cursum.] *contra nixus est.* Polo rapiente.] *cogente ipsum ad motum mundi sequendum, cui repugnabat ne oriretur, & futuram cladem spectaturus esset.* Defectum.] *eclypsim.* Labores raptæ lucis.] *Videtur enim Sol laborare, quum nobis eius splendor per Lunæ interpositionem aufertur* Non pabula flammis.] *ut aleret seipsum. Nam ignes cœlestes humore nutriti primo libro super eo uersu docuimus. Flamiger an Titan, ut alentes hauriat undas. At nox somnum Pompeij commemorat, quod ei occurrit in illa ultima nocte fœlicitatis.* Pars ultima.] *appositi est.* Fœlicis.] *post hac enim infœlix fuit.* Solicitos.] *inquietos.*

Imagine.] *somno.* Pompeiani.] *quod ipsemet extruxerat. Cornelius Tacitus sic habet.* Quum Cn. quoq; Pompeium incusatum à Senioribus ferunt, quod mansuram Theatri sedem posuisset, nam antea subitarijs gradibus, & scena in tempus structa fuerat, sed consultũ parsimoniæ, quod perpetua sedes Theatro locata sit, potiusquam immenso sumptu singulos per annos consurgeret ac struereturr. Effigiem plebis.] *imaginem populi Romani.* Attolli.] *erigi clamore.* Cuneos sonantes.] *multitudinem in Theatro certatim clamare & plaudere.*

Facies populi.] *apparentia, & lætitia illa, quàm primum triumphauit è Sicilia, Aphricaq; reuersus, Perpẽna, Domitio, & Hiarba uicìit.* Iuuenis.] *quartum enim annum agebat.* Iberus torrens.] *fluuius in Hispania uelox & uehemens.* Ambit.] *circuit.* Sertorius.] *Romanus exul, qui cũ totam Hispaniam suscitasse in bella uicìis est à Pompeio, ut diximus libro secũdo.* Vespere.] *Hispania, & Occidente, qui sub stella Vespere est.* Aequè.] *tam uenerabilis.* Pura toga.] *candida ueste, & non picta.* Quam ornante currus.] *quam triumphali illa, quæ stellata palmataúe fuit.* Eques adhuc.] *ante enim quàm senator esset, & ante legitimos annos etiam Sylla improbante triumphauit.* Seu.] *unde conflatum fuerit, Somnum perscrutatur poëta, siue inquit, quod mẽs animaduertens finem bonorum, & calamitatem futuram conuertit se ad elapsam fœlicitatem. Siue id se obtulit somnium per contrariam significationem, ut lætitia uerteretur in luctum. Siue cum non concederetur ei posthac Romam uidere, uoluit fortuna, ut saltem per Somnium intueretur.* Anxia uenturis.] *mœsta futura calamitate.* Fine.] *deest in.* Ad tempora læta.] *ad pristinam fortunam.* Per solitas ambages.] *per circuitiones & implicationes, nam Somnium propriè auctore Macrobio, quod uelat ambagibus, celat figuris.* Visis.] *somnijs. Quanquam uisum propriè est phantasma, quæ inter uigiliam, & adulteriam quietem occurrit.* Tulit omnia.] *attulit auguria, & fuit prænuntius.* Vera.] *posthac.* Sic.] *per somnium.* Dedit.] *concesit, obtulit.* Ne rumpite.] *per commiserationem Apostrophe utitur, inquiens, nolite excitare Pomp. quia nox sequens erit ei inquieta, dirisq; imagimibus agnabitur.*

Nulla tuba.] *hypallage.* Crastina quies.] *non sequens.* Dira.] *inquieta.* Diurna imagine.] *his, quæ uidebit in die uidelicet exercitum prosligatum.*

Feret.] *offeret, repræsentabit.* Funestas.] *funeribus affectas.* Vnde.] *propter quod.* Pares somnos.] *somnia populum, & duc noctem fœlicem.* Vel sic.] *etiam per somnium, aut uictum fugatum.* Donassent utinam.] *utinam per diem tibi esse licuisset in urbe Roma, ut populus sciret te periturum, amissurumq; pariter libertatem, ut mutua inter uos charitatis officia, ut lætitiam, & luctum ostenderetis.* Fructum.] *affectus uenerationes & lachrimas.* Fati.] *calamitatis.* Vterq;.] *populus & tu.* Velut moriturus.] *tanquam redituras Romam uictor.* Secum per sibi conscia.] *quæ semper continet somnum desiderium tui non putauit te alibi periturum.* Rati.] *firmi.* Hærere.] *fixum esse & euenire posse.* Hoc scelus.] *ut te quoq; tumulo priuaretur.* Quoq; etiam.] *Sic dilecti, tam amati & culti.* Misto luctu.] *confusis lachrymis*

Intussus.] *non iussus à parentibus, sed sponte.*

Vulgus fœmineum.] *Matronæ,* Ceu bruti, fu.] *Iunium Brutum, qui reges eiecit uniuersæ Matronæ deplorauêre, & per annum luxêre.* Tela.] *Cæsar uiolentiæ.* Funera.] *mortem.* Sed dum.] *non modo priuatum & profectis diebus sed etiam festis & quando Cæsar triumphabit.* O' miseri.] *miseros eos dixit, qui metu doloris, significationem cogebantur dissimulare, & non publicæ ipsum deplorauerunt.*

Gemitus odere dolorem.] *hypallage est.* Vicerat astra iubar.] *lucifero inquit orto stellæ aliæ obscurabantur.* Quum misto.] *cum turba superioribus elata uictorijs circunstetit Pompeius, & petijt, ut signum pugnæ proponeretur.*

Erat.] *autem signum pugnæ uestis purpurea, siue cruenta, ut ait Appianus. Sed huc ex historia aliquid afferamus, cum Pompeius de diuidendis bonis & honoribus Cæsaris & eius exercitus, deq́ue tabellis ferendis, inimicitijsq; persequendis inter se certarent & consulerent. Cæsar parata re frumentaria, confirmatisq́ue militibus, tentandum existimauit, quid'nam Pompeius proposiri, aut uoluntatis ad dimicãdum haberet ex castris eduxit ex-*

xit exercitum aciemq; instruxit, paulòq; à castris Pompeij longius, ut progrederetur ille è castris suis. Pompeium castris in colle habitis ad infimas radices montis aciē instruebat semper ut uidebatur expectans, si iniquis locis Cæsar se subijceret. Cæsar nulla ratione ad pugnam elici posse Pompeius existimans castra ex eo loco mouere, & passim frumentari constituit. Signoq; profectionis.] iam dato tabernaculisq; incensis animaduersum est, longius à uallo esse aciem Pompeij progressam. ut non iniquo loco posse dimicari uideretur Tunc Cæsar, ad suos cùm iam esset agmen in portis, differendum est inquit, iter in præsentia nobis, & de prælio cogitandum.

Trahentibus orbem.] mundum in perniciem impellentibus. Non uisitura totum diem] peritura ante noctem Tentoria.] prætorium castrorum.

Accensa tumultu.] inflammata concursu. Admonet.] propinquas fecit & accelerat, Dira subit rabies.] quisquis irascitur & prælium cupit.

Præcipitare.] urgere sine ullo sui, & publico respectu.

Segnis.] arguebant Pompeium, quod piger, quod timidus esset, & quod gauderet bella protrahere, ut diutius in regno perseueraret. Nam toti orbi, & etiam regibus imperabat. Vnde.] ut Appianus scribit, eum regem, & Agamennona appellabant.

Indulgens regno.] incumbens imperio. Iuris.] potestatis. Timent pacem.] ne imperium & ius impotentes esset depositurus. Reges.] ut Deiotarus, Arietes & Taxilles. Bella trahi.] prælium differri, nam cum superiores numero essent certam sibi uictoriam polliceb antur. H c placet.] cum admiratione conqueritur, quod illi eos, quos euertere statuerunt in errorem, & suæ culpam calamitatis inducunt. Vertere.] aphæresis. Crimen.] culpam. Irruimus.] ultro imus.

Pharsalia.] locus ille pernitiosus & conflictus.

Est notum.] in Pompeianis castris uehementer optatur.

Cunctorum uoces.] Vnus Cic. pro omnibus Pompeianis est allocutus. Maximus auctor eloquij.] Fabi ut ait, Dono quodam prouidentiæ genitus, in quo totas uires suas eloquentia experiretur. idem. Apud posteros uerò, id est consecutus, ut Cicero.

Iam non hominis nomen, sed eloquentiæ habeatur.

Subiuge.] potestate consulari. Togaq;.] pacifico consilio & iustitia. Sæuus.] in patriam impius.

Pacificas secures.] consulatum. Non enim ui, sed consilijs Catilinæ coniurationem deleuit, & ipsum eiecit

Pertulit uoces.] locutus est Iratus bellis.] ferens iniquo animo bella. Rostra.] unde concionaretur ad populum, aut senatui consuleret. Forum]ubi causas ageret. Miles] qui militabat sub Pompeio.

Facundia.] eloquentia sua firmauit, & persuasibilem facit causam infirmam, non enim erant satis ualidæ rationes, ad mouendum certamen. Hoc pro tot.] suadens prælium, Cicero, facilemq; uictoriam pollicens primùm à fœlicitate argumentatur, adhortaturq; magnum ne fortunam suam priscinam deserat, in de elicit argumenta, ab auctoritate populorum, & regum, & indignitate rei, & pigritiæ fugienda, à Deorum proclui benignitate, à ui, & contemptu fugiendo. Concluditq; per simplicem complexionem. Tot meritis.] quæ in te contulit. Veris uti se.] ut utaris ipsa. Proceres.] principes. Tui.] tibi fauentes. Affusi] submissi, & genu flexi. Socerum uinci.] ut Cæsar uincatur.

Rogamus]Syllepsis est directa, & deest nobiscum. A

Humani.] à rei dignitate locus. Merito est indignum] non iniuria censetur iniquum.

Vincere lente.] non accelerare uictoriam. Gentibus subactis te transcurrēte.] Argumēto à maiori ad minus, hoc est, cum transcurrendo, persequendoq; Mythridatē multas uiceris nationes, ut Iberes Albanosq;, & adiacentes Bosphoro ad Tanaim usque.

Ingratè.] qui tot uictorias à dijs accepisti, nunc desperas. Feruor.] magnanimitas. Causam.] quæ iusta est. Credere.] committere Deorum potestati.

Signa.] aquilas. Profilient.] incurrent in hostes.

Pudeat uicisse coactum.] cogeris uincere cum tuo dedecore. Si duce te.] argumentatio necessaria, si senatus inquit creauit te ducem, & bella geruntur pro publica libertate, habeat ius senatus conferendi prælium arbitrio suo, uel te inuito. Iusso.] à senatu. Nobis.] in publicum usum. Concurrere.] præliari.

Quid mundi.] illum uiuere, finis, quem omnes cupiunt mori. Vibrant.] quatiunt in Cæsarem. Vix fi- B

gna] maxima est omnium pugnandi auiditas. Propera.] ad uictoriam. Ne te tua.] ne te contempto milites prælium ineant. Scire senatus.] simplex cōplexio est, cuius altera parte deleta cōcluditur esse pugnandū, nam quod senatus milites, sub Pōpeio non patebimur. Si facemur.] erit dilemma & nō cōplexio. Rector] Pōpeius.

Esse dolos] uidelicet, quod pugna tā acriter posceretur. Si placet hoc.] eàm imprudētiæ accusat exercitū, culpā in Deos transferens, excusantq; se, & ostendēs, potuisse sine sanguine, & sola fame hostē superari, qui quidem in eam desperationē iam uenerat, ut mori pugnādo optaret, Cæsar uerò metu malorū, nō magnanimitate esse audacem ait. Sceleraq; esse.] committere fortunæ certā uictoriā, inde cōqueritur pluribus, optatq; mori, eo quod tanta cæde peracta, is qui uictor erit efficietur infamis, qui uictus calamitatibus affligetur. Tempus.] hoc negotiū in quo uersamur. Milite.] ut militis, non ut ducis officiū agat. Nil morabor.] parebo uobis, nec impediam fata.

Inuoluat.] euertat humanū genus. Nouissim]ultima. Magnæ par.] quæ peribit. Accepisse]nō constituisse, sed ab alijs constitutū accipere. Potuit stare ti C

bi nullo uulnere.] potuisti absq; sanguine uincere. Stare.] constare. Captiuum] captū. Subactum.]subiugatum, Cæsarem ex cuius traditione pax sequebatur.

Quis furor cæci.] eos ab imprudentia immanitatēq; arguit, nam in bello ciuili refugienda est cruenta uictoria, dandaq; opera, ut sine cæde uincatur.

Abstulimus terras.] rationes, quibus uictoria certam uidebatur aperit. Abstulimus terras.] fugauimus eos. Exclusimus.] expulimus, nam uictus est. Toto]quomā plurima nostra classe tenetur. Ieiunia.] esuritia & famelica. Ad præmaturas rapinas seg.] ad rapiendā segetem, quæ primū facta est ejui apta. Effecimus uotū] fecimus ut uoueret & optaret. Meis.] mortibus meorū. Belli pars.] sentētia est. Non est ultimus inquit, ad uictoriam gradus cum effectum est, ut Tyrones pugnare non metuant, modò id pugnandi furore faciant, at multi sunt, qui metu pugnare uolunt. Sed fortissimi est instantia mala differre, & non desperare.

His.] illis ducibus, & hoc dicit, quia fugauerat hostem, bis uicerat & ad famem redegerat. Signa.]prælij.

Qui prompt.] Aristotel. in Ethicis ait. Viri aūt fortis est, quæ

Aeſt, quæ hominibus terribilia uideatur, & ſint ea ſubire, quia decorum ſit ita facere, & turpe nõ facere, & ibidem. Mortem uerò appetere, ob fugiendã paupertatẽ aut amorẽ, ut aliud quicquã graue nõ fortis eſt, ſed magis timidi. Ouid. Nam timidi eſt optare necem. Ariſtoteles. Deſperant quidem miticuloſus eſt, & Cicer. Nunquam omnino periculi fuga committendum eſt ut imbelles, timidíq; uideamur, ſed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis ſine cauſa, quo nihil poteſt eſſe ſtultius. Differre.] non longè producere & remorari.

Hæc tam proſpera.] certam uictoriam. Placet tradere fortunæ.] uultis periculo exponantur. Diſcrimen.] periculum. Maluut.] milites mei. Ducem.] meipſum. Res mihi.] iam quaſi deſperatis rebus, ad fortunam Apoſtrophe uitur. Res imperium.] poſtquam res Aſiæ. Maioris.] auxit enim ipſe Romanorum potentiam. Tuere.] defende. Pompeij nec crimen.] nec culpam, nec gloriam belli uolo mihi aſcribi. Vincis me iniquis uotis.] cum iniquum ſit, in bello ciuili manus conſerere. Tu tamen contra meam pietatem à Deis id impetras. Pugnatur.] non indicat, ſed conquæritur. Regna.] reges & nationes.

Iacebunt.] peribunt. Enypheus.] fluuius in Pharſalia. Prima uelim.] utinã inquit, ego primus peream modo id fiat ſine dãno, & calamitate partiũ mearũ. Funeſti.] mortiferi. caput hoc.] meum. Momento.] motu & calamitate. Partis.] meæ. Neq; enim uictoria magno lætior.] non plus lætitiæ ex uictoria conſequar, quã triſtitiæ, ſi uictus ero. Inuiſum nomen.] ſi uixero habebor odio ut tãtæ cladis auctor. Infuero uictus ero miſerabilis. Omne maliſ.] incõmoditas. Nefas.] ſcelus & cauſa mali. Laxat frenos.] concedit prælium, metaphora ab equitibus habenas lentantibus. Et ut uictus.] ſic egit inquit, ut nauta, qui à uentis ſuperatus relicta arte uela, & nauim uentis permittit. Coro.] uento ab occidente ſolſtitiali. Dat regimen.] tradit ſe gerendum. Onus puppis ignauum.] puppis, grauis & mers, ſine moderatore. Caſtra.] exercitus milites.

Truces.] ſæui. Pulſant pectora ictibus.] uexant ſe affectibus uarijs, ut ſpe metu ira cupiditate. Fato.] morti. Conderet fatum.] nouum imperium, & ſortem conſtitueret, & ob id prælium Romanã rem obſcuraret.

Neſcit.] non ſentit, non conſiderat. Maiore.] principium & reipub. Quis littora.] argumentum à ſimili: nullus eſt enim, qui ceruens mundum mergi, & cœlum cadere timeret ſibijpſi. Obrupta ponto.] ſubmerſa mari. Æquor in ſummis montibus.] diluuium. Non uacat.] non uacuum eſt, & non intenditur animus ad metuendum de ſe. Pro ſe ferre metus.] ſibi metuere. Vrbi magnoq;.] Pompeio duci & reip.

Nec habuere fidem.] ſed magis acuerunt, ut melius penetrarent. Mucro.] enſis quanquam propriè cuſpidem aciemq; ſignificat. Cautibus.] cotibus.

Exarſit.] ſplenduit. Erigitur ſaxo.] recta imponitur cotibus, ut acuatur ducendo ferrum, uel cotes uertendo. Tendunt.] flectunt & contendunt. Neruis.] cordis. Auget ſtimulos.] parat, & acuit calcaria.

Si liceat.] ſi parua magnis, & humana diuinis conferre licet, nõ aliter acuerunt arma Dei in bello giganteo. Phlegra.] Campo in Theſſalia. Tollente.] erigente, quia montibus montes impoſuêre. Martius.] Martis. Incaluit incudibus Siculis.] recoctus, reformatuſq; eſt in antro Vulcani, apud Vulcanias inſulas, quæ ſunt inter Siciliam & Italiam, ubi Lypara, in quã antrum Vulcani, & hyera Vulcano ſacra. Illic Brontes, Steropes, & Pyragmon arma, & fulmina fabricant Qui Neptuni & Amphitrites filij Cyclopes dicuntur.

Cuſpis.] telum. Rubuit.] ignitum eſt & tinctum. Spicula.] ferrum ſagittæ poſt Pythonem occiſum. Crines Gorgoneos.] ſerpentes Meduſæ, cuius caput Aegyde ſculptum gerebat, quod aſpicientes uertebantur in ſaxa. Aegis dicitur munimentum prætoris in numine. In homine uerò lorica, thoraxq; dicitur, ut indicat libro decimo Martialis. Cyclos.] Pyragmon, uel unus ex fratribus. Mutauit.] renouauit. Pellenea.] Pellena oppidum eſt in Achaia: ad Sicionem. Pallana uerò in Laconia ſitum, ut Strabo docet. Sed legendum arbitror Phalenea, id eſt Theſſalia à Phalenis oppidũ iuxta Phlegram, ut Plinius habet, ibi gigantes ſunt fulminati.

Non tamen.] prodigia cladis nuncia indicat. Prodere.] manifeſtare. Notas.] ſigna. Quam peteret.] Theſſala rura. Valerius Maximus ait, Pompeio egreſſo à Dyrrachio aduerſa agmini eius fulmina iacta fuiſſe ſigna examinibus, obſcuratæ ſubita triſtitia, implicatos militũ animos totius exercitus terroribus, & hoſtias ab altaribus fugiſſe. Obſtitit.] quaſi prohibens acceſſum.

Fregere.] rupere, oriuntur enim ex ipſis nubibus, ut primo libro diximus. Ingeculis.] à facie ipſorum.

Faces.] faces ueſtigia longa faciunt priore parte ardente. Bolis uerò, perpetua ardens longiorem trahit limitem. Columnasq;.] Plinius inquit. Vocatur & columnæ, quum ſpiſſatus humor rigeniq; ipſe ſe ſuſtinet, à cuius ſimilitudine columnam igneam poëtæ appellat.

Trabibus.] trabes bolis ſimiles ſunt, eas Docas uocant, quales apparuêre, quum Lacedæmonij claſſe uicti imperium Græciæ amiſerunt. Auidos Phytonas.] legendum cenſeo Typhonas. Fiunt enim Typhones, quum uenti arctius rotati nubem effregerint, ſine fulmine & uorticem faciunt, qui Typhon id eſt, uibratus uocatur, ut Plinius ait. Apuleius uerò, ſi ignitum non fuerit fulmen, inquit, Typhon uocatur. Clauſit.] perſtrinxit & terrefecit. Ingeſto.] quaſi immiſſo, ſiue quod eximxerit aliquem. Criſtas.] ornamenta & inſignia Galearum.

Perfudit capulos.] manubria enſium liquefecit, enſesq;. Capulos ipſos.] Capulus manubriũ eſt. Liquauit.] liquefecit. Erepta pila.] tela è militũ manibus ablata. Ferrum nocens.] iniuſta tela. Ferrum.] arma diſſoluta ſunt. Examine.] apium multitudine, præterea examen imperis conſtitit, ut ait Appianus. Maiori põdere.] ſigna inquit, grauiora erant, quia ſudabant lachrymas, & maiore ſigniferũ labore afficiebant. Merſere.] inclinauere, nã maiore onere preſſus, caput demittere cogebatur.

Admotus ſuperis.] uictima aufugit quæ Pompeio, deprendi non potuit, inquit Appianus. Compoſitaq; trepidatione orta ante lucem in caſtris, quum profundo ſomno correptus eſſet, excitatus ab amicis ſomnium retulit, paulò antè templum ſe Romanæ conſecrare uiſum Veneri Victrici uoti Cæſaris ignarus.

Admotu ſuperis.] deputatus ſacrificio. Diſcuſſa.] quam diiecit, ſiue concuſſit. Iecit ſe præceps.] præcipitauit. Sacris funeſtis.] in ſacras funeſta. Attu.] in Cæſarem poëta inuehitur, quod fuerit cupidus nimium pugnæ: ſed eum ſtygios Deos inuocauiſſe inſimulat. Cum conſtet ipſum media nocte perfeciſſe ſacris Martem inuocaſſe, eiuſq; parentem Venerem, & templum uictoriæ fauenti gratis Romæ dedicaturum

nouiſſe

uouisse, si ritè pergisse, ut ait Appianus. Cum autem fulgur è cœlo labens è Cæsareis, ad Pompeij castra penetrasset, ibidemq; exercitus esset, qui in exercitu Pompeij aderant, quippiam splendidum ab hostibus, ad se futurum prædicabant. Cæsar autem, se in Pompeiũ insurgentem gloriam eius extincturum.

Litasti] placasti. Quos superos.] illos Deos scelerum quos uocasti. Numina] Deos inferos & tartareos. Iam dubium] dubitanti est inquit, an hæc, quæ dicemus prodigia fuerint uera, an præ metu hæ oculis militum sint subortæ imagines. Concurrere] concertare, ut mons monti illideretur. Hæmus.] mons in uallem conuerti. Edere nocturnos] uisi sunt, audire uoces & clamores pugnantium è Pharsalia. Valerius maximus inquit, Constat in delubris, Deum sua sponte, signa conuersa militarem clamorem, strepitumq; armorum adeò magnum Antiochiæ & Ptolemaide auditum, ut in muros concurretur. Sonitum tympanorum Pergami abditis delubris editum, & cætera.

Ire per Beboeida.] fluere per Beboeidem lacum, qui est ad Demedriadem ut diximus suprà Ossam] quæ apud Ossam est montem. Rapidus.] uelox in torrentis similitudinem. Inq; uicem.] tmesis. Opertos tenebris.] caput umbra circundatum uidebatur habere. Incumbere.] circumfusam esse. Patres.] manes parentum & consanguineorum. Mentibus.] militum. Quod turba conscia.] quod auiditate certandi appetebant patres fratresq; aliarum partium iugulare. Tumultu] metu & perturbatione. Subitos furores.] ipsa prodigia & imagines.

Omnem scelerum] augurium ad scelera perficienda. Quid mirum.] mirum est inquit, horui moritu ros fuisse, furore correptos, si mens hominum solet futura mala prænoscere. Lymphato.] furioso Lymphati enim & Lymphatici furiosi appellãtur à uitio Lyphæ. id est aquæ sicut Ceriti à Cerere. Præsaga.] præscia.

Tirijs qui gradibus.] Romani omnes, qui tunc apud exteras nationes hospitabãtur, eo die mœsti fuêre, mœroris q; causam ignorabant. Gadibus] insula in Hispania, in qua Tyri Gades oppidum ædificarunt, ut diximus libro quinto. Araxem.] fluuium, qui per Armeniam lenissimus labitur, Inde uerò præcipitatur.

Sub quocunq; die.] hoc est, luce & regione, quæ sub syderibus est. Ignorat.] causas doloris. Quid perdat.] qui propinqui pereant. Euganeo.] Euganeus. Venetiæ mons ad Patauium, ubi optima pascua.

Aponus.] fluuius in agro Patauino, qui ex fonte nebulas exhalat. Timaui] Timauus Venetiæ fluuius, qui delatus è montibus cadit in profundum, deinde infra terram absortus stadijs, circiter trecentis, & triginta erumpit in mare, ut Posidonius ait, est Timauus portus & lucus. Antenorei.] ad quem Antenor Troianus, cum duobus millibus hominum, & quingentis uenit.

Dispergitur] diuiditur, habet enim septem fontes. Impia arma concurrunt.] prælium ciuile conseritur.

Notauit.] animaduertit, & præsensit hoc ex tonitru & fulminibus, hoc est, ex Pyromantia.

Perspexit.] cognouit. Totum æthera.] omnia sydera. Obstitere.] non obtemperare, & solitos cursus non agere. Sed numen] siue Solis obscuritas, & pallor prælium indicauit. Egit.] eduxit. Dissimilem.] quia fuit magis prodigiosus. Explicat] emittit, aperit.

Si cuncta.] si homines diuinatore adhibito prodigia, obseruassent facilè eædem Pharsalicam præsensissent. A

Pharsalia] cædes ipsa. Spectari.] cognosci, intelligi. O summos hominum.] admiratione plena laudatio in Romanos, qui ea tempestate fuerunt, quoniam totus mundus, & cuncta sydera, de calamitate eorum signa dederunt. Fatis.] morti. Vacauit.] intentum fuit. Hæc apud feras.] quum legentur audienturúe, hæc à minoribus tantis concitabuntur affectibus, ut non præterijsse hæc mala, sed uentura esse sint existimaturi.

Fama sua.] qui tam miranda sunt, ut seniores sint iunioribus narraturi. Siue aliquid.] siue ego meis illa carminibus illustrabo. Vota peritura.] desiderabunt frustra lectores, ut Pompeius uictor futurus sit. Non transmissa.] non præterita. Uenientia] futura.

Miles ut aduerso] quo ordine Pompeij acies struxerit narrat. Sed latius apud Appianum & Cæsarẽ leges. Vterq; Italos in tres acies diuisos in fronte collocauit, modico interuallo inter se distantes. Supra hos equites per partes cornibus attribuit, quibus sagittarij, & funditores immisti erant. Sociorum uerò copias, ueluti ad ostentationem quandam protulerunt, Radiatus.] repercussus à Sole oriente. Lumine.] armorum splendore. B

Non temerè immissus] ordinatus in aciem phalangem, ut ait Appianus, in medio regebat Scipio Pompeij socer. In sinistro cornu Domitius. In dextro Lentulus constitit. Afranius & Pompeius exercitus curæ præfuêre, Cæsari duces aderant, Syllæ, Antonius & Brutus, Cæsar ipse, ut affuerat legioni, decimæ præsedit Cæsar, duo supra 20. millia militum secum habuit, inter quos equites, circa mille annumerantur, Pompeiũ bis totidem secuti sunt. In quibus septem millia equitum fuêre. Qui autem de ijs uerisimiliora loqui existimantur, 70. millia Italorum hoc prælio in unum concurrisse memorant, qui minorem numerum describunt. 60. millia, quirem magis extollunt quadringenta millia extitisse, aiunt horum sexcuplum Pompeiũ. Alij tribus ex partibus duas illi asscribunt. Cornus.] genitiuus antiquus, quo sæpe Plinius utitur. Veteres enim hic cornus, & hic genus dicebant. Lentule.] poëtæ cum Appiano & Plutarcho non cõuenit. Domiti.] L. Domitius in Pompeij castris, Cn. uerò in Cæsaris erat. Aduerso numine.] quia infœlix in prælijs. Frons dextri Martis.] dextrum cornu. Robur.] firmitatem mediam. Densant.] spissant. E terris Cylicum.] Cylices, qui sub Scipione militabant, in medio erant. Miles in hoc.] militem appellat, sed certum est, cum eo Pompeio imperiũ adæquasse, quum primum in Thessaliam uenit. In orbe Lybia co.] in Libya, quo Pharsalicæ reliquiæ se recipient. C

Cappadocum.] quorum rex Ariarathes aderat.

Ponticus] ex Ponto regione: Largus.] habenis. qui laxis loris utitur. Plurima.] magnam partem.

Tetrarchæ.] is Tetrarcha dicitur, qui quartã regni partem obtinet, ut Taxiles, qui princeps Armenos intra Euphratem adduxerat, & Magabares supra Armeniam, qui præfectus erat, Artapi regis, & Deiotarus Gallo Græciæ rex. Omnis purpura.] omnis rex. Metonymia. Ferro.] potentiæ & imperio. Illuc.] in postrema ad fluuios acie. Cydones.] hi Cretenses sunt, qui Solino auctore primi remis, sagittis q; ualuerunt, dicti à Cydone urbe, unde & spicula Cydonia dicuntur & mala. Ithureis.] Ithurei populi malefici in Laodicea apud Libanum

A banum monte auctore Strabone. Inde,] à media acie.

Truces Galli.] eos intellige, qui cum Roscilio, & Aegeo Allobrogibus fratribus à Cæsare, ad Pompeium trãs fugerant. In hostem solitum.] in Cæsarẽ, contrà quẽ pugnare in Gallia solebatis. Iberia.] Hispani. Cetras.] scuta lunata. Liuius lib. 28. pelta cetræ haud dissimilis est. Eripe victori.] cohortatio, ut omnem exercitum & gentes, de quibus triumphauit in cladem emittat, ut desinant Cæsari quibus imperet. Illo forte.] diximus ex Appiano historiam. Statione.] castris. Moturus signa.] profecturus frumentum. In camp. planos.] superioribus enim diebus, à montis radicibus Pompeij acies non discesserat. Aeger moræ.] impatientes, & omnia subitus. Flagrans.] ardens. Damnare.] maledicere, detestari. Exiguo tractu.] paruo spacio quo pugna differebatur. Vt lentum nefas.] ut scelus tardum. Ruinarum.] calamitatem instare, translatio à tremẽtibus ædificijs. Rabies furentem.] pugnandi. Languit.] refrixit cogitationem periculi & metus. Audax spondere.] confidens & victoriam sperans. Quam.] B mentem. Nec sua fata.] quum enim suam felicitatem considerabat non metuebat, quum Pompeius non sperabat. Mersa.] dissimulata, uel pulsa. Prosilit.] exoritur. Fiducia.] propositum ex sua fide susceptum.

O domitor regni.] milites diuersis rationibus excitaturus, & maximè à præmiorũ magnitudine, si uicerint, & à metu suppliciorum si fuerint superati, facilem victoriam pollicetur, exorditurq; à beneuolentia, à persona militum & sua. Regni.] quod Pompeius parat. Fortuna.] fœlicitas. Copia.] facultas. Votis.] uouere deis pro pugna. Accersitare fatum.] aduocate mortem. In manibus.] in potestate. Quantus sit.] quantuscunq; siue magnus, siue paruus, siue fœlix.

Promissam.] eos datæ fidei admonet. Milites enim dextris elatis promiserant, se ultum ire iniurias Cæsaris, & Tribunorum, facturosq; omnia, & etiam patriam incendere. Rubiconis.] fluminis de quo lib. 1. Cuius spe.] de victoria non dubitamus. Vetitos triumphos remeare.] ut triumphi, quos ducere non potuimus, rediremt, recuperarentur, & eis potiremur. Hæc eadem.] lo C cus, ab utili & iocundo. Pignora.] filios. Penates.] domos & domesticos Deos. Et emerito faciat uos Marte colonos.] quæ liberabit uos à militia cum præmijs, quæ dantur emeritis, hoc est ijs, qui militiæ tempus, & officium impleuere. Hæc fato.] argumentum à spe gloriæ, & infamiæ metu, nam illorum, qui uicerint causa, quasi Deis iudicibus probanda uidebitur.

Si pro me.] à maiore ad minus argumentatio. Ferro flammaq; petitis.] iuistis in patriam parati elicere & incendere, si oportuisset. Truces.] terribiles, & crudeles. Exoluite gladios culpa.] efficite ut dicatur, uos pro iustitia dimicuisse, & est locus à metu probri.

Est pura.] habetur innocens. Mutato iudice.] si sub aduersario iudicatur, hoc est, si uicerit aduersarius.

Non mihi res agitur.] beneuolentiam captat, quod non in insulam, sed in militum utilitatem bellum geratur, ipse enim priuatum, & modestum ciuem agere, statuit modò ille præmia consequantur. Mihi.] ad meam utilitatem. Libera.] non subiecta Pompeio.

Componere.] constituere. Modicum.] temperatum, modestum, non ambitiosum, non impotentem.

Plebeia.] uili populari. Recuso esse nihil.] patiar fieri qualiscunq;, etiam rex. Inuidia.] ut ego odio habear. Nec sanguine.] facilem uictoriam de tyronibus, & ignauis fore ostendit. Gymnasium.] proprie locus est, ubi corpora exercẽtur dictum à γυμνάζω, quod est exerceo, siue à γυμνος, quod est nudus, nam expediti & nudi certare, & luctari solebant.

Ignauia.] in bellis mollis. Barbareis dissona.] barbari diuersarum linguarum. Quare Vegetius ait, Necesse est tardius ad uictoriam peruenire, qui discrepant, ante quam dimicent. Non futura clamorem.] terrendam, & fugituram solo clamore exercitus sui.

Ciuilia paucæ.] suos à paucitate eorum, in quos sunt pugnaturi confirmat. Omnes enim norant, Pompeium esse numero superiores, à qua re trepidationem diminuit.

Paucæ manus facient.] paucæ multitudines pugnabunt. Magna pars pugnæ leuabit his orbem populis.] magna ex parte Romanorũ hostes Barbari occidentur. Leuabit.] alleuabit tanquam pressum. Famosa.] quæ fama tantum ualent, non re & uiribus, & sic dixit famosa, quasi numerosa. Mundum.] reges & populos. Sitq; palàm.] contemnit res aduersarij, quod de imbellibus triumphauit. Sitq; palàm.] manifestetur. Tot tribus.] triumphis. Non esse unius triumphi.] non sufficere uni triumpho nostro. Armenios ne mouet.] id est curant ne Armeni, qui Romæ præsit, & his uerbis suos liberat metu ostendas Barbaros Pompeium odisse, & facilè fugituros. Nimio sanguine.] multorum morte. Præponere magnum.] quod præponatur Pompeius & regnet. Grauatur dominos.] molestè ferunt, & quos nouerunt magis odere.

Sed ne fortuna.] meliori se loco, quàm sit Pompeius esse ostendens suos sibi conciliat, ille enim mimicis se credidit, ipse fortes & suæ dignitatis amicissimos defensores habet. Meorum.] amicorum. Quorum testem.] quorum totiens uirtutem spectaui.

Transit cœlum.] uolat per aëra. Non fallar.] quia noui cum quo uirem. Quod si signa.] ut ex animi affectu uultum componant, astutè hortatur.

Videor fluuios.] certam sibi uictoriam pollicetur, si rem truci animo gesserint. Sed me fata moror.] quia promptos cernit se ipsum arguit, cum fortes adhortatione non egeant. Trepido.] dubio. Haud unquam uidi.] à Deorum benignitate locus. Tam prope me.] tam propitios, hi enim qui fauent nobis prope nos esse dicuntur, & propitij. Absumus à uotis.] distamus à uictoria. Limite.] spatio termino. Eg sum.] à summorum præmiorum spe adhortatio. Quo ue poli.] admiratur Thessaliæ fatum & potestatem.

Quo sydere uerso.] quia conuersatione aut remissione planetæ. Tantum.] ut sit rerum dominium creatura. Thessalicæ oræ.] ubi pugnandum est.

Cæsareas.] ab incommodis futuris, si hostis uicerit euitandis argumentatur. Positum nostris.] affixum in suggesto, quod erat in templo cui nomen Rostra.

Effusa.] dilaniata. Nefas septorum.] multos nostrorum & dominos, sua omnia libidine moderaturos.

Septorum.] septa dicitur locus tabulis in Campo Martio clausus, in quo magistratus creabatur & ideò per interpretationem inquit. Prælia clausi campi.] alludens ad quatuor legiones, quæ in uilla publica Campi Martij iussu Syllæ cæsæ fuerunt.

Cum duce Syllano.] cum Pompeio, qui Syllanus fuit, & Syla

it, & Syllæ imitabitur crudelitatem. Vestri curia.] *Cõciliatio est.* Nam me.] *Confutatio.* Sors quæsita manu.] *mors manufacta.* Dij quorum.] *Locus conquæstionis, qua suam clementiam pietatemq; indicat, & aduersariorum iram, & crudelitatem significat.* Quorum curas tellus & labor Romanus.] *qui curatis terrena, & Romanum imperiũ.* Abduxit ab æthere] *remouit ut non solum cœlestia consideretis.* Quicunq; non est seruiturus inuictos.] *& qui seruiturus est inimicos.* Pompeius.] *Suos irritans, In odium Pompeium adduxit quod se in ipsos crudelissimè gesserit, quum pugnatum est ad castellum, cui præerat Torquatus, ut diximus libro superiore.* Virtute uetita moueri] *hoc est, quum in angusto clausi non possetis uestram fortitudinem exercere.*

Sanguine.] *cæde.* Vos tamen hæc oro iuuenes] *Quia Romanum est parcere subiectis, & debellare superbos. Pertinacibus uenian dari non oportere, & cedentibus ignoscendum suadet. Fuit autem hoc usus stratagemate in media pugna, quum præcones iussit discurrere clamando, ut à Romanorum cæde abstineretur, & solum in socios fæuiretur.* Est ciuis.] *habeatur pro amico, dum micant tela, dum micando emittunt & exercent.*

In fronte aduersa.] *in facie hostili.* Commouerant.] *mitigent.* Turbate uultus uerendos gladio.] *ferite faciem uenerandorum patrum.*

In pectora cognata.] *fratres & propinquos.*

Pignus.] *propinquum, & affinem aut charum.* Imperat iugulum hostis ignoti tanquam scelus.] *ea atrocitate hostem ignotum inuadat qua inuaderet necessarium & cognatum.* Vallum.] *adhuc castra egressi non erant.* Ruina.] *aggeris.* Non sparsa.] *non dissipata, sed ordinibus integris.* Parcite ne castris.] *nolite castris hostium abstinere.* Tendetis.] *tentoria affigetis.* Acies.] *hostilis.* Vix cuncta locuto.] *Cum uix peroraſſet.* Quemq; suum munus trahit] *suum officium quisque obiuit.* Sumpta ceresq;] *corpus prandio curauerunt, quod facere consueuerunt, auctore Vegetio, ut citatiores redderentur, ut & longiore conflictu non fatigarentur medio.*

Præsagia.] *prædiuinationes auguria, quæ Cæsar dixerat.* Nullo ordine.] *Imò stituit acies Cæsar, adeãq; ei duces Sylla Antonius Brutus, & ipsæ decimæ legioni præsedit, ut diximus ex Appiano.*

Soceros.] *inimicos Pompeij, qualis ipse.* Petentes regna.] *Romanum imperium affectantes.* In Marte.] *in acie.* Vt.] *postquam.* In rectum.] *ex opposito è regione contra se.* Gelato] *formidoloso.*

Omnem.] *malum augurium.* Permit metus.] *dissimulat metuere.* Per agmen.] *per exercitum.*

Quem flagitat.] *uaria adhortatione milites excitat, & ob iustam causam de diis bene sperandum censet. Vt de facilem uictoriam fore ostendit, à maiore copiarum numero, & uirorum auctoritate. Veniq; pelago per commiserationem.* Adest finis.] *si fortiter pugnaueritis.* Extremum ferri supereſt opus] *solum prælium restat, nam in rebus reliquis sumus superiores.*

Trahit.] *in periculum rapit.* Thalamos.] *uxores.*

Sobolem.] *filios.* Pignora.] *consanguineos necessarios, & charissimos, ut paulò pòst.* Si quis post pignora tanta. Medio.] *cõmuni, & non nisi pugnando potiri possumus.* Secundos]*propitios fauentes.*

Melior.*iusta.* Regent.]*dirigent tela, ut Paridis in Achillem.* Sancire.] *firmare leges.* Hoc sanguine.] *morte Cæsaris.* Si socero.] *confirmat quod dixit argutissima coniectura, ex qua conficit syllogismum.*

Fatis.] *ex ordine fatali & naturali morte, quia sum senex.* Non iratorum.] *sed benignorum & fauentium.* Pompeium.] *Emphaticè dixit, nam est solitus, extinguere bella ciuilia, & duces eorum, ut Perpennam, Carbonem, Sertorium.* Quem uincere possent.] *à sua diligentia, & sociorum auctoritate argumentatur.*

Contulimus.] *in unum adduximus.* Clari uiri.] *ut reges tetrarchæ.* Dinastæ.] *id est potentes.* Sacra imagine] *uenerabili exemplo & apparentia.*

Reduces.] *in uitam reuocatos.* Vouentes caput fatale.]*qui pro repub. se deuouerant.* Hinc starent.] *hinc fauerent nobis.* Coactæ.] *coadunatæ.* Excitare tantas manus.] *emisêre ad præliandum quot alias nunquam.* Quicquid hominum]*quotcunq; homines continemur inter meridiem, & extremum septentrionem, hoc est, in hac temperata zona pugnamus.*

Sumus sub Noton & Boream.] *sub meridiem & septentrionem.* Compressum limite.] *quod comprenditur, & terminatur extrema parte Zodiaci, hoc est tropico Cancri, & circulo Arctico. Circulum enim signiferum Zodiacum dicimus.* Non ne.] *facilè se obruere, & circumuenire Cæsarem posse ostendit.*

Cornibus.] *aciebus extremis.* Paucas uictoria dextras exigit.] *sat sunt ad uictoriam pauci fortissimè dimicantes sic suprà. Ciuilia paucæ bella manus faciunt.* Non sufficit.] *non potest omnis nostros exercere ad suos conficiendum.* Credite.]*à pietate & miseratione mouere animos, irritareq; studet.*

E' summis mœnibus.]*è tectis, è fenestris.* Senatum grandæuum] *senatores senes.* Vetitumq; ætate.] *qui militare non potest.* Occurrere.] *occurrendo precari.*

Metuentem domini.]*quæ metuit libertatem amittere, & Cæsari subiugari.* Populum futurum] *minores qui sunt futuri serui si fortiter non pugnauerint.*

Hæc turba.] *minores.* Hæc.] *præsens populus.* Si quis] *commiseratio, qua exponit euentura, sibi incommoda præter dignitatem.* Tanta pignora.] *tam magnas & urgentes casus, & tot uobis clarissima.*

Veluerer ante pedes.] *prosternerer me, & in genua ad misericordiam excitandam erigerem.* Ludibrium.] *irrisio.* Pudor.]*infamia uestra ex ignauia.* Deprecor fata.] *auerto, repello infœlicitatem.* Turpes annos extremi cardinis.] *infamem uitam ultimæ ætatis meæ. extremus enim uitæ, cardo est senectus, in qua ultima ætas se uertit.* Flagrant.] *excitantur ardent.* Voce.] *oratione.* Virtus erigitur.] *magnanimi euadunt.*

Si.] *quamuis.* Placuit mori] *constituit uelle mori, pro dignitate patriæ, Pompeijq; defendenda.* Si.] *quia*

Concurrunt.] *cõcurrere incipiunt.* Vtrinq;] *à Cæsaris & Pompeij castris.* Pari.] *concitato.* Hos.] *Pompeianos.* Irarum.] *Cæsarij, quem metuebant.* Illos.] *Cæsarianos.* Hæ facient.] *conquestio, & deploratio futuræ calamitatis.* Facient.] *extinguent tantum hominum, quantũ ætas futura, non poterit reparare, etiam si in pace perpetua uixerit.* Non expleat.] *cõpleat & repararet.* Vt.] *quamuis.* Vacet à ferro.] *uiuat in pace.*

Iste Mars.] *istud prælium.* Futuras.] *ceciderũt enim ex quibus erant innumeri alij orituri.* Aeui uenientis.] *futuræ ætatis.* Erepto natale.] *subtracta natiuitate.*

Feret.]

A Feret.] *auferet.* Nomen Latinum.] *numerosi milites populorum Latinorum.* Fabula.] *quia non creditur Latium adeò populosum fuisse.* Gabios.] *Gabij in Prænestina uia siti, ubi Lathomiæ sunt pluſquam reliquæ lapides Romæ ſuppeditantes diſtant Roma & Prænestę ex æquo ſtadia centum.* Velos.] *Veij oppidum in Hetruria ad uicesimum ab urbe lapidem uicinuḿq; Fidenatibus.* Choramq.] *oppidum in Latio quod à Chora fratre Tyburti conditum est ad ſiniſtram uiæ Appiæ non longè à Velitris.* Albanos lares.] *Albam ipſam quæ deleta est.* Laurentinos.] *Laurentum oppidum in Latio, Latini regia.* Rus uacuum.] *inhabitatum, & est appoſitio.* Nocte coacta.] *quæ ipſe cogitur ire ad ſacra, quæ illic fiunt Ioui Albano in Latinis ferijs ex ueteri Numæ Pompilij inſtituto.* Iuſsiſſe.] *quod iuſserit.* Non carpſit.] *non imminuit hæc oppida.*

Edax.] *conſumptrix rerum & quæ atterit omnia.* Monumenta putria.] *ueſtigia & reliquiæ ſolutæ & lapſæ.* Crimen ciuile.] *culpam belli ciuilis.* Quo.] *in quam miseram ſortem recidimus, ut nec urbes replere, nec agros colere ualeamus.* Vna urbs.] *ſola Roma.*

B Iuncto foſſore.] *uicino & non longè ab urbibus diſcedente agricola: ſed colente in proximo placet etiam legatur uinclo, quoniam pauci & cathenati Ergaſtuli ſatis ſunt ad colendum agros, quibus alantur populi.* Putris.] *corrupta, iam iam lapſura.* Tectis antiis.] *ædificijs auorum.* Ruitura in nullos.] *quia uacua.* Mundi fœcæ.] *omnium colluuie gentium, quod quæritur & Iuuenalis.* Non poſſum ferre Quirites Græcam urbem quamuis, quota portio fecis Achææ iampridem Syrus in Tybrim defluxit Orontes. Eo cladis.] *de tanta clade effecimus, ut bella ciuilia iam geri non poſsint.* Pharſalia.] *cæde Pharſalica.* Cannæ.] *uicus in Apulia apud quem cæſa ſunt ab Hannibale quadraginta millia Romanorum.* Feralia nomina.] *nomen Funeſtum, & clade inſignitum.* Cedant.] *quia plures in Pharſalia ceciderunt.* Alia.] *fluuius, qui in Cruſtumunis, ut ait Liuius montibus oritur, diſtat ab urbe Roma ad 11. lapidem uia Salaria, apud quē Romani à Gallis duce Brenno ſunt fuſi & mox capta Roma.* Faſtis.] *libris quib. anni deſcriptio continetur, & Alienſis Cannenſisq; dies. Dies religioſos & Alienſem conſtituere trib. mil. conſulari poteſtate, ut habet Liuius lib. 6. Tum de rebus religioſis agitari cœptum diemq; ad 15. Calendas ſextiles duplici clade inſignem, quo die ad Cremeram Fabij cæſi, quo deinde ad aliam cum exitio urbis ſede pugnatum à poſteriori clade Alienſem appellarunt, inſignemq; rei nullius publicæ priuatimq; agendæ fecerunt.* Signauit.] *annotauit in Faſtis.* Voluit neſcire.] *non ſignauit, ut à minoribus ignoraretur.* Proh triſtia fata.] *deplorat poëta tot uiros illic cecidiſſe, quot ſatis fuiſſent ad reparandam calamitatem, quam affert peſtilentia fames incendiū & terræmotus.* Explere.] *reparare.* Tractu.] *regione uel attractione tetri odoris.* Tremores laturos.] *in præceps terræmotus diuturnos urbes plenas hominib.* Vndiq.] *ex omni parte mundi.* Eripiens munera æui.] *ſubtrahēs, eos qui intra multos annos nati ſunt.* Explicat.] *in pugna extendit.* Quam magna cadas.] *ex populis enim & regibus cæſis Romana potentia indicatur.* Quomodo latius.] *fortuna Romana quò maior fuit eò breuior.* Omne tibi bellum.] *ſenſus eſt ex omnibus bellis quæ geſsiſti, ſemper eſt auctum imperium tuum quod nunc euertit Pharſalia.* Dedit.] *atq; fuit.* Omnibus annis.] *ex quo primum condita es.* In geminum axem.] *in Septentrionem & Meridiem.*

Haud multum terræ Eoæ.] *hoc propter Parthos dicit quos Romani bello non domuerant.* Nox.] *Occidens.* Tota dies.] *Oriens totus & quicquid eſt ad Occidentem uſque.* Tibi curreret.] *circa tua uerteretur.* Errantes ſtellæ.] *Quinq; planetæ dicuntur errantes propter uagos, quos habent curſus, ut Saturnus, Iuppiter, Mars, Mercurius, Venus.* Dies Emathiæ.] *huius prælij dies.* Par omnibus annis.] *Qui tantum damnum attulit, quantum utilitatis omnes anni ſuperiores.* Tulit retro fata.] *minuit imperium & felicitatem.* Faſces Latinos.] *Romanos conſules & imperium.* Nec conſul ducat in mœnia Dacas.] *id eſt, ut conſules non conſtituant urbes Dacis & Scythis, & eos legibus traditis errare prohibeant.* Daca.] *populi qui ad Germaniam & fontes Hiſtri uergunt, olim Daui appellabantur, auctore Strabone.* In mœnia.] *in urbes.* Succinctus.] *ueſte collecta expeditus ad urbem Sermathis Scythicis populis deſignādam.* Præmat aratrum.] *aret uacca & tauro iunctis.* Quod ſemper ſæuas.] *Quod non ulta es Parthos qui Craſſo & Antonio ſigna eripuerunt, & Craſſos cum undecim legionibus ceciderunt.* Quod fugiens.] *& quod libertas ad remotiſsimas gentes profecta nunquam Romam ſit reuerſura.* Tygrim.] *Armeniæ fluuius.* Rhenum.] *Germaniæ.* Iugulo.] *morte noſtra, nam deteſtas conmurationes tyranni ulciſcuntur & extinguunt.* Iugulus autem eſt os duplex in colli pectoriſq; iunctura. Germanum bonum.] *quo Germani & Scythæ fruuntur.* Vellem populis.] *Vtinam Roma non claruiſſet & ex quo fuit condita ad hunc uſque diem ſeruiſſet.* Noſtris.] *Italis & Hiſpanis.* Luco infami.] *Aſylo quod in Palatini montis ualle damnatis infambusq; confugiū tutum aperuit.* Leuo volatu uulturis.] *Siniſtro augurio uulturem. Nam orta inter Romulum & Remum fratres de nomine urbi imponēdo diſſentione, Remus Palatinum ad auſpiciendum aſcendit, ille Auentinum: hic ſex uultures prior, ille poſtea 12 uidit.* Ruinas.] *cladem.* De Brutis.] *De Iunio Bruto qui eiectis regib. Romam liberam fecit: nam nunc non eſſet nobis tyrannis moleſta.* Quid tempora legum.] *quid prodeſt tam diu ſeruaſſe leges & uixiſſe liberè ſub conſulibus à quorum nominibus annos ſignamus.* Medi.] *populi in Oriente, qui Aſſyriorum regnum quod quingentis annis tenuerant, euerterunt, tandemq; Cyaraxem inſignem Iuſtitia regem conſtituerunt.* Qui ferunt regna.] *qui ſeruiunt regibus.* Nobis.] *in noſtrum fauorem.* Sunt nobis.] *præ dolore & rei indignitate poëta ut demens & cæcus deos non eſſe nec humana curare ex Epicureorum ſententia dicit, idq; argumento inſtitiæ ſuæ oſtendit.* Fulmina.] *quibus Cæſarem ferire poſsit.* Pholœn.] *Arcadiæ montem & oppidum Lapytharū.* Oethen.] *montem Theſſaliæ.* Petet ignibus.] *fulminabit.* Rhodopes.] *mons in Thracia.* Minantes.] *alias eminentes.* Calsius.] *qui cum Bruto in Cæſarem coniurauit, iuſtitia pietatiq; motus. Eſtq; maior Iouis contemptus, quàm ſi legeris calus.* Potius.] *quàm tu qui Deus eſt.* Hoc caput.] *Cæſarem.* Aſſa Thyeſtæ.] *cum uideret ſcelus, quod Atreus in Thyeſtem fratrem parauerat; nam liberos ei epulādos appoſuerat re-*

uocato sole in Orientem stellatum mundo induxit. Astra.] *noctem.* Thyestæ.] *Coene Thyestæ.* Argos.] *oppidum in Achaia.* Ille dabit diem Thessaliæ.] *non inuoluet tenebris Thessaliam quæ sustinet multos illorum similes in crudelitate fratrum patrumq́, uidelicet gladijs fratrum & filiorum.*

Cladis tamen huius.] *Ironia in Iouem qui passus sit immanissimum hominem haberi pro Deo.* Quantam.] *quam magnam.* Numina.] *quæ nulla sunt, nec curant terras.* Diuos.] *homines deorum honore affectos ut Iulium & Augustum qui in deos relati sunt.*

Pares superis.] *æquales dijs.* Quatiebat fulminibus & astris.] *Alludit ad imaginem Cæsaris quæ cum fulminibus & radijs effingebatur, stella capiti superaddita, quod post eius mortem continuis diebus, ut tradit Suetonius apparuisset, existimataq́; esset Cæsaris anima.* Manes.] *inferum Cæsarem.* Per umbras.] *per animam Cæsaris & Augusti quæ in Tartaro cruciantur.* In templis.] *in locis sacris dicatis superis, Horatius de Augusto ait præsenti tibi maturos largimur honores Iurandasq́; tuum per nomen ponimus aras.*

Vt rapida.] *Ad historiam redit poëta, inquit acies quum primum uicinæ fuêre obstupuisse: nec ausus fuisse tela immittere,* Parua tellure dirempti.] *diuisi paruo spatio.* Consumpsere.] *percurrere exercitus.* Morantem supremi fati.] *retinentem mortem in moram.* Quo cadant.] *in quos emittant.*

Aut quæ.] *uidelicet tela.* Fata.] *mortem.* Monstra.] *crudeles cædes.* Frontibus aduersis.] *in acie Pompeij.* Nec libuit mutare locum.] *poterant enim paulò suprà infraue se transferre ne cum illis concurrerent.* Tamen omnia torpor.] *tamen omnes exanimati pigriq́; erant. Torpedo piscis est, qui quum tangitur pigritiam affert: idem sit Torpor & Torpeo.* Coit.] *astringitur respectum pietatis & metus.* Parata.] *ut emitterentur.*

Tensis.] *sublatis, extensis.* Dij tibi non mortem.] *Imprecatur Crastino qui pugnam incepit æternam scelerisq́; conscientiam & memoriam quæ ipsum discrutiet. Erat hic Crastinus euocatus in exercitu Cæsaris qui cohortatis manipularibus suis, ut se sequerentur respiciens ad Cæsarem, faciam inquit hodie imperator ut aut uiuo mihi, aut mortuo gratias agas, hæc quum dixisset primus ex dextro cornu prorupit.*

Sensum.] *ut non moriatur post mortem animus tuus.* Teneret.] *non immitteret & est acerrima increpatio.* Prior.] *quasi sæuior Cæsariana.* Litatus.] *tu bis inflexis, collisus & tanquam oppressus.*

Classica concentus.] *cornuum & rectarum tubarum* Tendit.] *implet ut tendunt uela noti.* Irrupit.] *peruenit ad cœli concauitatem, hyperbolicè, ad quam nubes peruenire non possunt, nec tonitrus durare.* Excepit clamorem.] *Echo reddita est.* Geminare.] *nam ex Hæmo uox edita aliam ex prælio excitauit.* Age.] *repræsentat.* Pangea.] *Pangei mons est in Thracia.* Resultant.] *resonant.* Expauere.] *pugnantes ipsi.* Mersilia.] *tela.* Votis diuersis.] *alij enim cædem facere, alij terram ferire optabant.* Rapit omnia casus.] *Casu enim aut faciebant, aut non faciebant cædem.* Quota.] *minima.* Exacta.] *perfecta.* Pompeij.] *Pompeius ut ait Cæsar suis prædixerat, neu Cæsaris impetum exciperent, ne* A *ue se loco mouerent, aciemq́; eius distrahi paterentur dispersas aduersus.* Moriantur.] *Nostri.] aduertentes non occurri à Pompeianis cursum represserunt, & ad medium ferè spacium constiterunt, & paulò post renouato cursu pila miserunt celeriterq́; gladios strinxerunt. Pompeiani tela missa excepere & impetum legionum tulerunt, & ordines conseruauerunt, pilisq́; missis ad gladios redierunt, eodem equites tempore à sinistro Pompeij cornu intenti procurrerunt. Quorum impetum Cæsaris equitatus non tulit: sed paulum loco motus cessit, illi acrius instabant, seq́; turmatim explicare & aciem à latere circuire cœperunt. Quod ubi Cæsar animaduertit quartæ aciei quam instituerat ex cohortium numero dedit signum. Illi tanta ui in Pompeij equites impetum fecerunt: ut eorum nemo consisteret: sed incitati in fugam montes altissimos peterent, quibus submotis omnes sagittarij sunditoresq́; destituti inermes sine præsidio interfecti sunt.*

Stipata.] *densata, spissa.* Iunxerat arma.] *Clypeos.* Nexis umbonibus.] *hoc est, facta testudine.* Constiterat.] *firma erat.* Compressa.] *stricta.* Vesanum.] *furens.* In cuneos.] *in Pompeianas turmas.* Lorica torta.] *Hypallage, hoc est, Lorica gra-* B *uis opponit tortas cathenas.* Cathenas.] *Hamos ex quibus constat Lorica.* Hac quoque.] *per Thoracem etiam peruentum est ad uiscera.* Est extremum.] *ultima pars èt intima, perforatis enim armis in corpus quod est post arma telum perueniebat.* Vna acies.] *sola Pompeiana.* Patitur.] *cæditur.* Altera gerit.] *Cæsaris acies uulnera infert & cædit.* Inde.] *à Pompeianis.* Frigidus.] *non uulnerans.* Calet.] *quando ensis exercetur ictibus concalescit.*

Nec fortuna.] *fortuna inquit, non fuit lenta ad parandam uictoriam Cæsari.* Abstulit ruinas.] *amouit & euertit pugnantes morte præcipiti.* Vt primum.] *prævalentes Pompei milites legionem decimam circundare festinant signo à Cæsare edito qui in subsidijs constiterant accurrant, & ad equites delati arectis pilis sessorum facies inuadunt. Illi hostium audaciam plagaq́; in se illatas non furentes fugam capessunt. Pulsis Pompei equitibus eo loci Cæsaris equites inuadunt circundantq́;. Quod aduertens Pompeius peditibus edicit ne se ulterius in eos uertant, neque à Phalange longius* C *excurrant aut telis eminus utantur: sed eminus emissis hostem repellant.* Deduxit cornua.] *extendit latera.* Leuis armatura.] *id est, equites leuis armaturæ qui uelites dicuntur, continet autem Manipulus leuis uicenos milites & aliam turbam scuratorum. Leues qui hastam tantum gesaq́; gererent uocabantur, hæc prima fronts in acie florem iuuenum pubescentium ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorũ quibus principibus est nomen ut Liuius ait, & de ijs poëta intelligit.* Inde.] *ab aliquibus.* Glandes.] *pilæ plumbeæ glandium formam quæ è fundis emittebantur.* Solutæ.] *liquefactæ.* Calido.] *concalescunt enim ipso cursu.* Tunc & iturei.] *decima legio assistente Cæsare leuam Pompeij, aciem ab equitibus destitutam percurrit & latera eius omni ex parte immobilis telis confodit quoad in fugam uertit sociorum Pompeian. copiæ uelut certaminis huius spectatores quidam acierum ordinem formidine metuq́; repleuerant.* Non Cæs.] *castra ob admirationem aggredi ausæ paucis quibusdam ueteranis asseruantibus nihil aliud, quàm stantes trepidabant.*

A dabant. Sed.] *cum sinistra Pomp. aciei hostibus cedere, & iam moueri implicarique cœpisset.* Socij omnes *in fugam uersi, nullo ordine clamare occipiunt, Superati sumus. Deinde tabernacula eorum ac castra ueluti aliena inuadentes diripientesque, quocunque licuit uariè spargunturi. Reliqua Italorum acies pedem retrahebat.* Icurei.] *in Laodicea apud montem Libanum populi.* Nusquam rexere.] *direxere in nullum.* Inde.] *ex aëre.* Mortes.] *id est, sagittæ mortiferæ.*

Calybem extremum.] *ferrum peregrinum.* Nullo crimine sceleris] *quia non uulnerabant ciues suos.* Stetit omne coactum circa pila nefas.] *cædes ciuium à solis Romanis est facta.* Coactum.] *cumulatum.*

Nox conserta telis.] *umbra densa ex uolantibus telis & suspensis conflabatur.* Prima frons.] *prima pars aciei rum.* Labaret incursu.] *inclinaret & fugaretur impetu Pompeio.* Tenet cohortes.] *equites decimæ legionis.* In latus belli.] *in latera aciei rum hostilium.* Cornibus.] *ordine extremo.* Vagus.] *discurrens ad Cæsarem meludendum.* Immemores.] *Barbari Pompeiani obliti, quid esset in pugna agendum.*

Timendi.] *spernendi, quia fugere non pudebat.*

B Fecere palam.] *apertè ostenderunt, quòd bella ciuilia non bene defenduntur à barbaris.*

Vt primum.] *conantibus Pompeia Cæsaris aciem circumuenire. Cæsar stantibus aciebus à tergo ipsarum ex obliquo circumeuntes cohortes emisit tanto impetu: ut coacti sunt illi refugere.* Sonipes.] Metonymia, *id est, eques* Pomp. Regentis] *equitis.* Effusi in caput.] *nam erigentes se equi, Sessores à tergo excutiebant, qui cadebant in caput.* Cessit campis.] *fugit.* Glomerata pubes] *ipsi Glomerati.* Ruit cum impetu] *fugit.* Perdidit modum.] *sine modestia facta est.* Hinc.] *ex parte Pompeij.* Hæc acies.] *Cæsariana.* Inde.] *ex Pompeiana.* Vtinam.] *apostrophe ad Pharsaliam de uasta cæde.* Mutentur.] *inquinentur, maculentur.* Hic numerus.] *barbarorum.* Vestiat.] *spargat, tegat.* Pace tuis.] *seruâ barbaros qui cæsis Rom futuri sunt ciues Romanusque populus.* Galathiæ] *populi sunt in Asia iuxtà Paphlagoniam, auctore Strabone, in ea regione, quæ nùc Galatia est, & Gallogræcia dicitur, sic appellata à Galatis Galli, qui ea loca occupauêre, ut ait quinto & uicesimo lib. Iustinus.*

C Galli.] *qui transfugerant à Cæs. ad Pompeiũ.* Iberi.] *Hispani, qui habitant in extremo Occidente.* Armenij.] *qui in Pompeij auxilium uenerãt.* Post bella ciuilia.] *ubi innumeri Romani peribunt.*

Hic populus.] *Barbaræ nationes.* Semel ortus.] *quum primi metuere, fugereque cœperunt, reliqui idem faciunt.* Pro Cæsare.] *in auxilium Cæsaris.* Ventum erat.] *eodem impetu cohortes Cæsari sinistrum cornu Pompeia. oppugnantes circumierunt Pompei. & à tergo sunt adorti et Cæsar tertiã aciẽ quæ quieta fuerat procedere iussit, ita cum recentiores atque integri defessis succesissent, alij autem à tergo adorirentur, sustinere Pompeiani non potuerunt. atq; uniuersi terga uerterunt. Pompeius ut equitatũ uidit pulsum, acie excesit & in castra equo se contulit, & centurionibus quos in statione posuerat clarè ut milites exaudirent: Tueamini castra, inquit & defendite diligenter. Si quid durius acciderit: Ego reliquas portas circumeo. His dictis in prætorium se contulit. Cæsar uerò quanquam milites essent ad meridiem iam pugnando defessi, castris tamen potiri constituit, facto impetu, Pompeiani potius de fuga quàm de defensione castrorum socij non multò post mde fugati sunt.*

Ad robur.] *ad firmissimas turmas, ut ad primipilos uexilla & triarios.*

Quod.] *bellum.* Perfuderat.] *sparserat multiplici certamine.* Hic.] *hoc in pugna.* Constitit.] *pugnatum est acrius quia non fugiebant.* Hæsit] *firmata est.* Non illic iuuentus collecta.] *Barbari inquit, illic non erant.* Rogatæ.] *à Pompeio, sed si rogatæ legeris hoc est Romani, illiudq; quia interpretaberis: ut apud Ouid. in Festis Nataq; de flamma corpora nulla uides. Et Cicer. non solum nobis nati sumus, ortusq; nostri partem patria uendicat.* Fratres] *ciues Romanos.* Hic] *hac in pugna & est acris exhortatio.* Hanc fuge mens.] *dehortatur se poeta à sanguinorum cædibus describendis, ne futura ætas tantorum malorum auctore se discat.* Pereant hæ lachrymæ.] *non deploremus, non conqueramur, non utamur hac pietate.*

Quicquid.] *omne scelus & monstrum quod egisti tacebo.* Hic Cæsar.] *Cæsar inquit mentem suam, & causa crudelitatis circuiens suos unumquemque adhortatur.* Et uagus.] *circuit agmina.* Flagrantibus.] *furentibus in bello.* Ignes.] *ardores & stimulos.* Conspicit & gladios.] *animaduertit quo animo, quibus uiribus quo uultu quisque pugnaret.* Mucrone.] *cuspide.* Quæ manus tremat.] *quippe & timide feriat.* Contenta.] *directa & intenta in hostem uel contempta spreta tanquam sua non sint.* Quis præstet bella iubenti.] *quis iussu non uoluntate pugnet.* Mutet uultum.] *præ miseratione & dolore.* Obit] *circundat.* Vulnera multum.] *eo in suos benignitatis officio utebatur, ut saucionum uulnera colligaret.* Bellona.] *quæ est belli furor.* Flagellũ.] *quod in manu tenere fingitur, & eo pugnantes cædere.* Bistonas.] *Thraces.* Sæuo uerbere.] *quo Mars pugnantes percutit.* Turbatos.] *territos: nam Egidis aspectu Martis & Bellonæ equi terrentur.*

Egide.] *thorace, in quo est Meduſæ caput.* Nox.] *confusio.* Et pondere lapsi pectoris.] *sonabant arma cadentum pectore repercussa.* Confracti.] *excollisione rupti.* Subijcit] *subministrat quibus deerant.* Contundere.] *ferire.* Vultus] *hostiles.* Promouet.] *impellit, urget.* Excitat cessantes.] *sollicitãt segnes ictu hastæ qua ferro est uacua.* In plebem ire.] *in plebeios pugnare.* Senatum.] *Senatores.* Qui sit cruor imperij.] *morte quorum possit Romanum imperium assequi & opprimere.* Quæ uiscera regum.] *qui regibus charissimi. Iuuenalis: uiscera magnarum domuum.* Libertas] *libertatis defensores.* Nobilitas.] *patritij & Senatores.* Secundo ordine.] *equitibus, populus enim Romanus in tres partes diuisus est, in patritios, equites, & plæbeios.* Corpora.] *grandiorum senatorum & equitum, quæ nobiliora erant & ideo ueneranda.* Cædunt] *occidunt.* Lepidos.] *nobiles uiros. Lepidus dicitur is in quo lepôris, id est uenustatis est plurimum: aut qui politus est ut λέπης, id est, lamina. Donatus est auctor.* Corninos.] *qui cognomen traxêre à Valerio Coruino, qui Gallum prouocantem corui ora hostis & oculos infestantis auxilio singulari prælio interemit.* Torquatos] *Torquati ab eo T. Manlio primum denominati sunt qui*

torquem Gallo prouocanti ademit. Regunt.] principium. Summos hominum.] reges. Te.] oppositio. Illic.] inter hos inquit erat Brutus caſsidem pleabeam indutus, ne noſceretur & poſſet Cæſarē inuadere tutius: ſed id facere non potuit. Hic autem cum iam fracti eſſent Pompeiani Pompeiusq; fugeret per paludem noctu euaſit, Lariſſamq; ſe recepit ut ſcribit Plutarchus. Eiuſque ſalute Cæſar lætatus cum ad ſe uenire iuſsiſſet, & ueniam ei dedit, & honoribus eſt perſecutus, ab eoq; intellexit, quo Pompejo fugere conſtituiſſet. Illic.] inter Pompeianos. Decus imperij.] idem decus & ſpem ipſum appellat, quoniā hic M. Brutus una cum. Caſsio. paucos poſt annos Cæſarem interemit. Tanti generis.] ortus enim erat à Iunio Bruto qui Tarquinium regem eiecit & interemit. Neruo.] ad Cæſarem occidendum. Theſſalia peritura tua.] in qua pugnas bis iterum contra Auguſtum & morieris, noli tibi nunc mortem accelerare. Ante.] quàm tempus poſtulet. Philippi.] oppidum & campi in Thracia ſunt tamen qui uoluerunt in Theſſalia eſſe propter uicinitatem. Fatalis.] in quibus es periturus.

Admouens.] propinquos feceris. Intentus iugulo.] conans occidere. Illic.] in Pharſalia. Nondum attigit arcem.] nondum perpetuus Dictator eſt factus, nōdum rerum potitus eſt euerſo iure Cæſ. Nondum egreſſus.] qui nondum ſuperauit. Culmen.] id eſt, ſummam poteſtatem Roman. Imperij, quod toti orbi dominatur. Tam nobile lethum.] Honeſtè manu Bruti nūc in Theſſalia occubuiſſet. Sed quia in Senatu ab eo occiſus turpiter periit. Victima.] hoſtia pro publica ſalute à Bruto mactata. Omne decus.] omnes nobiles. Patricium cadauer.] Synecdoche.

Plębe non miſta.] ſeparati enim erāt à plæbeis Patritij, qui circa Pompeiū pugnabant. Mors tamen eminuit.] excellentior tamen inter cæſos fuit domitus. Eminuit.] conſpicua fuit. Domiti.] apocope, pro Domitij qui fuerat ad Corfinium à Cæſare dimiſſus & ad Maſsiliam ſuperatus. Pugnatus.] fortis. Omnes clades.] omnia mortis genera, omnesq; pugnas. Nuſquam Magni fortuna.] nullibi uicti ſunt ſine Domitio Pompeiani. Salua libertate.] liber adhuc & antequam libertas publica periiſſet. Secunda uenia.] prima enim Corfinij conſecutus ab eo audierat. Viue licet nolis & noſtro munere dixit, Cerne diem. Gauder.] quòd moriretur ne uita iterum donaretur. Soluentem membra.] Domitium pereuntem & extendentem membra. Increpitans.] inclamans. Succeſſor.] qui fueras deſignatus ut mihi in Gallia ſuccederes. Spiritus pulſans pectora.] anima pulmonem commouens illi ſat fuit in uerba enuncianda. Reſoluit.] loquens apparuit. Non te funeſta.] Antequam victor ſis & dum euentus belli eſt dubius, & tu es Pompeio inferior, tranquillo animo è uita decedo præſertim quia liber. Non potitum.] qui non es conſecutus. Funeſta mercede] præmio funereo. nam nondum uicisti, adhuc uiuit Pompeius. Sed dubium.] quia es incertus an uincas, pereo libenter ſub duce Pompeio.

Subactum.] victum. Daturum pœnas.] paſſurum. Denſæ tenebræ.] morientium oculis tenebræ obortuntur, ut libro tertio, Mortiſq; illas putat eſſe tenebras. Virg. In æternam clauduntur lumina noctem. Impoſuiſſe pudet.] in totius humani generis calamitate comburendorum mortem deflere pudet & uulnerum & diuerſitates explicare non uacat. Cecidere hoc in prælio ab utraque parte, Italorum quidem (non enim ſociorum copiæ ob multitudinem contemptumq; numerabantur) è Cæſaris primum exercitu turmarū ductores triginta Sarmatæ ducenti: ut alij ſcripſêre mille & ducenti ex Pompeij partibus, Senatores decem. quos inter Domitius fuit, equeſtris ordinis ad quadraginta ex illuſtribus. ex reliquo autem exercitu qui rem in maius extollunt quinque ſupra uiginti millia cecidiſſe aiunt. Cæterum Aſinius Pollio qui ſub Cæſare ea in pugna militauit ſex millia ex Pompeij exercitu periiſſe ſolum ſcribit ut refert Appianus. Cæſar uerò ait non amplius ducentos in eo ſe prælio deſideraſſe & Centuriones circiter 30. Ex Pompeij exercitu millia undecim cecidiſſe, in deditionem uenisſe amplius millia quatuor & uiginti. Viſcera.] corpus. Viualia.] Epar, cerebrum, cor. Ore quis aduerſo.] quis enſe ori immiſſo perierit.

Corruat ictu.] ſtatim ut percuſſus eſt cadāt. Sterit dum membra cadunt.] non ceciderit dum trūcatur manus aut brachium. Tranſmittat tela pectore.] quia à tergo uulneratus pectus ferro penetratum habuerit. Campis.] in terram. Quis cruor.] pudet etiam dicere qui accepto uulnere uelut per fiſtulam cruorem emiſerit, & hoſtis arma irrigauerit. Vt poſſit.] ſine crudelitatis infamia. Longè mittat.] abijciat longius ne fratris truncus agnoſcatur. Probet ſpectantibus.] oſtendat ſe non patrem cuius oram iam lacerauerat: ſed quēpiam alium iugulare. Nulli mors.] non decet ut quærelis ſingulos proſequamur. Vacamus lugere.] uacui ſumus ad lugendum. Iſtæ partes.] iſtam formam pugnæ. Quas aliæ.] ut Cannenſis, Alienſis, & Trebiana. Illic.] in alijs cladibus. Per fata.] per mortes. Per populos.] quot enim milites illic ceciderunt, tot hîc populi. Ibi.] in pugna Pharſalica. Sanguis Acheus.] Græci ipſi. Ponticus Aſſyrius.] id eſt, Ponticæ gentes & Aſſyriæ.

Cunctos horrere cruores.] Ingentem Romanorum cædem eo indicat argumento: quod hærentem ſanguinem Barbarorum cruor ille impulerit. Torrens.] copia Romani cruoris fluentis. Acie.] pugna. Ferrent ſua ſæcula.] illa tempora pati poſſent: nam antea pugnis & modo Sullanis & Marianis prælijs erant attrita. Proſternit.] libertas etiam poſteritatis. Quod perit.] libertas etiam poſteritatis. Proximus.] ni poſteritate in ſeruitutem perpetuam. In regnum.] quærela à rei intempeſtiuæ indignitate. Pauidi non geſsimus arma.] nunquid ut ſeruiant. Teximus inguls.] recuſauimus pro patria mori. Timoris.] eorum qui ſub Pompeio erant. Sedet in ceruice noſtra.] ſubiugant nos, timiditatis illorum.

Dabas Dominum.] ſubmittebas Cæſaribus nos qui poſt hanc pugnam nati ſumus, cum etiam pugnare non conceſsiſti. Infœlix.] quia uictus. Tranſiſſe deos.] defeciſſe à ſe ad Cæſarem. Vix tota clade.] etiam accepta tanta calamitate uix ſuæ fortunæ maledicere potuit. Aggere.] colle. Clades.] ſpectaculum. Quæ bello obſtante latebant.] quæ propter pugnantes uideri non poterant. Sua fata peti tot telis.] quod omnes hoſtes mortem eius appeterent.

Tam multo ſanguine.] hoc eſt multorum morte.

Nec

A Nec.] *sicut uoluit Pompeius in extremis ebus per despirationem ut miseri solent omnia secum obruere: sed optauit ut exercitus reliquus seruaretur incolumis.* Mersa.] *perdita & obruta.* Sustinuit,] *passus est deos precari, speraui'q; exaudituros ipsum, quanquam credibile non uideretur.* Etiam tunc.] *in tanta calamitate.*

Dignos.] *indigni enim uidebantur quia non fauerant.* Vouit solatia.] *optauit salutem reliquorum quæ erat ei solatio maximo in tanta ruina.* Parcite.] *abstinete.* Stante mundo.] *sine cæde uniuersorum populorum & ciuium.* Si plora iuuant.] *si non acquiescitis miseriæ meæ & uultis me maiori dolore confici.* Est mihi coniunx.] *Magna hæc pietate effudit. Nam omnis sibi charissimos & seipsum pro publica salute exponere promptus erat.* Pignora.] *charos & consanguineos.* Ciuili.] *Apostrophe ad fortunam.*

Remoto orbe.] *si mundus nobiscum non perierit.* Iam nihil est.] *Nihil possideo, amisi iam omnia, nihil est sub arbitrio meo, ne in inuidiam meam in alios sæuias.* Et reuocat.] *signum receptui dat procliuibus ad subitam mortem.* Matura.] *subita.* Tanti.] *ut pereant pro ipso.* Nec decrat robur in enses.] *inerat Pompeio magnanimitas & mortis contemptus & ferbor eundi in prælia.* Sed timuit.] *Ideo in confertissimos hostes se non immisit: ne ipso prostrato reliquus periret exercitus, siue noluit in Cæsaris mori conspectu, siue ne suam Corneliam in tollerando dolore afficeret.*

Nec quicquam.] *quia omnino caput eius uisurus est.* Vultus.] *forma.* Fatis q; probatum est.] *Nam in coniugis conspectu occisus est in Aegypto.* Tunc magnum.] *Pompeius cum iam intra uallum hostes uersarentur, equum nactus detractis insignibus imperatoris* B *Decumana porta se ex castris eiecit, protinu'q; equo citato Larissam contendit.* Sonipes concitus.] *equus impulsus.* Non pauentem tela tergo.] *nemo enim ipsum persequebatur.* Ingentes q; animos.] *A magnanimitate & constantia laus, quod rebus aduersis perturbatus non fuerit, & quod res lætas tulerit moderatè.* Verendus.] *uenerandus.* Romanis malis.] *publica calamitate.* Non impare nultu.] *hoc est, si multi. Eodem enim uultu quo fuit in prospera fortuna, fuit* C *in aduersa. Idem de Socrate Cicero & Plinius tradunt.* Nec te uidere superbum.] *Victoria in superbiam te non erexit.* Fractum.] *inconstantem & uacillanti animo.* Quanque fuit.] *sicut fortuna inquit, fuit infida tibi prosperis rebus, sic fuit te inferior in aduersis. quia te de statu mentis non deiecit.* Tres triumphos.] *Libycum, Hispanicum, & Mythrydaticum.*

Pondere fati.] *spe imperij & uictoriæ.* Securus.] *quia nil plus possis amittere.* Vacat.] *uacuum est tibi.* Respexisse tempora læta.] *considerare præteritam fœlicitatem, quæ quidem ex aduersitatibus cognoscitur.* Spes nunquam implenda.] *sitis cupiditatis quæ nunquam expletur, nec satiatur.* Quid fueris nunc scire licet.] *quia ex aduersorum comparatione prospera discernuntur.* Testare.] *iura in testes cita & Romanos qui post hac pugnant non propter te sed pro libertate pugnare.* Perstat.] *perseuerat.*

Tibi.] *propter te.* Ceu flebilis.] *ut reliquiæ pugnæ Pharsalicæ quæ Catone Scipione q; ducibus una cum tuba sunt uictæ.* Munda.] *oppidum in Hispania ubi Pompeij filij sunt superati.* Gurgite Phario.] *id est, in Alexandria à Cæsarianis illata. Pharus insula in Nilo ad Alexandriam est.* Post te.] *post discessum & mortem tuam, significat q; & hos qui nunc periêre & qui Bruti bello.* Populare.] *gratum populis.* Nec studium belli.] *non uoluntas pugnandi, sed causa libertatis redimenda, & Cæsaris opprimendi.* Erunt par.] *erunt concertatores tractum à gladiatoribus, quorum quidem si duos committimus unum par committere dicimur, si quatuor, duo paria.* Quod semper habemus.] *quod semper inter se pugnat & quærit opprimere mutuo.* Inde.] *& Thessalia.* Sibi.] *pro recuperanda libertate.* Non nec iuuat.] *consolatur fugientem, poëta asserens melius fuisse uinci quam uincere.* Perfecta esse.] *ad finem uidisse cladem.* Caterua s.] *strages hominum.* Spumantes cæde.] *cruore plenas.* Et soceri miserere tui.] *& non iascere, sed potius miserere Cæsar qui fuit tanti mali causa. Nam ut ait Boëtius sicut corporum lãguor, ita uitiositas quædã est quasi morbus animorum, cum ægros corpore minimè dignos odio sed potius miseratione iudicemus, multò magis non insequendi, sed miserandi sunt quorum mentes omni languore atrociori urget improbitas.* Pectore.] *conscientia.* Istis campis.] *hoc est, tanta cæde.* Quicquid.] *omnem calamitatem & mortem quam passurus es, æquo animo feras, quit. & te permitte diis, qui te diu in fœlicitate conseruare, ex quippe minus infœlix uictus quam si uicisses.* Solus.] *non à multis comitatus.* Crede.] *da in manus deorum.* Tyranno Pharios.] *Ptolemæo cuius iussu obtruncabere.* Longo.] *quo diu usus fuisti.* Vincere prius erat.] *quia infeciliores sunt, qui faciunt quàm qui patiuntur iniuriam & odiosum est & immanissimum tanta ciuium clade uicisse.* Lamenta.] *lamentatione fieri.* Remitte.] *reprime, prohibe.* Mala.] *aduersitatem quam diu pro meliori euentu tibi dederunt.* Reges.] *ut Ptolemæum.* Regna denegata.] *ut Ptolemæo Tygrani Pharnaci Ariobarzani & Iubæ cui Libyam dedit.* Elige terras.] *nam quocunq; iuris omnino es perituris.*

Vidit prima.] *Pomp. primum Larissæ appulit, nec ibi constitit. Sed eadem celeritate ex fuga paucos nactus nocturno itinere non intermisso comitatu equitum triginta ad mare peruenit.* Larissa.] *Thessaliæ oppidum est.* Nec uictum fatis.] *constantiam seruans.* Ceu læto.] *tanquam uictori.* Vires.] *potentiam in armis.* Munera.] *officia, auxilia, dona q; offerunt.* Templa domos.] *Asyntheton est. Multum super est magna pars gloriæ tuæ adhuc stat & ideo hi te uenerantur.* Te solo minor.] *erat etiam nunc Pompeio omniũ maximus: sed seipso minor, id est, inferior animo, quam esset gloria & potentia sua in fata in bella & in mortem.*

Victo.] *meipso.* Victori præstare fidem.] *fitis fidi Cæsari.* Cumulo cædis.] *congerie cadauerũ.* Vadis per uiscera.] *calcas cadauera & adhuc plures interficis.* Donat tibi populos.] *quantum persuasit ut Cæsar obedirent.* Auehit inde Pompeium sonipes.] *id est, uectus equo Larissa discessit.* Conuitia populi.] *maledicta hominum incusantium deos.* Nunc tibi.] *Profecto inquit nunc tui fructum fauoris & fidei percepisti, quia ex populorum lachrymis quanium amareris intellexisti.* Fœlix nescit amari.] *paræmia est.* Fœlices.] *quia fidem amicorum non experiuntur quantum & à quibus amantur non intelligunt. Nam ut ille in-*

quit, *Amicus certus in incerta re cernitur.* Cæsar ut Hesperio.] *Parta iam victoria Cæsar misso præconio ut ciuibus parceretur, neglectisq; barbaris qui sæpererunt milites ad castra diripienda hortatus est, quanquam ut est in Cæsaris commentarijs à militibus contendit ne in præda occupati reliqui negocij gerendi facultatem dimitterent.* Hesperio.] *Italorum.* Parcendum.] *abstinendum.* Manibus.] *quæ cædendo defessæ erant.* Viles.] *ignobiles & quæ nocere non possent.* Permisit.] *uitæ seruauit.* Castra.] Pompeij. Pauorem.] Pompeianorum. Protinus succedere.] *statim ingredi Pompeij castra.* Conficit omnia.] *sola enim trepidatione hostium reliquam victoriam consequebatur.* Hoc imperium.] *hic iussus ut castra diriperent.* Fessis.] *militibus suis.* Haud subactis.] *non uictis.* Merces.] *præda præmium.* Pro sanguine.] *pro cædibus factis.* Meum est.] *mei officij.* Dabit sibi.] *assumet, acquiret.* Metallis.] *auro, argento, electro.* Hesperijs.] *Hispanis, quibus præfuit & quos uicit Pompeius.* Gazas.] *diuitias.* Fortuna simul coacta.] *diuitiæ simul congestæ.* Dominos.] *uos ipsos.* Propera præcedere.] *festina præoccupare castra.* Fecit tuas.] *fecit tui iuris.* Amentes.] *furentes.* Auriq; cupidine.] *auaritia quæ est habendi cupido, siue iniuriosa appetitio alieni ut ait ad Herennium Cicero.* Sustineat.] *retinere posit.* Petentes.] *Cæsarianos.* Pretium belli.] *prædam.* Scire uolunt quanta fuerint mercede nocentes.] *festinant perspicere quid ex suis sceleribus consequantur.* Massæ congestæ in sumptus bellorum.] *argenti & auri congesti conflatiq; in militum ornamenta.* Spoliato mundo.] *nam ex omnibus ciuitatibus fuerat illuc aduectum.* Non impleruntmentes.] *non satiauerunt auaritiam Cæsarianorum.* Iber.] *in Hispania & in Scythia etiam populus.* Tagus.] *Hispaniæ fluuius trahens arenas aureas.* Arimaspus.] *Scythiæ populus qui certat cum Grypibus gemmas & aurum custodientibus, de qua re diximus libro tertio.* Vt.] *quamuis.* Scelus hoc.] *tantam cædem & immanitatem.* Venisse paruo.] *uenditum fuisse minimo pretio cum speraret pro præmio Romam diripere.* Victor.] *miles.* Despondere.] *promiserit.* Spe.] *propter spem.* Promiserit omnia.] *dixerit se facturum omnia scelera.* Decipitur.] *quia maiora sperabat quanquã maxima sit consecutus.* Plæbes impia.] *Cæsariani.* Cespite patritio.] *in tentorijs & terra in qua nobiles Romani dormiuêre.* Infandus.] *non nominandus.* Vacuum regibus.] *in quo reges iacuerunt.* Totis parentum.] *lectulis patrum quos filij parricidæ peremerunt.* Vesana quies.] *inquies, somnus.* Somniq; furentes.] *somnia furiosa.* Vesant in pectore.] *somniant.* Inuigilat cunctis sæuum scelus.] *Scelerum conscientia uexantur, etiam dum dormiunt.* Absente capulo.] *cum non habeant ensem & sint inermes.* Inspirasse.] *inspirando emisisse.* Infectum manibus.] *masculatum umbris.* Noctem superam.] *tenebras nocturnas nostri cœli plenas fuisse territamentis, & malorum dæmonum & furiarum occursibus.* Exigit meritis.] *merito dant de crudeli victoria pœnas.* Sibilaq; & flammas infert sopor.] *offeruntur eius furiæ cum facibus & sibilantibus comis uipereis quales patricidis occurrunt.* Adest.] *occurrit pientibus.* Sua imago.] *scelus quod fecerat.* Ille.] aliquis, distributio est. Totis somnis.] *quoad dormit.* Omnes in Cæsare manes.] *Cæsari uere omnium imagines scelerum occurrabant.* Orestes.] *Agamemnonis filius & Pelopis pronepos matre occisa à furijs agitabatur. Sed quum apud Tauricam regionem uenisset, ibi quibusdam sacris ab Iphygenia sorore purificatus in bonam rediit mentem.* Tumultus attonitos.] *perturbationes insanas.* Pentheus.] *Bacchi contemptor ira minis in furorẽ uersus est, ut diximus suprà.* Agauen.] *Penthei matrem quæ furore concita filium aprum esse existimans ipsum, dilacerauit.* Desciisse.] *à recta mente discessisset, hoc est insanisset.* Hunc.] *Cæsarem.* Dies ultrix.] *quum ipse occideretur in Senatu.* Senatu stringente.] *immittentibus senatoribus coniuratis qui eum sunt occisuri.* Moustra flagellant.] *furiæ uerberant.* Mens conscia.] *dira conscientia.* Quãtum pœnæ.] *profecto multum.* Stygia.] *infernum.* Vicente Pompeio.] *nam eo mortuo maioribus terriculamentis uexabitur.* Tamen omnia passo.] *sed eum fuerit ita nocte uexatus mane occisorum est spectaculo delectatus, crudelitatis igitur accusatur.* Retexit.] *manifestauit & aperuit eædem.* Nulla facies.] *nullus B deformis aspectus.* Oculos.] Cæsaris. Hærentes.] *affixos.* Propulsa.] *impulsa & aucta.* Cumulis.] *congerie sua.* Depressos in tabem.] *mersos insaniem.* Numerat.] *antequam numerando prospicit.* Epulsis paratur.] *Illic inquit discubuit unde posset perem pros prospectare & agnoscere.* Terram.] *quæ erat capros daueribus tecta.* Lustrare.] *circumspicere.* Subclade.] *sub cadaueribus.* Cernit fortunam superosq; suos.] *agnoscit fœlicitatem & deos propitios.* Scelerum spectacula perdat.] *nõ fruatur uoluptate spectandi.* Inuidet miseris.] *non comburit non sepelit, & est uetus uerbi constructio, cuius meminit, Diomedes.* Ingerit Aemathiam.] *Hypallage, id est immittit aërẽ pestiferum in Aemathiam, qui ex cadauerum corruptione inficiebatur.* Non illum.] *Non est inquit motus exemplo Hannibalis qui quanquam sæuissimus. Pauli tamen Aemilij corpus & M. Marcelli honorificentissimè sepeliuit ut Liuius & Silius tradunt.* Humator penus.] *Hannibal sepultor.* Consulis.] *Pauli Aemilij, qui cecidit in pugna Cannensi.* Cannæ.] *uicus in Apulia.* Succense.] *coruscantes pyra.* Lampade Libyca.] *igne Hannibalis Aphricani.* Hominum ritus.] *humanitatem sepeliendi, nam non sepelire ferum est & immane.* Memiuit esse ciues suos.] *quos maiori odio habebat, quàm Hannibal hostes.* Non singula busta.] *non unicuiq; suum rogum constituas. Sed unum in gentem omnibus.* Discretos.] *separatos.* Interpositis.] *sed continuis.* Aut generi.] *aut si uis Pompeium maiori dolore afficere, congestas Thessaliæ sylvas incẽde, ut flammas ex æquore posit aspicere.* Robore Oetheo.] *lignis Oethæ montis.* Nil agis hac ira.] *Vanæ crudelitatis improbatio: quia nihil odijs proficiat.* Tabes.] *corruptio.* Soluat.] *in terram uertat.* An rogus.] *an ignis in eis nerem.* Placido natura receptat cuncta sinu.] *omnia enim quæ natura composuit in sua elementa dissoluit.* Finem sui.] *dissolutionem.* Sibi.] *naturæ.* Vret quũ terris.] *Vret quando omnia elementa uno igne ardebũt id̃q; ea Pythagoræ sententia dixit: qui apud Ouidiũ ait:*

Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tellus.
Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cæli
Ardeat. Plato

A Plato quoq; in Tymæo, & Cicero in naturæ deorũ docet certa temporũ reuolutione ex incremento contrariorum elementorũ & incendia & diluuia fieri. Communis rogus.] generale incendiũ. Quocunq; tuam.] *Quo iuerit anima tua uadit nunc horũ, quibus uerbis indicat eum non Deum esse ut uulgo putabatur.* In auras.] *ad spiritum retulit qui eos repetit.* Stygia sub nocte.] *in inferno quo migrãt animæ.* Meliore loco.] *circulo amœniore.* Libera fortuna mors est.] *mortui inquit, non sunt fortunæ iniuriæq; subiecti.* Capit omnia.] *suscipit & continet nam in terram redeunt.* Qui non habet urnam.] *insepultus.* Tum.] *præterea, & est acrit increpatio.* Cui.] *ad cuius uoluptatem.* Funere inhumato.] *cadaueribus insepultis.* Hanc cladem.] *spectaculum huius cladis.* Olentes.] *fœtentes.* Trahe.] *bibe, quoniam infecte sunt sanguine.* Hoc cœlo.] *quod corruptũ iam est & pestiferum.* Tabentes.] *marcentes & qui corrũpuntur.* Eripiunt rura.] *fugunt te.* Ad pabulum.] *ad deuorãda cadauera.* Bistonij.] *Threi eij à Bistone rege.* Odorati.] *qui odorauerũt, estq; participium à deponente odoror. Estq; propriè odoratus qui accipit aliunde odorẽ. Odorus uerò quod per se odorem emittit ut rosa.* Pholoen.] *monte Thessaliæ.* Latebras.] *lustra.* Obscœni.] *turpes propter uomitum ex Crapulis.* Et quicquid nare sagacis.] *omnis fera odorifequa.* Non sanum.] *corruptũ odore cadauerũ.* Secutæ.] *alebantur enim cadaueribus equorum.* Vosq.] Grues quæ è Bistonia palude in Thracia frigidiori ad tepentem reuolant Nilum. Ad austrum mollem.] *ad regionalem australem, quæ mitior est: nam Thracia ad meridiem habet Aegyptũ.* Induit se uulture.] *à uulturibus fuit frequentatũ, qui ut Plinius scribit triduo cadauera futura præsentiũt.* Plures pennæ præferunt aera.] *plures uolucres uolauerunt.* Roribus sanguineis.] *insperſione cruoris.* Victoris.] Cæsaris. Tabes.] *sanies.* Lassis.] *defatigatis.* Vnguibus.] *bene unguibus. Sunt enim propriè ungues omniũ animaliũ habentium digitos. Vngula uero eorum quæ habent aut solidos, aut bifidos pedes.* Membra.] *humana quæ rapuerat.* Sic quoq;.] *etiam ferarum & uolucrum discerptione atq; rapina.* Non peruenit ad ossa..] *quia multa corpora integra remansêre.* Abit in feras.] *conuertit se in carnem ferarũ, quæ illa carne alebantur.* Fastidita.] *neglecta à feris & auibus.* Sol.] *desiccando.*

Nymbi.] *putrefaciendo molliendo.* Dies.] *tempus consumendo.* Resolutam.] *corruptam.* Thessalia.] *Thessaliam quoque detestatur, & eam deplorat poëta.* Crimine.] *culpa tua.* Te unam.] *solam & præcipuã.* Fatis.] *necessarijs euẽtis.* Quod sufficit æuum.] *Quæ ætas inquit est satis ad tanti damni memoriam abolendi.* Quæ seges.] *profectò nulla frumenti herba.* Nõ decolor.] *non sanguinei colorit & palladi Herbarũ enim radice arborũ satiatæ sanguine, aut uini ferè rubicundæ purpureos fructus producunt. Sic Persica & Auellanas purpureas fieri docet Palladius.* Quo uomere.] *nam quicunq; te arabit cineres eruet Romanorum, & umbras uexabit.* Ante nouæ.] *hoc est ante hic iterũ præliabitur, dixitq; hoc propter Octauium & Antonium qui aduersus Brutũ & Cassium nõ multò pòst illic Marte cruentissimo pugnauêre.* Secundo sceleri.] *secundo prælio ciuili.* Omnia maiorum.] *Quamuis inquit omnes cineres omniaq; ossa mortuorũ quæ in toto sunt orbe in unũ cumulentur, maior tamen copia erit in Thessalia.* Licebit.] *quamuis: ut apud Horatium. Sis pecore & multa diues tellure licebit.* Busta.] *loca in quibus combusta sunt.* Stantes.] *integros.* Vertamus.] *eruamus.* Vetusta radice.] *antiquo caprifico dissoluti apertiq; sunt.* Martialis Marmore Messalæ findit caprificus. Vmas.] *in quibus cineres ossaq; sunt.* Victis compagibus.] *dissolutis coniunctionibus.* Sulcis.] *in sulcis.* Dentibus curicolis.] *dentatis instrumentis, quibus colunt rura.* Nullus ab Aemathio.] *Nemo inquit Thessaliam frequentasset, aut aressset, aut armenta & greges ibi pauisset: sed tanquam sacram, & ut commune Romanorũ sepulchrum seruasset inuiolatam & desertam si illic tantũ gesta fuissent ciuilia prælia.* Religasset frenem.] *nauigasset in Aemathiam & inde nauim soluisset.* Mouisset.] *aressset.* Dumeta.] *spineta & salictus.* Permitteret uellere.] *concederet pascere herbam nascentem ex ossibus & puluere Romanorum.* Impatiens hominũ.] *inhabitabilis.* Vel solis iniqui limite, uel glacie.] *id est, uel uia solis ut terræ, quæ sunt sub torrida zona, et sub ipsa Ecliptica, uel frigore intolerabili quo laborant quæ sunt sub zonis extremis.* Nuda.] *sine hominibus.* Si non prima.] *si prima certè non sola: nam primus ad differentiam secundi & tertij dicitur.* Liceat.] *Votũ est, cum non liceat, totus enim mundus est nocens.* Terras nocentes.] *ut Thessaliam Aegyptum Cisalpinam Galliam, Aphricam, Hispaniã, Tusciam, Siciliam, Leucadiã quæ ciuili sanguine maduêre.* Quid præmitis.] *cur grauamini & damnatis.* Solutis.] *liberatis culpa: nam unus locus alterum leuat.* Hesperiæ.] *Hispanæ & Italæ.* Pachini.] *montis in Sicilia apud quem Augustus & M. Agrippa Sextum Pompeij filium nauali prælio superauit.* Et mutina.] *apud quam uictus est M. Antonius ab Augusto ubi & Consules Pansa & Hircius ceciderunt.* Leucas.] *Hoc dicit propter prælium nauale quod in sinu Ambracio gessit Augustus in Antonium & Cleopatram.* Puros.] *quasi innocentes & Romano cruore immaculatos & inexecrabiles.* Philippos.] *Poëta aut etiam suprà diximus Pharsalios campos intelligi, quanquam Plinius Philippos in Thracia esse ostendit.*

FINIS LIBRI SEPTIMI.

IOANNIS SVLPITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI POETAE PHARSAL. LIB. VIII. commendationes.

AM super Herculeas.] Pompeius ita tenuis et nudus, ut inquirentes hostes planè lateret Lariſſam transgreſſus, ut ad Tempe peruenit ſe in ora proſternens ſitibundus è fluuio hauſit. Indeq; exurgens per Tempe greſſus eſt, quouſq; ad mare peruenit, ut tradit Plutarchus, nauemq; fluuialem, uel ut Appianus ait, frumentariam conſcendit, ſæpe ut dicebatur quærens tantum ſe opinionem fefelliſſe: ut à quo genere hominum uictoriam ſperaret ab eo initio fugæ facto penè proditus uideretur. Poëta igitur quibus flexibus, qua trepidatione, quo dolore, pudoreq; fugerit & nauim conſcenderit, narrat. Eſt autem ordo iam magnus petens diſpendia deſerta ſyluæ Hemoniæ. Super fauces Herculeas.] tranſuallem & aditum quem Hercules diſciſis oſſa & Olympo montibus fecit, & exitum Peneo fluuio dedit ut exhauriretur aquis Theſſaliæ: ut meminit Diodorus, & Seneca in Hercule furente ait. Sciſſa quum uaſto impetu patuere tempe: Pectore impulſus tuo. Huc mõs & illuc cecidit & rupto agere. Noua cyrrit Theſſalus torrens uia. Tempore.] uallem de qua diximus libro ſexto. Diſpendia deſerta.] damna itineris & circuitus uiæ deſertæ. Hemoniæ ſyluæ.] Theſſalici nemoris & ipſorum Tempe. Agens cornipedem exhauſtum.] impellens equum feſſum. Stimulisq; negantem.] id eſt, qui ictus calcaribus nõ promoueretur. Incerta fugæ ueſtigia turbat.] non it recto itinere: ſed confundit & flectit, ne poſſit per ueſtigia deprendi, & ut qui perſequuntur reddantur incerti. Implicitas errore.] confuſas circuitionibus. Frigorem nemorum.] ſonitum arborum ex aura. Comitum.] nam eorũ ſtrepitum terrebatur. Qui ſerit.] qui ſtrepitus reſonat & percellit. Trepidum lateriq; timentem exanimat.] perterret ipſum non modo à tergo, ſed à latere metuentem. Quamuis ſummo de culmine.] quamuis inquit à fœlicitate corruerit tamen ſcit magno pretio ſuam mortem à Cæſare experiri, & non minori quàm ipſe mortem Cæſaris emeret. Pretium ſui ſanguinis.] pretium quod daretur interemptori ſuo. Nondum eſſe uile.] ſed maximum. Memor.] fati, priſtinam fortunam conſiderans. Adhuc.] in tanta calamitate. Iugulum] tantæ mercedis uitam, tanti pretij. Pro ceruice anſa] pro capite, quod collo ſuſtentatur. Deſerta requentem.] quamuis per deſerta & occulta fugeret, eius tamẽ dedecus & calamitas latere nõ poterat, quia ab omnibus noſcebatur. Multi.] Auxiliares euntes in Pompeij caſtra nondum audita profligationis fama Pompeio obuio ſtupuerunt. Prodente ruina.] indicante cladem. Vertigine.] mutatione & uolubilitate fortunæ. Cladisq; ſuæ uix ipſe fidelis auctor erat.] uix ipſo fugiẽte, & aſſerente tanti ruina exercitus credebatur. Grauis.] moleſtus. Adeſt teſtis.] fit ei obuius & conſcius eſt calamitatis. Obſcuro nomine.] non nota, non celebri fama. Exigit pœnas.] quo enim erat illuſtrior eò infamior euadebat. Longi.] diu perſtiti. Pondere.] claritate. Premit.] grauat, notasq; facit. Fatisq; prioribus urget.] uexat ſuperiori fœlicitate. Quò enim fœlicior fuerat, eò nũc miſerior erat. Et rebus fœlicibus aſſuetis difficilius eſt aduerſam ferre fortunã. Sentit honores feſtinatos.] pœnitet ſe honores imperia triũphos ante legitimũ tempus geſſiſſe. Acta Syllana.] ea quæ in uenis egit Syllanis temporibus, quũ ab eo in Siciliam, & Aphricã miſſus de Perpenna, Domitio & Hiarba triumphauit. Lauriferæ.] triumphalis. Corycias claſſes.] naues Ciliũ Pyratarũ quos mira celeritate repreſſit: ut diximus lib. 1. Corycus oppidũ in Cilicia croco abundãs, ubi & Coryciũ antrum. Pontica ſigna.] de Mythridate uictoriã qua eius uexillis potitus eſt. Deiectum.] uictũ proſtratũ. Sic longius æuum deſtruit ingentes animos.] ſic nocuit magnanimis clariſq; uiris uixiſſe diu tius, & in uita poſt amiſſum imperiũ remanere. Deſtruit animos.] delet magnanimitas gloriã Parthã. Niſi ſum ma dies.] niſi quis in fœlicitate pereat, & morte ſuã ruinã ꝓueniat, priſtina fœlicitas eſt ei dedecori, bene igitur Ouid. ſed ſcilicet ultima ſemper expectanda dies homini dicíq; beatus. Ante obitũ nemo ſupremaq; funera debet. Niſi ſumma dies.] niſi mors cũ fine fœlicitatis aduenerit. hinc apud Senecã Chorus. Fœlix Priamus dicimus omnes ſecũ excedẽs ſua regna tulit, et paulò pòſt fœlix quiſq; bello moriẽs omnes ſecũ conſumpta uidet. Et celeri ptę uertit triſtitia letho.] præuenit & præterit res aduerſas morte feſtina. Quiſquã ne ſecundis.] audet ne aliquis fœlicitatẽ amplecti, niſi cũ certo in ea moriẽdi propoſito. Littora cõtigerat.] Iam Põpeius ad oſtia Penei uenerat ubi cymbam nactus Mitylenas ad Corneliã nauigauit ut Appianus etiã ſcribit. In cõmentarijs, tamẽ eſt cũ ad Amphipolim una nocte in anchoris cõſtitiſſe, & interrogata hoſpitibus pecunia, cognitoq; Cæſaris aduentu inde diſceſſiſſe & Mitylenas paucis diebus ueniſſe Plutarchus inquit, eum cymba in altũ cũ paucis liberis: nã ſeruos ad Cæſarem ire iuſſerat, conſpectũ fuiſſe à Petilio & eũ in nauim onerariã per maximã mœſtiſſimè fuiſſe ſuſceptũ una cum duobus Lentulo et Faunio, qui apud eũ ſerui ſubierat miniſterium & præter Amphypolim nauigans ad Mitylenẽ tranſijt. Littora.] hæc ſunt in ſinu Thermaico. Rutbẽs clade.] cruẽtus. Inde.] littorib. Ventis & fluctib. impar.] hoc eſt fragilis, & quæ tẽpeſtati nõ poſſet reſiſtere. Cymbam enim fluuiatilem fuiſſe Plutarchus & Appianus tradũt. Cæſar frumentariã nauẽ. Vadis.] locis nõ profundis. Cuius.] Pompeium uidelicet qui adhuc tantũ claſſium habet. Adhuc.] hoc tẽpore. Remis.] nauibus. Corcyra.] in Ionio inſula. Terræ Lyburnæ.] apud quam erat Octauius ut patet libro 4. Rector correpſit exiguam alnum.] ab officio geſtu & inſtrumẽto cõmiſeratio, ipſe enim regebat nauiculã quã repens, id eſt, trahens corpus intrauit, legitur & uector hoc eſt, qui uehebatur. Alnum.] ex Alno arbore cymbam. Conſcia curarum.] Apoſtrophe ad Corneliam doloris ſociam. Stares in campis.] cladem ſpectares.

Præſagia.]

A Præsagia.] *prædiuinationes mali futuri.* Exagitant curas.] *commouent & augent mœstitiam.* Somnus.] Cornelia dormiens, Metonymia. Nox.] Nocturna quies. Haber.] *affert Thessalicæ cædis imaginem.* Tenebris remotis.] *die uero è specula uenientes naues prospiciebat.* Nutantia.] *mouentia se & inclinantia.* Nec audes quærere.] *ne quid suspicabaris audires, & quod animus præsagiebat deprænderes.* Fato.] *aduersitatis.* Ea ratis.] *commiseratio ab ignoratione de Pompeio adueniente, quanquam Plutarchus inquit eum cum insulæ hæsisset, iuxta littus ad ciuitatem nuntium misisse, non qualem expectabat Cornelia quæ sperabat ex prælio ad Dyrrhachium gesto, illud unum supereſſe Pompeio ut Cæsarem persequeretur. Is igitur plura lachrymis quàm uerbo exprimens eam festinare iussit si Pompeiũ optaret aspicere, naui sola & alienа inuectum. Ad hæc cum se amens strauisset non multò pòst uix compos mentis procurrit ad pelagus & à Pompeio ultrò suscepta conqueri cœpit.* Tendit carbasa.] *dirigit uela & cursum in Lesbon.* Quid ferat.] *fert enim Pompeium uictum, qui est tibi dolor & nuntius.* Summa pauoris.] *appositio est.* Quid perdis tempora.] *abstinebat enim ne uideretur mala ominari.* Profiluit.] *celeriter naui occurrit, & animaduertit Pompeiũ, intensum & squalidum.* Notauit.] *aduertit.* Canitiem.] *canos.* Squalentes.] *decolores & infectas.* Obuia nox miseræ.] *Caligo præ mœrore exorta eam exanimem reddidit.* Cœlum lucemq;.] *claritatem cœli per Endiadim.* Clausit animum.] *oppressit sensus & uiribus destituta ut exanimis cecidit.* Neruis.] *uiribus.* Riguerunt.] *non salierunt, non palpitauerunt, ut uiuis solent.* Decepta.] *nam in se rediit & non perijt ut optabat.* Iam fune ligato.] *Pompeius in littus descendens, & iter Mitylenas uersus arripiens ignarus illic in propinquo adesse Corneliam à famula uxoris tacito ploratu accitus est.* Lustrat uacuas arenas.] *circuit loca sola.* Non ultra gemitus tacitos.] *non nisi tacitè & submissè.* Permisere sibi incessere fata.] *incœperunt in fata inuehi.* Frustra.] *quia non potèrant.* Ambit.] *amplectitur.* Refouet.] *recreat.* Renocato sanguine in summum corpus.] *Natura in magno mœtu atq; dolore in altum tota deuergitur & descendens ad cor sanguinem, quo uelut curru uehitur* C *trahit, eo subtracto frigus in extremis membris, & humor dilutior cuti remanet, & ipse pallescit remittente se mœtu sanguis paulatim effundi incipit & sic redit uigor & color.* Posse pati.] *posse aspicere: nam prius ad eius aspectum ceciderat.* Prohibet succumbere fatis.] *mouet ut sit magnanima, & nõ cedat aduersæ fortunæ.* Castigat.] *uerbis arguit immoderati doloris quanquam Plutarchus ait, ipsam prius uerba fecisse & postea à Pompeio hortatam, & utriusq; orationem commemorat.* Nobile cum robur.] *Pusillanimitatis conjugem arguens eam à futura laude ad animum erigendum, & se amandum; & non deferendum hortatur citiq; cura tuorum maiorum magnanimitate degenerans cum fortiter tolerando miserias meas & me non pristinam fortunam amando, atque deflendo perpetuam laudem consequi possis.* Titulis auorum.] *uiclorijs & magistratibus Scipionum. Erat enim Scipionis filia qui ab illis clarioribus trahebat Originem.* Frangis robur.] *debilitas animi fortitudinem.* Primo uulnere.] *prima aduersitate, ante hac enim semper usi fuerant secunda fortuna.* Habes animum.] *habes inter fœmina ingressum & occasionem ad æternam laudẽ, quam neq; dicendo iure, neq; administranda repub. neq; re militari consequi potes, sed sola fide in miserijs maritum nõ deserendo.* Decertet cum fatis.] *pugnet cum aduersa fortuna resistatq; ei.* Quod fum uictus.] *quia fum infœlix & miserandus.* Maior gloria.] *erit enim ueri amoris augumentum, & non te uiri amasse fortunam: sed uirum ipsum quem ab alijs desertum sequaris.* Fasces.] *consules.* Tanta manus regum.] *tot reges.* Deformis.] *turpe est inquit uiuentem uirum ita lugere: unã morte eius nihil ad luctum possit accedere.* Ocitius augeri.] *cui quicquam addi non possit.* Vltima fides.] *ultimum officium fidei coniugalis.* Tu nulla tulisti damna.] *habes patrem, & maritum incolumes, quibus saluis lugere non debes.* Fortuna.] *fœlicitas.* Quod deiles illud amasti.] *Acri stimulo & magnanimam & sui amantem reddit: nam si illam deflet uirum non amauit: si uirum amauit flere non debet.* Est ergo simplex complexio.] *quia fateri cogitur non fortunam: sed uirum amasse, & stultè se flere.* Correcta.] *castigata.* Aegra.] *debilis & infirma.* Rumpente.] *emittente, Aphæresis est.* O' utinam in Thalamos.] *Cum eo fato se genitam uerit Cornelia ut maritis infœlix sit, dolet quod non nupserit Cæsari inimico, ne tanta calamitate Pompeium afficeret, cui ut omnia sint tutiora pœnas fatis dare & mori se auidam dicit.* Illem in Thalamos.] *nupsissem.* Infœlix.] *infœlicitatem afferens.* Bis.] *nunc & sub priore marito Crasso M. Crassii filio.* Erynnis pronuba.] *furia quæ præfuit nuptijs meis & me comitatus.* Crassorumq; umbræ.] *manes patris & filij quibus egò addita sum, & qui me oderunt, quod eis fui infœlix.* Deuota.] *deputata, addita, tum quia coniunxit, tum quia infœlix.* Casus Assyrios.] *eladem similem Parthicæ.* Dedi præcipites.] *præcipitaui & interemi.* Fugaui deos.] *numinum fauorem à iusta causa mouerit.* Indigne meis Thalamis.] *tam infœlici coniuge.* In tantum caput.] *in tantum uirum.* Sponsæ.] *miram hoc uerbo pietatem ostendit.* Mollius.] *tranquillius.* Certa fides regum totusq; paratior orbis.] *ut nullus à te deficiat & quisque faueat tibi.* Paratior.] *obsequẽtior.* Sparge mari.] *obrue me in fluctib.* Mallem fœlicib. armis.] *utinã pro tua uictoria perijssem.* Lustra.] *expia, purga cæde mea & his inferijs.* Vbicunq; iaces.] *Apostrophe ad Iuliam, quã in odiũ adducẽs ciuili clade ultã fuisse dicit coniugium suũ.* Placata.] *mitior facta.* Pellice cæsa.] *occisa me quæ sum pellex tua & tuo uiro coniuncta.* Parce.] *abstinè nocere.* Tuo.] *quem tibi amandum relinquo.* Durl flectuntur pectora magnũ.] *Pompeiũ cõstantia cõmotã est hic ad lachrymas quib. in Pharsalica clade abstinuit.* Sicca.] *quæ nõ fleuerũt.* Tũc Mitylenæũ.] *Multitudo Lesborũ, qui cõuenerãt uehemẽter Pompeiũ orauit ut honoris gratia saltẽ unã ibi noctẽ hospitaretur, ostendentq; ei loeũ esse tutũ & fidũ, omnia tam priuata quàm publica ei offert & ut eis utatur orat. Exorditur aũt à beneuolẽtia glorioſum officiũ suũ sine arrogãtia cõmemorando.* Tũ petit.] *Inde cõfirmãs et refutãs quæ obijci possent, p amplificationẽ & miserationẽ cõcludit.* Dignus.] *Cornelia uxorẽ.* Dignare muros deuotos.] *fac dignam ciuitatem tuam.* Sacro fœdere.] *hospitali beneficio.*

Lares.]

Lares socios.] *regiam in qua tua uxor est hospitata.* Fac magne locum.] *orna & consecra locum hospitij tui, quem omnes posteri adorabunt.* Reuisent.] *ad uisendum redibunt, & est suasio à laude futura.*

Nulla tibi.] Suasio à fidelitate præstita. Nam reliqua loca salutem à Cæsare sperare possunt, hunc solum, quia suscepit Pompeij coniugem oderit. Crimen.] *hospitij culpam.* Quid quod.] *suasio à tuto, quia Cæsar insulam expugnare non potest.* Procerum.] *locus ab honesto.* Coibit.] *conueniet ut bella resarciant.* Accipe templorum.] *à liberalitate & prompto auxilio conciliatio.* Cultus.] *uestes, statuas, tabulas.* Aurum.] *uasa & laminas.* Si tenuis.] *si pupillus, accipe siue terra, siue mari eorum operam uti uelis.* Quantum ualet.] *quantum potest, facultatisq; habet.* Ne Cæsar rapiat.] *quod nobis molestissimum esset.* Hoc solum crimen.] *hanc culpam à nobis de te benemeritis auerte, ne uidearis nostram fidem, cui in fœlicitate te credidisti, in tua miseria præ nostra leuitate damnasse.* Meritæ bene.] *quæ in te hospitale beneficium contulit.* Mundi nominis.] *pro toto mundo, est enim res mira fides in calamitoso.* Nullum toto mihi dixit in orbe.] *plena gratitudine oratio in quâ ostendens quanti eos fecerit, quamque sibi sint chari mirificè laudat & desinit in commiserationem.* Non paruo pignore.] *liptote intelligitq; uxorem illic depositam.* Affectus.] *curas amoresq; meos.* Hac obside.] *Cornelia quasi in pignus fidei data.* Penates.] *deorum domesticorum imagines.* Roma.] *patria.* Ante dedi.] *prius aduersi.* Lesbon meritâ iram Cæsaris.] *quæ merito Cæsari erit inuisa, ob seruatâ coniugẽ meam.* Non ueritus.] *non dubitans.* Materiam uocis.] *causam beneficij. Virg.* Orantes ueniam & templum clamore petebant. Feciſſe nocentes] *reddidisse inuisos tanquam si Cæsari nocuissetis* Fata mea sunt agitanda] *ego sum exercendus & erraturus.* Aeterno nomine.] *æterna fama seruatæ fidei, siue alij idem fecerint, siue tu sola fueris mihi fida.* Certum est.] *decreui qui fidi infidiq; sint explorare.* Accipe numen.] *deos si quis est ei propitius precatur.* Similes] *tam fideles, ut Lesbos.* Non uerent intrare.] *sinant ingredi Cæsarem persequentem, & meo arbitrio sinant abire: his q; dictis eos uictori parere suasit, in q; eo qui clemens & æquus esset fidere, ut ait Plutarchus.* Comitem.] *Corneliam.* Cunctos mutare tellurem.] *omnes Mitylenæos in alias terras migrare.* Plangitur.] *manuum ictibus fletus.* Infestæ] *in deos præ dolore immissæ.* Pompeiumq; minus.] *multo magis discessu Corneliæ, quam Pompeij aduersitate dolebant.* Quam nix] *quum etiam si ad uictorem maritum iuisset, non sine lachrymis dimissent.* Deuinxit] *ligauit.* Pudor.] *uerecundia.* Submissa.] *humilis.* Hospita turbæ.] *blandè uulgus excipiẽs.* Stantis adhuc fati] *cum adhuc fuisset in fœlici statu sic uixit, ac si esset in infœlici, aduertendusq; dicendi modus, stantis fati, hoc est ipsa quæ erat in statu.* Iam pelago.] *Chronographia.* Demissus ad medios ignes.] *demersus ad dimidium sui corporis.* Quibus abscondit] *nobis.* Si quibus exerit.] *antipodibus quibus oritur quum nobis occidit.* Vigiles Pompeij pectore curæ.] *Pompeij meditabatur, an ad socias Pop. Rom. urbes, an ad reges confugeret, an in deserta Libyes iret.* Adeunt.] *cogitat.* Ait enim.] *Appianus assumpta Cornelia uxore triremib. quatuor comitatus, quæ à Rhodijs & Tyrijs ad eum uenerant Corcyram tunc quidem & Libyam præterrectus est, quo in loco exercitum alium & nauticos habebat apparatus, ad Orientem itaq; uersus Parthos, ueluti ab illis opem petiturus nulli patefacto interim consilio adire statuit, quod Ciliciæ propinquus cum amicis aperuisset illi dissuaserunt.* Socias.] *confœderatas & liberas.* Varias.] *mutabiles. mihil enim hæ bent amicum præter utile.* Arua innia.] *deserta Libyæ & Aethiopiam.* Sæpe labor mœstus.] *ægritudo animi laborans repellebat tædium solicitudinum & rerum futurarum.* Aestus fessos.] *defatigatas cogitationes.* Consulit.] *interrogat.* Vnde notet.] *à quibus astrit qua ratione.* Quæ sit mensura secandi æquoris.] *quæ astra obseruando nauigetur.* Seruet Syriã.] *dirigat cursus in Syriam, ad quam euntibus Arcto occidit.* Quotus ignis in plaustro.] *quota stella in Vrsa maiore, quæ minore est lucidior, & propriè plaustrum est appellata à forma & positu septem stellarum. ex quibus constat* Seruator Olympi.] *magister nauis stellarum contemplator.* Signifero.] *non stellas quæ occidunt, sed ambas Arctos quæ in cœli uertice semper apparent nautas obseruare dicit.* Labentia] *labendo occidentia.* Signifero.] *ferenti multa signa, tum in Zodiaco, tum extra.* Fluunt] *discurrunt tam motu exteriore, quàm proprio.* Nunquam stante.] *semper se mouente.* Axis inocciduus.] *polus Arcticus qui semper apparet.* Gemina Arcto.] *maiore & minore Vrsa quam draco amplectitur.* Surget.] *apparebit.* Instabit summis Cerauchis.] *imminebit summis cornibus antennarum dirigimur in Bosphorũ & mare Euxinum. Ceruchi dicti à κέρας quod est cornu, & χέω fundo. De his Virgil intellexit quum dixit: Cornua uelatarũ obuertimus antennarum. Nam Asclepiades ut scribit Macrobius libro quinto ait, naualis ueli partem inferiorem patteram uocari, & circa mediam ferme partem τραχηλον dicit, summam uero partem Carchesium nominari, et indè diffundi in utrunque ueli latus, eaq; cornua uocantur.* Bosphoron.] *& Thracium & Cymmericum nam duo sunt, unus ad Bizãtium, alter ad paludes Mæotides.* Pontum.] *Euxinum mare, circa quod est Scythia.* Quicquid.] *quantulumcunq; Arctophylax erit inferior malo, & ursa minor erit mari uicinior in Syriam nauigamus.* Arctophylax.] *Bootes qui est ita uicinus arctis, ut eius similis manus, neque oriri, neque occidere uideatur.*

Cynosura.] *Vrsa Minor, quæ Bootæ opposita est.* Canopos] *stella Australis ingens & clara nostris regionibus ignota, eius meminit Plinius libro sexto & Vitruuius libro nono.* Inde incipit.] *ultra Syriam obseruamus Canopum, quæ meridie extremo decurrit, & metuit ne Borea nubes impellente obscureatur.*

Illa.] *Canopo similis si ultra Aegyptum nauigaueris defereris in Syrtes Libycas.* Quo pede.] *funem quo tenditur uelum.* Carbasa tendi.] *dirigi uela, quæ dicta sunt à Carbaso genere subtilissimi lini.* Serua.] *prouide.* Sit longius.] *sit remotissima.* Da uentis.] *comitte fortunæ.* Comitem pignusq; recepi depositum.] *hoc est, Corneliam mecum habeo.* Torsit.] *in lævum do.] pari altitudine & planitie.* Torsit.] *in lævum flexit.* Asinæ cautes.] *saxa & scopuli asmæ opiduli, quod est in sinu Messenio.* Qui ab eo asineus dicitur.] *eiusdem nominis alia est Harmonasa, ut ait Strabo lib. octauo.*

octauo. Chios.] *insula Lesbo uicina, Theopompi patria, quæ paruo freto ab Asia diuiditur.* Asperat.] *resonare facit ob scopulos in quibus illiduntur.* Dedit.] *protendit.* Rudentes.] *firmos funes.* Senserunt motus.] *nam conuersa est & nauigatio.* Rostro.] *prora.* Nec spectante idem.] *nec conuersa eundem in locum.* Sonum.] *fragorem quem eunte naui emittunt.* Moderator æquorum.] *auriga in curruli certamine.* Quum læuum circuit axem.] *quam à dextra in sinistram currum conuertit ut breuiore gyro metam intactam circumeat, quò enim propius metam currus accesserit eò citius peruenit.* Accedere.] *uicinos fieri.* Inoffensæ.] *intactæ, illæsæ.* Ostendit terras Titan.] Sole Oriente *tenebræ abeunt, & stellæ nõ apparent.* Quicunque Sparsus Pomp.] *qui palantes hostis uiolentiam fugerant* Pomp. *uestigia sequebantur.* Natus.] *sextus.* Procerum.] *Senatorum & Ducũ.* Delecto fatis.] *oppresso.* Abstulerat reges ministros.] *priuauerat regibus, qui ei ministrarent.* Sceptra Eoa.] *regna Orientis.* In deuia.] *remotissima loca.* Qui sperta ducis uestigia legit.] *qui flexam Pomp. nauigationem secutus est.* Legit.] *nauigando obseruauit.* Quando.] ait Pompeius *ad regem Gallogræciæ uerba.* Romanus.] *Romani iuris & ditionis.* Euphratem.] Armeniæ & Mesopotamiæ multosq; alios populos indicat. Tygrim.] *Tygris accolas ut Armenos et Parthos.* Quærentem.] *fata reparantem mihi secundam fortunam.* Recessus.] *semota loca.* Totum mutare dic.] *excitare totum Orientem unde dies emanat.* Arsacidæ.] *regi Persarum.* Fœdera.] *bello Mythrydatico icta.* Manent.] *stant, sublata non sunt.* Latium tonantem.] per Latialem Iouem *qui Albæ collebatur, uel per Romanum & Capitolinum.* Obstricta.] *firmata.* Magos.] *sapientes & sacerdotes.* Intendite.] *flectite.* Neruis Gethicis.] *Scythicis cordis quæ ex neruis fiunt.* Si uos.] *si liberaliter uobiscũ egi.* Caspia clausa.] *portas Caspias & fauces montis Caspiorum qui latebram Mythrydati dederunt, panduntur q; itinere manufacto longo octo millibus passuum. nam laudo eius uix est plaustro permeabilis. ut ait Solinus.* Alanos.] *Scythiæ populos uicinos Iberis ab Alano flumine denominatos.* Aeterni martis.] *semper pugnaces.* Achemenijs.] *Parthicis à rege Achemene.* Nunquam coëgi in Babylona.] *non repressi & continere feci intra muros post ictum fœdus, nam antea quod in Gordianam hostiliter exeurrissent per Afranium fugauerat.* Arca super Cyri.] *ultra campos Persidis ubi Cyrus regnauit.* Chaldæi regni.] *quod est supra Arabiam.* Ganges.] *Indiæ fluuius.* Hydaspes Nyseus.] *fluuius ad Nysam à Bacho in India conditã.* Accedunt pelago.] *exeunt in Oceanum.* Ab igne Phœbi surgentis.] *ab Oriente extremo auroraq; ipsa.* Propior.] *uicinior.* Persis.] *regio supra Parthiam.* Sustinui.] *passus sum de uobis nõ triũphare.* Ex æquo.] *quia æquè liber & socius est nõ tributarius.* Stant.] *cõseruati sunt meo beneficio, nã in Senatu bellũ Parthicũ susciendũ donec duraret bellũ Gallicum dissuasi.* Post uulnera cladis.] *post dolorem quem Parthi de cæsis Crassis & exercitu intulere.* Compescuit iras.] *repressit bellum.* Ruptis claustris.] *fractis legib. & præscripto, & præteritis terminis & lenitibus constitutis.* Ripam Euphratis.] *intra quã Phrahartes Parthorũ rex se uelle perpetuo cõtinere Pompeio qui Tygranis filiũ seruabat in uinculis cum obtulisset fœdere constitutum, ast ut scribit Plutarchus.* Zeugma Bellaxũ.] *oppidũ iuxta Euphratẽ conditũ ab Alexãdro quòd ex Pelle Macedoniæ oppido fuit.* Vinci uolet.] *ut umeatur Cæsar.* Nõ piguit.] *non piget fuit.* Insignib. aulæ.] *regio habitu.* Raptos.] *ab alijs raptim acceptos.* In dubijs.] *sententia per acclamationem quam laudando pauperiatem exornat.* Rege.] *Deiotaro.* Iactore.] *uidelicet sinus Basilici ubi incipit Icariũ mare dictũ ab Icaro Dedali filio, qui uolans illic cecidit.* Ephæsum.] *urbem in ora Ioniæ ubi Diana colebatur.* Colophona.] *Ioniæ oppidũ ante quod est Clarium lucus, ubi Calchas à Mopso uictus præ dolore periit.* Sami.] *insulæ Ioniæ.* Coo.] *Cos insula nõ longè ab Halicarnaso patria Hippocratis.* Guidon.] *insulã in mari Carpathio quam piscosam dicit Ouidius.* Rhodon claram sole.] *insulam ubi colitur Apollo & ubi est Solis Colossus mirabilis quem septuaginta cubitorũ altitudinis fecerat Charet Lyndius.* Compensat.] *sinus recta nauigatione circuitus cum compendio nauigat.* Telmesidos.] *Telmessum oppidum est Liciorũ & Telmesis Promontoriũ cum portu.* Pamphila.] *regio iuncta Ciliciæ.* Muris.] *oppidis.* Pharsilis.] *Ciliciæ oppidum cum tribus partibus ut inquit Strabo: sed Plutarchus ait primũ in Attaliam Pamphiliæ ciuitatẽ ingressum.* Rarus incola.] *parua plebecula, qua erant numerosiores Põpeio comites.* Rursus.] *primum enim tetenderat bello Pyratico.* In taurum.] *qui in oram Ciliciæ desinit ab Oriente incipiens.* Dipsanta.] *fluuium Ciliciæ.* Crederet.] *credere posset.* Vndis.] *mari uictis Pyratis.* Est sibi concessũ.] *etiam sibi promissum, ut nũc tutus nauigare posset.* Celendris.] *oppido in Cilicia cum portu ut docet Strabo. & ipse poëta indicat nec legis Sinedris & ridiculè cõgregationem hic significare interpreteris..* Selenus.] *Ciliciæ fluuius in portu Celendrarum, qui emittit & recipit naues, eius quoq; meminit Strabo.* Comites belli & fugæ.] *decreturus Põpeio, ad Parthos cõfugere, rationes quibus uiros & exercitũ quos non omnino amiserit reparari possint, ostendit omnia in consultatione ad quem sit potissimum confugiendum. Suadetq; Aegyptum non esse eundum, propter Ptolomæi suspectam ætatem, nec in Libyã: quæ perpetuo flagret odio in Romanos, tũ Parthiã laudat: exordiuntur autem à beneuolentia.* Imaginar.] *imago & qui patriam mihi refertis.* In litore nudo.] *in arena sine tecto & ea externa.* Nullis armis.] *nullo exercitu armato.* Exordia nouis rebus.] *principia nõ stiræ reparationi.* Non omnis.] *non penitus.* Nec fic præmũtur.] *nec sunt adeò prostrata ut nequeam erigi.* Excutere.] *repellere damnũ & obliuisci.* An Libycæ.] *à minori ad maius argumentatio. nam Marius ut dixit primo libro Nuda triumphati iacuit per regna Iugurthæ & Pœnos præsit cineres.* Ruinæ.] *in quibus latuit.* In fasces.] *in consulatũ.* Fastis.] *libris & annalib & actis descripta sunt.* Leuiore manu.] *Cæsaris minus potẽte quã Sylla fuerat.* Tenebit.] *nõ sinet erigi.* In æquore Graio.] *in Ambracio Peloponensiaco sinu.* Sparsit.] *late diffudit & dissipauit.* Vel sola fama.] *etiã sola auctoritas & gloria rerũ gestarũ.* Nomẽ.] *nominis omnibus grata.* Vos pendite regna.] *uos cõsiderate, qui rex sit fidelior, & dignior à quo petatur auxilium an Iubas, an Phrahartes Ptolemæus, quos p Libyen, Parthos, Pharõq; indicat.* Expromã.] *aperiã.* Pondera uergant.] *consi-*

lia inclinent. Aetas tyranni.] pueritia Ptolemæi quæ instabilis est consilij. Ardua.] insignis & egregia. Robustos annos.] firmiorem ætatem. Solertia Mauri.] astutia Iubæ cui forsan inest Punica fides, de quo per coniecturas & attributa personæ iudicat. Generis.] maiorum suorum, quia Romani uicti, subiugati & & deleti fuerunt. Impiuet.] captat nocendi occasionem. Multus Hannibal.] frequens meditatio & imago Hannibalis, qui per obliquam lineam erat ex sanguine regio Mundarũ gloriam maculabat, quod adhuc multus iacebat: erat autem Iuba Mauriſiorum Mundarum rex. Supplice Varo.] qui ab eo contra Curionem auxilia petijt, quem ipse Iubam Varo potentior interemit. Intumuit.] superbiuit. Secundo loco.] id est, inferiora Aphricanis, in orbem eorum: in Parthiã. Mundum.] Mundi partem, uidelicet Armeniam à Cappadocia Commagenem, ab Arabia & Mediam Babylonem. Caspia claustra.] mõtes & mare Caspium. Immensos recessus.] spacia remota, ostenditq; Parthiam, quæ ab Indiæ finibus ad Mesopotamiam exporrigitur, includitq; Aracusiam, Assyriam, Persidem & Mediæ partem. Alter Polus uertit noctes.] id est, illinc aspicitur Polus Antarcticus, & sidera Noti & ad Notũ eius uertuntur Sol, luna, astraq; omnia. Abruptum.] separatum, mare enim Caspium est littoribus circundatũ, & nec nostro Mediterraneo nec Oceano iunctum est.

Discolor unda.] mare rubrum indicat quòd inter Oceanum & Athyopicum latè funditur appellaturq; Eretreum. Sola uoluntas.] sine auaritia nam nulli alteri rei student, nisi ut regnent, & ideo militiam exercent. Color in campis sonipes.] sunt Parthis equi maiores nostris, Fortior.] firmior nostris. Neruos lethales.] arcus lethiferos, synecdoche. Mors est incerta.] quia quæq; ferit & perimit. Primi.] Parthi primi Alexandrum Macedonem superarunt. Sariſſas pelleas.] tela Macedonum à Pelle oppido in Macedonia. Bactra.] urbem & regionem Scythiæ Asiaticæ, supra Assyriam, quam Mœdi tenuerãt, dictaq; est Ecbatana, auctore Strabone. Superbam muris.] qui ex latebribus & bitumine à Semyramide structi fuerant. Assyrias domos.] Appositio. Scythicas.] Parthicas. Saturantur.] spargũtur, imbuunt. Nocent.] lethifera sunt. Fatum.] mors. Summo.] cuti uicino: nam uel exiguo ictu ueneno inficitur. Arsacidis.] Persis. Nimis Entula.] penè paria & æquantia se nostris in regnandi fœlicitate. Mœdos.] Parthos qui partem Mœdiæ occuparunt. In gente.] in Parthis ipsis. Multum deorum.] multum fauoris. Effundam.] si non satis fuerint Parthi. Ortus.] Orientales populos. Barbara.] cum Barbaris initæ. Vulgati supra commercia mundi.] ultra cognitas gentes & eas cum quibus habemus commercium. Naufragium.] nos miseros. Ferat.] auferat. Regna.] reges ut Tygranem Ariobarzanem Pharnacem Ptolemæum. Sed magna feram.] sed erit mihi solatio perire in extremis terris in quibus Cæsar nec crudelis, nec officiosus esse in me posit. Sed cuncta reuoluens.] Argumenta fidelitatis ex præteritis officijs colligit. Fata.] successus. illa.] Parthia. Quantus.] quàm uenerabilis. Quas.] certè in nullas.

Abijt.] Syncope est. Roma.] ciues tanquam numina inuocat. Partho milite.] cum quo aut uincemus in ultionem nostram, aut ita attenuabitur, ut Crassi A umbras ulciscamur, & sit multò Romanis inferior, quòd sequenti oratione declarat. Consumere.] attere, minuere, participes facere. Damnasse.] improbasse. Nobilitate dolendi.] nobili dolore & commiseratione. Modo consule.] eius qui paulò antè fuerat consul. Siccine.] hac oratione Lentulus argumentis contrarijs dissuadet, decernitq; Aegyptum esse petendã. Extorditur à beneuolentia per commiserationem Pompeij. Mundi damnauit fata.] penitus oppressit reliquorum hominum, præterquam Cæsarianorum fœlicitatẽ. Secundum Aemathiam lis tota datur.] fertur tota sententia pro uictoribus in Aemathia. Est autem iudicãtium uerbum, secundum te litem do. Iacet omne.] periêre omnes, qui esse nobis auxilio potuissent. Pedes.] quibus tu supplices. Transfuga mundi.] qui exterminas te è mundo. Cœlum.] aërem nostri Poli. Adnersosq.] id est, Parthos qui aspiciunt polum Antarclicum. Aliena.] quæ Notia dicuntur. Cultore.] relictis dijs patrijs uenerature seruitute Parthis. Quid causæ aëris per simplicem complexionem interrogatio, cur pugnamus inquit nisi amore libertatis: sed tu uis seruire. B

Romana.] res Romanas. Horruit.] Parthus. Reges Parthos.] Tygra Nocerotam & Aristobolum Iudæorum regem quos duxit in triumphum. Hyrcano.] Armeno. Videbit.] decebit ut uideat. Excollet.] decebit extollat & appetat Romanorum imperium, conciderans uires suas, et à Romanis te auxilia supplicantem. Nil animis.] Nil loqui poteris secundum magnanimitatem dignitatemq; tuam. Exiget.] requiret. Commercia lin, guæ.] sermonem Latinum. Patimur.] patiemur. Parthi debemusut Parthi ante ulciscantur cædem Romanorum quàm ipsa Roma. Ciuilibus armis.] admonet eum officij. Tu inquit electus es ad gerenda bella ciuilia, non ad exteros excitandos in ciues. Quid uulnera.] arguit imprudẽtiæ, quod quæ celanda sunt indicet & hostes excitet. Solatia mali.] spem & fructum belli quæ est, non ut seruiat regibus externis: sed pareat magistratibus suis. Nullos admittetur reges.] ut non admittat. Ducentem.] te. In Romana mœnia.] optat. Pugnanda uel euertenda. Ab Euphrate.] à Parthis. Qui solus.] Solus Phraartes qui nobis hoc in bello C non fauit, cum esset incerta uictoria, nunc fauebit & in uictorem insurget. Fato celante fauorem.] erat enim exitus belli incertus. Opes uictoris.] potentiam Cæsaris. Tecum.] qui uectus es. Genti.] Parthicæ quæ Orientalis est & mollis. Omnis in Arctois.] locus quo dissoluit laudes, quas Pompeius Parthis ascripserat, & argumentatur à cœlo & solo natali cuius qualitati hominum natura & mores respondẽt, ut docet Vitruuius libro 6. Ideoq; Arctoos fortes, Orientales molles, et Parthos imbelles, fugaces, effœminatosq; esse Lentulus monstrat. Tractus.] regiones. Labitur.] uergit, exporrigitur. Emolli.] eneruat effœminat. Laxas uestes.] quæ sunt argumenta mollitiei. Laxas.] latas. Fluxas.] longas Parthus.] Parthum fuga per plana tantum non uiribus ualere dicit. Sarmathicos.] Scythicos. Tumebit.] montuosa erit. Per tenebras.] noctu. Incerto.] non certum locum ferienti. Verticis uiolenti.] id est, uorticosum & rapacis conuolutionis. Nec tota.] nec uulneratus in pugna perseuerabit, nec æstum, & puluerẽ patietur. Exiget solem.] id est,

Aid est ducent diem. Aries.] *trabs ferrata.* Machina.] *compositio ex materia & tormentum, Græcè dicitur.* μηχανή. Fossas implere.] *quod fit fascibus cratibus terra trabibus.* Murus erit.] *erit pro muro, qui illæsum te præstet.* Pugnalenis.] *est ipsis Parthis.* Fuga.] *non statarium prælium.* Illita dolis. *sparsa dolosa uenena.* Virtus.] *fortitudo.* Pati partem cominus.] *conferre manus & stricto ense pugnare.* Longe tendere neruos.] *procul sagittas emittere.* Permittere uētis.] *casu quodā non rectè inferre.* Habet uires.] *uim infert.* Virorum.] *fortium, & quæ ex fortibus constet.* Mœdos.] *Parthos.* Remeare.] *fugere.* Manus.] *fortitudinis.* Viros.] *fortes, & humanos, & à dolis, & crudelitate uituperat.* Tentare pudendum auxilium tanti est.] *tanti facis inquit, ad Parthos cōfugere cū dedecore, ut mala, in quæ incides, & perfidiā non perspicias, primum eris exul, & in aliena terra uix humatus, Cornelia; & turpi seruituti subijcies.* Incumbat tibi.] *præmat cadauer tuum.* Inuidiosa.] *inuidiæ plena. Cum Crassus in sepultus fuerit feris, & alitibus præda.*

B Sed tua Sors melior.] *melius tecum agere, quàm cū Cornelia, est; locus ab instantibus malis.* Quoniam mors.] *Salustius ait mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse. Eam cuncta mortalium mala dissoluere ultra, neq; curæ, neq; gaudio locum esse.* Non lætet.] *sed dedecus.* Venus.] *lasciuia.* Cœca.] *inconsiderata, promiscua incesta.* Innumeris.] *plurimis, tot enim reges accipiunt quotlibet, alij quod possunt alere.* Secreta thalami patent.] *in publico coeunt.* Nefandi.] *scelerati.* Nurus.] *nuptas.* Epulis uesana meroq; regia.] *id est, reges saturi, & ebrij legibus uetitos coitus appetunt.* Exceptos.] *notatos.* Marem.] *qui tam fortis est ad libidinem, ut una nocte cum plurimis coeat indefessus.* Sacrata pignora.] *& filij, qui iure naturæ debēt esse inuiolati, thalamos matrum incestant.* Damnat.] *exclamatio, qua illos Oedipote scelestiores esse coarguit. Is enim casu & ignorantiā cū per Locusta matre concubuit, hi sponte.* Oedipodionias.] *quibus Oedipus est dominatus.* Quotiens.] *sæpe enim accidit, ut rex sic nascatur.* Cui fas impellere.] *Ille cui cum matre coire licet, quid scelus putabit.* Proles Metelli.] *Cornelia Scipionis Metelli filia.* Millesima.] *ultima inter mille, quam sit ea rex frequenter usurus, ut crudeliter insultet ei & honori tuo & Crassi.* Venus regia uacabit.] *rex libidinosus erit intentus. Sæuitia. ut crudēliter agat in mœstam.* Portenta.] *monstrosæ libidines, & turpes causæ.* Fatis.] *uictoriæ.* Trahitur captiua.] *ducitur, ut præda Crassianæ calamitatis.* Hæreat.] *si memineris Crassianæ cladis inquit, non modo te putebit à Parthis auxilium petiuisse, sed ante Crassi ultionem pugnasse in ciues.* Maius.] *damnabilius.* Vindicta perit.] *ulcisci non possumus.* Duces.] *Romani.* In Bactra.] *in Parthos: Sunt enim ad Oxum amnem.* Nequa uacarent arma.] *ne ulli ab hoc bello cessarent, à Dacis Germanisq; reuocandi essent exercitus.* Nudare.] *uacuare militibus.* Susis.] *quæ & Susa dicuntur à Dario Hystaspis filio cō dita, Susis fuerūt in Perside, absunt q; à Seleucia Babiloniæ quadrigentis, quinquaginta millib. passuū. ut Plinius ait.* Ducum.] *Crassi & reliquorum.* Assyriæ paci finem.] *id est, principiū belli Parthici, ut ulciscamur eladem illatam.* Peractum.] *finitum.* Qui uicit.] *Cæsar.* De qua Cæsareis.] *quàm uinci & triumphari à Cæsare, quem odi lætarer.* Non tibi.] *ab imagine mouet affectus, & potius aduc, quod est molestius faciendū, suadet postea honestum iutum, & utile consilium aperit.*

Araxem.] *Armeniæ fluuium.* Senis.] *Crassi.* Nūdæ umbræ.] *insepulti cadaueris.* Monumenta.] *signa te submonentia.* Quæ mœnia trunci.] *circa quæ mœnia duces Romani truncо capite rapti fuerint, uel quas urbes ipsorum capita circuiuerint.* Nomina tanta.] *tantos uiros.* Detulit in terras.] *absorpsit secum & extulit, nam Tygris pluries longo tractu absorbetur à terra, & inde emergit.* Ire per ista.] *tam crudelibus supplicare.* In media Thessalia.] *in loco tibi grauissimo.* Quin respicis.] *cur non ad amicos Romani populi te conuertis.* Regna.] *Lybiam.* Petimus.] *petere possumus.* Pharon.] *insula in Aegypto.* Aruaq; Lagi.] *regnum Ptolemæi.* Syrtibus.] *naturæ sua munitam Aegyptum esse, & puero Ptolemæo fidendum concludit. Hinc ab Occidente, qua flectitur sinus Syrtis maioris, & arenosum littus, cum mare Libycum sit ei à Septentrione.* Inde.] *ab Oriente.* Amnis gurgite septeno.] *Nilus septem ostijs in mare Aegyptium, & Syriacum effluens.* Suis.] *quæ ibi sponte proueniunt.* Mercis.] *importationibus aliarum rerum.* Iouis.] *pluuiarum, quoniam à Nilo inundatur.* Sceptra puer.] *dissoluit illud Pompeij ætas Niliaci nobis suspecta Tyrāni.* Debita.] *quia tu eius patri donasti.* Commissa.] *ex testamento patris.* Horreat umbram nominis.] *timeat imaginem quandam pueri regis, nam uerus, expressusq; rex dici non potest.* Innocua.] *nocere nescia.* Nec iuria.] *Antiquus, rex iniustus, infidus, irreligiosus, & impudens est.*

Aulæ.] *regis.* Mitissima sors.] *optima conditio est in regibus nouitas, & noui reges benignissimi sunt ingenij.* Impulit huc.] *in Aegyptum, ut iretur persuasit.*

Quantum spes.] *magna profectò est loquendi libertas in rebus extremis, & quasi spe destitutis, liberius enim & quasi insolenter locutus est Lentulus in Pompeium.*

Cil. solum.] *oram.* Cypro.] *in Cyprum.* Citatas.] *præcipites.* Diua.] *Venus.* Vnde Paphi.] *maris Cyprij, in quo nata est expudendis Cœlij patris.* Nasci.] *cū æterni sint, & nasci nō sit credendū.* Cœpisse.] *initium & originem habuisse, nam quæ initium habent fine habere, & omnia orta occidere necesse est.* Hæc ubi delerauit.] *Pompeius, cum Cypri cognouisset arcem esse capiā sui excludendi causa, & de aduentu Cæsaris fama crebrescere, deposito Syriæ adeundæ consilio, pecunia societatis sublata, & à quibusdam priuatis sumpta, & æris magno pondere ad militarem usum in naues impositо, duobusq; millibus hominū armatis Pelusium peruenit, ut ait Cæsar. A Cypro enim ad Nili ostium recta nauigatione in austrum, sunt quadringenta millia passuum.*

Inde maris.] *Inde ex transuerso cursum direxit in Casium montem, qui, ut inquit Strabo, est cumulatus in modum promontorij aquarum inops. In eo Magni Pompeij corpus iacet & Iouis Casij templum.* Nocturno lumine.] *cum obseruaret nocturnum lumen Phari noluit se in Casium, sed in Pelusiacum ostium.* Pugnaci.] *intenti contra uentum.* Pars maxima.] *est enim alueorum maximus.* Diuidui.] *qui in septem alueos finditur.* Tempus erat.] *Aequinoctium autumnale describit, quod Sol sub Libra decurrens efficit.* Examinat.] *trutinat.* Non plus uno die.] *reddit unum solum diem parem nocti, quo præterito, dies imminuūtur, crescūq;*

noctes. Rependit.] reddit compensat. Solatia] leua men eius diminutionis in uere. Comperit.] Pompeius

Tenere.] Erat enim illic cum exercitu in Cleopatram sororem, quam communem hæredem regno conabatur eijcere. Flectit.] à Pelusio. Nec Phœbus.] nec Carbasa languent, nondum Sol occiderat, & uenti spirabant.

Speculator] cuius custos explorator. Compleue rat.] aduentu hospitis uulgauerat Pompeiũ aduentare. Plutarchus & Appianus dicunt, Pompeiũ nuntium præmisisse ad regem orandum, & eum in anchoris expectasse iuxta regionem. Monstra Pellæ] domus inhonesti cõsiliarij Ptolemæi Alexandrini. Fractis annis.] debili senectute. Crescentis in arua.] irrigantis campos.

Memphis.] custos, id est, insula Nili regia Aegyptiorũ.

Vana sacris,] quia bouem canam felem, & diuersa animalia monstrabant colunt. Illo cultore.] cum ille sacerdos esset, & eum grandem natu indicat, quia plurimorum Apium uiderat mortem. Non unus apis uixerat lustra.] plurimus bos eorum, quos colit Aegyptius perierat, bouem enim per Apim intelligit. Eum ut Plinius ait, non est fas certos uitæ excedere annos. Mersumq; in sacerdotum fonte enecant, quæsituri luctu, & alium quem substituant, & donec inuenerit mœrent, derasæ etiam capitibus, nec tamen unquam diu quæritur. Suæ Phœbus.] hoc dixit propter albam notam quam in dextro latere instar bicornis lunæ habent ingenitam.

Vox prima fuit] primus sententiam dixit. Iacta nit meritumq; fidemq;] in uanum commemorauit officia, & fidem Pompeij & fœdera, quæ Ptolemæus Auletes cum ipso percusserat, hic ob flagitia ab Alexandrinis electus cum Romã uenisset precatum, ut in regnum restitueretur. Pompeius præcipue fauore tandem reductus est, per Gabinium cum non magna militum manu, qui apud regem remãserũt, quos interfuit Septimius, qui Pompeiũ obtruncauit. Melior] aptior, potentior ad suadenda mala. Malis.] in malis Tyrannos] Tyrannorum uoluntatem. Photinus.] Eunuchus regni & eius pecuniæ custos, qui Pompeiũ interimendum in uictoris Cæsaris beneficia persuasit, Plutarchus ait, Theodosium rhetorem neutrum satis tutum fore demonstrasse, si enim suscepissent se Cæsarem hostem habituros. Pompeiumq; dominum aiebat, si repulissent cum Pompeio eiectionis crimen subituros Cæsari, causam persecutionis debere Optimum itaq; uirum accitum occidere beneficium hinc Cæsari collaturos. Ius & fas.] Suasio ab utili honestate neglecta qua docet regibus conuenire crudelitatem & Pompeio Ptolemæum ob beneficia in patrem nihil debere, eumq; adeò esse miserum, ut refarciri non possit, & cum miseris non suscipiendam, nec tenendam amicitiam esse docet. Ius & fas.] iuris & licitii obseruatio, incipiẽs à sententia graui & Tragica. Dat pœnas.] punitur.

Quum sustinet fortuna premit.] quum tuetur miseros. Fatis accede deisq;] foue quos Dei & fata.

Sic utile recto.] rectum & utile sic natura coniuncta sunt ut separari non possint, ut Stoici uolunt, qui uerò uerbis, & intellectu ea separauerũt magnam, ut Cic. ait, perniciem hominibus induxerunt. Sceptrorum uis tota.] potentia inquit regia extinguetur, si iustitiam seruare, & sequi uoluerit. Euertitq; arces.] tollit loca munita, ne alius sit potentior, alio & omnia facit æqualia. Libertas scelerum est.] licentia peccandi, & sæuiendi in alios defendit, & seruat reges. Sublatusq; modus gladijs.] hoc est crudelitas. Facere omnia sanè.] crudelitatẽ impune exercere nõ licet, nisi ipsam exercendo audaces terrueris. Excat aula.] deponat regnum. Virtus & summa potestas non coeunt.] non conueniunt, quod quis iustus & rex esse uelit fieri nequit. Pudebunt.] pudore efficient Terentius, non istæc te pudent.

Non impunè] in odium Pompeij adducens regem irritat, quod per contemptum Pompeij in Aegyptum acceſſerit, ut qui inde repelli non posset. Neu te secuti.] uel ne Pompeius regno te priuet, sine te à sorore priuari sin tibi molestum regnum trade illi, nobisq; defendendum. Pignora propiora.] propinqui, ut soror beneuolentio ipso. Piget] tristaris. Damnatæ.] eiectæ à te. Fuerit magni] paruerit Pompeius. Victoris.] Cæsari, & sic erimus toto bello liberi. Cum quæ cadat.] quos secum in miseriam trahat. Rapitur.] agitatur ut furens. Ora senatus.] conspectum eorum, quos in discrimen adduxit. Deseruit] fugiens.

Mersit. obruit] Thessalaq; reus ob cladem Thessalicam accusatus, & pulsus. Iustior in magnum.] iustius nos de eo, quàm alij conquæri possumus. Quid sepositam.] Apostrophe ad Magnum. Sepositam.] sepositam.] Commotam. Carmine.] bellorum ciuilium culpa. Conferres fata] transferres cladem similem, & ubi tu puneris, itaq; hoc peccato in regiam maiestatem, commisso iustâ morte es dignus. Quod nobis] confutatio obiectæ ingratitudinis, certè inquit, ob regnum à te accepiendæ ingratitudinis, certè inquit, ob regnum à te acceptum fuimus animo grati nam deos in tua uota creauimus, hanc autem fatalem uim quam infirimus nõ, ut Pompeio de nobis benemeritò, sed ut uicto inferimus, intulisse mus profecto aui sius Cæsari, sed rerum cursum contra semus profecto aui sius Cæsari, sed rerum cursum contra fequimur. Proferre] exercere. Tene mihi] antite pophora, diceret Pompeius quis te cogit me interimere re spondeatur, necesse esse quia licet, & fieri potest. Quæ te nostri fiducia.] reprehensio ab imprudentia. Inermem.] imbellem & mollem. Mollia Nilo refluo.] quæ inundata Nilus decrescens reliquit mollia. Metiri sua re.] mensurare suam potentiam, & est suasio ab impossibili & instanti periculo. Fulcire.] sustentare & repa rare. Mouere.] suscitare, ut reparetur. Ante ariem] argumentum à maiori cum insultatione. Nullis accessimus] nec Pompeio, nec Cæsari, nos adiunximus.

Aduersis non deesse.] turpe est uterem amicum in aduersitate deserere, sed si particeps fueris fœlicitatis sed eũ calamitosis amicitia ineunda nõ est. Nulla fides.] nullus fidelis miserum cœpit amare. Tanta] uidelicet Pompeium occidere. Permittant.] suadeant, non uetent.

Achillas] qui fuerat pædagogus eius, & nunc præerat exercitui. Tellus excurrit] Aegyptus extenditur ac radices Casij montis. Vada.] uadosa & non profunda loca. Socij monstri.] nam hic Septimium olim sub Pompeio Tribunum militum, & Saluium Centurionem, cum assumpsisset socios præterea tres aut amplius quatuor Satellites puppem ad Pompeium mouit, ut ait Plutarchus. O superi.] tragica exclamatio cum querela.

Mollis.] imbellis effœminata. Canopi.] Canopus oppidum in Aegypto, sic appellatum à Canopo gubernatore, nauis Menelai illic aspidis ictu defuncto. Iuxta id ut tradit Strabo est fossa cymbis plena, in quibus mulieres assiduè canunt atq; lasciuiunt. Hos animos.] desunt, habent. Præmunt.] opprimunt. Vllus locus.] nulla nocendi occasio. Admittitur.] in Romanam cædem Bella.]

A Bella.] *uocandi casus.* Cognatas Rom.] *quæ Pompeio conficiant.* Monstra] *monstrosos parricidas.* Si meruit.] *si dignus est occidi nomine Cæsaris* Tanti] *deterret eum à metu Deûm.* Cœloq; tonante.] *dum adhuc tonet è cœlo Iuppiter, qui te ulciscetur.* Impunè.] *obscœne.* Non domitor.] *esto non esset clarus rebus gestis Pompeius, nonne satis ab eo necãdo, illud unũ terrere te potuit, quod erat Romanus.* Non domitor.] *non sit uictor omnium, nec qui ter triumphauerit, nec qui reges fecit, nec imperator, & ultor senatus Cæsaris gener.* Ter] *uidelicet de Aphrica & Hispania.* Tum de Pyratis.] *ultimo de Tygrane & Mythrydate, innumerisq; prouincijs.* Quod potera esse satis.] *quod te poterat deterrere.* Quo tua sit fortuna loco.] *hoc dicit, quia & ipse Cæsar, iussu conficietur.* Nostra.] *Romana.* Iam iure.] *iam mereris priuari, cũ sis parricida.* Negarat.] *deposuerat, cum esset terræ proximus, & remibus ibat.* Appulerat scelerata manus. *interea scapha, cum iam propior esset, præueniens Septimius surgit, Romanoq; eloquio Pompeium imperatorem appellat.* A

B chillas Pompeio Græcè saluto *ipsum admonet in scaphã* conscendere. *Limum enim esse, quàm multum inquit nec profundum, quod triremi per arenosum sit ex Plutarcho.* Patere.] *in hospitium.* Littusq; malignum incusat.] *uada littoris damnat & causatur, quod maiorem nauem non ferant.* Aestum bimarem.] *limosum ferunt, qui fit ab Aegyptio & Libyco mari in uadis ipsis illidentibus.* Externas.] *quæ maiores & grauiores sunt* Quod nisi.] *sed si fatale, & necesse non fuisset Pompeius, perire omnes poterãt proditionis præsagia animaduertere.* Intenta.] *immissa.* Ordinis æterni.] *fati prouidentiæq; diuinæ.* Præsagia.] *præsertim cum aspexissent naues quasdam regias instructas, littusq; ab armatis obtineri, unde cuncta fore muta ad regressum cognoscebantur.* Fides.] *Ptolomæi in Pompeium.* Auctori sceptrorum] *qui regnum donauerat.* Pateret.] *ite rum repetatur.* Tota.] *quantamcunq; habet.* Iussus.] *ab Achilla & Septimio.* Obsequitur.] *obtemperat, prius Corneliam, quæ finem uiri lamentabatur complexus est, & duos centuriones in scapham ingre*

C di iussit, & *ex libertis unum* Philippum Seruiumq; Sceni *nomine, inde cum Achillæ comites dextris eum susciperent apparent, ad uxorem, filiumq; conuersus, illud Iambicum protulit. Quisquis domum Tyranni proficiscitur, fit illius seruus licet liber sit.* Lethumq; ipsum præferre timori.] *mauult mori quàm timere.* Ibat] *ire uolebat.* Hoc.] *hac de causa,* Impatiens deesse.] *quæ pati non poterat, ut deesset.* Remane.] *uerba Pompeij.* Nate.] *Sexte.* Surda] *quæ tibi nolebat obtemperare.* Crudelis.] *quia in metu, doloreq; deseratur eum crudelem appellat.* Submota] *segregata à te, quod mali ominis fuit.* Nunquam omine læto.] *sed cladem præsagiente.* Non flectere puppim] *non uenire Lesbon & abducere me illinc, cum nunc in mare relicta, sinue me sis iturus.* In fluctus.] *in mari, & non in terris.* Anxia.] *mœsta, trepida.* Visus.] *oculos.*] Nefasq; *cædem.* Adoret sceptra.] *adorare cogatur regem, quẽ fecerat.* Parantem.] *Pompeium.* Saluat] *appellando ipsum imperatorem.* Septimius.] *olim Pompeij miles.* Satelles] *stipator & famulus.* Regia.] *Aegyptiaca.* Immanis.] *Asyntheton.* Parcere te populis.] *uoluisse te seruare complurimos, quos hic in Thessalia peremisset, si affuisset.* Vacasset.] *non interfuisset & cessasset.* Thessaliæ] *in quam si uenisset stetisset pro Pompeio.* Disponis] *ordinas ut ubiq; fiat cædes ciuilis.* Dedecus uictoribus] *quod turpe est Cæsari, & partibus turpè etiam dijs.* Nunquam superum caritura pudore.] *quæ pudorem affert deis.* Romanus] *Septimij.* Puer] *Ptolemæus.* Tuo.] *tui militis.* Fama.] *infamia.* Qui Bruti dixêre nefas.] *qui laudandã Cæsaris cædem à Bruto factã nefas appellant.* Iam uenerat horæ.] *cum inter nauigandum à triremè ad littus nulla uox pia ad Pompeium peruenisset, ad Septimium dixit. Non ego te meum commilitonem agnosco, hic nullaque emissa tantum capite annuit. Tum Pompeius orationem Græcam, qua erat apud regem usurus, legens littus propius accessit, & multis ex regijs descendentibus, uelut ad officium salutemq; uiri, Pompeius apprehensa manu Philippi assurgeret Septimius à tergo eum ense transfigit, inde Saluius & Achillas gladios nudauêre.* Perdiderat iura] *erat sub alterius potestate.* Inuoluit] *nam utraq; manu fronte super toga obducta, nihil seipso indignũ, aut locutus est, aut fecit, sed tantum suspirans se ictibus præbuit, unde sexagesimo annos natus, diemq; laudans die natalem suum insequenti.*

Apertum.] *detectum nam uoluit latere ac si non cognosceretur ab illis.* Voces.] *uerba & eiulatus.* Famam.] *fortitudinis, & constantiæ hactenus seruatæ, quãquam fletu corrupisset.* Consensit.] *tacituminitate non improbauit.* Nefas] *confectores suos.* Sibiq; probat moriens.] *placet sibijpsi patientia sua dum moritur.* Secula.] *posteri.* Attenduntq; labores. *obseruant aduersitates.* Aeuum sequens.] *posteritas interpretatio est.* Speculator.] *uides.* Fidem] *quæ nulla est.* Fata tibi.] *tu diu fœlix fuisti, an sciueris pati aduersa, nisi nunc ostenderis omnes ignorant.* Ne cede pudori.] *noli dedecus ingemiscere, & quod à Ptolemæo siue Achille & Septimio interimere.* Licebit] *quãuis.* Fœlix.] *uirtute & cõscientia mea, quæ inuiolabilis à ui & iniuria tuta est, nec etiam Deus ipsam animo meo iam potest eripere.* Mutantur prospera uita.] *fœlicitatis rerum externarum, cum uita mutatur, & in morte ego non sum miser, quia mei me uident, ego certè fœlix uixi, & beatus decedo, infœlicitatem ante hac non expertus.* Vident.] *quod est ad solatium meum, nam amant & dolent.* Pompeius.] *Sextus.* Dolor.] *anime dolens.* Custodia.] *ratio, temperantia.* Ius] *imperium & potestatem, ut dolori non cederet,* At non tam patiens Cornelia.] *& qui in nauibus erant, ut aspexêre cædem, ululatu ad littus, usq; emisso anchoris celerrimè eductis effugere, inde pelago altius petito uentus, adeò uehementio flauit, ut Aegyptijs persequi, satagentibus auerterit, ex Plutarcho.* Cernere quam perferre] *uidere oculis quam forti animo pati.* Ego.] *id est, charitas & benignitas erga me tua.* Auia.] *semota à recta fuga tua,* Prior.] *te.* Cui] *alij quam Cæsari.* Sed quisquis.] *sed quicunq; Pompeium percussisti, ut illum maiori dolore afficeres, debueras prius interimere me, quàm unicè & non minus seipso amabat.* A superis immisse.] *qui Deũ permissu perijsti.* Prospicien.] *obsequens.* Viscera.] *corpus: nam mea eius sunt.* Properas.] *in cædem.* Ingeris.] *immittis.* Quæ uotum est uicto.] *qua incipit Pompeius mori optans.* Pendat.] *patiatur.* Ante.] *quam ipse pereat.* Haud ego culpa

dignam morte se fatetur. Fatis.] aduersitate. Recepi victum.] Pompeium suscepi in Lesbo. Hoc.] propter hoc quod fuit in te officiosa. Perfidum.] appellat quia ipsam deseruit, & non duxit ad mortem. Nec munere regis.] nec Ptolemæi beneficio, sed manu facta morte: aut impetrata ab aliquo. Saltum.] in mare. Exigat. ualde agat & immittat. Potest præstare.] potest conferre beneficium Pompeio cui erit grata mors mea, quæ erudelitati Cæsaris ascribetur. Viuis adhuc.] te adhuc uiuo libertatem amisi, & uereor mori, ut victor uiua me potiatur. Accersere.] prouocare & inferre. Sonet.] cæsum ictibus. Permansisse decus.] non mutatam fuisse acrimoniam grauidatemq; uultus. Vltima mortis.] tempus mortis, mortemq; ipsam. In ipsa actu.] dū scelus patraret. Velamine.] quo se cadens intexerat.

Occupat ora.] prendit adhuc spirantis caput. Languentia.] non sustentantia. Transtro.] sedili nauis.

Nondum artis erat.] nondum norant artifices caput uno ictu rotato ense amputare. Truncо reliquo corpore.] nomen est translatum ab arboribus, quæ cæsis ramis trunci dicuntur. Vendicat satelles.] Achillas sibi attribuit. Degener.] Septimium arguit, qui cum nō primus Magnum uulnerasset, sed uulneratum peremisset, & obtruncasset, alteri caput ferendum concesserit.

O summi fata pudoris.] ô fatorum Deum q; pudor. est q; deploratio plena commiseratione. Puer.] Ptolemæus. Hyrta.] aspera. Manu.] Achillæ. Veruto.] gladio in ueru similitudinem. Viuunt.] sentiunt & cernunt. Singultus animæ.] pulsant os in murmura: dum spiritus mouet linguam in uerba ipsaq; lingua palpitat.

Dum lumina nuda rigescunt.] dum aperti oculi mouere se desinunt. Leges.] forū. Campus comitia.] Rostra, senatū. Fortuna Romana placebas.] ô Roma fœlix & læta eo ore delectabare. Tyrāno.] Ptolemæo. Fidem.] fidei monumentum. Nefanda.] crudeli.

Tabes est submota.] corruptus sanguis est depulsus. Ab alto.] à summo & intimo desiccatus est. Veneno.] medicamēto, ut oleo cedrino o balsamo, oleo Myrthino, melle, aloe, & rebus huiusmodi. Empedocles Diogenem scripsisse commemorat medicamenta quædam quibus cadauera, ac si dudum essent mortua conseruarētur. Romæq; hoc ipso anno, quo Innocentius octauus Summus Pōtifex factus est, uia Latina repertum est in area marmorea, muliebre cadauer antiquissimum uenenis oblitum colore, corporeq; tam integro & tractabili ut recentissimum uideretur, cuius digito pressa resurgeret, lingua educta retrahebatur, artus flectebantur, & nullum grauem odorem, nisi medicamentorum emittebat, nihilq; ei, ne capilli quidem præter cerebrum, & intestina deerant. Sed cū magna frequentia gregatim ab omnibus ad superstitionē tuq; quotidie in Capitolio uiseretur, maximi pōtificis iussu, inde asportatū ubi sit adhibitū ignoratur.

Vltima.] in Ptolemæum inuehitur, quod Pompeij truncum non condiuerit, ut caput, & ut conditi sunt reges Aegyptiorum, appellatq; cum ultimam prolem Lageam; quia Ptolemæorum genus in ipso defecit. Primus Ptolemæus, qui Alexandro successit, à quo reliqui Ptolemæi sunt denominati, Lagi filius fuit, huic Philadelphus, Philadelpho Euergetes, postea Philopater Agathoclis. Postea Epiphanes cum Philomator filio à patre imperium accipiente. Huic uerò frater successit, secundus Euergetes nominatus, hunc Physconem dicunt, cui Ptolemæus Lathurus successit, Lathuro Aulethes Cleopatræ, & huius adolescentis pater, ut memorat Strabo. Perituri.] breui moritura. Cæsar enim ipsum peremit, & regnum Cleopatræ, eiusq; fratri tradidit. Cessure sceptris.] locum dature imperio. Incestæ.] impudicæ, nam rem cum fratre, cuius erat uxor habuerat, in decimo decet, lege summa perempti uerba patris, qui iura mihi communia regni & thalami cum fratre dedit. Macedon.] corpus Macedonis Alexandri. In antro.] in conditorio Alexandri, quod est moles extructa concaua, quam etiam mortem appellat. Pudendam.] quia inertes & ignaui fuerunt. Pyramides.] moles maximæ è lapidibus, & calce & arena, siue bitumine constructæ, è lato in acutum tendentes. Dictæ quòd in similitudinem flammæ surgant, uel quod lapidibus ignea uarietate fulgentibus struerentur, eas Græci Pyropecilos uocant. Mausolea.] sepulchra regum Mausoleo similia. Mausoleum enim hoc est sepulchrum Mausoli regis Cariæ, uxor Arthemisia, adeò mirabile condidit, ut inter septem orbis miracula numeretur, ab eo reliqua sepulchra magnificentiora denominantur. Littora feriunt.] littorales undæ illidunt. Molesta cura.] graue dispendium. Hac fide.] hac perfidia abusio uerbi. Pertulit.] ad finem deduxit.

Culmine.] gradu & dignitate. Perit.] Syncope.

Cladesq; omnes exegit.] omnes calamitates, & mala, quæ ante hac fuisset passurus immisit uno die. Immunes.] expertes, nil enim aduersi passus est. Turbante.] nocente. Parcente.] cessante nocere. Semel impulit.] semel prostrauit, distulitq; eius ruinam in senectutem. Pulsatur.] truncus eius. Ludibrium.] ludus ridiculus. Figura.] qua discerni posset. Vna nota est.] hoc solo signo nosci poterat, quod truncus esset.

Victor.] Cæsar. Raptim.] furtim & subitò. Nullo.] aut aliquo, uel in tam humili. Et latebris.] ubi latuerat, ut furtim Pompeium sepeliret. Codrus.] Pompeij libertus & quæstor, qui eum à Cypro fuerat comitatus, militabatq; cum eo. Plutarchus ait, Philippum libertum ipsum abluisse, ipsiusq; tunica circumuoluisse, & reliquias paruæ scaphæ, dum destrueret superuenisse fe-
C liatur. Cypri Cyniræ.] longè repetitum epitheton. Pigmalion enim Cilicis filius, qui Cyprum eiectis Syris occupauit ex eburnea imagine Veneris beneficio animata Cyniram filium fuscepit, qui ei in regno successit, de eo lege in 10. Metamorphoseos. Ferre gradum.] ire & quærere Pompeium. Compulit.] compressit. Duceret.] pietas. Mœsta.] subobscurā. Discolor.] diuersi ab aqua coloris. Ille.] Codrus. Eripiente mari.] obstinantibus fluctibus. Fluctus.] qui subleuet cadauer.

Impellit.] extra mare. Non preciosa.] non marmorea, & à modestia uoti sui, & rerum penuria mouet affectus. Cumulato thure.] adhibita thuris copia, & aliorum odorum in rogo. Tuus.] quem hucusq; fouisti.

Aeoos odores.] ut crocum, myrram, balsama, cynamama, quæ solebant rogis nobilium injici, ut de Archemonis Statius scribit. Vt Romana.] ut efferatur à Romani, & fiat solenne funus. Virg. Pars ingenti subiere feretro triste ministerium. Feralis Pompa.] funebris apparatus præmittit imagines triumphorum. Cantu.] Tybiæ & nenia deplorantium ad tibiam. Ambiat ignem.] pyram circundet. Virg. ter circum accensos cincti fulgētibus armis, Errauere rogos, ter mœstum funeris ignem

A ignem lustrauere. Proiectis] *demissis. nam per terram hastas trahebant.* Arcam.] *feretrum, sandapilam.* Lacerum.] *truncum.* Siccos.] *non unctos pingui & sueuit aromatum, & oleo, uino, melle, Balsamo.* Robora.] *ligna quibus uratur.* Sordidus ustor.] *niger & deformis cremator.* Subijci.] *ut submittatur, simulq; ipsa cõburatur, quod profectò iussisset.* Facem.] *autem subijcebant propinquiores. Virg. Et subiectam more parentum auersi tenuere facem.* Vile.] *non charum.*

Subducit membris.] *subtrahit cadaueri.* Neglecta.] *quam nemo seruat, quod iam combustus à me attigeris.* Compositum bustum.] *ordinatam pyram, sed bustum propriè est locus, in quo corpus comburitur.*

Cedis rogo.] *negligis comburi, ut des locum Pompeio.* Damna.] *subtractionem lignorum.* Sparsis manibus.] *errante anima. Donec enim corpus sepultum sit, animæ errant. Virg. Centum errant annos, uolitantq; hac littora circum.* Sinus.] *gremium uestis, quod arena strauerat, inde prunas ardentes superimposuerat.*

B Peruolat.] *accelerat.* Relatus.] *in mare retractus.* Dimouit.] *effodit.* fragmenta laceræ carinæ.] *ligna fractæ scaphæ.* Scrobe.] *fossa.* Nulla struc.] *nulla lignorum congerie, nam solebant in medio regi tolum erigere, super quem cadauer collocaretur.* Admotus.] *à latere proximus factus, non subiectus pensili corpori.* O maximè.] *Codrus, tanquam si hoc officio cadaueri sit iniurius ueniam petit.* Vna.] *præcipua.* Si tibi.] *si minus molestum tibi fuisset iactari fluctibus, & non sepeliri, quàm tam miserandè comburi, noli hæc aspicere, nam aduersum factum tuum, ut hoc mihi liceat efficit.* Tristior.] *molestior.* Auerte.] *remoue, noli aspicere.* Iniuria fati.] *aduersitas iniusta qua à fato præmeris.* Belua.] *pisces.* Quicquam.] *aliquid te indignum.* Succensæ.] *combustæ.* Romana.] *quod tibi aliquo solatio esse potest:* Nostra manu.] *ipse enim te adueham.* Interea.] *antequam ad Corneliam referaris.*

Paruo saxo.] *marmore non te digno.* Nota busti.] *signum sepulchri tui.* Placare.] *iusta & inferias soluere.* Caput.] *quod his cineribus deest.* Inualidas.] *lentas & debiles.* Fomite admoto.] *adhibitis aridis lignis & nutrimentis.* Carpitur.] *succenditur, consumitur.* Tabe.] *pingui & adipe, quæ igne resoluebatur.*

Dies.] *lux.* Rupto ordine.] *non continuato officio, nam relinquere cogitabat.* Quam metuis.] *arguit eum imprudentis metus, quod cum æternam famam sit hoc facto cõsecuturus, nullum cruciatum metuere debet.*

Crimine.] *officio, quod uelut crimen pauet, certè Cæsar te id fecisse probabit.* Securus.] *certa cum spe.*

Cogit pietas.] *pietate coactus est.* Officio.] *funeri.* Iniustis.] *non combustis.* Congestaq; in unum parua clausit humo.] *collecta modica terra occultauit.*

Retectos auferret.] *retegeret & auferret.* Compressit.] *grauauit.* Bustum.] *busti saxum.* Sacrum.] *uenerabile quo indicatur & bustum ipsum sacrum esse.*

Semiusto.] *stipite torre & ligno ustulato.* Situs.] *humatur: nam propriè sui dicuntur, qui conditi sunt, nec tamen ante eorum sepulchrum est quã iusta facta & corpus exæ sum, ut ait in legibus Cicero. Appianus tradit sepulchro Pompeij, ab alio fuisse inscriptum templi pondus erat modica, qui clauditur urna. Procedente tempore, cũ tumulus sub arena esset obrutus, statuæ etiam quæ Pompeio à necessarijs eius, circa montem Casium, ex ære erectæ steterant in templi aditu, iam uetustate exæsæ seruarentur ab Hadriano imperatore, summa diligentia perquisitæ, & inuentæ sunt, eum adoras accessisset.* Tumulus quoq;.] *mandato eius perpurgatus statuæ erectæ, sic ut denuò ab omnibus dignosci posset, hæc Appianus.*

Maluit.] *quin turpius fuit ita sepeliri, quàm carere sepulchro, & ideò Codrum arguit.* Dextra.] *Codri.*

Obijcis.] *opponas.* Manes includes.] *animam & umbram, quæ errant, quietas iuxta cinerem reddis, nam tota terra erat magno sepulchrum.* Pendet.] *suspensa attingit, indicat quæ uniuersam terram.* Modus.] *mensura.* Obrue.] *ne appareant tege.* Criminis culpa.] *id enim dijs ascribitur, quos ab indignitate arguit.*

Oethe.] *mons Thessaliæ, ubi consumptus est, & sepultus Hercules à Philoctete.* Iuga Nysæia.] *mõs Helicon, ubi est sepulchrũ Bacchi, & Nysa uicus.* Vacant Bromio.] *consecrata sunt Baccho.* Omnia Lagi arua tenere potest.] *in qualibet Aegyptij parte sepultus uidebitur, si nomen eius è saxo deleas.* Lagi.] *quæ Ptolemæus primus Lagi filius tenuit.* Hæserit.] *affixum sit.* Erremus.] *simus in errore.* Metu.] *religione & ueneratione.* Nullas Nili calcemus arenas.] *in Aegyptum.*

Digneris.] *dignum facis.* Tantos actos.] *tot acta & gesta.* Monumenta.] *inscriptionem summarum rerum, quas strictim recenset, & nos, quia superius dicta sunt uix attingemus.* Lepidi motus.] *qui acta Syllæ tentãt rescindere. à Q. Catulo à Cn. Pomp. auspicijs bis ex Alpibus, & Italia, tum ex Sardinia, ubi etiam mouerat bella pulsus perit.* Consule.] *Metello, quo reuocato Pompeius in eundẽ Sertorium missus ipsum confecit.*

Eques.] *ante tempus enim, & nondum senator trium phauit.* Commertia.] *nauigationes rerum, hoc q; dixit, propter maria à Pyratarum incursionibus liberata.*

Pauidos maris.] *nam in mediterraneis locis iussi habitare ad mare non accedunt.* Barbariem.] *ut Asiam, Pontum, Armeniam Paphlagoniam, Cappadociam, Ciliciam, Syriam, Scythas, Iudæos, Albanos, Iberiam, Cretam. Basternas.* Gentes & uagas.] *Scythas.* Repetisse togam.] *redijsse ad urbana officia, est ad modestiam laus, quod non sit molitus Tyrannidem, & ab industria, quod se non dederit ocio.* Ter curribus actis.] *tribus triumphis.* Donasse.] *attulisse multorum utilitatem & decus.* Surgit.] *erigitur.* Fastorum.] *librorum, in quibus toties consul, & imperator indicabatur.* Solitum.] *nomen.* Culmina.] *in quibus erat inscriptum.* Arcus.] *triumphales.* Extructos spolijs.] *ex prædâ & manubijs ædificatos.* Haud procul est ima arena.] *est uicinum arenæ humili, quæ præ culminibus, & arcubus est ima.* Legat rectus.] *legere possit, nisi inflexus.*

Transeant.] *ignoret, & prætereat.* Noxia.] *per Apostrophẽ Aegyptum detestatur, cum perpetuæ siccitatis imprecatione, carmenq; illud Sibyllinum, quod quindecimuiri interpretati fuerant, ne Ptolemæus cum exercitu Rom in regnum reduceretur, ut est in epistolis Cic poëta ad Pompeium Septimium & Codrum referri uult, nam è duce miles euasit, Pompeius statim ut in regis scapham descendit.* Noxia simili fato.] *nocẽt ciuis fatali more.*

Haud immeritò.] *cautum non sine causa cauit, prohibitumq; Sibylla.* Ora Pelusia.] *ostium Pelusiacum.*

Hesperius.] *Romanus.* Tumentes.] *inter scentes.* Precer.] *imprecer.* Crimine.] *causa mortis Pomp.* Retentus orbe.] *non egrediens regionem.* Vertat

aquas.] *mutet cursum, & Aegyptum nō amplius irriget.* Steriles.] *facti steriles ariditate.* Putres.] *solutas, & puluereas, quales sunt in desertis Aethyopū, præsimio Solis ardore.* Nos in templa.] *Aegyptum cum ex probatione ingratitudinis arguit.* Ilim.] *Lanificij deam in quam Iouis uacca à Ioue conuersa est, eius sacra Romā translata sunt, erectumq; templum in Campo Martio, faciebant ei nouem diebus castissimè.* Canes.] *Anubim dicit, quem Virgil. latratorem appellat, hoc est Mercurium, qui canino capite colitur in ciuitate canum, in qua honor, & sacer quidam cibus est canibus constitutus, ut ait Strabo.* Colunt autem uniuersi Aegyptij animalia quædam, *ut bouem, canem, felem, accipitrem, & ibim, lepidotum, & oxyrinchum, pisces, ut ex Strabone, latè in Iuuenalem commemorauimus, seorsum autem ouem, latum, piscem, lupum, cynocephalum, cepum, aliquam leonem, caprum, hyrcum, murem, araneum.* Sistra.] *sistra sunt cymbala, & instrumenta, quæ in sacris Isidis conuertiebantur, & ad quorum sonitum conueniebāt. Seneca de uita beata, cum sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur.* Iubentia.] *ludus indicentia Isidis, sacra quæ sunt quatenus paruulū filium, uel perdideris, uel inuenerit: nā primo sacerdotes eius deglabrato corpore, sua pectora cōtundūt, sicut ipsa, quū perdidit fecerat, deinde puer producitur, quasi iuuentus, & in lætitiam luctus mutatur.*

Osyrim.] *Osyris Iouis, ex Niobe Phoronei filius regnum Argiuum Aegylō fratri, relinquēs Aegypto expugnata Isidem duxit uxorem, inde à Typhone fratre occisus, dilaniatusq; esset à regina plorante, & anxia tandem in uento discerpto cadauere apud Philas illud in abbato sepeliuit, sed mox cum Aegyptijs, bos maculis insignis apparuisset, eum Osyridem existimantes, pro numine coluerunt.* Testeris hominem.] *ostendis non bouem, sed hominem fuisse.* Tu quoq;.] *Romā increpat.* Tyranni Cæsari.] *quem in Deorum numero ascripsit Augustus, eiq; templum erexit, & plebs columnam Numidici marmoris in foro erexit, apud quam sacrificare, & uota suscipere perseuerauit, ut Suetonius scribit.* Placati.] *placasti.*

Sæcula prima.] *illi qui uixēre Cæsaris tempore, qui Pompeium tam uili sepulchro iacere uoluerat.* Excipe.] *reduc in urbem.* Subruta.] *immersa.* Inuisa.] *quam odio habuerit, qui in eo neglectus iacuerit.* Quis busta timebit.] *quoniam mortuorum cineres sacri erāt, & nisi cum scelere loco moueri non poterant, neminem inquit. oportere metuere, illos effodere, & in meliorē, ut colantur locū transferre.* Vmbram.] *corpus à quo umbra non discedit.* Sacris.] *diuinis honoribus.* Impere hoc nobis utinam scelus.] *utinam, tanquam ad scelus patrādum, hoc nobis muneris detur, & ego damner ad Pompeij cineres referendos, nam fœlicissimus mihi uiderer.*

Violare.] *quod uenerari essent.* Forsitan.] *Romani aliquando monitu Deum ut malis liberentur Pomp. cineres relaturos dicit, & alludit ad illud, quod quinto libro diximus de Phrygibus, qui Athum sepelire sunt, ab Apolline iussi. Et de Athenēsibus, qui siccitate laborātes moriē Androgei piauerunt, & Lucanis, qui pestilentia uexati Palinuri manibus Apolline iubente placatis liberati sunt ea.* Dixit autem illic sustulit iras telluris sterilis, mōstrato fine resoluit aera tabificum. Solcō.] *terræ.* Feralibus.] *pestiferis.* Ignibus.] *incendijs.* Aut terræmotibus.] *aut terræmotibus.* Busta.] *cineres meos uenti tecta.* Nam quis.] *publici desiderij, & commodi grauitia, id etiam faciendum dicit, quoniam nautæ omnes, qui in Orientem nauigarent, illuc essent ad Pompeium uenerandum, uel cum incommodo accessuri.* Syenē.] *oppidum in Thebaide sub æstiuo Cancri tropico constitutū, ut diximus suprà.* Torrente.] *adurente.* Thebas.] *Aegyptias quæ sub Tauro quem conficiunt Pleiades.* B

Imbrifera.] *pluuiali.* Mutator.] *mercator & commutator.* Auertet.] *à cursu ad parentandum diuertet.*

Præferre.] *non ut censeat Pompeius Ioui præferendum, sed quod potius bustum Pomp. quàm Iouis Cassij templum uisurus sit.* Ista.] *tam humilia.* Nunc esi.] *insultatio, & in fortunam, & in Cæsarem.* Augustius.] *sacratius & maius templis Cæsaris.* Ab equore.] *à fluctibus, qui è Libya in Casium illudunur.* Tarpeius.] *sensus est multi populi, qui Deos Romanos coluere noluerunt, sepulchro & manibus Pompeianis sacrificent, & sic confirmat augustius esse.* Strepant alij quicquid libet huc tendit poeta. Tarpeijs.] *Deus, qui coluntur in capitolio, ut Ioui, Apollini, Mineruæ Iunoni.* Nomē inclusum cespite fusco.] *manes Pomp. sepultos in terra Nili nigra, talis enim præpinguedine est.*

Proderit.] *solamen est à futuro commodo, nam euersō sepulchro, quod breui durabit minores non credent Pompeium mortuum nec in Aegypto sepultum, sed in cœlo regnare, ut putant Iouem Cretenses.*

Olim.] *in futurum,* Ardua.] *moles eminens sepulchrum.* Sparget.] *dissoluet.* Bustum.] *busti saxum argumenta signa.* Sit nulla fides.] *non creditur.* Erat tam mendax.] *putabitur ita mendaciums dicere, ut Creta de Iouis sepulchro, quod in Creta fuisse Solinus & Cicero in natura Deorum & Lactātius meminēre.* C

FINIS LIBRI SEXTI.

IOANNIS

IOANNIS SVLPITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI POETAE PHARSAL. LIB. IX. commendationes.

T non in Pharia.] *Pompeius animam, quae terra condi non potuit in Campos Elysios qui sub Lunae regione sunt euolasse & contemptis terris atq; humana miseria in Bruti Catonisq; pectorib. requisisse, inquit.* Manes.] *Pompeij anima.* Pharia fauilla.] *Cinere Aegyptiaco.* Compescuit.] *continuit.* Prosilit.] *extra salutauit.* Sequitur connexa.] *repetit cœli conexitatem.* Qua niger astriferis.] *Elysios Campos in orbe Lunari esse ostendit ea qua aër est coniunctus ætheri.* Nigrum.] *autem aëra appellauit respectu fulgoris ætherei & Astrorum.* Astriferis axibus.] *hoc est, sphæris Planetarum, uidelicet Lunæ quæ prima est.* Patet.] effunditur. Semidei manes.] *id est, animæ beatorũ quæ sunt in circulo Lunari.* Ignea.] *Diuina, loquiturq; secundũ Platonicos, qui deos & animas igneas esse dixerunt, & Virgil. igneus est illis uigor & cœlestis origo seminibus.* Patientes.] *ibi enim purgantur.* Imi.] *lunaris qui est inter septem infimus omnium.* In orbes.] *in Sphæras & circulos à quibus descendit. nam anima in supremo cœlo orta per septem orbes in terras demittitur.* Non illuc.] *non dites, sed sapientes & optimi illuc admittuntur. Socratem enim dixisse Cicero tradit, animos hominum esse diuinos, ijsq; quũ è corpore excessissent reditum in cœlum patere optimo & iustissimo cuiq; expeditissimum.* Positi.] *sepulti.* Verò.] *clarissimo, nam hoc nostrum illi collatum est tenebrosum.* Impleuit.] *Pompeij.* Stellasq; uagas.] *præter Solem & Lunam quinque planetas errantes.* Astra.] *Signa ipsa quæ non errant. sed cum stellato cœlo uertũtur, ut sunt quæ in Zodiaco, & extra ipsum sunt.* Nocte iaceret.] *tenebris.* Nostra dies.] *lux & uita humana.* Ludibrio.] *irrisione & contemptum.* Volitauit.] *uolando quasi adijt, nam per cœlum uolans hæc despectabat.* Classes.] *de quibus supra. Milesiæ Graio uoluuntur in æquore classes.* Scelerum uindex in sancto.] *uindicaturus cladem belli ciuilis.* Sedit.] *quieuit contemplans.* Bruti.] *qui erat Cæsarem confecturus.* Inuicti.] *liberrimi animi.* Ille ubi.] Cato inquit, *cum esset uiuo Pompeio uictorem odio habiturus, illo iam mortuo Pompeio euasit, & reliquias Pharsaliæ colligens, non pro se, sed pro libertate pugnauit.* Plutarchus Catonem præfectum cohortiũ 35. audita clade Pharsalica ea mente Corcyram, ubi naues erãt delatus, ut si Pompeij perijsset omnes in Italiam reduceret, ipseq; solus tyrannidem fugeret, si cuasisset copias illi conseruare, cũ Cicero in perneganti tradere copias non potuisset. Pompeius quem in Aegyptum aut Libyam peruenisse arbitrabatur, cum copijs omnibus nauigans, Sexto occurrit, à quo accepta morte Pompeij principatum petiuit, & à Cyreneis receptus est cum paucis ante diebus Labienum exclusissent.* Vbi.] *quando.* Quem.] *Cæsarem, an Pompeium.* Oderat magnum.] *quia poterat euadere dominus.* Auspicij raptus patriæ.] *tractus authoritate & tutela.* Ductu.] *duce Senatu,* Pompeianus.] *Pompeius amator & cultor.* Excepit.] *fouendam suscepit.* Carentem tutare.] *sic dixit quasi iam orbatam parente Pompeio.* Membra.] *sparsas reliquias.* Ignauis.] *uictis.* Totę partes.] *omnes Pompeiani.* Rapido actu.] *propera impulsione & persecutione. Actus enim impulsionem significat, & agere ante se pellere & persequi, ut author est Festus. Ouidius in Fastis.* Pars quia non ueniant pecudes, sed agantur ab actu nomen Agonalem, credit habere diem.

Corcyrę secreta.] *insulæ semotæ, portum cum eiusdem nominis oppido, quæ Phæacia etiam dicta est, diximus de eo suprà Historia autem ita se habet ex Appiano, cum quo poëtæ & Plutarcho non conuenit. Lucius igitur Scipio Pompeij socer, cæterisq; quicunque illustriores, à Pharsalica pugna perfugerant ad Catonem Corcyram uersus abiêre, qui ad alterius exercitus curam trecentarum triremium custodiam prætor relictus fuerat. Itaque quicunque ex ipsius clariores extitere Pompeij copias classemq; inter se partiti sunt.* Casiius in Pontum ad Pharnacem profectus est, ut in Cæsarem illum excitaret. Scipio & Cato in Libyam enauigarunt, *Vari fiducia & exercitus, qui cum illo asseruabatur. Iuba Numidarum rege pariter cum illis ad bella conspirante, Pompeius autem primogenitus Pompeij filius Leuinusq; cum eo copiarum partem deducentes in Iberiam sunt profecti.* Petit, non Syncope est, sed Ecthesis. Mille.] *Hyperbole, id est, trecentis.* Fragmenta.] *superstites reliquias.* Fugientia.] *cum præ numerosa multitudine uiderentur esse uictricia.* Victas.] *quæ uictorum erant.* Arctasse.] *angustasse, quia magnã eius partem occupabant.* Malcam.] *Promontoriũ Laconiæ, quam Dorida appellat à Doribus, id est, Laconib. qui circa eam in Peloponeso sunt, supra eam tuta nauigatio erat, uentis aduersis flantibus, unde natũ prouerbium quum ad malam deflexeris domesticos obliuiscere.*

Tenarum.] *Promontorium Laconiæ, in quo est antrũ, quo itur ad inferos, quaq; cerbrum Hercules ad superos extulit.* Apertã umbris.] *qua umbræ eunt & redeũt.*

Cytheram.] *insulam non longè à Malea, quæ antea Porphyris appellata, & à qua Venus Cytherea dicta est.*

Creta.] *insula in Aegæo centum urbibus clara fama. præterfluigantibus terram, non nauit, sed terra, quum ad eam respiciunt moueri uidetur.*

Legit.] *nauigando præterit.* Dictæa.] *Dictæus Cretæ mons est, authore Plinio.* Præludere portus classi.] *non recipere classem, sed propellere.*

Impulit.] *expugnauit populum, urbem uerò diripuit & euertit.* Phycunta.] *Phycus oppidum cum promontorio humili, quod contra Tænarum Laconiæ iacet duorum milium, & octingentorum stadiorum transitu, &, ut inquit Plinius, per Creticum mare excurrit, distant CCCL. Mil. pass. Tenaro promontorio à Creta uerò ipsa centum uiginti quinq; milibus.* Palynure.] *Palynurus portus est in Aphrica, ut & in Calabria promontorium, dictum à Palynuro nauis Aeneæ magistro.* Aequore Ausonio monumẽt.] *hoc est, in Calabria ad Veliam, nõ est solum argumentũ nominis tui, sed etiã in Libya.* Tum procul.] *inde prospiciens naues, quibus Cornelia cum Sexto Põpeio uehebatur, timuit ne Cæsarianæ essent.* Animos.] *Catonis & reliquorum.* Præceps.] *celer & subitus.* In nullã nõ creditur.] *hoc est, in omni.* Vel Catonis duri.] *etiam constãtis Catonis seueritatis q; Stoicæ, q nõ turbaretur, & Lachrymaret.* Frustra tenuit.] *quia nihil Pompeio profuit.* Priuignique.] *Sexti Pompeij.* Repulsus.] *à fletu redeunte.* Remearet.] *referetur in mare ostentũq; rogũ, & ubi ex flamma indignam Pompeio, pyram aspexit.* Ergo indigna.] *se inofficiosam, & miserandũ funus mariti conquerens, Sextum & alios ad bella irritat, & dolori solo mori constituit.*

Accendisse.] *ut moris est auerso uultu, quos lacerassem mihi. Mos enim erat crinẽ uulsum in funere, in rogo cõburere.* Componere.] *apte collocare.* Dispersi.] *truncati, non integri.* Fletus.] *Lachrymas.* Vestes.] *meam sinum.* Sparsura.] *sparsim conditura.*

Quicquid ab extincto.] *cineres & ossa.* Funeris.] *exequiarum. Nam non pompa aderat, non familia, non tibia, non sandapila, non laudatio, non Persica.* Officium.] *sepeliendi.* Graue manibus.] *ingratum & molestum umbræ tuæ.* O bene nudi.] *quasi dicat, ô feliciores quod insepulti fuistis. Pompeius ennim ustus est maiore deorum odio.* Crassorum.] *patris & filij.*

Inuidia.] *odio.* Coniugibus.] *ut Crasso filio & Pompeio.* Plenas.] *cinere & ossibus.* Quid porro.] *seipsam uana optantem arguit, cum non sit opus ei, aut cineribus, aut monumento, nam semper ei adest memoria & imago Pompeij.* Porrò.] *uerò.* Instrumenta.] *quæ te excitent & irritent.* Victura superstes.] *hoc est, aliqua diu uictoria, post uiri mortem, nam ego dolore moriar breui.* Maligna.] *non clara.*

Aliquid tui.] *Aliquam partem de te.* Resedit.] *cessauit, extincta est.* Ferens Pompe.] *in quem Pompeij corpus resoluitur oriente iam Sole.* Et inuisi tendunt in carbasa uenti.] *& ego inuita à uentis odio sis auferor. Ventum esse dicunt Philosophi aeris undã*

Inuisi.] *quia diutius spectare uellem.* Tendunt.] Implent.] *Virgil. tendunt uela noti.* Non mihi.] *nihil esse ei gratius Aegypto & cineribus Pompeij fatetur.* Siqua.] *ut Pontus, Aphrica, Sicilia, Hispania.*

Terens.] *qui triuit in triumpho,* Elapsus fœlix.] *iam oblita sum Pompeiũ fœlicem cupio infœlicem, qui continetur Aegypto, quam non inuso, sed quia Pompeium tenet, est mihi gratior.* Herere.] *coniunctã me esse.* Commendat.] *chariorem facit.* Linquere si qua fides.] *acclamatio est*

Tu pete bellorum.] *Sextum ad bella reparanda ex Pompeij mãdatis irritat.* Casus & signa per orbem.] *fortunæ, pericula.* Condita cura.] *seruata ut esset cui res meæ, uobis hæc aperire.* Me quum.] *fatalis repetat Pompeij uerba.* Fatalis hora.] *tempus mortis.*

Vacet.] *uacuum sit tempus.* Sceptra.] *reges Metonymia.* Impellite.] *concitate.* Partes.] *ossia & diuisiones, & factiones.* Quisquis Pomp.] *hoc est, Pompeij filius.* Venerit in undas.] *descendit in mare.* Non dabit nullis.] *Excitabit mulros.* Indomitos memores q; paterni.] *generosos & liberos.* Iuris paternis.] *libertatis & patriæ defendendæ.* Si faciet partes.] *si defensores cogeret.*

Exolui fidem.] *seruaui promissa.* Infidiæ tuæ.] Quod me in mari reliqueris. Vix ne mihi auferrem uocis.] *uiuere uolui hactenus, ut hæc uobis fideliter iam uerò his actis, ut peream operam dabo.*

Chaos inane.] *spatiosas inferni tenebras.* Si sunt nulla.] *ex Senecæ sententia uidetur hoc dicere, ait enim in libro de Consolatione ad Martiam: cogita nullum defunctum malis affici, illa quæ nobis inferos faciunt, terribiles fabula est.* 8

Quam longo tradita letho incertum est.] *Ignoro mortis meæ tempus, quam me diseruciando & torquendo doloribus miseram animam anticipabo.*

Ab ipsa.] *anima.* Feram.] *auferam.* Cernens.] Non fugere in mortem.] *non separari à corpore.* Peribit.] *excutietur plangendo & lachrymando, nam ad uim mihi inferendam, & præcipitia nunquam descendam.*

Per inania lactus.] *per aërem.* Turpe mori post te solo non posse dolores.] *doloris dedecoris stimulum adijcit.* Obduxit amicto.] *texit lugentium more, qui uestem mutant, & in publicum non prodeunt, & lucem euitant.* Ferali obduxit amicto.] *nigro.* Arcte complexa dolorem.] *uehementissimè dolens.* Perfruitur lachrymis.] *fructum uoluptatemq; capit.* Luctum.] *squalorem & tenebras.* Monit.] *desistere fecit à luctu. Nam solet affectus recens ueterem tollere.* Clamor.] *nauticus.* Pericula.] *in quibus acti tempestate uersabantur.* Contraria.] *illi enim salutem ipsa mortem optabat.* Composita.] *apte collocata. Virgil. sic ô sic positum affati discedite corpus.* C

Fauit.] *adhortata est & laudauit.* Prima ratem.] *ex Aegypto primum in Cyprum uenêre.* Tenens Pelagus.] *flare non desinens & mare propellens.* Moderatior.] *remissior.* Castra Catonis.] *quæ erant ad Palinurum.* Magnus.] *Cn. Pompeij filius, qui cum Catone erat.* Fratrem.] *Sextum.* Fertur precs.] *celer naui occurrit.* Stat summa.] *uiuit ne ille in quẽ reducitur totus orbis.* Romana.] *res Romanas imperiũ uidelicet & libertatẽ.* Quẽ fors disperdit.] *qui neq; interfuisti, neque uidisti quæ nos.* Audis.] *& non uidisti ut ego.* Perijt.] *syncope.* Impuro.] *incesto.* Hospitij fretus superis.] *fidens dijs hospitalibus & beneficentia, quam in reges Aegyptios contulit.*

Cecidit uictima.] *mactatus est, uelut uictima pro regno, quod donauerat Ptolemæo.* Socerum.] *Cæsarem.* Ora ducis.] *Pompeij caput ueruto suffixum.*

Hæc ora.] *ipsa.* Seruari oculis.] *ut uideat Cæsar.* Fidem scel.] *ut crederetur à se interfectus Pomp.* Cor pus.] *truncũ.* Distulerint.] *laceratũ in frusta, abstulerint* Solnerit.] *in cineres uerterit.* Quæcunq; iniuria fati

A fati abstulit hos artus qualitercunq; fuerit absumptus, sic uolentibus dijs æquo animo fero, & ipsis non imputo: & ignosco iniuriam: sed caput seruatum doleo. Non ingemuit,] nõ gemuit & fleuit præ dolore. Effudit.] emisit & ostendit. Iusta.] Quia paterna.

Præcipitate,] celeriter è littore in mare deducite, & remis impellite, etiam uentis obstantibus. Erumpat.] exeat & eat remis impulsa. Merces.] Præmium. Manes.] corpus & animam. Nam corpore sepulto manes errare desinunt. Satiare magnum sanguine tyranni.] dare Ptolemæum Pompeio inferias. Semiuiri.] Mollis & effœminati. Non ego.] ita ferutens minatur se Alexandriæ euersurum, & Alexandri omniumq; regum sepulchris dirutis cineres dispersurum. Adytis.] ex conditorio. Mareotide.] Palude Aegypti, quam efficit Nilus restagnans, & dicitur maris tactus.

Amasis.] Aegyptiorum rex, qui ut ait Diodorus uiolentius, quam cæteri regnauit, sepultusq; fuit in immensa Pyramide. Eius Herodotus meminit, fuerunt'q; ante B eum in Aegypto reges trecenti & triginta.

Torrente.] uelociter inundante Nudo.] insepulto. Euoluam.] extraham. Apis.] bos sacer qui idem est quod Osyris.

Tectum lino.] alluſit ad Aegyptiorum habitum, qui utuntur lineis uestibus. Osyrim.] qui in suo Asylo supra Sarin iacere creditur, quanquam fabulantur Isim multis in locis eum sepelire finxisse metu Typhonis, & uno tantum in loco sepeliuisse, ut tradit Strabo.

Suppositisq; deis.] submissis cadaueribus & statuis eorum, quos colunt pro deis. Caput.] Magni. Terra.] nam quas diximus, erunt ædificiorum & deorum. Vacuos cultoribus.] Interimam enim & desolabo.

Cui.] in cuius utilitatem & felicitatem. Genitor.] Pompeius ibi sepultus. Rapiebat.] trahere uolebat. Compescuit.] repressit oratione Planctibus.] percussionibus deplorantium. Exemplo q; carens.] nulli comparandus, & nunquam factus. Non enim solent populi principis uiri mortem deflere. sed illa letari. Exhausta.] attenuata. Effusa.] effusos habẽs, Synecdoche. Verbere.] ictibus manuum sociæ amicæ.

C Impressas.] intextas. Pictas.] ut sunt palmatæ & triumphales. Ter conspecta Iouis.] in tribus triumphis. Intulit igni.] combussit. Funesto.] mortuo dicato. Fuit cinis.] loco cineris. Pietas omnis.] omnium Rom. intimus quidam amor & reuerentia erga suos. Busta surgunt.] ignes in cespitibus eriguntur eis, qui in Thessalia occubuerant.

Sicubi.] sic lucet Apulia, quando depastas herbas uolunt per hyemem renouare pastores. Nam calefacta terra excitatur ad pubulandum. Submittere.] elicere & subnasci facere: Ibernas.] hyemales.

Vulturis & calidi lucent.] montis in Apulia iuxta Garganum. Horatius. Me fabulosæ uulture in Appulo. Buxeta.] loca buxis plena, legitur & bucera, id est, boum pascua. Bucerus enim est possessiuum à boue, Lucilius. Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles.

Bucerijq; greges.] quod quidam buceriæ corruperunt. Matini.] montis in Apulia, ex quo Matini populi dicti sunt, sicut à Vulture Vulturni.

Non tamen ad magni [illegible] uenit gratis.] ex his omnibus, inquit, nil fuit Pompeio gratius, uerbis Catonis, nam uulgus superis maledicebat. Omne quod.] in superos audet conuicia uulgus Pompeiumq; dijs obijcit, per parenthesim lege. Quod.] quia. Deis.] uelut oblitis honorum, & planè ingratis. Cuius.] Pompeiũ à modestia laudat, sibiq; ipsi, si esset Cæsari succubiturus simile exitium à Iuba inferendum precatur.

Obijt.] Syncope. Imar nosse modum iuris.] minor inseruanda mensura iustitiæ. Cui nonnulla.] uidelicet æuo & id quod in Pompeium uituperauit, ascribit tempori non naturæ eius, si cui ad ciuem retuleris, legendum est nonnulla, id est, aliqua.

Salua libertate.] Non efferendo se in tyrannidem. Et solus priuatus.] solus recusans dominari, cum uellet populus sibi seruire. Rectorq; Senatus.] sed regnãtis erat, regebat quidem Senatum, sed cui ipse pareret. Iure belli.] iure Imperij, & bellorum gestorum quodq; alijs præstaret. Quęq; dare noluit.] id est, quæcunque petijt & impetrauit. Immodicas opes.] fuit enim ditissimus. Intulit.] attulit in patriam.

Inuasit ferrum.] susceptit bellum ciuile, sed Senatus arbitrio erat depositurus. Arma togæ sed pacem armatus.] militiam & bella. Iouit sumpta ducem.] ut delectabatur honores sumere, sic & dimittere. Casta domus luxuq;.] pudica & frugi. Corruptaq; nunquã fortuna domini.] quæ felicitate Pompeij non superbiebat, & insolẽs erat. Notatem.] id est, adnotamẽ ipsius & fama. Olim uera fid.] uera libertas, inquit Syllæ Mariq; temporibus perijt. Nunc uerò.] cum supereſſet imago quædã umbra libertatis quæ extincta est in Pompeio, neminem pudebit tyrannum. Color.] quantas & expressa dignitas. Frons.] utilitas.

O felix.] eum tempestiua morte felicem appellat. nam si uixisset in seruitutis discrimen potuisset incidere. Seneca in Troade ait, Fœlix Priamus, fœlix quisque bello moriens, omnia secum consumpta uidet. Scelus Pharium, sceleſtus Ptolemæus. Quærendos.] optandos. Scire mori sors prima uiris.] Viro forti in miseria constituto, prima fœlicitas est, sponte mortem sibi conscire, secunda ut ui ei inferatur.

Si fatis aliena in iura uenimus.] si deorum uoluntate sub alterius potestatem uenturi sumus. Talem.] qualis fuit Ptolemæus in Pompeio. Deprecor hosti] recuso. Vocibus his.] mors Pompeij. Plus est hac breui Catonis oratione laudata, quàm si pro rostris fuisset publicè commendatus. Rostra.] forum, nam id templum, in quo est erectum suggestum ex rostris nauium Antiatium rostra est appellatum, ut libro octauo Liuius habet. Vulgi.] præsertim Cilicum, qui respectu Pompeij militauerant, & eo iam mortuo discedebant.

Tarchon.] Cilicum dux. Fugientem rapta classe.] fugere uolentem acceptis nauibus.

Notauit.] cum ignominiæ nota arguit. Nunquam pacatęq;.] semper rebellis. Cilix.] quædam prouinciarum nomina à populis possessiuis q; ipsis, cum contra fieri deberet, deriuari uidentur, ut Thracia, Bebricia, Cilicia, Phrygia à Thrax, Bebrix, Cilix, Phryx.

Ad rostras.] ad Pyraticam exercendam.

Vnus aperta.] quidam Cilix. Mente fuge.] consilio proposito. Regentem.] Catonem. Nos Cato.] excusans se, missionem petit, & bello Ciuili finem imponendum esse suadet. Partesq; fa.] factionem, diuisionem nostrũm, ut alij domi remanerent, alij Pompeio officiosè

officio tè fauerent. Orbis.] *qui maluit pro eo pugnare, quàm in ocio degere.* Cauſa q; noſtra perit.] *iam non habemus pugnandi cauſam.* Perierunt tempora uitæ.] *hoc eſt conſenuimus in bellis, liceat tutè mori.*

Proſpiciat tutas flammas.] *præparet ſibi rogum & funeri neceſſaria.* Vix ducibus.] *bene uix, nam non totus Pompeius ſepultus eſt, & quidem miſerandè, alij uerò, cùm innumeri ſint, ſepeliri non poſſunt.* Non barbara uictos.] *nos qui uicti ſumus, non erimus ſub Barbaris regibus, ſed ſub eo Romano, qui poſt Pompeiũ ſecundus erat.* Regna non manent.] *reges non expectant.* Scythicum iugum.] *Parthicum imperium.* Togati ciuis.] *Romani Cæſaris.* Vmbris ſacris.] *Rompeij manibus, quos memoria & ueneratione proſequimur.* Clades.] *Theſſalica.* Dominũ.] *cui excepto, quod nolo militare parebo in cæteris.* Fata.] *fortunam uictoriæ & rerum ſucceſſum à diis conſtitutum.* Nec fas.] *quia uictus ſum.* Secunda.] *proſpera uidelicet regna & imperium.* Nec liceat.] *oſtendit ſe forti ſuæ acquieſcere, & ſimul rebellionis tollit ſuſpicionem, & fœlicitatem Romanam precatur imperio.* Fortuna.] *fœlicitate oſtendit; q; nullam ſpem recuperandarum uirium ſupereſſe fuſo exercitu, mortuo duce, leuitate populorum & clementia Cæſaris.* Sparſit ferrum.] *fudit exercitum & potentiam partium Pompeij.* Clauſa fides miſeris.] *id eſt, miſeris non ſeruatur fides, & quiſquis ab eis diſceſſit.* Clauſa.] *occluſa.* Solus.] *Cæſar.* Velit.] *clementia ſua.* Poſſit.] *quia uictor.* Secluſ eſt.] *quia cum inter ſe de principatu certarent altero ſublato pax ſequi debet.*

Fides.] *conſtantiæ & ueritatis officium.* Iura publica.] *leges Romanæ.* Petamus.] *ſequamur.* Conſul.] *Cæſar.* Inſilijt puppi.] *cum ſaltu conſcendit.* Tumultu.] *turba.* Indigna ſeruitij.] *quæ cupida ſeruire dominum non habebat.* Erupere.] *egreſſæ ſunt.* Ergo pari uoto.] *grauiter eos increpat Cato, quòd non pro libertate Romanorum, ſed Pompeij, ſeruos ſe eſſe aſſererent in bella uenerunt, & nunc mortuo illo, cùm liberi ſint, poſtmodũq; facilius in unũ pro libertate pugnare, malint ſine cæde ſe ſubijcere Cæſari, & quò plus eis pudoris incutiat, arguit timiditatis, quia non audent in Corneliam, Pompeium, & ipſum Catonem inſurgere, ut eum gratiorem Cæſari faciant.*

Pari uoto geſiſti.] *æquè optando, ut alter uinceret.* Pro dominis & Pompeiana.] *pro dominorum uictoria, quorum uterq; uincere optabat.* In regna.] *in regno alicui cõſtituendo.* Quod tibi non ducibus uiuis moreris q;.] *id eſt, quod potes uincere, & mori pro te, & libertate Romana, & quod nulli domino acquiris orbem, ſed potes eripere Cæſari.* Tutum.] *minus periculoſum, tunc enim inſtabant duo domini, nunc ſupereſt unus, quo uicto eris liber.* Iugum.] *ſeruitutem.* Vacante.] *libera: nam ſi euaſeris Cæſarem dominũ non habebis.* Sine rege pati.] *ſine domino ſub ditione Romanorũ eſſe.* Nunc cauſa pericli digni uiris.] *nunc ſi uiri eſtis iuſtam cauſam pugnandi habetis, pro libertate, præſertim cum polueritis pro Pompeio mori.* Abuti.] *ad regnum ſibi conſtituendum.* Iugulos enſes q;.] *mortem & uires.* Vnum.] *Cæſarẽ.* Et tribus.] *Pompeio, Craſſo & Cæſare, qui inter ſe orbem diuiſerant.*

Plus contulit.] *plus egit pro libertate recuperanda, nam Pompeiũ unum ex tyrannis occidit.* Arcus Parthi.] *qui Craſſum peremerunt.* Ite ô degeneres.] *increpatio cum contemptu.* Munus Ptolemæi.] *qui per cædem Pompeij donauit uos libertate.* Eſſe nocentes.] *ſtrenuè pugnaſſe.* Terga dediſſe.] *fugiſſe.* Vadite ſecuri.] *Sarchaiſmos.* Meruiſtis.] *quia nõ pugnaſtis in ipſum, ſed primi fugiſtis.* Turpes.] *molles & imbelles, quia ſine uulnere & ſponte ſeruitis.* Hæredẽ.] *Imperij ſucceſſorem.* Cur non maiora mereri.] *cur non maius facinus agredimini, ut conſequamini etiã præmia ſcelerum.* Rapiatur in undas.] *trahatur ad Cæſarẽ naui.* Metelli.] *Scipionis Metelli filia Cornelia, ut ſupra diximus ex Plutarcho.* Pompeios.] *Cn. & Sextum.* Vincite.] *& ſuperate maiora audendo.* Noſtra ora.] *caput meum.* Cruentis prætio.] *ut conſequeretur ceruicem meam.* Meritum.] *beneficium uerſtrum in Cæſarem.* Ignauum ſcelus eſt.] *Ignauorum eſt fugere, & aliud non audere.* Haud aliter.] *Apes puppibus, alueuria caſtris tinnitũ æris orationi Catonis: paſtorem Catoni, & Hyblam luctori aptiſſimè comparat.*

Simul.] *poſtquam.* Effœtas.] *quæ fœtus aptum continuere.* Faui.] *mellis & alueariorum.* Non mille.] *non conglobant ſe in unam.* Siccent nexibus alas.] *non conglobant ſe in unam.* Diſidioſa.] *negligens mellificare.*

Thymum.] *herbam apibus gratam, ſed auſteram nõ bit, quæ paulò plus palmo è terra erigitur, eſtq; foliis ſimilibus roris marini, ſed acutioribus & nigrioribus.* Solonus cris.] *quo territæ colligũtur.* *Virgil. in Georgic.* *Tinnitusq; cie, & matris quate Cymbala circum.*

Laboribus floriferi.] *mellificandi.* In gramine Hybleo.] *in ualle Attica.*

Inculcata uiris iuſti patientia ma.] *impreſſum & perſuaſum eſt eis, ut patienter in bello iuſto militarent.*

Flammaq; actu belli.] *iam milites neſcios quieſcere flammaq; actu belli.*] *iam milites neſcios quieſcere flammauit & exercuit.* Actu belli doctas non ferre.] *ob agitationem & exercitium belli, in quo uerſantes, ferè ſeditioſi ſunt.* Laſſatur arenis.] *ad laſſitudinem exercetur, currendo luctando & imaginario prælio.*

Cyrenarum.] *oppidi quod expugnauit prope maiorem Syrtim, à Batto ædificatum. ut Strabo ait. Cyrenaica oppida ſunt Apollonia, Barce, Teuchira, & Berenice.* Excluſus nulla ſe uendicat.] *non receptus, ſed aliter ex Plutarcho oſtendimus.*

Victiſſe Catoni.] *Victoria ipſa in qua multi Cyrenei uuluerati, cæſiq; ſunt, uberius enim non ſæuijt.*

Inde peti placuit Libycis contermina Mau.] *Cato cum Cyrenis audiſſet Scipionem apud Iubam regem ſe recepiſſe, & Appium Varum Aphrycæ præfectum cum Scipione eſſe, pedes ad eos hyeme iuit, multum commeatum, & aquam uehens ducensq; Pſyllos, qui ſerpentem morſibus medicarentur.* Iubę.] *regis Numidarum.* Syrtibus.] *terreſtribus: nam & maritimæ ſunt, & geminæ. hoc eſt, maior & minor, ut diximus libro primo.* Cedere.] *liberum iter dare.*

Syrtes uel primam mundo natura.] *ſiue inquit natura à principio uoluit Syrtes, neque terram, neque pelagus eſſe, ſed nunc illi, nunc huic ſimiles, ſiue mare cui merſæ erant. Aeſtu torridæ zonæ ſiccari cœpit, & donec in terram uertetur ſiccabitur.* Nam neque ſubſcidit penitus.] *Sunt enim uadoſa arenoſaq; loca non adeò demiſſa, ut profundum mare ſuſcipiant.*

Nec ſe defendit.] *nam agitur aliquantulum mari.*

Inuia.] *acceſſibilis.* [illegible] *ege ambigua.*] *natura conditione q;*

A conditioneq́ incerta. *Est enim æquor uadosum & terra mari separata & intermista.* Post multa littora.] *post multos arenarum spissosq́ cumulos.*

Nullosq́ in usus.] *quia neque nauibus, neque pedibus usum præstat.* Alto.] *profundo.* Natabat.] *aquis mersa erat.* Titan rapidus.] *Sol qui aliter humore, maris ipsumq́ ad se rapit.* Subduxit] *magna ex parte attraxit.* Perustæ.] *torridæ.* Adhuc repugnat.] *nondum est à Sole exhaustus, & obstat, ne fiat solida terra, quod longo percussu temporis fiet.*

Ve primum remis.] *tempestatem quam sunt in Syrtibus, passim describit.* Actum.] *impulsum.* Propulit omne classis onus.] *procul pepulit classem militibus oneratam.* In regna sua.] *in sibi exposita loca.*

Turbine.] *uolubili impetu.* Egit undas longè à Syrtibus.] *repulit mare longè à primis Syrtibus.*

Confregit.] *interrupit: non enim erat continuus.* Illato littore.] *cumulis arenarum immissis.* Tunc quarum.] *naues quas recto malo, & uelis tensis Auster inuasit, auertit inuitis, & reluctantibus nautis.*

B Eripuit.] *classes alio impulit, quam quo remigando tendebant, cumq́ uellent, uela deponere non poterant, sed adeò intumescebant, ut fractis funibus proram excederent.* Sinus.] *uelum* Omnisq́ quis] *siquis etiã uela collegerat impellebatur.* Antennæ.] *ligno transuerso in malo à quo pendent uela.* Auertitur.] *à cursu remouetur.* Armamenta nudis.] *malo & antennis nudatis: nam uis Austri uela eripuit.* Quæ fluctibus incidit altis.] *quæ erat à terra remotior.*

Certo.] *non uadoso ut sunt Syrtes.* Quæcunq́ lenatæ.] *naues quarum malos inciderunt, ne à uentis impellerentur. Auferebantur contrarijs fluctibus contra Austrum.* Leuatæ.] *exoneratæ.* Cæsis] *incisis, ut fit in maximis tempestatibus.* Effudere flatum.] *non retinuerunt uentum: quia succiso malo antennæ, & uela ceciderant.* Contraria uoluens.] *obuius & contra ueniens.* Victor.] *quia uiolentior uento.* Detrudit.] *impulit:* Obnixum] *obstantem & reluctantem.* Has uada.] *aliquæ arenis mari subtracto inhærebant.* Vada.] *mare uadosum.* Terra interC rupta profundo.] *cumuli arenarum missi mari.*

Dubio fato.] *incerto periculo, an arena, an aqua obrueretur.* Sedet.] *inhæret terræ.* Pars.] *siue puppis, siue prora.* Tunc magis] *tum cõcertans arena cum fluctibus non dissoluebatur, sed se cumulans obsidebat, & implicabat naues.* Breuius mare impactum.] *breuia Syrtium impulsu.* Elysus.] *repressus, & sic magis arenas dissoluere potuisset, tamen non erat tanti.* Eminet.] *cum eminentia apparet.*

In tergo pelagi procul.] *In superficie uel posteriore parte.* Agger.] *pulueris arenæ cumulus.* Stant.] *non prouehuntur.* Terræq́ hær.] *arenis quæ firma littora non faciebant.* Partem.] *nauium.* Intercipit æquor.] *Syrtes retinent.* Regimen clauumq́] *artificium & temonem.* Tota fuga.] *hæ quæ celeritate se Syrtibus eripuerant in sinum quietum quem Tritonia paludem uocant se contulere.* Tritonos.] *Amnis qui super Syrtis maioris sinum, non longè à Philenorum aris à Tritonide palude susciptur, à qua Mineruæ cognomen est inditum, ut incolæ arbitrantur ibi genitæ, ut ait Mela. Nam regis Ogigij tempore uirginali habitu illic lusa Neptuni, & paludis filia est putata, sed ipsa patrem illum dedignata Iouis uertice se genitã dixit, ut et Herodotus.* Deus.] *Triton Neptuni ex Salacia filius, & eius tubicen: re autem uera est piscis in humani iuuenis speciem, qui, ut Plinius inquit, nauigia noctu ascendit & degrauat. Virgilius in 10. de eo sic habet, hunc uehit immanis Triton & cerula concha, Exterrens freta, cui laterum tenus Hispida nanti Frons hominem præfert in pistrim desinit aluus. Eum Tyberij tempore in spelunca inuentum concha, hoc est tuba canere. Plinius tradit. Hanc Tritonidem paludem, quæ Pallantias dicta est à Callimacho.*

Patrio quod uertice nata.] *quia ut primum nata est illuc in altissimum è cœlo locum, ne Vulcano nuberet descendit, & se ibi speculans ab ea uoluit denominari.* Lethe.] *amnis ad Beronicem ciuitatem inferna, ut putant inundatione prorumpens, & apud Pristinos, uates latex memoratæ obliuionis, ut ait Solinus.* Insopiti.] *peruigilis.* Tutela.] *ob ipso enim seruabatur quanquam fides ratio est, quod flexuoso meatu est uarium è mari fertur adeò sinuosis latebribus tortuosum, ut uisentibus procul lapsus anguineos, facta uertigine mentiatur, idem est author. Diodorus ueò ait per Draconem intelligi pestiferum etiam, qui sua fortitudine latrocinia prohibebant, & per poma aurea milas id est, oues aurei coloris uel pulchras.*

Spoliatis frondibus ortus.] *raptus à frondibus pomis aureis.* Inuidus.] *maligni est fidem uetustati non adhibere, eiusq́ laudem minuere.* Qui uates ad uera uocat.] *Qui uult ætas, quibus licet fingere dicere uera.* Sylua.] *arbores.* Diuitijs] *aureis pomis.* Germine rami.] *fructu.* Virgineus chorus.] *Hesperides quæ fuerunt filiæ Atlantis ex Hesperide Hesperi fratris filia, fueruntq́ septem numero. Dicunturq́ etiam Atlantides, Diodoro auctore. Lactantius eas Hespero genitas dicit, fuisseq́ ut quidã, autumant tres, Eglen, Arethusam, & Vespertusam, nec à Gorgonibus esse diuersas.*

Robora complexus, rutila curuata.] *ramos arborum flexos.* Metallo.] *aureis pomis.* Laboretq́ nemoris] *in nemore seruando impendebatur.*

Inopes] *absque aureis pomis Tyranno. Eurystheo cuius iussu illuc iuerat.* Depulsata.] *liberata.* Garamantidas.] *Agaramantum regio, auctore Strabone ultra Getuliam est.* Pompeio duce.] *Magni filio præfecto classis.* Hærere.] *Quiescere donec ad Iubam perue nisset.* Terra cingere.] *terrestri itinere circuere.*

Clauserat.] *uetabat nauigari. Claudi Maria dicuntur die tertio Idum Nouembris, usque in diem sextum Idus Martij.* Et spes.] *& sperabat imbres sibi auxilio fore per feruidam Sole regionem ituro, ut temperata efficeretur, nec Soli, nec frigus abesset.* Annus.] *anni tempus.* Neq́ sæuam.] *non asperam.* Polo.] *propter cœlum quod natura calidum est.* Bruma.] *propter brumæ frigus.* O' quibus.] *animos militum, ad deferorum Libyes subeunda discrimina erigit, quæq́ sint illa aperiens se primum subiturus eadem pollicetur.*

Vos.] *Scala nam sine libertate nolumus esse salui & pro illa moriendi salui sumus.* Indomita.] *libera non subiugata Cæsari.* Cõponite.] *præparate.* Ad opus uirtu.] *ad laborũ periculorũq́ tolerantiã.* Squalent,] *maculati sunt.* Durum.] *iter appositio.* Ad leges] *ad leges decusq́ patriæ tuendum fortes inuitans molles qui ser-*

qui seruire possunt, repellit à se ad Cæsarē. Est positū euadere.] *in nullo uoto, id est, qui nulla uota faciunt euadendi.* Positum.] *constitutum.* Ire.] *& non curare de reditu.* Tecto.] *dissimulato.* Quos ipsa pericula ducent.] *hoc est, qui causa experiendi pericula uenient. Vel quæ tristissima, etiam quæ laboriosissima sunt.* Romanum.] *quasi dicat uirile.* Pulchrum.] *honestum, ut pulchrum & mori succurrit in armis.* Animę.] *uitæ.*

Ad dominum.] *Cæsarem.* Dum primus.] *mirificè milites excitat Imperatoris audacia: nam excutit metum & pudorem ignauis incutit. Bene igitur Philippus dicere solitus est terribiliorem esse exercitum ceruorum leone duce, quam leonum ceruo.* Me calor.] *um Braculo se non usurum pollicetur, sed aliorum more solem passurum.* Mihi.] *alios præcedenti.* Prætenta te.] *explorate casu meo.* Sitiat.] *recusset sitim pati.*

Æstuet.] *Æstu lassetur.* Aut equitum pedibus.] *iturum se asserit, more gregarij militis.*

Deficiat.] *ut defatigatus non ueniat.* Discrimine.] *differentia.* Ardor.] *Solis.* Arenę.] *quas uentus impellet, & in quibus nequeant consistere.* Virtuti.] *quæ uersatur circa difficilia.* Gaudet patientia duris.] *Magnanimis solatio est pati, & fortes gaudēt aduersis.* Lætius est.] *omnis uirtus quo circa difficiliora uersatur eo est laudabilior & maior.* Honestū.] *uirtus, honesta actio.* Constet sibi.] *comparauit sese multa difficultate.* Turbam præstare malorum, ut doceat fugisse uiros.] *hoc est, Libyæ potest nobis multa incommoda obijcere, per quæ uideantur uirtutem fugere, si uicti sumus.* Irreducem.] *irremeabilem, per quam reditus non esset.* Limite.] *terra uicina Syrtibus.* Inuasit.] *fata cœpit tentare fortunam Catonis mortem non metuentis.* Tertia pars rerum.] *Salustium sequitur, qui ait in diuisione orbis terrarū pleriq; in parte tertia Aphricam posuêre, pauci tantummodo Asiam & Europam esse, sed Aphricam in Europa.*

At si uentos.] *Eurum, Zephyrum, Boream, Notum, qui à quatuor mundi partibus, flant ita ut Eurus ab ortu Æquinoctiali occurrat Zephyro Occidentali recta linea, & Borea Septentrionalis è regione habeant Notum.* Cœlum.] *quatuor cœli regiones, nam æquè à flant ab Occidente Tanai & Nilus, quibus Asia disterminatur ab Europa & Aphrica, quas separat mare Gaditanū & Mediterraneū, quod admissum est inter utriusq; flexum. Læuoq; latere Europam dextro Aphricam radens, separat Calpem montem Europæ, ab Abyla Aphricæ monte, quos Columnas Herculis dicunt.* Gadibus.] *duabus insulis in ipsis faucibus maris nostri, quarum altera Gadis, altera Erythrea dicta est, in qua fuit urbs Gades, ut apud Plinium libro quarto.* Vade.] *à quibus Gadibus.* Fugit.] *separatur.*

Sed maior.] *sed Asia est maior Europa & Aphrica, nam utriq; communis sit Zephyrus in Orientem flans, à sinistro Boreæ extenditur. Dextram uoti toto Oriente complexo.* Sed maior orbis.] *maior mundi pars.*

Adic.] *accessit syncope.* Isthę.] *Aphrica & Europa.* Asia.] *Asia.* In ortus.] *in Orientem.* Libyę.] *naturam fertilitatemq; soli Aphricani narrat.* Quod.] *ea pars quæ.* Vergit in Occasus.] *ad Occidentem inclinat.* Arctoos imbres.] *à Septentrione immissos, ut enim Auster nobis pluuius est, & illis serenus, sic Boreas & Aquilo nobis sereni, illis imbriferi sunt.* Resecit.] *recreat.* Serenis.] *quia cum hic serenat, illic pluit.* In nullis uiciatur opes.] *non habet uenas, & metalla prætiosa.* Nullo crimine fine scelere.] *crimen terræ est aurum & argentum producere.* Et penitus terra.] *& simplex terra.* Robora Maurusia.] *arbores & cedri Mauritaniæ, cuius ligni usum non norant, contenti umbris & frondib. Plinius inquit, à maris cedrum & mensuram insaniam prouenire esseq; similē cupresso, femine syluestri habereq; lignum uarijs uenis picturn, quo genera trium ad mensas uruntur, aitq; mensis præcipua, dor in uena crispis, uel in uertice paruis, illud oblōgo euenit discursu, ideoq; Tygrinæ appellatur, hoc in torto, & ideo tales Punthermæ uocātur. Sunt & undatim crispæ maiore gratia, si pauonum caudæ ocellos imitentur, magna uerò post has gratia extra prædictas crispis densa, ueluti grani congerie quas à similitudine Apiatas uocant.* Epulas.] *Esculenta & poculenta, ut pisces, aues feras gulamq; et luxum Romanū, obijcit.*

Mensas.] *uidelicet citrinas, aut Ciceronianā mensam nullius uetustior memoria est, habuit enim & cedro & ex thia.* Vagam.] *instabilem. Sub nimio proiecta die, in meridiem extenta, qui nimis illic æstuat.* Perustī æ-theris.] *torridæ Zonæ.* Bacchum.] *uites.* Putris.] *soluta in puluerem.* Tenetur.] *possidetur.*

Cura Iouis.] *salubritas cœli.* Immotis.] *inaratis*

Nō sentit annum.] *annuas messes autumni uindemi*

Nō sentit annum.] *annuas messet autumni uindemiam & floridum uer.* Segne.] *infœcundum.* Nasamon.] *Nasamones gentes sunt in ora Syrtis, quot antea Mesammones Græci appellauêre ab argumēto loci medios inter arenas sitos.* Nudus.] *pauper.* Damnis mundi.] *præda omnium qui incidunt in Syrtes, diripiunt enim naues & naufragos.* Populator iminet.] *prædator seruat.* Et nulla catina.] *nec aliena, nec sua, nam portum non habent ad eos, nauigat nemo, nec ipsi nauigant.* Opes.] *quas rapiunt,* Habent naufragis.] *habere uidētur ob naufragia.* Dura.] *fortis & patiens.* Metus æquoreos.] *pericula quæ solent in mari timeri.* Aduersis.] *oppositis.* Non frangit.] *non debilitat, nec ullis scopulis, aut syluis rumpit, ut illis repressus in altum se erigat.* Soluit turbine.] *non resoluit uolubilitate.* Lassatur.] *repete nec.* Patet omne solum.] *apertus & liber est campus.* Aeoliam.] *quam Aeolio carere extulit.* Et non imbriferam.] *nubem & congeriem sicci puluerem in circuitum uertit.*

Pendet.] *suspensa est in aëre.* Vertice nunquam resoluto.] *summitate nunquam dissipata, & in aērē uersa more nubis.* Regan.] *urbes & terrā quàm possidet.*

Garamante.] *populo Nasamonibus uicin.* Rapta.] *quæ rapuit ut carbonem fauillam.* Quantumq; luces consurg.] *quàm alitè eleuatur fumus tam & pulueris.* Violare diem.] *ob tenebrare lucem.* Aggreditur.] *uentus.* Raptis.] *subtractis à uento.* Concuteret.] *Auster Libyā conquassaret, si esset dura ipsumq; Austrum in cauernis includeret, sed quia eiecit stabilis manat.* Compage.] *densitate, coniunctione.* Scopulosa.] *Saxosa, cum non sit.* Clauderet cauernis.] *Terræ motus enim fit ex uento in cauernis terræ incluso conanteq; egredi. & ut ait Plinius, Neque aliud est in terra tremor, quàm in nube tonitruum.* Luctando.] *resistendo uento.* Stat.] *non concutitur.* Fugit.] *cedit Austro.* Virorum.] *militum.* Actu.] *impulsu.* Intentus.] *Continuus & uehemens.* Sic illa.] *Ancile*

A Ancile, hoc est, scutũ sine angulo undiq; excisum in formam Peltæ Thraciæ, à Ioue quẽ Numa elicuerat fuisse in imperij pignus è cœlo demissum syncera fide credebat antiquitas. Poëta ui uentorum ereptum alicui Romani fuisse prolatum asserit. Numæ.] qui à Mamurio fabro iussit 11. quàm similima fieri, nequis illud posset subripere. ea autem omnia à canentibus & saltantibus saliis, qui Patritij erant, & supra tunicam æneum pectori tegmen habeant, per urbem mense Martio gestabãtur, ut late in Iuuenalem Fastosq; ex Plutarcho & Liuio diximus. Orbem.] Syrtes Libycas. Procubuit.] se prostrauit. Constrinxit.] ne lacerãtur uel auferrẽtur. Nixu.] conatu ne raperentur. Viro.] iacentes. Hærens.] retentus & grauatus. Congestu.] cumulo. Alligat.] retinet, implicat. Discussis.] euersis. Latet iter.] uia non discernitur, nam tota regio unius figuræ, similitudinis erat, sed itinerabant stellas obseruando more nautarum. Flammæ.] stellæ. Finitor.] circulus, horizon. qui terminat ea quæ prospici, aut non uideri possunt, ut ait Hyginius deducitur q; ab ὁρίζω quòd est B termino, diuidit enim inferius hæmispherium à superiori. Celat multa.] ex his quæ in nostro horizonte apparent, illic est enim terra deuexior. Nec sidera uota.] quæ à nobis non cernuntur, ut Canopum. Vrit q; calor.] postquam, inquit, aduentante calore puluerulentum frigus represit, est & solutum, ut solent nebulæ aduentante sole. Soluit.] sedauit. Torserat.] agitauerat. Incensus q; dies.] postquam actus est diei calor. Maligna.] non fœcunda. Confudit.] confundendo immisit & turbauit. Inuidiosus erat.] omnibus inuidiæ & odio erat. Virtute.] patientia mollis delicatus, & sine robore. Impar.] qui resistere nequeam. Pœna.] inuidia. Populo.] reliquis omnibus. Suffecit q; omnibus.] nemo enim cupit cum nullus bibisset.

Templum.] Iouis Ammonis qui colitur in formam eius Arietis qui sitienti libro patri fontem pede effodit, cum illac exercitum duceret. ἄμμος autem arena interpretatur. Donaria.] loca ubi dona seruantur. Virgil. Ductos alta ad donaria currus Beatis.] diuitibus. Vnus solum & commune omnibus templum.

Morum priorum.] priscæ simplicitatis & fidei. Tibullus, Tunc melius tenere fidem cum paupere cultu. C

Defendit.] tuetur, ne inficiatur auro more Romanorũ

Esse locis superos.] hoc est, deos habere Syrtium curam, nam omnis terra, quæ est inter Leptim & Bereniciada, arbores non producit. Berenicida.] Berenycis urbs est in Pentapolitana regione in Syrtis extimo, cornu quõdam uocata Hesperidum, ubi Hesperidum horti memorantur, abest à Lepti CCCLXXV. millibus passuum. Leptis uerò est in Libyphœniciũ regione quæ est eximiæ fertilitatis, ut Plinius scribit. Extulit nemus.] erexit arbores.

Putrida terra alligat.] terram pulueream constringit & densat. Hic quoque.] ut in Syene & in alijs locis. Qui cardine summo stat librata dies.] id est, cum Sol est certo die in medio cœli perpendicularis, ut in Ariete, & in Libra. Arbor.] umbra arboris. Deprensum est.] compertum est Syrtes & Garamãtes sub Aequinoctiali circulo esse. Circulus alti Solstitij.] id est, Aequinoctiales in quo contingunt duo. Ita Solstitia sub Aequinoctiali existentibus, qui cum semper habeant Aequinoctium, habẽt quatuor Solstitia, uidelicet duo al-

ta in principio Arietis & Libræ, quia Sol directæ transit supra ipsorum capita, & duo una in principio Cancri & Capricorni, quia tunc Sol maximè remouetur à recta linea capitis eorum. Percutit medium orbem.] quasi diuidit & correspondet medio Zodiaco. Non obliqua meant.] omnia signa his, qui sunt Aequinoctiali circulo, recta oriuntur & occidunt, ijs uerò qui sunt extra, partim recta, partim obliqua, ut nobis, quibus ut ille inquit. Recta meant, obliqua cadunt à sidere Caneri. Donec finitur Chyron, sed cætera signa, Nascũtur prono descendunt tramite recto. Meant.] procedunt. Nec Tauro.] Signa 12. quæ inter se sunt opposita, & habent Ortum & Occasum, contraria poëta cõmemorat. Ortus autem uel Occasus alicuius signi, nil aliud est, quàm illam partem Aequinoctialis oriri, quæ oritur cum illo signo ascendente supra horizontem, uel illam partẽ Aequinoctialis occidere, quæ occidit cum altero signo tẽdente ad Occasum sub horizonte. Signum aũt rectè oriri dicitur, cum quo maior pars Aequinoctialis oritur. Oblique uerò cum quo minor, sic dicere & occidere.

Aut donat sua tempora.] par enim tempus in decurrendo cõsumit. Astrea.] uirgo. Descẽdere.] occidere. Pisces.] qui duo sunt Australis & borealis. Chyron.] sagittarius. Idem.] par in ascendendo & descendendo. Carcinos.] Cancer, sic enim dicitur Græcè. Ardere autem fertur, quia quando Sol in eo est, sunt maxima æstus. Aegoceros.] Capricornus Græcè dixit. αἴξ enim capra est, & κέρας cornu. Effigiatur enim caper uentre tenus reliquo corpore piscis. Vrna.] aquario, qui urna tenet. At tibi.] Apostrophe ad Libyeos, qui sunt ab Aequinoctiali circulo ad Cancrum usque, qui ita habent umbras Meridiem uersus, pro ut Sol à perpendiculari ipsorum umbra ad Cancrum ascendit.

Dirempta igne Libyco.] diuisa à nobis Aestu & torrida zona. Vmbra.] Solstitij nostri, quæ est nobis Septentrionalis. Et seguis Cynosura subit.] & ursa minor tibi uidetur occidere. Segnis.] parum enim moueri uidetur. Plaustra sicca.] Vrsam maiorẽ, quæ nõ occidit nec Oceano tingitur. Putas.] bene putas, nã reuera & si abscondatur, eis nõ mergitur in Oceano. Nullũq.] & omnes stellæ quæ sunt in Polo Septentrionali, occidũt tibi. Vterq.] Borealis & Australis. Procul.] remotissimæ, quia ipsi sub Aequinoctiali sunt, utrunq; uident.

Fuga.] oratio. Rapit med. cœlo.] uersat inter utrũq; Polum. Ante fores.] tẽpli Ammonis. Eoos.] aurora quæ Græcè ἠὼς dicitur, Eoos etiam Oriens appellatur, & corripit primã. Fata.] sortes respõsa. Duci.] Catoni. Numina memorata.] Iouẽ celebrẽ. De fama.] an uerum sit, illic uera reddit oracula, ut iam olim creditu est. Maximus.] inter omnes. Scrutãdi euentus.] scitandi casus belli. Voce.] responsis Ora.] oraculum. Nam cui.] suasio à facili, cum eius laudis attestatione. Superas.] diuinas. Deũ.] Dei uoluntatem, quæ est secundum leges & uirtutẽ. Excute.] explora an suis legibus & libertate uicturi sint populi an ferra bellũ ciuile, fiat Tyranni sint dominaturi. Sacra.] diuino Ioui. Reple.] hæc Labieno dicẽte, cũ Cato gestu recusaret, se uelle de futuris scrutari, quòd leuis & uana uidetur: nam si futura sunt, uitari nõ possunt si nõ futura, curãda non sunt. Labienus hoc ut mimũ ei suadere tentauit, ut exploraret, quid esset uirtus, & eius exemplũ efflagitaret, nam si uirtus est pro patria & libertate pu-

gnare gratum dijs esse debet, quod ipsi agunt, & Cæsar est succubiturus. Ille.] Cato qui quodam numen gesta bat in animo. Adytis.] penetralibus Iouis aut Phœbi.

Quid quæri.] improbat Labienum, quoniam non sit opus explorare, quæ sunt præsertim Stoica exploratissima. Regna.] tyrannidem. An sit uita nihil.] nam nostrum istud uiuere & spirare, siue breui, siue diu duret, nihil profecto est, sed est planè mors animorum, qui sunt demersi in carcere corporis. & ætatis longitudo in nullo à breui differt nisi moribus. An nocent.] nocere possit. Sapienti enim uis inferri non potest, & fortuna sapienti nequit obesse, & quãquam uideatur affligere, tamẽ sapiens ipse, uirtutis suæ conscius semper beatus & fœlix est, uel in Tauro Phalaridis. Perdat minas.] quia nocere potest. Velle laudanda.] honestum optare ad ipsumq; tota mente etiamsi consequi non possumus.

Successu crescat.] fœlicitate & suffragijs augeatur, nã omnis recta actio, & fauoribus destituatur, rectã est, si foueatur honestior non efficitur. Altius.] profundius, firmius. Hæremus.] iuncti sumus, & loquitur secundũ illos qui dicunt animum nostrum esse particulam Dei, qui cum omnia moueat, etiam cogitata nostra ipsum latent, eiusq; permissuum agimus omnia. Temploq; tacente.] etiamsi Ammon nihil respondeat. Nec æget.] non opus est loquatur. Author.] summus opifex.

Quicquid scire licet.] quicquid uerè possunt homines scire. Nec legit arenas.] nec solus hic locus, sed totus mundus, omnisq; uirtutis actio est Dei fides. Vt caderet pacis.] uatic mareti huc uenientibus. Mersit.] occuluit, nam etiã alibi ueritas est. Estq; Dei sedes.] dum toti mundo esse dicit. Sic & Virgil. principio cœlum ac terras camposq; liquentes Lucentemq; globum. Titaniaq; astra spiritus intus alit, totamq; infusa per artus Mens agitat molẽ, & magno se corpore miscet. Idem Iouis omnia plena. Et uirtus.] etiam in mente exercentium uirtutem, & in ipsa uirtutis actione habitat Deus.

Iupiter est quodcunq; uides.] Sic enim per omnia diffusus est potentia sua, ut quicquid est, possit dici Deus. Sortilegis.] diuinatoribus. Ancipites casibus.] pendentes à casu & fortuna. Oracula.] responsa quæ possunt illudere. Mors certa.] quæ neminẽ præterit, quæcunq; unicuiq; imminet.

Dixisse.] discendo aperuisse. Seruata fide.] salua crudelitate populorum de Ammone q; noluit explorare, ne fidei in eum derogaret. Non exploratum.] intentatum, an uerus, an falsus esset. Pedes.] ambulans nocturnus. Nam uter ait Plutarchus septem continentes diebus iter fecit ipse semper abscq; equo, & uehiculo agmen præcedens. Ora anheli militis.] hoc est, militem anheli oris. Monstrat exemplo suo supinus.] superb. non uehitur ceruicibus hominum non curru. Stat dum lixa bibat.] expectat, donec biberit etiam qui miles non est. Lixæ enim hi sunt, quæ aquam ad tentoria uehunt. Nam lixam aquam ueteres dixerunt, unde sit elixare, aqua coquere, ut ait Nonius. Festus uerò inquit eum esse, qui quæstus gratia exercitum sequitur, dictumq; à Licendo quod cum sic extra ordinem militiæ licet quicquid libet. Si ueris.] Catonem omnium hominum præstantissimum fuisse argumentatur, quanquam alij plus fortunæ habuerint, sed ipse in uirtute excelluit omnibus, estq; colendus pro numine. Veris bonis.] uirtute ipsa à qua proficiscitur laus. Et si successu.] & si considerator pura uirtutis sine fauore, atq; fortuna laus quæ A Catoni contribuitur ex uirtute fuit, in maioribus ex fortuna. Marte secundo.] uictoria & cæde hostium.

Nomen.] famam & gloriam quantam Cato. Hunc ego.] malim ego, inquit, hanc Catonis laudem, quã tres Pompeianis triumphos, & unũ Marij de Iugurtha rege Numidarum, qui in triumpho ductus & è Capitolina rupe præcipitatus est.

Aris tuis.] templis quæ erigas ei. Nunquam pudebit.] ut pudet per Cæsarẽ, qui sceleste fuit: ille uerò iustus atq; diuinus. Ceruice soluta.] liber à tyrannide. Factura Deum.] in deos relatura. Quem hũc.] quem illum relatiuum demonstratiuo coniunxit, ut aperuetius indicaret. Iam spissior ignis calcatur.] per uehementioris æstus, loca iam eunt ultra quæ nulla hominibus habitabilia esse dicit. Et unda rarior.] id est, quæ rariores habet aquas unda ablatiuus est.

Aspides.] serpentes ἀσπὶς scutum significat, eoq; dicta, quod ad caput regendum reliquo corpore pro scuto utitur, & ἀσπίζω defendo significat. Dipsades.] B dipsas siti interficit, dicta à διψᾶν, quod est sitis, uel à διψάω sitio. Fonte relicto.] idem si non biberẽt. Vana specie.] uana apparentia & opinione. Noxia serpentum.] serpentes, inquit, morsu necant, non inficiunt aquas tactu & gustu. Pestis.] uenenum. Admisto sanguine.] quum sanguini nostro uirus miscetur. Dubium.] nondum enim compertum habebat, an noceret. Venenum.] aquam hoc loco. Cur Libycus.] cur abundet serpentibus Libyæ nosse inquit, nõ possumus, nisi ficta fabulæ fidem adhibuerimus ex stillantis capitis Medusæ, quod Perseus uolans super Libyem tulit exortas esse. Naso in Metamorph quarto. Cumque super Libycas uictor penderet harenas, Gorgonei capitis guttæ cecidêre cruentæ, Quas humus acceptas diuersas animauit in angues. Vnda frequens illa est inuarijs animauit in angues. Vnda frequens illa est inuarijs animauit in angues. Exundet.] abundet. Nocenti.] feraci serpentium. Noster.] Metus, nam ut Horatius ait, Nec scire fas est omnia. Pro uera causa.] pro uera ratione.

Finibus extremis Libyes.] ad mare Athlanticum cõtra promontorium, quod uocatur Hesperionceras. Sunt C insulæ Gorgades, Gorgonum quondam domus biduũ nauigatione distantes à continente, Gorgones autem tres, Stennio, Euriale & Medusa Phorci, & Cetus filiæ tanta deformitate monstra, nam solum unum oculum, quem mutuo sibi tradebant, communem habebant, & hy dros pro crinibus gerebant, seq; aspicientes in saxa uertebant. Sed Perseus auxilio Palladis & Mercurij clypeo speculari, & talaribus usus Medusæ caput amputauit. Oceanum.] Oceani fluctus. Phorcinidos.] Phorci filiæ. Phorcus uerò Neptuni Pithoosq; filius fuit. Squalebant inculta & saxis aspera erant.

Vultu dominæ.] Medusæ quæ omnia uisa uertebat in saxa. Conspectis.] quæ aspexerat. Hoc primum.] Serpentes quos primum natura produxit in Medusæ capite apparuerunt. Nam Minerua eius crines in angues conuertit, quia in suo templo fuerat constuprata à Neptuno, ex quo Pegasum peperit.

Pestes.] Serpentes. E' faucibus.] è maxillis, è quibus pendebant. Vibratis.] celeriter agitatis. Cauentes.] ipsis serpentibus. Depexo crine.] pectine tarissimo expeditis & exp[illegible]sis serpentibus. Infœlix.] uel quia

A uel quia alijs pernitiosa, uel quia monstrum est. Impune.] siue sensu doloris, quia statim tingebant in saxa, quæ animam, uelut sepulchro includebant. Quis.] nemo, nam cùm primum aspicerent, non moriebantur, sed uertebantur in saxa præclusis animis. Se.] ipsam. Mori.] dolorem mortis pati. Dubitantia.] metu mortis. Præuenit.] præoccupauit. Vmbrę.] animo. Riguêre.] Compressæ sunt. Et menidum.] horribiliorem esse Medusam Furijs Cerbero, Hydraq; dicit: nam Furiæ conspectæ, solum furorem inducunt. Cerberus ab Orpheo mitigatus est, & hydram pugnans Hercules uidit. Hanc nemo cernere potest, nisi cum stupore perpetuo. Solos mouere furores.] furiam tantũ. Leniuit Siybila.] destituit Sibylla re. Amphytrionides.] Hercules. Monstrum.] Medusam. Secundùm.] post Neptunum. Ceto.] monstrum marinum. Sorores.] Stennio & Euriale. Cœlo plagoq;.] uolucribus & piscibus metonymia est, quantum de ipsis elemẽtis loqui uidetur, sed mox declarabit. Torporem.] ut saxa torpescerent.

B Terram.] terrenos homines. Cum pondere.] quia saxeæ. Ferę.] tam terrestres quàm marinos intelligit. Riguerũt marmoreæ.] duruerunt in marmor. Patiens usus.] potest impunè uidere. Athlanta sitana.] Athlantem Titanis filium, quem uertit in montem. Sub columnis.] ultras Calpem & Abylam. Cœloq; timente.] quum dij Gigantes metuerẽt Medusæ caput, quod à Pallade in pectore gerebatur eos in montes conuertit, & ita finitum est bellum. Stantes serpente Phlegręo.] insistentes pedibus serpẽtinis apud Phlegram. Thessalię uallem.] ubi pugnatum est, dicuntur autem Gigantes serpenti pedes, quia ab imis ad summa, quasi reptare sunt uisi. Erexit montes.] conuertit eos in montes. Gorgon.] Medusæ caput in munimẽto pectoris, id est, Aegide Palladis. Confecit.] finiuit, quia eos uertit in Sax. Quo.] ad quem locum uidelicet ad Gorgadas, postquam peruenit Perseus. Danaes.] Iouisq; filius recidit caput Medusæ. Dixitę Nymo.] Ioue, qui se in Nymbum aureum uerterat, ut eum Danae Crisij filia, rem habere posset. Ouidius libro 4. Perseа quem pluuio Danae cõceperat auro. Hanc fabulam & Ouid. & Horatius in odis explicãt.

C Pennę Parrhasij.] talaria Mercurij Arcadici cilibrę palestræq; reptoris. Liquidęq;.] oleæ unctæ. Et subitus præpes.] & Perseus subito uolucer. Præpetes.] dicuntur aues, quæ prospero augurio locum idoneum, quæ patulis alis, & altius uolant captant. Harpem Cyllenida] in cuiuum Mercurij gladium. Monstri] Argi, qui centum oculos habebat, quique uaccam seruabat, ut est in prima Metamorph. Iuuencæ.] ius quæ fuerat in uaccam à Ioue conuersa, ne cùm ea deprehenderetur à Iunone. Innuba.] uirgo non nupta. Auxilium.] nam ei concessit scutum speculare Aenæum, & modum pugnandi docuit, ea lege, ut illius ad ipsam caput perferret. Fratri.] Perseo Iouis filio, & cuius capite ipsa armata prosilijt. Libyę.] Libyeæ. Sulcantem.] uolatu diuidentem. Auerso.] retrouersus ipse, ne os eius conspiceret, & ipsa Medusa in clypeo speculari se cerneret, & statim lethali somno corriperetur. Tractus quietem.] produxerat somnum. Obruit.] oppressit, extinxit. Protentis crinibus.] eminentibus serpentibus, qui pro crinibus erant. Oculiq; tenebras.] id est, sedem oculi iam tenebrosam, nam oculum dum alteri traderetur, Perseus supposita manu furtim subtraxerat, dormiẽtemq; ipsam & serpentes ferro inuasit, ut scribit Ouid. Dirigit.] ut rectè feriat. Quos.] quàm horrendos. Ferri lunati.] Harpes recuruæ. Oculos.] serpentium. Potest.] sustinet. Classem.] in saxum uertissent. Ora.] Medusæ. Aliget.] Perseus, Gorgone.] capite Medusæ. Pensabat.] breuiare uolebat, ut agros reuerteretur. Secabat.] uolare uolebat. Pauci populis.] ne uerterentur in saxa. Prępete tanto.] hoc est, uolante Perseo. Zephyro conuertitur.] à Zephyro conuersus super Libyæ deserta uolauit. Quę consita nullo cultu.] quàm inculta, & non plantata. Vacat.] exposita est æstui Solis & siderum. Premit.] urget. Orbita.] Asconius tradit rotæ uestigium Orbitam dici. Nec terra.] Nec ex aliqua terræ parte, nec altius attollitur. Est enim nox umbra terræ, quæ iacet altior ex terra, quæ est sub æquinoctiali circulo, quàm ex remotioribus: quia circulus Solaris qui illic est, maximus hic breuior redditur, & figura umbræ, quàm terra emittit propter magnitudinẽ Solis, est similis metæ & turbini inuerso, neq; excedit altitudinem Lunæ, quoniam nullum aliud sidus eodem modo obscuratur, ut etiam Plinius ait. Cadit.] extenditur, iacitur, usuq; est hoc uerbo, quia tam suprà quã infra terram nox se extẽdit. Lunæq; meatibus obstat.] nam cum ex terræ interpositione fiat Lunæ eclypsis, nulla altior interponitur ipsa Lybia, quum ea sit in æquinoctiali circulo. Flexus uagi.] nunc enim in dextram, nunc in sinistram tendit. Recta.] quæ rectè oriuntur, ut Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius. Vmbra.] Aphricæ. Nec effugit in boream.] sed est recta. Tabe.] corrupto sanguine. Rores.] gustus. Tabes.] sanies. Quæ prima mouit caput.] quæ primum est animata. Somnifera.] quos enim mordet, enecat somno. Tumida ceruice.] Plinius ait Collo aspidum intumescere, nullo ictus remedio præterquã si confestim partes contactæ amputentur. Plenior sanguis.] maior copia sanguinis. Plus.] ueneni. Sponte sua.] non capta, transfertur in alias oras.

Aspida.] Aspidis uenenum. Non stare.] emittit ênim quicquid habet sanguinis, is quẽ momordit, dictaq; est Hæmorrhois, quod sanguinem facit effluere. αἷμα enim sanguis est, ῥέω fluo, nam morsu sanguinem elicit, & dissolutis uenarum comercijs, quicquid anima est euocat per cruorem, ut ait Solinus Orbes.] sinus. Coleret qui Syrcidos arua.] qui tam in terra & arena quam in aqua Syrtium uersaretur, tracto inde nomine. χέρσος enim terra est ὕδωρ aqua. Fumante, puluerulenta. Chelydri.] serpẽtes qui se per terram cõuolunt, dicti à κυλίω quod est uoluo, & ὕδρ& serpens. Cylyndrus uerò lapis est preciosus, & columna, qua arena æquatur. Limite.] uia non enim flectit iter. Cenchris.] serpens crebras maculas in milij similitudinẽ habens, quàm Ophite marmore dicit maculosiorem. κέγχρος enim milium significat. Ophytes.] Marmor macułis albis à Cenchri serpente denominatũ ὄφις enim serpens est. Indiscretus.] qui non discernitur, quia est eis concolor ipsasq; fodit, & ideo dictus Ammodites, qui arena est, ἄμμος & διορύττω, fodio significat. Vagi spina.] flectentes terga. Ceraste.] qui cornicula habent quadraginta, quorum motu ueluti esca solicitãt

ad se auet ut Plinius, Solinusq; asserunt κέρα autem cornua, est. Scythale.] Scythae ut ait Solinus, tanta præfulget tergi uarietate, ut notarum gratia uidentes retardet, & quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit miraculo sui captat stupentes, in hoc tamen squamarum uirore hyemales exuuias prima ponit, Scytale etiam dicitur Virga teres, ut meminit Gellius. Sola.] aliæ enim uerno tempore se exuũt. Torrida.] ficca nã siti interficit. Amphisibena.] hæc ut inquit Solinus, consurgit in caput geminum, quorum alterũ in loco suo est, alterum in ea parte qua cauda, quæ causa efficit, ut capite intrinsecus nitibundo serpat tractibus orbiculatis dictaq; est, quod utrinq; circum descendat, nam ἄμφι circum & βαίνω descendo significat.

Natrix.] à nando dictus. Iaculiq; holucres.] iaculi arbores subeunt, è quibus in maxima turbinati penetrant animal, quodcunq; obuium fortuna fecerit. Phareas, hic pedes, in quos se erigit, iuxta caudam habet, Græci φαρείας dicunt nos Phareas, ut ὠδὰς & spondeus. Præster.] præster quem percusserit distenditur enormiq; corpulentia necatus, ut ait Solinus, dictusq; ui detur ab ardore. πρίσω enim ardeo est. Tabificus seps.] σήπω putrefacio est, inde sit Seps, te quo sit Solinus extuberatos ictus, sepit statim putredo sequitur.

Pestes.] serpentes. Ante uenena.] ante morsum, nam uisu & auditu interimit: quæq; malum in terris singulare. Submouet.] fugiunt enim auditum, aut uisum Serpentes. Regnat basiliscus.] aptè dixit regnat: βασιλεὺς enim regem significat, & ipse authore Solino, serpens est penè ad semipedem longitudinis alba, quasi mitrula lineatus caput hominum aliorumq; animantium exitium, terram polluit, & exurit ubicũq; se recipit, herbas extinguit, arbores necat, auras corrumpit, ita ut nulla alituum impune transuolet infecta spiritu pestilenti. Quum mouetur media corporis parte serpit, media arduus est & excelsus. Quicquid morsu eius occiditur, non depascitur fera, nec attrectat ales. Sustellit tamen uincitur in cauernas, ubi delitescit illatis, hæc ille fe re. Numina.] diuini enim putantur, & sunt sacri, nec alibi nocent nisi in Aphrica, & luceant aureis squamis. Strabo scribit dracones trecentum cubitorum, qui Tauros elephantesq; capiãt in Aphrica esse. Ducitis.] trahitis. Pennis.] quibus. Verbere.] ictu caudæ. Aulum.] Tuscum militem. Torta caput retro.] retro flexa, quum calcaretur. Lethi frons caret inuidia.] hoc est, uulnus non est horrendum. Inuidia.] odio. Minatur.] aut tumorem, aut colore, aut hiatu. Subit.] serpit sensim. Carpit.] rodit. Tabe.] ueneno. Pestis ebibit.] uenenum exhaurit. Vitalia.] hepar, cor, cerebrum, pulmonem. Non fuit.] defuit, quia aruerat. Decus imperij] honor aquilæ quam gerebat.

Iura.] potestas. Mœsti.] miseranit ipsum & reliquos Accesit morti Libyę.] addita est morti sitis Syrtesę regio sicca. Famam fati.] mortis infamiam. Aduna.] uidetur enim potius æstu regionis, quam ipso ueneno necare. Scrutatur.] inquirit. Aulus. Squalentis.] siccæ. Syrtes.] ubi fons Ammonis. Fluctus.] maris aquam. Placet.] non offendit. Venas suas.] ut sanguinem biberet. Rapi figua.] quæ sitiens Aulus abiecerat. Discedere nulli.] nunquam amplius ui sum est hoc, ut quisquam sitiens, suum sanguinem biberet. Discere.] discendo uidere aut audire. Stetit in crure.] inhæsit mordens in tibia. Parua modo.] parua mensura, sed qua nulla mortem infert cruentiorem, dissoluitur, enim corpus in frusta decidit. Circum proxima plagæ.] Circum uicina uulneri. Sinu laxo.] aperta uulneris curuatura & orbiculo ipso. Sine corpore.] sine carne. Cicero ad Gallum, nam & uires & corpus amisi. Martial. Inq; omni nusquam corpore corpus erat. Surę.] pulpæ posteriores. Plinius in omnigenere Suræ homini tantum, & crura carnosa. Virgil. purpureoq; alte suras uincire cothurno. Poples.] Poples est pars post genu prope summam suram & imam coxam, Plinius idem poplites intus flectit hominis modo.

Musculus.] torus & pulpæ densæ tumor.

Tabe.] sanie. Inguina.] genitalia. Dissiluit membrana.] dissoluta est cutis & cartilago uentris.

Viscera.] exta & intestina. Nec quantum debet.] nec quantum corruptum est excidit, sed uritur, & connec sumitur antequam cadat. Virus.] succum & saniem uirulentam. Contexta laterum.] continuatio lateris cratesq; pectoris. Abstrusum omne.] omne quod latet circa fibras, cordis & hepatis. Pestis aperit.] uenenum dissoluit. Natura.] interior corporis pars. Manãt.] dissoluuntur. Cadit.] fluit. Parua loquor.] immiuo rem dicendo canem & ustam, & solutam fuisse uenino, quoniam hac etiam ignis facit, sed ignis non exedit ossa. Nulla uestigia.] nullum signum, quo cognosca tur mors recens. Cinyphias.] Cinyps fluuius est Garamantum, apud quem nascũtur grandes hyrci. Pestes Cinyphias.] Serpentes Libycas.

Cadauer.] nã dissoluis corpus, & ossa. Ecce subit.] en sequitur alia mortis species ab ea, quæ soluit corpus: nam auget & tumefacit. Torridus.] allusit ad nomen, nam πρίθω ardeo significat. Succendit.] inflãmat.

Tendit.] extendit. Pereunte figura.] ut non cognoscatur forma. Efflatur sanies.] emittitur spuma sit per membra timidissima. Tollente.] tumefaciente.

Mersus.] cõfusus. Congesto.] cõglobato & informi. Auctũ distento corpus.] incrementũ tumefacti corporis. Vndarum cumulus.] copia aquæ. Coro.] uenoto. Curuare sinus.] repleuere flexus suos Nõ capit.] non contineri potest. Truncus.] non enim apparebat caput. Intactum.] hunc insepulum intangibilemq; relinquerunt, inquit. Haud impune.] quia perimei ipsas. Non ausi.] metuentes. Nondũ stante modo.] nondum finita mensura tumoris. Miratori.] imitatori.

Vtq; solet.] Sic per totum eius corpus eruor effluxit, ut solet Croceus color emitti per omnia foramina quæ sunt in charta aut tabula pictoris archetypa, ex quoi in subiectam materiam signa redduntur pressura croci, id est, crocum expressum & dilutum. Corycij.] Cilicis, Coryco oppido, ubi prouenit optimum. Rutilum uirus.] rufum uenenum. Quæcunq; foramina nouit.] undecunq; aliquis humor egredi solet, ut à naribus, ore, oculis, auribus secretioribus, & è potis unde sudor egreditur. Leue.] hic læuus ex aspidis morsu perijt dormiendo. Fixus.] coactus & densatus. Serpente Niliaca.] aspide quæ in ripis Nili uersatur. Non tam ueloci.] non tam subitam mortem infert, toxicum arboris quæ in Sabæa nascitur, adeò turi similis ut fallat legentes. Quæ mentita uirgas Sabeas.] quæ turi similis.

Diro.] uenenato, ordi[illegible] est. Toxica.] quæ mentita uirgas Sabæas diro stipite [illegible]bei fatilegi carpũt, matura non

A non corrumpunt pocula tam ueloci telo. Matura. apta usui decocta. *Ecce Paulus iaculo serpente, uelut telo transfixus est utrunq; tempus.* Trunci sterilis.] *infœcundæ arboris ligno.* Tempora transacta.] *perforatum caput.* Fatum.] *mors.* Cum uulnere.] *quo solo periit.* Deprensum est.] *Compertum est ex iaculi uelocitate, & ui quam lentè saxa è funda & sagittæ ex arcu emittantur.* Rotat.] *rotando immittit.* Aër arundines Scythicæ.] *sagitta Parthica per aërem impulsa.* Quid prodest.] *imo nocuit mortuus.* Ferit.] *amputat ne aliqua membra inficiãtur.* Mutare.] *accelerare.* Nodis.] *cauda nodosa.* Recto uerbere.] *ictu enim caudæ erectæ percutit.* Teste tulit cœlo.] *consecutus est laudem Orionis interempti, ut eius imago in cœlo effigiata demonstrat. Emissus est autem à Tellure in Oriona uenatorem, qui se iactauerat nullum ab illa monstrum posse produci, quod ipse non conficeret, ut Hyginius etiam meminit, aliàs de Orione opiniones apud eundem lege.* Salpinga.] *Tuba est, cuius*

B *formam habet hæc Serpens, cuius latebra calcata mortifera est.* Sorores Stygiæ.] *id est, Parcæ.* Ius in sua fila.] *facultatem mortis.* Sic.] *hoc periculo & malo.* Suspecta.] *est uidelicet tellus.* Congestæ.] *constrictæ cum rarissimæ sint.* Culmis.] *culmis frugum.* Pestes gelidas.] *Serpentes noctu frigidas.* Rictus innocuos.] *ora serpentium innoxia dum frigerent. sed ubi concaluerant, mordebant.* Fouent.] *dormientes & inscij.* Nec quæ mensura.] *nec quantum itineris peregissent, quantumq; supereſſet, quãue irent satis ex astris noscere poterant.* Cœlo duce.] *Sole, Luna & stellis demonstrantibus.* Reddite.] *plena commiseratione quærela.* Segnia fata.] *mortem inertibus non militibus congruam.* In gladios iurate manus.] *multitudo astricta militiæ sacramento.* Ire libet.] *Imprudentiæ & temeritatis se arguit.* Rubens torrida.] *Axis regio per quam semper, discurrit Sol & intelligit ecliptice subiectam.* Causis æthereis.] *id est, fato & astris, quæ nos huc egerunt.* Cœlo q; meri.] *cui cœli & siderum.* Nil Aphrica.] *non Aphricam, nec naturã accuso, quod serpentes producant, sed me ipsum, qui me*

C *huc contuli.* Ablatum gentibus *desertum inhabitabilem, & quo priuauerat gentes.* Damnasti.] *ut à serpentibus coleretur, quæ hominibus nocere non possent.* Pœnas.] *nostræ temeritatis.* Comercia.] *conuersationẽ.* Torrente plaga.] *torrida zona.* Abrumpens orã.] *seperans regionem serpentum, quam inter Syrtes & zonam torridam collocasti.* Mortes.] *mortifera animalia.* Limite.] *termino.* Bellum ciuile.] *exercitus ciuiũ.* Recessus.] *semoti loci.* Tibi conscius.] *qui tecũ peccat, & se audaciæ arguit.* Claustra.] *secreta.* Maora.] *simple discrimina.* Coëunt ignes.] *ex uulgari opinione dicit igneum solem in mare extingui, & inferius cœlum, terra, mariq; præmi.* Coëunt ignes.] *cõiungitur ignis solaris.* Præmitur.] *grauatur terra & mari.* Quæremus.] *quærere poterimus.* Solatia cœlesti.] *æstum Ironia. Viuit adhuc aliquid. supersumus adhuc multi, nec tamen desidero Italiam, aut Europam, aut Asiam. sed ubi nam Africam ipsam reliquimus.*

Alios soles.] *diuersos solis meatus.* Cyrenis.] *Cirene oppidum in Libya, ad iuga montium Aegypto adiacentium, inter quod & templ. Ammonis, sunt millia passuum quadringenta.* Et nunc.] *modo.* Conuertimus.] *conuersam sentimus.* In aduersos axes.] *ad Antipodes, qui sunt subaxe supposito regioni nostræ.* Orbe per orbem. Noto.] *ultra cuius ortum iam inclinamus, sic enim sub alio flat hemisphario ut supra hoc. Estq; hæc opinio superiori cõtraria quum dixit.* Coëunt ignes stridẽtibus undis. Dura patientia.] *Metonymia durus & patiens miles.* Exonerat.] *deponit & abijcit, leuatur enim dolor emissa querela.* Nuda.] *nõ strata, aut uestę, aut fronde, aut culmis.* Prouocat fortunam.] *exponit se periculi.* Atq; ingens.] *& firmabat morientium animos, quod erat beneficium summum, & maius salute.* Vires.] *fortem animum, morte interritum.* Ingens.] *meritum, appositio est mori gementẽ, perire cum gemitu & querela, quod morsu serpentis occumberet, sed sapientia Catonis imbutus dolorem, mortemq; contemnebat.* Vincit casus.] *Superat moriens aduersam fortunam, non modo suo pectore & cõstantia animi, sed etiam Catonis, à quo instituebatur.* Spectator.] *Cato.* Nil posse.] *contra uirtutem quæ dolori non cedit, non perturbatur, & in omni cruciatu est fœlix.* Lassata.] *defessa uexare eos.* Innoxia.] *illæsa & noue dixit cum noxius sit, qui nocet.* Psylli.] *Psylli à Psyllo rege dicti, cuius sepulchrum in parte Syrtium maiorum est, ut ait Plinius. Horum corpori ingenium fuit uirus exitiale serpentibus, & cuius odore sopirent eas, mos uerò liberos genitos protinus obijciẽdi sæuissimis earum, eoq; genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus, adulterino sanguine natos serpentibus, hæc gens ipsa quidem prope interneciõe sublata à Nasamonibus qui nunc tenent eas sedes, hic Plinius, quẽ etiam de Marsis, lege 7. & 28. libro.* Marmaridæ.] *populi à Pheredoni fermè regione ad Syrtim usque maiorem porrecti, Plinius ait.* Par lingua.] *excantatio ipsorum, inquit, habet uim parem herbis uenena fugantibus, & sanguis eorum uenena non recipit etiam sine cantu.*

Immunes.] *illæsi.* Profuit.] *non modo non nocuit, sed utile fuit.* Cum morte.] *ueneno mortifero.* Sanguinis.] *stirpis.* Aeternæ.] *adulterinæ.* Explorant dubios partus.] *discernunt incertos filios aspide, huius mortis Solinus etiam meminit.*

Vtq; Iouis uolucer.] *Plinius ubi de aquilis inquit Halietus, tantum, implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri Solis radios, & si conniuentem, flentemq; animaduertit præcipitat è nido, uelut adulterinum & degenerem.* Illum.] *cuius acies firma constrata steterit educat.* Diem cœli.] *Solis claritatem.* Iacent.] *obijciuntur.* Pignora.] *filios.* Excubat hospitibus.] *inuigilat peregrinis.* Tunc.] *eo die cum iam plures præterijssent.* Ductor.] *Cato.* Expurgat.] *Psyllus.* Verbis fugantibus.] *id est, excantationibus adhibitis circum castra facti sunt nidores uenena fugantes.* Ignis.] *suffitus ex igne.* Eubulum.] *herba ramo Sambuci similis.* Galbana.] *Galbanũ dat Syria in monte Amano, ut ait Plinius. & ferulam, quam eiusdem nominis resinæ, modo Stagonitin appellant.* Sudant.] *soluuntur. Sunt enim ut gummi siue resina.* Amatrix.] *quæ similis est scopis amerinis, quæ & mirice dicitur, efficax est, contra serpentium ictus, præterquam aspidum, ut ait Plinius.* Non læta coma.] *exigua utraq; fronde.* Costus.] *Radix costi gustu feruens, odore eximio frutice, aliàs inutili.* Panacea.] *quæ & Panace dicitur, quod omnibus morbis medetur à*

πάν, quod est omne. ἀκέομαι medeor, & ideo Plinius inquit: Panace ipso nomine omnium morborum remedia promittit numerosum & eius inuentoribus ascriptũ.

Centaurea.] *Quartum genus Panaceus ab eodem Chirone repertum, Centaurion cognominatur.* Peucedanum.] *herba amara, cuius caulis longus fœniculo similis, bibitur contra serpentes, & oleo peruncta tuetur.*

Tapsos Erycina.] *herba qua abundat. Eryx Siciliæ mons. Est autem ea quam Plinius Verbascũ appellat.*

Et larices.] *Ligna & Laricum arborum resinam.*

Abrotanum.] *herba nota iucũdi odoris, & grauis floret æstate floribus coloris aurei serpentes fugat. Contra ictus earum bibitur cum uino illinituŕq; authore est Plinius.* Longè nascentis.] *non enim in Aphrica cerui nascuntur, etsi Virgilius in Aeneidos primo, aliter putauit, Accensorum cornuum nidore serpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur.* Peste diurna.] *morsu die illato.* Fata trahit.] *contrahit mortem.* Pugna.] *reluctatio.* Rapti.] *raptendi & elicendi.* Tacta.] *qua dignum tingit. Est enim omnium in primis præsidio contra serpentium morsum Iciuni hominis Saliua.* Designat membra.] *locum qui morsus est circumscribit.* Retinet.] *ne se effundat in alia membra.* Cursus.] *concitatio loquendi suspirio non interrumpitur.* Suspirio.] *respirationem.* Vulneris haud] *periculum uulneris, aut minimam taciturnitatem non patitur.* Minimum tacere.] *paulisper respirare, nam uenenum inualuisset.* Nigris] *uenenatis.*

Audit tardius.] *hoc est non statim extinguitur.* Elicitum. *euocatum*] Repugnat.] *resistit.* Siccat dentibus.] *leni morsu & succu.* Mortẽ] *uenenũ mortiferum.* Et cuius.] *& quis anguis momorderit & speciẽ ueneni gustu cognoscunt.* Morsus] *uenenũ* Superauit.] *uicerit & grauerit militẽ.* Squalentib.] *Serpentib. arentíq; horridis.* Bis positis phœbe flãmis.] *duobus inquit mensib. Catonẽ illas errasse.* Sed Strabo de Berenicè loquens, inquit. *Ex hac urbe M. Cato terrestri itinere Syrtim peragrauit in diebus 30. ducto decẽ millium hominum exercitúq; in partes diuiso aquarũ gratia, profectus autem est pedibus per æstum & profundam arenã.* Phœbe.] *Luna bis cõiuncta bis Soli, & opposita.* Arenius gũ] *nouatio uerbi sic & amniuagum, & cimin & mõtiuagum.* Surgens, fugienśq;] Oriens & Occidens. Iaḿq; illis.] *Iam desinebat arenæ & terra solidior cõtinuè inueniebatur.* Reuerti.] *occurrere priori simili.* Tolle.] *tollebant.* Surgere.] *surgebant.* Magalia] *pastorum casæ, quæ & Magalia dicuntur.* Culmo.] *stipulis enim tecta erant.* Quanta cedit] *Libyæ ipsa quantum lætitiæ iniecit Romanis quum prospexêre crucifixos leones. Mos est enim Afrorum leones crucifigere procul ab urbibus, ut alij abterreantur, nam solent in senecta hominẽ appetere, ut Plinius tradit.* Sçuos.] *magnos & feroces.* Leptis.] *uidelicet minor quod oppidum dixi, supra esse in Libyphœnicum regione, apud minorem Syrtim. Nam est altera Leptis quæ maior cognominatur apud Syrtim maiorem. Nymbis flammiq; carentem temperatam, & sine nimio feruore, & æstiu supraq; tepidã esse dixit.* Cæsar ut Aemathia.] *Cæsar post adeptam uictoriam biduum in Pharsalo commoratus est sacris intendens exercitumq; è prælio defessum recreans. Ibi Thessalos, qui cum eo depugnauerant, liberos esse iussit, Athenienſibus ueniam petentibus concessit, Tertia ad Orientem uersus, castra mouens fidẽ Pompeianæ fugæ persequitur. Cum ad Hellespontum peruenisset, triremium inopia scaphis exercitũ traducere compulso & adnauiganti Cassius cum parte triremium commutatus occurrit, & quanquam is tuto depugnare posset tamen eius fœlicitate conterritus à triremi in scapham ad eum per manus descendit, & uenia impetrata omnes illi triremes tradidit, ut scribit Appianus.* Satiatas] *biduo enim, ibi permanserat.* Proiecit pondere curarum.] *nam omnibus rebus relictis Pompeium sibi persequendum existimauit ne rursus copias comparare aliàs, & bellum renouare posset.* Frustra.] *quia iam nauigans longè aderat.* Legens.] *persequens.* Tendit in undas.] *mare ingreditur.* Threicias fauces.] *Hellesponti angustias, quæ sunt contra Troada.* Notatum.] *celebre uel infame, illic enim periit Leander.*

Eteroas turres.] *id est, Erus puellæ, ad quam ex Abydo Asiæ in Sexton Europæ oppidum Leander natabat. nota est fabula. Erous sic fit ab Ero, ut Inous ab Ino.*

Lachrymoso.] *quia mersum iuuenem fluctus in puellæ littus deflendum impulit.* Helle Nepheleias] *hoc est, Nepheles Athamantisq; filia & soror Phryxi.* Abstulit.] *nam cum prius uocaretur Propõtidis ostium ab ipsa submersa, Hellespõtus uocatum est.* Non Asiam.] *inter Asiam & Europã nullibi est angustius mare quãus ad Byzantium sit augustum 7. stadiorum interuallo.*

Fluctus]*mare.* Byzantiõ.]*oppidũ in Thracia cõtra quod est Calcedon in Asia ostreorum ferax.* Propõtis ferens Euxi.] *id est, angustus fluxus maris inter Euxinũ & Hellespontũ, cis aquã Põtici maris, in quod nunquam refluit.* Mirator famæ.] *admirans famam rerũ Troianarũ, & suæ prosapiæ.* Sigæas arenas.] *Troianũ litus. Sigæum enim promontorium est in Troade, sepulchro Achillis insigne ibi, & Sigæum urbs, lege Strabonem.*

Simoentis.] *fluminis Troiani.* Rhyrion.] *urbem in colle sitã.* Rhetẽ promont.] *est ubi Aiacis Telamonij sepulchrum spectabatur.* Vmbras debẽtes uatib] *sepulchra à poëtis celebrata.* Vestigia muri phœbei.] *signa & ambitũ muri Troiani. Neptunus & Phœbus ædificarunt pactã certã cum Laomedonte mercedem, sed ab eo deluſi, habuit autem in ambitu.* Putres.] *robore corrupti ligni.* Assaraci.] *proaui Aeneæ.* Lassa.] *ueteri & consumpta, & sic ostendit euersionis antiquitatem.*

Periere.] *nam ne uestigia quidem ruinarum apparebant.* Hesiones scopulos] *hi duo sunt è regione Troiæ, in quibus Hesionem Laomedontis filiam cete marino monstro expositam, Hercules liberauit. Illud aũt Neptunus perfidiæ Laomedontis iratus Troianos immiserat, & post multos absumptos sors puellæ obtigerat.* Latentes.] *Semotas undam Symoëtis in quibus Anchises cum Venere dea coiuit.* Quo iudex sederit antro.] *hoc est, antrum quod habitauit Paris, qui de trium dearum forma iudicauit.*

Puer raptus]*Ganymedes ab aliqua raptus in cœlũ.*

Quo uertice.]*quo monte.* Oenone Nais.] *Nympha quã Paris amauit.* Luserit.] *Paridi se indulserit.*

Saxũ.]*mons.* Serpentẽ.] *Labentẽ.* In alto gram.] *in terræ tumulo herboso.* Securus.]*sine religionis respectu, erat enim illic sepulchrum Hectoris.* Sacri.]*sepulchri, omne enim sepulchrũ sacrum est.* Hereas aras.] *id est, Herei Iouis templi. Heræum antiquum fanum, & ædes iuxtà Lambrusium amnem est, ut inquit Strabo.*

Festus

A Festus uerò ait Hereum Iouem Deum esse Penetralem, qui intra conspectu domus cuiusque colebatur. O' socer.] horum locorum memoriam ob Homeri poëmate celebrem ætatemq; esse miratur, Cæsariq; idem euenturum ex suo carmine pollicetur. O' socer & magnus.] ô inuiolabile & magnificum carmen. Omnia ætas eripis.] nihil perimes finis. Sic Horat. Virtus & fauor & lingua potentium natum diuitibus confecerat insulis: Dignum laude uirum musa uetat mori cœlo. Musa beat. Nec tangere inuidia sacræ famæ.] Nili inuidere alicui de Perpenna & incorruptibili fama. Smyrnei uatis Homeri.] qui ex Smyrna in minori Asia oppido fuit, quanquam ut tradit Gellius Septem urbes certãt, de laude insignis Homeri, Smyrna, Rhodos, Colophõ, Salamini, Chius, Agros, Athenæ. Pharsalia.] hoc opus. Cespitis.] terræ cum herbis euulsæ. Non irrita.] sed grata diis. Dij.] oratio sacrificantis Cæs. qua successum in reliquis precatur, & Troiam instauraturũ se pollicetur, per deos autem Cmerum & Aeneæ intelligit genios et penates, qui loca ipsa et mortuorum cineres seruant, quosq; Aeneas in Italiam uexit & Lucani & Albæ colebantur. Quos la-

B res] quos Penates. Et quorum lucet.] Vestam dicit quæ igne extincto colitur adhuc durãte illo, quẽ Aeneas in Latinũ intulit. Pallas.] Palladiũ quòd Aeneas siue Nautes à Diomede ad Salẽtinos præteriẽs accepit seruatũ id fuit Laurenij, inde Albæ ut imperij pignus. Postremo Romam translatũ est, & in Vestæ templo seruabatur quo incenso L. Metellus Pont. Max. uix cum sui periculo eripuit. Abstruso.] secreto. In sede priori.] in antiqua urbe uestra. Grata uice.] grato officio, ita enim ut Phryges urbes in Latio ædificarunt sic Latini in Phrygia instaurabunt. Romana.] Romana manu erecta. Coris.] uentis. Vrgente procella.] impellente ui uenti. Iliacas pensare moras.] redimere morã quam apud illum fecerat. nam superato Hellesponte Ionis & Aeolijs & cæteris nationibus minorem Asiam incolentibus cum audisset Pompeiũ, in Aegyptum pertrãsisse Rhodum peruenit & Rhodiorum triremibus sumptis sub uesperam cursum mouit, nulli iter aperiens. Inde Alexandriam] uersus uelis expositis tribus diebus Alexandriam peruenit. Appianus auctor est in Cæsaris commentarijs esse cum accepisse decem naues longas Rhodiorum.

C Potentem.] sunt enim illic latissima & potẽtissima regna. Pelago spumante.] saxa enim illisa fluctibus spumam emittunt. Septima.] ex quo Troia discesserat, nam Rhodo Alexandriam triduo peruenit. Laxante.] lætante, sed continuè impellente. Flammis Pharijs.] igne nocturno, qui nautis apparet è Pharo Alexandriæ. Texit Lampada.] obscurauit ignem Pha[illegible]. Aquas tuas.] portum Alexandriæ in cuius littore cum esset ingens tumultus, & clamor ad terram noluit peruenire, donec à ministris regijs benignè susceptus est cum rex moram circa Casium adhuc ageret. Satelles] uidelicet Theodotus Rhetorchius, qui præceptor Ptolomæi fuit, quemq; postea Cassius in cruce suspendit: ut ait Appianus. Dona regis.] caput Pompeij. Proiectus.] Cymba. Commendat crimina.] laudat scelus patratum. Terrarum.] satelles aperiens Cæsari mortem Pompeij & multos labores militiæ Aegyptum ea put Pompeij & pretium quod pro eo persoluisset donare se dicens: & multa confingens siue probet cædem, siue improbet omnino Cæsarem Ptolemæo debere concludit. Secure.] tuæ: nam securus est, qui rei curam non habet. Tutus qui lædi non potest. Exhibet] liberaliter erogat. Absenti.] tibi. Emimus.] conciliamus. Hoc totum fœdus] hæc tota amicitia & concordia firmata est morte Pompeij. Cruore.] uulneribus & cæde militum. Regna Phari.] Alexandriam. Ius gurgitis Niliaci.] potestatem uniuersi Aegypti quæ Nilo abluitur. Quicquid dares.] omne pretium quod persolueres. Dignum clientem.] credo te dignum ducem & patronum eius cui tantum iuris fortuna in tuum dederit inimicum. Nec uile.] littore, imò non aduersa rei facilitate plurimi facere debes, quia hospitem & benemeritum interemimus. Feram.] dicam. Nomina.] an pietate in te, an beneficium, an officium appellare uelis, uel uide quo nomine id mundus appellat.

Si scelus est.] si scelus appellabis. Quod scelus hoc non ipse facis.] quia tibi id præripuimus. Caput Pompei. Habitum.] qualemcunq;. Non damnauit.] non detestatus est. Auertitq; oculos.] sed benigner aspexit. Hæsit.] firmauit se. Fidem.] ueritatem & credulitatem. Iam bonus esse socer.] iam bonum socerum imitari. Non sponte.] sed cum conatu & arte quanquam Valerius Maximus ait. Vt enim Cæsarem aspexit oblitus hosti soceri ultum induit. Ac Pomp. tum proprias, tum etiam filiæ lachrymas reddidit. Caput etiam plurimis ac pretiosis odoribus cremandum curauit. Destruit meritum in mare.] & ostendit se offensum non pro meritum à Ptolemæo, quàm debere quàm obligatus esse Ptolemæo. Qui duro.] à repugnanti & à maiori cum fiẽli dolori, arguit. Duro.] crudeli & immoto ad commiserationem. Membra Senatus.] Senatores. Vni tibi.] cui illi quamplurimi fuerint & est ironia. Hunccine.] à repugnatis argumentatur, nam si deflere uolebat cur oppugnauit, si oppugnauit iniustè cur deflet. Scelerato Marte.] impio Marte. Non nosti fœdera tangunt te generis.] non moueris causa affinitatis. Mœrore.] uerè dolore. Nepotẽq;.] socrum immaturam intelligit quem. Iulia coacta est ceruice, uisa Pompeij, uestre cruenta ut diximus libro primo. Castris.] exercitui. Tangeris.] inuidia tyranni, inuides Ptolemæo, malles enim ut Pompeiũ occidisse. In uiscera.] in corpus. Perisse uindictam.] quod ulcisci non potes. Raptumq; ex iure subtractum.] ex potestate. Impetus.] stimulus. Auera longè pietate recessit.] non fuit pietas & gratia. Scilicet.] instat & urget eum confirmando quod dixit: nam non ideo persequitur Pompeium terra & mari, ut ipsum seruet. Rapta arbitrio.] erepta potestati tuæ, ne aut eam inferre, aut ignoscere posses.

Quam magna remisit.] quam magnam dedecoris culpæ remouit fortuna à Senatu, atq; Pompeio quibus fuisset summũ dedecus, si Pompeium Cæsar uita donasset. Tristis.] aduersa. Perfida.] quæ in hoc fuit tibi infida & fallax. Fronte.] apparentia. Auer ab aspectu.] Plutarchus inquit Cæsarem, per summum fastidium auertisse Theodotum, quum caput Pompeij ferret. Accepto autem anulo multas lachrymas effudisse. Funesta.] funere maculata. Peius de Cæsare uestrum meruit scelus.] magis Cæsarem quã Pompeium hoc scelere offendistis, nam date salutem ciui non possumus. Vnica præmia.] solum munus. Victis donare salutem.] appositio est. Quodsi Pha-

rio.] *sed si furorem odio non haberet sororis caput pro Pōpeij capite reddere potuissem, uerū quia odit afficerem gaudio.* Quo meruit.] *aptū meritū.* Tali.] *tam impia to.* Secreta.] *priuat.* Fecimus] *dedimus potentiam Ptolemæi cōdelitati nostra uictoria, & ut liceret hoc in Pompeiū effecimus.* Nō tuleram.] *à maiori argumentatur: qui enim Pompeiū socium non patiebatur munus ferret Ptolomæū.* Miscuimus gentes.] *commisimus & certauimus.* Duorum.] *diuersorū dominorum.* Vertissem proras.] *fugissem hinc inquit honore sceleris, sed ne uidear timuisse prohibeor.* Nobis quoq;] *me etiam non aliter truncassetis, nisi uicissem.* Fortuna.] *uictoria.* Maiore profecto.] *maius periculum nobis imminuit quàm putaremus.* Nam non tantum.] *exilium & Pomp. et Rom. timenda erat: sed etiam Ptolemæus.* Pœna fuge.] *erat puniturus fugai.* Annis] *adolescentiæ.* Donamus nefas.] *ignoscimus.* Nil uenia plus posse dari.] *nullū maius præmiū accipere posse, quàm A ueniam.* Sed non ut crimina.] *sed non solum ut numēta scelerū obruatis, sed etiam ut ipsum honore affi ciatis.* Iusto.] *conuenienti.* Sparsis manibus.] *diuisso corpori.* Dum præfert.] *dum mihi non confidit.* Læta dies.] *qua exultassent de concordia nostra.* Perit mundo.] *in mundi damnum extincta est.* Felicib.] *uictricibus.* Affectus.] *amorem pristinum.* Vitam tuam] *ut uelles meo munere uiuere.* Par.] *paris potestatis.* Ignoscere diuis.] *posses deis non imputare, & eis non irasci quod uinci te sinerent.* Vt Ro. mihi.] *uidelicet opera tua ignoscerent.* Comitem fletus.] *sociū flendi, nā ipsum simulare aduertebant.* Abscondunt.] *dissimulant.* Pectore.] *mentis dolorem.* O bona libertas.] *Ironia quasi dicat ô misera seruitus & assentatrix quæ non suis affectibus, sed tyranni obtēperat, quanquam dissentire ab eius uultu uidearis.*

FINIS LIBRI NONI.

IOANNIS SVLPITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI POETAE PHARSAL. LIB. X. commendationes.

T Primum.] *Cæsar iam nihil nec à Pompeio, nec à Ptolemæo metuens Theodotum regis nuntiū consecutus, quum primum è naui egressus est clamorem militū audit, quos rex in oppido præsidij causa reliquerat, concursum ad se fieri uidet quod fasces ante ferrentur: nam omnis multitudo maiestatē regiā minui prædicabat. Hoc sedato tumultu continuis diebus, cū ex concursu multitudinis cōplures milites interficerētur, legiones sibi alias ex Asia adduci iussit, dissimulatoq; metu deorum templa & Alexandri & regū conditoriū uisit. Interim cōtouersia regum ad se ut ad consulē pertinere existimans Ptolemæū & Cleopatrā exercitus, quos habebant dimittere iussit, & de controuersijs iure apud se disceptare.* Terras.] *litus adhuc enim in mari se continuerat.* Colla.] *caput quod præferebat Theodotus.* Pugnauit fortuna sacris.] *certamen exortum est inter Cæsarem & Aegyptios, fuitq; in dubio an Cæsar eos subiugaret, an ipsi Cæsarem obtruncarent.* Victoris.] *Cæsaris.* Tua umbra] *nam tuæ mortis exemplo deterritus est, cauitq; ne idem sibi accideret.* A' sanguine.] *à cæde.* Manes] *mors interpretatio est.* Ne populus post te.] *nec uniuersus tecum exercitus perimeretur.* Vrbem Parethoniam] *Alexandriam Aegyptiacam: sed Cacozilon est Parethonium enim ciuitas est & portus ingens in Aegypto quadraginta fere stadiorum, quam alij Parmoniam uocant auctore Strabone.* Securus.] *nihil iam metuens & otiosus. Nam ut ait Appianus otiositatem quandam ob assistentium paucitatem simulare cœpit, & ad se accedentes perhumanè recipiebat, & urbem circumuectus pulchritudinem admirari uisus est & disputantibus philosophis astitit.* Sua signa.] *fasces.* Pignore sceleris.] *capite Pompeij.* Discordia sensit.] *pectora. putabant enim regiam maiestatē imminui nihilq; sibi conferre Pompeij mortē.* Vetusti nominis.] *hoc est Isidis cuius templū uetustissimū esse Strabo tradit.* Nulla capitur dolcedine.] *nam alia mente agitabat.* In antrū effossum tumulis.] *id est, in conditorium Alexādri & regū Aegyptiorum. Erat enim circuitus quidam quod auctore Strabone corpus appellabatur Nam Ptolemæus Lagi filius Alexandri corpus Perdiccæ abstulit: cum id ex Babylone deferret, atq; huc diuerteret auaritia tractus ut Aegyptū sibi uendicaret: sed perit à militib. interemptus in insula deserta prius à Ptolemæo incluſus qui corpus Alexādri Alexandriā detulit, eiq; parentauit, adhucq; ibi iacet: sed nequaquā in eodem alueolo. nam qui nunc uitreus est, prius aureus erat. Ptolemæus enim Coccas illum rapuit.* Vetusta proles.] *Philippi Alexander insanus: nā Ammonis se filiū finxerat, seq; in ebrians furebat, & plures mundos expugnare optabat.* Prædo.] *prædonem appellat quia populis iniustè bella mouit subiugauitq; eos.* Fato uindice terrarum.] *morte ultrice subacti orbis. Mortuus est enim Babylone uenenum ei in cibo submiſtrato à Casandro filio antipatri metuentis. ne mortē sibi machinaretur: idq; factum est conscio Thessalo medico, apud quem Alexander comessabatur. Vis uenenī quod stygis appellatur tanta fuit ut nō ære, non ferro, nō testa contineretur: nec aliter ferri, nisi in equi ungula potuerit, ut scribit Iustinus Plin uero lib. 30. inquit Mulæ.* Totum spargendā per orbem.] *quia toti bellum ferēs iniurius fuit.* Percepit] *quia eius ciuis non est dissipatus: sed ad ultimos Aegypti reges est seruatus illæsus. Si redderet orbem sibi] mundus liberaretur.* Ludibrio.] *in ridiculū ludū iam uersus fuisset.* Orbem.] *magnam*

magnam orbis partem. Non utile mundo.] *natus ad homines suo exemplo ambitione & superbia inficiendos & regni cupiditate.* Latebras.] *secessus in quibus illustris non erat.* Patri.] *Philippo qui superauit Athenienses.* Miscuit.] *turbauit.* Flumen.] *uehemens impetus cui nil resistit.* Fatale.] *uel mortiferum, uel fato immissum.* Sidus.] *pestilentiam ui sideris orta & cœlestis quædã potentia.* Parabat] *ut quæreret alios mundos.* Flãma.] *æstus torridæ zonæ.* Sterilis.] *desertæ & serpentibus squalidæ.* Mundi deuexa.] *decliuium mundum.* Ambisset polos] *iussset à Septentrionali polo Antarcticũ & Antipodas & ultimã Aethiopiam ubi Nilus nascitur peragrasset, sed uitæ secundo & trecentisimo mortuus est.* Hunc finem.] *hanc quietẽ, nam uiuus nunquam ulli fini acquieuisset.* Qui secum.] *qui eodẽ odio quo sibi mundi imperium comparauerat ipsam abstulit: nam nullum hæredẽ totius reliquit imperij, sed suis præfectis tradidit diuidendum, quippe* Perdica cui Alexander moriens tradiderat anulum, *quemq; procerũ consensus sedatis seditionibus ducem elegerat, quanquã* Aridæus *Alexandri frater creatus rex esset, & portio regni*

B *Posthumo Alexandri seruata, & Antipater Macedoniæ & Græciæ præpositus esset, tamen inter 24. principes diuisit prouincias, primaq; Ptolemæo Aegyptus obtigit.*

Totius fati] *uniuersi regni & fœlicitatis suæ.* Lacerandas.] *suis præfectis diuidendas.* Babylonesua.] *ubi regiam constituerat à Parthis formidatus, quorum Babylon metropolis est.* Proh pudor.] *indignatur poëta quod plus Alexandrũ Parthi timuerunt, quàm Romanos.* Sarios.] *Macedonum tela, Metonymia est.* Terrasq; præmamus flagrãtis post terga noti.] *hoc est dominamur terris, quæ sunt ad circulum Aequinoctialem ubi Notus est calidissimus & post quem tepidior est.* Arsacidum domino.] *Parthorum regi.* Non fœlix] *perniciosa.* Pellæ] *urbis in Macedonia.* Rex] *Ptolemæus quem Cæsar acciuerat, ut exercitus dimitteret & cum sorore coram se disceptaret.* A' gurgite Nili Pelusiaci] *à Pelusio Nili ostio.* Populi sedauerat iras] *nam Photinus nutritus & Eunuchus regis indignans eum ad dicendam causam euocari, adiutores quosdam nactus exercitum à Pelusio clam Alexandriam euocarat eiq; Achillam præfecerat Cæsar paruis cum co*

C *pijs extra urbẽ dimicare diffidens militer in armis esse iussit, regemq; hortatus ut ad Achillam legatos mitteret, illos cum primum ociosos accepit regem ut suam potestatem haberet effecit, & ideo eum pacis obsidem dicit poëta. Videbantur igitur omnia iam tranquilla cũ Cleopatra, quam euocauerat Cæsar, clam in regiam est inuecta.* Custode.] *præfecto.* Laxare.] *hoc est, lenidum: nam ut ait Plutarchus Lembum ingressa cum solo Apollodoro sub primis tenebris regiam ad nauigauit, cumq; alio occulti pacto nequiret, se intra culcitram protendit in longum quàm loro circumligans Apollodorus intro tulit ad Cæsarem.*

Tectis Aemathijs.] *domo Cæsaris, uictoris in Aemathia.* Feralis Erynnis] *pestifera furia.* Malo Romano.] *multam enim intulit calamitatem, & Cæsaris & Antonij tempore.* Agros.] *Græciam per Syrtes Adrumetinas.* Spartana.] *Helena.* Furores.] *bella.* Si fas.] *si licet dicere.* Sistro] *Tympano. Virgil de eadem loquens ait: Patrio uocat agmina sistro.* Petit] *Syncope, adnexuit enim cum Antonio Aegyptio rum exercitum in Augustum Octauium.* Canopo.] *Aegyptijs Cæsar capitibus, de capto Augusto triumphatura ea sedem imperij in Aegypto constituta.* Gurgite Leucadio.] *in sinu Ambracio apud Leucadiam peninsulam quæ Neritus est appellata ut Plinius ait.* Casus dubius.] *periculosus euentus an mundus à Barbara fœmina possideretur.* Ne quidem nostra.] *etiam nõ Romana quod esset tollerabilius.* Hoc animi.] *hanc audaciam.* Ptolemæida] *Cleopatrã rectius est Ptolemæis.* Quis tibi.] *argumentũ à maiori ad minus.* Antoni.] *qui iunior & mollior erat.* Hauserit ignes.] *captum fuerit amore.* Habitata.] *in qua uersari uidebatur umbra Pomp.* Admisit uenerem curis] *deposuit curas lasciuia.* Partus.] *filios ut Cæsar nã ultra nouẽ menses illic est cõmoratus, ut tradit Appianus.* Magni] *cuius uxor fuisti.* Coalescere] *crescere & colligi.* Dependij] *cõsumit.* Donare.] *Cleopatræ.* Nõ tibi. *sed Cleopatræ.* Quem formæ.] *Cæsar æstu culcitræ primũ illectus inde splẽdore formæ & sermonis gratia unctus est.* Compta dolorem.] *comptũ habens & cũ ornatu gerẽs.* Dispersa.] Synedoche. Quã docuit] *quã decẽs & pulchra fuit.* Si quã est.] *Cleopatra à fratre ejecta supplicat Cæsari ut in regnũ restituatur: nam ex testamento patris ex æquo cũ fratre est hæres, cõiunxq; fratris atq; ut regiã in qua Photinus, non Ptolemæus regnat tanto dedecore liberet obsecrat. principio igitur si beneficiũ acceperit gratã fore se pollicetur, exorditurq; à beneuolẽtia & attentione. Est aũt ordo: ô Maxime Cæsar ego regina proles clarissima Lagi Phariq;, si qua est nobilitas exul in æternũ depulsa sceptris paternis complectar pedes, si tua & reliqua.* Si qua est nobilitas.] *si est alicuius nobilitatis & gloriæ inde ortam esse.* Voto] *fortunæ & dignitati.* Aequũ fidus.] *cœlestis iustitia & potentia.* Non urbes.] *occurrit his quæ obijci possent.* Fœminam.] *populi regnare non patientur, imò inquit consueuêre parere fœminæ cũ Ptolemæũ patrẽ ejecissent Sororem meam natu maiorẽ regnã constituerũt.* Summa uerba.] *testamentũ.* Parenti.] *non quasi dicit, sed morbo absumpti.* Et Thalami.] *coniugij.* Puer ipse sororem.] *prosequatur me fratris non mariti affectu si est liber, & licet per Photinum paret.* Photini] *nutritij quem in odium & in contemptũ adducit.* Affectus.] *uoluntates.* Enses.] *potentiam.* Nil ipsa paterni.] *regnet solus modo regia tãto dedecore libereiur.* Funesta.] *morte Pompeij maculata.* Tumores.] *superbiã.* Minatur.] *inferendo in te arma.* Mundo] *quia alterius iussu perire debuerat.* Tibi.] *quia ab illo meritum accepisti & tibi in eũ prærepta potestas est.* Facinus.] *audax factum et scelus.* Meritũ] *beneficiũ in te.* Nec quicquã tentasset.] *frustra orasset, nõ enim fuisset cõmotus.* Vultus] *uenustas et forma quib. plus effecit quã uerba.* Perorat.] *nouè dixit pro psuosit.* Exigit noctẽ] *pertrit cõmunẽ lectulũ noctis.* Infandã.] *obscœnã.* Iudice.] *Cæsare, qui iudex erat inter ipsam & fratrẽ.* Pax ubi.] *facta pace conuiuium est institutum.* Duci.] Ptolemæo. Dapis.] *quã Cæsari dedit.* Epulæ.] *conuiuia.* Luxus.] *uniam rerum affluentiã & copiam.* Tumultu.] *strepitu & murmure ministrorũ.* In sæcula Romana.] *in annos Romanorum, nam multa sæcula sine ullis luxus notitia præterierunt.* Ipse locus.] *Regia inquit, erat ornatior quam nunc sint templa Romana, quæ quanto ætas erit corruptior tanto nitidiora ædificabit.*

Quod.] *quale.* Laquea.] *te.*] *laquearia tectorũ.* Diuitias.] *præciũ magnũ quod declarat.* Aurũ cra.] *la minæ aureæ.* Nec ſummis.] *Parietes impt interiores nõ marmoreis laminis, ſed gẽmeis incruſtati erãt. Incruſtare autẽ & cruſtare eſt ſic laminas marmoreas in pariete affigere ut totus eſſe marmoreus uideatur. Opus uerũ tectoriũ dicitur, quũ denſa calce obducitur leuigaturq́ paries.* Summus.] *nã in ſumma parietis parte ponuntur.* Stabat nõ ſegnis.] *erecta erat ad ſuſtentandũ pondera.* Achates.] *gemma ſubalba, diuerſorũ colorũ zonis diſtincta à quib. nomina plurima accepit, primum in Siciliæ ſui nominis fluuio reperta eſt, auctore Plinio.* Purpureusq́ lapis.] *Sardã intelligit, quæ eſt gemma rubicũda in ſimilitudinẽ carnis hæc Onyci iuncta Sardonicẽ efficit.* Onyx.] *gemma eſt in qua candor eſt unguis humani ſimilitudine. Onyx enim unguis eſt.* Hebeb.] *arbor Indica & Aethyops quam Aethyopes regib. Perſidis tributi uice pendunt. materia eſt nigri coloris & odoris iucũdi.* Mareotica.] *Aegyptia à Mareotide palude.* Nõ operit poſtes.] *nõ ornat hoſtia, nec in paruas Teſſalas diuiſa attenuata quod eſt.* Auxiliũ.] *trabs tabula tibicen.* Non forma.] *nõ ornamentũ.* Atria.] *ædificia in pluuiũ.* Et ſuffixa.] *ex tegmine teſtudinis uario & prætioſo oſtia & fores erãt ornatæ, ita ut in meis maculis haberẽt Smaragdos, quæ ſunt gemmæ uiroris eximij oculisq́ iucũdiſſimi.* Teſtudinũ.] *putamine in laminas ſectis oſtia & lectos diſcubitrios ornabãt, quod primũ Aemilius Pollio Neronis temporib. inueniſſe li. 9 Pli. ſcribit.* Gemma.] *uariarũ gemmarũ genera.* Toris.] *menſis.* Iaſpide.] *Iaſpis uiret & translucet, eſtq́ purpurei & cerulei & uarij generis.* Torus.] *mẽſa ubi accubituri.* Succo à Syrio.] *purpura Serica.* Strata.] *lecti ubi recubituri.* Tyrio.] *lana tincta apud Tyrũ, qui color eſt ardentior.* Duxit.] *lentũ colorẽ.* Nõ uno Aeno.] *purpurã bis tinctã intelligit quæ auctore Plin. dibapha appellatur.* Plumara.] *in modũ plumarũ contexta.* Aenea cocco.] *ſplendida eſt colore coccineo, qui eſt denſior purpura.* Coccum.] *enim eſt Galaciæ rubens grameni ſemẽ purpureum reddens.* Eſt.] *& granũ ilicis eiuſdẽ uirtutis quod et in Galacia & alibi naſcitur ut Pli. li. 16. tradit.* Miſcendi licia.] *filia diuerſi coloris quæ Polimita dicuntur, Plinius ait, Colores diuerſæ picturæ intexere Babylon maximè celebrauit, et nomẽ impoſuit, plurimis uerò licijs texere, quæ Polimita appellantur Alexãdria inſtituit.* Turba famuliæ numerus.] *id eſt, famuli multi nitent.* Diſcolor hos.] *à colore, ætate, forma, et fortuna diuerſitatẽ oſtendit.* Libycos.] *ſubnigros.* In aruis rheni.] *in Germania.* Sanguinis uſti.] *nigri coloris.* Torta caput.] *intortos habẽs capillos, duplex ſynecdoche.* Refuſos.] *fuſum inuerſos.* Inuẽtus mol.fer.] *id eſt, Eunuchi caſtrati & effeminati.* Execta uirum.] *amputata genitalia.* Fortior xtas.] *nõ caſtrata iuuẽtus tamen imberbis ut ſunt Eunuchi.* Reges.] *Ptolemæus & proceres propinqui eius.* Maior poteſtas.] *maioris poteſtatis.* Immodice fucata.] *nimiũ fuco illita.* Fucus.] *aũt eſt linimentũ quod mangonizat, et decipit intuentes oculos uita corporis.* Spolijs.] *Gẽmis & Margaritis.* Laborat.] *nã ei ſunt oneri ornamẽta & uix illa ſuſtinet.* Perlucent.] *filo Sydono trãlucent Serico tenui quod prius denſe textum acũ rarefactũ erat intelligitq́ Syndonẽ, hoc eſt, tenuem illã purpurã de qua Martialis. Cultus Syndone non quotidiana.* Quod Nilotis acus.] *quod acus Aegyptia diſtinguẽdo diſſoluit pectem apud Seres texẽdo denſauerat.* Laxauit.] *lentauit, rarefecit.* Dentibus hic niueis.] *illic mẽſæ citreæ eburneis pedib. ſuſtinebantur: fit autem ebur ex dentib. elephanti.* Orbes.] *menſas citreas.* Ora.] *aſpectũ.* Iuba.] *qui erat rex Mauritaniæ, ex qua menſæ citreæ ſiue cedrinæ pulcherrimæ aduehuntur.* Proh cœcus.] *Cleopatrã imprudentiæ increpat, quod Cæſari, cui ad bella peragenda pecunia opus erat diuitias oſtentauit.* Incedere mentẽ.] *ad inflammandã eius cupiditatẽ qui uim poſſet inferre.* Non ſit licet.] *ut profecto eſt.* Pone duces priſcos.] *non modo Caſſed etiã ueteres illi cõtinentiſſimi corrumperentur & cuperẽt tantũ pœdæ Rom. inuehere.* Recumbat.] *inhæreat, corrũpatur.* Cõſul ſordidus.] *id eſt. Quintius quẽ nuntius ei afferent, Dictaturã nudũ & arantẽ trans Tyberim offendit de quo Perſius. Quem trepida ante boues dictaturã induxit uxor.* Auro.] *aureis uaſis.* Nõ mandante fame.] *ſed ad delitias.* Deos.] *quas Aegyptius pro dijs colit.* Cryſtalus.] *Gutturniũ Chryſtallinum.* Gemmæ.] *pocula Gemmea.* Mareothidos.] *quæ naſcitur in Mareothide regione Aegypti Libyci quam Virgil. in Georg. celebrat.* Sed paucis.] *ſed natum apud Meroen inſulam Nili in quã uinũ in optimũ ſaporem intra paucos annos decoquitur.* Senium.] *ſaporẽ, & nitorem ueteris uini.* Coegens.] *ſpumare phalernũ indomitum, coegens feruere uinum potens: nam maximo ſolis æſtu & una & uinũ decoquitur.* Indomitum.] *cuius uis aqua plurima non extinguitur.* Sertas.] *hoc eſt pacliles nam ſunt & Sutiles, & quæ ex ſolo ramulo fiunt.* Nardo.] *Nardus frutex eſt principalis in unguẽtis graui & craſſa radice folio paruo denſoq́. Cacumina ut ait Plin. in Ariſtas ſe ſpargunt ideo gemina dote Nardi ſpicas ac folia celebrant.* Nunquã fugiente.] *ſemper fluente, toto enim anno ſeruari intra arundinem in ſuo ſtipite, poteſt uel nunquam fugiente dixit quia nunquã odorem amittit.* Medenti.] *unguentatæ.* Quod nõdum euanuit aura.] *id eſt recens, & quod nihil odoris amiſit tractatione & tali mutatione.* Cynamon.] *Cynamũ idemq́ Cynamomũ frutex duorũ cubitorũ altitudine, naſcitur in Aethiopia, nec metitur niſi Deo placato.* Aera.] *odorem.* Externæ terræ.] *nam in ea natum eſt, & indicat in Aegypto naſci.* Amonum.] *frutex uitis labruſcæ ſimilis in palmi altitudinẽ folijs mali puniei unum producit.* Vicinæ meſsis.] *carpitur enim in Aſſyria, quæ non longè diſtat ab Aegypto.* Recens.] *recenter nomen pro aduerbio.* Perdere.] *in uanum luxũ consumere.* Optat.] *ut iure diripere uideatur.* Laſſata.] *ſatiata.* Achorea linigerum.] *ſacerdotem linea ueſte inditum. Sacerdotes enim Aegyptij ueſtes ex lino Xylino gerũt, quibus nullæ ſunt in candore mollitieque præfe-dæ, auctor eſt Plin.* O ſacris.] *Cæſar captatã ſenectutẽ lentia orat Achorem: ut quæcũq́ digna cognitu ſunt in Aegypto pareat, & ſe Aſtrologiæ & Philoſophiæ ſtudioſum profeſſus ut primũ de ortu Nili quid ſentiat explicet.* Deuotæ.] *deputatæ, quia ſacerdos.* Arguit.] *indicat & demonſtrat: nam non tam diu uixiſſet, niſi ſuperis eſſes gratus.* Non neglecte.] *chare.* Primoris.] *Originem Aegyptiorum.* Ediſſere.] *eloquere.* Ritus.] *ſacrorum morem.* Prode.] *manifeſta.* Volentes cupidos.] *nam gloria ſua gaudent.* Cecropium.] *Athenienſem à Cecrope rega Plato inter plurimas nationes, quas diſcendi gratia adiit, Aegyptum petijt*

Aubi à sacerdotibus Memphiticisq; uatibus, syderum ortus, cursus obitus, uariasq; potestates, ac rerum diuinarum occulta, numerorumq; in super, & mensurarum rationes accepit. Dignior.] *tum quia consul & dominus rerum tum quia studiosus.* Capacior hospes.] *docilior contemplatior.* Generi.] *Pompeij.* Vestri.] *ut uos uiderem & alloquerer.* Plagis.] *regionibus.* Vacaui.] *intentus.* Eudoxi.] *ordinationi anni, quã instituit Eudoxus mathematicus Gnidius, qui Hymerologiam, id est Deorũ rationẽ accuratissimè scripsit, & annũ in Græcia Aegyptiorũ reformauit.* Meus annus.] *quẽ ipse apud Rom. constituam, reformauit aũt annum Sosigine Astrologo adhibito mare Aegyptiorum ex CCCLX. diebus & quadrante, qui quinto quoq; anno incipiente perficit unum diem, & tollendi erroris, eam intercalationẽ inuecit.* Virtus.] *fortitudo militaris.* Amor ueri.] *cupido philosophandi.* Fluuij causas latentes.] *idem Nili fontes ignotos, quanquã ut Plin. & Solinus tradũt in libris Punicis esse inuentũ, & scribere Iubã, eos oriri in monte inferioris Mauritaniæ.* De Nili ortu latè etiam B *Vitruuius scribit.* Relinquam.] *magnam eius noscendi cupiditatẽ ostendit.* Fas mihi.] *Achoreus prætermissis, cæteris quæ Cæsar rogauit de ui syderum, pauca præmittens de Nilo, quid sentiat dicit.* Edere.] *manifestare.* Profanis.] *nostris sacris, non initiatis.* Pietas.] *religio.* Silere.] *nõ pandere & uulgare.* Hoc opus.] *hãc editionem.* Notescere.] *notas fieri.* Syderibus.] *Sol, Luna, inquit: & quinq; errantes, quæ contra mundi motũ mouentur, & eius temperant celeritatem diuersas habent potestates.* Syderibus planetis.] *moderantur fugam, temperant cursum.* Occurrunt.] *nã contra motũ octauæ sphæræ feruntur.* Tempora anni.] *quæ Aegyptios, ut Diodorus meminit, erant tria, uer, æstas, hyems.* Radijsq; potentibus astra ire uetat.] *Solem cæteri planetæ uenerari uidẽtur, ut regẽ & quũ propius accesiêre sunt in stationẽ, & fiunt retrogradi. Vnde Sol moderator reliquorũ dicitur luminũ, ut est apud Cic. in sexto de rep. quia ipse cursus eorũ, recursusq; moderatur certa definitione.*

Nam spatij certa.] *definitio est, ad quã cum una quaq; erratica stella recedens à Sole peruenerit, tanquam ultra* C *prohibeatur accedere, agi retro uidetur, & cursus cũ certam partem recedendo contigerit ad directi cursus cõsuetã reuocatur ita Solis uis & potestas motus reliquorũ luminũ constituta dimensione moderatur. de hoc etiam Vitruuius lib. 9. disputat.* Vicibus.] *crescendo & decrescendo.* Tethym terrenarum miscet.] *id est, mare & animalia, & plantas turbat & moderatur.* Frigida Saturno.] *Saturnus frigori & zonæ glaciali præest Mars in uentos, & fortuita fulmina habet imperium. Iuppiter imperiem[illegible]fert. Venus generationis est Dea. Mercurius [illegible] humiditatis est dominus qui cum peruenit ad Caneri ultimum gradum & uicinus est Syrio, siue Caniculæ, & quando est in circulo Meridiano, qui à Septentrione in Meridiem Capricornum & Cancrũ intersecat sub quo sumi fontes Nili, quibus quum Mercurius imminet, Nilus inundat, nec ante, æquinoctium decrescere desinit.*

Hunc.] *Mercurium.* Syrius.] *stella in capite Canis maioris, qui oritur cũ Cancro, ut docet Hyginus.* Circulus mutator anni.] *hoc est Meridianus, in quo fit Solis conuerso, nam per summũ cœli à Septentrione in meridiem tendens Cancrum, & Capricornum, quæ sunt tropica diuidit* Aegoceron.] *Capricornus.* Cui.] *circulo, qui Capricornum Cancrumq; diuidit.* Latent.] *ideò latent dixit, quia ignorant.* Dominus.] *aquarum Mercur.* Igne.] *stella sua.* Lunaribus.] *à Luna factis.* Adest.] *æstuat.* Non ante coarctat.] *non prius reprimit incrementum, non prius crescere desinit, quã sit æquinoctiũ autumnale.* Vana fides.] *eos refutat, qui mutũ solutione Nilum augeri putant, qua in sententia uidetur, & Lucretius esse, qui ait Eth. fijs Aquilonum, illuc pluuias niuesq; pelli.* Arctos.] *regio frigida, qualis sub arcto.*

Testis.] *argumento est.* Adde quod.] *præterea inquit, omnis fluuius, qui niue augetur, sub primũ uere crescere incipit. Nilus uerò, neq; ante ortũ caniculæ incipit, neq; æquinoctium desinit.* Tabe.] *solutione.* Nec ripis alligat amnem.] *nec decrescit, & intra ripas se continet.*

Ante canis radios.] *ante ortum caniculæ, qui est sole post primã partẽ Leonis ingresso.* Sub Libra iudice.] *ad differentiam uernalis æquinoctij dixit, quod fit sub Ariete.* Leges aliarum aquarum.] *quæ hyeme crescunt.* cum ipse æquus labatur. Officijs caret unda suis.] *quia omnis aqua ripas egreditur. officium enim eius est intra ripas se continere.* Iussus.] *à natura & Deo.* Iniquo cœlo.] *feruentis aëris regione.* Exit.] *mundat.* Torrente plaga.] *æstuanti regione.* Ignis.] *incendium.*

Adest.] *subuenit.* Tumet.] *insurgit ad Leonis ium, igneam reprimendam, quã ore uidetur efflare.* Syenen suam.] *quæ est ei subiecta, ut diximus, imploratus exoptatus.* Donec in autumnum Phœbus declinet.] *usq; in æquinoctium autumnale.* Extendit.] *producit cum antea, aut nulla in meridie, aut breues habuerit. quo enim Sol magis recedit à Cancro eo umbræ in Syene & Meroe sunt longiores.* Zephyros.] *opinionem aliam de eius incremento cõfutat, dicunt enim Zephyros continuè flantes, ad Nili fontes nubes impellere, et cõmuni pluuijs ipsum augetur, uel contra ostia Nili flando, & ipsius impetum tumore pelagi, ut ait Lucretius, arenæ cumulo retinendo cogere exundare, donec cessauerint.* Ascripsit.] *causam incremẽti imputauit.* Stata.] *firma & certa.* Trans Noton.] *quam Nilus decurrit.* Totiens rumpentes littora.] *id est septẽ hostijs exeuntes in mare.* Obijce.] *oppositione.* Aestuat.] *effluit. Sunt qui aliqui per cauernas terræ, aquas dicunt in meridiem è Septentrione effluere, quia Sol, quũ in Cancrũ est eas attrahit, & tellus arida ad se rapit, estq; argumento, quod alibi flumina decrescunt.* Spiramina.] *canales.* Hiatus cauæ cõpagis.] *concauæ terræ cauernas.* Presit Meroen.] *est in Cancro.* Duxit.] *traxit ui siccitatis.* Trahitur.] *in meridiem una cũ alijs.* Omnia flumina.] *quæ per terræ secretos, meatus illud rapiuntur.* Non uno.] *hoc est septeno.* Rumor.] *sunt qui Nilum ab Oceano dicant oriri, & longo per terras cursu dulcescere.*

Rumor.] *supple est.* Exundante.] *in terras influente.* Mitescere.] *dulcescere.* Tractu.] *cursu & spacio.* Nec non.] *sunt qui putent ex Oceani aquis à syderum siccitate, uberius attractis superabundantem partem refundi in Nilum.*

Pasci.] *alij & Vesci. Virgilius conuexa poli dum sydera pascet, quomodo sydera humore pascantur primo libro ex Cicerone docuimus.* Polum.] *sydera.*

Hunc.] Oceanum. Rapuit.] *haurit.* Tollitur.] *attrahitur.* Digerat aer.] *consumat stellarũ ignis, & uapor aëreus.* Referont.] *remittunt & reddunt.*

Quasdam.] *aquarũ inquit, aliæ oriũtur fortè, aliæ certo iure*

to iure à Deo sunt emissæ. Erumpere uenis cõcussis.] egredi uenis, & meatibus conquassatis ui uenti meluſi.

Compage.] id est, densa terra. Cum mundo cœpisse.] à principio mundi fuisse. Coercet.] gubernat. Inter has autem Nilum esse censet, cui Deus incrementi legem hanc dedit. Pharijs.] ut Sesostri. Persis.] ut Cambysæ. Tyrannis.] ut Alexandro. Conferre.] tradere.

Vincit.] inueniri enim non potuit. Adorat.] diuinis honoribus ueneratur. Inuidit.] inuidèdo inuestigauit.

Lectos.] certos inquisitores. Calentem.] in torrida zona. Sesostris.] Sesostri Aegyptij, rex totam Aethiopiam permeauit usq; ad Cynnamomi regionem, & adhuc quædam monumẽta extãt, & columnæ, & epigrammata Cambyses quoq; occupato Aegypto, cũ Aegyptijs in Meroen, usq; progressus est, & nomẽ urbi, & insulæ ab illo impositum, ferunt à Meroe sorori ibi mortua. Alij eam uxorem fuisse tradunt. Strabo est auctor. Et pharios cursus regum ceruicibus [illegible]git.] hoc est, Aegyptũ peragrauit uectus ceruicib. regũ, quorũ quinq; curri dicitur subiecisse. Cambyses.] qui pater Darij regis Persarũ fuit.

Aeui longi.] ut sunt Cyrnin India, & qui habitãt insulis fortunatis. Suorum.] comitũ. Non fabula mendax.] uulgatus sermo non mentitur. Suo.] natiuo.

Tua flumina perdam.] attentum facit auditorẽ tantum se arcanum aperire pollicitus. Medio cõsurgis ab axe.] à meridie Nilum oriri ex monte Lunæ, qui in geminas paludes solutas niues effundit, prodidit Ptolemæus. Vitruuius uerò in Mauritania ex monte Atlante, & appellari dirim qui ortus ex Septentrionali regione progreditur, per Occidentem ad Lacum Heptagonum, & mutuo nomine dicitur agger. Deinde ex lacu Heptagono sub mõte desertos subter fluens per meridiana loca manat, & influit in paludẽ quæ appellatur † circũcingit Meroen, quod est æthiopum meridianarum regnum, ab hisq; paludibus se circumagens per flumina Baseã, Sobã, & Astobam, & alia plura, peruenit ad Cataractã, ab eoq; se præcipitans per septentrionalem peruenit inter Elephantida & Syenen Thebaicosq; im Aegyptum campos, & ibi Nilus appellatur. Sic Vitruuius, cui omnino nõ poëta Plinioq; nõ cõuenit, poëta de subterraneo eius meatu aliquot dierum itinere nihil dicit. Bootẽ.] Arctophylacem.

Aequus.] benignus. Primi apud eos enim primum apparet. Hi.] idem Seres, qui primi te cernunt. Feris.] præterlaberis. Alieno.] alibi orto.

Caput.] fontis tuos. Paruum.] nascentẽ. Signũ.] gremium & lacus tuos. Consurgere in solstitijs.] crescere in solstitio æstiuo. Aliena bruma.] ob hyemẽ quæ est ad ortum tuũ crescis apud nos æstu. Emittere.] emittere. Per utrosq; polos.] per terram quæ uergit ad utrumq; polum. Hic.] apud nos. Illic.] apud Antarcticos. Rupto gurgite.] diuiso fluuio, & circũdata Meroe insula, quæ habet in longitudine stadia tria millia, in latitudine mille. Colonis.] frondibus, illic enim nascitur.

Quæ.] Meroe. Aestatẽ.] æstiui Solis in meridie æstũ. Sunt enim illic umbræ perpendiculares. Linea tam rectum.] hoc est, tam linea subtacet Lunæ. Phœbi.] torridam zonam. Damnum.] diminutionẽ. Metiris.] tanquam metiendo peruenis in alueum unum.

Spargens.] egrediens. Multifidas.] in multas partes diuisas. Reuocat.] colligit. Phylæ.] Phylæ siue Pylæ sunt urbs inter Aethyopes & Aegyptios interpretatur q; porta inter utrosq;, & ideò dixit claustra. Cõmercia.] uicinitas, & commixtio. Rubro.] mari. Mollis lapsus erit.] lenis cursus impellit. Leue.] leniter. Tuas iras.] totũ impetum & celeritatem. Sed cum lapsus.] sed quum tuũ cursum incipis præcipitare. Abrupta uiarum.] uiæ præcipites. Cataractæ.] asperæ descensiones, & ea loca indicat, quæ Cataduppa appellantur, quorum incolæ, ut ait Cic. sensu audiendi carent. Eadem Plinius, his uerbis indicat. Postremò meluſus montibus, nec alibi torrẽtior uectus aquis properantibus ad locum Aethyopum, qui Cataduppi uocatur nouissimo Cataractæ inter occursantes scopulos, nõ fluere immenso fragore creditur, sed ruere. καταράττω autem significat idem, quod collido, & percutio cum sonitu, & quæ à nobis Cataracta & uitrili genere Cataractes à Græcis dicitur, καταράκτης. Vetitis.] prohibitis libere fluere. Inuitis.] qui retineri non possunt. Lacessis spuma.] immittis enim in cœlum spumam tenuem. Albescit.] canus & spumosus efficitur. Abaton.] insula, ad quam ob alimi papyriq; copiam accessus est difficilimus, & ideò inaccessibilis interpretatur. Venas.] fontem & originem.

Quod.] quia. Tumoris.] exundationis aquæ. Hinc.] à sinistra & dextra. Te.] inundationem tuam. Alta.] profunda, Molibus receptis.] altis ripis resumptis. Permittit Campos.] sinit te labi per apertã planitiem intra ripas humiles, quæ te inundare non prohibent. Sic uelut.] ad historiæ seriem redit, & Photinũ, qui apud Ptolemæum & Cæsarem erat, non destitisse cogitare inquit, qui uia Cæs. opprimeret, missisq; nuntium ad Achillam, ut eum non fraude, sed apertè inuaderet.

Iter.] tempus. Imbuta.] maculata, Sacrata.] execrabili. Nil esse nefas.] omnia sibi licere. Manes.] animam Pomp. quæ ut suam cædem ulciscereturillum connitabat. Monstra.] scelera. Dignitur.] dignas facit Photinus. Sanguine isto.] Cæs. quo senatus Romanus spargendus est. Pœnas.] & supplicium de Cæsare, ob bellum ciuile sentores, eæsos Photinus famulus ferè sumpsit, & eripuit Bruto. In scelus it pharium.] pœna Cæs. quæ sumpta à Rom. est iusta, quasi conuersa est in scelus Aegyptiorum, quibus eum non licebat occidere.

Exemplum.] factum Bruti, quod sit posteritatem in Tyrannos excitaturum. Struit irrita fatis.] ordinat uana, & d fatis improbata. Committere.] mandare.

Detecto Marte lacessit.] aperta pugna prouocat.

Puer.] Ptolemæus. Cunctis præfecerat armis.] erat enim regni procurator. Nullo iure.] nulla superiori potestate. Tu mollibus.] hoc nuntio primum eũ à segnitie arguens terret. Inde excitat ad præoccupandam nocendi occasionem, quæ ipsis aduersarijs instat. Tum confidenter Cæsarem inuadendum etiam ad Romanorum gratiam recuperandam hortatur. Tu.] [illegible] chilla. Exige.] expete. Pingues.] superb[illegible], & pinguedinem afferentes. Domum.] regiam. Prodita.] decepta. Donata.] à Cæsare Cleopatræ.

Solus,] cum alij sint præsto. Accurrere.] ad opprimendum currere. Talamos.] adulterium. Fratri.] cum eam Cæsar reconciliauit, sed postquam ipse cum ea rem habuit. Marios.] fratrem & Cæsarem. Meretur.] turpiter lucratur & sperat. In eadem significatione dicimus mereo, unde meretrix, & merces deducitur.

Senem.] Cæsarem præuectum ætate. Venenis.] ueneficijs & forma fucata. [illegible] ipso amore per uenas labitur. Virgilius. Vulnus alit [illegible]enis.

Crede

A Crede miſer puero.] *confide Ptolomæo, quẽ ipſa facilius in omnẽ ſuã ſententiã trahet, ſi cũ eo dormierit ſemel.* Incœſto.] *quia frater.* Obſcœnum.] *damnatum, & infamem.* Pietatis.] *quia frater eſt.* Illi.] *Cleopatræ, quæ nos odit, ut qui fratrẽ in eam incitauerimus.* Lueimus.] *dabimus ei pœnas.* Si fuerit formoſa.] *ſi utilebitur pulchra, placebitq; ei.* Nil undiq; reſtat auxilij.] *actum de nobis eſt.* Sumus ſontes.] *ſumus nocentes, & morte digni iudicio eius, cuius refugimus coitũ.* A quo caſtra fuit.] *cũ quo nõ coiuit, Propertius de ea.* Atq; iter famulos fœmina trita ſuos. Per te.] *per ſceleſtũ amicitiæ fœdus, & cædem una cõmiſſam obſecrat eũ.* Nefas.] *cædem Pomp.* Perdidimus.] *quia nullũ fumus præmiũ conſecuti.* Ictum.] *percuſſum & initum, alluſitq; ad ueterũ morem, qui ictο lapidibus porco fœdus faciebant.*

Tædas.] *nuptias.* Crudelem.] *quæ crudeliter in nos ſtatuet.* Fortuna ducis.] *uictoria Cæſ. quæ illũ erexit.*

Communis gloria nobis.] *in euerſione Pomp. com-*
B *munem cũ Cæſare gloriã poſſidemus, nam illæ in Aemathia exercitum, nos hic Pomp. oppreſſimus.* Aſpice littus.] *à promptis uiribus, & exemplo argumẽtatur.* Littus.] *littoralẽ exercitũ, quo ſperamus cõficere Cæſ.* Pollutos.] *cæde Pomp. maculatos.* Quem metuis.] *Cæſar, quem formidas erat Pomp. par & cum eo certabat.*

Non ſanguine clari.] *ſi non ſumus nobiles, inquit, & reges, tamẽ turbamus regna, & cæde Pomp. euaſimus celebres.* Opus populorum. *id eſt. reges populorũ fauore facti.* Mouemus regna.] *turbamus & cedimus regi.* Illos.] *uel populos, quos liberemus, uel reges confitẽdos.* Victima.] *Cæſar intelligitur.* Pacemus.] *pacatos reddamus. ſiue placemus, id eſt, nobis conciliemus.*

Iugulus hauſtus.] *uita erepta.* Nocentes.] *nos Aegyptios, quos odit.* Nomina ducis.] *famã titulos & honores Cæſ.* Inferias.] *hoc eſt. ſacrificiũ illius, qui in Aemathia ceciderunt.* Mundo.] *in mundi ſalutem.* Præfter lagea iuuen.] *Argyptij faciant hoc propter regem, Romani uerò propter ſe ipſos.* Morari.] *expectare.* Vora Catonum.] *id quod Cato & Brutus face cuperent.*

C Parere.] *ad parendum.* Clara ſigna.] *claſſico & clamore militari.* Prodidit arma.] *manifeſtauit impetum.* Temerè.] *inordinate & raptim.* Inſtrumenta.] *militiles, arma, tela.* Pars maxima turbæ.] *erant, ut eſt in cõmẽtarijs, cum Achilla copiæ, ut neq; numero, neq; genere hominũ, neq; uſu rei militaris cõtemnendæ uiderentur, milia enim uiginti in armis habebat, hi cõſtabant ex Gabinianis militibus, qui iam in conſuetudinem Alexãdriæ uitæ, atq; licentiæ uenerant, & nomen diſciplinãq; populo Romano dedicerant, uxoresq; duxerant, ex quibus plærique liberos habebant, huc accedebãt collecti ex prædonibus, latronibusq; Syriæ, cultæq; prouinciæ, finitimarũq; regionum. Accedebantq; multi exules & fugitiui, erãtq; præterea equitũ millia duo.* Externos.] *barbaros.* Famulo.] *Achilla.* Satellitis.] *Photini.* Tyranno.] *ipſi regi.* Fides.] *ueritas iuriſiurandi.* Pietas.] *in Deos, & in patriam.* Venalesq; manus.] *ſupplesſunt, accepto enim pretio omnibus ſunt inimici.* Vbi fas.] *ubi liceret, & ubi magnum pretium conſecuturi eſſent, militant exiguo ſtipendio. Licebat autẽ Cæſarẽ, cuius mortis præmium erat libertas.* Non ſibi dant.] *nõ permittunt, ſed alterius impulſu, ære accepto id faciũt.* Vbi.] *ubi & proflicto.* Theſſaliæ ſubducta ac[illegible].] *id eſt militet, qui prælio Pharſalico, non interfuit.* Te recepto.] *ſuſcepto incolumi.* A[illegible]] *in Cæſarem.* Dat. *facit, Virgil.*

Immotamq; coli dedit, & contemnere uentos.

Quod debet ſuperis.] *bellum ciuile, quod ſuperi habẽt à Romanis omnibus exerceri.* Scindere corpus Latium Rom.] *potentiam concordiamq; diuidere.* Non in ſoceri.] *propter Cæſarem Pompeiũq; in partes ſe diuidunt.* Satelles.] *Achillas.* Partem.] *factionem.*

Arcent.] *arceuiſſent, ſed ſic loquitur, tanquã nunc res agatur.* Hæ partes.] *copiæ Achillæ.* Aderat maturus uterq;.] *erat tẽpeſtiuus Achillas & Photinus, hic ad inſidias & uim inferendam, hic ad admittendum.* Deſtricta.] *occupata.* Per pocula regia.] *inter bibendum & conuiuandum.* Incumbere.] *ſuperiacere.* Ne cædes.] *ne caſu, uel uiolẽtia pereat Ptolemæus.* Tanta eſt fiducia ferri.] *adeò ſuis uiribus confidere, ut tanquã certiores de ſucceſſu uoluerint pugnam accelerare.* Summi contempta facultas eſt operis.] *maximè rei occaſio ſumpta prætermiſſaq; eſt.* Reperibile damnũ.] *reperabile dilatio, & quæ ſuo arbitrio reſtitui poſſet.* Daturus.] *tanquam ſi daturus eſſet.* Dilatus.] *conſeruatus.* Lucifer. à Caſsia.] *ſub aurora Achillas cum inſtructo exercitu Alexandriam uenit. Caſius autem mons procul Alexandriæ imminet ad Orientem.* Proſpexit.] *apparuit.*

Primo quoq; Sole.] *etiam in ipſo ortu feruente.*

Non ſparſa.] *ſed collecta inſtructa.* Iuſtos.] *ueros, & quibus ad hoſtile odium nihil deeſt, & in te quos æquè decertandi eſt cauſa, is enim propriè hoſtis dicitur.* Paſturi.] *laturiq; arma, id eſt pugnaturi.* At Cæſar.] *Achillas paucitatem militum Cæſaris deſpiciẽs occupabat Alexandriam, & oppidi partem, quã Cæſ. cum militibus tenebat primoq; impetu domum eius irrũpere conatus eſt. Sed Cæſar, diſpoſitis per uiam cohortibus impetũ eius ſuſtinuit.* Moenibus urbis diffiſus.] *nõ cõfidens in urbe manere in regiam ſe recepit.* Nec tota nacabat.] *Nec totam regiam ſub ſua poteſtate tenebat, tum penuria militũ regiæ laxitate.* Fera no.] *leo in cauea clauſus.* Carcere.] *cancellis & clauſtris.* Nec ſe.] *hæc ſimilitudo ad indignationem tantũ, illa ad uires & iram refertur.*

Obſtrueret, ſum[illegible]x.] *occluderet os ipſum & uaporarium.* Audax.] *ob præteritam audaciã, præſentem metũ miratur.* Cauſa ſpe.ue.] *cum iniquã cauſam haberet, quã diu bene ſperare non poſſet.* Fatum ini.] *miſtam uictoriam.* Seruile ne.] *Achillæ pugnam.* Alanus.] *Scythiæ populus ferox.* Scyta.] *id eſt reliqui Scythiæ populi, ſpeciem enim præpoſuit generi.* Quilu.] *qui per ludum ſagittis figit.* Indos cum gad.ty.] *hoc eſt quicquid ab Oriente in Occidentẽ ad Gades uſq; quã ciuitatẽ in maris Gaditani inſula Tyri cõdidêre, ut Plin. tradit in fine quarti.* Quærit tu.do.] *abdit ſe in munitiorem partem.* Incerto.] *ignorabat enim quid eſſet acturus.* Regę.] *Ptolemæo.* Piacula.] *ultionẽ.* Si non ſint.] *ſi deſint.* Colchis.] *Medea.* Regni.] *proditi.* Fratris.] *Abſyrti.* Patrem.] *eſſe tam.* Ceruice parata.] *ſe ad omnẽ ſupplicium expoſita.* Vltima rerum.] *extrema pericula, & uix fati urgens.* Ducem.] *Cæſarem.* Miſſus q; ſatelles.] *Ante regũ reconciliationẽ Serapionẽ, & Diſcoridem ab Achillam miſſos, & cæſos ex cõmentarijs Cæſaris diſcimus, quos poeta nõ ſequitur.* Voce tyrã.] *uerbis Ptolemæi.* Ius mundi.] *inuiolabile ius gentiũ de legatis quos Achillas interimere auſus eſt.* Valuit.] *alicuius præcij dignitatisq; fuit.* Sequeſter pacis.] *id eſt, meditator, & apud quẽ deponitur eius arbitriũ.* Aeſtimat.] *cõſiderat ea, quæ annumerãda ſunt inter ſcelera tua.* Mõſtris ſceleribus.] *ſceleribus.* Theſſala tellus.] *quæ gigantes produxit.*

Regna Iubæ uasta.] *Mauritania lata & barbara.* Pontus.] *Scythiæ.* Pharnacis.] *filij Mythrydatis qui Pompeio fauens patrem ad mortem compulit.* Orbis.] *Hispania intelligitq; per hæc loca omnes nationes quæ pro Pompeio dimicuêre & periêre.* Tantum scelerũ.] *quantũ est Cæsarit Ptolemæiq; oratorẽ perimêre.* Non Syrtis.] *id est, Nasamones & Aphri.* Delitiæ.] *Achyllas & Photinus eunuchus molles.* Præmit.] *urget Cæsarem.* Moturus.] *limina euersurus ostia uno impetu.* Flammis.] *incendio.* Nusquam incurrat.] *nulla ex parte nuadit.* Mutiq; ui, fortu. tua.] *stat fortuna pro muro.* Necnon & ratibus tentatur regia.] *Eodem tempore pugnatũ est ad portum, ut ait Cæsar & magna multitudine naues longas occupare hostes conabantur, quarũ erãt quinquaginta auxilio missæ ad Pompeiũ, prælioq; in Thessalia facto domum redierant. Præter has auxilio erant præsidij causa Alexãdriæ esse consueuerũt rostratæ omnes quas occupassent classe Cæsaris erepta portũ ac mare totum in sua potestate haberent, cõmeatu auxilijsq; Cæsarẽ prohiberent. Itaq; tanta est contentione actum, quanta agi debuit cuiille celerem in ea re uictoriam, hiq; salutẽ suam consistere uiderent. Sed rem obtinuit Cæsar omneisq; eas naues et reliquas, quæ erant in naualibus incendit, quod tam latè tueri, & tam parua manu non poterat. Confestimq; ad Pharum nauibus milites exposuit.* Regia.] *in quã erat Cæsar.* Protulit.] *extendit.* Audaci.] *multum ex porrecto.* Opus.] *certamen & officiũ.* Tinctas ungui. pi.] *illitas pice liquefacta.* Vincula.] *funes.* Transtra.] *sedilia.* Cerunchi.] *cornua antennarũ dicta à κέρας quod est cornu, & χέω fundo.* Incubuit.] *occupauit eas.* Longis uaporibus.] *longa exaltatione flammæ & fumi.* Clades.] *incendium.* Turbine.] *uolubili impetu uenti.* Lampa.] *Lampades æthereæ, ut Plinius ait, ardentes imitantur faces.* Materia.] *quam urat.* Illa lues.] *incendium.* Clausa reuocauit ab aula.] *à regia obsessa auertit ad urbem tuẽdam.* Nec tempora cladis.] *dum hostes inquietassent in extinguẽdo incendio occupati Cæsar se somno non dedit: sed nauibus milites ad Pharũ occupandam imposuit.* Cladis.] *incendij.* Cæca.] *obscura.* Præcipiti cursu.] *festinatione subita.* Rapto.] *præoccupato.* Pharon.] *Pharus est in insula turribus magna altitudine mirificis operibus instructa, quæ nomẽ ab insula accepit. Hæc insula obiecta Alexandriæ portũ efficit: ut ait Cæsar, & ideo clausirũ poëta appellat facit autem: ut ait Strabo portũ bicipitem: nam cũ littorea regio sit sinuosa duo promõtoria in mare emittit inter quæ insula iacet quæ portum claudit ei namq; per longum obijcitur.* Insula quondam.] *olim inquit insula fuit nunc est Alexandriæ ponte coniuncta.* Protheos.] *regis Aegypti & uatis.* Proxima.] *iuncta ponte.* Geminos usus.] *duplicem utilitatem: nam propter pontem quem occupauerat, neq; mari incurrere poterant.* Fauces.] *portus ingressum & exitum.* Cæsar & auxilijs.] *Cæsar Pharon expositis militibus apprehendit frumentũ suportari auxiliaq; euocari iussit.* Veriti.] *qui merebantur nam rursus nuncios miserat ad Achillam qui denũciaret interceptiq; fuerant & detecti.* Sed non rapuit.] *interemit.* Ferasum.] *quibus uiuus erat obijciẽdus.* Pependit.] *non penitus fuit à trunco diuisa.* Magni mor te.] *eo mortis genere quo Põpeius.* Necnõ surrepra.] *Cæs. sic habetur interim Arsinoe minor filia uacuam possessionem regni sperans ad Achillam se ex regia traiecit. Vna q; bellum administrare cœpit.* Sed celeriter est inter eos de principatu controuersia orta. Cumq; uterq; utriq; insidiaretur & summa imperij ipse obtinere uellet præoccupat Arsinoe per Ganymedem Eunuchum nutritiũ suum atq; Achillam interficit. Hoc occiso ipsa sine ullo socio & custode omne imperiũ obtinebat, exercitus Gallo traditur: hic suscepto officio largitionem in militum auget. Reliqua pari diligentia adminstrat. Subtes auget. Reliqua pari diligentia adminstrat. Subtepta.] *subducta eius suasu.* Hostes.] *Achillam.* Reges.] *Ptolemæo aut Cleopatra.* Vt proles lagea.] *ut filia Ptolemæi Auletæ.* Achillea.] *Achillam. sit enim à recto Achilleus.* Iusto.] *quia inuitis regibus regiam oppugnabat.* Tuis umbris.] *ad umbrarũ tuarum ultionem.* Summa.] *finis.* Sufficit.] *satis est si pereat.* Omnis regia.] *tota stirps.* Dum.] *donec.* Patri.] *Rom. à quibus confodietur.* Sed auctore furoris non cecidit rabies.] *Achilla cæso bellũ non cessauit. Auspitijs.] ductu & imperijs.* Eunt.] *militant Aegyptij.* Potuit.] *illo memorabili die potuit & debuit Cæsar perire ultimo periculo proximo.* Miti in famam & sæcula.] *semper eius morte in fastis celebris reddi ut posteris celebratæ sunt Idus Martiæ.* Molis in exiguæ.] *Oppugnantibus acriter inquit Aegyptijs pontem Pheri dum Cæsar milites in nauibus studet imponere Scapham q; insilit ut decertantibus ferat auxilium Aegyptiorum nauibus undiq; circumspectus omniq; spe salutis deposita se in mare præcipitauit.* Molis in exiguæ spacio.] *hoc est in ponte Phari hostes frequentissimi pugnant.* Vacuas.] *nam egressi è nauibus ceperãt Pharon & ibi pugnauerant hactenus.* Tota fortitudine.] *omni pericu lo.* Prætexunt.] *præoccultant Virg. & littora curuæ prætexunt puppes, quandoq; significat præordino & oppono, unde fit prætextum.* Pedites.] *qui è Ponte urgebant.* Virtus.] *fortitudo ad pugnandum.* Honestè.] *fortis ut pugnando caderet, & ne in manus hostium uiuus incideret.* Non acie fusa.] *paruo labore & cæde tunc uinci potuit Cæsar.* Captus forte loci.] *circumfessus & captiuus locorum iniquitate.* Pendet.] *incertus est quid agat.* Dubius.] *nam & optare & metuere uidebatur.* Respexerat.] *memoria & imagine Scæuæ Centurionis, qui solus & in uictus ad Dyrrhachij munitiones Pompeio omnibus restitit exercitus. Cæsar ne caperetur se in mare dieciet, & ad naues quæ longius constiterant uix enatauit, libelloq; altera manu sublatos tenẽs & altera natans in tanto discrimine non [illegible]sit ut scribit Plutarchus.* Epidamne.] *Dyrrhachium.* [illegible]ris a-pertis.] *munitionibus dirutis à Pompeio.* Obsedit.] *inita repressit & restituit ut non obsessus, sed obsidere uideretur.* Calcantem mœnia.] *iam ambulantem per ruinas munitionum. Et quoniam imperfecta est ista Perionas munitionum. Et quoniam imperfecta est ista Perionados ut lectoris auiditati occurrerem hæc uelut superioribus annectenda deduxi.*

FINIS COMMENTARIORVM IOAN. S[illegible]PITII VERVLANI, IN M. ANNEI LVCANI Pharsal. X. Libros.